

BENEDICTI CARPZOVII, IC.

CONSILIARI E ELECTORALIS SAXONICI,

VRISPRVIDENTIA  
FORENSIS  
ROMANO-SAXONICA,  
SECUNDVM ORDINEM  
CONSTITVTIONVM  
D.AVGVSTI ELECTORIS SAXON.

EXHIBENS

DEFINITIONES  
IVDICIALES SVCCINCTAS

ERVM ET QVÆSTIONVM IN FORO PRÆSER-  
M SAXONICO OCCVRRENTIVM, ET IN DICASTERIO SAXO-  
ICO, QVOD VVLGO SCABINATVM LIPSIENSEM APPELLANT, EX  
IVRE CIVILI, ROMANO, IMPERIALI, CANONICO, SAXONICO ET PRO-  
VINCIALI TRACTATARVM AC DECISARVM,

REVISA

AB

ANDREA MYLIO, I. V. D.

ET P. P. IN ACADEMIA LIPSIENS.

EDITIO NOVISSIMA.

CVM GRATIA ET PRIVIL. SAC. CÆS. MAI.

AC SEREN. ELECT. SAX. SPECIAL.



LIPSIAE,

Sumpibus IOH. CASPARI MEYERI  
& I. IACOBI FRITSCHI,

Proftas & FRANCOFVRTI

APVD THOMAM FRITSCHIVM.  
ANNO M DCC III.

## Præfatio ad Lectorem.

Ateri cogor & lubens fateor, amicissime Lector, de Iuris civilis scientiâ innumera ferè prodiisse scripta, & tot librorum millia etiamnum indies emanare, publicis Iurisprudentiæ studiis proficuanè magis, quām perniciosa? ambi-  
go meherculè. Et quidem si vera est Comici sententia, tot  
jam seculis prolata: Nil dici, quod prius dictum haud sit:  
non poterunt hodiè scriptores rerum novitate prodesse, vel  
placere, ac præsertim jus civile docentes & profitentes, quo-  
rum illud est proprium, ut eandem rem sexcenties repe-  
tant, veluti conqueritur Ranaldus Ridolfius, in Epistolâ quâdam ad Franciscum Vi-  
vium. Sufficiebant quandam scripta ICtorum Iuliani, Pomponii, Scævolæ, Pauli,  
Vlpiani, Papiniani, cæterorumque hujus ordinis veterum Iureconsultorum, vel u-  
nius saltē, qui, sive Papinianus, sive aliis minimus inter tantos viros, tantus certe  
erat, ut nec alio, nec meliore Magistro, ad veram Iuris scientiam comparandam,  
Studioſo cuiquam opus videretur. Reformatâ verò Iurisprudentiâ, ac veterum  
Romanorum Legibus, Placitis Imperialibus, Prætoriis Edictis, Iureque consulto-  
rum Responsis hinc inde sine ordine dispersis, in certum quoddam corpus redactis  
atque congestis ab Imperatore Iustiniano, nisi Consultoribus Triboniano, Doro-  
theo, Theophilo, cæterisque Antecessoribus potius, quām ipsimet Imperatori,  
quem αὐαλΦαέητον fuisse, narrant historiæ, hoc acceptum ferre velimus; si quid  
porrò ad declarationem Iurisprudentiæ faciliorem desiderari unquam potuisset;  
præstirè id satis superque Iureconsulti, quos superior, vel etiam nostra ætas tulit;  
quorum opera & diligentia, post Accursium, Bartolum & Iasonem, quantam ob-  
scurissimis ac densissimis juris nostri tenebris lucem attulerit, ipsa, si loqueretur, Iu-  
risprudentia testaretur. Attestantur quoq; hoc ipsum Itali, qui primas deferunt suo  
Alciato. Attestantur Hispani, qui famam commendant duorum Antoniorum, Au-  
gusti & Goveani. Attestantur Galli, qui laudes deprædicant Budæi, Duarenii, Moli-  
næi, Cujacii, Hottomanni, Petri Fabri. Attestantur Pedemontani, qui subtilitates  
Antonii Fabri mirantur & venerantur. Attestantur denique Germani, qui Donelli,  
Wesenbecii, Sichardi, Zafii, Rittershusii, Vulteji, aliorumque præstantissimorum  
ICtorum gloriam & encomium, toto orbe celeberrimum, priscorum laudibus an-  
teponunt. Horum lucubrationibus, ingeniosissimis pariter & eruditissimis, si quis  
pro adjumento Studii theoretici quicquam addere velit, multorumne potius repre-  
hensionibus lacerandus, quām ullius testimonio laudandus esset? decidere ego  
non ausim. Vereor tamen omnino, ne tantâ scriptorum farragine, quantam ho-  
die videmus, existente, res tandem eò recidat, ut nemo sit, qui Iurisprudentiam,  
quæ, cùm ad ter-centena usque versuum millia, Imperatore Iustiniano, excrevisset,  
jam tūm mole sua laborare videbatur, capeſſere velit; quippe quam infinitam esse  
putet, vel non infinitam esse credat, quæ nullis penè librorum finibus concludere-  
tur. Tantum scilicet abest, quicquam adjumenti à Commentariorum novorum  
confarcinatoribus afflictæ Iurisprudentiæ afferri, ut potius hæc miserè ab iis defor-  
mari, & ad ruinam usque devastari, haud falsò dicatur. At feliores eorum sem-  
per judicavi conatus, qui lucubrationibus suis usui pratico & forensi inservire stu-  
duerunt, & in observandis annotandisque Curiarum & Tribunalium sententiis, &  
Rerum judicatarum autoritatibus (quæ præjudicia vulgo nominantur) insudarunt.  
Hinc, ceu ex equo Trojano, emanasse videmus tot Observationes, tot Quæſtiones  
totque Deciſiones; ut ſunt Guilielmi Hortroti, Iohannis Corſerii, Afflīct. Capitii,  
Grammatici, Nicolai Boërii, Guidonis Papæ, Francisci Marci, Mohedani, Petri Be-  
nintendi Putei, Veralli, Hieronymi Laurentii, Ozasci, Andreæ Gailii, Hartmanni  
& Modestini Pistoris, Cavalcani, Josephi Ludovici, Joachimi Mynſingeri, Nicolai

## P R A E F A T I O

Reusneri, Antonii Fabri, Vincentii de Franchis, Antonii Tessauri, Crescentii, Magoni, Francisci Vivii, Valasci Lusitani, Antonii de Gamma, Alexandri Raudensis, Matthiae Coleri, Dominici Arumæi, Petri Surdi, Andreæ Rauchbari, Petri Heigii, Virgili Pingitzeri, Francisci Milanensis, Antonii de Amatis, Hieronymi Mariliani, centumque aliorum, in quibus gravissimæ causarum controversiæ prudenter delibera-tæ, quandoque etiam in utramque partem disceptatæ, & maturo Sapientum consilio dijudicatæ leguntur. Nec harum sive Observationum, sive Quæstionum ac Decisionum unquam erit finis, neque insignis deficiet usus. Nimirum, quia semper natura nova gignit facta, novasque curat edere litium formas; quarum decisæ adferunt postea exemplum judicatoris, quod in casibus similibus sequantur. Neque enim dubium est, posse ex hisce non solùm causarum Advocatos & Patronos, sed alios quoque consultos, & judicandi munere fungentes, semper aliquid petere aut desumere, cui, tanquam fundamento, in consulendo, vel judicando, confidenter actutò inniti queant. Quid, cum in plerisque Provinciis, nec non Germanorum æquè, atque aliarum Nationum Civitatibus, jura vigere cœperint municipalia propria & consuetudinaria, quæ partim juri congruunt scripto, partim ab eo dissident; quin & hodiè multa usu obtinuerint, antiquis incognita, & rursus illis nota, quæ apud nos obsoleta, (quantum enim distet nostrum forum à Romano, vel mediocriter in eo versatus attestabitur) utique quid in judicando & consulendo sequi oporteat, & quâ ratione jus controversum ad scopum certum, tanquam ad Lesbiam normam, reduci possit, ex Neotericorum decisionibus, & scriptis Pragmaticorum forensibus ediscendum erit. Mirari hinc satis non possum, in Dicasterio Septemvirali Saxonico, quod vulgo Scabinatus Lipsiensis vocatur, neminem ha-ctenus extitisse, qui Collegii istius Placita & decisæ, quæ tam multa, tamque singula-ria in hunc usque diem prodierunt, ut penè tota Iurisprudentia, si unquam fuisset deperdita, inde restaurari posset, excepta evulgaverit; quod tamen singuli ex Assessoribus, vel maximè ii, qui inter Saxoniæ & Germaniæ ICtos jamdu-dum illustres habiti fuere, nullo negotio, nec sine summâ harum Provinciarum, to-tiusque fori Saxonici utilitate exequi potuissent. Nam à quo tempore, ab Illustrissimo Saxone D. Augusto Electore, felicissimæ memoriae, Collegium hoc Scabina-tūs erectum & fundatum fuit, quis nescit; quantâ id semper, tam in Saxoniciis, quam aliis Imperii Romano-Germanici Provinciis floruerit gloriâ, quantâque no-minis celebritate & autoritate? Antecessores enim quondam hujus Dicasterii si spectes, tales certè ii sese gesserunt, ut, si quis querat, quem hisce, sive dexteritatis & integerimæ conscientiæ, sive conspicuæ & solidæ eruditio famâ conferre velit, inventurus sit fortasse, non dicam paucos, ne quid de cujusquam laudibus detra-ham, sed tamen nec valde multos: Quem verò jure debeat anteponere, planè nul-lum. Quò factum, ut plurimi è numero Scabinorum ante hæc tempora ad Electo-rum & Principum Imperii Curias & Tribunalia Suprema abrepti, interque Can-cellarios & Consiliarios asciti fuerint. Amicitiam porrò & conversationem lau-datissimorum Collegii hujus Antecessorum, Viros semper quosque honoratissi-mos appetiisse, vel saltem eruditam eorundem super acta judicialia dissertationem & vota audire atque percipere exoptavisse, novimus, ingentem in tractandis ne-gotiis forensibus inde sibi fructum persuadentes; Quos neutiquam spe bonâ fru-stratos, exemplò suò edocuerunt insignes ICti, LEONHARDVS BADEHORN & MO-DESTINVS PISTORIS, qui ambo, separatis tamen temporibus, in Scabinatu Electoris Notarii sive Actuarii tantummodo munere fungentes, ex diligenti auscultatione votorum, rerumque tractatarum annotatione indefessâ, tantam usus practici & rerum forensium cognitionem sibi in hoc Collegio comparârunt, ut Serenissimus Elector Saxoniæ non modò eos in numerum Assessorum recipere, sed & ad latus sibi ceu Consiliarios adjungere, quin & illi Consulatum Reipublicæ Lipsiensis, huic verò munus Ordinarii in inclita Facultate Iuridica Lips. demandare nil dubitave-rit;

## A D L E C T O R E M.

rit; ad quod honoris fastigium elevati, omnium desiderio ex voto satisfecere; quidque vel solidioris Iurisprudentiae, vel observantiae forensis in Scabinatu antea edicserant, eò postea in expediendis negotiis forensibus, ac decidendis controversiis judicialibus felicissime usi fuere, Rempublicam pariter, atque Facultatem Iuridicam Lipsiensem, per id haud parùm condecoravere. Quantum porrò emolumenti & doctrinæ, quantumque commodi & experientiae ex scriptis illustrium ICtorum, HARTMANNI PISTORIS, Consiliarii Electoris Secretioris, nec non LVDOVICI FACHSII & IACOBI THOMINGII, itidem Consiliariorum Electoralium, & Ordinariorum Lipsiensium, vel Consulentibus, vel Advocatis unquam accesserit, aut etiam ad alia Collegia Iuridica & Tribunalia redundarit, id projecto Scabinatui Lipsiensi, ex quo primitus cognitionem practicam illi hauerunt, acceptum referre debent, si verum fateri, nec sibi ipsis blandiri velint. Nimirum Scabinatum Lipsiensem rectissime Scholam ICtorum dixeris, ubi vera discitur Iurisprudentia, ac fori observantia. Ex qua omni tempore ICti prodierunt celeberrimi, in quorum memoriâ semper supererit, quod admirari, quod imitari liceat. Idque eo facilius annueris, si causas, quæ in Dicasterio hoc tractantur, pensitaveris, unde non minorem Collegii autoritatem tibi policeor. Non modò enim à Serenissimo Dn. Electore nostro, suæque Celsit. subditis, harum Provinciarum incolis, sed & ab exteris Electoribus, Principibus, aliisque Statibus Imperii & Rebuspublicis, causæ gravissimæ, & maximè arduæ Scabinorum Lipsiensium consilio & judicio submittuntur, tales nimirum, quæ doctissimis quibusque Iureconsultis, etiam ingeniosioribus & solertioribus, negotium facessere queunt. Nec tamen vix aliæ occurtere possunt, quæ non ante ab Antecessoribus experientissimis, præviâ maturâ & prudenti deliberatione, ventilatae & discussæ fuerint, atque decisæ reperiantur in Scabinorum manuscriptis, quorum penè multa, & fermè quadringenta extant volumina admodum magna. Tanta nimirum copia est Decisionum in Scabinatu, quanta unquam fuit causarum gravitas, quarum etiam plurimæ partim Sanctione Electorali pragmatica, partim observantiâ fori Saxonici sunt corroboratae, veluti ex libris Constitutionum Electoralium, Ordinationum Provincialium, aliisque peculiaribus Rescriptis & sententiis, in calce Speculi Saxonici appositis, manifestissimè liquet. Hæc ergo tractata atque decisâ ecquis scire, avidè non appeteret? Ego sane, licet minimus sim, nec ulli Antecessorum quandam Collegii hujus comparandus, ne voto isti deesse viderer, nec quicquam, ex quo commodum ad Rempublicam literariam, & fori practicam redundare possit, vel consulendo, vel scribendo intermitterem, plurimis quantumvis occupationibus obrutus, laboriosissimum hoc opus tandem felici numine suscepi, & quantum potui, adjuvante DEO, præstidi: Sed novo planè modò, novâque forma ac methodo. Sunt enī Decisionarii, qui nimio brevitatis studio tantoperè se arctaverint, ut potius Summaria Decisionum, quam Decisiones scripsisse videantur. Sunt alii, qui latâ nimis, verbosaque oratione, in tā longas prolixasque argumentorum, pro & contra, (ut vulgo loquuntur) narrationes se effuderint, ut Disputationum & Quæstionum libros scriferint verius, quam Decisionum: quos tantò minori labore imitari potuisse, quantò facilius est, farraginem quandam argumentorum & objectionum prolixè, verbisque textuum adscriptis, congerere, vel explicatè longaque serie rationes dubitandi & decidendi exhibere. Sed scrinia compilare aliorum, ab aliisque tradita repetere, & crambem bis coctam reponere, ut & chartâ simul, ac patientiâ Lectoris abuti, visum non fuit. Medium ergo viam ego ingressus Placita Dominorum, tā quæ meo tempore, quam quæ plurimis abhinc annis prodierunt, breviter & succinctè tractata & ventilata proposui, subjectisque solidioribus rationibus & fundamentis ex Iure pariter Civili-Romano, & Saxonico Provinciali confirmavi, ita tamen, ut ex uno atque altero textu Iuris, aut fundamento principaliori, totius rei & quæstionis, ab aliis Interpp. quandoque longis verborum ambagibus ventilatae nervum, verita-

## PRÆFATIO AD LECTOREM.

temque Decisi quivis, vel saltem mediocriter in Iure eruditus, absque ullo negotio & tedium lectio-  
nis assequi, & simul partis adversæ argumenta, ex ingenio suo invenire & dissolvere valeat: non ne-  
glectis interim autoritatibus D. D. vel saltem iis remissivè notatis, qui de materiâ & quæstione propo-  
sita fusi scripterint: Præmisso insuper in fronte ipso Deciso, affirmativo vel negativo, ejusque te-  
nore, quantum ad ipsam Decisionem faciat, ut plurimùm verbo tenus in calce apposito: ut non mo-  
dò absque Summariis breviora essent Decisa; sed etiam ad legendum & intelligendum expeditiora,  
habeantque Pragmatici, etiam minus periti, ex sola Decisi inscriptione & sententiâ, vulgari idiomate  
annexâ, quod intelligere & amare possent. Cumque Decisionarii, communiter, nullo penè ordine,  
sed confusè tractarint omnia, materiarum serie nullâ sibi præscripta, ut difficultius profectò sit Lectori,  
quid, quo loco ab iis dictum, perquirere; quâm ubi invenerit, quæ illi dixerint, aut sensum, aut ra-  
tionem investigare: ne in eundem inciderem errorem, certè nec melius, nec aptius remedium cre-  
didi, quâm si ex serie & ordine Constitutionum Provincialium Serenissimi nostri Electoris, ceu Iuris  
Saxonici Illustratoris & Defensoris, quantum id fieri posset, Placita sive Decisa disponerem, textu cu-  
jusque Constitutionis, dupli idiomate, germanico & latino, juxta versionem Danielis Mollerii, sem-  
per præmisso. Decisiones hasce novo modo tractatas, placuit quoque novo nomine proferre, easque  
Definitiones insignire, nimirum judiciales, ne quis forte dubitet, quin eo nomine haud definitiones  
Logicas, sed juridicas, ex civili pariter Romano, & Saxonico jure tractatas, nempe has ipsas, quas vul-  
gò Decisiones dicunt, significatas vellem. Et ne quidquam dissimulem, feci id præunte & ductore  
**ANTONIO FABRO**, subtilissimi & acutissimi ingenii pariter atque judicij ICto, quem quoties nomino,  
toties miror. Hujus imitatio in toto hoc opere tam honorifica mihi visa fuit, quâm acceptus est o-  
mnibus Codex Definitionum forensium Fabrianus, opus (si deleas ea, quibus ille, fæcibus papisticis  
nimium inhærens, in libro primo veritatem Evangelicæ Religionis impugnare conatur) dignum tan-  
to ICto, quem ante annos octodecim in peregrinatione ex Italia in Galliam per Sabaudiam & Regio-  
nem Pedemontanam, vidisse & salutâsse, deque scriptis suis, & solidiori Iurisprudentia cum eo verba  
communicâsse, etiamnum mihi volupe est. Addidi & aliud nomen, IVRISPRUDENTIA nempe FO-  
RENSIS ROMANO-SAXONICÆ; vel quod singula, & quæque ferè negotia forensia, ad Iurispru-  
dentiam veram pertinentia, ex Iure civili Romano & Saxonico in hoc opere succinctè & nervosè de-  
cisa reperiantur; Vel, quod labor hic poterit tibi esse instar totius Iurisprudentiæ Romano-Saxonici-  
æ, sive Regulæ Lesbiæ, earum rerum, de quibus Interpp. juris Saxonici variè & diversimodè scripse-  
runt. Non facilè enim quæstionem ab aliis tractatam, vel casum forensem obvenire, cuius decisio-  
nem veram lucubrationes hæ suppeditare haud possent, reor. Idque ipsum numerus Definitionum,  
quæ fermè ad quatuor millia ascendunt, omnino probabile reddit: quamvis in parte quarta, in qua  
de rebus agitur criminalibus, parcior fuerim; ne scilicet decisa omnia, jam antea in Practicâ meâ  
criminali tractata & allegata repetendo, tedium facerem tuæ humanitati. Accipe igitur, Lector a-  
amicissime, Opus hoc Definitionum judicialium sive forensium, rudiori Minervâ & stylo editum.  
Quod, etsi minorem fortassis ingenii pro me laudem, majorem tamen, ut spero, apud plurimos gra-  
tiam habebit; sive quod pigra (ut & heic cum ingeniosissimo Antonio Fabro loquar,) multorum a-  
viditas nihil tam impatienter scire desideret, quâm quo Iure utamur in forensibus disceptationibus:  
ne inquirendum habeat, quod difficilioris est investigationis, quo Iure uti debeamus; sive potius,  
quod non tam meum, quâm Serenissimi Electoris Saxon. Scabinorum hoc Opus est, quorum Placita  
clausis (ut ajunt) oculis approbanda videntur, quippe quæ plerumque ab ipsomet Electore Illustris-  
simo confirmata, & executioni mandata fuere. Fateor equidem ingenuè, multa huic operi inesse  
admodum trita & pervulgata: Sed poterat nihilominus in pendentí esse aliquorum animus, qui ta-  
men facile his, quæ in Collegio Scabinatus Electoralis semel aut pluries judicata sunt, acquiescerent.  
Nec enim doctis solummodo, sed & minus eruditis hoc opere inserviri placuit. Quâm valde enim  
paucis scripturus ille esset, qui non aliis vellet scribere, quâm doctis & ad Papinianam Iurispruden-  
tiæ eruditis, nemo non animadvertisit. Et quâm omittere potuisse ea, quæ nec Serenissimus Elector  
Saxonæ in Constitutionibus suis, ad quarum seriem scriptæ sunt hæ Definitiones, tacenda existima-  
verit? Ita nimirum multa inserere necesse fuit, quæ doctioribus vulgaria videbuntur, aliis fortasse ma-  
gna, certè utilia omnia. Quid plura? Feci quantum potui, & sive Theoricus, sive Practicus es, in-  
tui commodum & usum laboravi, sudavi: Nihil vicissim quâm benevolentiam & favorem à te peto,  
& ne operam meam sinistrè vel scopticè excipias, quin potius mea & operariorum errata, quibus per  
ipsorum Correctorumque incuriam totum hoc Opus miserè scatet, condones, eaque corrigas, sed  
amicè ac sine felle, illa præsertim, quæ in distinctionibus & allegationibus mutilis vel mendosis  
occurrunt. Vale.

BENEDICTVS CARPZOV, D.

# INDEX

## CONSTITUTIONUM AC DEFINITIONUM, QVÆ IN QVATUOR PARTIBUS JURISPRUDENTIÆ HUJUS FORENSIS HABENTUR.

### PARTIS PRIMÆ, CONTINENTIS EA, QVÆ AD PROCESSUM JUDICIARIUM PERTINENT.

#### CONSTITUTIO I.

*Deformâ seu modo proponendi jus Litigatorum in judicio.*

#### DEFINITIONES.



1. *Litigatorum in foro Electoratus Saxonici non mutuus scriptis, sed vivâ voce est proponendum.*
2. *Nec iura ex chartâ dictare licet.*
3. *Audiendus tamen est Actor, in judicio ad libellum, antea in scriptis oblatum, se eferens, illucq; verbo tenus repetitum velle dictans.*
4. *In concursu etiam creditorum, aliisq; causis summaris vivâ voce, non scriptis, iura litigantium sunt proponenda.*
5. *Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuus scriptis in causa judiciali procedatur.*
6. *In processu criminali ordinario semper vivâ voce est agendum; etiam si partes aliter convenerint.*
7. *Ultra quadruplicem litigatores, iuri sua proponentes, non sunt audiendi.*
8. *In quadruplicâ si quid novi à Reo proponatur, in judicando non attendi debet.*
9. *Non audiendi sunt litigantes de re modici prejudicium, quin potius de judicio repellendi ac contencendi.*
10. *Litigii tamen etiam in judicio amicabilis compositione procedere debet.*
11. *Ad concordiam tamen five amicabilem compositionem, si judex partes litigantes compellere nequit.*
12. *Durante Commissione non est lis agitanda coram iudice ordinario.*
13. *Arbitrorum lando standum est, non propter auctoritatem sententie, sed ex compromisso precedente.*
14. *Non valerent sententia arbitrorum, si ex pluribus aliqui, reliquo absentibus, pronunciaverint.*
15. *Compromittere possunt litigantes validè, etiam coram iudice Ordinario.*
16. *In compromisso locus non est pavonis, aliter parre invitâ.*
17. *Commissarii, ad judicandum super sorte constituti, etiam super usus pronunciare possunt.*
18. *Non admittendi sunt in judicio Advocati improbi, aut qui iura in Academiâ non didicerunt.*
19. *Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando penâ coerceri debet.*
20. *Panem incurvant Advocati, qui partes ad negotium instruunt.*
21. *Advocatus in causa justè patrocinium praefans subditis contra magistratum, nec iura civitatis amittere, nec panem inservire.*
22. *Negligentia Procuratoris in ipsa causa Domino predicator; Datur tamen ei regressus adversus Procuratorem.*

23. *Attamen si Procurator solvendo non sit, in subsidiis sicutem, Dominus restitutio in integrum per reveralet.*
24. *Advocatus, qui promisit advocare usq; ad sententiam definitivam, non cogitur præstare patrocinium, pro eodem pretio, in judicio Appellationis.*
25. *Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstitor tamen prius ab ipsis juramento paupertatis.*
26. *Non admittitur procurator absq; mandato; Et quomodo in terris Electoratus Saxonici hoc casu pronunciandum.*
27. *Ad validitatem mandati tam sigilli apposito, quam subscriptio requiritur.*
28. *Non sufficit, loco mandati exhiberi Blanctum, seu chartam blancam.*
29. *Procuratorio nomine admittuntur sine mandato cognata persona, & litis consortes, cum curatione rati.*
30. *Nunquam mulier in judicio agere valet absq; Curatore, sed hic, etiam ex officio ipsi est adjungendus.*
31. *Mariens nomine Uxor in judicio non admittitur, priusquam Curatorium producat, vel de rati cū ist.*
32. *Non valet Uxor, absq; Curatore, maritos suo demandare licet.*
33. *In causa criminali, Mulier Rea ipsamer comparere tenetur, nec ejusdem Curator admittitur.*
34. *Finito liceat Processu intra annum, Advocato tamen totius anni salarium exsolvi debet.*

#### CONSTITUT. II.

*De articulo Iibello.*

Definit.

1. *Non admittitur Processus juris Saxonici libellum articulatum, sed ex officio etiam à Judice rejici debet.*
2. *Nec in judicio summario, nec in causa, inter Mercatores vertente, libellus articulatus admittitur.*
3. *In criminalibus indicia libello articulatum submettere licet.*
4. *Tria capita five puncta, ex diversis causis provenientia, in uno libello proponere licet, at non plura.*
5. *In concursu tamen Creditorum, libellus ad tria saltus capita restringi haud debet.*
6. *In foro Saxonico plures Rei five debitores, ex diversis causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.*
7. *Admittitur libellus alternatus, ex obligatione alterius, & facto Rei incerto.*
8. *Subsistit etiam libellus alternatus, quando agitur ad rescissionem contractus, ex l. z. C. de rescind. vendit.*
9. *In causa criminali valet libellus alternatus, in quo actor, vel Rei condemnationem vel torturam petit.*

# I N D E X

10. In causis Mercatorum admittitur libellus alternatus.
11. Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.
12. Reo ob libelli ineptitudinem ab instantia absoluto, etiam expensa sunt refundende.
13. In libello nomen actionis necessario haud exprimi debet.
14. Expressio Actionis inepta & inutilis non viciat libellum.
15. Clausula salutaris, libello apposita, contra narrata libelli nihil operatur.
16. Sententia debet esse conformis libello.
17. Interest actoris, summarie potius in causa procedi, quam litem in Processu Ordinario agitari.
18. Causa ordinaria, invito Reo, non potest ventilari in Processu summario.
19. Ante litis etiam contestationem, Reus ab instantia recte absolvitur.
20. Nobiles, subditos suos in proprio judicio pagano convenire nequeunt, si Notarius judicii in presentia subditorum non juraverit.
21. Inseri debet Citationi tenor Libelli, vel bujus copia citato simul transmitti.
22. Sufficit in foro Saxonico unica citatio peremptoria, legitimum habens spatium, nempe sex septimanarum & trium dierum.
23. Non continet Citatio spatium temporis legiuum, quando terminus juridicus in ultimum incidit diem.
24. Condemnatur tamen hoc causa Reus, non comparens, in expensas termini istius.
25. Non potest judex Reum condemnare usque ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam.
26. Absque speciali venia hodie parentes possunt citari in causa liberorum.
27. Ex alterius judicio territorio, non nisi implorato ejus subficio, quis potest citari.
28. Judex per subfidiump imploratus, cogi potest a Superiori, ut citatum in alieno territorio comparere iubeat.
29. Reus latitans, etiam in causa civili, per Edictum publicum, in trium Dominorum territoriis affixum, citari potest.

## C O N S T I T U T . III.

### De Exceptionibus.

Definit.

1. **R**eus, in primo statim termino, exceptiones dilatorias omnes opponere debet, annexa in continentie eventuali litis contestatione.
2. Omessa litis contestatione eventuali, Reus condemnatur in expensas termini.
3. Super eventuali litis contestatione non judicandum est, antequam super exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.
4. In causis quoque summariorum & executivis exceptiones dilatoria omnes, primo statim termino, sunt opponenda.
5. Reus, qui primo termino exceptiones dilatorias oppone pretermisit, sequenti termino non est audiendus.
6. Nec Reus, qui in primo termino non comparet, postea sequenti termino exceptiones dilatorias opponere potest.
7. Judex, Reum non comparentem, in expensas termini condemnans, reservare ipsi potest exceptiones dilatorias; Et quando id facere confeatur,
8. Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatorias, ante omisas, adhuc opponere valeat.
9. Purgata consumatio admittuntur Reis exceptiones dilatorias.

10. Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis.
11. Exceptio fori incompetentis, non in scriptis opponenda, sed via voce in judicio proponenda est.
12. Pana plus potentium bodie in usu non est.
13. Exceptiones peremptoriae opponenda sunt in ipsa litis contestatione, nec omissa postea Reum juvare possunt.
14. Peremptoriae exceptiones, ante litis contestationem opposita, post litem contestatam rejiciuntur, injuncta Reo litis contestatione.
15. Exceptiones tamen peremptoriae, litis ingressum impudentes, ante litem contestatam recte opponuntur.
16. Differunt ab invicem: Absolvi ab instantia; Absolvi ab instantia actione; & non teneri respondere ad actionem.
17. Excussionis exceptio etiam post litem contestatam opponitur.
18. Ratione domicilii quis potest conveniri in loco, ubi maiorem possidet bonorum partem.
19. In judicio, etiam coram Arbitris seu Compromissariis, recte opponuntur exceptiones dilatoria.
20. Nisi in compromiso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum.
21. Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus, alio postea exhibito libello, opponere exceptiones dilatoria.
22. Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupant non sunt in mesibus.
23. Non facta litis denunciatione, Reus haud habet regressum adversus suum autorem.
24. Omessa licet denunciatione litis, potest tandem Reus experiri aduersus suum autorem jure evincentis.
25. Non solum in emptione, sed etiam in permutacione, aliis, contrahitis, locum habet litis denunciatione.
26. In transactione locum non habet litis denunciatione ratione rei illius, que ex causa transactionis dimittitur.
27. Non admittitur litis denunciatione, quando manifeste constat, denunciantem frivole conveneri.
28. Efficit litiis denunciatione, ut stare cogatur denunciatus coram judice causa principalis.
29. Quocunque tempore judicii ante sententiam locum habet denunciatione litis.
30. Non admittitur tertius interveniens in judicio, prusquam de jure suo docerit.
31. Super interventione Magistratus, privilegium suum urgentis, pronunciandum est, antequam judex in causa principali ulterius procedat.

## C O N S T I T U T . IV.

### De Guaranda.

Definit.

1. **N**on nudis verbis, sed realiser, actu corporali, Guaranda in foro Saxonico praestanda est.
2. Valide praestatur Guaranda ab auctore, absence etiam Reo.
3. Non praestatur Guaranda, si non eam Reus posuerit.
4. Quomodo Guaranda ab auctore fuerit praestata, in eius signari debet ab Actuario judicii.
5. In consumacione Actioris, Guarandam praestare nolentis, pronunciatur quandoque in materialibus ipsius causa.
6. Praestanda quoque Guaranda in causa Criminibus.
7. Post Guarandam tamen praeficam in causa criminibus, accusator nova ac plura indicia contra accusatum proponere valde.
8. In causa etiam Reconventione, auctor ad Guaranda præstationem est obstrictus.
9. In Processu executivu Guarandam praestari, necesse non est.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

10. *Diffamatus, agens ex L. diffamari. C. de ingen. morum. non obstrictus est ad prestationem Guaranda.*

30. *Nulla exigitur sarcidatio ex parte Reicōnvenis in fo-  
ro Saxonico.*

## CONSTITUT. V.

### De Sarcidatione.

#### Definit.

1. *In foro Saxonico tenetur actor præstare cautionem pro Expenſis & Reconventione.*
2. *Non tamen tenetur sarcidare in iudicio barum Provinciarum, qui sub Electoratu Saxonie bona possidet immobilia.*
3. *Licet in loco ipso iudicii Reicōnveni, non sit posſeffor natus.*
4. *Sola posſeffio bonorum immobilia in Saxonie Electoratu, absque corundem oppignoracione judiciali, atorem à sarcidatione relevat.*
5. *Posſeffio bonorum immobilia actoris, etiam Procuratorem a sarcidatione relevat.*
6. *Actor in Electoratu Saxonie posſeffionatus, ad sarcida-  
tionem obstrictus non est, etiam si extra Electoratum  
suum habeat domicilium.*
7. *Sarcidatio vel pignoribus, vel fidejussoribus præstan-  
da est.*
8. *Quantitas Sarcidationis in arbitrio iudicis conficit.*
9. *Admititur Caution juratoria, si actor pignoribus ve-  
l fidejussoribus sarcidare nequeat.*
10. *Non relevat actorem à cautione juratoria posſeffio  
bonorum immobilia, extra Provinciam situato-  
rum.*
11. *Posſeffionatus sub liceo ingressu, si lice pendente pos-  
ſessionem vendas, aut facultatis labacur, sarcidare  
cogitur.*
12. *Actor qui posſeffionatus non est, sarcidare tenetur,  
etiam de bonis feudalibus cum posſeffore simul ac-  
sit investitus.*
13. *Nec filius, ab onere sarcidationis immunis est pro-  
pere, quod paer ejus bona possidat immobilia.*
14. *Non gravandus est onere sarcidationis posſeffor bono-  
rum immobilia, licet obaratus, aut bona creditoris  
hypothecas a fuerint.*
15. *Sarcidare non tenetur posſeffor rei immobilia, super  
quā cum alio litigat.*
16. *Immunis quoque est ab onere sarcidationis posſeffor  
annorum redditum.*
17. *Nec sarcidare tenetur posſeffor actionis, ad immobi-  
lia competenter: Secus verò si competet actio ad res  
mobiles.*
18. *Non obstrictus est sarcidare Creditor pecunia heredi-  
tarie, cuius dies nondum cessit.*
19. *Posſeffio rerum mobilium preciosarum sublevat acto-  
rem à sarcidando.*
20. *Obnoxius non est sarcidationi Vasallus vel Empby-  
sheuta.*
21. *Non tenetur sarcidare usfructuarini aliquius feu-  
di vel predii in foro Saxonico.*
22. *Obnoxius quoque sunt sarcidationi parentes, qui ad-  
versus liberos in iudicio exp̄ iurant.*
23. *In causis etiam criminalibus ab accusatore sarcida-  
tio exigi potest.*
24. *Locum etiam habet sarcidatio in causa pro iudicio  
Reconventionis.*
25. *Nec non in processibus executivis.*
26. *In sumario quoq; Processu actor sarcidare so-  
metur.*
27. *Non etiam diffamatus, agens in iudicio diffama-  
torio.*
28. *Diffamatus verò ad agendum provocatus, sarcidare  
tenetur.*
29. *Fiscalis etiam vel Syndicus, nomine plurius ex-  
niroficiare agens sarcidationis est obnoxius.*

## CONSTITUT. VI.

### De Exceptione spolii.

#### Definit.

1. *Terminus quindecim dierum, quo spolium est pro-  
bandum, incipit currere a tempore rei judica-  
ta, post injunctum probandi onus.*
2. *Sufficit in exceptione spolii probandā, intra terminum  
quindecim dierum, articulos saltē cum nominibus  
testium, vel copias instrumentorum iudicii offerri, li-  
cet probatio non plenē absolvatur.*
3. *Exceptio spolii non tantummodo instrumentis, sed  
etiam testibus probari potest.*
4. *Exceptio spolii etiam contra executionem opponitur.*
5. *Contra instrumentum confessarum opposita exceptio  
spolii, praeceps instrumentis, non testibus probari de-  
bet.*
6. *Exceptio spolii post litem contestatam opponi potest, si  
ante Rem, ejus notiam non habuisse jurare velit.*
7. *Nullus aliis effectus est exceptionis spolii, etiam post  
litem contestatam opposita, quam ut iudicium suspen-  
dat.*
8. *Agents de spolio non habet necesse probare posſeffionem  
de tempore spolii, sed sufficit docere, quod a iugando  
possederis.*
9. *Exceptio spolii non habet locum contrarium pos-  
ſessorē.*
10. *Exceptionem spolii non licet conscientia actoris comi-  
nitare.*

## CONSTITUT. VII.

### In quibus causis Reconventio in foro Saxonico lo- cum non habeat.

#### Definit.

1. *De jure communi, Reconventio cum causa con-  
ventionis simul, & pari passu, in eodem iudicio  
agari debet.*
2. *Non admittitur Reconventio de jure communi post li-  
tem contestatam.*
3. *Judex Reconventionis, sanguinem suspectus, ab actoris  
recusare non potest.*
4. *Reconventio locum habet in iis tantummodo causis, de  
quibus iudices per modum conventionis cognoscere  
possunt.*
5. *Coram Arbitris Reconventio prorsus non habet locum.*
6. *Procurator, qui nomine Alterius agit, de proprio de-  
bito reconveniri non potest.*
7. *De jure Saxonico locum non habet Reconventio.*
8. *Admititur tamen in foro Saxonico Reconventio in a-  
utatis connexis; sed post finitam demum, & discussio-  
nam conventionem.*
9. *Causam connexam, quā ab alia dependet, ne quidem  
separata instanciā, & coram alio iudice tractare li-  
cet, ante quam prima conventione fuerit finita.*
10. *Causa separata, per modum conventionis coram iu-  
dice competente conjunctim possunt agiari, nec una  
alteram impedit.*
11. *Connexa dicuntur causae, que ex eodem contractu, in-  
strumento, aut fundamento nascuntur.*
12. *Arbitrio iudicis quandoque relinquunt, quenam  
causa dicantur connexa.*
13. *In causis injuriarum connexis, Reconveniens, ante a-  
finitam conventionem, ut ad licei contestationem  
inclusus agere valer.*
14. *Reconventionis actorem injuriarum ante finitam con-  
ventionem, quasi injuriatum contendit; non admis-  
tur ad licei contestationem.*
15. *In causa Reconventionis nisi potest actor declinare  
(B) for*

# INDEX

- foram, ex eo, quod nondum finit à conventione destitut à lite.
16. Facta demum executione sententiae, conventionis causa dicitur finita.
  17. Actor reconvenus non potest retardare Processum propter non factam refusionem expensarum litis, se eas in conventionis libello non petierit.
  18. Reconveniens actorem, non potest pecuniam, in quam primo actori fuerat condemnatus, depositam arrestare.
  19. Nisi actor reconvenus sit peregrinus, vel nulla possidat immobilia, in qua reconvencionis executio fieri potest.
  20. In causis connexis semper est locus preventioni.
  21. Exceptio preventionis non potest opponi actori, propter exceptionem fori declinatoriam in alio judicio ab instantia fuit absolutus.
  22. Per supplicationem, Principi oblatam, non induciur à litis pendentia.
  23. Duabus simul actiones suas proponentibus, preventio judicis arbitrio est decernenda.
  24. In causis etiam executivis & summaris locus est Reconvencionis.
  25. Obtinet quoque Reconvencionis in causis illiquidis.
  26. Reservatio Processus Ordinarii, coram judge facta, non inducit preventionem.
  27. Ex l. diffamari agitur coram judge diffamati.
  28. Antequam Processus diffamatoriis decernatur, summae saltus probanda est diffamatio.
  29. Ex l. si contendat. ff. desidejuss provocare licet actorem ad agendum, etiam si nulla praecesserit diffamatio.
  30. Ex l. diffamari, veletiam ex l. si contendat non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionale vel in diem præteridentem, antequam conditio extiterit, vel dies venerit.

## CONSTITUT. VIII.

Compensationis exceptio jure Saxonico num locum habeat?

Definit.

1. **I**n foro Saxonico Compensationis exceptio non potest tractari per modum Reconvencionis ante finitam conventionem.
2. Potest tamen statim opponi Compensationis exceptio per modum exceptionis, & in vim solutionis, etiam in foro Saxonico.
3. Solus naturalis obligatio Compensationem operatur.
4. Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest compensari.
5. Rejecta Compensationis exceptione, e. autē pronuntiet iudex, ne Reo facultas petendi debitum afferatur.
6. Semper post litis contestationem, etiam in ipsā executione sententiae, Compensationis exceptio valide opponi potest.
7. Quod turor debet, non potest, compensari cum eo, quod pupillo debetur, nec contra.
8. Objici potest compensatione ejus, quod defunctus debuit, cum eo, quod heredi proprio nomine debetur; confe-ctio licet inventario.
9. Alimentorum petitioni objici nequit compensatione; sicut nec tributorum exactioni.
10. Compensari possunt expense taxatae, etiam si appellatur ab executione, dum ne ab ipsā condemnatione, vel taxatione.
11. Qui aureos debet in specie, non valet objicere compensationem ejus, quod sibi debetur in moneta numerata, sive currente.
12. Admittitur compensatione, in foro etiam Saxonico,

- contra instrumenta, quae paratam habent executionem, wider klar Brief und Siegel.
13. In continenti, hoc est, intra sex septimanas & tres dies probanda est exceptio Compensationis.
  14. Ex solis instrumentis, aut confessione partis, probanda est exceptio Compensationis, non per testes.
  15. Super exceptione Compensationis in Processu executive juramentum actori nequit deferri.
  16. Non impedit paratam executionem ex instrumento Guarentigato exceptio solutionis, quando presumtionibus ac conjecturis probanda est.
  17. Preter solutionis exceptionem in Provinciis etiam Electoratus Saxonici, alie exceptiones, in continenti liquidabiles ac probabiles, instrumento Guarentigato opposite, executionem paratam impediunt.
  18. Admittitur exceptio usus rarie pravitatis contra instrumentum liquidum confessatum.
  19. Impedit quoque paratam executionem exceptio simulationis, quā docetur, aliud actum, aliud scriptum fuisse.
  20. Exceptio non numerata pecunia in terris quoque Electoratus Saxonici contra instrumentum liquidum & confessatum validè opponitur.
  21. Sicuti etiam exceptio Senatus consulti Macedoniani.
  22. Pariter quoque impedit executionem paratam exceptio Crediti, à Curatore, suspiciente tutelam debitoris sui haud manifestari.
  23. Excussionis etiam exceptio ad impediendum executionem validè opponitur.
  24. Valida etiam est exceptio erroris calculi, ad impedire executionem paratam.
  25. Etiam si exceptioni huic à Reo fuerit renuntiata.
  26. Nec solutionis, nec alie exceptiones, in continenti haud probabiles contra instrumentum confessatum admittuntur, sed Reconvencionis judicio reservantur.
  27. Exceptiones in continenti dicuntur liquidabiles, que plenè & integrè intra terminum executioni proximum probantur.
  28. Probatio exceptionis parata, executioni in judicio summario opposite, per instrumenta, non etiam per testes ordinario probationis modo expediri debet.
  29. Admittitur tamen probatio per testes summaria, contra instrumentum Guarentigionatum, ad impediendum executionem.
  30. Confecto instrumento super attestaciones testium, probari potest exceptio, opposita instrumento Guarentigato, ad executionem impediendam.
  31. Non potest deferri juramentum super exceptione, contra instrumentum liquidum & confessatum opposite, in processu executive.
  32. Neq; in deposito, neque commode admittitur compensatione.

## CONSTITUT. IX.

De formâ seu modo proponendijus litigatorum in litie contestatione, & post eam.

Definit.

1. **P**ost litem etiam contestatam, litigatores jura sua vivâ voce proponere tenentur in foro Saxonico.
2. Imperare tamen possunt litigantes à judge, ut post litem contestatam merita causa scriptis mutuis tractent & proferant.
3. Reus contumax in foro Saxonico, antequam causa amissione puniatur, ad legitima impedimenta, tam in actionibus personalibus, quam realibus condemnari debet.
4. Lices Reus sepius citatus contumax ficerit pro con-

# CONSTIT. AC DEFINIT.

- vito tamen non habetur, antequam usque ad legitima impedimenta sit condemnatus.
5. Non obstante petitione actoris alienâ vel inconsuetâ, Reus contumax ad legitima impedimenta condemnandus est, priusquam habeatur pro convicto.
  6. Ut si, qui expresse dicit, se nolle comparere.
  7. Impedimenta legitima quanam sint, & Reum à pœna consumacia excusent?
  8. Conjugis etiam ac liberorum morbus soticus Reum à pœna consumacia liberat.
  9. Carentia vel morbo Advocati Reus consumaciā purgare vales.
  10. Probare debet Reus legitima impedimenta documentis vel testimoniis.
  11. Reus impedimenta legitimā juramento suo probare volens, admittitur, si alia deficiant probations.
  12. Reus usq; ad legitima impedimenta condemnari, ad deducendā et specialiter citari debet, priusquam contra ipsum alterius ad consumaciā pœnam procedatur.
  13. Purgata consumaciā, omnia redeunt in pristinum statum, & secundum ordinem iuris denuo proceduntur.
  14. Reus non probans legitima impedimenta, vel ad probanda et citatus emanens, condemnatur usque ad executionem ( bis auf die Hülfe.) secundum contenta libelli & principalem actoris intentionem, non etiam quoad accessoria.
  15. Non condemnatur Reus usque ad legitima impedimenta vel ad executionem, si non accusatio consumacia præcesserit.
  16. Nc ad impedimenta legitima, nec ad executionem condemnari potest Reus, quando de insinuatione citationis iudex dubitat.
  17. Aut quando non apparet, citationem habuisse certum legalem.
  18. Ulroq; tamen casu, si vel de legitimo termino vel curationis insinuatione non constet, Reus contumax in expensis termini potest condemnari.
  19. Reus in termino per literas absentiā excusans, non usque ad impedimenta legitima, sed duntaxat in termini expensis condemnari debet.
  20. In arbitrio quandoq; iudicis est, Reum consumacem vel saltem in expensis termini, vel usq; ad legitima impedimenta condemnare.
  21. Ex compromisso quando agitur, non puniatur consumacia Rei amissione cause.
  22. Actor contumax ulterius ad agendum non admittitur, donec Reo ab instantiâ absoluto expensis restituerit, & cautionem de lice prosequenda praescribit.

## CONSTIT. X. De lice contestatione.

Definit.

1. Non sufficit in foro Saxonico generalis lice contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.
2. Non solum specifica, sed & clara argu aperta esse debet lice contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.
3. Parte licet non opponere, ex officio iudex lice contestationem generalem & obscuram rejicere debet.
4. Extra provincias Saxonicas, lice contestatio mediante juramento dendorum & respondendorum fieri solet.
5. Quandoque tamen absq; juramento respondendorum per verba ( Credo aut non Credo ) Reus etiam extra provincias Saxonicas lice contestatur.
6. De facto suo proprio reus de jure Communip per ver-

- ba ( Verum vel non Verum ) lice conceſſari tenetur.
7. Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure Communip simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.
  8. In causis summariorum necessaria non est solennis contestatio litis.
  9. Ne quidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur jurato respondere positionibus defensionatis Rei accusati.
  10. Nec in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed tenetur Reus instrumentum guardiarum recognoscere, vel jurato diffiteri.
  11. Ultra recognitionem tamen tenetur Reus lice contestari, si actor una cum producendo instrumento libellum exhibuerit.
  12. Consumacia ejus, qui primo in termino generaliter saltem vel obscurâ lice contestatur, non nisi refusione expensarum coercenda est.
  13. Quandoq; tamen absq; condemnatione in expensis, saltem cum comminatione reo injungitur specialiter lice contestatio.
  14. Conſtent Reo in generali vel obscurâ lice contestatione etiam in termino secundo, sub pœna confessi de novo ei injungitur legitima contestatio.
  15. Removenda est ab actis litis contestatio, facta in quadruplicâ seu ultimâ propositione, ut legere sat.
  16. Quomodo pronunciandum est, si Reus quidem compareat, etiam taceat, nec lice contestatur.
  17. Plures consortes contestationi lice ab uno facte bene adbarere possunt.
  18. Reus tenetur probare, se implevisse contrarium, cuius nomine actor adversus ipsum experitur.
  19. In causis quoque criminalibus accusatus specificè lice contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.
  20. Admitetur tamen in causa criminali qualificata lice contestatio, qua onus probandi in accusatum transfert.
  21. Ad proposita in libello, qua ipsum negarium haud concernunt, Reus non tenetur respondere.

## CONSTIT. XI.

Lice contestari, Guarandā autem nondum præstita, num in foro Saxonico libellum mutare, vel instrumentum reo deferre possit actor?

Definit.

1. Post præstam Guarandam non licet mutare libellum in foro Saxonico.
2. Sicut nec post lice contestationem, haud præstita licet Guarandā.
3. Non tamen obstante lice contestatione, sub condicione Guaranda adhuc præstante, actor libellum mutare vales.
4. Non efficie clausula salutari libello adjecta, ut illam post lice contestatam mutare licet.
5. Nec in causis summariorum post responsionem Rei, ad merita cause factam, petitionem mutare licet.
6. Post præstam Guarandam, vel lice contestatam, ne quidem minuere licet summam, in libello expressam.
7. Libellus alternativè vel conditionaliter conceperit, post lice contestationem mutari ac pure concipi non quid.
8. Non vales actor post præstam Guarandam, vel lice contestatam, mutare libellum, etiam si Reo omnes expensis refundat.
9. Si ab actione desistat actor, Reo expensis refundere tenetur.

# I N D E X

10. *Frangens Guarandam per mutationem libelli, solâ expensarum refusione hodie punitur.*
11. *Tenetur quoque actor ad refusione expensarum, si ante præstitam Guarandam, vel litem contestatam, attamen ipso termino libellum mutare velit.*
12. *Declarare tamen licet obscurum libellum post Guarandam præstitam, vel litem contestatam.*
13. *Haud prohibitum est in foro Saxonico mutare libellum post præstitam Guarandam, in petitione hereditatis, aliusq; judiciis universalibus.*
14. *Post litem contestatam sive præstitam Guarandam actor nequit deferre Reo jusjurandum; et si antea de eo fuerit protestatus.*
15. *Post litis contestationem opponuntur validè exceptiones dilatoriae, noviter exortæ.*
16. *In quovis tempore judicii, actore vel Reo defuncto, eius heredes processum reassumere tenentur.*
17. *In unâ cādemq; sententiâ heredibus reassumpto Processus, ac litis contestatio, aliusq; actus judicari us simul rectè injungitur.*
18. *Opus est reassumptione Processus, etiam si defunctus per procuratorem litemperegerit.*
19. *Juramentum, quo deficiente inventario, hereditaria res sunt manifestanda, ad terminum jurandi legalem adstrictum non est.*
20. *Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam non excipiatur.*
21. *Neglecto termino jurandi, jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat.*
22. *De jure civili novo juramentum calumnia speciale sive malitiæ regulariter exigitur.*
23. *In foro Saxon. justissimis de causis juramentum calumnia generale abrogatum est.*
24. *Eius tamen loco juramentum calumnia speciale sive malitiæ ad compescendam temeritatem litigantium injungi potest.*
25. *Deferens adversario jusjurandum non aliter tenetur de calumnia jurare, quam si adversarius id exigat.*
26. *Parentes, deferentes liberis juramentum, non tenentur jurare de calumnia.*
27. *Imposto alicuijuramento supplerorio, vel purgatorio, exigi nequit jusjurandum calumnia.*
28. *Nec is, qui juramento res hereditarias patet facere tenerur, jusjurandum calumnia petere valet.*
29. *Sicuri nec, qui scripturam recognoscere jussus, eam juramento diffiterur.*
30. *Si adversarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro præsto habetur.*
31. *Non potest actor deferre juramentum super eo, quod probare intendit.*
32. *Ad confirmandum saltem, vel probandum matrimonium, licet deferre juramentum, non etiam ad dissolvendum illud.*
33. *Non potest jusjurandum deferri depositario, si contra bonam fidem, & dolosè quid fecisse dicatur.*
34. *Etiam in foro Saxonico post litis contestationem, & præstitam Guarandam, Reus super exceptionibus peremptoriis actori juramentum deferre potest.*
35. *Nisi reus ad reprobationem se jam obtulerit, cave ipsi per sententiam iniuncta fuerit.*
36. *Absque delatione, vel judicis impositione, nullum præstandum est jusjurandum.*
37. *Extra Processum ordinarium non potest deferririjuramentum.*
38. *In Processu ordinario Reus etiam exceptionem solutionis, contra instrumentum Guarentigiatum oppositam, conscientiæ actoris committere potest.*
39. *Non potest recusari jusjurandum, à parte delatum, propterea, quod agatur ex compromisso judiciali.*
40. *Mulier quatenus autoritate Curatoris sui valeat deferre juramentum.*
41. *Non potest per Procuratorem præstari juramentum in foro Saxonico.*
42. *Differunt ab invicem committere factum alicujus conscientiæ; & committere scientiæ sive notitiae. Solum enim factum proprium alicujus conscientia committi potest.*
43. *Ad factum alienum soli alicujus conscientiæ nequit committi, sed tenetur in se suscipere hoc casu defensum juramentum, onus probandi.*
44. *Juramentum pupillo delatum, si jurare, vel id referre nolit, differtur usque dum pubes fuerit factus.*
45. *Differtur quoque juramentum, super exceptionibus pupillo actori delatum, usque ad ejus puberitatem; quo tamen casu Reo referenti juramentum malitia est imponendum.*

## C O N S T I T U T . XII.

*Juramentum per sententiam alicui delatum quando præstari debeat?*

Definit.

1. *Post Guarandam præstitam, vel litem contestatam, non licet deferre juramentum, nisi super questionibus noviter incidentibus.*
2. *Juramentum ab actore, etiam penitus nihil probante, Reo defiri potest.*
3. *Revocare potest actor juramentum, Reo delatum, & ad probationes ordinarias confugere, etiam post præstitam Guarandam, & litem contestatam.*
4. *Postquam Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à judice de super pronuntiationem fuerit, ab actore id revocari nequit.*
5. *In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, hoc est, sex septimanæ & tres dies, præstandum est.*
6. *Jussus jurare intra octo dies tempore lapsi descendii, ad præstationem juramenti se offerre, & citationem impetrare debet.*
7. *Terminus, juramenti præstationi præfixus, à tempore lapsi descendii, vel rei judicatae currere incipit.*
8. *Neglectâ formâ citationis, intra octiduum impenetrande, juramentum pro deserto habetur; licet postea Reus ante elapsum terminum, juramento præsum, adjurandum se offerat.*
9. *Interposita Leuteratione, non currit octiduum juranti, antequam is notitiam consequatur, Leuterationi fuisse renunciatum.*
10. *Non ab ipsâ rejectione Leuterationis vel Appellationis, sed post decendum demum currit octiduum juranti.*
11. *Anticipatio octidui, antequam decendum fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habeatur.*
12. *Ad jurandum quis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato.*
13. *Suppleriorum quoque juramentum, ad terminum probatorium jurandi, & ad octiduum se offerendi adstrictum est.*
14. *Sicuri & juramentum purgatorium.*
15. *In causâ tamen criminali juramentum purgationis negat ad octiduum, neque ad terminum probatorium est adstrictum.*
16. *In causâ quoq; matrimonialibus peremptorius jurandi terminus non observatur.*

## CONSTIT. AC DEFINIT.

### CONSTIT. XIII.

Juramentum Collegio vel Communicari delatum, per quem & quomodo prestandum.

Definit.

1. **A**D jurandum pro universitate admittuntur tres vel quatuor Seniores, qui veritatem scilicet.
2. Praeservant etiam Senioribus ex Universitate iuniores, si exactiorem negotii istius notitiam habent.
3. Regulariter arbitrio Universitatis, vel Collegii committendum est, per quas personas ex Universitate vel Collegio jurare velit.
4. Nec Calmannia juramentum per Syndicum, sed per tres vel quatuor Seniores ex Universitate prestari oportet.
5. Universitates sive Collegia non nisi per Syndicos item in judicio peragere ac defendere valent.
6. Confidit quoque potest Syndicus extraneus, qui non est ex corpore Universitatis.
7. Syndicus Civitatis à Consulibus & Senatoribus, absq; Tribunorum plebis interventu, recte constituitur.
8. In pagina à maiori parte incolarum Syndicus constituitur, autoritate tamen Curatorum & tuorum ex parte Vidularum & pupillorum.
9. Defunctis licet quibusdam personis ex Universitate, barum tamen nomine Syndicus item reassumere, necesse non habet.
10. Majore tamen universitatis parte defuncta, & litis reassumptione pariter, acque novo Syndicatus instrumento opus erit.

### CONSTITUT. XIV.

Actor ubi Reo juramentum defert, & is probationibus sui, quam jurare maluisti, anrum probationes ejus contrariae probationibus elidere auctor cupions, audiendi debeat.

Definit.

1. **N**emo praeceps jurare cogitur, sed referre iurandum potest, etiam si id ab inicio non petierit.
2. Referri autem debet iurandum delatum intra octiduum, quo alias Cisatio ad jurandum est impetranda.
3. Juramentum, semel acceptatum, referri nequit.
4. Praeceps à deferente praefandum est iurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.
5. Falsa rehatione iuri iurandi, deferens utramque juramentum, & calumnia, & decisiorum praefare tenetur.
6. Efficit relatio iuri iurandi, ut infamie juramentum non magis deferre queat, quam jurare.
7. Non potest referri juramentum purgatorium, vel necessarium.
8. Nec juramentum, quod heres ob non confectum inventarium praefare tenetur, parti adversa referri potest.
9. Sicue nec juramentum diffessionis, in casu non recognoscitur scriptura vel instrumenti.
10. Non referuntur juramentum super eo, quod alicuius conscientia tamen modo commissum fuit. (Wenn die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)
11. Reu juramentum, super factum suo proprio sibi delatum, neque referre auctori, etiam si negotium istud scientia quoque ac notitia sua fuerit commissum. (Wann thine die Klage nicht allein in sein Gewissen, sondern auch Wissenschaft und Wohl-Bewust gestellt worden.)
12. Tunc pro pupillo juramentum deferti potest.
13. Sed & juramentum relationum tunc praefare tenetur.
14. Nec jurare cogitur Reus, nec iurandum referre, qui aliserit suam intentionem vult probare, etiam si

banc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.

15. Non potest profiliare ad probationem Reus, si iurandum semel acceptaverit.
16. Non admittitur Auctor ad contrariae probationes, quando Reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat.
17. Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intra spatiu Saxonum articulos probatorios exhibere tenetur.
18. Reo conscientiam probationibus defendere volentis, ac nibil probanti, ad juramentum datur regressus.
19. Adjuramentum nequit referre Reus in probationibus succubens.
20. Etiam in juramento legalibus ad probationes profiliare licet.
21. Non tamen in juramento suppletorio permisum est configere ad probationes.
22. Sicut nec in iuramento diffessionis.
23. Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deserat, non habet regressum ad prestationem iuri iurandi.
24. Conceditur tamen regressus ad prestationem iuramenti delati Reo, si juramentum suppletorium, ex semiplenâ probatione ipsi injunctum, pro deserto habeatur.

### CONSTITUT. XV.

Post praefitum juramentum quid fieri debeat?

Definit.

1. **C**Ausa iure iurando decisâ, ex probationibus contrariis retractanda non est.
2. Nec admittitur auctor, si in alio judicio, & nova infinita actione contrarium probare velit.
3. Ne quidem ex instrumentis, de novo repertis, contrarium robari potest, contra praefitum juramentum.
4. Contra praefitum tamen juramentum in licet, admittitur probatio adversa partis.
5. Retractari potest iurandum suppletorium ex instrumentis de novo repertis.
6. Sicuri & juramentum purgationis.
7. Ascentiâ definitivâ, super praefito iuramento latâ, appellari non licet.
8. A prestatione vero iuramenti necessarii suppletorio, omnino concessa est appellatio.
9. Formam delati vel relationis iuri iurandi iudex non praecise sequi cogitur.
10. Certa autem semper est forma iuramenti calunnia.

### CONSTITUT. XVI.

De probatione tam Actoris, quam contrariae Rei.

Definit.

1. **T**erminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptoriu, etiam in causis summaris & incidentibus.
2. Sufficiet tamen intra terminum probatorium, etiam ultimo die, articulos probatorios, & nomina testium offerri; licet probatio non consummetur.
3. Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus non nocet probationibus Partium.
4. Termino probatorio clapo, ne quidem in continentem mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.
5. Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiam si germino durante producens super iis fuerit processarius.
6. Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reporta.

# I N D E X

7. Post terminum elapsum non potest producens variare, & vel instrumenta, vel testes denuo offerre.
8. Terminus probatorius strictissime observandus est, & de momento in momentum currit.
9. Terminus probatorius currere incipit a die pronuntiationis desertionis, Leterationis & Appellationis.
10. Vel a tempore renunciationis, si Leterationi, vel Appellationi expresse fuerit renunciatum.
11. Currere incipit terminus probatorius a tempore rei judicatae, non a tempore Remissorialium.
12. Terminus reprobatorius currere incipit a die infracitae citationis ad publicandum probationem; & an dies ille computetur in terminum.
13. Probatione facta per documenta, a quo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.
14. Reprobatorii reprobatoriorum regularicer in foro Saxonico non admittuntur; nec valet actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.
15. Prorogari potest terminus probatorius etiam secundum d'vice, modo prorogatio ante terminum elapsum perpetatur.
16. Post terminum probatorium admittitur demonstratio, (die Bescheinigung,) actori vel Reo injuncta.
17. Adversus omnissam probationem ex causa paupertatis datur restitutio in integrum.
18. Non facile mulier a probatione dotis illata ercenda est propter elapsum terminum probatorium.
19. Nec universitas ob terminum prater lapsum probatoribus suis statim est privanda.
20. Intra terminum probationes suas producere impeditus, post terminum est audiendus.
21. Confessio extra judicialis, a parte adversa acceptata, plenam facit probationem.
22. Attestationes facta in causa possessorii, probant etiam in petitorio.
23. Possessio non relevat ab onere probandi, quando contra possidentem militare commune, vel presumptio juris.
24. Non sufficit in rei vindicatione probari dominum de praterito, sed de presenti illud probandum est.
25. Acta publica & libri Redituum, pro ipsa Republica contra subditos, non probant.
26. Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & natiuitatem legitimam probat absque omni alio admuniculo.
27. Credendum assertioni judicis, etiam non jurata, dictis, qua coram eo gestasunt.
28. Delictum, in conspectu judicis pro tribunali sedentis commissum, absque ulteriori alia probatione & processu puniri potest.
29. Etiam Dominus feudi testes jurisdictioni Vasalibus subiectos, per ejusdem subisdium citare tenetur.
30. Facta publicatione attestacionum, reperti possunt testes ad declarandam depositionem ambiguam.
31. Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium ius fuerit remissum iusjurandum.
32. Testes haud jurati deponentes, publicatione attestacionibus, denuo subjuramento examinari debent.
33. Exigunt potest juramentum malitia a producento perigrinos testes.
34. Reus suspectus, quod attestations actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusquam iuramento se ab illa suspitione liberavit.
35. Actor non nisi ex causa rationabili & sufficienti ad probationes, in perpetuam rei memoriam, ante litem contestationem admittitur.
36. Testationes ad futuram rei memoriam facta, post litem demum contra partem & reprobationes adversae partis sunt publicande.
37. Mors regularicer non probatur per unicum testimoni
38. Nisi mors occulta veniat probanda, puta quod quis in loco remoto, mari, aie, aut morbo contagioso obiisse dicatur.
39. Unius testis, de proprio facto deponentis, testimonio quando credendum.
40. Testes singulares de uno eodemque licet fatto, atque ambe de diverso loco & tempore deponentes, plene non probant.
41. Probatur tamen solutio & debitum ex confessione Creditoris vel debitoris, de qua testes in loco & tempore variante.
42. Varieras seu discrepancia testimoniū modica non obstat, quō minus eorundem depositio plenam faciat probationem.
43. Testibus inter se discrepantibus credendum est potius juratis, quam non juratis.
44. Credendum magis est testibus, deponentibus verisimiliora, ratione negotii, vel accidentis aliquius presumptionis, quam aliis.
45. Testibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt paciores.
46. Discrepantibus inter se testibus, judex pronunciat pro Reo.
47. Testis invitus ad testimonium peribendam certe mulier compelli potest.
48. Parentes pro filio & è contrario idonei testes non sunt.
49. Admittitur tamen parentum testimonium in causa matrimoniali, ad favorem filiorum.
50. Nec contra parentes vel liberos admittendum est testimonium.
51. Uxor pro marito testis esse non potest, contra maritum potest, sed non cogitur, nisi veritas aliter haberi nequeat.
52. Admittitur etiam Uxor testis contra maritum in criminalibus.
53. Frater aut soror, pro fratre aut sorore testes admissi maxime probant, si aliorum concurrat testimonium.
54. Famuli admittuntur ad testificandum pro Domino dei iis, que domi sunt, queaque non nisi per domesticos probari queunt.
55. Pubes non prohibetur testificari de iis, que vidi in pupillari aetate.
56. Non rejiciendus est testis ob inimicitiam, qui utrinque partis inimicus est.
57. Tutor vel Curator, durante tutelā aut curateliā, non admittitur testis.
58. Nisi causa pupilli vel minoris agitetur per actorem, & judice vel consutore confirmetur.
59. Nec advocatus nec Procurator potest esse testis in causa Clientis sui, in qua est Advocatus aut Procurator.
60. Validum est testimonium advocati in causa Clientis, quando ex defectu testimoniū veritas aliter haberi non potest.
61. Judex, ne quidem causa finitā, cogitur testimonium ferre super iis, que respiciunt justitiam vel injustitiam sua sententia.
62. Non cogendus est judex ferre testimonium in causa, quā impugnatur testamentum ex defectu solennissimum a judice non adhibitorum.
63. Neque Notarius compelli potest ad testificandum de gestis coram eo, tanquam coram Notario.
64. Subditi quatenus in causa Domini legitimi habentur testes.
65. Testes de universitate non admittuntur in causa, qua commodum & utilitatem singulorum respicit.
66. Denunciator in Processu inquisicionis ad testificandam admitti debet.

## CONSTIT. AC DEFINIT.

67. Creditor est testis idoneus in causa debitoris, non viceversa debitor in causa Creditoris.
68. Venditor pro emitore in causa rei vendita non est testis idoneus, quando teneat de evitacione.
69. Clerici etiam in causis Laicorum, mediante instrumento, ad testificandum compelluntur.
70. Non solum tenetur Sacerdos revelare Confessionem sibi factam.
71. Spuriū & naturales à testimonii dictione hand sunt repellendi.
72. Reus de jure braxandi Cerevisiam à se pretenso convenitus, intra duos menses id probare tenetur.
73. Veritatem aliee haberi non posse, non dicitur ex eo, quod alii testes alio non intervenierint, nisi etiam habitu intervenire hand potuerint.
74. Quomodo probanda sit prorsus temporis immemorialis.

### CONSTIT. XVII.

*De literariis documentis.*

definit.

1. Probationibus suis cadit non solum, qui instrumenta intra terminum probatorium offerre neglit: sed & qui intra eundem terminum articulos formare, iisque tenorem instrumentorum inserere omittit.
2. Post terminum non valeat actor producere instrumenta, etiam si intra terminum super ius producendis fuerit protestatus.
3. Non minus privata scriptura, quam publica instrumenta intra terminum probatorium sunt producenda.
4. Instrumentum ad aliud se referens, absq; productione relati instrumenti nil probat.
5. Non semper producendum est necessario integrum instrumentum, sed sufficit quandoq; partem instrumenti, que ad probationem facit, produci.
6. Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, quod est penes adversam partem, non facit probationis jure privandus est ex eo, quod copiam non produxerit.
7. Effectio protestatio producentis, vel se instrumento saltu, in quantum pro eo faciat, ut illud pro adversa parte nil probet.
8. Nisi pars adversa presens sit, idemque instrumentum pro se etiam producat.
9. Nil efficit actor producendo instrumenta una cum exhibitione libelli, sed post licet contestationem ea in vim probationis reproducere tenetur.
10. Instrumenta tamen, que paratam habent executionem, validè ante litis contestationem producuntur, ac statim recognosci debent.
11. Originalia instrumentorum etiam post publicatas attestations quandoque produci possunt, modo debito tempore Copie sucrim exhibita.
12. Adversarius instrumenta, contra se producta, vel absque juramento recognoscere, vel mediante jure jurando diffiteri tenetur.
13. Alioquin documenta producta pro recognoscitur.
14. In arbitrio producentis est, an documenta, contra aliquem producta, ejus confessioni jurata submittentes, an vero hec per testes recognoscit facere velit.
15. Scriptura defunctorum quando nemini cognita est, comparatio lucratū in locum recognitionis succedit.
16. Protestatio de non recognoscendo, adjecta recognitioni, non facit, quo minus instrumentum pro recognito habeatur.
17. Ex causa senectutis, adverse valitudinis, dignitatis, &c. subsufficit Recognitionis, extra judicij locum, in domo recognoscendi facta.

18. Per procuratorem quoque & Curatorem fieri potest Recognitionis instrumentorum.
19. Diffessio autem jurata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur Curator vel Procurator.
20. Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico, absque recognitione, nihil probat.
21. Recognitionis debet instrumentum ex eo solo, quod sigillum est appositum, licet manu signantis nec scriptum, nec subscriptum fuerit.
22. Instrumentum etiam non signatum recognosci debet.
23. Non probat instrumentum absq; recognitione, etiam si huic expressè instrumento fuerit renunciatum.
24. Probat tamen instrumentum obligationis, absq; recognitione debitoris, quod subscriptum est à testibus.
25. Recognitione, vel sacramenti diffusione documentorum nemo gravandus est, quando ea contra ipsum nihil probant.
26. Instrumenta communia vel etiam in duplicibus iudiciis, Reus quoq; actori edere tenetur.
27. Instrumenta, que propriè ad actorem pertinent, Reus semper edere obligatus est.
28. Instrumenta edere rejussus, si negat, se ab habere, iuramento id obtinere debet.
29. Jussus à judice edere documenta, non potest petere, iuramentum calumniæ à parte adversa, nisi ei instrumentum in Processu ordinario super editione fuerit delatum.
30. Detractans editionem, & iuramenti præstationem, si actor est, causa cadit; sin Reus, instrumento pro editis & recognitis habentur.
31. Quandoq; etiam inductione multæ arbitrarie addendum instrumenta, vel jurandum Reus compellitur.
32. Ex instrumento, etiam continente debitum in diem, quandoque ad paratam executionem agitur.
33. Cessonarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusquam de cessione sibi facta doceat.
34. Scriptura privata, vel liberationem pro scribente non probat.
35. Libri mercatorum quando semiplenè probent, & iuramento suppletorio confirmantur.
36. Plenè probant libri mercatorum, quando unius testis depositio concurrat.
37. Mercatorum libri saltu in iis rebus probant, qua ad commerciorum & negotiorum materiam spectant.
38. Plenè probat exemplum seu Conceptum alicujus instrumenti, in archivis publicis repertum.
39. Obligatio seu instrumentum, causam debiti non exprimens, nihil probat, nec paratam executionem habet.
40. Confessio debiti judicatio, etiam absque causa expressione facta probat, & consistentem obligat.
41. Ad reassumptionem processus non admittitur Procurator absque speciali mandato ad reassumendum sibi dato.
42. Charta blanca, vulgo Blanquet, subscriptum & signantium obligat ad hoc, ut executive contra eum agi possit.
43. Recognitionis instrumentorum speciale desiderat Procuratoris mandatum.
44. Protocollo Notarii major fides habetur quam instrumento.

### CONSTITUT. XIX.

*De disputationibus Partium post publicatas attestations.*

Definit.

1. Tertium qualitates & depositiones post publicatas denum attestations impugnari solent.
2. Admissuntur etiam disputationes attestatorum vel documentorum in Processu summario.

# I N D E X

3. In Processu etiam criminali ordinario diffundari possunt attestata testium.
4. Disputationes attestatorum in scriptis proponuntur, in foro Saxonico, nec oretenus eas proferri necesse est.
5. Litigatores post publicatas attestaciones juras sua alternis vicibus, interjecto semper spatio sex septimanarum, proponere tenentur.
6. Spatium hoc sex septimanarum, a tempore acceptae Copie publicatarum attestacionum, currere incipit.
7. Facta autem probazione per documenta, si atale sex septimanarum, ad exhibendam primam positionem, a tempore rei judicatae currere incipit.
8. In foro Saxonico disputationes attestacionum duabus alternativis positionibus finiri debent, nec ulterior disputatione admittitur.
9. Is, contra quem probatio suscepta est, primam positionem exhibet, nempe exceptionem.
10. Probationes & reprobationes in uno eodemque scripto sunt disputande & proponendae.
11. Disputante licet una parte probationes & actitata, altera tamen pars disputationibus bene renunciare valer.
12. Perdit alicet exceptione post terminum praestitutum præterlapsum, admitti nihil minus debet publica Rei.
13. Replicæ actoris propter contumaciam quantumvis rejecta, admittitur tamen ejusdem triplica.
14. Duplicè autem vel triplica intra spatium legitimum non proposita, concludendum est in causa principali.
15. Nec exceptio, nec Replica aliavè positio, ultima saltem termini die in iudicio exhibita rejici debet.
14. Decendum ad Leuterandum non currit ignorantie, haut citato ad publicationem sententiae.
15. Non currit decendum ei, qui justè ex causa impeditus fuit Leuterationem interponere.
16. Non sufficit, Leuterationi petitionem Citationis inseriri, sed deinceps intra spatium sex septimanarum atque trium dierum citatio ad prosecutionem impetrari debet.
17. Sufficit tamen, ultimo etiam die atq; momento hærum sex septimanarum & trium dierum, citationem ad Leuterationis prosecutionem impetrari.
18. Sententia licet super alio prosecutionis termino praefigendo latè, nihil minus intra sex septimanas & tres dies Leuterans denuò citationem impetrare tenetur.
19. Non deserit Leuterationem, qui causa quâdam rationabili impeditus, intra sex septimanas & tres dies citationem impetrare nequit.
20. Non prejudicatur Leuterans ex eo, quod judex terminum prosecutionis posuerit ultratres menses.
21. In prosecutione Leuterationis, ab interlocutoriā interposita, duabus saltem alternis positionibus ad sententiam est concludendum.
22. Protestatio cum demum vim Leuterationis habet, quando sententia verbis expressis suspenditur a viribus rei judicatae.
23. In foro Saxonico a qualibet sententiâ, sive sit definitiva, sive interlocutoria, etiam post tres conformes sententias, leuterare licet.
24. A sententia, in summarissimo possessorio latè, non licet appellare vel leuterare.
25. In Processu criminali inquisitorio nec Appellare, nec Leuterare licet in foro Saxonico.
26. Loco tamen Appellationis vel Leuterationis in Processu inquisitorio admittitur defenso inquisiti.
27. Nec consanguinei sententiam, in Processu inquisitorio contra consanguinum latam, leuterare valent, licet ejus defensionem deducere non prohibeantur.
28. Admittitur tamen Leuteratio, in Processu etiam inquisitorio, si de levi agatur crimen, quod pœna hanc corporis afflictiva coercetur.
29. Rejici potest Leuteratio, absq; sufficienti gravamine interposta.
30. Temerè Leuterans in expensas retardati Processus condemnatur.
31. Contra Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta, & amissionem cause, sed injungitur ei prima vice responsio ad prosecutionem Leuterationis, quandoque etiam simul refusio expensarum.
32. Si Leuteratus in contumaciâ perseveret, super gravaminibus, per Leuteranum deductis, judex, ex aetate prime instantie informatus, cognoscit.
33. Leuterante in termino contumaciter emanente, Leuteratio pro desertâ habetur.
34. Quandoq; tamen justâ causa apparente aliis terminus ad prosecutionem Leuterationis praefigitur.

## C O N S T I T U T . X X .

Appellatio coram Notario & testibus interposta, num recipienda ?

Definit.

1. Valeat indistinctè in foro Saxonico Appellatio coram Notario & testibus interposta, etiam absq; insinuatione.
2. Coram solo tamen Notario absq; testibus valida haud est Appellatio.
3. Subsistit etiam jure Leuteratio coram Notario & testibus interposta.
4. Admittuntur quoq; Appellationes in Provinciis Saxonice ad Questores Prefecturarum, quando hi sunt judices superioriores.
5. Etiam

## CONSTIT. AC DEFINIT.

5. Etiam in fero Saxonico non tantum riva voce facit post laetam sententiam, sed etiam intra decimum, inscriptis admittitur Appellatio.
6. Judice inferiore Appellationem recipere nolente, Appellator judicem superiorem desuper implorare potest.
7. Deserta est Appellatio, si praeceps intra triginta dies à tempore laeta sententiae, non fuerint petiti Apostoli.
8. Habenda etiam est Appellatio pro deserta, quando Appellans in termino, ad Apostolos accipiendos sibi affigunt, consumaciter emaneat.
9. Introducenda est Appellatio in fero Saxonico intra mensem, à die, quo Apostoli datis fuerere; quo tempore neglecto, Appellatio habetur pro deserta.
10. Deserta porro est Appellatio, si non fuerit justificata intra annum, vel iustus ex causis intra biennium.
11. Etiam in fero Saxonico intra annum civilem justificari debet Appellatio, sub pena desertionis.
12. Non solum à definitiva, sed etiam ab interlocutoria sententia in fero Saxonico appellare licet.
13. Rejicienda est Appellatio ab executione ex instrumento, & debito liquido facta.
14. Non habene jus appellandi Appellationum desertores.
15. Appellatio unius ex lictis Consoreibus prodest etiam caseris, qui non appellaruntur, si eadem horum omnino est ratio, non diversa.
16. Revisio locum habet, sublata licet Appellatione.
17. In causa Appellationis judex superior partes litigantes, inferiore judice irrequiso, citare potest.
18. Super reassumptione lictis, & causa Appellationis, simul potest pronunciari.
19. Admititur etiam Appellatio in Processu criminali ordinario.
20. In Processu vero criminali inquisitorio Appellare non licet.
21. Judex Appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de bis nihil dictum fuerit in priore sententia.
22. Appellatio pro expensis saltem interposita, non devotus negotium principale adjudicem Appellationis.
23. Neque ab Electore Serenissimo, neq; à reliquis Ducibus Saxonie, ad Cameram Imperialem provocare licet.
24. Haud obstante privilegio de non Appellando, subditii Ducum Saxonie, super nullitate sententia, in Cameram Imperiali conqueri possunt.
25. Privilegium de non Appellando haud tollit supplicationem ad Superiorum.
26. Sententia in Appellationis judicio reformatâ, cosa causa principalis ad judicem Appellationis devolvitur, nec locum habet remissio.
27. Sed confirmata sententia in judicio Appellationis, causa adjudicem à quo remittitur.
28. Licet judex Appellationis remissionem deserte verbis in sententiâ exprimere haud obstrictus sit.
29. Hodie in fero Saxonico nulla est alia pena temere Appellantis, quam ut in expensas condemnetur.
30. Non habetur Appellatio introducta pro deserta, priusquam coram judice Appellationis consumacie Appellantis, propter non factam justificationem, fuerit accusata.
31. At super desertione Appellationis, nondum introducta apud judicem superiorem, judex inferior à quo pronunciat.

## CONSTITUT. XXI.

De probatione secunda instancie.

Definit.

1. Probatio, in primâ instanciâ ob terminum elapsum

- perdiu, in secundâ Appellationis instantiâ denunciatur.
2. Non satis probata in primâ instantiâ, per alios, vel eosdem testes in Appellationis instantiâ probari non possunt.
3. Neq; super articulis, prioribus directò conserari, in Appellationis instantiâ testes examinari queunt.
4. Super articulis ramen, indirectè conserari, testes in Appellationis instantiâ producti admittuntur.
5. Per instrumenta probari possunt in Appellationis instantiâ ea, quæ sufficienter in priori instantiâ haud probata fuere.
6. Admititur nova probatio in Appellationis instantiâ, super articulo prioribus, in causa dotis.
7. Super articulis prioribus in Appellationis instantiâ nove admittuntur probations, adversa parte consentiente.
8. In Appellationis instantiâ proponi possunt nova capitula, modo ab antiquis dependant.
9. Nova capitula, ab antiquis dependentia, in Appellationis instantiâ proponi & probari queunt, etiam si consulti in primâ instantiâ fuerint prætermissa.
10. Exceptiones peremptoria, in primâ instantiâ omis- se, nequeunt opponi in Appellationis instantiâ.

## CONSTIT. XXII.

Juramentum purgationis num in causis civilibus ex officio, reo deferre judex possit?

Definit.

1. Locum habet juramentum purgationis in causis criminalibus, quando adiungit sufficientia indicia, nec deveniri potest ad panam corporis afflictivam.
2. In actione injuriarum, criminaliter intentata, Reo injungi potest juramentum purgationis.
3. Sicut etiam in causis matrimonialibus.
4. Confessio stupri facit indicium sufficiens ad juramentum purgationis.
5. Ex presumptionibus & indicio stupri, deferriri potest juramentum purgationis super stupro simul & matrimonio promisso.
6. Ignorantia, que in animo aliquis conficit, juramento purgationis probanda est.
7. Emtores rerum furiarum, ignorantiam praedictentes, juramento se purgare tenentur.
8. Res furto ablata, juramento domini debet astimari.
9. Qui negat se rem habere, quam tamen habere presumentur, juramento se purgare tenetur.
10. Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi, praetendenti ignorantiam adulterii, à conjuge perpetrari, priusquam jurato eam obtinuerit.
11. Necessaria defensio quandoq; juramento Rei purgatorio probatur.
12. Peritis in arte sua non nisi juratis credendum est.
13. In causis etiam civilibus tunc quandoq; imponitur juramentum purgationis.
14. Succedit juramentum purgationis, quando locutus non est juramento in supplementum.
15. Juramentum purgationis, etiam à parte non petrum, ex officio judicis imponitur.
16. Reus, cui juramentum purgationis fuit injunctum, illius evitandi causa ad probationem admittitur.
17. Praetito juramento purgationis, Reus definitivè absolvus debet.
18. Juramentum purgationis, Viro & mulieris simul injunctum, prius à Viro praefarsi debet.
19. Juramentum purgationis in loco judicij publico debet praefarsi.
20. Jurandum purgatorium novas contrarias probaciones semper admittit.

# INDEX

## CONSTITUT. XXIII.

*Juramentum suppletorium in actis peti necessè est, an vero ex officio deferri possit?*

Definit.

1. *Juramentum in supplementum, etiam à parte non petitum, ex officio judicis potest deferri.*
2. *Juramentum suppletorium judex deferre cogitur, si alia ratione causam decidere nequeat.*
3. *Non potest deferri ius jurandum suppletorium, nisi quando semiplenè est probatum.*
4. *Semiplena dicitur probatio, facta per unum testimoniū.*
5. *Modo unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contraria presumpzione oneretur.*
6. *Non solum actori, sed quandoq; etiam Reo deferri potest juramentum suppletivum, sicut a visum fuerit judicii.*
7. *Christiano potius & viro honesto, quam Judæo, aut pejorare solito, juramentum suppletorium deferri debet.*
8. *Super credulitate etiam juramentum suppletivum quandoque defertur.*
9. *Petit potest juramentum suppletorium, etiam post elapsum terminum probatorium.*
10. *Non potest deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus.*
11. *Nec in causis criminalibus, quando pena corporis afflictiva venit infligenda.*
12. *In probandâ consanguinitate potest deferri juramentum suppletorium; ut juretur saltem de credulitate.*
13. *Non potest exigere juramentum calumniæ, qui jure tenetur in supplementum.*
14. *Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qui non prius de paupertate aliquo modo fidem fecerit.*
15. *Minorationis juramenti non solum in rei ipsius ablatæ, sed etiam damnorum estimatione locum habet.*
16. *Post Guarandam & litis contestationem non est audiendus actor, petens, Reo ius jurandum minorationis imponi.*
17. *Juramentum minorationis locum habet saltem in vi ablativâ, vel expulsivâ, non etiam in realibus injuriis, personæ illatis.*
18. *Minorationis juramentum, Reo, sed juramentum in item, actori defertur; & quomodo hæc duo jura menta convenient, & vicissim ab invicem differant.*
19. *In omnibus actionibus hodie in item jurari potest.*
20. *Juramentum in item non respuit moderationem judicis, que tamen præstatiōnēm jura menti prædere debet.*

## CONSTITUT. XXIV.

*Juramentum an & quatenus heredibus sit imponendum?*

Definit.

1. *Factum defuncti, heredis scientie sive notitia committi debet, non etiam ejus conscientie.*
2. *Defuncto eo, cui juramentum est delatum, super factum proprio antequam illud præstitum fuerit, heredes ejus saltem de credulitate jure tenentur.*
3. *Non tenentur heredes jure de credulitate, super factum, conscientie Rei commissio, si is ante conceptionem, vel publicationem sententie decesserit.*
4. *Aliud tamen hoc casu dicendum est, si factum non solum conscientie defuncti, sed & ejus scientie atque notitiae fuerit commissum.*
5. *Pendente Leuteratione, licet jure decesserit, ejus tamen heredes de credulitate jure tenentur.*
6. *Defuncto actore ante præstitum juramentum, sibi*

*relatum, ejus heredes quoque de credulitate jure tenentur.*

7. *Admittuntur quoque heredes ad juramentum credulitatis, si defunctus in probationibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit.*
8. *Non exigendum est juramentum veritatis principale ab heredibus, etiamsi de facto defuncti bene sint informati.*
9. *Heredes, de credulitate jure eussi, ad evitandum juramentum probationibus uti possunt.*
10. *Juramentum credulitatis heredes præcisè tenentur præstare, nec illud referre possunt.*
11. *Pupilli juramentum pariter judiciale, sibi delatum, & credulitatis in proprio personā tenentur præstare, sed suspenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint.*
12. *Juramentum ramen credulitatis præstare possunt tutores nomine pupillorum, quando coheredes majorum concurrunt.*

## CONSTITUT. XXV.

*Prescriptionis exceptionem, à parte non oppositum, ex officio supplere judex num possit?*

Definit.

1. *Prescriptionis exceptionem, etiam à parte non oppositam, ex officio judex supplere potest.*
2. *Quin & prescriptionis exceptionem, à parte lices non oppositam, attamen ex actis apparentem, judex supplere necesse habet.*
3. *In causis etiam criminalibus, judex præscriptionis exceptionem supplere tenetur.*

## CONSTITUT. XXVI.

*Sententia publicata alterius, quam judicis nomine, num in rem judicatam transcat?*

Definit.

1. *A djudicium peritorum, adjecto judicis nomine, lata sententia valida est, & in rem judicatam transit.*
2. *Valeat quoq; sententia, adjudicium peritorum lata & judicis nomine non expresso, publicata.*
3. *Idemque de sententiâ, in judicio summario lata, afferendum est.*
4. *Subsistit etiam sententia architectorum & artificum, de rebus, ad peritiam suam spectantibus, lata, & partibus publicata.*
5. *Sententia chirurgorum, super lethaliitate vulneris lata, semper probationem in contrarium admittit.*
6. *Causâ, in libello positâ, non probatâ, Reus absolvit, et si actor in Processu aliam probaverit causam.*
7. *In judicio peritorio, pronunciare potest judex super possessorio, si narrata libelli ad hoc referri queant, oppositâ clausula salutari.*
8. *In petitione hereditatis, judex etiam super fructibus non peritis pronunciare valer; & quomodo intelligenda sit Regula: Senteat libello conformem esse debere.*
9. *Valeat sententia conditionalis: Si reus vel testes jura verint.*
10. *Subsistit quoque sententia, justâ ex causâ conditionaliter lata: Si actor probaverit.*
11. *Deficiente conditione, sententia opposita, statim potest fieri executio, neq; expectanda est alia sententia.*
12. *Nunquam ferri debet sententia contraria inauditos.*
13. *Nec contra pupilos vel minores indefensos ferri debet sententia.*
14. *Sententia, contra rem judicatam lata, jure non subsistit.*

## CONSTIT. AC DEFINIT.

15. *Sententia tuer solos litigacores ius facit, alii vero non prejudicat.*
16. *Paris etiam sententia, tuer alios lata, exceptione rei judicata, quoties eadem est causa vincendi, idemque causa factus, apud judicem cundem.*
17. *Nocet Creditoribus, etiam non vocatis, sententia, inter alios Creditores lata pro herede debitoris.*
18. *Rescripta Principis, ad supplicium unius partium impetrata, non transirent in rem judicatam.*
19. *Ac, praecedente causa cognitione, Rescripta Principis partibus publicata, in rem transirent judicatam.*
20. *Non valeat patrum super rei judicata, nisi per expressam Novationem ab ea recedatur.*
21. *De jure communis actio Nullitatis intra triginta annos, à tempore latra sententia, institui potest.*
22. *Actio nullitatis, vel peritio restitutio in integrum non impedit executionem contrahit.*
23. *Non audiendus est actor petens restitutio in integrum, priusquam doceat lesionem, vel causam restitutio.*
24. *Sententia contra iura manifesta, ipso iure haec subficit, nec opus est Litteratione, vel appellatione.*

### CONSTITUT. XXVII.

*Lite veriente inter Dominum & Vasallum de fendo  
num Processus juris Saxonici, an vero con-  
manus, servari debeat.*

Definit.

1. *odus procedendi in causis feudalibus, de jure Saxonico specialiter recepsus, etiamnam in foro Saxonico obtinet.*
2. *In provinciis etiam Electoratus Saxonici proceditur bodie in causis feudalibus secundum ius commune.*
3. *Proceditur in Provinciis Electoratus Saxonici secundum ius commune, omnibus in causibus, quibus Dominus adversus Vasallum experientur.*
4. *Vasallus quoq; adversus Dominum feudi agens, secundum ius commune in provinciis Electoratus Saxonici procedere tenetur.*
5. *Non potest in provinciis Elect. Saxonici mulier, absque Curatore, in causa feudal agere vel se defendere.*
6. *Erit in Saxonia Electoratu in causis feudaliis, Guaranda praestanda, & vivâ voce procedendum est.*
7. *Bona in dubio presumuntur allodialia, non feudalia, et si de iis possessor fuerit investitus.*
8. *Filia conscente cum Agnato de feudo, hujus possessio, sive pendenca, filie adjudicari debet.*
9. *Possidens rem aliquam tanquam allodialem, quam Dominus feudalem assertit, non tenetur titulum possessionis indicare.*
10. *Studiose, convenitus coram Rectore, non potest bude ejus forum declinare, ob juramentum Rectori prefatum.*
11. *Concessio jurisdictionis atq; Regalium rictu fendi, non cumulari, sed privative facta censetur.*
12. *Paribus Senatorum votis existentib; ea pars vincit, que causam mutetur magis favorabilem ac rationalem.*

### CONSTIT. XXVIII.

*De jure prioritatis inter Creditores.*

Definit.

1. *In concursu creditorum ante omnia probari debent credita, per liquidationem exhibita.*
2. *Non definitivè pronunciandum est super prioritatem Creditorum, antequam bijura sua demonstraverint.*
3. *Injungitur quandoq; Creditoribus probatio Crediti, & deductio iurium pralectionis, sub pena praelusioni, ad maturandum propriatis processum.*
4. *Non errat iudex, super prioritatem definitivè pro-*

- nuncians, adjecta conditione: si hic vel ille Creditor jas suum probaverit.*
  5. *Sententia definitiva super prioritatem lata: ex solo vendum est debitem Creditoribus, qui sententia acquiescunt, licet alii de prioritate plerius discipient.*
  6. *Non decernendum est super prioritatem Creditorum, antequam instrumenta exhibita debitor recognoverit, vel jurato confessus fuerit.*
  7. *Debitor latans, vel fugitus, per edictum publicum cum debet citari.*
  8. *Defuncto debitore, cui bares nemo existit, bonis Creditorum dandus est, qui Creditoribus respondet, et cumque instrumenta recognoscit.*
  9. *In judicando super prioritatem Creditorum attendi debent statuta domicili debitoris, etiam si bona mobilia alibi sita sint.*
  10. *Creditores defuncti debitoris petere possunt separationem bonorum, quando hereditis bona propriis Creditoribus non sufficiunt.*
  11. *Judex de prioritate satis informatus super concurredum Creditorum definitivè pronunciare ac quemvis in classe suâ & ordine collocare debet; Quaque finis classes debitorum.*
- CLASSIS PRIMA.**
- In qua veniunt singulare quâdam prerogativa & prioritate, pra aliis omnibus privilegiis Creditores.*
12. *Privilegiati Creditores, in Classe prima concurretes, non pro rata à portione Crediti accipiunt, sed juxta ordinem privilegiorum alter alteri preferuntur.*
  13. *Vidua vel Uxor jure dominii reperens bona sua, tibi hereditate mariti reperta, alios Creditores indiferenter in iis excludit.*
  14. *Liberis etiam bona propria, in parentum hereditate adhuc reperta, jure dominii pra aliis omnibus debentur Creditoribus.*
  15. *Sicut etiam res deposita, pra omnibus aliis Creditoribus, qualitercumque, privilegiatis vindicari potest.*
  16. *Pecunia, ad certum usum datâ, non etiam à mandatario in eum conversâ sed consumata, Domino revertenti non competit ius pralectionis pro hypothecariis, aliq; Creditoribus.*
  17. *No prefertur hypothecariis, aliisve Creditoribus privilegiatis, Venditor, in mercibus venditis adhuc extantib; penes emporum, quâdo fides habita est de prelio.*
  18. *Nisi empator dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cum jam solvendo non esset.*
  19. *Quo casu Venditor merces, ab empore dolosè alienatas, etiam à tertio possesso vindicare potest.*
  20. *Reservans sibi hypothecam in re venditâ, etiam extrajudicium, ratione pretii omnibus aliis Creditoribus prefertur.*
  21. *Jus quoq; pralectionis Venditor habet ratione pretii in revendita, si dominium sibi reservaverit, vel ei in foro Saxonico non judicialiter resignaverit.*
  22. *Omnibus indifferenter Creditoribus debitoris preferuntur illi, qui hypothecam in fundo consecuti fuere, antequam illum debitor emeret.*
  23. *No gaudente hoc iure pralectionis, qui rem venditam jure pignoris obligatam non habent.*
  24. *Famuli privilegiati habent pralectionis, etiam ratione mercedis, ex praecedentibus annis, apud Dominum restantis.*
  25. *Privilegio mercedis gaudens saltem sū ministri, qui pro certo servientes salario in adibus & cunctis debitoris reperiuntur.*
  26. *Gaudet quoq; hoc pralectionis iure padagogus, ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductus.*

# I N D E X

27. Non verò gaudent privilegio hoc prælationis operarii vel opifices, qui non in edibus & convictu defuncti comorantur, vel absque certo salario operas prestant.
28. Neq; Factores mercatorum, hoc prælationis privilegium pretendere valent.
29. Attuaris judicij prælationis privilegium earenus concessum videtur, quatenus pane Domini fruuntur.
30. Advocatus ratione salarii, sibi promissi, reliquis Creditoribus non preferetur.
31. Liberi, parentibus operas familiares prestantes, ac mercedem exigentes, band preferuntur, alii Creditoribus.
32. Nisi ipsi certa merces fuerit promissa.
33. Amittitur pridilegium iheredes, si ejus nomine rāquam credita pecunia, usuras famulus à Domino acceperit.
34. Quantitatem mercedis famulijuramento suo probare possunt, si non constet, quantum ipsis debetur.
35. At, ministros se fuisse, famuli aliter, quam per juramentum suum probare debent.
36. Salarium quoq; Curatoris bonorum, & quod ab eo impensum fuit, privilegio mercedis famulitiae in concursu Creditorum gaudet.
37. Preferuntur quoq; reliquo ari alieno impensa, in culturam agrorum facte, (das Acter: John.)
38. Sicut etiam frumentum sementarium ( Saam: Getreydigt.)
39. Post mercedes famulorum preferuntur impensa funebres reliquis Creditoribus, etiam hypothecariis anterioribus expressis.
40. Prælationis Privilegium concessum est saltem impensis funebribus, que ad sepulturam ipsius debitoris non etiam uxoris & liberorum fuerunt erogatae.
41. Etiam impensa pro vestibus lugubribus erogatae, privilegio prælationis gaudent.
42. Non potest efficere debitoris dispositio, ut impensa funebres immodico reliquo ari alieno preferantur.
43. Impensis funebribus succedunt sumptus, in agroti debitoris curationem facti; quibus etiam Salaria chirurgorum accensentur.
44. Non verò sunt privilegiatae impensa, in curationem uxoris, & liberorum debitoris facta.
45. Privilegiatae sunt impense duntaxat erogatae in curationem morbi, ex quo debitor agrotus obiit.
46. Non locus est prælationi impensarum, in curationem agroti debitoris factarum, antequam haec verisimiliter fuerint probatae.
47. Post sumptus, in curationem agroti debitoris factos, collecta, etiam inferiori magistrati ex solvenda, reliquo ari alieno preferuntur.
48. Non preferendus est Creditor hypothecarius Magistratus, ex eo, quod ante impositionem collectam jus pignoris acquisiverit.
49. Privilegium tributorum, reliquo ari alieno preferendum, ad omnes indifferenter collectas, etiam extraordinarias extenditur.
50. Quicquid ad processum executionis adversus debitorem expediendum, à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annexatur.
51. Non tamengaudent hoc privilegio Collectarum debitorum ex contractu cum Magistratu initio dependentia, vel alias in commodum debitoris erogata.
52. Magistratus in tributis ( der Land und Erbrente: Steu) pra debitore erogatis privilegio hoc prælationis nota nisi ad quadriennium gaudet.
53. Laudemiorum nomine magistratus tacitam saltem habet hypothecam in bonis debitoris, absque omnī prælationis privilegio.
54. Canon vero Emphyteusicus, Decimae, Genitio, similesque persones annueunt cum tributis artis collectis, hypothecariis, etiam antiquioribus, ac reliquo ari alieno preferuntur.
55. Sicuti & anni reditus, etiam redimibiles.
56. Post tributa & collectas ex solvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei aliquius venditione certis terminis promissa, (Ebsoder Zagezeit: Geldere.)
57. Emptor pecunia hereditaria succedit venditori etiam in jure prælationis.
58. Non competit privilegium hoc prælationis pretio venditionis parato, dem Wigelde; etiam distinctis terminis intra annum & diem ex solvatur.
59. Cessat prælationis privilegium, si creditor pecuniam hereditariam, postquam dies cessit, in mucum converterit, vel usuras à debidore acceperit.
60. Vell etiam, si creditor pecuniam hereditariam, cuius dies janadudum venit, non perierit, cum tamen eam bene consequi potuisset.
61. Non tamen cessat prælationis privilegium, si Creditor, postquam dies venit, de solutione debitorem interpellans, eam consequi non potuerit.
62. Non mutantur termini & intervalla ex solvenda pecunia hereditaria ex jure prælationis.
- CLASSIS SECUNDA.
- In qua veniunt Creditores, qui præter tacitam hypothecam, ex privilegio quoq; personali jus habent prælationis.
63. Inter Creditores, hæc in Classe positos concurrentes, si semper reliquis preferuntur, qui anteriorem hypothecam consecutus est.
64. Sicuti in dote, ita etiam in augmento dotis mulier preferuntur omnibus Creditoribus, etiā hypothecariis, exceptis iis, qui anteriore expressa habent hypothecā.
65. Etiam de jure communi, extra forum Saxonum, hypothecarii anteriores expressi preferuntur mulieri dōtem repetenti.
66. Non preferuntur mulier ratione dotis iis Creditribus, qui prius arrestum, vel immisionem in bona debitoris judicialempetrarunt.
67. In rebus saltem mobilibus preferuntur mulieri, dotem illam repetenti, Creditores ii, qui hypothecam extrajudiciale anteriorem sunt consecuti.
68. Non preferuntur mulier affectuata ratione dotis, expressa hypotheca, Creditoribus anteriorem expressam habentibus.
69. Mulier non solum defuncto, sed etiam vivente adhuc marito, & ad inopiam vergente, jus prælationis in dote habet.
70. Vidua ratione dotis preferenda est Agnatores expeditoriis pertenti.
71. Competit mulieri privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non converso.
72. Modo marito illata probetur, aliter, quam solius mariti confessione.
73. Ne quidem jurata mariti confessio efficit, ut locus sit juri prælationis in dote confessata.
74. Exceptio non soluta dotis objici potest à Creditoribus mariti, post elapsa tempora, intra quæ opponi à marito potuit.
75. Non probat mariti confessio dotem illam, etiam si mulier in supplementum jurare velit.
76. Competit tamen mulieri privilegium prælationis in dote confessata, si reliqui etiam Creditores, per solam confessionis debitoris numerationem probent.
77. Mariti confessio obligat heredes ad restitucionem dotis, etiam si huius illatio aliter à vidua non probetur.
78. Gaudet mulier in dote confessata privilegio prælationis, si confessio mariti, de receptione dotis, antea promissa, ex intervallo temporis subsequatur.
79. Velsi maritus docem non a parentibus uxoris, sed è ter-

# CONSTIT. AC DEFINIT.

- è tertio fibi datur, in apostolā confessus fuerit.
80. Probatur doris numeratio ex confessione mariti, accedente unius saltem testis fide digni depositione.
81. Ad probandum doris numerationem, fratres uxoris ad testimonium admittuntur.
82. Marii bonis illata censerat, eo ipso, quod utriusque, marito & uxori, simul fuerit numerata.
83. Non competit ius pralationis in dore mulieri, que, cum marito communem negotiacionem exercens, debita simul conerat.
84. Nec gaudet mulier ratione doris pralationis privilegio, si scilicet viro, jam ante obbarato, nupsferit.
85. Vel si culpam mulieris maritus ad iopiam pervenerit.
86. Ratione bonorum per sphaerulum mulieribus competit saltem ius tacita hypotheca, non etiam pralationis privilegium.
87. Vocabula (Heyrothsgut) dotalia salte bona, non etiam paraphernalia significantur; & quenam ita dicantur?
88. Doma nuptialis pro bonis dotalibus habentur, adeo, in repetitione partis dimidie uxor gaudet privilegio pralationis.
89. Bona, aliunde per hereditatem acquisita, & marito illata, non dotalia sunt, sed paraphernalia.
90. Uxor repetens pecuniam, quam mutuo dederat marito, nec hypothecariis, nec Chirographariis prefertur.
91. Ratione donationis propera nupicias, si mulier de hypotheca expressa sibi non profixerit, inter chirographarios Credutores referenda est.
92. Liberi prioris matrimonii preferuntur in legitima paterna Novice, donationem propera nupicias pertinenti.
93. In dotalicio perinde argi in dore, uxor munita est jure tacita hypotheca, ac pralationis privilegio, marito etiam abduc vivo, sed non solvendo existens.
94. Uxori, Morgengabam & cibaria domesticaria pertinenti, omnes indifferenter Creditores, etiam nudi chirographarii preferuntur.
95. Pralationis privilegium in dore soli uxori competit, non etiam hereditibus collateralibus, vel ascendentibus, nec ab uxore alii potest cedi.
96. Liberi tamen, aling, heredes descendentes, in dore maternajure pralationis aque gaudent.
97. Defuncta licet matri ante maritum, liberi tamen eius ratione legitima materna ius pralationis habent, & Novice, ratione doris sua, in concursu preferuntur.
98. Liberi tamen post marem defuncti, ius pralationis mitem ad collaterales & ascendentess heredes non transmittunt.
99. At ius tacita hypotheca, sicuti extraneo cedi, ita etiam ad heredes quoscunq; à muliere, ejusve liberis transmissi potest.
100. Defuncto patre, liberi petere nequeunt legitimam paternam priusquam Vidue de bonis illatis, vel portione statuaria factum fuerit.
101. Ratione legitima paternam filii in bonis viatici non preferuntur Vidue bona illata pertinenti.
102. Post dorem mulieris, Fiscus preferitur hypothecarius omnibus posterioribus.
103. Preferetur tamen Fiscus etiam anterioribus hypothecariis, sive expressis, sive tacitis, in bonis pugie à quæ sitis.
104. Cessat ius pralationis Fisci in panis fiscalibus, quarum ratione solam habet tacitam hypothecam à tempore condemnacionis.
105. Quis ad reflectionem, vel conservationem dominū, vel alterius rei, pecuniam mutuo dedit, preferitur hypothecariis etiam anterioribus expressis.
106. Modo ad conservationem pecunia nominatim mutuo datur, ex eis res refecta probetur.

107. Qui ad emendam domum, alienamve rem pecuniam mutuo dat, non alicet pralationis privilegium consequitur, quam si expressa sibi de hypotheca in illo profixerit.

108. Non consequitur privilegium pralationis, qui post factam demum emptionem, pecuniam ad exsolutionem pretii mutuo dat emptori, ut maximè de hypotheca sibi proficiat.

109. Pupillus tamen & minor rem sua pecunia emptam jure pignoris obligat etiam, etiam si de hypotheca sibi expressa non profixerit.

## CLASSIS TERTIA.

In qua veniunt Creditores, qui ex hypotheca tacita, sive expressa, arresto, vel immissione judiciali ius reale consecuti fuere.

110. Inter hypothecarios arrestantes, vel judicialiter in bona debitoris immisso Creditores, qui prior tempore, potior quoque est jure & reliquis prefertur.

111. Pro rata autem simul admittuntur hi Creditores, si uno eodemque momento impetraverint ius reale in bonis debitoris, vel quis prior fuerit, sciri nequeat.

112. Posterior hypothecarius, arripiens possessionem hypotheca, non prejudicat per id hypothecario anteriori.

113. Ratione bonorum adventitiorum, que pater tuorio nomine administravit, competit liberis tacita hypotheca in bonis paternis.

114. Ius tacita hypotheca, quod pupillis in bonis tutoris competit, incipit à die suscepere vel confirmata tuncela.

115. Competit quoq; ius tacita hypotheca Civitati, Ecclesia, & Hospitali in bonis Administratorum.

116. Ratione pecunie mutuo dicta, competit ius tacita hypotheca Ecclesiis, Hospitalibus, & Scholis in bonis debitoris.

117. Competit etiam ius tacita hypotheca locatori ratione mercede in rebus, dormi conductus, illatis.

118. Non habet ius tacita hypotheca maritus in bonis uxor, ratione partitionis, in pactis dotalibus sibi in causa mortis uxoris promisso.

119. Quis indispignus incipiat in casu, quo non in ipso contrarius tempore de hoc fuerit conveniens.

120. Potior est hypothecarius in diem, quam is, cui postea ante dicti adventum eadem respire oppignorata fuerit.

121. Ex promissione de re oppignoranda, non prefertur quis Creditori, cui postea res eadē fuit oppignorata.

122. Vale de jure civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis in tantum, ut anterior mulieri ratione doris preferatur.

123. Postquam tenetia hypotheca, de pretio satisfactum est hypothecarius, in residuo pretii Chirographaribus preferuntur ii, qui conventionalem habent hypothecam.

124. In fructibus fundi preferitur hypotheca extra-judicialis anterior judicati posteriori, etiam in foro Saxonico.

125. Non subficit hypotheca extra-judicialis, coram duobus vel tribus testibus in bonis emphyteuticis, censiis, & feudalibus constituta.

126. In tantum, ut ne quidem in fructibus predii feudalium vel Emphyteutici hypotheca, coram testibus constituta, preferatur hypotheca judicialis.

127. Preferitur hypotheca coram testibus constituta anterior, posteriori tacita, et & dori mulieris.

128. Generalis hypotheca anterior preferitur speciali posteriori, etiam si alia sufficiant bona; & quando id fallit.

# I N D E X

129. Nec preferendus est Creditor anteriori generali ex eo, quod specialem posteriorem hypothecam per decennium posse derit atque fructus perceperit.
130. Creditor qui in bonis pariter feudalibus atque allodialibus debitoris, de hypotheca sibi legitime proficerit, non prohibetur petere executionem in bona feudalitate ante excusationem allodialium bonorum.
131. Primus Creditor, in pignus tertii vel quarti Creditoris consentiens, non a tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel quarti subintrat.
132. Jus pignoris sui non remittit, qui patitur se presente rem obligatam distractabili, nisi expressim consenserit.
133. Non succedit quis in locum anterioris Creditoris ob id solum, quod ex ejus pecunia dimissus sit, anterior creditor, nisi de eo expressim convenerit.
134. Is, ex cuius pecunia dimissus est privilegiarius Creditor, succedit in ejus privilegium, etiam citra conventionem.
135. Conventio de succedendo in jus anterioris Creditoris, facta in continent post numerationem, prodest non minus ac si jam facta fuisset.
136. Pignora hodie judicialia plerumque sunt, adeoque exiguis est usus l. fin. C. de jur. dom. impetr.
137. Ex instrumento parentigato extra processum, etiam ordinarium, in bona debitoris judiciale: er immisus Creditor pignus reale consequitur.
138. Sicut & immisus ex debito confessato absq; productione cautionis.
139. Non tribuit executio Creditori pignus ante immisionem realem in bona debitoris.
140. Consequitur tamen pignus Creditor, si post interlocutoriam judicis, ante immisionem realem, debitor ei cesserit possessionem.
141. Iudex dilationem immisionis indulgens debitori non prejudicat Creditori, in jure reali per immisionem ei competituro.
142. At Creditor, in dilationem consentiens prejudicat sibi in prioritatem, ex reali immisione competitur.
143. Arrestum in foro Saxonico jus reale tribuit, ex quo arrestantes preferuntur Creditori, hypothecam posteriorem, tacitam vel expressam habentibus.
144. Inter arrestantes reliquis preferuntur, qui prius ratione horae atque momenti jus reale impetravit.
145. Perenti Arrestum non nocet mora judicis, si alius interim hoc impetraret.
146. Pro rata simul admittuntur arrestantes, si una die vel horae arrestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare nequeat.
147. Pro debito etiam in diem, & nondum exigibili arrestantibus jus reale & prioritas competit.
148. Vendit a re oppignorata, Creditores in pretio arrestum impetrantes preferuntur hypothecariis anterioribus.

## CLASSIS QUARTA.

In qua referuntur Creditores, personale solummodo privilegium habentes.

149. Creditores personaliter privilegiati, omnes simul, sed pro rata, admittuntur.
150. Deponenti competit privilegium personale etiam de jure communi, ratione rei depositae, que non amplius exstat in bonis depositarii.
151. Necessarium sive judiciale depositum arrestantibus & hypothecariis preferatur.
152. Quicquid alimentorum nomine debetur, privilegium est, & Creditis Chirographariis preferatur.
153. Reliquis etiam Chirographariis preferuntur, qui pecuniam gratis & sine usuris munio dederunt.
154. Preferendus est Chirographariis aliis Venditor in residuo pretii, qui sibi de jure pignoris non proficerit.
155. Competit etiam personale privilegium iis, qui ad

- rem emendam credunt pecuniam, absq; constitutio ne hypotheca in re empta.
156. Non habet privilegium personale Collegium in bonis Collegi, etiam si quid debeat is ex ratiociniis Collegi.
157. Non debentur liberis debitoris ex ejusdem bonis alimenta, antequam Creditori omnibus fuerit satisfactum.

## CLASSIS QUINTA.

In qua veniunt Chirographarii.

158. Chirographarii indifferenter omnes simul pro rata admittuntur.
159. Chirographariorum appellatione continentur quoque Creditores ii, qui per confessionem debtoris, vel testes sua credita probant.
160. De jure communi in concursu Creditorum, una cum forte etiam usura sunt adjudicande.
161. In foro autem Saxonico adjudicantur usura in concursu Creditorum, antequam omnibus, etiam Chirographariis, de forte satisfactum fuerit.
162. Licet super usuris &que ac super ipsa forte hypotheca fuerit constituta.
163. Non efficit renunciatio mulieris, ut Creditor, ejus locum subintrans, aliis Creditori ratione usurrum preferatur.
164. Interesse tamen sive usura compensatoria, etiam in foro Saxonico, una cum forte principalis, Creditori bus adjudicari solent.
165. Ex pacto antichreos fructus percepti in concursu Creditorum non sunt restituendi.
166. Mulier in concursu Creditorum, una cum dote & bonis illatis, usura quoq; sunt exsolvende, etiam si reliquis Creditori bus de forte satisfactum non fuerit.
167. Usura quoq; pretii haud soluti in concursu Creditorum praerogativâ gaudent.
168. Debentur etiam usura, una cum forte pecunie hereditarie in concursu Creditorum, si ea, postquam dies venit, exsoluta haud fuerit.
169. Usura in annuis redditibus sunt exsolvende, licet reliqui Creditores sortem non consequi valent.
170. Repetit fidejussion in concursu Creditorum una cum forte usuras, quas pro suo principalis solvit.
171. Ecclesie & Hospitalia ratione usurarum quoq; aliis Creditori bus preferuntur.
172. Gaudent etiam praerogativâ usura pupillares.
173. Sed non ultra, quam tutela duret, licet rationes tutele nondum redditæ fuerint.
174. Postquam Creditori bus omnibus de forte satisfactum est, usura quoque secundum cuiusq; Creditoris praerogativam exsolvi debent.
175. Mulier ratione temporis tertia, quo ad dotem illatam vincit ex seipso primum Creditorum, hypothecam tacitam, & ex persona primis secundum, intermedium expressam habentem.
176. Preferuntur etiam ratione dotis illata mulier, ordine secunda, primo Creditori, hypothecam expressam anteriori habenti, si tertius, ad refactionem eodium pecuniam credens, hypothecam sibi constitui fecerit.
177. Secundus Creditor habens arrestum, ex persona tertii, habentis hypothecam judiciale, vincit primum Creditore, qui nimirum jure hypotheca extrajudicialis.
178. Quod unum ex chirographariis a debitore solutum est, id repeti nequit a reliquis Chirographariis.
179. Repetere tamen possunt hypothecarii vel privilegiati Creditores, quod Chirographariis est solutum.
180. Pecuniam quoq; posterioribus hypothecariis solutam priores hypothecarii jure repetunt.
181. Nunquam repetit solutum Creditori bus, si ex bonis debitoris reliquis satisficeri queat.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

182. *Emper, qui publica auctionis premium solvit magistratni, securus quidem est, sed magistratus rationem pecunie accepta reddere tenetur Creditoribus.*  
 183. *Emper sub baſtā si premium semel solverit, tunc est, nec à Creditoribus posterioribus, quibus ex pretio baſtā ſumatum, denuo conveniri potest.*

## CONSTITUT. XXIX.

*Arefsum qualiter ritè fieri oporteat.*

Definit.

1. **A**refsum pignus pratorum & jus reale tribuit Creditori, in quo ipso, tanquam circa effellum principalem, à ſequetro diſſert.
2. Efficax demum est arefsum, quoad jus reale & prioritatis, à tempore ſcientia vel denunciationis debitori facta.
3. Validū jūs areſti impetrati, per cefionem in alterum ita transferri potest.
4. Bona areſata poſt factam denunciationem alienata, Creditor à tertio poſſeffore vindicare potest.
5. Creditor, qui certā ex cauſā arefsum impetravit, bona areſata etiam ex alia cauſā pignoris jure retinere potest.
6. Non decernendam est arefsum, antequam Creditor probet ac liquidum faciat ſuum Creditum.
7. Antequam probatum fuerit, debitorem multo ere alieno obſtrūtum, & non amplius ſolvendo eſſe, baud concedendum eſt arefsum.
8. Sufficit tamen, praefumptionibus atque conjecturis probabilibus demonſtrari, debitorem facultatibus labi & non ſolvendo fieri.
9. In provinciis Electoratus Saxonici arefsum bis renovari debet, de unā quaterdenā in aliam, nec tempus hoc anticipare vel immutare līcet.
10. Circa renovationem areſti tempus quaterdenarum de momento in momentum currit.
11. Et dies termini computatur in terminum.
12. In ſecunda renovatione Creditor praecise libellum areſtorum offerre tenetur, nec valet arefsum, ſi libellus in primo vel ſecundo termino ſtatiu exhibetur.
13. Non minus impetratio citationis, quam oblatio libelli areſtorii in ultimā renovatione requiritur.
14. Alterius nomine abſq; ſpeciali mandato nemo arefsum impetrare valet.
15. Quocunque in loco arefsum impetrari potest.
16. Pēti potest arefsum tempore quocunque, etiam die feriato.
17. Impetrari debet arefsum à judece eo, qui baſſam habet jurisdictionem, die Erb-oder Niedergerichts.
18. Arefsum non apud judecēm, ſed ſenatum impetratum, plerique in locis baud ſubſtitit.
19. Arefsum impetratum in judecio, ſub quo debitor habet domicilium, bona immobilia alibi ſita non afficit.
20. Bona immobilia eo in loco, ubi ſunt ſita, areſtari debent.
21. Bona tamen mobilia alibi ſita per arefsum in loco domicili debitoris impetratum afficiuntur.
22. Arefsum in bonis feudalibus impetratum à judece, qui Dominus feudi non eſt, fructus ſolummodo feudales jure pignoris afficit.
23. Arefsum, in ſupremo Principio judecio impetratum, etiam ad bona mediare ſubjecta extenditur, dummodo inferiori judeci notificetur.
24. Conveniri potest judeex ad intereffe, ſi pro arefſto decernendo requifitus, abſque cauſā iuſta illud reuſaverit.
25. Līcet tamen judeci cautionem de ſe indeuenientem ſervando exigere.

26. Admittenda eſt nuda Creditoris promiſio, ſi ex in- piā cautionem preſtare nequeat.
  27. Nemo Creditorum bona debitoris ſui areſtare prohibetur.
  28. Liberi etiam parentum fuorū bona areſtare poſſunt.
  29. Omnia indiferenier bona areſtari poſſunt, etiam annua preſtationes.
  30. Arefsum pro debito in diem impetratum, Creditum baud purum, nec meliorem Creditoris conditionem facit.
  31. Areſtari quoq; poſſunt libri Studiosorū in Academiā.
  32. Ut & ſalaria Professorum & Advocatorum.
  33. Areſtari nequemne bona ad alimenta debitoris deſtituta.
  34. Sicuti neclipendia Studiosorum.
  35. Arefsum in certis tantummodo bonis impetratum ad bona alia non extendit.
  36. Sed Arefsum generaliter & indefinite impetratum, extenditur etiam ad bona futura poſtea acquiſita.
  37. Excluditur quandoque jūs areſti ex eo ſolo, quod aliud Creditor bona debitoris detineat.
  38. Defuncto debitore, etiam intra trigēſimum bona ejus poſſunt areſtari.
  39. Areſtū abſque cauſā ſufficiente & iuſtū indultum in totum relaxari deberet, abſque ullā preſtitā cauſatione.
  40. Legitimè autem decretum arefsum ſub cautione demum relaxatur, ſalvo tamen jure prioritatis areſtatori acquiſito.
  41. Qui in cauſā conventionis condemned pecuniā depositam areſto conſtrigit, id renovare neceſſe non habet.
  42. Non tribuit preceptum judiciale de non alienando Creditori hypothecam aut jūs prioritatis in bonis debitoris.
  43. Areſto līcet libellū ſubſtente, Reus tamen conventionis ad libellū ſubſtente & litem confeſtari tenetur.
  44. Modo debitor ratione domicili vel contractus ibidem forum ſortiaq;.
  45. Valet etiam arefsum & hypotheca in contrac- tu uſurario, ſaltem quoad ſorū ipſam.
  46. De bonis areſtatis non ſatisfaciendum eſt Creditoris areſtantī, niſi in ſubſidiū, deficiente nimirū alio exſolutionis medio, & quomodo hoc caſu pronunciandū.
- CONSTIT. XXX.
- Arefta perentibus quatenus & contra quas personas, praefertim in mercatoribus, concedi debeant.
- Definit.
1. **S**equustum ſive arefsum personarum regulariter prohibitum eſt, etiam in foro Saxonico.
  2. Pēti tamen expreſſo, debitor ſequeſtro & incarce- rationi ſe poſt eſt obſtrīgare.
  3. Incarcerationis quoque paenam luit in provinciis Elec- toratus Saxonici debitor, baud ſolvendo exiſens.
  4. Ex ſolutionis morā ſequeſtrari poſt Creditor, qui in loco contrabens, ſolutionem ibidem promiſit.
  5. Non etiam ſi in loco aliquo contrabens, ſe alibi ſol- luturum promiſeat.
  6. Heres quoq; debitoris, qui in loco contractus ſolu- tionem facere promiſit, personaliter detineri poſt eſt.
  7. Nec non fideiū ſorū ex morā debitoris, ſi in loco con- tractus ſe ſoluturum promiſerit.
  8. Detineri poſt debitor, qui in loco contractus ſolu- tionem facere promiſit, etiam ſi in transfru ſaltem ibi reperiatur.
  9. Pro debito minimo, nunquam debitor personaliter detineri poſt eſt.
  10. Nec areſtandus eſt debitor, qui testimonii dicendi cauſa in loco, ubi contraxit, & ſolvere promiſit, commoratur.

# I N D E X

11. Ministeri mercatorum, ut sunt Institoris & factores, pro debitis suorum dominorum nequeunt arestari, & personaliter detineri.
12. Nec cives singuli eorumve bona pro debito Civitatis sive Universitatis arestari possunt.
13. Nisi scemtis singularium obligaverint.
14. Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicili debitoris jus & justitiam consequi nequiperit.
15. Dilapidatio bonorum causam praberet sufficientem detentioni persona debitoris,
16. Sicuri & fugi debitoris.
17. Debitor saltem de fuga suspectus, personaliter detineri potest.
18. Inquitini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem soluat.
19. Praesit a cautione de solvendo, sequestratio sive arestum debitoris relaxari debet.
20. Ad relaxandum sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed praestans ea est pignoribus, vel fiduciis jussoribus.
21. Creditor, ad cuius instantiam sequestrum injuste fuit decretum, ad interesse conveniri potest.
22. Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.
23. Privilegium de non arestandis, bonis vel personis, tempore Nundinarum, pertinet tantummodo ad Nundinas solennes, & ab Imperatoribz privilegiatas.
24. Solis mercatoribus indulcum est privilegium de non admittendo aresto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non sunt.
25. Durantibus Nundinis haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona, vel personam, etiam si sit fugitus, aut de fuga suspectus.
26. Nec pro debito, in ipsis nundinis contracto, durantibus adhuc iis, arestum decerni debet.
27. Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris, durantibus nundinis, si hunc expressè fuerit renunciatum.
28. Nundinis per signum campane finiti, mercatores eorum, bona quovis in loco arestari possunt.
29. Pro rata simul admittuntur Creditores, qui proxime sequenti septimanâ post nundinas Lipsienses, in der Zahlwochen, antequam merces in Conductu Norimbergensi avehantur, aresta impetrarunt.
30. Non pertinet ad Bannitos privilegium Nundinarum.
- CONSTITUT. XXXI.**
- In taxandis expensis, que vel cum juramento, vel sine copertuntur, quae sint partes judicis?
- Definit.
1. **E**tiam si vicit expensis juramento suo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, sed juramento premittenda est.
2. Syndicus nomine Collegii vel Universitatis super expensis jurare volens, admittitur.
3. Non solum judiciales, sed etiam extrajudiciales expensis absque juramento petere licet.
4. Non citata nego, auditâ parte adversâ, haud taxanda sunt expensis.
5. Nisi unius saltem termini expensa petantur, quae si modice fuerint, in adjudicatione ipsa statim taxari poterunt.
6. Moderatio expensarum judicis arbitrio committitur, pro variâ vicitoris conditione.
7. Moderatus sit iudex in adjudicatione expensarum vicitus causa insumpcarum.
8. Non sunt taxanda expensis judiciales, à victore probata, sed usque ad teruncium adjudicanda.
9. Notariorum expensis probatis examinandis quarenni à judice sint estimanda.
10. Potissimum tamen circa Notariorum aliasq; expensas judiciales, cujusque loci Statutum & consuetudo in moderatione attendi debet.
11. Salaria quoq; Advocatorum taxatione iudicis subiecta sunt.
12. Advocatus in propriâ causâ, à condemnato in expensas exigere nequit ullum Advocati salaryum.
13. Nisi id petere velit per modum damni & interesse.
14. Vicitus condemnatus in expensas, vitori restituendas, non tenetur ad damnum & interesse.
15. Nisi ratione consumacie, vel in expensis retardati processus fuerit condemnatus.
16. Actor, spoliatus in itinere, non potest repetere damni restitutionem à Reo, quantumvis ex causa consumacie in expensis fuerit condemnatus.
17. Vicitus vitori etiam expensas, in termino moderationis factas, restituere tenetur.
18. A moderatione expensarum Appellare quoque ac Leuercare licet.
19. Expensas, qua ante omnia sunt refundende, sufficit refundi per compensationem.
20. In expensas iudex vicitum condemnare potest, ex officio, parte etiam non petente.
21. Lite principali persententiam finitam, haud peti possunt peculiari actione litis expense, qua non nisi officio judicis debebantur.
22. Expensas verò, que jure actions debentur, etiam post latram sententiam vicitor actione peculiari petre potest.
23. Ex consumaciâ quoq; vel delicto, si que debentur expense, post litem finitam etiam non peti possunt.
24. Vicitus regulariter vicitori in expensas condemnari debet; & quatenus hoc verum sit in causis criminalibus.
25. Quando lis una plura habet capita, expensæ pro uno capite Compensari, pro alio adjudicari possunt.
26. Compensari debent expensæ, si vicitus justam litigandi causam habuerit.
27. Ex juramento suppletorio condemnatus, non solvit expensas vicitori.
28. Vicitus ab expensis excusat, quando pro se habuit instrumentum obligatorium, vel ob honorem servandum litigavit.
29. Veneratione Consanguinitatis & Affinitatis, vel ratione honestatis persona, expensarum condemnatio plerumq; vicio remittitur.
30. Vicitus ab expensis liber est, si de calunnia iuraverit.
31. Condemnatus ex jure jurando litis decisorio, nullas debet expensas.
32. Moderate quoq; sunt expensæ immodica & superflua, quantumvis debitor nudâ Creditoris assertione super iisdem stare promiserit.
33. Pauperi litiganti à parte adversa non nisi cortie in causis sumptus litis subministrari debent.
34. Sed iudex pauperibus litigantibus expensas litis è fisco publico subministrat.
35. Possessor, ad restitutionem rei litigiosæ condemnatus, non tenetur ad expensas, nisi dolo posse diffe proberet.
36. Non tenetur refundere expensas vicitus, qui jam admissus est ad beneficium Restitutionis in integrum.

**CONSTITUT. XXXII.**  
De executione pro debito, sive ex confessione rei, sive ex re iudicata liquido, tribuenda.  
Definit.

1. Iudex, pro decernendâ executione requisitus, denegans eam, actione in factum, ad interesse conveniri potest.
2. Tenetur quoq; ad interesse iudex, ad cuius persuasinem Creditor, in prorogationem executionis consentiens, damnum inde patitur.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

3. Ex actione reali condemnatus, si res non restituatur intra quatuordecim dies, per executionem res ipsa auferatur, & traditur vistori.
4. Condemnato verò ex actione personali terminus Saxonico, (Sächsische Zeit!) ad solvendam vel executionem sive immissoiem subvendam praesigetur.
5. Terminus executionis in prejudicium debitoris hanc sunt coartandi, nec contrahendi.
6. Nisi debitor in coartationem terminorum consenserit.
7. Quo in casu debitor non nisi pro unico termino expensas executionis, (das Hülffgeld) solvere tenetur.
8. Pluribus bonis simul oppignoratis, liberum est Creditori, in qua executionem fieri velit.
9. Avertire potest debitor executionem per cessionem bonorum universorum, non etiam unius vel alterius saltem rei immobilis.
10. Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia, quando mobilia adsunt.
11. Executio in bona immobilia fieri debet pro ratione & quantitate debiti.
12. Audiendus est debitor, si executionem potius in nomina certa & liquida, quam bona immobilia fieri velit.
13. Non subsistit executio adversus pupillis indefensos, sed restituenda sunt bona, per executionem occupata.
14. Non potest fieri executio pro debito pupilli adversus tutores.
15. Beneficium competentiae, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum hodie competit militibus atque Nobilibus, & in ipso executionis actu opponi potest in foro Saxonico.
16. In beneficio competentiae, ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas persona ejus considerari debet.
17. Privilegium deductionis sive competentiae indulatum quoq; censemur liberis & familiâ Debitoris.
18. Doctoribus quoque competit beneficium competentiae, sive in quantum facere possunt.
19. Non potest validè renunciari beneficio competentiae.
20. Non potest fieri executio pro debito mariti in bona uxoris dotalia vel paraphernalia.
21. Valida est executio, facta in bonis Usufructuarii pro ipsis debito, licet aliis in bonis iis habeat proprietatem.
22. Res litigiosa sicut non potest alienari, ita nec per executionem distrahi.
23. Valeat alienatio judicij litigiosi, si is, qui alienavit, paratus est judicium pari, perinde ac si possideret.
24. Contra singularem debitoris successorem, ejusque bona, fieri non potest executio.
25. Executio à Domino feudi in dubio censemur facta in feudum ipsum, non solum in fructus & commoditates feudi.
26. Per executionem, in feudum factam, non prejudicatur Agnatis, similiante in investiture, si non consenserint in hypothecam vel executionem.
27. Valeat quidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propria autoritate sed tunc procedit Creditor adhibendo judicis Imperium.
28. Reddenda est ratio de fructibus, ex fundo, in quem Creditores immisso fuerunt perceptis.
29. Non eò minus tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, quod debitor simplici eorum assertione stare promiserit.
30. Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra quem fit executio, si possideat bona immobilia.
31. Durance executionis processu, debitor ad impugnandum Creditori bus obstringitur.
32. Debentur judicii expensa post factam executionem, haud subsecutâ licet taxatione.
33. Non deveniendum est ad subbafationem, si Creditor bona, certo pretio estimata, in solutum accipiat, vel ex eorundem Usufructu satisfaktionem querat.
34. Subbafari quoq; debent res mobiles, si Creditor eas, à judice taxatas, in solutum acceptare nolit.
35. Post factam subbafationem, cum judice contrahit licitator de bonis debitoris; & que sit subbafationis causa.
36. Creditor, absque previa subbafatione bona debitoris, judicialiter taxata, accipiens in solutum, eius non est, quo minus ea restituere, & debitori, sive reliquis Creditori bus de fructibus perceptis rationem reddere tenetur.
37. Non valer venditio sub bafte, si taxatio praeceperit, subbafationem, vel si non per tres quaterdenas subbafatio facta fuerit.
38. Factâ subbafatione quilibet suo nomine licitari potest, etiam pro torrio, a quo mandatum licitandi habet, insciis licet judice ac Creditoribus.
39. Licitatori, majus premium offerenti, bona subbafata sunt adjudicanda, nisi in secunda, terciâ, vel quarta subbafatione, durantibus adhuc tribus quaterdenis, ab alio, plus licitante, si supereretur.
40. Ultimâ quoque die, durante adhuc subbafationis tempore, licitator, majus offerens premium, admittitur.
41. In licitatione præsens pecunia præfertur pretio, distinctis terminis exsolvendo, nisi hoc, inter ususorio deducto, illam in quantitate supereret.
42. Primus licitator offerendo augmentum pretii, & sequentibus licitatoribus oblato, tempore subbafationis nondum effluxo, in emptione reliquis præfertur.
43. Liberum est debitori & Creditori bus bona subbafata minus premium offerenti vendere, alteri ex subbafatione, jure perfectè nondum prædicto.
44. Factâ licet subbafatione, & licitatione subsecutâ, liberum tamen est debitori, oblati Creditori bus debito, res subbafatas redimere, & ad se recipere.
45. Tempore subbafationis effluxo, non potest ulterius pœnitere licitator, nec licitationem revocare.
46. Adjudicatio rei subbafata judicialis plenissimum tribus dominium, & una periculum in licitatorem, vacua licet nondum existente possessione.
47. Termino subbafationis elapso, periculum rei subbafata pertinet ad licitatem, adjudicatione licet nondum subsecutâ.
48. Nisi debitor morâ suâ fecerit, quo minus licitatori bona subbafata fuerint adjudicata.
49. Deterioratio fundi subbafati pertinet quandoque ad licitatem, etiamsi tempus subbafationis nondum sit effluxum.
50. Licitator, fundum subbafatum possidens, à præstatione tributorum & collectarum se liberare nequit ex eo, quod fundus sibi nondum sit judicialiter adjudicatus.
51. Factâ subbafatione, Creditor ad licitationem admittendus est, sive repertiarur alius licitator, sive non.
52. Ius Relusionis, quod competit debitori adversus Creditorem licitatem, prescribitur anno civilis foro Saxonico.
53. Non efficit Creditor, bona sibi adjudicata intra annum alienando, quo minus ea debitor à tertio possessore redimere queat.
54. Currere incipit annus relusionis à tempore facta realis adjudicationis, non etiam à termino ad-

# I N D E X

- judicationi prefixo, sicuti nec ab exmissione debitoris.
55. Sufficit debitorem intra anni spaciū se ad relvitionem verè & actualiter offerre, licet non statim premium & expensas judiciales exsolvat.
56. Debitoris fundum adjudicatum redimenti, non tenetur Creditor ad rationis redditionem, aut restitutioinem fructuum.
57. Debitor, bona Creditori adjudicata redimens, non tenetur præstare Domino Laudemium.
58. Non competit debitori jus relvitionis adversus extraneum, cui post litationem, sive ab extraneo, sive a Creditore factam, bona subbasta adjudicata fuisse.
59. Non potest exercere debitor jus relvitionis adversus Creditorem, si vel previa judicis taxatione bona subbasta fuerint, vel Creditor primum litarorem superaverit.
60. Non obtinet jus relvitionis in bonis, absque previa subbastatione à debitore Creditori in solutum datis.
61. Bonis licet judicialiter taxatis & subbastatis, Creditor tamen, b. aud reperto emptore, ea insolutum accipere cogendus non est.
62. Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales, (durch die Land-Schöppen) aliter taxari fecerit.
63. Sive per Scabinos provinciales, sive per alios fias taxatio, jurata esse debet.
64. Non tantummodo solutionis, sed & quavis alia exceptio, in continentis probabilitate, in actu executionis, ante factam adjudicationem valide opponitur.
65. Contra executionem, jam intentatam, firmiter etiam opponitur Exceptio non numerata pecunia; & quid si huic fuerit renunciatum.
66. Exceptio non numerata pecunia, post biennium opposita, haud impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda est, si debitori nil fibit numeratum probare velit.
67. Impedit tamen paratam executionem exceptio non numerata pecunia, etiam post biennium opposita, si in continentis est probabilitas.
68. In aliis contractibus extra causam mutui, & dotis, exceptio non numerata pecunie haud transferit onus probandi in Creditorem.
69. Inter mercatores locum non habet exceptio pecunie non numerata ad impedierendam paratam executionem.
70. Nec admittenda est inter mercatores actio ex causa non numerata pecunie, ad repetendum Chirographum antefactam solutionem.

## P A R T I S S E C U N D A E

DE

### C O N T R A C T I B U S V E L Q V A S I

#### Constitutio I.

*Jure offerendi, aut pacto de retrovendendo num prescribatur?*

#### DEFINITIONES.

1. Contractus pignoratius differt ab Empt-Venditione cum pacto de Retrovendendo.
2. Contractus, cum pacto Retrovendicionis occasione mutui initus, judicatur pignoratius & usurarius.
3. Heres Creditoris pignoratii jus offerendi contra debitorem praescribere nequit.
4. Emptor pignoris adversus debitorem prescriptione seu rueri potest.
5. Actio hypothecaria non minus, ac personalis, condicione ex mutuo, collitur praescriptione.
6. Praescriptio debiti non nisi a tempore solutioni destinatio, currere incipit.
7. Praescriptio temporis immemorialis differt a praescriptione centenaria.
8. Pactum de retrovendendo intra certum tempus, elapso eo, alterius non obligat pacientem.
9. Venditor fundo ad certum tempus cum pacto de Retrovendendo, tempore licet elapsi, Reluitio tamen locum habet.
10. Obligatio ex pacto de retrovendendo, transit etiam ad heredes.
11. A duobus re vendita cum pacto de retrovendendo, quando unus ex illis rem venditam reemere possit?
12. Pactum de retrovendendo etiam extraneo cedit potest.
13. Quando ex pacto Retrovendicionis, actio queratur, absenti.
14. Minor, heres emptoris, rem emptam cum pacto de Retrovendendo absque decreto Magistratus revertere potest.
15. Emptor, qui rem cum pacto de Retrovendendo possidet, præcisè eam revendere tenetur, nsc liberatur præstacione ejus quod intereft.
16. Venditâ re emptâ cum pacto de retrovendendo ab empte, primus Venditor à secundo empte rem vindicare nequit; sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emptorem in id, quod intereft.
17. Ex pacto retrovendicionis, verbis directis concepto, seu resolutivo, competit Rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorum.
18. Omne incrementum seu commodum, pariter atque incommodum, quod rei, cum pacto de retrovendendo vendite, quocunque modo accedit, indifferenter ad emptorem spectat, non autem ad venditorem.
19. Revendenti id, quod ex speciali pacto solvit, una cum pretio restituendum non est.
20. In contractu Retrovendicionis fructus pendentes ultimi anni inter Emptorem & Venditorem pro rata temporis dividuntur, nisi inter contrahentes aliter convenit.
21. Venditor primum Retrovendicionis non paratâ pecunia, sed fatis & distinctis temporibus solvere volens, quando admittendus sit.
22. Primum relvitionis solvi debet in moneta, que fuit tempore prima venditionis.
23. Ex venditione, que sit cum pacto de retrovendendo deberetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrovenditione.
24. Revenditi id, quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino solvit, à Reemptore restituiri debet.
25. Cessat jus retrovendicionis, quando bona publice subbasta venduntur.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

26. *Contractus pignoracis non censetur tacite prorogatus in annum integrum, ex eo, quod debitor termino presinito non solvere.*
27. *Reverendit omnes impensa & meliorationes sunt restituende à Reemptore.*

## CONSTIT. II.

*Annuæ prestationi an in tocum possit prescribi?*

Definit.

1. *Annis Redibus, ex pacto de retrovendendo in futurum solvendū, non prescribitur.*
2. *Prestationi Laudemiorum nullo unquam tempore prescribitur.*
3. *Conductor seu Colonus pensionem futuri temporis prescribere nequit.*
4. *Libertas à decimis prestantis quadraginta annis prescribitur.*
5. *Annuas prestationes viginti annorum spacio in minoris summa recipiens residuum petere nequit.*
6. *Nisi Creditor petitionem residui expressā protestatione aliochè modo sibi reservaverit.*
7. *Ex solutione annue pensionis, tribus annis proximitate, inducitur presumptio totius debiti, in preturum soluti.*
8. *Presumpto debiti soluti ex annue pensionis solutione triennali probationem admittit contrarium.*
9. *Ex usurarum prestatione, ultra tempus prescriptio legitimum, inducitur obligatio tam super usuris, quam super ipsa sorte.*

## CONSTIT. III.

*Obligatus solvere annum censem in certo genere moneta vel frugum, si ultra longissimum tempus in alio & minoris valoris genere moneta vel frugum solverit, an contra primam obligationem sit prescriptum?*

Definit.

1. *Præstatio Creditoris, recipientis annum censem in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrupit prescriptiōnēm.*
2. *Ex solutione anni censis ultra tempus longissimum, in alio frugum genere, difformiter tamen facta, non inducitur prescriptio.*
3. *In foro Saxonico non nisi due habentur species prescriptiōnum, tricennali nempe & annali.*
4. *Specialis iuri communis prescriptiōnes etiam in foro Saxonico usū recepta sunt.*
5. *Quare prescriptiōnibus Saxonici augmentum sex hebdomadarum atque trium dierum facit adiectum; Quidque iuri in prescriptiōnibus iuri communis singularibus, in foro etiam Saxonico usūtatur.*
6. *Annalis prescriptio in foro Saxonico requirit bonam fidem, qua à prescribente probari debet.*
7. *Ad prescriptiōnem quoque tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, qua tamen ex lapsu temporis longissimi pro prescribente presumitur.*
8. *Nisi is, contra quem prescriptum est, malam fidem prescribenti probare velit.*
9. *Prescriptio annalis in foro Saxonico quascunque res mobiles regulariter comprehendit.*
10. *Bona hereditatis mobilia quanto tempore prescribantur in foro Saxonico.*
11. *Liberi bona hereditatis maternæ nullâ obstante prescriptiōne à patre petere valent.*
12. *Gerada quoque & tres expeditoria prescribuntur anno & die; quod tempus tamen post trigeminum curare incipit.*
13. *Annalis prescriptio Gerade & rerum expeditoriarum ignoranti non posset.*

14. *Filia, matris defunctæ Geradam à patre non perentes, prescriptiōne annali eam haud amittunt, et si de jure suo protestata non fuerint.*

15. *Res inventa adversus Dominum prescribitur in foro Saxonico sex hebdomadis.*

16. *Res furtiva tempore longissimo prescribi potest.*

17. *Colonus & Emphyreuta quanto tempore dominium Emphyteus eos, prediique conducti prescribant.*

18. *Quanto tempore prescribatur Evictioni in foro Saxonico.*

19. *Edificium, quod quis in suo solo non jure extruxit, elapsō etiam decennio potest impugnari.*

20. *Actioni P. suline, quae competit ad revocanda bona, in fraudem Creditorum alienata, quanto tempore prescribatur.*

21. *Ad introducendam Consuetudinem in foro Saxonico requiri spacium triginta annorum, cum anno & die.*

22. *Præscriptio consuetudinis debet esse continua, non interrupta.*

23. *Privilegium per non usum longissimi temporis haud amittitur, quando occasio utendi se non obtulit.*

24. *Regalia etiam in foro Saxonico tempore immemoriali prescribuntur.*

25. *Venatio prescriptiōne temporis immemorialis in foro quoque Saxonico potest acquiri in fundo alicino.*

26. *Probatis extremitatibus temporis, ad prescriptiōnem requisiti, principio scilicet & fine, probata acescetur continua possessio.*

27. *Probata possessione vel quasi alicuius iuri per majorē partem Provincie, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus Provincie.*

## CONSTITUT. IV.

*Rustici, ubi ultra triginta annos, annum & diem, loco operarum vel servitorum certam quantitatem pecunie solverunt, an contra servitia prescripserint?*

Definit.

1. *Operarū rustica prescribuntur triginta annis, anno & die in foro Saxonico.*

2. *Nisi jure familiaritatis aut amicitia præstata fuerint, iuris Bēthe.*

3. *Rusticis, non iure servitii, sed precario tantum, vel etiam vi coactis se aliquandiu præstissem operas & servitia afferentibus, incumbit probatio.*

4. *Rustici loco operarum, quibus Dominus commodè uti nequit, per tempus etiam longissimum certam pecuniam sumam solventes, prescriptiōne se se tueri non possunt, quo minus servitia denuò præstare teneantur.*

5. *Rusticis, alternative, ad operas, vel pecunia præstationem obligatis, ipsorum est electio, quidnam præstare velint.*

6. *Libri Nobilium, qui vocantur Erb-Register oder Erb-Bücherei, quando probent contra rusticos.*

7. *Quatenus eidem probent charta parisa, ougeschmittene Zedel & bacillaissa, Kerbhdler.*

8. *Onnes indifferenter servitutes reales, sive causam continuam, sive discontinuam habeant, in foro Saxonico prescriptiōne tricennaria, anni & diei acquiruntur.*

9. *Ihs uenidi certo aliquo molendino, adversus incolas alicuius pagi vel oppidi, triginta annis, anno & die prescribitur.*

10. *Molam oleariam, absque concessione speciali, in molendinum frumentarium commycare haud licet.*

# INDEX

11. *Domino præcipienti subditis suis, ne alibi, quam in suo molendino molant, tertius, in cuius prejudicium facta est prohibicio, contradicere, eamque impedire potest.*
12. *Ex justâ causâ Dominus cogere potest subditos; ut uno ac certo utantur artifice.*
13. *Servitutes negativa, nullâ precedente prohibitione prescribi nequeunt.*
14. *Jus Compascuorum, vulgo Roppelweide/ prescribi nequit.*
15. *Ex causâ tamen novâ superveniente, etiam jus compascuorum prescribitur.*
16. *Feudum in foro Saxonico triginta annis, cum anno & die prescribitur.*
17. *Inter Emptorem & Venditorem quandoque tempora continuantur, ad complendam usucaptionem.*

## CONSTITUT. V.

*Prescriptio juris Saxonici, qua est XXX annorum, anni & diei, num locum habeat contra Ecclesias, Universitates, Hospitalia & pia loca.*

*Definit.*

1. *Contra predia ad Ecclesias & Universitates pertinentia, non nisi quadragenaria prescriptio obtinet.*
2. *Neque Ecclesia contra Ecclesiam, Hospitalia, aliqua que pia loca breviori temporis spacio prescribit.*
3. *Ecclesia, succedens privato, contra quem inchoata est prescriptio, gaudet privilegio prescriptio quadragenaria.*
4. *Prescriptio quadragenaria pertinet etiam ad redditus annuos, qui Ecclesia, aliisque locis debentur.*
5. *Contra pagum vel Universitatem currit prescriptio usitate Saxonica tricennalis, cum anno & die.*
6. *Res mobiles Ecclesiarum, Hospitalium aliorumque piorum locorum, anno & die in foro Saxonico prescribuntur.*
7. *Prescriptioni quadragenaria contra Ecclesiam, ne quidem in foro Saxonico, additur augmentum anni & diei, in prescriptionibus Saxonici alias usitatim.*
8. *Stipendium, certis personis atque familiae studiorum causâ relatum, etiam si nemo in familiâ literis operam navet, in alios tamen pios usus converti nequit.*
9. *Salarium semestre, sive annum gratiae, (das Gnadenjahr) lucrantur heredes defunctorum, etiam si paterna hereditati renunciaverint.*
10. *De anno gratiae, seu Salario semestri, as alienum defunctorum exsolvi haud debet.*
11. *Defuncto Ecclesie ministro, proventus ex anno gratiae simul liberis & Viduae ipsius debentur, etiam si hac bona, marico illata, repeatat.*
12. *Salarium semestre, inter defunctorum pastoris Viduam & liberos equaliter, & secundum capita dividi debet.*

## CONSTITUT. VI.

*Num eadem prescriptio juris Saxonici contracivitatem locum habeat?*

*Definit.*

1. *Prescriptio, contracivitos quosdam cives intentata, civitati non nocet.*
2. *Magistratus municipalis, licet jurisdictionem non habeat, circares tamen venales Ordinationes condere potest.*
3. *Imperans privilegium contra utilitatem publicam, quando & quatenus peccet contra iura-*

- mentum, quo juravit, se promoturum utilitatem publicam.*
4. *Nobilibus in pagis & castris suis, absque speciali concessione, aut prescriptione, Cerevisiam vendere aliudque perniciosum urbibus mercimonium exercere non licet.*
5. *Neque Rusticus ac incolis, in Villis aut pagis cerevisiam coquere & vendere, aliqua civium commercia exercere, permisum est.*
6. *Liberi, adiunctorum possessores, cerevisiam coquere possunt, etiam si ipsi in numerum Civium, recepti non sint.*
7. *Nobiles tamen, pro usu domus & familie sue, cerevisiam coquere haud prohibentur.*
8. *Privilegia, Civitati aut Civibus concessa, lacissime sunt interpretanda; & quisnam eorum interpres.*
9. *Collegia opificum de causis, ad Collegium pertinentibus, cognoscere, & Collegatos punire ac coercere possunt.*
10. *Extra causas tamen, ad Collegium pertinentes, iurisdictio Opificum in Collegatos, ad alias causas & delicta non extenditur.*
11. *Non valent statuta Opificum, quibus prohibent, ne quod unus cepit, alter perficiat.*
12. *Legitimatus per subsequens matrimonium, in Collegium Opificum recipi debet.*
13. *Non minus quoque in Collegium Opificum est recipiendus, dicens uxorem, quam ante impregnaverat.*
14. *Nec removendus est collegio Opificum, qui ab alio impregnata ducit in matrimonium.*
15. *Legitimatus per subsequens matrimonium dari potest testimonium natum, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit.*
16. *Legitimatus per Comitem Palatinum, civium consortio dignus judicatur.*
17. *Collegio per mortem Collegatorum dissoluto, bona Collegii Superiori, seu Magistratus accrescunt.*
18. *Ex contractu Senatus & Administratorum, Civitas ejusque bona non obligantur, nisi Cives, vel saltus Consilium, omnes cives representans, in contractum illum consenserit.*
19. *Vel, si prohetur, Mutuum in rem & utilitatem civitatis versum esse.*
20. *In venditione annuorum reddituum, à Civitate factâ probatio in rem versionis ab emperore non exigitur.*
21. *Quando pecunia mutuo data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qui contraxerunt, ex mutuo tenentur.*
22. *Quâ de causa, Creditor actionem ex mutuo adversus Civitatem & Administratores eodem libello, alternativè intendere potest.*
23. *Nec administratores exceptione non versa pecunia in rem civitatis, adversus Creditores sese tueri possunt.*
24. *Pro debito communi, legitimè contracto Cives singularis eorumque bona non obligantur.*
25. *Nisi cives contrabentes semet ipsis singulatim obligaverint.*
26. *Bonis Civium singulorum diligatis, num uniusquisque in solidum conveniri queat.*
27. *Legitimatio, per rescriptum Principis, aut Comitem Palatinum facta, in successione jus quiescum nomine auferit.*

## CONSTITUT. VII.

*Per pignorationem num interrumperetur prescriptio?*

1. *Dominus fendi, habens jurisdictionem, propriâ auto-*

## CONSTIT. AC DEFINIT.

- autoritate, ad prescriptionem interrumpendam, pignorare, & pignus retinere potest.
2. Schuler etiam in pagis pignus penes se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus, vel Quæstoribus tradere tenentur.
  3. Pignorationum causa pertinent ad jurisdictionem inferiorem.
  4. Prescripicio Saxonica, triginta annorum, anni & aetatis solâ interrumpitur curatione.
  5. Curatione ad Processum extrajudicarium, prescriptionem non interrumpit.
  6. Prescripicio etiam annalis, rerum mobilitatem, in foro Saxonico solâ curatione interrumpitur.
  7. Curatione quoque interrumpitur prescripicio annalis, auferens agnatus facultatem redimendi feudum alienatum vivente abduc alienatore.
  8. Facta prohibicio quando interrumpat prescriptio nem servitur.
  9. Quando actum est periclorio & possessorio simul, super solo possessorio quandoque iudex pronunciare potest.
  10. Periclorum cum possessorio retinende cumulari nequit.
  11. Interdictum uti possideris, datur etiam contra turbantes quasi possessionem jurium incorporalium.
  12. Interdictio retinenda possessionis Dominus quoque contra subdulos suos, obediens iam recusantes, agere valer.
  13. Ex l. diffamari nemo experiri potest adversus possidentem, ad turbandam ipsum possessionem.
  14. In foro etiam Saxonico possessio habetur legitima, licet non fuerit annalis.
  15. In summario vel summarissimo possessorio, creditur etiam testibus non juratis.
  16. In summarissimo possessorio admittitur etiam probatio, per unicum testem facta.
  17. Audiendus est Reus in summarissimo etiam possessorio, contra probationem actoris summariam.
- CONSTIT. IX.**
- Si pignora capta in alienam jurisdictionem transferantur.*
- Definit.
1. Cilm duobus, super eadē re controversiam moventibus, possessor non tenetur litem suscipere.
  2. Remedium c. redintegranda 3. caus. 3. quest. 1. non competit ei, qui possessionem in adversarium sponte transfluit.
  3. Qui primò possidet partem indivisam, si postea nanciscatur totum, novus possessor non dicitur.
  4. Nemo possessionis sue titulum edere tenetur.
- CONSTIT. IX.**
- Restitutionem in integrum adversus prescriptionem ex capite ignorantie non dandam.*
- Definit.
1. **A**nnalis prescripicio ignorantie nunquam currit.
  2. Prescripicio triginta vel quadraginta annorum contra minorem incipit, & cepta currit.
  3. Possidens hereditatem peregrinè absensis, de cuius morte dubitatur, nunquam eam prescribit.
  4. In materia prescriptionum etas minorum majoribus num patrocineatur? Et quando beneficium, uni ex consoribus litis concessum, ad alios litigantes extendi debeat?
  5. Minoris datur Restitutio in integrum, tam ob declinatoriam, quam dilatoriam exceptionem omissam.
- CONSTIT. X.**
- Patria potestas jure Saxonico num si sublata?*
- Definit.
1. **M**ajores solummodo liberi, non etiam mino-
- rennes, per separationem à patria econsumat patrie potestatis eximuntur.
2. Per matrimonium filie, patria potestas dissolvitur, licet ea adibis, mensaque patris abduc fruatur.
  3. Filius verò per matrimonii contractum à patria potestate non liberatur.
  4. Neque dignitas Doctoralis, neque Clericalis filium à nexibus patria potestatis liberat.
  5. Liberis emancipatis, & à patre separatis, bona me tera plenaria sunt restituenda, non retento patri Uſufructu.
  6. Filia elocata pater bona materna restituere tenetur, etiam si illam abduc exhibeat.
  7. Patri in bonis liberorum adventitiis competit Uſufructus jure patria potestatis, etiam si bi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant alimenta.
  8. Filia, licet parenti operas prester ancillares, uſumfructum tamen honorum adventitorum petere nequit.
  9. A patre possidente bona materna, de sorte reddenda, finito Uſufructu, cautio regulariter exigi nequit, tenetur is ramen ad confectionem inventarii.
  10. Uſufructus parenti ex bonis filii adventitiis debitus ei auferri potest.
  11. Adempto licet patri per testamentum Uſufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus administratio ipsi competit; nisi à testatore aliis Curator datus sit.
  12. Pater uſumfructum ex bonis adventitiis non percipiens, censor eum liberis donare.
  13. Mater, licet bona liberorum cuius uerrix administrata eorundem tamen uſumfructum non habet.
  14. Pater nomine bonorum adventitorum, in quibus habet uſumfructum, sine consensu filii in iudicio experiri non potest.
  15. Pater priuatus uſufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem successione non videtur exclusus.
  16. Macedoniani exceptio non solum filio, sed & ipsi patri, filio succedenti prodest; modo ejus voluntate contractum non fuerit murum.
  17. Propter dignitatem & honorem liberatus patria potestate, exceptione Macedoniani se tueri nequit: Etenim quid juris in nobilibus.
  18. Pater tenetur alere filium, etiam Naturalem, & spuriū, nisi hic semetipsum exhibere queat.
  19. Mater alit filium inopem, non frater, qui beres patri haud extitit.
  20. Avus quoque tenetur alere Nepotem, etiam spuriū, ex filio legitimo procreatū.
  21. Avus maternus non alit Nepotes, quando superstes abduc est avus paternus.
  22. Mater alimenta, filio præstata, ab ipso ejusdem heredibus repetere nequit, nisi de hoc fuerit præstata.
  23. Aut nisi alimenta, filio præstata, in libro rationum consignaverit.
  24. A patre verò, ejusque heredibus, alimenta, filio præstata, repeti possunt.
  25. Vitrucus expensas factas in alimenta privigni repetere potest.
  26. Nisi privignus probet, animo donanti à Vitrice sibi præstata fuisse alimenta.
  27. Repetere etiam nequit Vitrucus alimenta, si privignus privignave fuerit in ipsius obsequio & servitio.
  28. Pater filii bona administrans, quatenus præstata alimenta, & scimus studiorum repetere possit.
  29. Obligatis sunt liberi ad præstanda alimenta parentibus egenis.
  30. Præteriti temporis alimenta, que ex officio judicis debentur, peti nequemne.

# I N D E X

31. Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, que debentur jure actionis.

32. Filiū, licet ante dignitatem patris suscepit fnerint, attamen patris dignitate & privilegiis fruuntur.

## C O N S T I T U T . XI.

*Quodjure Saxonico tutores proximis heredibus pupilli, quotannis rationes reddere jubentur, an non in legitimis cantum, sed & in testamentariis vel dativis locum habeat?*

Definit.

1. **D**E bonis etiam feudalibus pupillorum Tutores quotannis rationes reddere debent.

2. Hodiè tutores, etiam sua sponte, & irrequisiti, quot annis rationes reddere tenentur.

3. Tutor, simul heres proximus pupillo existens, non quotannis, sed finita demum tutela, ipsi pupillo reddit rationes.

4. Remissa confectione inventarii à testatore, tutor, ne quidem finita tutela, rationes reddit, res tamen pupilli privatim conscribere tenet.

5. Mater, tutrix liberorum, finita tutela, mediante inventario rationes reddit.

6. Tutor reddens rationem administrationis, ante omnia inventarium exhibere, vel eo deficiente, bona pupilli juramento indicare deber.

7. Nec mater tutrix, que inventarium facere omisit, à juramento se liberare valet.

8. Ne quidem redditis rationibus per generalem Questionem tutor liberatur, quo minus ob fraudulentam administrationem denud conveniri queat.

9. Quo anno incipiat majorenitas in foro Saxonico, nec non pubertas.

10. Administratio tutoris licet ex hodierna consuetudine pubertate non finiatur, attamen si tutor Curatoris vices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non potest.

11. Mater Vidua quando & quatenus sit Tutrix liborum suorum in foro Saxonico.

12. Mater absq; contutore sibi adjuncto, nomine pupilli validè non contrahit.

13. Nepoti ex filio prædefuncto, Mater tutrix non datur, superstite avo paterno.

14. Mater tutrix non admittitur, priusquam renunciaverit secundis nuptriis, & SCeo Vellejano; que tamen renunciatio jurata esse non debet.

15. Mater, non petitis tutoribus, quando amittat liborum successionem.

16. Mater non petens tutorem liberis, quatenus noceat via in successione, defunctis Nepotibus.

17. Creditor minoris tutelam vel curam suscipiens, absq; manifestatione Crediti, Actionis jaeturam sustinet.

18. Etiam si nec minor, nec pater ipsius mutuam accepit pecuniam, sed debitum aliunde in ipsum fuerit translatum.

19. Creditor tutelam suscipiens, absque manifestatione pecunie credita, illam non amittit, quando creditum est notorium.

20. Creditor minori tutor vel Curator dari potest, si hoc Magistratui placuerit.

21. Rei, à tutele pecunia pupillari empta, dominium pupillo acquiritur; Cui & propterea Rei vindicatio competit.

22. Tutor, pecuniam pupillarem licto lucro ac fœnori non exponens, ipsem et usuras vel interesse pupille refundere tenetur.

23. Nisi media, elocandi pecuniam pupillarem idonea, defecerint; Et cuinam hoc casu incumbat probatio?

24. Finita tutela vel cura, minor nomina contracta agnoscere tentetur, nec horum periculum ad tutelem vel Curatorem pertinet.

25. Nisi tutoris vel Curatoris culpa, in exigendo vel contrabendo, nomina inidonea facta fuerint.

26. Quo casu pupillus vel minor culpam tutoris sive Curatoris probare debet.

27. Minor finita tutela vel cura, Usuras pecuniae elocata à debitore exigens, periculum nominis in se suscipit.

28. Bonæ minorum immobilia absq; sufficiente cause, ejusque cognitione, & decreto Magistratus alienari nequeunt.

29. Sed absque debitum solennitatibus alienata, à minore vindicari possunt, ipsq; facta pretii refusione cum omni causa, sunt restituenda.

30. Nisi alienatio injusta bonorum minoris, lapsu quinquennii, post maiorem atatem, à die scientie, confirmata fuerit.

31. Approbatur quoq; alienatio à minore, quando major factus premium accepit, aliudve ultrò fecit, quo priorem contractum valere presupponit.

32. Minor, predium injuste, & absq; debitoris requisitus alienatum vindicans, defunctum requisitorum solennium quando probare debeat.

33. Tutor potest emere rem pupilli, non ab ipso pupillo, sed à contutore aut judge, facta subhaftatione rei pupillaris.

34. Minori competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an vero in integrum restitui, & bona, injuste alienata, revocare velit.

35. Heredes tutoris ex levi ipsius culpa non tenentur.

36. Beneficium ordinis tūm demūrū competit tutoribus, quando ab ipsis facta est divisio.

37. Apochascula Quittantia tutoris non liberat debitorem, quo minus à minore, in solutione lesō, conveniri queat.

38. Nomencū debitum, pecunia minoris factum, ad ipsū pertinet, licet tutor Creditor fuerit nominatus in Chirographo.

39. Non semper tria tutela onera vacationem prestant.

40. Tutor propriis sumptibus res pupilli administrare non tenetur, salarium tamen petere nequit.

41. Excusis tutorum ac Curatorum facultatibus, actio subsidiaria etiamnum hodie in Magistratum dari solet.

42. Pupillus apud matrem, que ad secunda vota transiit, educari non debet.

43. Nisi cognita causa matri, Vitrico nubenti, educationis cura à Magistratu fuerit commissa.

44. Minor lesione probata restitutus, contra mutuum absolvitur, nisi Creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit.

45. Solutio facta pupillo, absq; decreto judicis non liberat debitorem, etiam si tutoris autoritas intervernerit.

46. Judicialis Quittatio non liberat debitorem pupilli, si non decretum judicis praecesserit.

47. Non impugnari potest solutio, tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, si pecunia desperdita non sit.

48. Tutor nomine pupilli quando donare possit.

49. Ipsomet tutor donationem, de rebus pupilli factam, revocare nequit.

50. Minor beneficio restitutionis per juramentum efficaciter renunciare potest.

CON-

# CONSTIT. AC DEFINIT.

## CONSTIT. XII.

*Articulus 52. lib. 1. Juris Saxonici, de bonis avitie, si ne consensu heredum non alienantia loquens, num de simplici donatione tantum sic intelligendus?*

Definit.

1. **B**ona in dubio pro avitis habentur.
2. Bona, ex permutatione pro bonis avitie acquisita, non sunt avita.
3. Nec premium ex bonis avitie redactum, in locum bonorum avitorum succedit.
4. Bona avita naturam ejusmodi bonorum admittunt; quando ea frater à fratre per emptionem, alium utrum singularem acquisivit.
5. Bona avita, sub pacto de Retrovendendo vendita, & postea remota, non desinunt esse avita.
6. Ad donationem bonorum avitorum, etiam liberorum emancipatorum consensus requiriatur.
7. Nec ususfructus bonorum avitorum, nec redditus annualisne consensu heredum validè donantur.
8. Pro dotalicio constituendo, bona avita, sine consensu heredum, donari possunt.
9. Liberis bona avita, absque eorum consensu à patre alienata, possunt revocare.
10. Modo fiai revocatio intra annum & diem, & ante traditionem terram donatarum.
11. De bodierna consuetudine corporis debilitas in foro Saxonico non visiat donationem inter vivos.
12. Donatio, excedens 500. solidos, requirit insinuationem; & de quibusnam solidis hoc accipiendum?
13. Donatio facta Ecclesia, vel ad alias pias causas, ultra 500. solidos, insinuationem quoque requirit.
14. Nec donatio jurata absque insinuatione valet.
15. Valida est donatio reciproca seu remuneratoria absque insinuatione judiciali.
16. Num Magistratus, merum habens imperium, coram seipso donationem insinuari facere queat.
17. Insinuationis omisso earenus solum vitiat donationem, quatenus legitimam excedeit summam.
18. Donatio rerum mobilium & Gerade coram quocunque judice insinuari potest.
19. Donatio bonorum immobilium in foro Saxonico non nisi coram iudice, ubi bona illa sunt sita, facta, valet.
20. Donatio absenti facta, ejusq; nomine à tercio, absq; mandato tamen, acceptata, non valet, nec post mortem donatoris à donatario ratificari potest.
21. Valet donatio absenti facta, epistola vel nuncio interveniente, licet expresse non fuerit acceptata à donatario.
22. De jure Saxonico valet donatio rerum mobilium, à patre collata in filium familiæ.
23. Mater liberis suis res quavis validè donat.
24. In dubio donatio inter vivos censenda est, etiam si mortis mentio facta, aut executio in eventum mortis differatur.
25. Donatarius, defunctus ante donatorem, transmittit donationem ad heredes suos, etiam si borum mentio facta non fuerit.
26. Donatio omnium bonorum, presentium & futurorum, jure prorsus invalida est.
27. Universorum bonorum donatio ille solum invalida habetur, qua mobilia & immobilia, presentia ac futura, jura & actiones expresse comprehendantur.
28. Eisi donator solvendo non sit, donatarius tamen universorum bonorum à Creditoribus conveniri nequit, nisi in casu hypotheca constituta in rebus donatis.
29. Donatarius conveniri potest à Creditoribus donatoris, etiam Chirographarius, si in borum fraudem facta fuerit donatio.
30. Quo iamen casu procedere debet actio revocatoria.

31. Ob ingratitudinem donatio revocatur non nisi ex causa in l. ult. C. de Revoc. donat. expressis.
32. Ex supervenientia liberorum revocatur donatio, etiam rei singulari.
33. Renunciatio revocationis, a patre facta, non vocet liberis, quò minus legitimam suam consequi possint.
34. Donatio remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.
35. Inofficiose donationes nec à liberis, nec a parentibus revocantur, si in remunerationem facte fuerint.
36. Bona, in fraudem legiūma à patre vendita & alienata, quatenus à liberis revocari queant.
37. Pater, non observata equalitate inter liberos, ani ex illis maiorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modo reliqui inde legitima portionis jactus am non sentiant.
38. Pater à filiis repetere potest ea, que dedit ipsis in subsidium paternum, zu einer väterlichen Hülfe.
39. Donatio ob causam, que verbis expressa non est, revocari nequit, etiam si causa hanc fuerit subsecuta.
40. Favorabilior est revocatio, quam ex causa ingratitudinis, ideoq; datur heredi, etiam si donator nuncquam fuerit conquetus.
41. Quando donatio facta ab eo, qui jam tūm habebat liberos, revocetur per supervenientiam aliorum liberorum.

## CONSTITUT. XIII.

Mulier Geradam viro num inter vivos  
donare posset?

Definit.

1. **D**onatio Gerade marito facta, ne quidem jure uxoris confirmata valet.
2. Remuneratoria seu reciproca Gerade donatio qualis esse debeat, ut marito facta subsistat.
3. Remuneratio, si in tempus futurum mortis differatur, donatio Gerade, marito facta, valida non est.
4. Donatio remuneratoria à marito in continentia, & in uno eodemq; actu donationis Gerade fieri debet.
5. Mulier, remuneracionis causa à Geradam marito donare volens, alterius Curatoris autoritate ad hoc opus habet.
6. Donatio Gerade reciproca, non nisi in judicio, vel coram Notario, ab uxore marito facta, subsistit.
7. Ad validam donationem Gerade remuneracionis inter Conjuges, requiritur traditio Clavum, cum designatione rerum donatarum.
8. Reciproca Gerade donatio inter Conjuges equivalenter sit necessaria.
9. Vendere potest Uxor maritos sua Geradam etiam in testamento.
10. Consensum Curatoris mulier, vendens Geradam marito, adhibere debet.
11. Venditio Gerade, marito ab uxore minori pretio; quam revera valebat, facta, firma & valida est.
12. Venditionem Gerade, marito factam, Uxor de functa Cognata rescindere nequit ex beneficio L. 2.C. de rescind. vendit.
13. Maritus quatenus Uxori res expeditorius donare valeat.
14. Donatio inter Virum & Uxorem non valet, licet in heredes donatarii collata fuerit.
15. Donatio inter Conjuges morte confirmatur, usque ad summam quingentorum solidorum, si iudicatur insinuata non fuerit.
16. Uxor marito suo consensu Curatoris in judicio valide donare potest.
17. Investitura de bonis Uxor immobilibus, seu Cessio possessionis facta marito in judicio (Gerichtliche Belehnung)

# I N D E X

- Welchung) non tribuit ipsi dominum, nec valet in  
vim donationis mortis causâ.
18. Reciproca seu remuneratoria donatio inter Conju-  
ges valida est.
19. Donatio inter sponsum & sponsam jure subsistit, Un-  
de & sponsa defuncta carenam morgengabiciam, seu  
rem, ad Geradam pertinentem, ad proximam co-  
gnatam transmittit.
20. Valet donatio inter Conjuges, in festo Nativitatis  
Christi celebrata, (Was eines dem andern lässt  
zum heiligen Christi beschreben.)
21. Maritus Uxori Gerade nomine quid donare non  
prohibetur.
22. Inter Conjuges Ematio - Venditio, aliuvè Contra-  
etus celebrari possunt, modò Uxor alium adhibeat  
Curatorem.
- CONSTITUT. XIV.**
- Gerada in prejudicium proxime cognata alteri  
donari quomodo posfit?*
- Definit.
1. **G**erada per ultimam voluntatem aut donationem  
mortis causâ nequit alienari, ne quidem in te-  
stamento, tempore pestis condito.
2. Subsistit testamentum, de Geradâ factum, quando  
proxima Cognata testatrix consenserit.
3. Testamentum, extra Provinciam Saxoniam condi-  
tam, non valet quo ad Geradam, si testatrix mutato  
domicilio se conferat in Provinciam Saxoniam ibi  
que vita fungatur.
4. Valet donatio Gerade, etiam si donatrix egrota in  
lecto decumbat.
5. Gerada donationis ritulo in alium transferri potest  
licet proxima Cognata nil prorsus de bac relinqua-  
tur.
6. Gerada querens absenti queat donari.
7. Donatrix, reservans sibi usumfructum Gerada, non  
tenetur præstare cautionem usufructuarium.
8. Facta donatione Gerade, nec retento usufructu, do-  
natrix res, ad Geradam pertinentes, statim irade-  
re tenetur donatario.
9. Quanam fint requisita donationis Gerade, in judi-  
cio facta; Et quid, si iudex post mortem demum do-  
natrix donationem apud alia insinuari faciat.
10. Ultra consensum Curatoris requiritur etiam ad do-  
nationem Gerada consensus mariti.
11. Curatoris presentia præcisè requiritur, nec sufficit  
ad actum Donationis, alium quempiam substitui à  
Curatore.
12. In designatione Gerade non singula quez res expri-  
mi debent, sed sufficit, rebus quibusdam enumera-  
tis, classulam subjici generalem, universam Gera-  
dam denotantem.
13. In specificatione Gerade quicquid expressum repe-  
riur, donatum videtur, licet non sit res ad Geradam  
pertinens.
14. Designatio Gerade omicti potest, quando donatio  
facta in presentia rerum donatarum.
15. Quanam fint requisita donationis Gerade extraju-  
dicialis; Et num hec tempore pestis quoque necessa-  
rio observari debeant?
16. Traditio clavium necessaria non est, quando res ad  
Geradam pertinentes realiter traduntur.
17. Ad donationem Gerade coram Notario & testibus,  
necessarius non est consensus alicujus Curatoris ad  
litem.
18. Donatio rei particularis, ad Geradam pertinentis,  
absq; requisitis solennibus facta valet.
19. Donatio Gerada revocatur ipso jure ex superveni-  
entia filie.
20. Non tamen revocatur donatio Gerada reciproca seu  
remuneratoria per supervenientiam filie.
21. Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, validè  
non donatur.
22. Inter Geradam, que defunctâ muliere ad proximam  
ejus Cognatam devolvitur, quez defuncto marito  
ad Uxorem superstitem pertinet, præterquam circa  
Oves, nulla est differentia.
23. Fætus ovium, post mortem mariti, ante tamen di-  
fisionem editi, indistinctè, sive masculini, sive feminini  
sint sexus, Vidue cedunt, ut & Lanandum de-  
tonsa vel decerpta.
24. Inter Geradam mulierum Nobilium & plebeiarum  
nulla est differentia, præterquam circa Oves, Anse-  
res, Anates, & Currum.
25. In dijudicandis rebus, ad Geradam pertinentibus,  
cujusq; loci Consuetudo, & mulieris possessio attendi  
debet.
26. Catena, armilla, aliavè res similes, in Uxoris pos-  
sessione reperta, ad Geradam pertinent, licet ambo  
Conjuges illis usfuerint.
27. Bona uenifilia si ante Uxoris obitum ad Virum per-  
veniant, naturam suam mutant, & hereditaria sunt.
28. Mundus muliebris, in possessione mulieris repertus,  
ad Geradam pertinet, licet eò mulier ad ornatum  
usa non ficerit.
29. Res hereditarje, ad ornatum vel usum Uxori à ma-  
rito concessæ, defuncto eo, si in possessione Uxoris re-  
periantur, pro Geradâ habentur.
30. Res, à mari uxor à usum & ornatum concessæ,  
baud pro Gerada habentur; si in mulieris possessione  
non reperiantur.
31. Bona, que Uxor non usus proprii causâ, sed tan-  
quam mercatrix aut Crediterix possidet, non haben-  
tur pro bonis uenifilibus, nec ad proximam Cogna-  
tam pertinent.
32. Pannus pretiosus, ad vestimenta muliebria non-  
dum incisus, ad Geradam non pertinet.
33. Currus, quo mulier velta fuit, quando inter Nobi-  
les ad Geradam referatur?
34. Equi Currules ne quidem apud Nobiles pro Gera-  
dâ habentur.
35. Abenum & Calderium (Waschfessel und Brau-  
pfanne) quatenus ad Geradam pertineant?
36. Ut & mantelia sive strophiola, Petues & Candela-  
bra (Zellertüchlein/Becken und Leuchter.)
37. Læti in diversorio publico Gerada non accen-  
suntur.
38. Nec Sponde (Spanbetten) inter res Geradicas  
referuntur.
39. Linum & cannabis (Flachs und Hanff) quatenus  
ad Geradam pertineant?
40. Tapeta (Zeppe und Tappiserien) quanam bonis  
utensilibus sint connumeranda?
41. Pulvinaria & Culcitra, quibus scamna & sella in-  
sternuntur, (Bankfessel und Stuhlfüssen) quatenus  
ad Geradam pertineant?
42. Gerada connumerari non debent Caclearia ar-  
gentea, & cantharus puerpera, nec collaria catel-  
lorum (Silberne Löffel / Wochenkanne / und des  
Hundes Halsband.)
43. Bonorum uenifilium nomine non comprehendun-  
tur annuli signatorii, & bullæ aureæ, que infantis  
affiguntur (Petschafftringe und Schaugroschen)  
mulè minùs munuscuba, que à susceptoribus in-  
baptismate offeruntur (Baptengeld.)
44. Pacificalia quatenus ad Geradam pertineant, &  
quid habendum de dentibus Iuporum argento inclu-  
sis (Wolfszähne in Silber eingefasset.)

# CONSTIT. AC DEFINIT.

45. Aurei incurvati, ( Schrummete Goldgulden ) bacca Coralii, ( Corallenkörner ) Uniones seu margarita ( Perlen ) quando inter bona utensilia referantur?
46. Arba sponsalitiae Sponso data ( Mahlschätz ) & Corona, quā sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit ( Bräutigams Krantz ) non pertinent ad Geradam.
47. Qualus ( Laugenlorb ) bonis utensilibus accenseri non debet.
48. Libri mulieris quinam ad Geradam pertineant?
49. Mortuā Uxore in conjugio quasnam species de Gerada marito superstite Cognata relinquere teneatur: Et num etiam Conopaeum ( Den Vorhang ) unā cum lecto?
50. Uxor vel Cognata, accipiens Utensilia defuncti mariti vel Cognatae, hereditibus nil prorsus de hisce relinquere tenetur.
51. Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuā in matrimonio Uxore, bujus Cognatae utensilium, non nisi certe quadam species, quānam deferuntur, reliquis Gerade rebus superstite marito relictis.
52. Non obstante hoc statuto, filie defuncta Gerada proxima Cognatae defertur, nibilo de hac patria relicto.
53. Statuto Lipsiensi, de Nisi regada disponente, non gaudent forenses & extranei, qui non sunt incole & cives urbis illius.
54. Gerada defertur secundum Statuta & consuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.
55. Ad Geradam ab aviā relictam, Neptes unā cum filiabus in stirpes admittuntur.
56. Mulieres solummodo, per lineam femininam descendentes, in Gerada succedunt.
57. In Successione Gerada sola Cognatio attenditur, non habita ratione agnationis, vel pluralitatis vinculum.
58. Filia quoque Spuria matri naturali in Gerada succedit.
59. Virgo Vestalis de jure quoque Saxonico succedit in Gerada.
60. Clericus matri in Gerada succedit, non etiam filia a sorori, multò minus uxori prædefuncta.
61. Deficientibus Cognatis feminini Sexus, tam ex linea recta, quam transversali, Gerada defertur judicii, cui merum competit imperium.
62. Aes alienum mariti, Vidua ne quidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiam si Gerada nomine contra dictum fuerit.
63. Nec bona utensilia, à marito oppignorata, Vidua in Gerada succedens, sed heredes mariti luere debent.
64. Utensilia tamen, à marito pro prelio venditori, vel cum consensu Uxoris oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, Vidua in subsidium luere tenetur.
65. Debita mulieris defuncta proxima Cognata, deficitibus demum bonis hereditariis, in Subsidium saltem de Gerada exsolvere obstricta est.
66. At, si Gerada nomine debita mulieris fuerint contracta, ea Cognata proxima differenter de Gerada solvit; etiam si alia bona hereditaria supersint.
67. Geradam quoq; à muliere defuncta oppignorata, proxima Cognata luere debet.
68. Nisi in communem rei familiaris usum Gerada à muliere fuerit oppignorata, quo casu redemptio ejus intumbit hereditibus.
69. Tutor quando absq; decreto Magistratus pupille Geradā patri vel extraneo vendere & alienare valeat?
70. Pater filia sua Geradam absq; autoritate Magistratus vendere non potest, nisi bec servando servari nequeat.

## CONSTITUT. XV.

Mulieres an, & qualiter cum consensu & autoritate Curatorum, vel absque eo contrahere possint.

Definit.

1. Contractus mulieris, sine consensu Curatoris initus, ipso jure nullus est, etiam si juramento fuerit firmatus.
2. Quicquid ex obligatione absque Curatoris consensu contractā, mulier solvit, tanquam indebet solvere repetere potest.
3. Mulier sine Curatore super debito, sibi soluto, quietationem facere, at debitorem suum liberare nequit.
4. Contractum, absq; Curatore celebratum, etiam post mortem matris, ipsius heredes impugnare possint.
5. Contractus mulieris, sine Curatore initus, ne quidem ex diuturnitate temporis decennali convallisatur.
6. Mulier, habens domicilium in terris Saxonice, extra territorium Saxonicum absque Curatore valide potest contrahere.
7. Fidejussionis, intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.
8. Mulier sine Curatoris consensu omnime parre vel liberis validè contrahere, filiisq; donare potest.
9. Illustris mulier, habens Regalia, absque Curatore validè contrahit.
10. Mulier absque consensu Curatoris non solum testari, sed & mortis causā donare potest.
11. Absque Curatoris quoque auctoritate mulier pacta dotalia facere, in iusque, certam dotem constituere potest.
12. Ad imperationem Aesti adversus debitorem suum, mulier Curatore opus non habet.
13. Mulier dolosè contrahens obligatur, etiam si non habuerit Curatorem.
14. Ex contractu mutui efficaciter obligatur mulier, etiam sine Curatore.
15. Quatenus mulier mobilia sua absque Curatore alienare valeat.
16. Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercaturae constitucere potest.
17. Subsistit contractus, sine Curatore celebratus, quando mulieri est uestis.
18. Contractus mulieris, in praesentia Agnatorum initus, subsistit, licet Curator non intervenerit.
19. Mulier nupta seu maritata solo mariti consensu, absque alterius Curatoris auctoritate, efficaciter contrahere, bonaque immobilia alienare valeat.
20. Contractus, à marito de bonis Uxoris, consensu ipsius celebratus, jure subsistit.
21. Fundum dotalem mulier absque Curatore vendere, alio modo alienare nequit, etiam si maritus consentiat.
22. Mulier etiam nupta sine Curatore hereditati renunciare, ac super divisione hereditatis quietationem facere nequit, licet alias solius mariti consensu debitorum suum liberare valeat.
23. Uxor, contrahens cum marito suo, alterius Curatoris auctoritatem adhibere debet.
24. Mulier maritata in mariti commodum contrahens, alio Curatore opus habet.
25. Uxor bona sua immobilia absque consensu marii alienare nequit, licet adhibeat auctoritatem Curatoris.
26. Curator generalis ad omnem causam ab eo judice datur, cuius iurisdictioni subjectus est, q;ki Curatorem petit.
27. Ad certam verò causam datur Curator ab eo judice, ad quem causa illius cognitio spectat.
28. Femina quoq; absensi Curator dari potest.

# I N D E X

29. *Dato Curatore ad omnes generaliter causas, desinit Curatela primi Curatoris ad certam litem dati.*
30. *Autoritas Curatoris in ipso actu intervenire debet, post tempus vero interposita nihil operatur.*
31. *Nisi in continentia, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita.*
32. *Subsistit contractus mulieris absque Curatore celebratus, si quis, qui actu interfuit, a judice postea Curator confirmetur.*
33. *Mulier, interveniente Curatore contrahens, si falso fuerit, Curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere valet.*
34. *Curator, consentiens mulieri contrahenti, sibi non prejudicat, neque ex contractu mulieris obligatur.*
35. *Res immobilis, absque Curatore vendita est alienata, non mulieri, sed emptori perit.*
36. *Inebriatus ad mentis usque alienationem, contrahens non obligatur, et quomodo ebrietas probetur.*
37. *Prodigus, cui bonis a Magistratu interdictum est, ab aliquo Curatore contrahere nequit.*
38. *Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mulier ipsa praesens sit, et consentiat.*

## C O N S T I T . XVI.

*Intercessio vel renunciatio a muliere facta, cum consensu mariti vel alterius Curatoris, num valeat, etiam non jurata?*

Definit.

1. *Renunciatio mulieris, pro marito intercedens, sicuti in dote et dotalito, ita et in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata.*
2. *Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum infuscaverit.*
3. *Nec valeat Constitutionum Vidue, debitum mariti, jam defuncti, absque juramento infuscipientis.*
4. *Mulier correas debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit.*
5. *Renunciatio mulieris Illustris, facta sub dignitate splendore, (Vey Fürstl. oder Gräflichen Ehren/ Treuen und Glauben/etc.) non equipollit renunciationi jurata.*
6. *Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei (An Endes statt und bheim Wort der ewigen Wahrheit) non habetur pro jurata et valida renunciatione, nisi addantur verba: So wahr ist Gott helffe.*
7. *Efficaciter mulier pro marito absque juramento intercedit, etiam quoad res dotales, iis in locis, ubi hoc moribus introductum est.*
8. *Valida est in civitate Lipsiâ, etiam quoad res dotales, intercessio mulieris pro marito haud jurata, ex peculiari Statuto; Quod tamen locum non habet, in Constitutione.*
9. *Valeat renunciatio mulieris, pro marito intercedens, etiam in rebus dotalibus, absque juramento, morte confirmata.*
10. *Mulier pro marito intercedens, absque juramento efficaciter obligat bona paraphernalia, modo sit majoris, ac in iudicio, Curatore interveniente, SCro Vellejano renunciaret.*
11. *Bona lxxoris, ad maritum apportata, in dubio non dotalia, sed paraphernalia habentur.*
12. *Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida, in terris Electoratus Saxonici ei indistincte nocet, etiam si maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisficeri queat.*
13. *Nisi ob lesionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta, ex capitio restitutio in integrum.*
14. *Extra Saxonia tamen Electoratum renunciatio hypothecae mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illaris aliunde satisficeri queat.*

15. *Renunciatio hypothecae facta generaliter uni Creditori, non prejudicat mulieri quoad alios Creditores.*
16. *Facta renunciatione tertio Creditori, causa intermedii Creditori melior non effiditur in concursu Creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit.*
17. *Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens, absque juramento obligatur, etiam quoad bona dotalia.*
18. *Renunciatio mulieris in domo judicis, extra locum judicij facta, valida non est.*
19. *Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi prius de beneficio SCro Vellejani certiorata, ei expressè renunciaverit.*
20. *Renunciatio mulieris pro marito facta, non prejudicat mulieri quoad bona alia, marito nunquam illata.*

## C O N S T I T . XVII.

*Generalis renunciatio fidejussores à beneficio, ipsis competentibus, an excludat?*

Definit.

1. *Renunciatione generali non excluditur à beneficio fidejussorum, etiam si omnibus ac singulis iuris ac legum beneficiis, que fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.*
2. *Expresso uno vel altero beneficio generalis renunciatio quo ad reliqua omnia effectu sortitur, sive precesserit, sive subsecuta fuerit renunciationem specialem.*
3. *Generalis renunciatio annexa speciali cum demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renunciatum.*
4. *Non prejudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerint certiorati.*
5. *Fidejussio jurata absque renunciatione etiam speciale, excludit beneficia, fidejussoribus alias comprehendit.*
6. *Fidejussor renuncians iuribus speciale renunciatione requirentibus, non prohibetur uti beneficio fidejussoriu, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.*
7. *Fidejussor indemnitatis gaudet beneficio excussionis, etiam si huic expressè renunciaverit.*
8. *Non nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliquid inter contrahentes actum appareat.*
9. *Verba hec: Sämtlichen und sonderlich einer vor alle/ und alle vor einen/ addita fidejussioni, non excludunt beneficium divisionis.*
10. *Fidejussio ac renunciatio beneficii divisionis, in quantum noceat fidejussori, quando ad fidejubendum et renunciandum dolo fuerit inductus.*
11. *Creditor, ab uno ex pluribus fidejussoribus, qui divisionis beneficio renunciarunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non nisi prorata convenire potest.*
12. *Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudent beneficio divisionis.*
13. *Correis tamen debendi, ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competit.*
14. *Correis debendi, qui totum solvit debitum, etiam non facta cessione, datur actio adversus correum pro repetitione partis.*
15. *Fidejussori vero solventi solidaria, absque actionem cessione, nulla alia competit actio adverso fidejussores.*
16. *Post solutionem tamen factam, cessio à Creditore ab hac commode fieri potest, licet eam fidejussor ab initio petere neglexerit.*
17. *Fidejussori solventi Creditor actiones cedere tenetur, etiam si beneficio cedendarum actionum renunciaverit.*
18. *Eius pars nomine, que ipsum fidejussorem solvendum contingit, actio cedenda non est.*
19. *Fidejussor, convenitus à fidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi huic expressè renunciaverit.*
20. *Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existen-*

# CONSTIT. AC DEFINIT.

- te, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus, pro rata, accrescit.  
 21. Electo uno ex confidejussoribus, reliqui per id non liberantur, priusquam à fidejussore conuento debitum plenariò fuerit solutum.  
 22. Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum.  
 23. Fidejussor damna & expensas à confidejussoribus quatenus repetere possit.

## CONSTITUT. XIX.

Fidejussor obligans se tanquam principalem, an beneficium excussionis amittat?

Definit.

1. Ex promissione fidejussionis ac persuasione de munere tuo dando pecuniam alteri nemo potest tanquam fidejussor conveniri.  
 2. Etiam constitutori datur exceptio ordinis, nisi in animo novandi debitorem se constituerit.  
 3. Competit beneficium excussionis fidejussori, etiam si cautioni fidejussoria addita fuerit clausula; (Alles freulich/sonder arge ist/ und ohne Gefahrde.)  
 4. In Processo etiam executivo opponere potest fidejussor beneficium excussionis & divisionis.  
 5. Delegans pro delegato se soluturum promittens, non gaudet beneficio excussionis.  
 6. Fidejussor, fraudulenter negans fidejussionem, convic-  
tus postea mendacii, non juvatur beneficio excussionis.  
 7. Cessat beneficium excussionis inter mercatores.  
 8. Non datur beneficium ordinis ei, qui pro muliere fidejussit.  
 9. Qui pro Principe, Fisco, vel Communitate fidejussit, non valeat opponere exceptionem discussionis.  
 10. In Correis debendi quando locum habeat beneficium excussionis.  
 11. Cessat quoque beneficium ordinis, quando debitor principalis est absens, fugitivus, aut latitans.  
 12. Non juvabitur beneficio excussionis fidejussor, quando inter contrahentes hoc actum appareat, ut Creditori fas sit, fidejussorem statim convenire.  
 13. Fidejussor succedens debitori principali, non juvatur beneficio ordinis, nec inventarii, sed ultra vires, etiam bereditatis tenetur.  
 14. Locum non habet exceptio ordinis, quando bona debitoris extra territorium, in locis longè remotis, sunt sitae.  
 15. Non competit beneficium excussionis fidejussori, quando debitor notoriè non est solvendo, quod alias Creditor probare deberet.  
 16. Nomina debitoris, particulariter & distinctis terminis solvenda, (usf. Zagezeiten) quatenus cessare faciunt beneficium excussionis.  
 17. Beneficium excussionis locum etiam habet in actione hypothecaria contra tertium possessorem instituta.  
 18. Excussionis tamen beneficio non gaudet possessor fundi Creditori specialiter hypothecati.  
 19. Quis sciens rem, alii hypothecatam, emit, non habet beneficium exceptionis hanc excussi debitoris.  
 20. Non juvatur beneficia excussionis possessor, hypothecaria convexus, quando debitor est absens, nec facile potest conveniri.  
 21. Lices res, Creditori hypothecata, ad quartum, vel quintum possessorem pervenerit, Creditor tamen non nisi debitorem suum excutere debet, si hypothecaria agere velit.  
 22. Fidejussor conveniri nequit, antequam pignus excusat, nisi in pignore distractando difficultas aliqua subsist.  
 23. Pactu debitoris principalis proficit etiam fidejussori.

## CONSTITUT. XIX.

Termino solutionis debitori prorogato, num liberentur fidejussores?

Definit.

1. Fidejussor ex solutionis prorogatione, debitori se in scio factâ, non liberatur.

2. Usuras tamen seu interesse prorogata solutionis fidejussor haud quam solvere tenebitur.  
 3. Liberatur fidejussor, si ipso in scio prorogata fuerit obligatio, puta, ex causa facta reconductionis.  
 4. Quo tamen casu fidejussor obligatus manet pro eo, quod ex prima locatione debetur.  
 5. Prorogatio mutui, in scio fidejussore facta, non liberat ipsum a restituzione sortis.  
 6. Ex solutionis prorogatione liberatur fidejussor, si contra ultiorum obligationem, post terminum elapsum, expresse protestatus fuerit.  
 7. Nisi hoc casu fidejussor intra tres menses à die solutionis faciendo interpellatus fuerit, aut in prorogationem consenserit.  
 8. Fidejussor, pro reo simpliciter receptus, tenetur quoque ad usuras, in stipulationem deductas, nisi eas expresse excepere.  
 9. Fidejussor, in duriorum causam facta, non in totum est inutilis; sed saltem quatenus metam obligationis principalis excedit.  
 10. Creditor à debitore, donec solvendo esse definit, creditum petere cessans, vel causa cadens, illud postea à fidejussore exigere nequit.  
 11. Electio debitoris facta, cum eo super solutione debiti transactio, non liberat fidejussores, antequam sunt fiat creditori.  
 12. Quatenus fidejussor propter periculum executionis, imminens ante solutionem, adversus debitorem ad liberationem agere posse?  
 13. Fidejussor summarie excussus, contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem.  
 14. Hodie Novatio facta non intelligitur, nisi hoc expresse inter contrahentes agatur, quod priorem obligationem novare velint.  
 15. Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores, in quâ alii dari sunt fidejussores, nisi hoc expresse fuerit dictum.  
 16. Delegatio, perinde ac Novatio, budiè altera valida non est, quam si verbis expressum, quod animo novandi delegatio interposta.  
 17. Nec in stipulatione, nec acceptatione, solennia interrogacionis & responsionis budiè necessario sunt observanda.

## CONSTIT. XX.

Fidejussoria obligatio quando transcat ad heredes?

Definit.

1. In foro quoque Saxonico fidejussoria heredes obligantur, etiamsi borum in fidejussione haud facta fuerit menio.  
 2. Transit in heredes obligatio fidejussoria, licet buic inserita fuerit dictio taxativa, puta: Ut ipse fidejussor solus, tantum, duntaxat teneretur.  
 3. Ex fidejussoriis heredibus, excusso demam debitoris principali, quilibet pro rata tenetur, non insolidum.  
 4. Consuetudini loci alicujus: Ne heredes ex obligatio- ne fidejussoriis teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressa.  
 5. Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expresse convenerit, ut in locum defuncti fidejussoriis aliis fidejussor substituatur.  
 6. Etiam si fidejussor post mortem decesserit, heredes ramen non erunt efficaciter obligati in casu, quod convenimus fuit, ut in locum defuncti fidejussoriis aliis surrogetur.  
 7. Heredes fidejussoriis defuncti non tenentur alterius viares hereditarias.  
 8. Ex Collegio opifex nequam removendus proprietas, quod nolis pro Collegio fidejubere.

# I N D E X

9. Ex fidejussione obligatus est, qui sigillatione & subscriptione suâ approbat instrumentum, in quo debitor fatetur, se fidejussorem ipsum dedisse, das et hyn zu einem Bürger vermocht.
10. Nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur pro fidejussione.
11. Mandatarius excedens fines mandati, conveniri potest à mandante ad damni restitutionem.
12. Tenetur quoque mandatarius contrabenti secum ad restitutionē interesse, si fines mandati excesserit.
13. Mandans tenetur mandatario ad restitutionem eius, quod ex causa mandatarii ipsi absit, modo culpa mandatarii non intervenerit.
14. Institor, contrahens nomine sui principalis, officio deposito, pro domino non tenetur.

## C O N S T I T .    X X I .

Num valeat pactum, quo debitor, sive vir sit sive mulier, ad carcerem vel arestum se obligat?

Definit.

1. **V**aleat obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor, vel saltem prius extrajudicialiter requisiitus solutione non facta per Magistratum capiatur.
2. Debitor, ad carcerem obligatus, absq; praecedente bonorum excusione, capi & incarcari potest.
3. Debitor, ex pacto incarcatus, non dimittitur sub cautione, nisi eam Creditor lubens acceptaverit.
4. Creditor petens executionem in bona debitoris, non recedit à pacto de incarcendo debitore, sed eundem etiamnum incarcari facere potest.
5. Creditor debitori, ad carcerem obligato, non tenetur prestatre cautionem de refundendo, si vel adversa valetudine comprimatur, vel alioquin detimenti quid capiat.
6. Debitor ageratus è carcere dimittendus est, ut curam sui habeat.
7. Debitor ex pacto pro certo aliquo debito incarcatus, pro alio debito in carcere retineri non debet.
8. De jure communi, ut & in foro Saxonico, fæmina debtrix ne quidem ex pacto incarcari potest.
9. Quatenus in terris Electoratus Saxonici fæmina debtrix ex pacto ad carceres obligetur.
10. Obligatio ad carceres personalis est, & ad heredes non transfit.

## C O N S T I T .    X X I I .

De pena carceris publici, in debito non solvendo existentes statuta.

Definit.

1. In foro Saxonico, extra Provincias tamen Electoratus, debitor, non solvendo existens, etiamnum hodie ad manus Creditori traditiolet.
2. In Electoratu Saxonico debitor obaratus non traditur ad manus creditoris, sed propter debitum liquidum conjicitur in carcere publicum, (in Schulz Thurm.)
3. Decoctor vel debitor obaratus non nisi à judice competente incarcari potest.
4. Incarcerationem debitoris obarati procedere debet excusio bonorum.
5. Carceri publico hodie mancipandi sunt debitores, qui absq; suâ culpâ fortunæ vicio, non solvendo facti fuere.
6. Creditores penam carceris publici decoctoribus remittere possunt.
7. Debitor, qui à judice vel solvere, vel de solutione creditoris cavere jussus, nerum prestatre valet, pro excessu habetur, & incarcari potest.
8. Ipsa decoctoris carceratio ad deminuendum debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere, prius quam Creditoribus satisfecerit.
9. Debitor, ob as alienum incarcatus, non dimittitur,

- antequam una cum forte interesse quoq; solverit.
10. Non liberatur debitor incarcatus ante factam solutionem, invito Creditore, etiamsi à Principe solum conductum obtinuerit.
11. De jure communi debitor obaratus, ex statuto incarcrandus, cessione bonorum se tueri potest.
12. In Electoratu Saxonico debitor obaratus per cessionem bonorum à carcere publico se liberare nequit.
13. Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint.
14. Non iuratur cautione juratoria debitor obaratus adversus carcere publicum.
15. Debitor incarcatus, offerens cautionem fidejusoria, vel pignoratitiam, ex carcere dimittendus est.
16. Debitor obaratus offerens solutionem particularem, vel nomina, particulariter, & distinctia terminis solvenda (Erbe: oder Lagezeit: Geldere) quatenus ab incarcerationis pena sit exemplius.
17. Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum quo sciens, quod solvendo non esset, contraxerit.
18. Ob as alienum nequeunt incarcari, nec mancipari ad manus Creditorum, persona illustres, nobiles, a lieve in dignitate confitura.
19. Mulier obarata, ne quidem in Provinciis Electoratu Saxonici, carcere publico est punienda.
20. In foro Saxonico heres pro debito defuncti carcere publico mancipari nequit.
21. Creditor petens debitorem incarcari, in terris Electoratus Saxonici, non tenetur prestatre cautionem de indemnitate eo servando.
22. Debitor incarcatus cuiusnam sumptibus & expensis sit aliendus in carcere.
23. Debitor ex fortuna, & absq; suâ culpâ haud solvendo existens, infames non sunt, nec ab officio publico removendi.
24. Inoarceratio debitoris obarati non tribuit jus pignoris aut prioritatis in concurso Creditorum.
25. Decoctoris bona Creditoribus sunt communia, salvo tamen cuiusq; jure prioritatis.
26. Debitor obaratus, à carcere publico exceptus non est proprieatè, quod sit forensis & advena.
27. Major pars Creditorum pacientium cum debitore, eique debiti quoq; am remittentium, reliquos etiam Chirographarios pro rata obligat.
28. Non nocet pactum plurium Creditorum, debiti partem remittentium, hypothecariorum, iisq; Creditoribus, qui arresta in bonis debitoris obtinuerunt.
29. Dilatio quinquennalis, à majori parte Creditorum debitori concessa, impedit etiā hypothecarios & arrestantes, quo minus durante dilatione debitorem molestare queant.
30. Obstagia tam in imperio Romano, quam foro Saxonico hodie sunt abrogata & prohibita.
31. Valem tamen etiamnum hodie pactum, quo debitor, si in solutione cesset, se in certo loco statutum, & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessum promittit.

## C O N S T I T .    X X I I I .

Pignoratio bonorum allodialium immobilium jure Saxonico ut valeat, num coram illo Magistratu, sub cuius jurisdictione sita sunt, eam fieri necessè sit?

Definit.

1. **B**ona immobilia in foro Saxonico absq; consensu Magistratus sive judicis efficaciter oppignorari non possunt, ne quidem à Nobilibus, & illustribus personis.
2. Nec inter Mercatores valida est oppignoratio rerum immobiliarum extrajudiciale.
3. Annui reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter validè oppignorantur.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

4. Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius oppignorando bona immobilia, quo minus hypotheca posterior judicialis preferatur hypotheca extrajudiciali.
5. Oppignoratio bonorum immobilium, extrajudicialiter licet facta, heredes tamen debitoris obligat.
6. Immobilia judicii ipsi, & rursus ab ipso judge sine consensu Superioris recte oppignorantur.
7. Jura ac nomina in foro etiam Saxonico, absque insinuacione judiciali, efficaciter oppignorantur.
8. Pignus judiciale, in rebus immobilibus constitutum, à Creditore alii cvidam, sine novâ judiciali insinuacione, pignori dari potest.
9. Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior preferatur arresto & hypotheca judiciali posteriori in foro Saxonico, contra l. scriptas. n. C. qui pot. in pign.
10. Hypotheca generalis rerum immobilium comprehendet etiam mobilia ac nomina, in alieno territorio existentia.
11. Non trahenda est hypotheca generalis ad res mobilis, qua post mortem debitoris hereditati accesserunt.
12. Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorem.
13. Mercibus tamen in tabernâ oppignoratio, ac postea singularim venditis, Creditor adversus emptorem hypothecariâ experiri nequit.
14. Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut in instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypotheca judicialis, sed solam Chirographariis & arrestantibus preferatur.
15. Credores, in possessionem bonorum debitoris immisiti, non preferuntur iis, quibus anterior hypotheca extrajudicialis coram testibus fuit constituta.
16. Valeat pignus in re immobili venditâ, pro residuo pretiū rerentum, circa judicis consensum, etiam in foro Saxonico.
17. Non juvat vendicorem Lex pignoris, ob premium non solutum contractui venditionis, jam perfecto, ex intervallo extrajudicialiter apposita.
18. Feudo vendico, non valeat hypotheca pro residuo pretii, venditori, absque speciali consensu Domini, reservata.
19. Absque speciali reservatione hypotheca, ne quidem rusticus competit pignus in rebus venditis pro pretio.
20. Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coram judge, sub quo immediate sunt, nec validam efficie hypothecam consensus domini superioris.
21. Bonorum immobilium oppignoratio fieri debet coram eo judge, qui jurisdictionem habet inferiorem.
22. Ad oppignoracionem bonorum Empyrenicorum vel censiticorum, utriusque tam judicis ordinarii, quam dominii directi consensus est adhibendus.
23. Hypotheca bonorum immobilium judicialis non sufficit, nisi ipsius debitor verbi expressis consensum judicis ad hanc imploraverit.
24. Consensus Domini vel judicis, super hypothecâ fidelis vel fundi ad tempus certum praefitus, tempore elapso extinguitur.
25. Magistratus consentiens hypothecâ ad certum tempus reservato sibi vel debitori jure reliundi, tacite consensum prorogare videtur, si finito tempore non reliuant bona hypothecata.
26. Magistratus ob praestitum consensum, in oppignoratione bonorum pluribus Creditoribus factâ, nulla ratione tenerur, licet bona omnibus non sufficiant.
27. Competit tamen actio ad interesse adversus Magistratum Creditori, pecuniam alias non credentem, hypothecam falso idoneam affirmantem.
28. Creditor in alienationem pignoris consentiens, illud debitori remissive videtur.
29. Creditor generalem & specialem hypothecam simul habens, prius specialem excutere tenetur, anequam generali natum.
30. Hypothecarius, cui generalis constituta est hypotheca, non potest reliquis Creditoriis prejudicare in speciali hypotheca, si certam rem semel elegerit.
31. Parte debiti licet soluta, pignoris tamen obligatio pro residua debiti parte, integra manet.
32. Creditor hypothecarius omisâ actione hypothecariâ, personaliter adversus debitorem experiri, in alia ejus bona, sibi non oppignorata, executionem petere potest.
33. Solutione tantummodo debiri, non etiam cessione aut confusione dominii extinguitur in toto hypotheca.
34. Clausula: de non alienando, adiecta hypotheca, tribuit Creditori jus executivum adversus tertium possessorum, discussu etiam nondum principali debitore.
35. Supereft actio hypothecaria Creditori etiam post vendicatum pignus, si hoc postea evincatur.

## CONSTITUT. XXIV.

Privilegium tacita hypothecâ doti mulierum datum, à quo tempore incipiat?

Definit.

1. A tempore copulationis sacerdotalis incipit privilegium tacita hypothecâ, ac jus prelationis, mulieri competens, etiam ratione dotis, post consummatum matrimonium constituta.
2. In dotalitio quoq; jus tacita hypothecâ & prelationis incipit à tempore copulationis per Sacerdotem facta.
3. Privilegium tacita hypothecâ in bonis paraphernalibus incipit à tempore illationis bonorum.
4. Non competit mulieri jus tacita hypothecâ ratione Gerade, aliorumq; bonorum, qua marito administranda non commisit.
5. Sponsa ratione dotis illata, privilegium tacita hypothecâ in bonis sponsi non habet.
6. Mulieri, ratione donationis propter nuptias, jus tacita hypothecâ non competit in bonis mariti.
7. Mulier ex jure tacita hypothecâ adversus tertium possessorem experiri nequit, si in alienationem bonorum mariti consenserit.
8. Non impedit tacita hypothecâ, bona alicujus officens, quo minus is vendere, aliove modo ea distractabere queat.
9. Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex jure tacita hypothecâ impugnare licet, si ex reliquo mariti bonis ipsi satisfieri nequeat.
10. Mulier solvens pro marito, ad inopiam postea vergente, condicione indebiti solutum à Creditoribus maritti repagere nequit.
11. Mulier potest petere iurisdictionem dotis, ac donationis propter nuptias, marito ad inopiam vergente.
12. Pupillo competit tacita hypothecâ in bonis tutoris, non solum pro sorro principali, sed & pro omnibus accessionibus, ex die suscepit officii.
13. Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutori mutuò fuit data, jure tacita hypothecâ obligata non sunt.
14. Obligata quoq; sunt jure tacita hypothecâ bona illius, qui se pro tutori vel Curatore gesit.
15. Bona Curatorum ad licet, mulieribus tacite obligata non sunt.
16. Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli pro eo, quod sibi debetur contrario rite judicio.
17. Liberis ratione bonorum maternorum patris bona tacite sunt obligata.
18. Ratione munierum, in testimonium baptizati acceptorum, & à parcerutorio nomine administratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit hypotheca.

# I N D E X

## C O N S T I T U T . XXV.

*Tacita hypotheca num in feudis locum habeat?*

Definit.

1. **I**N pretio ex feudis redacto, preferuntur hypothecarii iū, qui ad conservationem & administracionem feudorum fecerunt expensas.
2. Mulieribus, quatenus ratione dotis in bonis feudalibus competit jus tacite hypotheca ac prælationis.
3. Tacita hypotheca quatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus feudi.
4. Pupilli, Filie, Universitates, Ecclesia & Hospitalia, quatenus & quamdiu utantur jure tacite hypotheca in feudis.
5. Post factam executionem in feudum, licet Vasallo debitori onus servitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipsius, Creditor ea præstare tenetur ex fructibus feudi.
6. Facta executione in bona feudalicia, Creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo.
7. In bonis etiam emphyteuticis locum habet justa hypotheca.
8. Non solum pro dote, sed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, jus retentionis mulieri competit, in omnibus mariti bonis, feudalibus, & allodialibus.
9. Datur etiam mulieri pro statutaria portione, jus retentionis in bonis defuncti mariti.
10. Utitur Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipsi de donatione propter nuptias, ac portione, in partis dotalib⁹ assignata satis factum fuerit.
11. Vidua non in omnibus ac universis defuncti mariti bonis, sed ad concurrentem estimationem dotis, aliarum rerum, quas petit, jus retentionis exercere potest.
12. Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non nisi ad indigentiam sue necessitatis ex iis alimenta haberet.
13. Durante jure retentionis, Vidua, nec non quisvis aliis Creditor, hoc jus exercens, ad bonorum administrationem obstringitur.
14. Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel juramento, rationem administrationis reddere tenetur.
15. Textura, atiac⁹ manualia, durante retentionis jure in domo mariti à Vidua confecta, ipsi cedunt, non mariti heredibus.
16. Vidua jus retentionis, quod in bonis mariti habet, alii vendere, oppignorare, & cedere potest.
17. Non competit jus retentionis Vidua petenti dotem illiquidam & controversam.
18. Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta, in bonis defuncte uxoris, donec ei de mobilibus, aliae portione debita satis factum fuerit.
19. Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructus ex bonis immobiliis defuncte uxoris, si tamen ea administraverit, impensas & laboris mercedem jure petit.
20. Locator jus retentionis habet in bonis, à conductorre illatis, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona.
21. Competit etiam conductori jus retentionis in fundo aut domo sibi locata, pro expensis necessariis, in ea factis.
22. Famulus sive ancilla jus retentionis habet in domini habitatione, donec ei de mercede satis faciat.
23. Advocatus, vel etiam actuarius, retinere potest Acta, donec ipsi de honorario satis faciat; Nisi Republica interferat, Acta exhiberi.
24. Non habet locum jus retentionis in re aliqua pro expensis seu operis, in aliare factis.
25. Res obligatas ex certa causa, licet etiam pro alio debito chirographario, quod liquidum est, retinere

26. Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona debitoris, etiam pro alio debito retinere liceat.
27. Tributa & collecta non à Vidua, que utitur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus sunt exsolvenda.

## C O N S T I T U T . XXVI.

*Periculum pignoris, apud Creditorem, absq; illius culpā, amissi, ad quem pertinet?*

Definit.

1. **I**n terris Electoratus Saxonici Creditor ob amissionem pignoris causalem, creditum suum non perdit.
2. Negligentias proper pignoris amissionem Creditor pere prohibetur.
3. Ne quidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amissio pignore, (exceptis equis ac pecudibus,) Creditor perdit jus Crediti.
4. Salva haud est Creditori actio Crediti, si culpā ipsius pignus perierit.
5. Rem depositam vel commodatam, perinde ac rem op pignoram, etiam in foro Saxonico, dominus a tertio possessore vindicare potest.
6. Nec in foro Saxonico depositarius, commodatarius, aut similes personae de casu fortuito tenentur.
7. Tenetur tamen Commodatarius de casu fortuito, sine commodata ad alium usum, quam destinatum, utatur.
8. Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur etiam de casu insolito.
9. Usufructarius non restituit damnum, grege casu fortuito totaliter interempto.
10. Caupo tenetur ad restitutionem rei, in camponā perdire, si negligenter ipsius intervenerit.
11. Non tenetur caupo de re perditā, que ipso incio in custodiā Mediaстini data fuit.
12. Socius socio præstat culpam levem, non etiam levissimam, aut casum fortuitum.
13. In cambio, aliove simili contractu innominato, cuius sit periculum.
14. Re duabus locatā vel commodatā, si utrumq; culpā perierit, singuli in solidum tenentur.
15. Furtum & Rapina inter casus fortuitos referuntur, quando custodientis culpa non precessit.
16. Damnum censeretur casuale, non culpa datum, quando canis rabiosus in gregem irruit, oves dilacerat, ac devorat.
17. De casu fortuito, seu amissione rei certò constare debet, antequam culpa vel diligentia detentoris probanda venit, nec creditur bac in re juramento afferentis, rem amissam esse.
18. In casu, ubi culpa levissima præstanta venit, quinam onus probandi, rem culpā, vel absq; eā amissam fuisse, incumbat.
19. In locato aliac⁹ contractibus, in quibus culpa saltem levis præstanta venit, onus probandi semper injungitur ei, qui culpa casum contigisse contendit.
20. Venditione perfecta, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita.
21. In venditione conditionali, pendente conditione, damnum ab ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad venditorem pertinet.
22. Damnum particulare rei venditæ sub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem spectat.
23. Facta venditione vini degustati, aliarumq; rerum, que in pondero, numero, vel mensurā consistunt, antequam hæ numerata, appensævè fuerint, periculum non ad emptorem, sed venditorem pertinet.
24. Venditæ rei periculum ad venditorem pertinet, si ejusdem dolo, latâ, vel levi culpā res pericerit.
25. Venditoris est periculum rei venditæ, quando is fuerit in morā tradendi.

# CONSTIT. AC DEEINIT.

## CONSTITUT. XXVII.

*Pignoratus si in redimendo pignore capio contumax fuerit.*

Definit.

1. **D**e jure Saxonico pecudem quamvis alienam, in agro suo repartam, quis pignorare, & includere potest.
2. Ad refusum sumptuum tenetur Dominus pecorum, pro alimentatione pecudis pignorata.
3. Pro conservanda etiam jurisdictione, libertate, aliquaque juribus pignoratio est permissa.
4. Rustici ac subditi pignorari possunt in bonis ob non prestita servitia, donec ad debitam obedientiam reducantur.
5. Tria prestare debet pignoratus in foro Saxonica Restitutionem damni; Emendam; & panam pignori contumaciter neglecti.
6. Cessat luctio pignorie, quando pena consumacie, sive pignoris neglecti, pretium rei pignorata adequat.
7. Pignore commisso, nisl quicquam alterius prestari debet ob consumaciam non redempti pignoris, etiam si bujus valore ne quidem ad panam unius noctis ascendat.
8. Commisso pignore, nec emendam, (den Psandtchills lting) pignoratus prestare tenetur.
9. Pignore licet commisso, nihilominus pignoratus tenetur ad restitutionem damni per Schultetum & Scabios estimati.
10. Restitutio damni non tollit panam, quam moretur pignoratus ob non prestita servitia.

## CONSTIT. XXVIII.

*Moneta mutata, in qua facienda sit solutio?*

Definit.

1. **V**el moneta solvende ex Edicto Principis, non abusu commerciorum estimandus est.
2. Non liberat debitorem depositio pecunie, facta secundum valorem, induxit commerciorum abusu, contra Principis editum.
3. Debitor, solvens pecudiam reprobatam, non liberaatur, sed facienda est solutio in alia moneta, secundum estimationem, que fuit tempore contractus.
4. Mutata pecunie bonitate intrinsecâ, solutio fieri debet secundum estimationem & rationem antiqua moneta, que fuit tempore contractus.
5. Extrinsecâ pecunie bonitate, que in valore consistit, mutata, solutio secundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda est.
6. Ex causa emptionis fieri debet solutio pretii secundum valorem, qui fuit tempore contractus, non etiam solutionis promissa.
7. Post mortem patrum liberi dorem, aliave accepta conferre tenetur, secundum valorem moneta, qui fuit tempore subditi praestiti, docimè dase.
8. Solvendum est legatum in ea moneta bonitate, que fuit tempore conditi testamenti, sive melior, sive deterior moneta facta fuerit.
9. In annis etiam præstationibus circa mutationem moneta, tempus contractus inspici debet.
10. Nulla superest petatio augmenti monetalis, post solutionem sine protestatione acceptam.
11. Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem solvi potest.
12. Non potest solvi ante diem Creditori debitam, si dies fuerit adjecta in favorem Creditoris.
13. Invito Creditori particulariter solvi non potest.
14. Nec usurarum præstatio admittitur, secundum alium moneta valorem, quam quod fuit tempore contractus.
15. Migrans in solvendo contrahens, non ob id cogitur

solvere in meliore moneta, quam quo fuerit tempore debiti contractus.

16. Depositio pecunie, absq; precedente oblato, & obligacione legitimâ, debitorem non liberat à periculo aut cursu usurarum.
17. In depositione necessaria, requisita solennia oblationis, & obligacionis haud sunt observanda.
18. Tempore solutionis arbitrio debitoris commisso, dea functo eo, beredes statim solvere renoverunt.
19. Quando terminus in obligatione instrumento solutionis praefixus non est, debitör ad interpellationem Creditoris solvere tenetur.
20. Quod ex errore juris solutum est, conditione indebet repeti nequit.
21. Indebitum solvendum, confessione & Quitatione accipientis probatum, statim repeti potest.
22. Magistratui, penes quem pecunia fuit deposita, nil quicquam de ea detrahere licet, nisi aliud longam consuetudine sit introductum.
23. Delegatio perinde atq; solutio, debitorem liberat ab ulteriori exactione.

## CONSTITUT. XXIX.

*Verba hac: aurei sive floreni Rhenenses, in instrumentis obligationum, qualiter intelligenda?*

Definit.

1. **A**uri vel argenti pondera dicta promisso, pecunia tamen numerata solvi potest.
2. Pro aureis vel thaleris, mutuo acceptis, alia moneta numerata potest exsolvi.
3. Creditor in solutionem summam alicujus notabilis, diminutam pecunia ultra 25. florenos accipere haud cogitur.
4. Promissa solutione in certa specie moneta, puta thaleris, aureis, debitor eam precisè solvere tenetur, nec solutione alterius moneta, vel pecunia numerata liberatur.
5. Solutio est facienda in thaleris in specie, vel aureis, licet de horum promissione ex verbis solummodo contrahentium relativus appareat.
6. Aureis vel thaleris sub certâ affirmatione mutuodatis, solutio in currente moneta fieri potest, nisi usura per tempus longissimum fuerint soluta in integris thaleris.
7. Estimatio, demonstrationis causa adjecta, non facit, ut solutio, in aureis vel thaleris promissa, fieri queat in moneta currente.
8. Estimatio demonstrationis causa videtur adjecta, si promissa fuerit solutio in thaleris; sive creverint, sive decreverint.
9. Solutione in thaleris promissa, thaleri integris solvi debent, etiam si sub affirmatione mutuo fuerint dati.
10. Sub appellatione Sexagena, in dubio intelligitur Sexagena antiqua, nisi aliud circumstantiae vadeant.
11. Solutio quandoq; probatur presumpcionibus & conjecturis.
12. Solutio debiti per instrumentum penes debitorem representum non probatur.
13. Totius debiti solutio non probatur. Quitatione Creditoris, si ad certam summam hec presumptivè restringi queat.
14. Debito incerta summa probato, super quantitate debiti, statutur iuramento Creditoris.
15. Creditor, amissio chirographo, debiti per sectionem & jus hypothecæ non amittit, si aliunde constet ad hoc debiri.
16. Simpliciter facta solutione, in quam causam videatur solutum.
17. Solutum, prius in usuras, quam in sortem imputari debet; modò usura exigipotacrit:
18. Qui promisit solvere intra præsumptum tempus vol da.

# INDEX

1. dare fidejussores, elapsō termino, praeisē cogi potest, ut solvat. Et quando in alternativis electio sit Creditoris.
19. Exceptio non numerat & pecunie, adversus apocham, non nisi intra triginta dies admittitur, postea vero Creditor non audiendus, etiam si onus probandi in se recipere velit.
20. Profunt pacta alius, qui non pepigerunt, multis in casibus, etiam ex verisimili paciscentium conventione.
21. Successor in Principatu, et si heres antecessoris defuncti non existat, attamen es alienum, pro regni utilitate, factum, & salario Officialium exsolvere tenetur.
- CONSTIT. XXX.**
- Quomodo & quatenus interesse post moram parti adjudicandum?
- Definit.
1. **U**suræ quincunces hodiè ordinarie ac consuetudinariae sunt, nec majores debentur, etiam si promissa fuerint.
2. Etiam inter mercatores, usuræ ordinariae sunt hodiè Quincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduxerit.
3. Usuræ pupillares, quincuncibus majores, haud admittuntur.
4. Quod ultra quincunces usuras prestitum, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandum est.
5. Usuræ ad certum tempus promissa, in perpetuum debentur, quamdiu sortis solutio facta haud fuerit.
6. Usuræ pretii non soluti, etiam citra conventionem, debentur Venditori, licet emtor ex re vendita nullos percepere fructus.
7. Non liberat emptorem à præstatione usurarum alimentatio venditoris, si facta est pars pretii.
8. Creditor loco interesse, absque illa ejusdem probatio, usuras quincunces petere potest.
9. Creditor, usurarum quincuncium quantitate non contentus, majus interesse petere valet, si id probare audeat.
10. Promissis licet quincuncibus usuris, majus tamen interesse, si probatum fuerit, Creditori præstari debet.
11. Creditor in probatione majoris interesse succumbens, postea usuras quincunces loco interesse petere nequit.
12. Creditor solutionem sortis absque præstatione accipiens, postea interesse, suo usuras ex mora petere nequit.
13. Sublata licet per solutionem sortis petitione, superest tamen petitio usurarum, quæ ex stipulatione, aliave conventione debentur.
14. Pecuniam depositam sub præstata cautione ad se recipiens, tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecunie.
15. Non valet pactum de stando simplici ac nuda Creditoris assertione super interesse.
16. Licet fidejussor sub gravioribus usuris mutuam pecuniam acceperit, nihil tamen ultra quincunces usuras à debitore, ceu interesse, repetere valet.
17. Usuræ adjudicantur ex mutuo à die litis contestata, sive contestatio vera intercesserit, sive ficta, que inducitur ex contumacia.
18. Ratione pecunia, indebet solute, interesse, vel usuræ, ne quidem à tempore litis contestata, exigi possunt.
19. Filia, post mortem patris conferens dotem, ad præstationem usurarum non tenetur.
20. Usuræ & fructus legatorum debentur à die moræ seu factæ petitionis.
21. Legati in diem relicti usuræ, non ex lapsu diei, sed tantum ex die agniti & petiti legati debentur.
22. Usuræ legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis.
23. Etiam bona fidei contractibus ex solo diei lapsu, minori debentur usuræ, absq; præcedente interpellatione.
24. Præceptum judicis, de non exsolvendo debito, libera debitem ab usuris & interessu.
25. Debitor præter usuras, ne quidem ex conventione propriâ, ad Collectas, de pecunia mutuò acceptâ Magistrati præstandas, firmiter obligatur.
26. Non solum in mutuo, sed & in reliquis contractibus, usuræ, ex morâ debite, ultra alterum tantum exiguntur.
27. Solutæ autem usuræ ultra alterum tantum condicione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur.
28. Quando usuræ ultra alterum tantum peti possunt, & quid si exiguntur tanquam interesse, non ut usuræ?
29. Interesse alterius interesse, non minus ac usuras usurarum, exigere prohibitum, etiam inter mercatores.
30. Usuræ usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus.
31. Tutor usuras usurarum illarum, quas à debitore non accepit, nequit præstare tenetur.
32. Nec usuras usurarum præstat tutor de pecunia pupillari, quam ipse, ceu mutuum, penes se habet.
33. Non permittendum, ut usuræ redigantur in sortem, ad facilius admittendas usurarum usuras.
34. Nec inter Mercatores permittitur Anatocismus.
35. Cessio debiti seu actionis regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati prætii quantitatem.
36. Ex constitutione Anastasi, ne quidem venditio debiti, particulariter in certos terminos solvendi, valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cuiusque termini usuris.
37. Annulata cessione debiti, ex Constitutione Anastasi, superfluum id, quod solutam quantitatem excedit, regulariter ad cedentem pertinet.
38. In societate divisio inter socios æqualiter facienda est secundum proportionem quotativam, non quantitativam.
39. Valet quandoque pactum in societate, ut alteris semper pecunia sit salva, nec is illum sentiat damnum.
40. Valet Antichresis, nec tenerur Creditor ad restitucionem fructuum, ex agro oppignorato perceptorum, ob modicum usurarum legitimarum excessum.
41. Fructus tamen ex agro percepti, in partione antichreseos sorti imputantur, quando legitimum usurarum modum nimium exsuperant.
42. Fructus naturales, ex hortis ac pratis jure antichreseos percepti, sorti semper imputantur, quatenus usuras quincunces exsuperant.
43. Emptio pignoris, occasione mutui contracta, non subsistit, quando constat de usuraria pravitate.
44. Valet emptio pignoris sub pacto de retrovendendo, si non constat de usuraria pravitate.
45. Validè Iudeus actionem, ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem, alii Christiano cedit.
46. Dilatatione moratoria durante, non debentur usuræ.
47. Exigi possunt usuræ, etiam si in libello una cum sorte ante non petitæ, nec in sententia actori adjudicatae fuerint.
- CONSTITUT. XXXI.**
- Jure Saxon. bona avita alienata num retrahere propinqui vel liberi possint?
- Definit.
1. Ius primiseos hodiè generaliter sublatum est, nec restauratum in Imperio Romano-Germanico per Constitutionem Friderici Imperatoris.

## CONSTIT. AC DEFINIT.

2. Locum habet jus pròtímiseos ius in locis, ubi consuetudine vel Statuto illud est introductum.
3. Jus congrui ex divisione competens (das Gespielde) non nisi in Thuringia, alioq[ue] locis, ubi hoc specialiter usum recipuum est, obtinet.
4. Inter coheredes, communem hereditatem paternam possidentes, jus Retractus locum habet.
5. Possessori alicujus fundi competit jus pròtímiseos in preiso, ex fundo distinctis terminis solvendo, (in Ex: be: oder Lagezeit Geldern) si id pro parata pecunia vendatur.
6. Sicut in feudiis, ita & in bonis Emphyteuticis, domino directo competit jus pròtímiseos.
7. In allodialibus ac censiticis bonis non competit Domino jus Retractus, nisi justa sub sit causa renuendi subdium.
8. In locatione prediorum publicorum locum habet jus Retractus, non etiam in locatione prediorum privatum.
9. Conceditur jus pròtímiseos, si ex pacto vel conventione fuerit acquistum.
10. In foro Saxonico liberis datur jus pròtímiseos in bonis avitis. Et quid se plures liberi concurrant?
11. In Electoratu Saxonie jus pròtímiseos in bonis avitis, solum liberis competit, non fratribus, nec aliis collateralibus.
12. Non dum facta tradizione, post annum etiam a tempore venditionis effluxum, bona avita a liberis revocari possunt.
13. Traditio bonorum avitorum non impedit jus pròtímiseos linearium, nisi precesserit judicialis resignatio venditoris.
14. Bona avita juri pròtímiseos subjecta dicuntur solummodo ea, qua a parentum avis, liberorumq[ue] proavis, & anterioribus parencibus proveniunt.
15. Parentes de bonis avitis restari, jure pròtímiseos non prohibentur.
16. Jus pròtímiseos quoad bona avita, locum non habet in permutatione.
17. In sola venditione, non etiam in transaktione, aliquo contractu, liberis bona avita jure pròtímiseos redimere licet.
18. Venditio sub hasta bonis avitis, nec dum facta adjudicatione, liberis competit jus pròtímiseos.
19. Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, extraneo cedi nequit.
20. Emotor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum de fundo isto ante venditionem distractum.
21. Agro vel prato absq[ue] onere collectarum vendito, emotor omere illo gravari non potest; nec agrum vel pratum novo possessori rotius fundi retrovendere tenetur.
22. Communis & indivisa alicujus rei possessio non tribuit jus pròtímiseos.

## CONSTITUT. XXXII.

Jure retractus intra quod tempus sic utendum?  
Definit.

1. Cognatus proximus si facta denunciatione renunciet juri pròtímiseos, aut dicat, se emere nolle, ad retrabendum ulterius non admittitur.
2. Jus Retractus non nisi intra annum, atcamen & ultima die a haec, exerceri potest.
3. Currere incipit annus, ad retrabendum indultus, a tempore facta venditionis, traditione licet nondum subsoluta.
4. Spatiu[m] annale, juri pròtímiseos in foro Saxonico præsinitum, de anno civili, non Saxonico accipi debet.
5. Spatio anni præterlapsu, mora purgatio non admittitur, nec retrabens ulterius auditur.
6. Tempus annale, juri pròtímiseos indultum, non continuu[m], sed uile est, adeoq[ue] nec absenti & ignorantis currit.

7. Retrabens emotor, una cum pretio, impensu[m] mediationis necessarias restituere tenetur, non etiam utilles, nec modicas, ad conservationem adficiorum factas (die Güter in Dach und Fach zu erhalten:)
8. Jus pròtímiseos conventionale non tribuit potestatem retrabendi bona, contra pactum vel conventionem alienata; datur tamen hoc casu adversus alienatorem actio ad interessum.
9. Neg[at]is, cui jus pròtímiseos competit, ex dispositione testatoris bona alienata revocare, sed solummodo adversus heredem ad interesse agere potest.
10. Rescindit tam[en] jus pròtímiseos conventionale venditionem, si nondum traditio rei vendita subscura sit.
11. Hypotheca, super jure pròtímiseos conventionali expressè reservata, facit, ut bona alienata retrabi queat.
12. Revocantur bona, contra jus pròtímiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit, fraudusq[ue] particeps fuerit.
13. Juri pròtímiseos conventionali non nisi triginta annis, anno & die, in foro Saxonico prescribitur.
14. Jus retrabendi, in casum venditionis pacto sicut ali reservatum, locum non habet in permutatione.
15. Locum tamen habet jus retractus conventionale, si ab una parte cum re permutata, simul pecunia, rebus tamen prevalens, data fuerit.
16. Jus retractus, ex speciali conventione in casum venditionis reservatum, b[ea]tum impedit alienationem, quae sit per testamentum, aliamve ultimam voluntatem.
17. Cessat jus pròtímiseos conventionale in causa successionis ab intestato.
18. Jus pròtímiseos conventionale locum non habet in divisionibus.
19. Non impedit jus pròtímiseos conventionale, quod minoris emotor liberis suis rem, juri retractus subjecta, vendere queat.
20. Cedi potest extraneo jus pròtímiseos conventionale.
21. Jus pròtímiseos conventionale cum personâ contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transit, tam testamentarios, quam ab intestato.
22. Pacto juris pròtímiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio defertur.

## CONSTIT. XXXIII.

Pretium, retrabere volens, quale solvere debeat?  
Definit.

1. Retrabens majus periculum, ab alio licitatore oblatum, solvere tenetur, & quodnam hoc sit.
2. Dolosus licitator majus equo pretium offerendo, praecipitare nequit retrabenci, idq[ue] ne faciat, quandoq[ue] juramento suo purgare se debet.
3. In concurso creditorum, res subjecta retractui, quantum plurimi valeret, sub hasta vendi debet, licet de pratio certo in pacto retractus conventum fuerit.
4. Ad exercendum jus pròtímiseos nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit.
5. Retrabens bona vendita, illud ipsum prærium, quod emotor revera solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfecta jam venditioni accessit.
6. Retrabens pretium restituere debet etiam quarto possessori, licet is ex causa lucrative rem teneat.
7. Redimens rem venditam jure pròtímiseos, iisdem gaudet dilationibus & inducis, quales emotor annua venditor indulserat.
8. Retrabens emotor laudem, omnemq[ue] id, quod emotionis causa erogatum est, restituere tenetur.
9. Quantum interfit, an venditio fiat ad mensuram; an vero ad corpus.
10. Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mentio corporis deinde mensura ante fundi confines.

(F)

# I N D E X

21. Intelligitur venditio facta ad mensuram, quando verbis praevisis ad mensuram est restricta.
22. Quando dicatur Emptio - Venditio in scriptis celebrata.
23. Venditio semel perfecta, subsistit sine scriptis, etiam postea de instrumento confiendo dictum fuerit.
24. Venditione perfecta emtor invito venditore, ne quidem amissione arbie, ac solutione multe penitentialis, (des Reukauß) à contractu resiliere potest.
25. Quando per traditionem instrumenti possessio transferatur.
26. Ex causa necessitatis, propter bonum publicum, ut subditus bona sua justo pretio vendat, bene cogi potest.
27. Per contractum posteriorem quando à priore recessum videatur?
28. Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, quando venditor tradere teneatur instrumenta authenticata?
29. Fundo vendito, censetur quoq; venditum sterculum, agri stercorandi causa comparatum; secus vendendi causas factum.
30. Vendit. à domo cum omnibus instructis, (so geniedet/ und Magelfeste isti) quamam hoc nomine continantur.
31. Maritus, in venditione honorum uxori sua proficiens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexitse censeatur?
32. Venditor, post diem, commissoria Legi prestitum, partem pretii accipiens, Legi commissoria renunciare censetur.
33. In Permutatione ante traditionem factam patimere licet.
34. Ex placito permutationis, etiam secutâ traditione, nulla actio nascitur aduersus tertium possessorem.
35. Conventio in favorem tertii facta, quando revocari possit?
36. Regulariter nemo alteri, nec mater filia, istud stipulari potest.
37. Subsistit quidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interfit, sed nulla inde actio tertio accruitur.
38. Contradictorum etiam in transactiōne locum habeat?
- Definit.
1. Non solum in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra electoratum, beneficium L. 2. C. de rescind. vend. in transactione locum habet.
2. Cessat beneficium L. 2. C. de resc. vendit. quando ei specialiter à contrahentibus renunciatum.
3. Nec locus est beneficio rescissionis in remissione aliquius rei, seu juris totali.
4. Non rescinditur ex causa lesionis ultra dimidium transactionis judicialis, vel saltem judicialiter confirmata.
5. Ordinaria est causa rescissionis ex L. 2. C. de rescind. vendit. ideoq; in processu ordinario, non summario ventilari debet.
6. Lesio ultra dimidium probanda est per testes, inspeccio tempore contractus.
7. In rescissione contractus ex causa lesionis ultra dimidium Reo datur electio, an justum pretium suppleret, vel rem restituere velit.
8. Non solum in venditore, sed etiam in emtoris persona locum haber beneficium L. 2. C. de resc. vendit.
9. Dolo inductus, at minoris, vel Majoris emeret aut venderet, agere potest ad resarcendum in pecunia id, quod ejus intererit.
10. Beneficium L. 2. C. de resc. vendit. etiam in locazione-conductione obtinet.
11. Contra divisionem etiam hereditatis datut remedium L. 2. C. de resc. vendit.
12. In solutionibus quoq; & Quittantiis locus est remedio L. 2. C. de resc. vendit.
13. Etiam Venditiones judiciales ac publicae, sub hacten facta, rescinduntur ex causa lesionis ultra dimidium.
14. Locum quoq; habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in Constitutione doris ac dotallit.
15. Vendens animal, quod postea mactatum deprehenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emtori restituere pretium.
16. Emotor animalis virtiosi, aut morbidi, non potest repetere pretium, si morbus fuerit patens ac visibilis.
17. In foro Saxonicō Venditor equi non nisi de tribus virtutis tenetur.
18. Non rescindenda est venditio, si vitium aut morbus venditi pecoris non statim apparuerit.
19. Ob novæ collecta, novi g̃ servitii onus, fundo vendito impositum, Venditor de evictione non est devinctus emptori.
20. Nec de collectis usitatibus & consuetudinibus, fundo inherenterib; Venditor ad evictionis prestationem est obstrictus.
21. Proprietate hypothecam in fundo vendito occultatam non rescindenda est venditio, sed tenetur Venditor de evictione & ad interesse.
22. Resciso tamen venditionis contractu, Venditor ad restitutionem pretii est obligatus, quando evictionem prestare nequit.
23. Donator quando teneatur de evictione?
24. Facta donatione remuneratoria seu reciprocā, donator de evictione tenebitur.
25. Emens scienter rem alienam, adversus venditorem de evictione agere nequit, nec pretium repeteret.
26. Cedens nomen non tenetur de evictione aut prestare idoneum, ac locupletem debitorum.
27. Tenerur tamen cedens prestare verum debitorem Cessionario.
28. Evictio locum habet in transactione, quando bujus nomine aliquid datum est.
29. Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de evictione tenentur.
30. Evictionis nomine satisfactione prestanta non est, nisi ea consuetudine alicujus loci recepta, vel in ipso venditionis contractu promissa fuerit.
31. Evictione in limine contractus imminentem empori pretium tamdiu retinere potest, donec venditor hoc nomine satis dederit.
32. Emotor facultatem redimendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lice nondum mortuus.
33. Satisfactione exigi nequit, si per calumniam moveatur controversia.
34. Ob item, ex iure conditionali motam, Emotor Venditor ad cautionem prestantam obstrictus non est.
35. Venditor locuples quando relevetur à satisfiendo ob evictionem imminentem?
36. Casus evictionis nomine qualiter sit prestanta?
37. Praeterea satisfactione, empori evictionis nomine, pretium ulterius retinere nequit, si jus evincens nondum certum ac notorium sit.
38. Emotor propter imminentem evictionem pretium retinens, postea una cum sorte etiam usuras solvere tenetur.
39. Venditor, ob non prestatam evictionem rei vendita, pretium restituens, unā quoq; interesse empori solvere obstrictus est.
40. Facta denunciatione evictionis, Venditor Emotor diligenti praevisse affistere tenetur.
41. Venditor non tenetur de evictione proventuum auctiorum crescentium ac decrescentium.

CONC

# CONSTIT. AC DEFINIT.

## CONSTITUT. XXXV.

*Nanquam in renunciationibus seu patetis juratis.*

Definit.

1. **T**ransactiones juratae in foro Saxonico, ne quidem ob enormissimam lesionem, rescinduntur.
2. Rescinduntur tamen transactiones & renunciations juratae ex capite minoris acatis, dolii, metus alterius & iusta causa.
3. Ajuratae renunciatione recedere haud licet, imperat à nondum absolitione à juramento.
4. **F**ilia, donec accepta, cum juramento hereditati paterna renuncians, non potest rescindere renunciationem ob lesionem enormissimam, etiam si facultates paucis postea autem proponantur.
5. Rescinditur jurata renunciatione filia, si dies congrua ipsib[us] data fuerit.
6. In terris Electoratus Saxonici, filia non nisi cum juramento paternae hereditati firmiter renunciat, licet de jure communi Saxonico validas sit renunciationes simplex, absq[ue] juramento facta.
7. Nec liberorum, aut fraterno hereditati f[emina] in terris Electoratus Saxonici absq[ue] juramento valide renunciat.
8. **F**ilius tamen absq[ue] juramento, etiam in terris Electoratus Saxonici, paterna hereditati firmiter renunciare potest.
9. Non potest filius minorenne validè renunciare paternae hereditati.
10. Renunciatione facta alii de patris hereditate, eo non consentiente haud valida est.
11. Renunciatione jurata patris vel matris non nocet nepotibus, parentibus defunctis, avo ex propriâ persona succedentibus.
12. Nec renunciatione pro se, sive, hereditibus facta, excludit nepotes, ex propriâ persona avo succedentes.
13. Neg, hoc casu nepotes, non facti heredes parentum, in hereditatem eis conferre tenentur acceptarentur.
14. Nocet tamen renunciatione parentum jurata liberis, defunctis demum post avum parentibus.
15. Filius filiavè renuncians hereditati paterna, fratri succedit, licet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur.
16. Renunciatione jurata filiam à successione ita excludit, ut nec supplementum legitima petere queat.
17. Quamvis non valeant pacta futurae successionis, licet tamen pacisci in genere de alicuius incerti bonis bereditate.
18. In causa mortis alicuius tertii licet pacisci, si in bonis ejus pacisci eis aliquod competit.
19. Valeat pactio de hereditate tertii, si eis cōsentiat, & in ea voluntate ad extremum vita exitum perseveret.
20. Valeat pactum de succedendo inter milites.
21. Valeat pactum, ut post mortem alicuius bona sua vi obligacionis, non jure successionis, ad alium perveniant.
22. Pacta de conservandi futurâ successione, quatenus valeant inter parentes, liberos, & cognatos.
23. Omnes actus, renunciations, ac transactiones intelliguntur cum hac clausula; Rebus sic stantibus.
24. Ob causam datum repeti nequit, casu fortunae impletionem causa impediens.
25. Quatenus valeant Confraternitates, seu pacta de mutua successione familiarum illustrium.

## CONSTIT. XXXVI.

*Relaxatio juramenti ex causa quatenus fieri debet?*

Definit.

1. **R**elaxatio juramenti ad principem & Magistrum Politicum spectat.

2. Non nisi justa ex causa, & previa cognitione jurisdictionum relaxari debet.
3. Relaxatio Urpheda, seu juramenti ad effectum agendi, fieri potest, parte etiam adversa non sitata nec auditâ.
4. Denegatur absolutio à juramento, quando perentire relaxationem nulla competit actio.
5. Reus si tantum juraverit, non vindicare carceres, absque relaxacione Urpheda, via juris experiri potest adversus judicem.
6. Non indiget jurans relaxatione juramenti, si is, in cuius favorem juramentum est, obligationem remittat.
7. Heres, experiri volens contra juratum defuncti contrarium, non tenerur petere absolitionem à juramento, per defunctum prestito.
8. Cessat relaxatio juramenti in contracta confirmato sub verbo veritatis, (beyn Wort der Wahrheit.)
9. Promissio facta sub dignitate splendore, (bey Fürstlichen/Gräflichen / oder Adelichen Ehren / Kreuz und Glauben) quando equipollat juramento?
10. Contraveniens promissione, sub fide principis aut Nobilis viri facte, relaxatione juramenti opus non habet.

## CONSTIT. XXXVII.

*Locatio & conductio num obligat heredes?*

Definit.

1. **I**n foro etiam Saxonico, Locatio-Conductio heredes obligat.
2. Matrimonio morte dissoluto, mulier non tenetur stare locatione, per maritum defunctum in fundo dotali factâ.
3. Resolutâ vero locatione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interessus convenire haud prohibetur.
4. Emotor, locatione à Venditore, factâ, stare non sentitur: Et quando hoc fallit?
5. Locator, qui ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, conductor ad interessus lucri teneatur. Ilbi explicatur germanicum illud dictum: (Rauff gehet ver Micthe.)
6. Conductor ante tempus expelli potest ex causâ necessitatibus, que supervenit ex post-facto.
7. Non potest Locator pellere conductorem propter usus proprios rei locatae, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine, tutor L. J. G. de locat, condit, renunciavit.
8. In locatione prediorum seu jarum publicorum, sive fiscalium, primus conductor si offerat tantum, quantum novus, præfertur aliis conductoribus.
9. Conductor finitâ locatione remanens in predio conductor, eisdem pensione videtur illud recondare, sed non in rotidem annos.
10. Conductor, ante tempus Locationis finitum à conductione recedens, non solvit integrum pensionem.
11. Ex causa sterilitatis non potest petri remissio mercedis, nisi lesus sit ultra dimidium conductor finitâ locationis.
12. Factâ remissione ex causa sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integrâ pensio, etiam pro anno sterili, exigi potest.
13. Si defacienda in singulos annos remissione convenire, non potest unius anni sterilitas cum ubersate sequentium annorum compensari.
14. Per hostium incursionem, aliamv[er]e casum fortunatum damno dato, conductor ex bono & equo pensio remitti debet.
15. Sumpus mercatorum nomine factos, (Einquartierungsstoffen) locator conductor restituere tenetur.
16. Conductor fundi aut predii insolitus casus, & mortes pecorum praestare haud tenetur; etiam si ea estimata accepitis.

# I N D E X

17. *Prestat conductor casum fortuitū si eū expressā conventione in se suscepit, ubi & de insolito tenetur.*
18. *Mortem unius vel alterius pecoris prestare conductor est obligatus.*
19. *Oves aut vaccæ ferrea (Eiserne Rühe und Schäse) non locatori, sed conductori moriuntur.*
20. *Periculum fructuum jam p̄ceptorum ad conductorē rem pertinet, iisque perditis multa pensionis remissio est concedenda.*
21. *Conductor, qui tempore conductionis pecora sua alias res proprias perdidit, aliudvō damnum sensit, nec restitucionem à locatoro petere, nec remissionem pensionis impetrare valet.*
22. *Jus patronatus in pradio locato, non à Locatore, sed conductorē exercetur.*
23. *Doctores & literati, opifices s̄trepitu quodam artem suam exercentes prohibere possunt, conducere habitationem juxta suas domos.*
24. *Conductor de levi tantummodo culpā, non etiam de levissimā tenetur.*
25. *Venditis fructibus nasciturū si eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.*
26. *Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à locatoro repetere potest.*
27. *Uſuras impensarum conductor petere nequit.*
28. *Et si societas, ne quidem ex pacto, heredes obligat, emolumētum tamen societatis ad eos transit.*

## C O N S T I T .    XXXIX.

*Ob non solutum canonem bona Emphyteutica num in commissum cadam, ad solam declaracionē domini?*

Definit.

1. *Ob non solutum canonem Emphyteutica bona ipso jure, extra processum ordinarium, non amittuntur.*
2. *Nec Dominus Emphyteuseos, iurisdictionem habens, extra Processum ordinarium Emphyteutam, ob canonem non solutum, expellere potest.*
3. *Solutio Canonis facta ei, qui Procurator credebatur, valet ad liberationem.*
4. *Emphyteuta, partem canonis solvens, propter residuum non solutum jure suo non cadit.*
5. *Illo ex pluribus cōberedibus partem suam Canonis solvente, haud tota Emphyteutis in commissum cadit.*
6. *Commissio seu juri caducitatis renunciat Dominus directus, post lapsum tempus canonem recipiens, aut possessorem ad recognoscendum admittens, etiam cum protestatione.*
7. *Dominus jus caducitatis ignorans, recipiendo postea Canonem, non videtur remittere caducitatem.*
8. *Remissio præteriarū pensionū non præsumitur ex recognitione futuriarū, aut acceptatione presentium.*
9. *Dominus directus ex causa canonis haud soluti, Emphyteutā vivente, ad privationem non agens, defuncto eo, ulterius experiri nequit adversus heredes.*
10. *Emphyteuta non privatur Emphyteutis ob non solutum canonem, si dominus ipsius debitor fuerit.*
11. *Emphyteuta solvendo canonem post tempus elapsum, ante factam Domini declarationem, moram purgat.*
12. *Fructus post tempus elapsum, ante privationem percepti, ad Emphyteutam pertinent.*
13. *Cessat in foro Saxonico privatio Emphyteuseos ob fundi alienationem irrequisito Domino factam.*
14. *Servitus in fundo emphyteutico constituta, extinguitur emphyteutis finitā.*
15. *Prescribitur Emphyteutis, solutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factū.*
16. *Vindicatione & hypothecariâ actione dominus directus adversus Emphyteutam, aliumvè Emphyteuseos possessorem experiri potest.*

17. *Competit etiam Domino directo actio personalis contra Emphyteutam, ejusvè heredes.*
18. *Emphyteuta onera fundi emphyteutici sustinet, ac tributa collecta solvit.*
19. *Neḡ ob sterilitatem, neq̄ ob bellicos tumultus aliosque casus fortuitos, C. non Emphyteute remittitur, modo predium Emphyteuticum non prorsus fuerit extinctum.*
20. *Ob non petitam renovationem investiture inter annū & diem, Emphyteutis non amittitur; puniri tamen propterea potest possessor arbitrari.*
21. *Predium emphyteuticum, quod in commissum cadit, Domino directo quoad proprietatem, ususfructuario verò quoad Usūmfructum acquiritur.*
22. *Canon Emphyteutae ob melioramenta non debet augeri.*
23. *Deteriorationem partis fundi Emphyteutici, non nisi ea parte Emphyteutae privari debet.*
24. *Privationis p̄na locum habet adversus Emphyteutā, qui fructiferas arbores etiā à seipso positas incidunt.*
25. *Pensiones promobiles, (Ruhstherzinsen/) etiam num bōdi quibusdam in locis in usu sunt; & quam ita dicuntur?*
26. *Pensiones promobiles Dominus tenetur petere quos anni, à domo ipsius Emphyteutae.*

## C O N S T I T .    XXXIX.

*Bona Emphyteutica à censiticiis quid differant, & in dubio pro utris sint habenda?*

Definit.

1. *Non ut in Emphyteuticis, ita etiam censiticis bonis, dominus retinet directum dominium, sed utrumq; tam utile, quam directum dominium incensum transfertur.*
2. *Ob non solutum censum bona censitica nunquam amittuntur.*
3. *Pena tamen arbitraria, ob non solutum censum, censito contumaci potest irrogari.*
4. *Sicuti Emphyteuticorum, ita censiticorum nomine, renovatio investitura quibusdam in locis peti solet.*
5. *Ob non petitam renovationem investiture bona censitica non amittuntur; punitur verò ob id censiticus arbitrariè.*
6. *Contractus habetur emphyteuticus, non censiticus, quando in concessione Dominus sibi reservavit dominium directum.*
7. *Ex novâ bonorum sterilium concessione, interveniente scripturâ investiture, contractus præsumitur emphyteuticus.*
8. *In dubio censentur bona censitica, non emphyteutica.*
9. *Translatio dominio directo in possessorem, contractus habetur censiticus, licet expressis verbis facta fuerit mentio emphyteuseos.*
10. *Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, jus suum pro lubitu potest alienare.*
11. *Laudemium non nisi ex consuetudine vel Statuto cuiusq; loci debetur, ejusque nomine in singulos censitos, duo floreni solvendi sunt.*
12. *Consuetudine loci cuiusq; Laudemium ad quatuor, quinque & plures florenos, de singulis centum solvendos, augeri potest.*
13. *Non solum ex contractâ, sed etiam ex dissolutâ Emptione - Venditione, persolvendum est Laudemium.*
14. *Ex venditione traditionali, ante eventum condicione, nullum debetur Laudemium.*
15. *In terris Electoratus Saxonici non solvitur Laudemium ex permutatione.*
16. *Nullum persolvendum est Laudemium, quando reſta-*

## CONSTIT. AC DEFINIT.

- scinditur Emilio-Venditio ex L. 2. C. de rest. vendit.
17. Ex venditione sub hasta debetur Laudemium.
18. Non solvitur Laudemium, quando bona Emphyteutica in dorem dantur.
19. Heres testamentarius, aliusve possessor, ad quem talo lucrativo Emphyteutis pervenit, ad laudemii exsolutionem obligatus est.
20. Heres ab intestato succedens, frueſt collaboralis, si parens, Laudemium dominosolvit.
21. Non tamen Laudemium solvere tenentur liberi, Emphyteutae patri succedentes.
22. Valet consuetudo, ut liberi succedentes parentibus Laudemium solvant.
23. Ex divisione Laudemium persolvendum non est.
24. Mortuo uno coherede ante divisionem, ex acquisitione portionis defuncti, reliqui coheredes ad præstationem Laudemii baſus sunt obstricti.
25. Debetur ex divisione Laudemium, quando uni ex heredibus fundus, alteri vero ejusdem estimatio adjudicatur.
26. Solvere tenetur Laudemium heres, qui post divisionem factam, alterius cohereditis portionem emis.
27. Haud solvendum est Laudemium, si pater in ultima dijpositione uni ex liberis pro certo prelio fundum assignaverit.
28. Non persolvendum est Laudemium, quando fit mutatio in personā Domini.
29. In materia Laudemiorum consuetudo cujusq. loci potissimum attendi debet.
30. Probata licet consuetudine, quod liberi heredes conjunctim omnes pro successione solvant Laudemium, ex divisione tamen, postea à singulis id denuo petere non licet.
31. Non prestatur Laudemium ab Usufructuario ratione Usufructus aut dotalitii.
32. Ex bonis feudalibus haud persolvendum est Laudemium, nisi peculiari quādam loci consuetudine aliud sit introdūtum.
33. Venditor tenetur restituere emtori Laudemium ex solutorum, si hoc ipsi ante venditionem contrahit non manifestaverit.
34. Bona in dubio prius allodialia sive emphyteutica quam feudalia prasumuntur; etiam si Cappones canonis nomine solvantur.
35. Non transfertur rei dominium in foro Saxonico, nisi precedente alienacione abdicatione traditio judicialiter facta fuerit.

### CONSTIT. XL.

*Quid juris sit, si is, qui bona possidens ultra XXX. vel XL. annos, certamq. & uniformem pensionem, quotannis illorum nomine domino solvens, jure emphyteutis se illa possidere dicat, dominus verò illa repetens, locata esse affirmet.*

#### Definit.

1. Prescriptione temporis longissimi se tuerur possessor, prestanto canonem uniformem adversus vendicantem bona locata.
2. Non tamen iuvat possessorem prescriptionis exceptio, si actor probet, titulo Locati, bona Reo ab initio fuisse concessa.
3. Non nocet eiusius locationis Successori singulari, vel iuniori, quod minus is bona, venditori locata, possidens iuri perpetua Colonia, prascribere queat.
4. Prescriptio iure perpetua Colonia, bona non censita, sed emphyteutica habentur.
5. Collectas & tributa solvere tenetur Locator, non Conducitor.
6. Ab solutè concessa jurisdictione, videtur quoq. concessum merum Imperium.

### CONSTITUT. XLI.

*Fundum a Domino in prejudicium ejus, qui jus pascendi in eo habet, arari non posse.*

#### Definit.

1. **D**ominus in prejudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit.
2. Nec ager in prejudicium ejus, cui jus pascendi competit, in stagnum commutari potest.
3. Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectae, (zu offenen Zeiten) constituta est.
4. In dubio servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges collectae sunt, (zu offenen Zeiten) concessa videtur.
5. Dominus fundi servientis agrum mutare, & in culturam altam redigere potest, si reductio non nocet pascui.
6. Prædia in culturam redigi possunt invito eo, cui servitus pascendi competit, si alia relinquaneat prædia inculta, qua ad pastum pecorum sufficiunt.
7. Incola pagi, qui tres mansos haberet, (drei Hufen Landes) non solum in suis, sed etiam communibus agris, per propriū pastorem, pecora sua pascere valet.
8. Qui servitutem pascendi habet in præcio alieno, pecora morbiida ibi pascere nequit.
9. Compascuorum jura tempore quoq. ab unā vel alterā parte revocari possunt.
10. Quicquid una pars facit in compascuo mutuo, illud nec alteri videatur prohibitum.
11. In fundo proprio nemo potest edificare animo nocendi vicino suo.
12. In parie e suo quilibet potest facere fenestræ, ex quibus in vicini domum propisci potest.
13. Servitus alius tollendi reverâ servitus est, nec usus ergo effectu destituitur.
14. Pactum servitutis, ne prospelui officiatur, obligat etiam successorem domum singularem.
15. Ius coquendi cerevisam ad instar servitutum realium, separatum à domo, in qua beres, vendine nequit.
16. Servitutem fluminis concessâ, videtur etiam concessum iter atq. aditus ad flumen illud.
17. Insco etiam Magistratu, subditis finibus agrorum suorum distingvere, novosque lapides finales ponere possunt.
18. Agenti negatoriâ actione, non incumbit onus probandi, sed Reo agenti confessoriâ.
19. Sublato edificio, cui servitus inheret, eod postea restituto, eadem debebitur servitus.

### CONSTITUT. XLII.

*De doribus & bonis illatis mulierum.*

#### Definit.

1. **M**atrimonio dissoluto, donatio propter nupsias ad maritum, ejusve heredes revertitur.
2. Modus dotalitii legitimus quoniam sit in foro Saxonico?
3. Dotalitio confituro, & à Viduâ agnito, dos, feudo iure dotalitii incorporata, repeti nequit, nisi aliud specialiter conventum fuerit.
4. Uxore predefunctâ, dotalitium haud effectum sortitur, sed dos marito superstiti codit; de quâ tamen liberis debetur legitima.
5. Confiturio dotalitii quatenus obliget Agnatos in semedo, nec non filios, aliosque heredes descendentes.
6. Viduaratione dotalitii, quod à primo marito ad vietam adeptæ est, à secundo marito, absque consensu Agnatorum, dentio dotalitium confitui nequit.
7. Uxor ratione dotalitii, ceu Usufructuaria, cautionem prestare tenetur.

# I N D E X

8. Obligat èst Uxor, ratione dotalitii, ad inventarii confectionem.
9. Locare potest Uxor dotalitium suum, ita tamen, ut morte ipsius locatio finiatur.
10. Mulier consentiens oppignorationi bonorum feuduum, in quibus dotalitium habet constitutum, ex alis mariti bonis illud petere valet.
11. Mulieres in donatione propter nupicias gravari haud possunt.
12. Pater filiam dotare tenetur, adque id officio judicis compelli potest.
13. Non tenetur pater dotare filiam locupletem, qua a liunde habet, unde seipsum dotare possit.
14. Dotis Usura debentur à tempore morsa.
15. Mulier usfruenda bonorum meriti defuncti, non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disposuerit.
16. Tutor licet majorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultra, quam papilla in bonis habet.
17. Valida est dacio fideiussoris pro dotalitio, nec non pro dote, ante sponsalia facta, vel ad instantiam patris filiam dotantis.
18. Maritus dotem promissam exigens, absque curatorio, nomine proprio agere & experiri potest.
19. Uxor quia est domina fundi dotalis, a deam periculum dotis spectat.
20. Etiam dotis, in rebus mobilibus constituta, periculum mulier sustinet.
21. Rei dotalis estimata dominium & periculum ad maritum spectat.
22. Usure dotis, à marito non petite, post mortem ejus ab ipsis heredibus haud exigi possunt.

## C O N S T I T . XLIII.

*Pacta dotalia quo testes requirant; & quomodo in vim ultima voluntatis suscineri queant?*

Definit.

1. **P**acta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, absque insinuatione judiciali.
2. Valent pacta dotalia de successione hereditatis in vim ultima voluntatis, coram quinque testibus, etiam extra judicialiter concepta.
3. Pacta dotalia, judicialiter insinuata, valida sunt, nullis etiam addibitis testibus.
4. Valida habentur pacta dotalia, licet non ipsi meti conjuges, sed horum parentes eajudici insinuaverint.
5. Non valent pacta dotalia in vim contractus, in quibus de hereditate, vel quot à hereditatis, aut jure succendi disponitur.
6. Valent tamen pacta dotalia in vim contractus etiam si bona universa conjugi superstite fuerint assignata, modò haud jure hereditario, vel successionis hoc sum sit.
7. Scriptura vel instrumento super pactis dotalibus confecto, testes sibi his subscripti, suaque sigilla apposuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.
8. Probandur pacta dotalia testibus juratis, etiam si in scripturam non fuerint redacta.
9. Mulier, Curatore non interveniente, pacta dotalia validè contrahit; at non dotem estimatam in bonis immobilibus constituit.
10. Pacta dotalia, que in vim ultima voluntatis subsistunt, ab uno conjuge, invito altero, bene revocari possunt.
11. Invito altera parte revocari haud possunt pacta dotalia, que in vim contractus subsistunt.
12. Pater obligatur ex pactis dotalibus filii, qui ipso consentiente uxorem duxit.
13. Corruunt pacta dotalia ex supervenientia liborum.

14. Condicio: (*Si sine liberis,*) pactis dotalibus adjictis impletac censemur, si liberi nati ante obitum parentum decesserint.
15. Deficit condicio: (*Si liberi non fuerint nati,*) pactis dotalibus adjicta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum decesserint.
16. Parentis pacta dotalia, cum secundà uxore inita, invitio primi matrimonii liberis, revocare potest, etiam si in hisce certa portio fuerit assignata.
17. In foro Saxonico Novacula pactis dotalibus plus assignari potest, quam liberi prioris matrimonii ex bonis paternis consequuntur.
18. Pacta dotalia cum secundo coniuge inita, non possunt prejudicare liberis primi matrimonii in legi matrini paternâ, vel maternâ.

## C O N S T I T U T . XLIV.

3. Annulatio licet ob præteritionem liberorum vel parentum testamento, legata tamen ex eo debentur.
4. Postbumus, scienter præteritus, rumpit testamentum saltēm quoad institutionem heredis, non etiam quoad legata.
5. Postbumo ignoranter præterito, nullum est testamentum etiam quoad Legata.
6. Verba directa faciunt hereditis institutionem, non etiam verba obliqua; Et quanam bac sint?
7. Verba communia in dubio pro directis habentur, ac hereditis institutionem faciunt; nisi ex circumstantiis alia restatoria voluntas appareat.
8. Quicquid liberis sub nomine Legitime relinquitur, in eo videntur heredes instituti, nisi testator id per heredem exsolvi iuserit.
9. Nomine dotis reliquum, videtur assignatum titulo honorabili institutionis.
10. Non impugnare possunt liberi paternum testamentū, si patre vivente, legitimam vel dotem accepint.
11. Non viciatur testamentum ex causa præteritionis, in favorem liberorum facta.
12. Non efficit clausula codicillaris, ut subsistat testamentum, in quo liberi sunt præteriti.
13. Testamentum fratribus ratione solennium invalidum à fratre probatum, ab ejusdem liberis, defuncto eo, impugnari non potest.
14. Institutio heredis non valeret, quoties non apparet, quis designatus sit heres.
15. Ex distinctis familias in genere heredes instituti, pro ratione & numero familiarum divisionem faciunt; sed in capita succedunt, si per particulam: (Eque, Simul,) ad hereditatem vocari fuerint.
16. Quotquot sunt in familiâ Consanguinei heredes instituti, simul succedunt, nec remotiores à proximis excluduntur.
17. Consanguineis tamen simpliciter vocatis consentur saltēm vocati proximiores.
18. Extraneus etiam sub conditione casuali heres institui potest.
19. Unicus heres, ex majori hereditatis parte institutus, totam capit hereditatem.
20. Cessante causa finali legati, ipsum cessat legatum; secus verò cessante causâ impulsuā.
21. Legatum reliquum sub conditione: Si testator agerens de morbo presenti non reconvaluerit; extinguitur per reconvalescentiam, nec defuncto postea testatore, debetur.
22. Legato debito, subsistit legatum, etiam si nullum existat debitum.
23. Non annulatur testamentum ex eo, quod testator nesciens sororem suā adiuvare, eam præterierit.
24. Verba enunciativa, in tempore presenti prolatæ, important hereditis institutionem.
25. Revocato legato, etiam ob bene merita reliquo, ex certâ quâpiam causâ, deficiente licet, haud tamen legatum debetur, quando est causa impulsiva.
26. Prælegatum liberis reliquum quocunq; tempore revocari potest.
27. Heres propriâ autoritate occupare potest bona hereditaria.

28. Extra Electoratum quoq; Saxonia ex feudo novo, à patre empro, si alia bona hereditaria non adsint, filia legitimam petere possunt.
29. Non tantum Nobilium, sed & plebeiorum filie, de pretio, in feudi novi emptionem collocato, legitimam petere possunt; & quanam ea sit hoc casu in Electoratu Saxonia?
30. Quando & quibus in casibus filia ex feudo empro legitimam petere haud valeant.
31. De pecunia in feudi novi emptionem collocatâ, matris aquâ ac filiabus legitima debetur.
32. Non debetur filiab⁹ ex feudo novo legitima, si dorem & elocationem petant.

## CONSTIT. X.

*Liberi in testamento, an vivo patre id ratum habero, & confirmare possint?*

Definit.

1. **F**ilio, vivo adiuv patre, præteritioni consentiente, saltēm iure Praetorio testamentum subsistit.
2. Non viciatur testamentum ex causa præteritionis parentum, si hoc illi approbaverint.
3. Non obstat consensus filii præteriti, quo minus reliqui fratres heredes instituti, ob ipsius præteritionem testamentum impugnare valeant.
4. Defuncto filio, consentiente præteritioni, ante testatorem patrem, Nepotes testamentum impugnare haud prohibentur.
5. Fratrum liberis hereditibus institutis, veniunt etiam Nepotes, sed ordine successivo.
6. In contrâib⁹ & Statutis appellatione liberorum veniunt etiam Nepotes.
7. Pater acquirens aliquid hereditibus, videtur regulariter pro pœxisse liberis, quatenus heredes existunt.
8. Feudum novum imputatur filius in legitimam.
9. Si pater feudum cum consensu Domini uni filiorum concesserit, reliqui in legitimâ defraudati, eam ex feudo petere possunt.
10. Spurio herede instituto, fratribus testatoris querela in officioso testamenti competit.
11. Institutâ herede feminâ cum liberis suis, videntur quoq; instituti postbumi.
12. Filius ex heredato non facit partem in numero liberorum ad minuendam legitimam.
13. Nec partem facit ex heredato ad augendam reliquorum liberorum legitimam.
14. Filia, que certo quopiam pro dote accepto, hereditati renunciar, reputatur inter liberos, quoad minuendam legitimam, non etiam quoad augendam eam.
15. Filio hereditatem repudiante, ejus portio in legitimâ reliquis accrescit.

## CONSTIT. XI.

*Geradam in legitimam filiarum imputari.*

Definit.

1. **F**ilia etiam Nobiles in Legitimam, quam defunctâ matre ab intestato ex bonis mobilibus à patre superstite accipiunt, Geradam imputare tenentur.
2. Imputatur Gerada in legitimam filiarum, sive sole existant, sive una cum fratribus legitimam petant.
3. Derracta prius Gerada, legitima de bonis solum hereditariis debetur, & ex iisdem, si Gerada non sufficit, suppletur.
4. Concurrente filiâ cum fratribus in petitione legitimam, ex bonis mobilibus maternis, portio filia, per Geradam suppleta, patri, non fratribus accrescit.
5. Cessat imputatio Gerada in legitimam maternam, si hac vivo patre filiabus handfuerit data.
6. Uxor post maritum defuncta, filia bona utensilia qua-

# INDEX

- quatenus legitime materna baud imputare tenentur.
7. Non imputatur Gerada legitime paterna, vel avita.
  8. Mater quoque legitime, quam post mortem filia ex bonis mobilibus à Genero petit, Geradam imputare tenetur.
  9. Sicut filia Geradam legitima materne, ita filii res expeditorias legitime paterna imputare sunt obstricti.
  10. Filia sororibus Geradam, quam à Matre accepit, conferre tenetur, nisi specialiter sibi donata propter.
  11. Veste, Catena, & ornamenta pretiosa, que filia tempore Nuptiarum à parentibus accepit, in collationem veniunt, nisi donatio proberur.
  12. Arrha sponsalitiae, liberis data tempore sponsaliorum, conferri debet in hereditatem communem.
  13. Filia quoq; elocata, ad matris defuncte Geradam, cum sorore adbuc innuptâ admittitur.
  14. Non solum dos, sed & donatio propter nuptias, & quicquid loco doris datum fuerit, confertur, sed absq; usus.
  15. In collationem quoque veniunt ea, qua pater liberis dedit in subsidium paternum, (jur vaterlichen Hülffe.)
  16. Si negent liberis subsidium paternum, probari id debet ab heredibus, nec creditur assertioni testatoris.
  17. Non conferuntur à filiis sumptus Studiorum & Doctoratus.
  18. Expensa ad consequendum titulum Notarii, nec non ad peregrinationem filio praesita, baud conferri debent.
  19. Conferri tamen debent sumptus, Studiorum causâ erogati à parentibus, si filius proprium habuerit patrimonium.
  20. Conferuntur etiam Sumptus studiorum, quos pater specialiter consignaverit.
  21. Regulariter non conferuntur expense nupliales.
  22. Nisi à patre in dorem fuerint imputata expensa nupliales.
  23. Conferuntur etiam expensae nupliales, si basce parentis specialiter consignaverit, vel conferri jussit.
  24. Cessat collatio ex tacita etiam parentis voluntate.
  25. Quicquid pater pro condemnatione filii ex liberalitate, & suâ sponte solvit, aut solvere promisit, in collationem non venit.
  26. De moribus Saxonici, quandoque etiam in persona extranea Collatio locum habet.
  27. Etiam quando Vidua ex defuncti mariti bonis portionem Statutariam petit, liberi à patre accepta conferre tenentur.
  28. Conferre quoque tenentur liberi accepta à parentibus, quando ipsis Statutum partem dimidiam, tām paternorum, quam maternorum bonorum, loco legitime materne defert.
  29. Collatio, in foro Saxonico debet fieri mediante iuramento, si ipsam elocationem, vel subsidium paternum liberi non negent, sed quantitatem sicutem acceptorum diffiteantur.
  30. Collatio debet fieri in pecunia numerata, si banc liberi à parentibus vivis acceperint.
  31. Quantum ex dote maternâ liberi acceperunt, id in hereditatem avitam conferre tenentur.
  32. Nihil conferunt Nepotes in hereditatem avitam, si ultra Geradam, in legitimam imputatam, de dote maternâ nihil acceperint.
  33. Nepos, repudiata licet patris hereditate, attamen si compatrius, avunculus, aut materteris avo succedit, conferre tenetur ea, que pater sub onere collationis accepit.
  34. Nepotes cum nepotibus succedentes avo, non conferunt ea, que pater accepit, si bujus hereditatem repudiaverint.
  35. Bos, à patruo vel amitâ constituta, in legitimam partem imputari, vel conferri non debet.
- CONSTIT. XII.**
- Legitima parentum num per Statutum vel consuetudinem, tolli vel minui possit?*
- Definit.
1. Per consuetudinem vel Statutum Legitima parentum quidem minus, sed non in totum tolli potest.
  2. Nulla quoque consuetudine vel Statuto matris Legitima, ex filia Gerada ipsi debita, tolli potest.
  3. Statutum generale, deferens conjugi superstiti hereditatem defuncti ex aife, legitimam, parentibus debitam, nunquam excludit.
  4. Pacta dotalia, à parentibus ipsis indefinite concepta, eos à petitione Legitima non excludunt.
  5. Liberorum legitima licet per Statutum vel consuetudinem deminui, in totum tamen tolli non potest.
  6. Valeat Statutum, ut conjunx superstes bonis defuncti universis utatur-fruatur ad vitam, nec liberi vivente eo legitimam petant.
  7. Non valeat Legatum ususfructus omnium bonorum, ad privandum filium legitimâ suâ.
  8. Non potest pater liberis prejudicare, quo minus petere Valeant supplementum Legitima.
  9. Liberi non tenentur stare taxatione bonorum, à patre in prejudicium Legitima facta.
  10. Filia Religionis orthodoxe à patre Anabaptistâ adbuc vivo, jure petit legitimam ex bonis paternis.
  11. Si ex unico filio Nepotes quinque vel plures avo succedant, nullis porro liberis existentibus, eorum legitima est semis, non triens.
  12. In bonis immobilibus succeditur secundum Statuta loci, in quo sita sunt.
  13. In successione mobilium attenduntur Statuta domicilii, licet defunctus alibi mortuus sit.
  14. Quoad nomina etiam & jura, successio fieri debet secundum Statuta domicilii defuncti.
  15. In immobilibus, ad certum locum destinatis, secundum Statuta illius loci succedendum est.
  16. Defuncto licet incolâ in civitate, successio tamen mobilium non sit juxta Statuta civitatis, si non magistratus oppidano, sed alterius jurisdictione fuerit subjectus.
  17. Statuta civitatis ligant etiam judicem non civem, sed superioris locum tenentem.
  18. Heredes Conductoris defuncti in pradio conducto non succedunt juxta Statuta loci, ubi situm est predium.
  19. Possessor domus privilegiata non est obstrictus Statutis loci; unde nec ejus hereditas juxta Statuta eiusmodi dividenda.
  20. Nisi possessor domus privilegiata simul sit incola civitatis, vel ibi domicilium habeat.
- CONSTITUT. XIII.**
- Fructus fundi legati ad heredes testatoris, an verò ad Legatarium pertineant?*
- Definit.
1. Undo legato, etiā in foro Saxonico, fructus temporis mortis testatoris in eo pendentes, Legatario cedunt.
  2. Similiter quoq; conatarius una cum fundo, in casum mortis sibi donato, fructus pendentes lucratur.
  3. Non cedunt legatario fructus fundi legati, quando testator aliud expressè disposuit.
  4. Iusu rei legato, si is legatario vanus & inutilis esset futurus, censemur quoque legatus ususfructus.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

9. Bonis mobilibus legatis, videntur quoq; legari fratres solo adhuc coherentes.
10. Non camen comprehenduntur sub legato rerū mobilium fructus, solo coherentes, si testator, agro nondum rastro subacto, mortuus fuerit.
11. Usufructu omnium bonorum alicui reliquo, si alteri certa species legetur, utriusque est usufructus rei istius.
12. Instrumenta predii, in quo alius haberet usumfructum, retinet proprietarium: Et nam as alienum ab Usufructuario vel proprietario sit exsolvendum?
13. Fundo legato ad utendum-fruendum, censetur legata ipsa proprietas.
14. Videsur quandoque legata proprietas, etiam si fundum fuerit legatum Tuo ad utendum-fruendum, quendam vixerit.
15. Legato fundi usufructu cum absoluta potestate alienandi, legata videatur proprietas.
16. Testator usufructuario Cautionem usufructuarium remittere nequit.
17. Vidua usufructuaria bonorum defuncti mariti, cautionem praestare tenetur, etiam si in casu necessitatis potestatem alienandi habeat.
18. Vidua usufructuaria non obstante remissione invenerit, bona mariei consignare & describere necesse.
19. Ex solidâ verborum connexione contra testatoris voluntatem, non censetur reliquo usufructus.
20. Mortuo usufructuario, consolidatur Usufructus cum proprietate, & revertitur adeum, qui proximus fuit heres tempore mortis testatoris.
21. Argumentum, per alluvionem fundo fructuario adjectum, ratione usufructus pertinet ad Usufructuarium.
22. Non debentur legata, nisi post exsolutionem eris alieni, & legitime liberorum.
23. Legatum nominis per exactiōnē ademptum videatur, nisi alia testatoris mens appareat.
24. Legatum, propter certam aliquam causam relatum, praestandum non est Legatio, priusquam ius iusti testatoris satisfecerit.
25. Legato pauperi reliquo, quisnam pauper dicatur?
26. Fundo instructo, sive cum omnibus perridentiis legato, legata etiam censetur mancipia & instrumenta fundi, nec non cibaria & alimenta, ad alenda pecora & ministros necessaria.
27. Fundo licet instructo legato, non tamen legatum videtur frumentum venale in eo recondirum.
28. Festibus simpliciter legatis, censetur quoque legata vestes festivas, & ad ornatum preparata.
29. Legatum pro dote vel Nupciarum causâ reliquo, defuncto legatario, antequam nupcias contraheras, ad heredes non transmittitur.
30. Legatum Studiorum causâ reliquo, expirat, & hereditati accedit, quando Legatarius à Studiis defit.
31. Legatum ad piam causam, abrogatur ea, ad alios pios usus converti debet.
32. Domo legata cum omnibus, que in eâ reperiuntur, censetur saltem legata, que ad perpetuum domus usum sunt destinata.
33. Legatum non presumitur in dubio reliquo animo compensandi.
34. Non potest in scio herede legatarius propriâ autoritate occupare rem sibi legatam nisi interdictio: quod Legatorum, ad restitucionem, vel interesse conveniri vetit.
35. Competit interdictum: Quod Legatorum, hereditati omnium aduersus Legarium, quando officio & auctoritate judicis missus est in possessione rei legata.
36. Legatarius intelligitur, cuius intuitu & contemplatione reliquo est legatum.
37. Conjectura voluntatis circa legata & fideicomissa, duobus testibus probantur.
38. Legata pecunia parata, (Paarschafft oder Paars Geld) non videntur legata nomina debitorum, (ausserstehende Schulden.)
39. Legatarius pro conseqvendo legato executivâ contra heredem ex testamento agere valet.
40. Valem Legatum Iudeo in testamento Christianireliatum.
41. Nemo cogi potest, ut Executoris testamentarii officium invicem in se suscipiat.
42. Petere nequit Salarium executor testamenti, nisi hoc ei ex justâ causa promissum fuerit.

## CONSTITUT. XIV.

In successionibus num attendendum sit, unde bona hereditaria provenerint?

Definit.

- D**ejure civili non solum in successione fratris uterini & consanguinei, sed & horum liberorum, distinctio bonorum paternorum & maternorum acceditur.
1. In successione quoq; ascendentium, de jure communita origo bonorum, ex quamnam linea provenerint, inspicitur.
2. In successione bonorum, que defunctus a collateraliis acquisivit, fratres consanguinei uterini, absque distinctione, bonorum pariter succedunt.
3. In foro Saxonico fratres uterini & consanguinei, ut & reliqui collaterales, absque distinctione, unde bona provenerint, defuncto fratri & collateraliter succedunt.
4. Inter ascendentes quoque in foro Saxonico distinctio bonorum non acceditur.
5. Liberi posterioris matrimonii succedunt patri etiam in bonis ex priori matrimonio, & a prima conjugie provenientibus.
6. In iudicio familie hereditati, etiam in foro Saxonico, distinctio bonorum unde provenerint, attenditur.
7. Curator jacenti hereditati datus, ad rescissionem contractus ex causa lesionis agere potest.
8. Non potest Curator hereditatis ex causa lesionis rescindere contractum, quem defunctus servari voluit.
9. Nemo jus successionis, vel hereditatem sibi delatam amittet propterea, quod religionem Pontificiam amplexus fuerit.
10. Fratres ex coitu damnato suscepit, sibi invicem ab intestato non succedunt.
11. Contractibus sponsalibus clandestinis, si sponsus ante benedictionem sacerdotalem sponsam carnaliter cognoscat, liberi inde natu pro legitimis habentur, & patri succedunt, haud subsecutis licet nuptiis.
12. Vitricus non minus ac quilibet aliis exeraneus iurio ex illico coitu nato, ultra modum alimentorum legare potest.
13. In foro Saxonico tempus jacentis hereditatis ultra triginta dies non durat.
14. Heres ante trigesimum diem ab obitu defuncti a Creditoribus molestari non debet.
15. Ante trigesimum diem ab obitu defuncti heres possessionem hereditatis apprehendere non valet.
16. Heres, qui a facto defuncti coit, avenire nequit, praecise tenetur ad exsolutionem crisi alieni.
17. Liberi a parentum hereditate abstinentes, as alienae parentis ex hereditate avitâ solere haud tenentur.
18. Facta a nominum divisione, heres de evictione adversus coheredes agere non potest.

(H)

20. Cre-

# I N D E X

20. Creditor patris defuncti, à liberis hereditibus exigens solutionem, probare tenetur, eos hereditatem adivisse.
21. Filius bona paterna administrans, presumitur hereditatem adivisse, nisi contrarium probet.
22. Heres actum declarare volens, se animo adeundi cum non gessisse, mediante juramento id facere tenetur.
23. Legata & fideicomissa, etiam non agnita, ad heredes transmittuntur: Et quando hereditas non adit a transmittatur?
24. Licet quis inscius hereditatis sibi delata, intra vel post deliberationis annum deceperit, ejus tamen heredes beneficio restitutionis in integrum ad hereditatem illam admittuntur.
25. Quaranta trebellianica, nondum licet detracta, ad heredes tamen transmittitur.
26. Res expeditoriae, licet non adita, in agnatos tamen transmittuntur.
27. Mobilia, qua defunctus & conjugé maritus in foro Saxonico lucrat, etiam nondum agnita, in ejus heredes transferuntur.
28. Defuncto licet donatario, antequam donatum mortis causa agnoverit, illud tamen ad heredes transmittitur.
29. Transmittitur etiam hereditas nondum adita, si hoc testatori ita placuerit, vel testamento addita sit clausula codicillaris.
30. Liberi à petitione hereditatis paterna vel avita, non nisi triplicato prescriptionum spatio, 90. scilicet annorum excluduntur.
31. Repudiatio hereditatis jam adite haud nocet in foro Saxonico Creditoribus hereditariis.
- 
- C O N S T I T .   X V .
- De jure optionis seu electionis fratri minori competente, ubi duo hereditatem dividunt.*
- Definit.
1. **D**iviso hereditatis regulariter officio judicis sive arbitrorum, & sorte fieri debet.
2. In divisione hereditatis inter fratres facienda, in foro Saxonico major dividit, minor eligit.
3. Quod non solum inter Rusticos, sed etiam inter Cives & Nobiles quotidie sic observatur, licet minor meliorum rerum hereditiarum notitiam habeat.
4. Facta quoque divisione rerum expeditoriarum à fratre natu majore, minori competit electio.
5. Judicium familie eradicande Saxonum, quo major dividit, minor eligit, etiam heredes ascendentis & collaterales obligat.
6. In famulis quoque hereditibus obtinet divisio Saxonica, ut major dividat, minor eligat; adhibitis tamen Curatoribus, etiam in successione Gerade.
7. Feminā cum masculo in divisione concurrente, indifferenter masculus eligit, femina dividit, etiam extra ditiones Electoratus Saxonici.
8. In bonis etiam feudalibus locum habet dispositio Saxonica, ut major dividat, minor eligat: Et quid, si feudalia bona commode dividendi nequeant?
9. Si predium hereditarum commode dividi nequeat, heredi minori competit electio, num estimationem pro eo recipere; an coheredi pretio exsoluto, predium retinere velit.
10. Quamvis frater minor hereditarias res diu amitteraverit, earumque qualitates & estimationes melius cognitas habeat, nihilominus tamen fratri natu majori dividendi facultas concedenda est, optione minori relata.
11. Forma divisionis Saxonica, ut major eligat, mi-
- nor dividat, inter duos saltēm, non etiam plures; heredes locum habet.
12. Sufficit tamen, divisionis tempore duos saltēm adesse heredes, licet tempore mortis plures extiterint.
13. Post obitum patris, majore vel minore filio defuncto, jus optionis vel divisionis ad heredes non transmittitur.
14. Sed ex tribus fratribus, juniori ante divisionem absq; liberis defuncto, secundo genito jus optionis competit.
15. Defuncto filio juniori ante patrem, ejus liberti in successione avita hereditatis eligunt, divisione patrum relata.
16. Filio autem majore ante patrem denaro, ejus liberis non facultas divisionis, sed jus optionis conceditur, facta divisione à fratre minore.
17. Ex utroque filio Nepotibus existentibus, avita hereditas inter eos per sortem, vel officio judicis dividitur.
18. In divisione hereditatis inter gemellos creditur obfetricibus, de nativitate eorum juratō testimoniis.
19. Contra divisionem, à fratre majore factam, datur rescissionis beneficium ex causa lesionis ultra dimidium.
20. Nisi Fratres valorem bonorum exactè scriverint, vel divisio judicialiter confirmata fuerit.
21. Non utitur filius junior optionis jure, si id pater ipse ademerit, aliquidque disponuerit.
22. Divisio Saxonica, ut maior dividat, minor eligat, solum in familia eradicande judicio, non etiam in actione communī dividendo locum habet.
23. Divisione licet semel facta, si tamen pradīa aliqua indivisa permanerint, in eorum divisione, modus Saxonius, ut major dividat, minor eligat, etiam num servari debet.
24. Cessat modus partitionis, in iure Saxonico prescriptus, ut scilicet major dividat, minor eligat, iis in locis, ubi statuto vel consuetudine alia divisionis forma est introducta.
25. Jus optionis, (die Ruh) filio juniori competens in bonis paternis, iis in locis saltēm obtinet, ubi consuetudine est introductum; & quomodo à jure eligendi Saxonico differat?
26. Nulla peti potest pecunia pro optione (Ruhrgeld) ab emperore, nisi in venditione expressè juniori filio fuerit reservata.
27. Ex venditione necessaria nulla pro optione pecunia, (Ruhrgeld) filio debetur; nec propterea venditio rescindi potest.
28. Si pater duo reliquerit pradīa, filio quidem juniori electio datur, sed ucrumque is retinere non potest, nisi aliud consuetudine introductum sit.
29. Jus optionis consuetudinarium, filio juniori in bonis paternis competens, personale est, & ad heredes non transmittitur.
30. Pecunia tamen, pro optione filio juniori reservata, defuncto eo ante exsolutionem, ad heredes transfertur.
31. Pater in testamento jus eligendi possessionem bonorum, filio juniori ex Statuto vel consuetudine debitum in alium filium potest transferre.
32. Jus optionis statutarium durat per 30. annos, annum & diem in foro Saxonico.
33. Servanda est equalitas in divisione, nec prarogativa habet heres ex eo, quod sit infans tenellus.
34. In judicio familie eradicande & communī dividendo, res commodam divisionem non recipiens, adjudicanda est ei, qui majorem portionem ejus rei habet.
35. Praferuntur tamen ex jure optionis filius natu mi-

## CONSTIT. AC DEFINIT.

- nor eis, qui majorem habent portionem, in re divisiblem non recipiente.
36. Conjunx superflus in electione rei, haud commodam divisionem recipientis, preferatur hereditibus defuncti conjugis collateribus, si majorem in re illa portionem habeat.
37. At, collaterales heredes preferuntur conjugi superficii, qui majorem portionem in re indivisibili non habet.
38. In assignatione rei hereditarie, divisionem non recipientis, prior causa est liberorum, quam parentum, vel Novae, aut vitri.
39. Preferuntur etiam in assignatione rei, divisionem, haud recipientis, Cognati extranei, & fratres sororibus.
40. In adjudicatione rei, commoda divisionem haud recipientis, tam Cognato, quam majorem partem habenti, preferuntur extraneus majoris premium offerent.
41. Quando Socii vel coheredes in re, divisionem commoda haud recipienti, patrariajara habent, sorte debet fieri assignatio.
42. Diviso errore juris facta non adcer, quo minus indebet datum repeti queat.
43. Nemo invitus cogiporest, ut in communione persistat.
44. Inter minores heredes, absque causa sufficiente, & decreto Magistratus, non potest fieri diviso, nisi major heres ad banc provocet.
45. Extrar causam communionis, quod ab alteretro acquiritur de pecunia, licet communi, haud solum communice efficitur.
46. Gestum verò ab alteretro, nomine communi, omnium commodo cedit, salu gestoris repetitione sumptuum factorum, & interesse.
47. Impensa ab alteretro, proprio nomine in communione facta, non sunt imputatae communione.
48. Bona absentis committuntur, sub praefit à cautione, custodia ejus, qui proximior est heres, remotiore excluso.
49. Cura bonorum absentis, sub praefit à cautione, alicut semel commissi, ad ejusdem heredes transfe, exclusis aliis, dicet in pari gradu consuetatis.
50. Non tamen preferuntur Curatoris heredes testamentarii in cura bonorum absentis ejusdem cognati proximioribus.
51. Nec heredes ab incesto extranei preferuntur Cognati proximioribus absentis.
52. Bona absentis non nisi sub cautione praefit à eo in loco, ubi sic sunt bona, heredi proximiori concedantur.
53. Admititur quandoque cautio juratoria pro obtinendis absentium bonis.
54. Cessante cautione, ex causa necessaria alienationis restituenda sunt bona absentis alius Cognatus, nisi possessor denouo satidare velit.
55. Qui curam bonorum absentis suscipit, ad rationum redditionem quoque tenetur.
56. Reverso eo, cuius bona per alium fuere administrata, restituendi sunt fructus, sive interesse bonorum, etiam ultra alterum tantum.
57. Finitur cura bonorum absentis, ex quo annum acsis sue septuagesimum absens compleuisse creditur.

### CONSTITUT. XVI.

Anni censu in dotalicio & ejusmodi similibus, si ante diem solutionis persona, cui debebantur, decedat, quatenus ad heredes ejus pertineant?

**A** Numi confus, aliquae fructus civiles, videlicet ex do-

- salicio competentes, defuncti & a solutione die, inter heredes ipsos, & novum possessorem, pro rata temporis, dividuntur.
2. Quod & veram est in censibus pensionibus, quae singulari non sib, vel alii temporibus praesertim solvantur.
3. Ex legato etiam, annuicensus debentur legato, prorata ejus temporis, quo testator defunctus est.
4. Reditus anni ad vitam empi, mortuo ante diem solutionis empre, prorata temporis inter ejus heredes & venditorem dividuntur.
5. Usufructuario ante diem solutionis defuncto, census ac reditus anni in totum ad proprietarium pertinet, nec quicquam heredes Usufructuario de his in lucrantur.
6. Defuncto Vasallo ante terminum solutionis, fructus civiles, quorum dies ante trigesimum non cessit, ad successorem feudi pertinent, exclusus vasallus hereditibus.
7. Pensiones ex locazione debita, in foro Saxonico foliis hereditibus deferuntur, locatore, postquam ager rastri fuit subactus, licet ante terminum solutionis, defuncto.
8. Fructus civiles, intra trigesimum exigibles, in totum ad defuncti heredes pertinent.
9. Andiso ex culpa Viduae dotatrici ante terminum solutionis prafixum, census in totum novo possessori cedunt.
10. Executione in ades alicuius facta, debitor solvit tributa patrimonialia, usque dum Creditori illa ad dicentur.
11. Exigipotest tributum à possessore redditum, cui postea datur regressus ad verum debitorem.
12. Omnia indifferenter tributa & collectas usufructuaria, ac proinde etiam Maritus de bonis filiorum, & Viduarione dotatrici solvere senecur.

### CONSTITUT. XVII.

Jure Saxonico patet in successione liberorum a matre preferendum?

Definit.

1. Sciri de jure civili, ita & in foro Saxonico magistrum cum patre ad filiorum successionem admittuntur.
2. Nec avus aviam excludit, sed omnes ascendetates, in gradu pares, absque distinctione bonorum, unde & provenient, ad successionem neporum admittuntur.
3. Ascendetates in pari gradu, sed linea diversa, secundum stirpes succidunt.
4. De jure civili, sicut fratres terrique conjuncti, ita & horum filii cum ayo jure representationis patrum succedunt, utrabs tamen ius representationis non excedit.
5. Saltē fratres terrique conjuncti de jure communice cum patre simul succedit, excludunt vero consanguineus & uterinus.
6. In foro Saxonico parentes in successione liberorum, omnes indifferenter collaterales excludunt.
7. Nec admittuntur collaterales, quando avus avi ab aliis ascendetates absente.
8. In successione, parentes, etiam, etiamque non & relatives ascendetates excludunt.
9. Nulla est differencia inter Nobilio & plebejos circa successionem ascendetationis.
10. Patre ac liberis pubertibus simul inbrevis posse, nimirum fratio, &c. in dubio patet prius decepsisse videretur.
11. Filii tamen impuberis in dubio ante parentem decepsisse censemuntur.
12. Conjugibus morte insolite finali defunctis, in dubio liber ante maritum mortua presumuntur.

# INDEX

13. *Maternalis duobus filial mortuis, sive cognatis, sive extraneis, neuter alteri supervixisse videtur.*
14. *Mortis probatio solis indicis contenta est, nisi cum mors est fundamentum intentionis.*
15. *Filium, filiamve puberem ante patrem posse deceſſiſe, per unicum etiam testem probari potest.*
16. *Is, cuius est succedendi in bonis acquisitis, ( gewohnen Gütern) succedit etiam in bonis titulo hereditatis defuncto delatis.*
17. *Infans in ipso partu mortuus, neq; succedit, neque hereditatem ad heredes transmitit.*
18. *Vivo autem partui defertur hereditas, licet sexto mense natus, ac nondum perfectus fuerit.*
19. *Capax est hereditatis posthumus vivus, licet in manibus obstetricum decesserit, nec vox ejus fuerit ex auditu.*
20. *Partus non presumitur vixisse; natus ex matre, morbo pestifero Laborante.*
21. *Non exigi potest cautio à Viduā, que à marito pregnans relata, in possessionem bonorum mittitur.*

## CONSTIT. XIIIX.

*In successione defuncti, fratribus ejus & sororibus ex uno latere, & utrinque conjunctorum liberis, matreterā item, amitā, & avunculo ex uno, vel utroque latere conjunctis, concurrentibus, qui illorum preferendi?*

Definit.

1. *In foro Saxonico fratres & sorores soli succedunt defuncto fratri, exclusi fratribus sororumque liberis*
2. *Ex Conſtit. Caroli V. imperat. fratribus predefuncti liberi cum fratribus ad successionem patruū admittuntur, etiam in locis Saxonici, ubi conſtitutio illa recepta est.*
3. *Fratum ac Sororum liberisoli, nullo concurrente patruo, in capita ſuccedunt, non in stirpes.*
4. *De jure communī Saxonico fratum utrinque conjunctorum liberi, cum defuncti patruo, avunculo, vel amita ſimil in capita ſuccedunt.*
5. *In Electoratu tamen Saxonia fratum utrinque conjunctorum liberi patruum defuncti à ſucceſſione excludent.*
6. *Materterā etiam in ſucceſſione Gerade, à filiā sororis defuncte in Electoratu Saxonia excluditur.*
7. *Excluduntur verò nepotes fratris à ſucceſſione per patruum defuncti, etiam in terris Electoratus Saxonici.*
8. *Frates utrinque conjuncti, fratres ex uno latere, junctos, ſive ſint consanguinei, ſive uterini, à ſucceſſione prorsus excludent.*
9. *Ad ſucceſſionem tamen rerum expeditiorum frater ex uno latere, cum fratre utring, conjuncto admittitur.*
10. *Fratum, sororumque utring, conjunctorum liberi cū fratribus ex uno latere ſimil in capita ſuccedunt.*
11. *In bonis autem utensilibus, ſoror uterina ſororis utring, conjuncta filiam excludit.*
12. *Similiter & frater consanguineus, fratri utrinque juncti filium, à ſucceſſione rerum expeditiorum excludit.*
13. *Frates ex uno duntaxat latere conjuncti, fratum ex uno latere liberis in foro Saxonico excludent.*
14. *In terris Electoratus Saxonici, fratres ſorores ſu ex uno latere juncti, ſoli ſuccedunt, excluso defuncti patruo utrinque conjuncto.*
15. *Quin & extra Electoratum in foro Saxonico patruus defuncti per frarem consanguineum vel uterini à ſucceſſione excluditur.*
16. *Fratum consanguineorum vel uterinorum liberi,*

- cum defuncti patruo, utrinque juncto, ad ſucceſſionem non admittuntur, ſed ab eodem excliduntur.
17. *Cum patruo tamen defuncti, ex uno tantummodo latere conjuncto fratrum consanguineorum & uterinorum liberi ſimil ſuccedunt.*
18. *Succedunt itidem de jure Saxonico ſonul in capita, Fratrum consanguineorum & uterinorum liberi, cum patruelibus & confobriniſ, utring, conjunctis.*
19. *Nepotes ex fratre vel ſorore defuncti, cum ejusdem patruelibus & confobriniſ pariter in capita ad ſucceſſionem admittuntur.*
20. *Patruus defuncti ejusdem patruelues & confobrinos à ſucceſſione excludit.*
21. *Patruus vel amita &c. utrinque juncti excludent à ſucceſſione patruum vel amitam ſimilesque personas ex uno latere conjunctas.*
22. *Patruelues quoque ac confobriniſ ex patre utrinque juncti preferuntur in ſucceſſione patruelibus & confobriniſ conjunctis ex uno ſaltē latere.*
23. *Patruelues ac confobriniſ ex parentibus utrinque juncti cum patruo vel amita ex uno latere, pariter in capita ſuccedunt.*
24. *In foro Saxonico patruus magnus, utring, junctus, cum patruo ex uno latere conjuncto, equaliter ſuccedit.*
25. *Filia ſororiq, licet ſpuria, defuncti tamen patruelues & confobrinos à ſucceſſione excludit.*
26. *Una persona, dupli ratione conjuncta, defuncto, vel utri patruelus & confobriniſ ſimil existens, duas hereditatis partes lucratur.*
27. *In ſucceſſione etiam collateralium, posthumus pro jam nato habetur.*
28. *Eo ipſo, quo quis ſe consanguineum eſſe probat, censetur proximor, niſi cum alio consanguineo de proximitate certet.*
29. *Consanguinitas vel graduum proximitas conjecturis & presumptionibus potest probari.*
30. *In redēmōne ſubſelliorum templi ( der Kirchen Stühle ) femina, ex jure cognitionis, nullam ſibi prerogativam arrogare poſſunt.*
31. *Deficientibus Agnatis & Cognatis, in ſucceſſione Ixor & maritus ſiſco preferuntur.*

## CONSTIT. XIX.

*Sponsa ſive ſponſo ante nuptias, vel ipſo die nuptiarum decedente, an ſuperstes id lucretur, quod matrimonio per conſcenſionem thalami consummato, ſive ex pacto dotali, ſive ex Statuto, aut conſuetudine loci, ipſe debeatur?*

Definit.

1. *Ex veriori ſententiā, in Electoratu Saxonia approbatā, portio ſtatutaria, conjugi ſuperftii debita, personis deponſatis ante conſcenſionem thalami defertur.*
2. *In foro Saxonico ſponsus, ſponsavē ante conſcenſionem thalami nihil lucretur de eo, quod ſibi ex bonis defuncti conjugis debetur.*
3. *Non facit copula ſacerdotalis, ut defuncto ante conſcenſionem thalami conjugi, ſuperstes ex Statuto, vel pactis dotalibus quicquam lucretur.*
4. *Debetur tamen conjugi ſuperftii portio ſtatutaria, post conſcenſionem thalami, licet copula carnalis non acceſſerit.*
5. *Nec privanda eſt uxor portione ſtatutariā ob impotentiam ſponsi vel mariti in coēunio, ſie ad mortem usq; cohabitaverit.*
6. *Nihil lucretur ſponsus ex bonis ſponsa, & ſe impregnata, ſi ante copulam ſacerdotalem ea deceſſerit.*
7. *Non exclenda eſt ſponsa à portione ſtatutariā pro-*

# CONSTIT. AC DEFINIT.

- propter eam, quod sponsus ante ingressum thori mortuus sit, si aliud inter eos conventum fuerit.
8. Dotalitium peteret nequit sponsa, defuncto sponso ante concessionem thalami.
  9. Luxurias sponsus dotem, sponsa ante concessionem thalami defuncta, si per eam steterit, quo minus nuptia consummarentur.
  10. Quanrum ad privilegium tacita hypobeca, ratione dotis illata mulieri competentis, matrimonium statim post copulationem sacerdotalem consummatum dicitur, ante ingressum thori.
  11. Defuncto sponso post copulam sacerdotalem ante ingressum thalami, sponsa habitu virginali incedere non prohibetur.
  12. Sponsa impensas, in funus sponsi defuncti factas, ac ejus hereditibus repetere potest.
  13. Sponsa, sponsa vè ante nuptias licet moriente non tamen revocatur donatio arborum sponsalitiarum.
  14. Donatio sponsa facta à jure subsistit, nec post ejus obitum donatum repeti potest.

## CONSTITUT. XX.

*Marito defuncto, è bonis ejus quid Vidua debetur?*

Definit.

1. **V**idua portione, in pactis dotalibus sibi assignata, contenta esse debet, nec relicta ea ad portionem statutariam redire potest.
2. Etiam si absque Curatore in pacta dotalia consentierit.
3. Non audienda est Vidua, qua ex capite lesionis ultra dimidium, pacta dotalia rescindi, sibi que portionem statutariam adjudicari petat.
4. Ex pactis dotalibus portionem Vidua, absq; onere collationis sue dotis, aliorumque bonorum consequitur.
5. Vidua in testamento mariti sibi relicta, una cum portione ex pactis dotalibus, luxuratur.
6. Statutum Lipsiense, in casu deficiens pacti dotalis, Vidua partem tertiam bonorum mariti defert, una cum bonis utensilibus.
7. Vidua succedens marito ex Statuto locali, non teneatur conferre seu imputare dotem illata aliaq; sua bona in portionem statutariam.
8. Gravatur tamen onere collationis Conjunx superstes, si de hoc verbis Statuti localis expressis dispositum, quod in neutro coniuge iniuritatis speciem habet.
9. Conferre tenetur Conjunx superstes bona sua, mediante inventario, vel juramento.
10. In dubio Statuti localis verbis ita sunt explicandas, ut excludatur collatio bonorum.
11. Collatio bonorum, conjugi superstite per Statutum, locale imposita, non est trahenda ad casum existentis concursus Creditorum.
12. Extra Saxonie Electoratum liberam est Vidua, portionem ex Statuto locali sibi delata am eligere, vel bona sua illata cum Geradam repetere.
13. In electoratu verò Saxonie Viduam contentam esse oportet portione Statuti localis, nec bona illata repete potest.
14. In concursu tamen Creditorum, aliisq; certis in casibus, etiam in Electoratu Saxonie Vidua, quodà statutarìa repudiata, dotem suam ac bona illata repete potest.
15. De jure civili & Saxonico communi, quatenus uxori succedit viro?
16. In terris Electoratus Saxonici Vidua quadrantem liberis extantibus, trientem verò, non extantibus liberis, ex bonis defuncti marii luxuratur.
17. Licet maritus solos nepotes reliquerit, etiamen Vi-

- dua, sive dives, sive inops fuerit, ultra quadrantem nihil petere potest.
18. Nil quicquam ultra quadrantem, vel trientem Viduae debetur, etiam si ambo conjuges vacuis manibus convenerint; amplius facultates acquisuerint.
19. Bona extra territorium Electoratus Saxonici sita non veniunt in computationem portionis statutariae.
20. Sicuri nec bona feudalia.
21. Ex bonis mariti fideicommissu subjectis, Vidua portionem statutariam petere haud valeret.
22. Fructus hereditatis augent portionem statutariam, quamdiu Vidua in bonis mariti uitetur jure retentiois.
23. Marito propter commissum crimen Majestatis ad confisctionem bonorum licet condemnato, Vidua tamen portio debetur statutaria.
24. Const. Elect. Vidua defert quadrantem, vel trientem, sub onore collationis omnium bonorum, etiam extra Electoratum statutorum.
25. Vidua portionem Statutariam petens, lucra quoq; nuptialis conferre tenetur.
26. Credit a etiam, quorum dies nondum cessit, in collationem veniunt, in casu, quo uxor petit portionem Statutariam.
27. Indifferenter bona utensilia, adeoq; & Geradam sum propria conferre tenetur Vidua, qua trientem, vel quadrantem vigore Const. Elect. ex bonis defuncti mariti petat.
28. Quicquid autem post mortem mariti Vidua durante communione acquirit, neutquam in communem hereditatem conferre cogitur.
29. Confert tamen Vidua legata, aliaq; in testamento sibi à marito relicta, neq; hac unà cum portione statutaria retinere potest.
30. Nisi maritus disertis verbis Legatum Vidua ultra portionem statutariam reliquerit.
31. Quo casu portio statutaria prius est deducenda, ac posse a demum Legatum Vidua exsolendum.
32. Vidua dotem illata repetens loco pecunie numerosa, bona immobilia in solutum haud acceptare tenetur.
33. Propter deteriorationem dotis aliorumque bonorum illatorum, hæredes mariti Vidua ad interesse tenentur.
34. Vidua non potest petere mobilia, tanquam bona illata, ex eo solo, quod signaculo suo nota reperiatur.
35. Vidua una cum bonis illatis Geradam quoq; ex bonis defuncti marii jure petat.
36. Non potest repetere Vidua expensas nuptiales cum aliis bonis marito illatis.
37. Nisi in dotem fuerint imputatae, vel ut bona illata à marito acceptatae.
38. Vidua non potest repetere ex bonis defuncti mariti fructus, ex dotalio prioris matrimonii à secundo marito perceptos.
39. Repetere licet Vidua nomina, in dotem data, deducit tamens sumptibus, pro corundem exactione factis.
40. Una cum dotem illata legatum, in testamento mariti sibi relictum, Vidua jure petat.
41. Jus optionis sive eligendi portionem statutariam, vel bona illata repetendi, non solum Vidua sed & ejusdem liberis ac nepotibus competit.
42. Non etiam ascendentibus, Collateribus, vel extraneis hereditibus.
43. Vidua ad nuptias secundas convolante, defuncta eas antequam utatur jure optionis, marito secundo jure hoc non competit.

# I N D E X

44. Si Vidua jure optionis sua fuerit, ac bona illata perierit, defuncta ea hereditibus ejus ad portionem statutariam redire non licet.
45. Vidua perens portionem Statutariam, mediante juramento tenetar conferre bona sua, quando in horum exhibitione se facit suspectam.
46. Vidua tenetur ad exsolutionem maris alieni, à marito facti, prorata portionis sue Statutariae.

## C O N S T I T .    X X I .

**Erbgeld/** hoc est, pecunia, que ex hereditate parentum, vel aliorum mulieri quotannis solvitur, ipsa defuncta, nam ad maritum superficie pertineat?

Definit.

1. **P**ecunia hereditaria, ante quam dies solutionis perierit, inter bona immobilia refertur.
2. Alio ergo donatio cuius pecunie inter vivos non datur, nisi facta coram iudice, sub quo sita sunt bona hereditaria.
3. Pecunia hereditaria, defuncta uxore ante diem solutionis, (das unbetragte Erbgeld/) non marito superstite, sed hereditibus cedit.
4. Defuncta verò uxore, postquam dies solutionis cessit, pecuniam hereditariam, (das betragte Erbgeld/) solitus maritus lucratur, exclusis hereditibus uxoris.
5. Licit paulo ante diem solutionis uxor decesserit, atamen, ne quidem prorata temporis maritus superficies hereditariam pecuniam lucrabitur.
6. Sicut nec tum maritus pecuniam hereditariam lucratur, quando post mortem uxoris, intra tricenum dies solutionis venerit.
7. Non co minus pecunia hereditaria ante solutionis diem immobilibus bonis accensetur, & ad heredes pertinet, quod istam uxor emerit.
8. Pecunia hereditaria quanam proprie dicatur?
9. Premium, venditione bonorum immobilium definitis intervallis Vidua solvendum, pecunia hereditaria non est, sed indifferenter, defuncta eā, marito cedit.
10. Pecunia ex bonis mariti primi loco portionis Statutaria distinctis terminis Vidua solvenda, defuncta eā, cedit marito secundo, etiam si dies solutionis nondum venerit.
11. Defuncta verò Vidua, ante quam portio Statutaria ex bonis primi mariti immobilibus ipsi assignetur, nihil de hac secundus maritus lucratur.
12. Bonis hereditariis extraneo venditis, pecunia inde redacta hereditaria non est, nec hereditibus cedit, defuncta licet uxore ante solutionis diem.
13. Coheredi licet bonis hereditatis venditis, pecunia tamē ad certos terminos solvenda, hereditaria non est, sed indifferenter ad maritum superfitem pertinet.
14. Nunquam premium venditionis est pecunia hereditaria, etiam si heres ante venditionem bona hereditaria ex causa divisionis aliquandiu possederit.
15. Nomina hereditaria in divisione hereditatis Uxor assignata, defuncta ea, indifferenter marito superficie cedunt.
16. Facit praefatio usurarum, ut pecunia, ex bonis hereditariis solvenda, non habeatur pro hereditaria, sed marito indifferenter applicetur.

## C O N S T I T .    X X I I .

De donatis sponso & sponsa in nuptiis, altero illorum decedente, superficie quid debatur?

Definit.

1. **D**ona, nuptiarum tempor sponso, sponsa, praesentata, de jure communis utriusque simul acquiruntur, & aequaliter inter eos dividuntur.
2. In foro eritiam Saxonico, dona nuptialia sponso, spon-

- seg. data, utriusque sunt communia inter eos aequaliter dividenda.
3. Defuncta uxore, maritus superficies omnia ac integrum retinet dona nuptialia, salva tamen liberorum & parentum legitima de horum medietate.
4. Dona nuptialia, que ad Geradam pertinent, defuncta uxore, non lucratur maritus.
5. Non lucratur maritus defuncta uxore omnia dona nuptialia, si pannis dotalibus cessa portio ex bonis uxoris ipsi fuerit assignata.
6. Quae ex donis nuptialibus soluto matrimonio non extant, horum estimatio pro dimidia parte Vidua est solvenda.
7. Dona nuptialia à marito oppignorata, non Vidua, sed heredes mariti lucre coguntur.
8. Defuncto licet sponso in die nuptiarum ex parte consecrationis thalamii, atamen debetur sponsa pars dimidia donorum nuptialium.
9. Admittenda est Vidua, si quantitatem donorum nuptialium jure suo indicare velit.
10. Defuncto marito omnia ac singula dona nuptialia Vidua repetit, sive ex conventione in dote fuerint computata.
11. Secutum de bonis defuncti conjugis disponens, non nisi ad partem dimidiadonorum nuptialium est trahendum.
12. Vidua perens portionem Statutariam, vel pannis dotalibus sibi assignata, nil quicquam de donis nuptialibus lucratur.
13. Uxor Nobilis petet dotalitium, Morgengabam, & cibaria domestica, non lucratur dona nuptialia.
14. Utitur vidua jure retentionis in bonis defuncti mariti, donec usque de medietate donorum nuptialium ei satisfactum fuerit.

## C O N S T I T .    X X I I I .

Pecunia credita uxoris an eā defuncta ad maritum pertineat?

Definit.

1. **M**arius ultra portionem, in pannis dotalibus sibi assignata, ex bonis defuncti uxoris nihil amplius petere valet.
2. Statutum locale in successione mariti facit cessare dispositionem juris Saxonici.
3. Uxor defuncta, de jure Saxonico maritus lucratur dote in pecunia numerata, etiam promissam saltem nondum solutam.
4. Una cum dote nondum soluta maritus superficies etiam usuras à die nuptiarum exigere potest.
5. Dos in diem promissa marito superficie cedit, etiam se Uxor ante diem è vivis decesserit.
6. Non lucratur maritus dote, sub conditione promissam, si uxor ante conditionem existente decesserit.
7. Pecunia numerata uxoris defuncta indifferenter marito superficie cedit.
8. Pecunia uxoris credita, defuncta eā, sive solutionis dies venerit, sive non, ad maritum superfitem pertinet.
9. Sub usuris etiam, vel ad Cambium pecunia elocata, defuncta uxore, marito cedit.
10. Premium rei vendite nondum solutum, indifferenter defuncta uxore maritus lucratur.
11. Omnia uxoris defuncta mobilia ad maritum indifferenter sive inops, sive dives fuerit, pertinent.
12. Animalia etiam defuncta Conjugis lucratur maritus, perinde ac reliqua mobilia.
13. Mobilia quoque extra territorium Saxonicum sita, defuncta uxore, marito cedunt.
14. Res mobiles, ad Geradam pertinentes, non lucratur me-

## CONSTIT AC DEFINIT.

- maritus, sed mediante inventario vel juramento, proxima cognata restituere tenetur.
15. Quod gener in subsidium paternum, (jur vaterlichen Hälften) accepit, id mortua uxore non lucratur, sed ad restitucionem obstrictus est.
  16. Circa successionem mariti in rebus mobilibus uxoris defuncte, non attenditur differentia, ab Nobilio sit maritus, an plebejus.
  17. Siue uxor defuncta liberos primi, sive secundi matrimonii reliquerit, semper maritus in Foro Saxonico mobilia lucratur.
  18. Non succedit maritus in mobilibus uxoris defuncte, priusquam liberis de legitima debita fuerit satisfactum.
  19. In casu deficientium bonorum immobilium parentibus etiam ex bonis mobilibus legitima exsolvit debet.
  20. Lucratur maritus bona uxoris, etiam si in domo Soceri alimenta ipsi subministrata fuerint.
  21. Non prohibetur maritus renunciare lucro dōis mobiliumque uxoris, etiam in prejudicium Creditorum suorum.
  22. De Bonis immobilibus uxoris defuncte maritus in Foro Saxonico omnino nihil lucratur, & quare?
  23. Non eo magis superstes maritus ad successionem bonorum immobilium admittendus, quod uxor praedefuncta nullos alios reliquerit heredes descendentes, ascendentibus, vel collaterales, fratres nempe aut sorores.
  24. Non facit paupertas & inopia mariti, ut ad successionem bonorum immobilium praedefuncta uxoris admittatur.
  25. Nec dorem, in rebus immobilibus consentem, maritus lucratur in Foro Saxonico.
  26. Bona tamen immobilia, estimata in dorem data, marito superstes cedunt.
  27. Non lucratur maritus bona immobilia dotalia, si ex post-facto, constante jam matrimonio, fuerint estimata.
  28. Predium ex pecunia dotali nomine mariti comparatum, ipsis lucro cedit, defuncta uxore.
  29. Nomine autem uxoris ex pecunia dotali præmia empta, defuncta ea, ad ejus heredes pertinent, non ad maritum.
  30. Maritus vendens bona uxoris immobilia, consentiente licet eâ, premium tamen, vel fundum pro hoc suo nomine comparatum, defuncta uxore non lucratur, sed ejus heredibus ad restitucionem vel interesse tenetur.
  31. Lucratur tamen maritum premium, ex alienatione bonorum uxoris immobilium redatum, speculari Curator alienationi fuerit adhibitus.
  32. Predium sub pacto de retrovendendo emptum a uxore, defuncta ea ante retrovenditionem, ipsis heredibus, non marito cedit.
  33. Nec premium post mortem uxoris redemptionis casu eveniente, marito restituendum est.
  34. Verbum: heredis, conventioni appositum non comprehendit maritū, qui uxoris defuncta est heres mobilis.

### CONSTIT. XXIV.

Annuus reditus, in pecunia vel ex aliis rebus constituti, pro mobilium, an pro immobilibus sint babendi, & quid ex iis post mortem mulieris jure Saxonico ad maritum perveniat?

Definit.

1. Annuus reditus sive ex bonis immobilibus, sive sole personali obligatione uxori debentur, defuncta ea, non marito, sed heredibus cedunt.

2. Quod & verum, si anni reditus uno anno infrumen- so, altero vero in pecunia numerata solvantur.
3. Reditus quoque anni sub pacto retrovenditionis em- pei, instar bonorum immobilium uxoris defuncte be- redibus cedunt.
4. Sub pacto tamen repetendi sortem, empeii reditus an- nui, instar mobilium marito deferuntur.
5. Annui reditus, quorum dies cessit, pro mobilibus ba- bentur, & ad maritum superstitem pertinent.
6. Defuncta uxore ante solvitionis diem, annui reditus postea exigibles, inter heredes & maritum pro rata temporis sunt dividendi.
7. Torcular seu pressoriam inter res mobiles referunt, & defuncta uxore marito cedit.
8. Molendina, que aquis supernatur, pro mobilibus habentur, & ad maritum superstitem pertinent.
9. Merces in tabernaculo mobilium loco habentur, easque maritus superstes lucratur.
10. Lecti & linteamina in diversorio etiam publico exten- sientia, mobilia sunt, & marito cedunt.
11. Defuncta uxore, maritus fructus etiam industriales lucratur, agris rastros subactis.
12. Emptio annuorum reddituum nec illicita est nec usu- raria.
13. Non tamen annuos reditus redimibiles aliter empa- licet, quam si quinque pro centum constituantur.
14. Licet emperor annui censu pro centum plus, quam- quinque annua emerit, contrahit tamen in totum non vitiarur, sed & in summa legitima subsistit.
15. Reditus anni ultra quincunces solvi, non sorti im- putantur, sed de furuis pensionibus detrahuntur.
16. Emperor annuorum reddituum redimibilium non ha-bet facultatem repetende sortis, sed arbitrium redi- mendi censu annuos soli venditori competit.
17. Nec vales pactum, quo emperor annuorum reddituum sortis repetitionem fibi reservavit, licet contrahen- tes Constitutioni Imperii expressè renunciaverint.
18. Ex Conventione tamen potest competere empori fa- cultas repetendi sortem, in casu, quo Venditor mo- ram contrahit in prestando reditu.
19. Licet quoque empori annuorum reddituum recupe- rare sortem, si contrahentes ab emptione recesser- int, eam in murum converentes.
20. Ad resolvendam emptionem annuorum reddituum nullæ retrovenditione opus est, sed sufficit sola pecu- nia restitutio.

### CONSTITUT. XXV.

Partes metallicæ, qua Ructus vulgo dicuntur, inter mobilianæ, an inter immobilia sint referenda; & quid si pater, vel maritus, vel alius, usum & usumfructum illorum habeat?

Definit.

1. Partes metallicæ, sive Ructus bonis immobilibus accensentur, & heredibus defuncta uxoris cedunt marito excluso.
2. Proventus autem seu reditus partium metallicarum jam separati & percepti inter mobilia referuntur, & ad maritum pertinent, licet ab ipso nondum re- liter fuerint apprehensi.
3. Uxor marito superstes, consequitur omne id, quod ex proventibus metallicis adhuc superest.
4. Consumptio verò proventibus metallicis, matrimonio durante, uxori superstite debetur.
5. Finito usufructu patri, liberis sunt restitendi pro- ventus metallici, a patre percepti.
6. Mulier si ipsamet usumfructum bonorum suorum percepit, defuncto marito fructus perceptos tene- tur inferre bonis marij.

# I N D E X

7. Si maritus non habeat, unde se alere, vel mortuus sepeliri possit, uxor ad facienda impensas est obstricta.
8. Acquisita matrimonio constante, industria licet uxoris, solum tamen viri lucro cedunt.
9. De jure etiam Saxonico, utriusq; conjugis industria & labore acquista, ad solum maritum pertinent.
10. Mulier mercatrix quicquid propriæ pecunia negotiando lucratur, non sibi, sed marito acquirit.
11. Bona uxoris immobilia presumuntur in dubio pecunia mariti comparata, que propterea post obitum uxoris ipsi est restituenda.
12. Non possunt heredes mariti à Vida constante matrimonio acquisita petere, si ipse maritus bac uxori reliquerit, vel donaverit.
13. Non lucratur maritus fructus dotis, vel industria uxoris acquisita, si in partibus dotalibus hinc renunciaverit.
14. Honoraria uxori data, intentu licet operarum à marito praestitarum, lucro tamen mariti non cedunt.
15. Aes alienum mulieris ratione bonorum immobilium soli ipsius heredes, ratione vero mobilium contrarium, solus maritus solvere tenetur.
16. Sed es alienum commune, uti & in dubio quorum bonorum respectu factum sit, ab heredibus pariter & marito pro rata exsolvi debet.
17. Non sufficientibus bonis immobilibus ad solvendum es alienum, horum nomine contractum in subsidium de bonis mobilibus id solvi debet.
18. Maritus repetere potest sumptus, vivente uxore in aedes ipsius factas, etiam si lucretur mobilia.
19. Impensa in uxoris defuncta exequias factas, conjunctim, tam à marito superstite, quam heredibus, prorata tamen solvenda sunt.
20. Ex tacita conjectura testatoris sorori legantis, non excludendus est à successione mobilium maritus superfites.
- C O N S T I T U T . XXVI .
- Conjunx conjugem malitiosè deserens numquid id, quod ex hereditate, vel bonis innocentis defuncti ipsi debeatur, amittat?*
- Definit.
1. Vir aut mulier ex conjugis defuncti bonis nihil lucratur, si illum deseruerit.
2. Maritus uxorem, peste infectam deserens lucrum dotis amittit.
3. Non dicitur deserere conjugem, peste laborantem, qui licet absens, de cura tamen & medicamentis ei proficit.
4. Quocunque morbi genere affectam & morientem uxorem maritus deserens, integrum se reddit lucro mobilium.
5. Maritus denegans uxori alimenta, docem & lucrum mobilium amittit.
6. Privandus etiam est maritus lucro dotis mobilium, qui uxorem verberat & expellit.
7. Perdit maritus dorem, mobiliaque uxoris, si necem ejus fuerit molitus, effectu licet non subsecuto.
8. Indignus judicatur Conjunx portione Statutariorum, si conjugem adulterii falso accusaverit, & non obtinuerit.
9. Amittitur lucrum dotis mobiliumque five portionis Statutariorum ex eo, quod coniunctus de adulterio perpetrato convincitur.
10. Conjunx portione Statutariorum privandus non est, antequam cognito negotio causam privationis sufficien- em iudex propnunciaverit.
11. Nunquam privatur Conjunx portione Statutariorum, si heredes conjugis defuncti privationem non pettinent.
12. Soli heredes descendentes ad privationem portionis statutariorum adversus conjugem experiri possunt, non etiam extranei, vel collaterales.
13. Non privari potest Conjunx superfites portione statutariorum, si defunctus ei injuriam sibi illatam condonaverit.
14. Non excluditur desertor à successione, si coniunctus defunctus ei tacita injuriam remiserit, vel saltē in testamento quid legaverit.
15. Separatio inter conjuges quoad thorum & mensam à Magistratu facta, desertor non amittit portionem statutariorum.
16. Voluntas autem & extra judicialis separatio conjugum non tollit lucrum statutariorum privationem.
17. Facto divorcio totali, nullus competit jus succendendi marito, vel uxori, in defuncti conjugis.
18. Matrimonio licet quo ad thorum & mensam separatio, maritus nibil minus usumfructum in bonis uxoris retinet, sed ei alimenta præstare tenetur.
19. Ablata portio statutariorum conjugi indigno, non fisco applicanda est, sed hereditati accrescit.
20. Non facit desertio, quo minus coniunctus innocens ex bonis conjugis desertoris portionem statutariorum petere valeat.
21. Ultra portionem tamen statutariorum, quam coniuge defuncto superetes lucratur, ex bonis desertoris ac desertricis desertus nihil petere potest.
22. Bona utensilia uxoris desertricis non ad maritum pertinent, sed proxima cognata cedunt.
23. Ex bonis, post separationem matrimonii desertori conjugi delatis, innocens portionem statutariorum petere nequit.
24. Nihil petere valet sponsus ex bonis sponsa, à qua propter desertionem malitiosam fuit persentiam absolutus.
25. Mater detrectans alimentare liberos, eosque defensens, indignam se facit eorum hereditate.
26. Ob malitiosam desertionem dissolvendum haud est matrimonium, priusquam iudice de tempore & causa absentia certo constet, quā in re caute est procedendum.

## C O N S T I T . XXVII .

*Feudum paternum per delictum Vasallum apertum, dominonē, an simultaneè investitio acquiratur?*

Definit.

1. *O*b culparum, non in dominum, sed alium commissum, feudum simultaneè investitis credit in fore Saxonico.
2. Nec agnati, intra quartum gradum constituti, affectudo ob culparum, extra personam domini commissari, excluduntur.
3. Non privantur liberifeudo antiquo in terris Electoratus Saxonici, ob delictum patris, extra personam Domini commissum.
4. Feudo privari non debet Vasallus delinquent, si Dominus ei delictum condonaverit, haud contradicentibus Agnatis.
5. Non conquerente Domino de feloniam, defuncto ipso, ejus heredes ad privationem feudi agere nequeunt adversus Vasallum.
6. Delictum Vasallus, in personam Domini commissum, filios à feudo excludit.
7. Feudum contemplatione filiorum concessum, ipsis non est auferendum propter dolictum patris, in Domini personam commissum.

# CONSTIT. AC DEFINIT.

1. In foro Saxonico, delinquentे Vasallo in personam Domini, Agnatis simulaneè investitio per id non prejudicatur.
2. Feudo ob culpam Vasalli amissio, fructus indifferenter omnes ad Dominum pertinent.
3. Non adimis potest feudum hereditibus, si de Vasalli delito, vivente abduceo, Dothinus non fuerit conqueritus.
4. Ob non peritam investituram feudum ad Dominum devolvitur, ita tamen, ut post mortem Vasalli ad Agnatos revertatur.
5. Non privandus est Vasallus feudo ob non peritam investituram, antequam causa cognitio, & sententia declaratoria precessorit.
6. Non nocet Vasallo omisso renovationis investitura, si Dominus tacitè, vel expresse caducitatem remiserit.

## CONSTITUT. XXVIII.

*Personae Ecclesiastice, Ordinis item, vel Monachi, num in feudis succedant?*

Definit.

1. Ne quidem de jure Saxonico Clerici in feudis succedunt, nisi simultaneam investituram imperaverint.
2. In provinciis autem Electoratu Saxonici Clerici patriter & Ordinis persona ad successionem feudi admittuntur.
3. Non succedunt Clerici in Electoratu Saxonie, si non vnum feudum, electa persona industrid, fuerit concessum.
4. Nec tum Clerici in Saxonie Electoratu ad feudi successionem admittuntur, quando investituram littera personalia Vasalli servitia requirant.
5. Ignobiles etiam in foro Saxonico feudi sunt capaces.
6. Mutus & surdus vel aliter imperfectus in feudo non succedit.
7. De feudo tamen novo mutum & surdum vel aliter imperfectum Dominus bene investire potest.
8. Vasallus ex superveniente calamitate factus inhabilis ad serviendum, feudum non amittit.
9. Fæmina regulariter non succedit in feudo, etiam si hoc fuerit empium.
10. Ad successionem tamen feudi feminini vel etiam ex pacto fæmina admittuntur.
11. Arcentur quoq; fæmine à successione in feudis hereditariis.
12. Succedunt fæmina una cum masculis in feudis à servizio liberis, de quibus duntaxat annua solvuntur pensiones.
13. Fæmina licet in investitura ad successionem vocata, attamen non nisi deficientibus masculis succidunt.
14. Facta verò investitura, ut fæmina succedant sicut masculi vel cum masculis, utriusq; sexus liberi simili admittuntur.
15. Fæmina ad successionem feudi vocata, & per masculum semel exclusa, non perpetuo censetur exclusa.
16. Non succedunt in feudo legitimati à Principe, exceptis Agnatis, simulaneè investitis.
17. Legitimati tamen per subsequens matrimonium, ad successionem in feudis admittuntur.
18. Cuijnam sumpribus Vasallus domino servire tenetur?
19. Vasallus ratione feudorum contra exactionem contributionem, libertatis regulariter innituntur.

## CONSTIT. XXIX.

*Frater & fratri liberi an simul succedent in feudi; & jus representationis in feudi numerocum habebat?*

Definit.

1. Extra Electoratum quoq; in Saxonia fratris liberi una cum patro, jure representationis in feudo succedunt.
2. Verba bac: (Nach rechter Sippe!) investitura inserta, non faciunt cessare jus representationis in feudo.
3. Pluribus licet fratribus de novo feudo investitis, ad successionem tamen fratris defuncti, filii cum fratre simul admittuntur.
4. Non attenditur in successione feudi duplicitas vinculi, sed sola agnatio.
5. Cum fratre utrinque coniunctio succedit in feudi filius fratris consanguinei defuncti.
6. Non succedunt nepotes jure representationis patruo magno in feudi.
7. Nec inter reliquos collaterales jus representationis in feudi successione locum habet.
8. Regulariter in foro Saxonico simultaneè investiti remotiores, una cum proximioribus in feudo succedunt.
9. Excluduntur tamen remotiores à proximioribus, statim investitur secundum ordinem, & prorogativam graduum.
10. Investito aliquo pro se & filio suo, ordine tamen successivo, non omnes filii patris & coniunctim admittuntur.
11. Investiti secundum gradus prorogativam (Nach rechter Sippe!) in capita succedunt, non in stirpes.
12. Ad successionem foudalem admittuntur in capita, qui nominari sunt investiti, licet desicias Clausula: Secundum gradus prorogativam.
13. Collectivo autem nomine investiti in stirpes succedunt.
14. Nisi de aliâ contrabentum mente constet; ut si fratum filii nomine collectivo sint investiti.
15. In successione parvè feudali, & allodiali, jus representationis in infinitum obtinet.
16. Conventio inter Agnatos simultaneè investitos de admittendis solis proximioribus ad successionem feudi, non excludit fratris liberos in foro Saxonico.

## CONSTITUT. XXX.

*Pecunia ex feudo redacta, ubi ex pacto in feudum converti debuit, id autem factum non est, an post mortem Vasalli ad heredes ipsius pertineat?*

Definit.

1. Pecunia ex feudo redacta feudalibus non est, successoribus feudi debetur.
2. Non eo magis premium feudi censetur feudale, quod contrabentes de hoc expressè convenerint, illud pro feudo haberiri voluerint.
3. Ne quidem pactum contrabentum juratum pecuniæ am feudalem facere potest.
4. Valeat tamen conventio, ut pecunia ex feudo redacta ad solos feudi successores pertineat, hereditibus allodialibus exclusis.
5. Non efficit pactum de collocandâ pecunia in emptiōnem feudi, ut facto hanc subsecuto, ea feudi successoribus cedat.
6. Defuncto tamen fratre vel Agnato ante feudi emptiōnem, ejus heredes ad interesse tenentur.
7. Ex pacto de collocandâ pecunia in emptiōnem feudi, illi soli Agnati ad interesse experiri possunt, quibus facta est promissio, de recipiendo eos in simultaneam investituram.

(1)

§. Præ-

# INDEX

3. Praefatur interesse per exsolutionem pecunie, in feudi emptione colliganda.
4. Ad exsolutionem tamen pecunie heredes cogi nequeunt, si illam in feudum conversere, deo eo Agnatos investiri facere velint.
5. Modus confirmandi feudum in pecunia, atque remobili quinam sit?
6. Sola conventione partium bona allodialia immobilia haud efficiuntur feudalia, nisi à Domino superiore expressè in feudum concedantur.
7. Allodialia bona non sunt feudalia ex eo; quod per vasallum feudo fuerint incorporata, si non investitura specialis, vel prescriptio accesserit.
8. Vendicā vel affirmat à Geradā, preciāq; inde redatum non jure Gerade censeretur, sed heredibus indifferenter, etiam masculū, cedit.
9. Pecunia ex rebus expeditoriis redatta, ad heredes etiam cognatos, & mulieres pertinet.
10. Pecunia ad emendam Geradā destinata, non censeretur jure utensilium.
11. Ex promissione rerum utensilium filia vel uxori facta, obstrictus est promissor proxime etiam Cognata, filia vel uxore defuncti.
12. Mater non potest filia stipulari Geradam à patre.

## CONSTITUT. XXXI.

*Meliorationes & edificia feudorum num una cum fundo ad successionem feudi pertineant?*

'Definit.

1. In foro Saxonico edificia feudi, à Vasallo exstructa, una cum fundo ad successores feudi pertinent.
2. Nec refert, an edificia utilitatis, vel solum voluptatis causā fuerint exstructae.
3. Relique verò meliorationes à Vasallo facta, adejudem heredes pertinent etiam in foro Saxonico.
4. Mola alata, que vento agitur, non feudi successoribus, sed heredibus Vasallo allodialibus cedit.
5. In predio feudali affixa terra vel paries ibus domus, (Was geniedet und Magelfeste ist) ad feudi successores una cum feudali pertinent.
6. Abena & caldaria muro affixa, (Eingemaurete Waschfessel/und Draupfannen/) debentur feudi successoribus, nec ab heredibus allodialibus repeti possunt.
7. Extrinsecum feudi augmentum ad successores Agnatos ium demum pertinet, si feudo, ut feudo, accesserit.
8. Proper deteriorationem feudi dolosam vel culposam, Vasalli heredes tenentur agnatis ad interestit.
9. Heredes usfructuarii in bonis allodialibus premium meliorationis repetere valent.
10. Edificans scienter in fundo alieno, ad fiducium & materialiter perdit.
11. Edificans in fundo communi, non potest cogi à socio, ut collat ad fiducium.
12. Insula ejus subjicitur juridictioni, cuius ipsum est flumen.
13. Princeps in flumine publico insulas nondū natas, sibi jure assignare potest.
14. Alveus derelictus cedit vicini, etiam si aqua per illum aliquantulum adhuc fluat.
15. Alveus derelictus pertinet ad eos, qui prope ripam ejus pradia possident.
16. Fossa in predio ad dominum predii pertinet, & si hic certus non est, cedit vicini.
17. Res pro derelicto habita, in domo alicuius inventa, Domino adiutum non credit, antequam realiter ab ipso fuerit occupata.
18. Rem tempore inundationis ex aquis extractam occutens, non lucratur, sed facta proclamatione, si Do-

minus hanc non reperat, duæ partes Magistratus, tertia vero inventori cedit.

## CONSTITUT. XXXII.

*Fructus, item decima, census, & redditus annui locutoriorum & feudorum, post mortem Vasalli vel Vidice, num ad heredes ejus, an vero ad successores feudi pertineant?*

Definit.

1. In foro Saxonico fructus industriales, ex semine & Vasallo rastri subalto nascentes, ad heredes ejus pertinent, exclusis feudi successoribus.
2. Fructus quoq; hororum, Vasalli industria promeriti, post sationem & subactionem heredibus allodialibus cedunt.
3. Agro feudali à Vasallo vivente rastri subalto, fructus industriales in dotalito mari non ad Viduam, sed ad mariti heredes allodiales pertinent.
4. Vidua, dotalito per morem ipsius finito, fructus ex semine & rastri subalto provenientes, ad heredem suis transmittit.
5. Fructus agrī ab usufructuario sari & occati, heredes ejus lucrantur in foro Saxonico, licet pondus percipi fuerint.
6. Marius percipit fructus ex agro uxoris defuncte, si ea ab aliis vivente cultus, & rastri subaltus fuerit.
7. Defuncto marito post rastriationem agri conjugis sua, fructus in eo nascentes non ad Viduam, sed ad mariti heredes pertinent.
8. Vinea fructus nondum percepti ad heredes possessoris pertinent, quando bis post diem Urbani defecserit.
9. Defuncto Vasallo post Calendas Martii, heredibus allodialibus competit jus coquendi corevisiam, per eorum illum annum in praediis feudilibus.
10. Quod vivente Vasallo aut usufructuario seminatum quidem, nondum tamē rastriatum est, non ad heredes sed novum possessorem pertinet.
11. Restituendi sunt etiam sumpsus, in culturam & stationem facti, antiquo possessori, ejusvè heredibus.
12. Omnibus in casibus, ubi fructus industriales cum ipso predio ad novum possessorem transiunt, impensa in culturam agrorum facta heredibus restituuntur.
13. De fructibus autem heredes nil pertipiunt, etiam si possessore defuncto ipsis agris coluerint & seminaverint.
14. Competit heredibus jus retentionis in feudo, donec ipsis expensa, in culturam facta restituantur.
15. Obstricti quoque sunt mariti heredes ad refusionem impensarum, quas Vidua fecit in culturam agrī sui, antequam ipsis nuberet.
16. Dispositio juris Saxonici, qua post ultimam demum curant fructus antiquo possessori, ejusvè heredibus tribuit, nec ad casum retrovenditionis, nec legati extendi debet.
17. Venatio bōdis inter Regalia refertur, nec privato in suo etiam territorio venari licet, si non concessione speciali probaverit.
18. Venationis iura specialiter alicui concessā, per non usum longissimi temporis haud amittuntur, quando occasio venationem exercendis non obicitur.
19. Fructus civiles, puta annos reditus, census, decimas &c. heredes allodiales solummodo ex casu libe crantur, si vivente Vasallo dies solutionis cesserit.
20. Intratricessimum etiam exigibilis fructus civiles, ad Vasalli defuncti heredes pertinent.
21. Exiguntur quoq; annui Rodius & fructus civiles ab heredibus defuncti Vasalli allodialibus, si paulo post tricessimum terminus solutionis cesserit.

## CONSTIT. AC DEFINIT.

22. Facta licet alienatione fundi emphyteutici vel censitici, vivente adhuc *Vasallo*, si tamen ab ipso non investiatur novus possessor, heredibus allodialibus non debetur *Laudemium*.
23. Fructus naturales adhuc pendentes, in foro Saxonico, non ad defuncti possessoris heredes, sed una cum fundo ad novum possessorem pertinent.
24. Nec poma, pira, aliosq; fructus similes, adhuc in hortis & pomariis *Vasalli*, heredes allodiales interruntur.
25. Fructus ex ramis mearum arborum decidentes in fundum vicini pertinent ad ipsum vicinum.
26. Pisces fructificationis causa stagno immisiti, cedunt heredibus *Vasalli* defuncti eo tempore, quo stagnum mox est piscabile.
27. Propinquius autem quando est tempus mortis possessori injectioni piscium in stagnum, quam pescationi, pisces una cum stagno ad novum possessorem pertinent.
28. Bonae fidei possessor naturales simul & industriales fructus restituere tenetur, non solum extantes, sed & consumptos, quatenus ex iis factus est locupletior.
29. Extantium tamen & consumptorum fructuum repetitionem impedit prescriptio annalis in foro Saxonico.
30. Male fidei possessor fructus perceptos, ac percipiendos pariter restituere tenetur.

### CONSTITUT. XXXIII.

Defuncto marito, num *Vidua* ejus *Geradam*, comedibilis, donationem propter nuptias, & dotalitium, propriâ autoritate retinere vel accipere possit, an verò ab heredibus mariti illa petere & accipere teneatur?

Definit.

1. Defuncto marito, *Vidua* *Geradam*, sponsalitiam largitatem, & dotalitium propriâ autoritate accipere & occupare potest.
2. Expectare tamen debet *Vidua*, jura sua occupans, trigesimum diem à morte mariti.
3. Comedibilia ne quidem post trigesimum *Vidua* propriâ autoritate, absque voluntate heredum apprehendere vales.
4. Non tamen perdit jus suum *Vidua*, lacra muliebria intra trigesimum, comedibilia verò post trigesimum propriâ autoritate apprehendens.
5. *Vidua* lucra muliebria propriâ autoritate apprehendens beneficio inventarii, vel juramento quid accepit, indicare tenetur.
6. Heres vel alius quisvis, immiscens se bonis ac hereditati defuncti inventarium exhibere, vel hereditatem jurato indicare tenetur ei, cuius id scire interserit.
7. Ab omnibus iis, qui administrationi bonorum alienorum se immiscent, inventarium vel jurata specificatio exigi potest.
8. Sufficit tamen alterutrum, inventarii nempe exhibito, vel jurata specificatio, nec utraque simul potest exigi.
9. Non exonerat heredem à prestatione juramenti inventarium, quod virtio aliquo laborat.
10. Ex eo solo, quod confessionem inventarii obsignatio bonorum defuncti vel nulla, vel non statim precesserit, heres inventarium juremento suo corroborare tenetur.
11. Quavis fraudis suspicio heredem aggravat, ut supra inventarii exhibitionem res hereditarias etiam jurato indicare teneatur.
12. Non obstringitur heres ad prestationem juramenti

ex eo solo, quod ignarus rerum quarundam eas inventario inferri non fecerit.

13. Inchoari & perfici debet inventarium infra tres menses, nisi justa causa id impediat.

14. Heredes ejus, qui occupavit hereditatem, deficiente licet inventario, jurare non tenentur.

15. Referri nequit juramentum, quô heres in casu defcientis inventarii hereditatem indicare tenetur.

16. Heres non exhibens inventarium, si jurare nolit, potest actor adversus eum in item jurare.

17. Ex communi hereditate sumptus pro conficiendo inventario exsolvuntur.

18. Non tenetur in foro Saxonico heres ultra vires hereditatis, si inventarium confecerit, vel omisit inventarii confectione, vires hereditatis jurato indicare velit.

19. In foro Saxonico Creditor, debitori suo heres existens, non perdit creditum, etiam si inventarium non confecerit.

20. Ad sponsalitiam largitatem, seu *Morgengabam*, pertinent pecudes famelle cujus generis.

21. Non etiam pecudes masculini Sexus ad *Morgengabam* pertinent.

22. Nisi post mortem mariti ante trigesimum, vel divisionem fuerint procreata.

23. Ex pradio etiam conducto *Vidua* sponsalitiam largitatem petere valet.

24. De omnibus defuncti mariti praediis, *Vidua* debetur sponsalitia largitas, sive *Morgengaba*.

### CONSTITUT. XXXIV.

Jure esculentorum & poculentorum seu comedibilium, num viduae quid debeatur ex iis frugibus, que tempore mortis mariti in agro reperiuntur, ante diem tam trigesimum horreis condantur?

Definit.

1. **V**ocabulo germanico : (*Leibgut*) denotatur saltē dotalitium, non etiam reliqua jura muliebria; ut *Gerada*, *Morgengaba*, & cibaria domestica.

2. Nomine : (*Wuſtheil*) debetur *Vidua* nobili dimidia saltem pars omnium cibariorum, que post diem trigesimum à morte mariti supersunt.

3. Nihil percipit *Vidua* de Cibaris, qua post mortem demum mariti, licet ante trigesimum, inferuntur.

4. Nec de frumento tempore obitus mariti jam demeso, & in fasciculos colligato, *Vidua* jure comedibilium quicquam lucratur, licet intra trigesimum in horreum reponatur.

5. Medietas frumenti, à subditis annuatim prestanti, ante obitum haud soluti, non cedit *Vidua* jure comedibilium.

6. Dimidia pars frumenti mutuo alicui dati, non debetur *Vidua* jure comedibilium (cum *Wuſtheil*.)

7. Comedibilibus tamen accensetur frumentum, ad forum alio vendendi causa transmissum, nondum venditum.

8. Pertinet etiam ad comedibilia frumentum illud, quo agri sunt conferendi.

9. Salvâ dimidiate comedibilium *Vidua* competenti, sustentari ea debet ex bonis defuncti, si post trigesimum jure retentionis utatur.

10. Vivente marito, mulier comedibilia petere non potest.

### CONSTITUT. XXXV.

*Hordeum*, *tupulus*, & frumentum *Saracenicum*, *Hemp* deponi, num esculentis & poculentis accensenda?

Definit.

1. **Q**uellenam res Appellatione comedibiliū teniant, & *Vidua* cedant?

(I) 2

2. Por-

# INDEX

2. Porci saginatae cibarii adnumerantur, licet tempore obitus mariti nondum mortali fuerint.
3. Vicia (Wicken) non accensetur comestibiliis.
4. Frumentum etiam nondum tritum acum, ad comestibiliis pertinet.
5. Hordeum & frumentum Saracenicum, (Gersten und Hundeckel) non adnumerantur comestibiliis.
6. Nec lupulus accenseri deber comestibiliis.
7. Conservudine tamen introduci potest, ut frumentum parvum Saracenicum, hordeum, ac lupulus Vidua jure comestibilem cedant.
8. Potentia fuit hordeum refocatum, (Weiz) rectissime adnumeratur comestibiliis.
9. Nisi commercii causa ad vendendum cerevisiam hordeum fuerit rostum.
10. Frumentum Saracenicum, mold contusum, & (Grütz) preparatum comestibiliis accensetur.

## CONSTIT. XXXVI.

Jure esculentorum & poculentorum quantum vidua debetur, & num indistincte dimidia pars omnium, quae post trigesimum diem à morte defuncti super sunt?

Definit.

1. **V**idua indifferenter de omnibus cibariis, etiam viatum unius anni excedentibus, pars dimidia jure comestibilem debetur.
2. Non solum ex feudo, sed ex aliis etiam mariti defuncti prediis allodialibus, comestibiliis, alias jura mulieribus Vidua Nobili debentur.
3. Comestibiliis, aliae jura mulieribus Vidua ex omnibus defuncti mariti prediis, licet is alibi habitis erit, petere valet.
4. Etiam ex prediis, sive extra territorium Saxonicum, Vidua comestibiliis debentur.
5. Non etiam, si comestibiliis certo prediorum usu fuerint destinata & addicta.
6. Ex prediis certa pensione à Marito conductis, Vidua non minus comestibiliis, ac sponsalitiam largitatem vel Geradam petere potest.
7. Pensionem tamen, ex locato debitam, Vidua comestibiliis, aliavè jura mulieribus petens, pro rata exsolvere, nec non inventarium resarcire tenetur.
8. Ex predio, marito abhuc vivente vendito & alienato, vidua Geradam, Morgengabam, & cibaria domestica petere nequit.
9. De Morgengabam & Cibariis domesticis, ac alienum, mariti defuncti in subsidium est exolvendum.
10. Morgengabam & comestibiliis anno & die prescribuntur in foro Saxonico.

## CONSTIT. XXXVII.

Mulier nobilis ex conservudine quotam hereditatis defuncti mariti accipiens, an & illa, qui alias jure Saxonica mulieribus nobilibus debentur, petere possit?

Definit.

1. **N**on succedit Vidua jure Nobilium in dotalicio, morgengabam & comestibiliis, si maritus defunctus non fuerit nobilis.
2. Defuncto ergo marito plebejo, Vidua ejus non petere potest comestibiliis, vel morgengabam, licet ipsa ex genere Nobilis sit procreata.
3. Audienda est Vidua Nobilis, si relitto jure dotalicio morgengabam, & comestibiliis, ad instar Vidua plebeja succedere, & portionem statutariam petere velit.
4. Quoram statutariam vel hereditatis Vidua non

- sum dotalicio, cibariis domesticis, aliisque juribus mulieribus petere non potest.
5. Nec Vidua bona illata representi debentur comestibiliis, & largitatem sponsalitiae.
6. Liberum tamen est vidua, iura ac lucra, mulieribus Nobilibus competencia eligere, vel quoram hereditatis petere.
7. Quandoq; vidua Nobilis una cum hereditatis quoam etiam jura mulierum Nobilium capiat, si nempe hoc marito placuerit, vel de eo expressè conventu fuerit.
8. Donatum in mortis casum, Vidua Nobilis una cum Morgengabam, comestibiliis, aliisq; juribus mulieribus petere valet.
9. Rem certam & particularem ex testamento mariti Vidua una cum dotalicio, & juribus mulieribus petere haud prohibetur.
10. Filie Nobiles una cum portione hereditatis, etiam Geradam capiant ex bonis defuncta matris.

## CONSTITUT. XXXVIII.

Jus retorsionis an & quatenus locum habeat adversus eos, qui legata, fideicomissa, vel mortis causa donata, ex locis sue jurisdictioni subjectis alio transferri, nisi certa aliquæ parte detracta, non patiuntur, quemadmodum nec ea, que ad Geradam, vel res ex peditorias pertinent?

Definit.

1. **A**Quis illius Retorsionis exercetur adversus eos, qui hereditatem, legata, fideicomissa, &c. ex locis sue jurisdictionis absq; certa partis detractione alio transferri haud patiuntur.
2. In Gerada etiam seu bonis utensilibus jus retorsionis locum habet.
3. Exerceri potest jus Retorsionis non solum contra extera loca, sed etiam contra Civitates alias Provinciarum Saxoniarum.
4. Uti licet jure Retorsionis adversus eas quoq; civitates, ex quibus Gerada saltem ex parte, puta Niffelgerada, Cognata alibi degenti defertur.
5. Non prohibetur Civitas exercere jus Retorsionis in rebus, ad geradam pertinentibus, exinde, quod Gerada ibidem usitata non est.
6. Non removetur jure retorsionis Cognata in extera locis, ubi Gerada non est usitata, quando mulieris, in Saxonia defuncta, famul beres ab incesto existit.
7. At cognata in extera locis, ubi Gerada non est usitata, quando famul beres proxima non existit, haud petere valet Geradam in Provinciis Saxoniciis.
8. Retorsionis jus non nisi Civitatis opponitur, que antea contracivitatem retorquentem, in qualitate exercevit.
9. Non praesumitur civitas exercuisse iniquam conservudinem contra unam, vel aliam civitatem, nisi in specie id probetur.
10. Retorsionis jus non ab incolis, sed à solo Magistratu exerceri potest.
11. Gerada aliae res, jure Retorsionis retenta, non Magistratus cedunt, sed reliquis hereditibus, in parigradiu existentibus, accrescentur.
12. Non verò existente alio herede in parigradiu, secundus à proximiori excluso ad successionem admittitur, licet alibi commoretur.
13. Nullis autem Cognatis feminis aliis existentibus, Gerada jure Retorsionis retenta non ad masculos, sed ad Magistratum, pertinet.
14. Bona utensilia, aliae res jure retorsionis in civitate retenta, illi cedunt Magistrati, qui alcum habent jurisdictionem, sive merum Imperium, (dicit Dicte Et cetera.)

## CONSTIT. AC DEFINIT.

15. Adeum Magistratum pertinent res jure Retorsionis retenta, sub quo defunctus habuit domicilium.
16. Gerada ergo defuncte mulieris, deficientibus Cognatis feminis, cedit lucro Magistratus domicilii, licet mulier alibi decesserit.
17. Non percipit Magistratus Geradam defuncta mulieris, que domicilium habuit eo in loco, ubi Gerada profrus non est usitata.
18. Non amittit quis domicilium ex eo, quod per tempus alibi fuerit in famulitio alicujus Domini.
19. Non potest Magistratus exercere jus detractionis vel gabellarum, antequam id statuto vel consuetudine introductum probaverit.
20. Non heres, sed legatarius detractionem sive gabellam de re legata ex solvere tenetur.
21. Res expeditoriae, deficientibus heredibus masculis, magistratui cedunt.
22. Prefertur tamen Magistratui in rebus expeditoriis Agnatus defuncti, etiam si alibi commoretur, modo in loco, contra quem jus retorsionis nequeat exerceri.
23. Ad successionem rerum expeditoriarum admittuntur Agnati, exclusis feudi successoribus, qui jure agnationis defuncto haud fuere conjuncti.
24. Civibus ac Rusticis non nisi ex speciali alicujus loci consuetudine res expeditoriae debentur. (ries?)
25. Quanam species computentur inter res expeditoriae.
26. Equa, (Mutterpferde) non referuntur inter res expeditorias.
27. Nec equus, quem defunctus certa mercede alias locare solitus fuit, rebus expeditoriis accensetur.
28. Pertinet tamen Equus ad res expeditorias, licet eo defunctus ad proprium agrum colendum, sua negotia expedienda usus fuerit.
29. Referuntur Equae, (Die Mutterpferde) adres expeditorias, sed consuetudine introductu probetur.
30. Consuetudine introduci potest, ut instrumenta Opificis mechanica, ut & omnia Viri vestimenta rebus expeditoriis accensentur.
31. Inter plures agnatos, pari in gradu existentes, res expeditoriae equaliter dividuntur, excepto gladio, quem natu major precipuum habet.
32. Defectum rerum expeditoriarum non tenentur resarcire heredes viri defuncti.
33. Agnatus, ante tricesimum res expeditorias proprias autoritate apprehendens, eas haud perdit.
34. Non valet testator alienare Heergewettam in prejudicium proximioris Agnati, per testamentum, aut donationem morris causa.
35. Res expeditoriae in preddio etiam condito reperta, Agnato cedunt.
36. Nepotes cum filiis ad successionem rerum expeditoriarum in stirpes admittuntur, ac jure representacionis gladium avi defuncti precipuum habent.
37. In successione rerum expeditoriarum non nisi unicum vinculum agnationis scilicet attenditur.
38. Non admittuntur clerici ad successionem rerum expeditoriarum.
39. Nec relinquunt clericis res expeditorias.
40. Culcitra milicaria debetur Agnato, antequam Vi-  
dua superstite de Gerada satisfiat.
41. De rebus expeditoriis, saltem in subsidium, as defuncti alienum exsolvitur.
42. Debitum nomine rerum expeditoriarum contra Etum, de bifice ab Agnato est exsolvendum, licet aliqua supersitis bona hereditaria.

## PARTIS QUARTÆ, CRIMINALIA CONTINENTIS,

### Constitutio I.

#### De pœna blasphemie.

#### DEFINITIONES.

1. **M**aledicentes Deo aquæ ac blasphemantes gladio feriri debent.
2. Blasphemantes quoque S. Sacra menta mortis supplicio subjugandi sunt.
3. Quandoque sola fustigatione vindicatur blasphemia, licet immediatè in Deum commissa: Sed nunquam boidi abscissione lingua in Provinciis Saxoniciis.
4. Non eximis blasphemantes à penâ mortis ordinariâ ebrietate, si tanta non fuerit, ut mentis quasi exilium induxerit.
5. Beatam virginem blasphemans non effugere posset penam, saltem extraordinariam.
6. Jurantes vel maledicentes per Sacra menta, passionem Christi, in Provinciis Saxoniciis ultra penam arbiculariam, quam luunt, etiam pro foribus tabernarum vel templorum publicè existuntur.
7. Non indulgendum est nobilitati in crimen maledictionis per Sacra menta aut vulnera Christi.
8. Nec mitiganda est pena maledictionis ei, qui primâ solummodo vice delinquit.
9. Cognitio de crimen blasphemie, ejusq; coercitio non ad Ecclesiasticam, sed seculararem judicem spectat.
10. Extraordinariâ saltem puniuntur, qui solo facto sacra Sacra menta profanant.
11. Non sunt immunes à penâ extraordinariâ fibimur ipsi maledicentes.

12. Turbaeores sacrorum non semper ultimo supplicio, sed quandoque arbitriariâ puniuntur.
13. Non errat judex dictans penam maledicentibus Principi, qui Imperator non est.
14. Qui non est subdicus nisi ratione foudi, haud dicitur committere crimen lesa Majestatis.
15. Non uniformis est pena criminis lesa Majestatis; ne plurimum tamen capitalis.
16. Ex bonis mariti confiscatis deducitur dos, & omnes as alienum, sicut & dotis augmentum.
17. Privati carceres prohibiti quidem sunt regulariser, sed tamen ex justâ causâ permiscuntur.
18. Reus in uno foro licet condemnatus ad penam, si tameam non solverit, vel hoc nomine cautionem præstiterit in alio foro ob idem delictum potest puniri.

### CONSTIT. II. De penâ Magorum & ariolorum.

#### Definit.

1. **T**um demum igne cremantur malefici, si cum demone fædus inierint, eique se obstrinxerint.
2. Expressa pactio cum demone panam ignis meretur, etiam si nemini à maleficis damnatum fuerit datum.
3. Sage & Lamia cum Demone concubentes, igne cremantur, etiâsi nulla pactio expressa intercesserit.
4. Com-

# INDEX

4. Commixtio Satanaica dissolvit matrimonium, si forsitan contingat, Sagas vel Lamias haud mortis supplicio puniri.
5. Nunquam ultimo supplicio sunt afficiendi malefici, antequam de corpore delicti, vel ex presumptionibus saltem verisimilibus confitentur.
6. Malefici, citra passionem cum Demone initam, arbitriis magicis hominibus vel iumentis nocentes, gladio non igne puniuntur.
7. Gladio quoque plebendis sunt malefici, qui cum Diabolico quicquam commercii habent.
8. Sortiaris, (die Segensprediger) non mortis supplicio, sed extraordinarie puniuntur.
9. Pana faminarum, qui juvenes in capro sibi aduehi curant.
10. Mitiganda est pena maleficis, qui nondum accusati vel incarcerati agunt peccitantiam.

## CONSTIT. III.

*De pœna parricidii, in parentes, liberos vel proxime conjunctos commissi.*

Definit.

1. Parentes non solummodo liberos, sed et nepotes, aut proneptores occidentes, pœna parricidii, qua est Culei, plebendi sunt.
2. Non eò minus Culei supplicio subjacent parentes, quod liberos salte incestuosos et adulterinos necaverint.
3. Non tuò indicere potest judex parricidii pœnam ei, qui filium ex scorso publico procreatum occidit.
4. Cessat pœna Culei in Vitrice, Novercâ, vel Socero, occidentibus privilegium, vel generum.
5. Nec viericum vel novercam sacerum vel socrum occidentes, culei supplicio subjugandi sunt.
6. Mariticidium quoque pœna Culei asperrima vindicatur.
7. Reiteratio infanticidii uskulatione ferris carentis punitur, non ex numero infantum occisorum, sed reiterati parricidiis.
8. Pari supplicio supponuntur, qui fratrem utring, et ex uno duxit at latere conjunctum necant.
9. Pœna in fratricidas constituta plebendus quoque est, qui patrum occidit.
10. Nec nō is, qui fratrius aut sororis filius, filiam uide necat.
11. Occisor quoque affinis, qui sororis sue maritus est, ad pœnam gladii trahita illigatus debet raptari.
12. Ex Lege Cornelii de scacris punitur, qui absque proposito occidendi, dolosè tamen parricidium committit.
13. Nunquam punitur mortis supplicio parricidium, ex sola culpâ, licet latissimâ, commissum.
14. Ex culpa levi, et levissima perpetratum parricidium, vix severiori, quam carceris aut relegationis pœna coeretur.
15. Ex confessione dubia et obscura Reus subjugandus est pœna parricidii, sed sub tormentis de veritate interrogandus.
16. Non deveniendum est ad pœnam parricidii ordinariam, priusquam de corpore delicti constet, saltem ex officiis hominie occisi.
17. Constat potest de corpore delicti ex validissimis et urgentissimis indiciis, ad hoc, ut pœna parricidii ordinaria infligi queat.
18. Mirius agendum cum feminâ, qua ex stupro violento procreatum infantem necavit.
19. Filius graviter percutiens ac vulnerans patrem, fustigari debet; nisi ipsem pater offensus pro eo intercedat.
20. Propter leviorum verò offenditionem, liberi mitius, vel sole relegatione vel carcere puniuntur.

## CONSTITUT. IV.

*De pœnis procurantiam abortum.*

Definit.

1. Abigentes partum vitalem, indifferenter gladio feriuntur, sive parentes ipsimet fuerint, sive extranea persone.
2. Non potest animadvertisi mortis supplicio in abigentes partum, qui nondum fuerit vitalis.
3. Non infligenda est mortis pœna abigentibus partum, sive efficacia medicamenti non constet, aut factus remanserit vivus.
4. Mater vlm utero inferendo, partum vitalem necans pœna gladii plebenda est.
5. Gladio punienda est mater, que infanti non subveniendo, cum in squalore & stercore mori finit.
6. Nec graviori supplicio est subjicienda mater, que infantem dolosè in cloacam emitit.
7. Gladio ferienda est mater necans filium prematurum & imperfectum.
8. Expositio infantis fustigationis pœnam meretur, si non vivus & incolmis infans fuerit repertus.
9. Temporalis verò relegatione vel carcere saltem animadvertisitur in expositionem infantis, si hic vivus & incolmis remanserit.
10. Onus alendi infantem expositum incumbit judicii, qui eo in loco, ubi reperitur, merum habet Imperium, sive jurisdictionem superiorum.

## CONSTIT. V.

*De pœnis illorum, qui tempore pestis curæ sue commissos interimunt & spoliant, vel necessaria illis non subministrant.*

Definit.

1. Vesillones aliènè, agroros, curæ sue commissos, spoliis causa occidentes, Rota supplicio sunt plebendi.
2. Absque intentione verò spoliandi in agroros commissum homicidium, gladii pœna vindicatur.
3. Pœna arbitrarie, carceris vel relegationis, subjacent, qui agroros curæ sue commissos culpâ & negligentiâ perire sanunt.
4. Ob latrocinium non solum in via publicâ, sed etiam in edibus privatis commissum, Rei supplicio Rotamancipandi sunt.
5. Latrociniis reus rotâ contunditur, quantumvis ex latrocino nil prorsus fuerit lucratus.
6. Latrociniis pœnam incurrit, qui aliquem, eo fine occidit, ut cum ipsius Vidua matrimonium contrabere queat.
7. Rota supplicio quod puniendus est, qui Socium criminis occidit, ne furtum perpetratum manifestetur.
8. Ob solam spem futurae numerationis, Latrocinium perpetratum pœnam Rota meretur.
9. Fur deprehensus in furto, si occidat deprehensorum, pœna latrociniis plebendus est.
10. Nisi homicidium eo fine à fure commissum probetur, quo vitam redimeret.

## CONSTITUT. VI.

*Occidens unum ex errore, cum occidere veller alium, num pœna ordinaria gladii sit plebendus?*

Definit.

1. Error in persona hominis occisi commissus, non juvat occisorem, quo minus ordinaria tenetur homicidii pœna.
2. Gladio feriri debet, qui volens necare Titium, occidit Cajum proxime ibi adstantem, vel prætereuntem.
3. Eademque pœna tenetur, qui mediatorem, in rixa intervenientem, occidit.
4. Nisi ab alio insultatus, se defendere voluerit.

5. Non

## CONSTIT. AC DEFINIT.

5. Non indulgendum est ei, qui ex calore iracundia homicidium commisit.
6. Mandans aliquem occidere, tenetur aquae pena homicidii, ac si ipse met propria manu occidisset.
7. Nisi mandatarius alias quoque mandato lices hanc interventione fuisse occisurus.
8. Mandatarius accipiens peccatum ut occidat, tanquam assassinus Rota supplicio punitur.
9. Assassinator parricida pena cullei plebendus est.
10. Locum habet pena assassinii, si fuerit merces promissa, licet non exsoluta.

### CONSTITUT. VII.

De pena plurium, in rixa vel ramalem unum aliquem occidentium.

Definit.

1. **I**n turba vel rixa homicidio à pluribus commisso, si de vero occidente certò hanc constet, neuter mortis supplicio, sed omnes extraordinariè puniuntur.
2. In occidorem tamen mediante tortura inquirendum est, si indicia adhuc sufficiantia.
3. Pluribus reperitis vulneribus in cadavere occisilebilibus, singuli vulneratores, siccrescant, pena mortis plebentur.
4. Non omnes, qui rixa interfuerunt, sed saltem qui percusserunt, penam incurruunt.
5. Pluribus unum vulneribus, neuter mortis pena plebendus est, si vulnera singula letalia non fuerint, licet omnias simul juncta mortem insularint.
6. Conspirantibus pluribus in aliquid necesse, tenentur omnes mortis supplicio, etiam si unus saltem percussit et occiderit.
7. Ob idemque homicidium in rixa perpetratum, unus quandoque mortis supplicio, alter vero tamen modò arbitriaric punitur.
8. Homicidium licet non animo occidendi commissum, si tamen dolosum fuerit, gladio punitur.
9. Ita si lapidem aliquem interficiens, gladio foriri non debet.
10. Nisi occisor lapide graviter percusserit.

### CONSTITUT. VIII.

De eo, qui hominem se occidisse facetur, addens, si defendendi sui causa fecisse, probare autem id non potest.

Definit.

1. Extraordinariè puniendum est Reus, si ab occidente insultatum probet, licet moderamen inculpata rurela docere queat.
2. Exemptus est à pena ordinaria Reus qui saltem ex culpacione moribundi defensionem suam probat.
3. Quandoque Reus, defensionem allegans, ad iuramentum purgationis admittitur.
4. Defensionem allegans, si eam probare nequeat, mediante torturam interrogari debet.
5. Non tamen ad torturam deveniendum est, si occisor saltem presumivè doceat defensionem, ex quo arbitriaric puniri potest.
6. Presumivè etiam occisor purgare potest dolam, at saltem ob culpam arbitriaric punitur.
7. Reus etiam delictum confessus, aut de eo convictus, admittendus est ad deductionem defensionis et innocentie.
8. Audiende quoq; sunt persona conjuncta, Rei defensionem deducere volentes.
9. Terminus ad probationem defensionis praefixus etiam quinta et sexta vice prorogari potest.
10. Inquisitus ad deductionem innocentie admissus, licet nihil probaverit, denonciantur se offerens angustiis debent.

### CONSTITUT. IX.

De pena provocacionis alias ad pugnam.

Definit.

1. Provocans aliquem ad duelum sine pugnam, arbitrariè punitur.
2. Non evadere potest provocans penam homicidii ordinariam ex eo, quod in duello provocatus necaverit.
3. Etiam si in duello primam succubuerit.
4. Nunquam pretendere potest defensionem occisor, si facit autor Rixæ.
5. Non sunt immunes Studiosi in Academia ab ordinaria mortis pena, qui homicidium perpetraverunt.
6. Non valet statutum homicidii, Reos à pena mortis eximent.
7. Nec princeps ex potestate plenaria homicidii Reis penam moris remittere valet.
8. Clerici quoq; propter commissum homicidium à Magistratu Politico multantur.
9. Homicidium ex propositio et previa animi deliberatione commissum, non graviori, quam gladii pena coercetur.
10. Nisi judex post executionem pene, Cadaver Rota affigendum arbitriatus fuerit.

### CONSTITUT. X.

De pena illorum, qui verbis contumeliosis provocati, alium vel vulnerant, vel occidunt.

Definit.

1. Unquam pñd mortis, vel corporis afflictiva plectitur, qui verbis contumeliosis provocatus ad duelum provocantem occidit.
2. Enfusigationis tamen penam hanc effugiet, qui absq; verbis contumeliosis provocatus ad duelum, necat provocantem.
3. Ad exsolutionem quoq; W. erigandi condemnatur provocatus, qui necavit provocantem.
4. Insultatus non tenetur insultanti vulnerato ad expensas, in curatione factas.
5. Pena arbitriaria plerumq; tamen fusigatione plectitur, qui alapa insultatus percussorem occidit.
6. Pena homicidii ordinaria exemptus non est, qui iuris lacescens injuriante occidit.
7. Nisi judex pro ratione circumstantiarum, et qualitate personarum, occidorem micus puniri existimaverit.
8. Marius adulterum, cum uxore in adulterio deprensum, impune non occidit, quantumvis hoc casu pena saltem arbitriaria obtineat.
9. Multa pecunaria, in quam conversa est pena corporalis, non principi, sed judicii, qui merum habet Imperium, tribuenda est.
10. Offensio jocosa non liberat occidorem à pena homicidii ordinariæ.

### CONSTITUT. XI.

Is qui ob excessum in defensione commissum relegantur, num insuper etiam W. erigendum interfecti propinquis in foro Saxonicæ solvere teneantur?

Definit.

1. W. erigendum, quod hominū occisi hereditibus debetur, penam civilem non excludit.
2. Nec summam multam judicii ex solvendam.
3. Non condemnandus est Reus ad exsolutionem W. erigandi, quando plectitur pena corporis afflictiva.
4. Pluribus existentibus occisoribus, quilibet integrum W. erigendum solvere teneatur.
5. Fama occisa, dimidium saltem W. erigendum ab occidente exigitur.

¶ ipsa

# INDEX

6. Ipsa tamen fastina si masculum occiderit, integrum tenetur praestare. Verigeldum.
7. Exilio punitur Reus, qui propter inopiam, Verigeldum exsolvere hanc valeret.
8. Non condemnandus est Reus ad prestationem Verigeldi, iudice super homicidio, ex officio procedente.
9. Nisi heredes occisi vindicta Magistratus commiserint.
10. Heredes necem defuncti hanc vindicantes, hodie se indignos reddunt hereditate ejus.
11. Ex hereditate rāmen occisi heredes ejus judicii inquieti sumptus suppeditare tenentur.
12. Princeps pēnam occisi remittendo, non prejudicat heredibus occisi in Verigeldo.

## CONSTITUT. XII.

Punito ob homicidium reo, an ad expensas quoque litis & damna agi possit?

Definit.

1. **R**eus homicidii, ad mortis supplicium, vel pēnam corporis afflictivam condemnatus, non tenetur restituere expensas judiciales.
2. Sicut nec alterius cujaque criminis Reue, qui morte vel pēna corporis afflictiva plectitur.
3. Cuiusq; criminis Rei condemnandi sunt in expensas judiciales, quando relegatione, carcere aut multa pecuniaria puniuntur.
4. Expensas factas in probatione defensionis ipsemet Reus tenetur restituere, quantumvis pēna mortis, vel corporis afflictiva plectatur.
5. Incarceratus ipsemet de vietū sibi propiscere tehetur.
6. Subdit ex consuetudine obstricti ad prestationem expensarum criminalium, non solvunt eas, si Reus extra locum judicii puniatur, nisi consuetudo specialis de hoc casu doceatur.
7. Alimenta Vidua intersecti non debentur ex bonis homicidae, capite puniti.
8. Excessus defensionis semper pēnam ordinariā, & excessus inculpata defensionis extra ordinem pro arbitrio judicis coērcentur.
9. Actio ex delicto descendens non transfit ad heredes, ne quidem rei persecutoria ante litis contestationem.
10. Ebrietas modica non excusat homicidiam à pēna ordinaria.

## CONSTITUT. XIII.

Infidiosae obfessiones itinerum qualiter sunt puniende?

Definit.

1. **C**rimen fracta pacis publice etiam in privatis hominibus gladio punitur.
2. Infidiosae viarum obfessiones verò extra ordinem saltem, arbitrii coērcentur.
3. Fustigazione vel manus amputatione quandoq; puniuntur itinerum obfessiones.
4. Eādemq; pēnam arbitrii plectendis sunt, qui securitatem domus violant. (den. Hauffrieden breschen.)
5. Vigiles in excubis stantes qui pulsat aut vulnerat, amputatione manus puniuntur.
6. Expugnatores rāmen adiūcū, quandoq; ex constitutione fracta pacis gladio feriuntur.
7. Quandoq; etiam adiūcū expugnatores & depradatores pēna Robbariae plectuntur.
8. Effractores carceris quoq; ex Constitutione fracta pacis publica gladio feriuntur.
9. Arbitrii plectendi sunt pēna, qui aliquem in loco publico & privilegiato vulnerant aut percutiunt.
10. Non puniuntur culpa, si de ea fuerit trans actum in eis partes, antequam Magistratus deferatur.

## CONSTIT. XIV.

Ordinatio Provincialis gladii pēnam statuens in diffidatores num & cum comprehendas, qui literas diffidatorias scribit, quiq; incendia minitantes, signa hostilis bujus ipsorum animi alicubi suspendunt, vel affigunt?

Definit.

1. Diffidatio pro crimine fracta pacis habetur.
2. Diffidatores pēnam fracta pacis publica tenentur, & gladio feriuntur.
3. Gladio puniuntur diffidatores, etiam si ad actum non pervenerint, nec quicquam damni dederint.
4. Ob id solum, quod quis scripserit literas diffidatorias, pēnam gladii plectti non debet, nisi & eisdem emiserit vel affixerit.
5. Pēnam diffidationis incurrit, qui literas diffidatorias alieno nomine scripsit, atq; obtulit.
6. Non liberat diffidatorem à pēna ordinariā mandatum diffidationis.
7. Nisi mandatarius juramento suo proberet, quod literarum contenta nesciverit.
8. Pēna quoque gladii tenetur, qui signa hostilia ac diffidatoria suspendunt.
9. Etiam si animus minus exequendi non habuerint.
10. Tenentur etiam pēnam diffidationis, qui post minicationem verbalem, ad loca suspecta profugunt.

## CONSTIT. XV.

Inter minaciones & diffidationes quid sit discriminis; & numquid ordinatio Provincialis diffidatores puniens, de iis quoq; intelligendas, qui verbis tantum hostilia minitantur?

Definit.

1. Non meretur veniam diffidatio conditionata.
2. Pro diffidatore etiam habetur, & gladio puniatur, qui saltem uni ex universitate incendium est minitans, signo inflammationis simul affixus.
3. Non est diffidator, nec gladio puniendus, qui alicui gladium, vel pugniam per literas minatur.
4. Sicut nec is, qui nudis verbis alicui minatur incendum.
5. Minas proferens verbales in carcere est detinendus, donec preficerit cautionem de non offendendo.
6. Cautio de non offendendo, vel per fidessores, vel pignora prestari debet.
7. Non inepte quandoque à muliere petitur cautio de non offendendo.
8. Cautio de non offendendo juratoria, non nisi volente minitato admittitur.
9. Non injungenda est praestatio cautionis Reo nisi de minis confessus, vel per duos testes convictus fuerit.
10. Minitatori incarceratedo, si non habeat is, unde se alat, à minitato alimenta sunt præstanda.

## CONSTITUT. XVI.

Literas diffidatorias qui affixit, si posse à paniteat, misiusne puniendus sit?

Definit.

1. In crimine diffidationis panitia liberat Reum à pēna mortis ordinariā.
2. Modo diffidator paniteat, antequam de crimine accusetur & incarceratedetur.
3. Extra Saxonia Electoratum affigentes literas, vel signa diffidatoria, hanc feriuntur gladio, si non etiam à domo sua simul profugiant.
4. Non licet principi in imperio Romano-Germanico subditi suis adversus aliena Provincie dominos, sive exterros decernere Repressalias.
5. Non facile, nec ad unius vel alterius subditi lesionem, sum

## CONSTIT. AC DEFINIT.

*sumus Princeps ad exercitium Repressarum  
doloris properare.*

### CONSTITUT. XVII<sup>1</sup>

*De Incendiariis, qui delictum non perfecerint.*

Definit.

1. **E**tiam in foro Saxonico, Incendiarii cuiusque Sexus & Ordinis, igne concremantur.
2. Suppicio ignis tenetur, qui proprias ades inflammat.
3. Non excusatnr Incendiarii à pena ignis ex eo, quod minimum damnum per incendium fuerit datum.
4. Flammis concremandi sunt Incendiarii, etiam si nullum prorsus damnum fuerit darum.
5. Non mereatur venientia Incondii Reus, quantumvis ad restitucionem damni se offerat.
6. Subjaces etiam ignis suppicio, qui pecuniam condonat ad alij incendit.
7. Astamen effectu band secuto, locator gladio solummodo plectendus est.
8. Mandans quoque & conductor in criminis Incendii flammis est concremandus.
9. Offensio precedens à pœna ignis ordinaria Incendiarium non excusat.
10. Pœnitentia liberat Reum in criminis Incendii à pœna ordinaria.
11. Incendiarii minorennis mirius sunt puniendi.
12. Nunquam severiori, quam fustigationis pœna coercendum est Incendium culposum.
13. Ex culpâ servorum & domesticorum tenetur parcer familiis ad restitucionem damni, per Incendium dari.
14. Nec tamen tenetur paterfamilias de culpâ mercenariorum, quos alii quoque diligentes patres familias ad certas operas adhibere solent.
15. Delictum vel solario juramento Creditoris aut debitoris probatur, si instrumentum, vel libri publici in Incendio perierint.

### CONSTIT. XIX.<sup>2</sup>

*De pœnis illorum, qui veneno pascua inficiunt.*

Definit.

1. Gne comburuntur, qui pascua venenant.
2. Qua raven pana cessar, si ex pratorum venenatione nihil damni datum fuerit.
3. Gladio sunt plectendi, qui bruta animalia veneno necant.
4. Veneno hominem necans, etiam in foro Saxonico pœna Rotæ plectitur.
5. Aggravare quandoque licet pœnam Veneficii, usutacione forcipum carentium.
6. Non infligenda est pœna Veneficii, priusquam constet, venenatum ex propinato veneno noxio mortui fuisse.
7. Conatus Veneficii non punitur mortis suppicio.

### CONSTIT. XIX.

*De pœna adulterii.*

Definit.

1. Extra Saxonia Electorarum Uxores adulterare virgines caduntur, & in perpetuum relegantur.
2. Eriam si viro tantummodo soluto sui copiam fecerint.
3. Eriam de jure communi Vir solitus ad feminam conjugatam prolapsus feriri debet.
4. Maritus ad feminam solutam accedens, de jure communi virgine casus in perpetuum relegatur.

5. At, feminam soluta, maritum alienum admittens, de jure communi arbitrarie, vel temporali relegatione, vel carcere panitur.
6. In Electoratu Saxonie, feminam conjugatam ob commissum adulterium aquæ gladio feriuntur.
7. Etiam si cum viris solutis se communiquerint.
8. Gladio feriri debet maritus in Electoratu Saxonie, ad feminam solutam prolapsus.
9. Femina vero soluta maritum admittens, in Electoratu Saxonie, virgis cesa in perpetuum missitur exilium.
10. Remissio Conjungis adulterium, adulterante à pœna mortis liberat.
11. Remissio Conjungis non liberat à pœna ordinaria Corrum adulterii.
12. Extra Saxonia Electorarum, remissio conjungis etiam in duplicato adulterio locum habet.
13. Simplici adulterio etiam in Saxonia Electoratu quinquennio prescribitur.
14. Vicennii prescriptio in adulterio duplicato locum habet, etiam in ditionibus Electoratus Saxonici.
15. Confessio in tortura facta sufficit ad infligendam pœnam adulterii, etiam si correus absens sit; & quid si Reus confessione revocata, denudo sponte suâ adulterium fuerit confessus?
16. Efficit quoque honor matrimonii, ut pœna adulterii, ante conjugium initum committi, mitigetur.
17. Nunquam probari potest adulterium testibus, sed confessio adulterii semper est necessaria.
18. Extraordinaria, fustigationis vel relegationis, pœna coegeretur conatus adulterii.
19. Reus debet puniri secundum Statuta loci, ubi deliquit.
20. Remissio Sponsa adultere facta à Sponso pœnitente, revocari nequit.
21. Maritus ad feminam solutam, passim se profiterentem, prolapsus, in terris Electoratus Saxonici gladio plectendus, nisi Uxor ei condonaverit delictum.

### CONSTITUT. XX.

*De pœna ejus, qui scions uxorem suam vivere, alteram ei superinducit.*

Definit.

1. Extra Saxonia quoque Electoracum Bigamie gladio feriuntur.
2. Pœna bigamie plectendus, qui conjugi vivente cum aliâ contrahit sponsalia de presenti, cumque eâ concubitis, taret non accessit benedictio sacerdotalis.
3. Si sola benedictio sacerdotalis, absque commixtione carnali non sufficit ad infligendam pœnam bigamie.
4. Conjungis intercessio Bigamum à pœna mortis non liberat.
5. Feminæ fiduciæ ignorancor marito alieno nubens, non est punienda.
6. Mitiganda est pœna binorum sponsaliorum, si posteriora non fuerint publica, sed clandestina.
7. Non subsistunt clandestina sponsalia, & quenam ista dicantur?
8. Publica sponsalia preferuntur Clandestinis, etiam si bisce arrba accesserit.
9. Non subsistunt sponsalia per verba dubia contrafacta.
10. Contrahentes sponsalia, ad consummationem matrimonii carcere, ac relegatione cogi possunt.
11. Ob favorem Cenjugis non dissolvendum est matrimonium legitime contractum.
12. Dis-

# I N D E X

12. Dissolvitur matrimonium, si uxor ab alio quodam impregnata & grava reperiatur.
13. Ob stuprum verò & fornicationem mariti, ante nuptias commissam, non permittendum est divorzium.
14. Non possunt cogi parentes, ut in sponsalia liberorum, purè absque suo consensu contracta, consentiant.
15. Sponsalia liberorum per concubitum consummata, non rescindenda sunt ex parentum dissensu.
16. Non prohibendus est adulter in uxorem ducere eam, quam antea per adulterium polluit.
17. Nec tutor pupillam in uxorem ducere prohibetur.

## C O N S T I T . X X I .

*Vidua an propter adulterium vivo marito commissum, ab heredibus dote sua & donationis proprie  
nuptias priuari possit?*

Definit.

1. In foro Saxonico una cum dote, etiam bona parapernalia uxoris adultera marito applicantur.
2. Amittit etiam ille adultera Geradam, que tamen non marito, sed proxima Cognata cedit.
3. Doralitium una cum dote ob adulterium à marito commissum, ipso vivente, peti potest à muliere.
4. Si maritus sciverit adulterium conjugis, heredes eius aduersus Viduam ad privationem dotis similiq; lucri experiri valent.
5. Modo maritus adhuc vivus indignationem animi sui ostenderit.
6. Mulier heres à marito instituta si post mortem ejus adulterii convincatur, ipso adhuc vivo, sed inscio commissi, hereditatem amittit, eaque non fisco, sed heredibus mariti ad intestato debetur.
7. Vidua ob adulterium vel stuprum in se admissum, post obitum mariti, dote non perdit, sicut nec Mengabam, Geradam, vel Cibaria domestica.
8. Etsi intra annum luctus luxuriosè vixerit.
9. Filia neque ob stuprum, neque ob incestum in se admissum privatur dote, vel hereditate paternâ.
10. Vidua intra annum luctus nubens, arbitriarie badii punitur.
11. Vidua non gaudet privilegio, quod ratione officii & professionis competit marito.
12. Mulier ad separationem agens, jure petit sumptus litis ex bonis mariti.

## C O N S T I T U T . X X I I .

*De penâ incestus commissi à personis utring  
solatis.*

Definit.

1. Incestuosi parentes & liberi gladio feriuntur.
2. Etiam si liberi sine naturales, & fornicatione a procreati.
3. Nisi minorentur, aliuvè sufficiens causa mitigationem pena suadeat.
4. Fratres & sorores carnaliter se commiscentes, virginis casu in perpetuum relegantur.
5. Incestus quoque, cum fratria sororiuè filio filiavù commissus, fustigazione & relegatione puniuntur.
6. Consobrini incestuosi, absque fustigazione, in perpetuum mitteruntur exilium.
7. Etiam si borum parentes ex uno salsem latere sint conjuncti.
8. Incestus cum patruo magno vel amicā magno commissus perpetua relegatione puniuntur.
9. Pro incestu vero, cum parentum consobrinis commissio, impetranda est temporalis relegatio.

10. Non excusatnr Collaterales, à penâ incestus ex eo, quod unus vel alter ex fornicatione fuerit procreatus.

## C O N S T I T . X X I I I .

*De penâ adulterii cum incestu conjuncti.*

Definit.

1. In adulterio, cum incestu inter ascendentēs & descendentes commisso, locus non datur remissioni conjugis.
2. Mitiganda verò est pena mortis ad conjugis intercessionem, si unus cum incestu inter collaterales fuerit commissum adulterium.
3. In casu rāmen, quo incestus collateralium fustigacionem meretur, adulterer incestus, pro quo conjuncti intercedit, virgis cadit in carcere, antequam relegetur.
4. Femina soluta, marito, consanguineo suo, in linea collateralis proficiens, severiori aliquo quam fustigationis supplicio affici non debet.
5. Privigna adhuc soluta, viri marito se proficiens, virgo casu in perpetuum mittitur exilium.
6. Ignorantia consanguinitatis excusat delinquentes à penâ incestus.
7. Per consummationem quoque matrimonii inter Consanguineos in gradu prohibitis contracti, committitur incestus.
8. Avunculi Viduam in uxorem ducere haud licet.
9. Neque uxor predefuncta Sororis filiam.
10. Semprator cum Sorore stuprata, aliave affini persona, ex fornicatione sibi conjuncta, matrimonium contrabere nequit.
11. Haud dissolvendum est matrimonium, in gradu prohibito linea collateralis contractum, & jam consummatum.
12. In favorem matrimonii, in gradu prohibito consummati, ex parte mitigari potest pena incestus.
13. Non tamen merentur veniam Conjuges incestuosi, prætendentes ignorantiam prohibiti matrimonii.
14. Summarie procedendum est in causis matrimonialibus.
15. Ex causa commissi incestus, nemo amiciti jus successionis in hereditate sibi delata.

## C O N S T I T U T . X X I V .

*De illicita commixtione illorum, qui affinitate  
juncti sunt.*

Definit.

1. Incestus à Virtrico & privigna commissus, fustigazione, & relegatione perpetua puniuntur.
2. Eadem quoque penâ tenentur reliqui affini personae incestuosi in linea ascendentē & descendente.
3. Sicut & sacer cum nuru concubens.
4. Virginis quoque casus in perpetuum relegari debet, qui cum Uxorū defuncta Sorore se commiscat.
5. Eademque tenetur pena, qui ad fratriū sui Viduam prolapsus est.
6. Affini incestuosi in gradu secundo linea inequaliter, absque fustigazione in perpetuum mitteruntur exilium.
7. Eadem relegationis perpetua pena plebendius est, qui cum Consobrini sui Vidua carnaliter se commiscat.
8. Nec non qui cum patruī magni Vidua incestum committit.
9. Temporalis verò relegatione puniuntur incestus, cum parentum Consobrinorum Viduo, viduave commissus.

## CONSTIT. AC DEFINIT.

10. Proinceps, cum Virrīcī aut privigni Vidue commisso, arbitriaria vel Carcerū, vel temporalis relegationis pena imponitur.
11. Inter affines in linea collateralē, nulla est hodiē probibitio Conjugii in secundo genere affinitatis.
12. Nunquam committetur incepitus in tertio genere affinitatis.
13. Absque speciali Magistratus dispensatione, nemo potest ducere in uxorem fratris sui defuncti sponsam.
14. Admittetur dispensatio matrimonii in gradibus, jure divino non probibitio.
15. Incepit committant affines in gradibus probibitio, sive ex utroque, sive ex alterutro tantum parente originem traxerint.
16. Non dissolvuntur sponsalia de presenti ob fureum, à Sponso Sponsave commissum, neque ex ucrinique diffusus muto.
7. Vel pānā severiori arbitriaria, Relagatione, aut etiam quandoque fustigatione.
8. Post quinquennium etiam, à stupri crimine elapsum. Stuprata docem petere valet.
9. Puella stuprum passa, non minus ac ipsem Stuprator, carceris pānam sustinet.
10. Maritus virginem aut Viduam stupranti, infancem alere temet.
11. Mulier stuprata tenet infantem alere, quando stuprator est pauper & inops.
12. Mitis debent puniri persone desponsatae, ante benedictionem sacerdotalem carnaliter se commissentes.
13. Partus septimestris legitimus est, quo cunque etiam die mensis septimi fuerit natus.
14. Nec pro illegitimo haberī debet partus, octavo mense editus.
15. Sub initio undecimi mensis partus nascitur legitimus, secus in fine undecimi, vel sub initio duodecimi mensis.

## CONSTIT. XXV.

De pāna ejus, qui mulierem captivam, custodia sua commissam, cognoscit.

Definit.

1. **F**ustigatione puniendus est, qui mulierem solutam captivam, custodia sua commissam, siue honestam, siue inbonestam, carnaliter cognoscit.
2. Absque fustigatione verò releganda est mulier, qua Commentariensi copiam sui fecit.
3. Commentariensis maritus pāna gladii plectendus, si mulierem solutam captivam stupraverit.
4. Nisi conjux pro illo intercesserit, eique injuriam remiserit.
5. Arbitriā punitur carceratus, qui cognoscit carnaliter filiam vel ancillam custodie.

## CONSTIT. XXVI.

De pānā stupri, in mulierem non sane mentis commissi.

Definit.

1. **F**ustigatione infimul atque perpetua relegatione punitur, qui mulierem mente captam carnaliter cognoscit.
2. Stuprator puella mente capta, ultra pānam fustigationis, ei tenetur alimenta prebere.
3. Mulier verò mente capta stuprata ab omni pāna est immunis.
4. Mortis pānā haud est plectendus, qui mulierem iudicauit carnaliter cognoscit.
5. Arbitriā saltē punitur Stuprator puella, quam ex sacro baptismate levavit.

## CONSTIT. XXVII.

De pānā stupranti virginem.

Definit.

1. Non tenetur stuprator dotare puellam stupratam, si bac ipsi nubere recuset.
2. Nec maritus, qui puellam stupravit, ad donationem obstringitur.
3. Valer stuprata dotem petere à stupratoro, quantumvis jam ante cum aliā matrimonium contraxerit.
4. Viduam quoque bonjām stuprator dotare tenetur.
5. Stuprator infantis, quamprimum si fuerit natus, alimenta prestare obstrictus est,
6. Stuprator ultra donationem stuprata, & alimentacionem infantis, carcere punitur.

## CONSTITUT. XXIX.

De pāna simplicis fornicationis.

Definit.

1. **A**rbitriā hodiē est pāna fornicationis.
2. Quam ad fustigationem quandoque extenderi licet.
3. Vir solitus cum scorto publico fornicans, carcere puniri debet.
4. Cognitio de stupro & fornicatione pertinet ad superiorem jurisdictionem.
5. Arbitriā quoque fornicationis pānā coercetur in foro Saxonicō Concubinatus.
6. Spurius mari & Cognatis tantummodo succedit, non patri & Agnati.
7. E contrā, Spurio non pater, neque Agnati, sed sommodi mater & Cognati succedunt.

## CONSTITUT. XXIX.

De pānā lenocinii, eorumque qui turpis questus causā personas, siue nupras, siue solutas, ad adulteria vel stupra sollicitant.

Definit.

1. **L**enocinii pānā plectendus est, qui conjugem questus causā adulterari patitur, & tacet.
2. Super adulterio tamen, à conjugē se inscio perpetrato, maritus cum adultero impunē transigere valet.
3. Lenocinium a parentibus vel maritis, absque spe alicuius lucri commissum, solā fustigatione puniatur.
4. Non tenentur pānā lenocinii parentes, qui filios suos scortari patiuntur.
5. Nec tutores, pupillas suas aliorum libidinibus profitentur.
6. Lenocinium in personis extraneis exercitum, arbitriā coercetur.
7. Femina soluta, qua aliorum libidinibus se proficiunt, pānā fornicationis plecti debent.
8. Pānam Lenocinii quoque incurrit, qui semel tammodo lenocinium exercuit.
9. Tenentur pānā Lenocinii, etiam qui publicas meretrices profitentur.
10. Pauperes neminem à pānā Lenocinii excusae.

# I N D E X

## CONSTITUT. XXX.

*De stupro violento.*

Definit.

1. **E**adem est pæna violenti adulterii, qua est stupri violenti.
2. In adulterio violento locus non datur remissioni conjugii.
3. Gladio quoque feriri debet, que meretricem, aut mulierem vulgarem per vim carnaliter cognoscit.
4. Nunquam pro stupro violento gladii pæna est infligenda, priusquam de consummatione stupri per immisionem seminis, ex confessione saltem Rei constet.
5. Attentatum stupri violentii fustigatione & perpetua relegatione punitur.
6. Stupri pænam incurrit, qui minis & armis mecum incutiendo feminam ad libidinem compellit.
7. Ad intercessionem Stuprata, qua Stupratori nubere vult, pæna mortis ipsi remittitur, substituta relegatione perpetua.
8. Veniam tamen haud meretur Stuprator violentius, ad consummationem matrimonii se offerens, si stuprata ipsi nubere nolit.
9. Mulier vi stuprata ab omni pæna est immunis.
10. Circa probationem stupri violenti, mulum fidei tribuitur querele mulieris stupratae.

## CONSTIT. XXXI.

*Si puella minor duodecim annis per vim, vel sine vi stupretur.*

Definit.

1. **S**tuprum violentum puella impuberis, mortis supplicio haud punitur, priusquam de ejus consummatione constiterit.
2. Fustigatione tamen puniendus est Stuprator puella impuberis, etiam si crimen non perficerit.
3. Stuprum puellula infanti illatum, semper mortis pana vindicatur.
4. Quia tamen pæna haud exasperatur, quantumvis puella stuprata ex compressione violentie obierit.
5. Non liberat minorenitas stupratores violentium a pæna mortis ordinaria.

## CONSTITUT. XXXII.

*De furto & ejus pæna.*

Definit.

1. **N**on est suspendendus, qui ducatos quinque, nec quicquam ultra furatus est.
2. Quoad pænam suspendendam, sufficit, rem furto subtraictam ultra quinque solidos estimari, licet tantum lucri fur non perceperit.
3. Non eximendus est fur suspendio proprieà, quod rem furtivam aliis quispam ipsi furtim subtraixerit.
4. Pro primo etiam furto, valorem quinque ducatorum excedentes, fur suspenditur.
5. Ex pluralitate furorum nemo suspendendus est, si non furtum omnia simul computata valorem quinque ducatorum excesserint.
6. Remittere potest judex pænam suspendendam, si res furto ablata recuperetur, & Domino suo restituatur.
7. Aut, si furtum pessimi majorem partem, ratione furto ablatarum restabat.
8. Furum modicum, quod valorum quinque solida-

rum non excedit, haud laquei supplicio, sed arbitriarie punitur.

9. Furtum cum effractione violentâ commissum quantumvis modicum, laqueo & amen punitur.
10. At effractione, qua violenta baud est, non ita qualificat furum modicum, ut hoc per se pænam suspendendam mereatur.

11. Apertura, clave adulteriâ factâ, pro effractione violentâ aut seditionâ non habetur.

12. Furtum, consciendo edes commissum, per se laquei pænam non meretur in Electoratu Saxonia.

13. Furto à pluribus commisso, neuter pæna suspendendus est, si non cujusque portio valorem quinque solidorum exequet.

14. Nisi furum cum effractione violentâ fuerit perpetratum.

15. Fer effractor non est exemplus pæna suspendendis, licet rem furtivam Domino restituat.

16. Furi pænicieni, & Domino pro damno dato satisfaciensi, pæna debet mitigari.

17. Indulgere potest judex furi, nimis sero etiam pænitenti, si Domino pro damno dato satisfaciat.

18. Fur transfigens cum Domino super re furto ablata, pæna laquei plebendus non est.

19. Ob pluralitatem furorum pæna suspendendii haud exasperari debet.

20. Fur deprehensus in actu furandi, arbitriarie saltem punitur.

21. Severiori quam fustigationis supplicio plebendus non est, qui deprehensus in furto, deprehensem vulneravit.

22. In foro Saxonico Judei fures, non à pedibus, sed à collis suspenduntur.

23. Fure ad laqueum condemnato & suspenso, ejus heredes ad estimationem rei furtiva consumpta non tenentur.

## CONSTIT. XXXIII.

*Is, qui cum rebus furto ablatis deprehensus delictum faceret, locum simul & personas, ubi, & cui furatus sit, indicans, si præterea de facto index inquirens nihil certi de eo cognoscere possit, num mortis supplicio sit afficiendus?*

Definit.

1. **L**AQUEO fur nunquam punitur, si de veritate furti commissi haud constet.

2. Etsi furum modicum cum effractione commissum sit.

3. Aut furti crimen à pluribus delicti sociis simul perpetratum.

4. Ex sola dispositione domini, rem furto sibi subtraictam fuisse, de corpore delicti constare potest in criminis furti.

5. In astimandare furtivam, standum est juramento eis, cùdres furto fuit ablata.

6. Nec deveniri potest ad supplicium laquei, si Dominus estimationem rei furtiva jurato indicare nolit.

7. Rarissime Buriscopi laquei pæna plebentur, & quare?

8. Furum frumentarium non punitur regulariter mortis supplicio.

9. Nisi frumentum, in certis saccis comprehensum, fuerit ablatum.

10. Furum tricuratorum non graviori, quam fustigationis pæna coegeri debet.

11. Pre-

## CONSTIT. AC DEFINIT.

ii. Promissi impunitate ad veriessem erundam,  
Reo confessio pena ordinaria hanc irrogari potest.

### CONSTIT. XXXIV.

De pœna illorum, qui cadavera sepulchorum effodiunt, vel paniorum spoliant, vel auferunt.

Definit.

1. Arbitriæ puniuntur, qui cadavera defunctorum spoliante.
2. Nisi circumstancia, delictum aggravantes, gladii penam exigane.
3. Pœna quoque arbitriæ coercetur spoliatio cadaverum suspensorum.
4. Tenentur etiam pœna arbitriæ, qui cadavera suspensorum, vel Rotis imposta auferunt.
5. Furto vel Rapina, à pluribus reis commissa, quilibet in solidum ad Restitutionem rei tenetur.
6. Honestà sepulturæ privandi non sunt, qui ex melancholia vel furore, scipios interficiunt.

### CONSTIT. XXXV.

De pœna ejus, qui aratum spoliat.

Definit.

1. Perinde ut alii fures, puniendi quoque sunt, in foro Saxonico, qui aratum spoliante, aut furantur.
2. Equos arro junctos per vim abigens, gladio feriri debet.
3. Depredatores in foro Saxonico gladio feriuntur, ac postea eorum cadavera effiguntur rota.
4. Pro Robbaria etiam rei minima, mortis supplicium depredatori infligendum est.
5. Non mitiganda est pœna Robbarie, ex eo, quod res per vim ablata Domino suo restituatur.
6. Nec venia danda est ei, qui semel tuncummodo Robbariam commiserit.
7. In delicto Robbarie non deveniendum est ad mortis supplicium, priusquam de hostilitate depredatorum & violentia adhibita constiterit.
8. Mobilia, ab hostibus capta, non possunt vindicari absque precio à possessoribus.
9. Ab hostibus in fugâ recuperata vero domino sunt restituenda.
10. Ablata à militibus presidiariis, ubiunque repatriuntur, absque refusione pretii vindicari possunt.
11. Dispositio L. si quis in taneam. 7. C. Unde Vi & l. extat. 13. ff. quod met. caus. in foro Saxonico non observatur.
12. Arbitriæ tamen puniuntur in foro Saxonico, qui bona sua ab alio possessa, vel debitoris bona, pro consequendo credito, propriâ autoritate & per violenciam invadit.

### CONSTIT. XXXVI.

De pœna illorum, qui apes, vel favos illorum furantur:

Definit.

1. Ures apium & favorum perinde ut alii fures puniuntur.
2. Nunquam tamen fures favorum suspenduntur.
3. Nec ans apes alienas, ad interesse conveniri potest, ac insimil tenerunt ad pœnam arbitriam.
4. De fure Saxonico, examen apium evolans ad vicinum, ipsis acquiritur.
5. Etiam in foro Saxonico, qui columbas alienas capie, furum committit, & arbitriæ puniuntur.

### CONSTITUT. XXXVII.

De pœna illorum, qui arbores fructiferas cedunt vel corrumpunt, quique herbas, aut plantas, aut quid aliud ex hortis aut aliunde furantur.

Definit.

1. Qui solo nocendi animo arbores cedit, hanc quidem furum committit, atamen prae arborum estimationem, triginta solidos solvere tenetur.
2. Quandoque etiam delinquens severiori pœna arbitriâ hoc casu plectendus est.
3. Cedens arbores lucri causa furtum committit, ac propter ea virgis casus in perpetuum est relegandus.
4. Arbitriæ furti pœna plectuntur fures berbarum coronariarum.
5. Nisi eas solo nocendi animo, absque spe alicuius lucri fregerint.
6. Crimen expilate hereditatis, mitius in coherede, quam extraneo puniuntur.
7. Arbitriæ puniuntur, qui fructus arborum vel agrorum furantur.
8. Cedens canem voluptuarium, arbitriam pœnam incurrit.
9. Famis necessitas furem à pœna ordinaria liberat.
10. Amotio terminorum in foro Saxonico arbitriæ puniuntur.

### CONSTIT. XXXVIII.

De furco don. scicorum.

Definit.

1. Illrum ab Inquilinis famulis, & ancillis commissum pœna furti ordinariâ coercetur.
2. Nisi famuli & ministri, quibus salaryum denegatur, quid subrixerint.
3. Nunquam pœna ordinariâ vel corporis afflictivâ coercendum est furum, à conjugi, parentibus, vel liberis perpetratum.
4. Ius quoque Cognationis intra quartum gradum consanguinitatis fures à pœna suspendi existunt.
5. Proxima quoque affinitas impedit, quò minus fures suspendantur.
6. Minorenitas non relevat furem, quò minus suspendatur.
7. Nisi iudex pro ratione circumstantiarum, minori pœnam mitigandam existimat.
8. Fures impuberis arbitriæ saltem puniuntur.
9. Nisi impuberibus, pubertati proximi, malitia suppletat etatem.
10. Fæmine æquè ac masculi ob furum perpetratum suspendantur.

### CONSTIT. XXXIX.

De pœna illorum, qui alii furum committentes, ipsis interea sunt in excubie, & de furto participare.

Definit.

1. In excubie stantes perinde ut reliqui fures, ipsum furum committentes, ipsis puniuntur.
2. Modo de rebus furto subractis, ultra quinque decatos participaverint.
3. Robbaria criminis commissio, etiam qui in excubie steerunt, pœna Rapina afficiuntur.
4. In excubie stantes, interea dum sacrilegium committunt, pœna sacrilegii ordinariâ non tenentur.

# INDEX

5. Res furtiva vindicari potest, ubiunque reperitur, absque pretiu[m] refusione.
6. Etiam post annum & diem.
7. Ab empore res furtiva non vindicatur sine refusione pretiu[m], si eo sine emissione, ut Domino rem restitueret.
8. Vindicans rem furtivam ab empore, sumptus in ea factos restituere tenetur, nisi empator malis fiduci possederit, vel refutativus usus fuerit.
9. Refutativa quantumvis consumpta, Domino tamen adversus emporen competit actio.
10. Furum passo, competit tacita hypotheca in bonis furis, ratione damni.

## CONSTIT. XL.

*De pena illorum, qui indicio occasionem furibus delinquendi presentent.*

Definit.

1. Suspensio pana plectendus non est, qui solo indicio furandi occasionem prabat, licet de furto participet.
2. Suspensio tamen, qui furi ferramenta ad effringendum prabat, ac de furto postea participat.
3. Propter opem & auxilium, furto jam perfetto & consummato prestatum, nemo laquei pana plectendus est.
4. Neque suspensio puniendus, qui de rebus furto ablatis saltetem participat easque consumit.
5. Quantumvis in furtum committendum consenserit.
6. Receptatores furum tanquammodo arbitriarie puniuntur.
7. Arbitriaria quoque pana plectendi sunt empori rerum furivarum.
8. Ab omni pena est immunis, qui ignoranter res furtivas emit, & ignorantiam jurato obtinet.
9. Empor rei furtiva, consumpta e[st] si fuerit in bona fide, tenetur saltetem, in quantum est factus locupletior.
10. At male fidei emtor, re furtivam consumptam, ad affirmationem tenetur.

## CONSTIT. XLI.

*De rebus, administrationi & fidei ab eius concretis.*

Definit.

1. Extra Saxonia Electoratum, administratores infidelis nunquam suspenduntur.
2. Sed in Provinciis Electoratus Saxonici suspenduntur perfidi administratores, si ceterum florenorum summam dolose substraxerint.
3. Fustigazione autem puniuntur administratores, si summa pecunie intercepta quinquaginta florenos excedit, non vero centum florenos attingit.
4. At substrabens summam, quinquaginta florenos non excedentem, si in duplum restituere nequeat id, quod substraxit, carcere, vel temporali exilio puniatur.
5. Moltior quoque perfidus, pena, in Constitutione Electorali expresse, subjugandus est.
6. Panitentia officiales perfidos a pena ordinaria excusat.
7. Non deveniendum est ad panam suspendii, si de pecunia ab Administratore intercepta vere non constiterit.

8. Culpa & negligencia administratorum arbitriarie puniuntur, eosque ad restitutionem damni obligat.
9. In Provinciis Electoratus Saxonici suspenditur quoque tabellarium, summam 20. florenorum in propriis usus convertens.
10. Nisi hoc fecerit animo & proposito pecuniam restituendi.
11. Extra Saxonia Electoratum, tabellario infidelis ac perfido nunquam dictanda est pana suspendi.
12. Tabellario a latronibus spoliato, damnum ad debitorum spectat.
13. Nisi Creditor fidem tabellarium probaverit.
14. Subtrahio rerum fidei & custodie alicuius, absque administratione concretarum, nunquam suspensio, sed arbitriarum semper puniatur.
15. Vettigalia non solventes arbitriarie puniuntur in foro Saxonico.

## CONSTIT. XLII.

*De Injuriis.*

Definit.

1. Conventus actione injuriarum ultra recantationem, tenetur quoque ad p[en]am arbitriam.
2. Actio ad palinodiam, que per se civilis est, cum actione criminali cumulari potest.
3. Non semper ex parte Rei in causis injuriarum admittitur Procurator.
4. In causa injuriarum notoria, Iudex injuriarem ex officio punire potest, nemine cum accusante.
5. Nihil juvat injuriarem, quod ab alio injurias audiatur.
6. Ad instantiam Rei dies quoque injurie illata in bello est exprimendus.
7. Excipiens contra testem tanquam personam infamem, haud conveniri potest actione injuriarum, nisi ab auctore probetur animus injuriandi.
8. Nec contra Judicem suspectum excipiens, injuriarum tenetur, nisi verbis injuriosis hoc fecerit, vel causas suspicionis probare nequeat.
9. Admittitur quandoque Reus ad juramentum, si injurias non animo injuriandi se dixisse præterdat.
10. Competit etiam actio injuriarum adversus Universitatem.
11. Reus actione injuriarum conveniens palinodiam evitare potest, si ante litis contestationem de bona fama injuriati judicialiter testetur.
12. Ius prosequende injurie transmittitur ad beredes, si accusator deceperit post litis contestationem.
13. Actio ad palinodiam nunquam in beredes injuriantis transit.
14. Petere non valet emendam vulneratus, quando experitur criminalicer adversus vulneratorem.
15. Non potest cumulari actio ex L. diffamari. s. C. de ingen. manum. cum actione injuriarum, in uno eodemque libello.
16. Injuriatus ad palinodiam & affirmationem injuriarum simul experiri non valet.

CON-

## CONSTIT. AC DEFINIT.

### CONSTIT. XLIII.

*Si magistratus aut persone, queritur opera in administranda justitia & tenuenda iurisdictione ut uictor, contra praeceptum de non offendendo verberentur, vel vulnerarentur, aut etiam verbalibus injuriis afficiantur.*

Definit.

1. *In casu injuriarum realium, magistratus illarum, ad mortis penam deveniri potest.*
2. *Pro qualitate personarum, & ratione circumstanciarum arbitriarie condemnandus est, qui offendit magistratum.*
3. *Non tenetur ad prestationem damni & interesse, qui penam afficit corporis afflictivam, ex eo, quod magistratum vulneraverit.*
4. *Ex pollicisatione, in judicio accepta; oritur obligatio.*
5. *Arbitriarie saltem propter culpm punitandus est apparitor, qui Reum, quem prebendere debebat, prorsus occidit.*
6. *Ex delitto famuli Domini haud conveniri potest.*
7. *Nisi famulus deliquerit in officio suo; quo casu ad mercedis usque quantitatem Dominus convenitur.*
8. *Arbitriarie punitur, qui negat homagium, à se Domino praesitum.*
9. *Injuria reales atrociores, parentibus illata, penam corporis afflictivam coercet, nisi parentes injuriam liberis remiserint.*
10. *Mitiori tamen multè vindicantur injuria leviores, parentibus illata.*
11. *Pater Nobilis, in causa civili, iurisdictionem in liberos non habet.*
12. *Vulneris inspectio in quoconque iudicio, pro liberi vulnerati, fieri potest.*

### CONSTIT. XLIV.

*De famosis libellis.*

Definit.

1. *Passim compositor & pena plettendus est, quam delictum in pasquillo alteri impunitum importat.*
2. *Facillime pena Pasquilli à judice mitigari sollet.*
3. *Pena famosi libelli plettendus non est, qui nomen suum pasquillo subscriptis.*
4. *Differunt pasquillus & injuria scripta, pro qua actio injuriarum competit diffamato.*
5. *Eriam ex famoso libello, actione injuriarum experiiri licet.*
6. *Non imponenda est palinodia Reo, quando agitur actione famosi libelli.*
7. *Locutus non habet Retorsio contra famosum libellum.*
8. *Mitiganda est pena, si delictum in famoso libello impunitum à pasquillante probetur.*
9. *Injurie scriptae probantur productione scripture, quam diffamans recognoscere, vel mediante iuramento difficeri tenetur.*
10. *Ad mortem quoque condemnatus injurias revocare tenetur.*

### CONSTITUT. XLV.

*Si quis scipsum, vel alium quempius, rem habuisse cum conjugi alterius, vel virgine, aut viduâ glorietur, nec tamen certò de eo confare possit?*

Definit.

1. *A d'palinodiam & penam arbitriariam conveniri potest, qui non debitorem quasi debitorem appellat.*
2. *Tenetur quoque ad palinodiam & penam arbitriariam, qui virginem aut mulierem carnaliter se cognovisse gloriatur.*
3. *Nec non mulier, de adulterio aut stupro maritum, vel juvenem inculpans.*
4. *Effugit tamen præstationem palinodia diffamata, concubinum probans.*
5. *Quo casu sufficit conjectura probatio, saltem ad committandam palinodiam in deprecationem.*
6. *Immunis quoque est diffamator à præstatione palinodia, si diffamata purgacionis juramentum fuerit injunctum.*
7. *Præsto licet juramento purgacionis à marito, de adulterio cum soluti inculpato, ipsa tamen mulier diffamatrix penam adulterii plettendz est.*
8. *Nisi de innocentia diffamatrix evidenter appearat.*
9. *Delator actione injuriarum, vel ad interesse haud conveniri potest, si delato juramentum purgacionis fuerit injunctum.*
10. *Ex causâ depositi condemnatus, removeri potest à Collegio opificum.*

### CONSTITUT. XLVI.

*Actioni injuriarum, item famosi libelli quanto tempore præscribarur?*

Definit.

1. *Non solum injuria verbales, sed & scripta anno præscribuntur.*
2. *Quid annus utilis est, & à tempore scionia currere incipit.*
3. *Anno civili, etiam in foro Saxonico, injurie verbales præscribantur.*
4. *Actio injuriarum ob carcerem injustum, etiam de jure Saxonico est annalis.*
5. *Sed actioni injuriarum propter injustam torturam, trigesima demum annis, anno & die, in foro Saxonico præscribiuntur.*
6. *Sola ciatione interrupitur præscriptio injuriarum verbalium annalis.*
7. *Non erit per libelli oblationem, si actor incitatione impetranda haud debitam diligentiam adhibuerit.*
8. *Per remissionem quoque tacitam injuriarum actio extinguitur.*
9. *Remissa licet injuria, index nibilominus injurianrem punire potest.*
10. *Per retrorsum collatur actio injuriarum.*
11. *Non subsistit retrorsio, si non in continent, & cum moderatione inculpatar etiela facta fuerit.*
12. *Injurias modum retrorsundi excedens non facile palinodias, sed deprecatione saltem gravandas est.*

### CONSTIT. XLVII.

*De pena relegationis.*

Definit.

1. *Elegatus ex civitate aliqua, vel Prefectus Electoratus Saxonici, ex eoto Electoratu relegatus censetur.*
2. *Ex finibus etiam iurisdictionis Nobilium, aliorum & subdorum relegatus, ex eoto Electoratu videatur relegatus.*

# INDEX CONSTIT. AC DEFINIT.

3. Extra Saxonia Electoratum, effectus relegationis, extra territorium relegatus neutquam extenditur.
4. Bannitus ex Provinciis Electoratu Saxonici, ex Episcopatibus quoque Marienburgensi, Misnensi, & Numburgensi relegatus censerur.
5. Per relegationem indistinctam, perpetua intelligitur relegatio.
6. Relegati bodie signo in fronte iniusto haud notantur.
7. Maritum, ex suo delicto bannicum, haud tamen vagabundum Uxor sequi tenetur.
8. Attamen in loco, ex quo maritus est bannitus, per tempus commorari, & de bonis suis disponere, Uxor non prohibetur.
9. Non amittunt relegati jura Civitatis.
10. Concessa relegato facultate negotiandi in loco, ex quo bannitus fuit, videatur etiam concessum jus commorandi.
11. Relegatus ab uno loco, in alio potest admitti ad officia & honores.
12. Nisi relegatus sit ob delictum, quod infamia sequitur.
13. Magistratus inferior, merum babens imperium, fugitionem vel relegationem ex causa rationabilis in penam mitiorem bene convertere valet.

## CONSTIT. XLVIII.

*De pena illorum, qui relegati contra juramentum semel aut pluries etiam revertuntur.*

Definit.

1. In foro Saxonico, relegati refugium demum capite plectuntur, si, contra præstatam Urphedam, terrâ vice reversi fuerint.
2. Digi non toti, sed priores saltem digitorum articuli refugis absinduntur.
3. Ad certum tempus relegati, revertentes, digitis absisis, denuo ad tempus illud, non in perpetuum relegantur.
4. In Saxonia Electoratu, abscessione digitorum non puniuntur Refuge, qui saltem ex districtu judicis (aus dem Weichbild) sunt relegati.
5. Remittitur pena abscessionis digitorum relegatio, si non dolose reversi fuerint.
6. Pena perjurii bodie est arbitraria.
7. Pena conventionalis nunquam potest peri, quin præcesserit causa cognitio, sententiaque declaratoria, quod pena sit commissa.
8. In penis alternativis, electio non Reo, sed judicis competit.
9. Reus non sufficienter punitus dannò potest puniri.
10. Ad bennum in adulterio non proceditur, prius quam constet, conjugem innocentem nolle adultero condonare.
11. Bona delinquente fugitiui non cedant Magistratus.
12. Dimensione miliarium non sit in foro Saxonico geometricè ad elevationem poli, sed per viam magis frequentatam.





IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI!  
JURISPRUDENTIAE  
FORENSIS  
ROMANO-SAXONICÆ  
PARS PRIMA

Continens ea, quæ ad processum judicarium pertinent.

Secundum Ordinem Constitutionum Divi Augusti,  
Electoris Saxoniae.

PARTIS PRIMÆ  
CONSTITUTIO I.

Vom Gerichtlichen Einbringen.

Ir sezen und ordnen/ daß fortan mit den Produkten und Einbringen der Process in allen unserer Lande Gerichten soll gehalten werden/wie es an unsrem Ober- und Unter-Hoff-Gerichten / auch zum Theil an unsrem Hosse bräuchlich / nemlich/ daß vor des Krieges Befestigung vom Munde in die Feder verfahren / und mit dreyen Sägen beyderseits Wechsels-Weise zum Urtheil beschlossen / und im letzten Satz keine Neuerung einbracht/ oder in Stellung der Urtheil übergangen werden soll.

De formâ seu modo proponendi  
jus litigatorum in judicio.

**S**TATUIMUS & ordinamus, ut deinceps in proponendo & deducendo jure suo, litigatores id observent in judiciis nostrarum ditionum omnibus, quod in utroque judicio, Curiali vel Provinciali, tum etiam ex parte in aula nostra receptâ consuetudine usurpatur, nempè, ut ante litem contestatam vivâ voce proponant, mutuisque dictandi vicibus ternis repetitis, omnique novitate circa ultimam vicem prætermissa judicis cognitioni se submittant, aut si quid contra factum fuerit, in judicando id non attendatur.

DEFINITIONES.

1. *Jus Litigatorum in foro Electoratus Saxonici non mutuis scriptis, sed vivâ voce est proponendum.*
2. *Nec jura ex chartâ dictare licet.*
3. *Audiendus tamen est Actor in judicio ad libellum, ante in scriptis oblatum, se referens, illumq; verbotenus repetitum velle dictitans.*
4. *In concurso etiam creditorum, aliisq; causis summarisis, vivâ voce, non scriptis, juralitigantium sunt proponeenda.*
5. *Partium conventione fieri potest, ut non vivâ voce, sed mutuis scriptis in causa judiciali procedatur.*
6. *In processu criminali ordinario semper vivâ voce est agendum, etiam si partes aliter convenerint.*
7. *Ultra quadruplicam litigatores, jura sua proponentes, non sunt audiendi.*
8. *In quadruplicâ si quid novi à Reo proponatur, in judicando non attendi deberet.*

- super usuris pronunciare possunt.
18. Non admittendi sunt in judicio Advocati improbi, aut, qui iura in Academis non didicerunt.
  19. Advocatorum temeritas in conviciando & cavillando pénâ coerceri debet.
  20. Pœnam incurrit Advocati, qui partes ad negandrum instruunt.
  21. Advocatus in causa justâ patrocinium prestans subditis contra magistratum, nec iuræ civitatis amittit, nec pœnam incurrit.
  22. Negligentia Procuratoris in ipsa causa Domino prejudicat; Datur tamen ei regressus adversus procuratorem.
  23. Attamen, si Procurator solvendo non sit, in subsidium saltem Dominus restitutionem in integrum petere valet.
  24. Advocatus, qui promisit advocare usq; ad sententiam definitivam, non cogitur prestatre patrocinium pro eodem pretio, in judicio Appellacionis.
  25. Pauperibus ex officio Advocatus datur, prestito tamen

## DEFINIT. I.

*Jus Litigatorum in furo Electoratus Saxonici non mutuis scriptis, sed vivâ voce est propoundedum.*

1. Seculo hoc nostro non minus litigioso, quam mali-  
stioso, quod plus scientia, quam conscientia habet, ut loquitur Ventur. de Valent. *in partben litigios. lib. 1.*
2. *cap. 1. n. 10.* † plerique omnes conqueruntur de litium diuturnitate, ex quâ sepiissime evenit, eos ipsos, qui victoriæ cum sumptuum quoque adjudicatione reportarunt, tam longis anfractibus vexatos, ac tot sumptibus miserè fatigatos sic affici, ut lugendum sibi potius esse putent, quod bonæ alioquin litis aut insti-  
tuendæ, aut suscipienda consilium ab initio non ab-  
jecerint, quam gratulandum, quod tanto pretio nu-  
dam victoria gloriæ comparariat, teste Anton. Fabro *in Codic. lib. 9. tit. 22. def. 1. in pr.* quod certè omnes mi-  
rantur, paucirimantur: † Nec solam Galliam, quam regnum vocat Rabularium Herm. Later. *de cens. lib. 2. chp. 7. numer. 15.* hoc malum infecit, sed & nostrates ut omnia, ita quoque litigia, horumque protractio-  
nem protervam ac petulantem à Gallis haeserunt, &  
sic ortâ lite orta sunt mala, Ant. de Guevar *in insti-*
4. *vit. aul. c. 13. & c. 10.* † Idque ipsum etiam summum imperii tribunal Spirens invasit, ut verè pudeat re-  
ferre quod impudenter nonnulli evomunt, Spiræ li-  
tes spirare, nunquam expirare; Litigantes diu spera-  
re, nunquam aspirare, Ventur. de Valent. *ditt. c. 1. nu-  
mer. 22.* Largâ namque lachrymarum effusione de-  
plorandum est, quod lites ad Cameram appellabiles  
sunt immortales, nec patris, filii, imò nepotis termi-  
no terminentur. † Testis est Hartm. Vultej. *vol. 1.*  
*conf. Marpurg. 17. num. 6.* à die mortis ipsius, de cuius hereditate in Camera agebatur, usque ad litis conte-  
stationem elapsos esse annos fermè XXXIX. & *vol. 3.*  
*conf. 30. n. 41.* ab investitura nova usque ad litis conte-  
stationem annos LXXV. † Ita nimurum lites non mo-  
dò hominum plerumque, sed & vivaces cornicula-  
rum atque cervorum artes superant, Petr. Frider. *lib.  
2. de mand. judic. c. 13. sett. 15. & ad minimum ultra-*  
seculi spaciun durant, Frider. Pruckman. *confil. 16. n.*  
47. ut verè dixerimus homines esse mortales, lites ve-  
rò immortales. † Metuendus inde totius Reipublicæ interitus, si non in tempore huic morbo occurratur, non tam consilio JCtorum ac Politicorum, quorum proprium est lites abbreviare, ut ait Portius *confil.  
142. n. 76. & Rutg. Ruland. in tract. de commiss. part. 1.*  
*lib. 2. c. 20. n. 2.* quam auxilio & autoritate magistratus, cuius curæ maximoperè incumbit per modum con-  
denda legie lites finire, tollere, minueret, / properan-
7. prius ab ipsis juramento paupertatis.
26. Non admittitur procurator absq; mandato; Et quo-  
modo in terris Electoratus Saxonici hoc casu pronun-  
ciandum.
27. Ad validitatem mandati tam sigilli appositi, quam subscriptio requiritur.
28. Non sufficit, loco mandati exhiberi Blanca, seu chartam blancam.
29. Procuratatio nomine admittuntur sine mandato co-  
gnate persone, & litis consortes, cum cautione rati.
30. Nunquam mulier in judicio agere valet absq; Cura-  
tore, sed biceps ex officio ipsi est adjungendus.
31. Maritus nomine Uxor in judicio non admittitur, pri-  
uquam Curatorum producat, vel de rato caveat.
32. Non valet Uxor, absq; Curatore, marito suo demanda-  
rō item.
33. In causa criminali Mulier Rea ipsamet comparere te-  
petur, nec ejusdem Curator admittitur.
34. Finito licet processu intra annum, Advocato totius an-  
ni salarium ex solvi debet.

dum, 13. C. de judic. Petr. Heig. part. 2. q. 7. n. 1. Anton. Fab. ditt. loc. Sed optandum hoc, forsitan non sperandum. † Nil certè laboris hæc in re intermisserunt Elec-  
tores Saxonie Illustrissimi, processum judicarium tam prudenter, tam compendiosè contrahentes, ut vix ullibi in tota ferè Germania via brevior lites fini-  
endæ ac terminandi extet, ut ex parte h. I. *Constitutio-  
num Elect. Dn. Augusti Electoris felicissime memo-  
riæ, & Ordin. nova process. judic.* Serenissimi nostri Electoris Dn. Johan. Georgi manifestissimum est; † Nec ulla alia, quam litium abbreviandarum causa,  
fuit, quod litigatores jura sua, non mutuis scriptis, sed  
vivâ voce prôponere jusserint b. *Conf. 1. verb.* Das  
vor des Krieges Besitzung vom Munde in die Fe-  
der verfahren werden soll. † Nempè ut partes sua  
jura de simplici & plano, ore tantum absque scriptis  
proferant, nec per apices juris & subtilitates Legum  
domi excogitatas & in scriptis conceptas, lites pro-  
trahant, adeoque hæc citius determinantur ac finian-  
tur, Andr. Rauchb. *part. 1. quest. 1. n. 6. & seq.* Matth. Col-  
ler *part. 1. de cts. iii. n. 4. & seqq.* Joh. Schneid. *ad 8. omnium  
1. n. 99. inst. de action.* † Non ergo audiendi sunt litigan-  
tes, si jura sua in scriptis offerre ac prôponere velint,  
ne quidem post litis contestationem infr. *Conf. Elect. 9.  
b. p. 1.* Moller. hic n. 1. quod practica in Electoratu Saxoniæ totâ diâ obseruat.

Ita Domini in causa Christophori & Martini der Scheiben-  
contra Christophorum Opizzen & Consortes, in Etatq; Li-  
plensi ventilata M. Jun. A. 1613. (Verba sent. Das  
Beßlagens schriftliches Einbringen nicht zulässlich / sondern sie seyn auf  
anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen und  
ihre rechtliche Nothdurft vom Munde aus in die Feder/Inhalts  
Churfürstl. Sachsisch Constitution, außererbene Klage einzubringen schuldig; Sie thün nun solches oder nicht/ ergehet also  
dam in der Sachen ferner was recht ist/ B.R.W.)

Item in causa Syndicen des Reichs zu Leipzig contra Christo-  
phorum Harmuthen/ Mensl. Jun. Anno 1617. (Verba sent. Das  
Beßlagens schriftliches Einbringen nicht zulässlich/ sondern,  
er ist auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen und  
vom Munde aus in die Feder auf erhobene Klage sich  
einzulassen/ zu antworten und den Krieg Rechteens zu befestigen  
schuldig.

In causa Angelin von Godeng contra Viduam & Heredes Ca-  
spari Hengels/Mensl. Jun. Anno 1626.

Et in causa Hansen Anshelms contra Bartholomeum Laufer-  
bachen zu Leipzig/ Mensl. Mart. Anno 1625.

## DEFINIT. II.

Nec jura ex chartâ dictare licet.

Quid vero, si Litigatores jura sua ex charta in ca-  
lamum dictare & Notario prælegere velint? Nec  
tum in terris Electoratus Saxonici Litigatores audi-  
endos existimaverim cum Dn. Matth. Berlich. *part. 1.*  
*concliz.*

- 2 concl. 13. n. 16. † Tum quia Const. b. i. jura Litigatorum oretenus sive vivâ voce proponere jubet (vom Munde in die Feder) Recitatio verò ex charta propriè non dicitur ex ore facta; Ergò nec verba constitutionis statutariae ad intellectum minus genuinum erunt trahenda arg. l. non aliter. 69. ff. de legat. 3. l. i. §. 20. ff. 3 de exercit. action. † Tum quia litigatores in scriptis jura sua proponentes non audiuntur Definit. præced. Ergò nec recitantes ea charta, quia ex schedula dictata vel recitata dicuntur proposita in scriptis l. hæc lege perpetuo. 2. l. statutis 3. C. de fement. ex brevicul. recit. 4 † Unde & petitio in actis ex charta verbotenus dictata habetur pro libello in scriptis oblatu à Bald. in 5 Aut. offeratur C. de lit. contest. n. 20. & seq. † Tum quod Constitutio hæc jura litigatorum in scriptis proferre prohibet propterea, ne per apices juris & subtilitates legum domi excogitatas atque in scriptis conceptas lites protrahantur Definit. præced. Pract. Papiens. in forma libelli in action. real. §. summarie. num. 4. Hart. Pif. lib. 1. observ. tit. 8. observ. i. num. 3. 6. † Sed quis non animadvertisit, processum haud abbreviari, si non multò magis protrahatur per dictationem in chartam, per quam multum tempus consumitur, Berlich. dict. loc. num. 19. ubi ad contraria respondet.

Ita Domini in causa Christophori Dusels contra Walter Herzogen & Consortes zu Leipzig/Mens. Julio Anno 1615. (Verba sentent. Dass Beklagte/Bermöge Churf. Sächsisch. Constitution ihre Nothdurft vom Munde aus in die Feder einzubringen und zu verfahren schuldig/ und hat ihr Anerbieten solche ihre Nothdurft aus ihrer aussageseyten Schrift vorzubringen und abzulesen nicht statt/V.R.W.)

Et in causa Hansen Neerhoffs contra Christian Baptisten & Consort. Mens Mart. Anno 1619.

### DEFINIT. III.

Audiendus tamen est Actor in judicio ad libellum antea in scriptis oblatum se referens, illumq. verbogenus repetitum velle dictans.

- H**aud raro accidit, ut actor ad libellum suum, antea judici in scriptis oblatum, in termino se referat, eum verbotenus repetitum se velle dictans ac responsionem exigens, ubi solet dubitari, annon repellendus sit propterea, quod vivâ voce jus suum haud proposuerit juxta tenorem hujus Confit. Ita sentit Dn. Matth. Berlich. part. 1. concl. 13. n. 8. † Quia scilicet *Constitutio Electoralis* pro forma essentiali requirit, ut jus actoris vivâ voce in judicium deducatur, adeoque præcisè id observari, † nec per æquipollens suppleri debeat, ut tradunt in simili Jason. in l. hæc consultissima. 21. §. 2. C. de testament. n. 1. & Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quest. 15. n. 8. Quod quidem concesserim, si actor simpliciter se referat ad libellum antea oblatum, nec quicquam de repetitione addat, ut sèpius in Electorali Sax. Scabinatu observatum memini, secundum quæ restringenda forsan sententia supremi judicij Appellat. Dresdensis à Berlichio adducta. † At si actor dicat, se libelluna antea oblatum huc verbotenus repetitum velle (Er wolle sein übergebenes Klag-Libell von Wort zu Wort anhero wiederholen haben/ und der Antwort gewärtig seyn) licet nil amplius addiderit, cur audiri non debeat, haud certè video. † Non enim quicquam novi tum profert in judicio, quod oretenus & vivâ voce proponendum esset; Nec metuenda erit ulla litis protractio, quæ sola causam dedit sanctioni Electorali, quin potius per nudam relationem item magis abbreviari, quam si prolixo sermone ac longis ambigibus singula quæque libelli verba oretenus profrantur, omnino alterare licet. † Ac certè perinde est, per relationem quid proponatur an per narracionem, ut refert ex Baldo Philipp. Decius Conf. 647. n. 3.

Quin ergò Reus actori, ad libellum antea oblatum se referenti, respondere teneatur, nullus ambigo cum Reinh. Rosa in addit. ad Moller. hic num. 9. modo actor se libellum in termino repetitum velle dictet, ut appareat de ipsius mente actionem in libello propositam prosequi volentis. † Alioquin si de animo repetendi expressè non constet, ex sola relatione judec Reum vix tutò ad respondentum adigit.

Ita Domini in causa VVenceslai Beethers zu Neukirchen contra Bastian Edern/ ad requisitionem des Schul-Berwalters zu Meissen/ Meaf. April. Anno 1612. (Verba sentent. Dass Beklagter/seines Fürwendens ungeachtet/auff die/wider ihn angesteckte Klage/ darauff sich Kläger referiret, mit ausdrücklicher Erklärung/ dass er solche von Wort zu Wort in termino wiederholen haben wolle / sich einzulassen / zu antworten und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig / und ergienge alsdenn darauff fermer/ was recht ist/V.R.W.)

In causa Bened. eti Thomae contra Abraham Steinbachen zu Meissen/Mens Jun. Anno 1612. (Verba sententia: Dass Beklagter/seines Fürwendens ungeachtet/aufserhobene Klage sich einzulassen / und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V.R.W.)

In causa Franz Nitzens contra Basilius Bernharden Mens. Jun. Anno 1613

Et in causa Johannis Schneideweins contra Giesbrecht Tiegerichen/Mens. August. Anno 1616.

### DEFINIT. IV.

In concursu etiam creditorum, aliisq. causis summaris vivâ voce, non scriptis, jura litigantium sunt propo-nenda.

**Q**uemadmodum Reipublicæ pariter atque parti- 1 um litigantium interest, lites abbreviari ac oxyüs finiri, l. properant. 13. C. de jud. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de re jud. l. 2. in pr. ff. de aq. & aq. pluv. arcend. l. 10. C. de transact. Morla in empor. jur. p. 1. tit. 3. q. 2. n. 17. Frieder. Pruckm. conf. 38. n. 92. ita & jura litigantium vi-vâ saltem voce & oretenus, non in scriptis proponi bonum publicum exigit; † Nimirum, quia ut plurimum per apices juris & subtilitates legum domi excogitatas & in scriptis conceptas, lites valde protra-huntur, Pract. Papiens. in forma libelli in alt. real. §. summarie. num. 4. Dom. Arum. lib. 2. decis. ii. num. 9. † Quidni ergò sanctio Electoralis, quæ mutuis scriptis in judicio litigare prohibet b. Conf. 1. ad causas quo-que creditorum de prioritate certantium, aliasque summarias, in quibus absque litis contestatione soleni- ni procedi solet, extendenda, quippe in quibus non minùs partium interest, litigium finiri, ut bene notat Dan. Moller. hic n. 6. † Necrario est hisce in causis 4 Advocatorum temeritas, in proferendis allegationum plaustris, circa generalia etiam Brocardica, ut vel propterare saltem causam in scriptis ventilari, haud con-cedendum sit, Auct. discurs. von Justitien-Werck. p. 26. 47. 80. & 90. Omnipotens sane jura allegare Advocatis interdicendum non est; † Sed sufficiat unum vel al- terum autorem, aut legem in terminis allegare per l. si quis obrepserit. 29. ff. de l. g. Corn. de fals. ubi Marsil. n. 7. Ad quid enim conductit accumulatio allegationum, quæ non modò nauseam facit judici acta per-legenti, sed & processum protrahit & stultitiam advo-cati prodit, Sim. de Præt. in proxim. tr. de ult. vol. inter-prett. n. 22. † Informare siquidem velle judicem in ju-re, & demonstrare ex corpore juris, Gloss. aut Interpretibus, quid de lite sit judicandum, æquè ridiculum & inconveniens est, non secus, ac si ægrotus Medico curam prescribere vellet ex Galeno, Hippocrate & aliis, Auct. disc. von Justitien-Werck. p. 26. † Sed ad quid proderunt Advocati & Jcti, inquires, si non li-ceat accumulare jura, & in utramque partem dispu-tare? Facti speciem cum omnibus circumstantiis proponant, eoque imprimis intendant, ut actionem-ritè instituant, & cogitent, quænam actio proponen-da, quænam actionis sint requisita, & quomodo veri-ficari

8 scari possint: † Tām difficile certe id erit, quām far-  
raginem allegatorum hinc inde colligere & malē fa-  
cto accommodare, imō ignorare, quānam sit actio in-  
stituta; Ita nēmpē mundus vult decipi ab advocatis  
luxuriantibus allegatorum multitudine, inquit Auct.  
disturſ. vñ Jūstitiæ-Werck pag. 93. Ventur. de  
9 Valent. in part. litigios. lib. 3. c. 7. n. 25. † At hanc  
jurium allegationem in Electoratu Saxonie haud pa-  
rūm supprimi sanctione hujus Conſtitut. ecquis non  
videt? Cum oretenus plausta allegationum profer-  
10 re, non omnibus datum sit. † Plane ad causas me-  
talicas b. Conſt. trahendā non est, uti manifestum red-  
ditur ex Ordin. metallic. art. 101. eis. Wie die Par-  
theyen zu recht zu verfassen/ und mit Säcken zu ver-  
fahren seyn solle. Dan. Moller. hic n. 7.

Ita Domini in causa Hansen Apels Gläubigers/ Mensl. No.  
vambr. Anno 1621. ( Verba sent. Wann nun solches geschehen/  
die sämtliche Gläubiger auch ihrer priorität halber vom Munde  
aus in die Feder gegen einander verfahren/ intrassen sie zu  
ihun schuldig/ so ergehet darauff wie einer vor dem andern zu  
bezahlen/ ferner was recht ist/ V. R. W.)

It. in causa Jacobi Demanths & Consort. contra Benedicti  
Tillings Wittwen/ Mensl. Jul. Anno 1616. ( Verba sentent. Das  
Vellagter schriftliches Einbringen nicht zulässlich/ sie  
ist aber auf anderweit vorgehende gebührende Ladung durch ih-  
ren kriegischen Vormunden/ was sie iego in ihren Schreiben an-  
geführt/ das sie nemlich ihres Mannes Erben nicht worden/ sich  
auch seiner Verlassenschaft niemals angemessen/ vom Munde  
in die Feder vermöge Churf. Sächs. Conſtitution eingubrin-  
gen schuldig/ darauff also dann in dieser Sache ferner ergehet  
soll/ was recht ist/ V. R. W.)

Ex in causa Henrich Pessels & Matrini Kettens contra Geor-  
gium & Salomonem die Medeler an Rath zu Plauen / Mensl.  
Marc. Anno 1610. ( Verba sent. Das Vellagter schriftliches  
Einbringen nicht zulässlich/ sonden sie seynd auf anderweit  
vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und ihre rechtliche  
Nochdurft wider der Kläger eingebrachte protestation-  
Schrift Inhalts Churfürstl. Sächs. Conſtitution vom Munde  
aus in die Feder eingubringen schuldig/ darauff alsdenn/ wann  
Kläger hierauf mit ihrer rechtlichen Nochdurft gehört wor-  
den/ ferner in der Sache ergehet/ was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Partium conventione fieri potest, ut non vivā voce, sed  
mutuis scriptis in causā judiciali proce-  
datur.*

1 **N**um partium conventione induci possit, ut alter-  
nis vicibus in scriptis jura litigantium propo-  
nuntur, disputat Dom. Arum. lib. 2. decis. 11. & ex sen-  
tentia Jenensium negativè respondet, secutus Daniel  
Moller. hic num. 2. ubi ait: id nihil magis in partium  
potestate esse, quām tempus decadū leuterationibus  
& appellationibus præfinitum extendere, vel minue-  
re, quod neutri permisum novimus, † scilicet quia  
dictatio oralis non modo de forma judicij, sed & boni  
ac commodi publici causā est adinventa, ut eo citius  
3 lites finiantur & abbrevientur, *supr. Defin. I.* † Immu-  
tari vero haud possunt partium consensu, quā intuitu  
publicæ utilitatis sunt inducta, *I. jus publicum. 38. ff.*  
4 *de pæct. I. neg. ex pretorio. 27. ff. de Reg. jur.* † Sed be-  
nè advertendum est, publicum commodum non nisi  
per consequentiam sanctione hac Electorali, quā cau-  
sam judiciale scriptis mutuis agitari prohibet, pro-  
5 moveri. † Principaliter vero in eo vertitur utilitas  
privata putā litigatorum, ut scilicet eō minores sum-  
tus impendantur, expensis superfluis partium parca-  
tur, litesque eō citius finiantur. † Ex quo fit, quod  
prædictæ sanctioni litigantes bene renunciare pos-  
sint, per ea quā tradunt in simili Johann. Vinc. Hon-  
ded. vol. 1. consult. 28. num. 34. & seq. Frider. Pruck-  
man. vol. 1. confil. 29. n. 116. Anton. Hering. *de fidejuss.*  
7 cap. 17. n. 56. † Ac si per compromissum speciale à  
modo procedendi generali ac consueto partes recede-  
re queant *I. privatorum. 3. C. de jurisdict. I. ait prator.*  
*5. ff. de rejudic. ubi Gloss. in verb. non habent. cur non*

etiam huic sanctioni in sui favorem introductæ re-  
nunciare valerent, haud intelligere possum; Acce-  
dente præsertim observantiā quotidianiā, de qua etiam  
testatur Dn. Berlich. *part. I. Concl. 13. n. 23.* † Nec 8.  
movet in contrarium Ordinat. Judic. Appellat. *tit.*  
von rechtlichen Einbringen *post pr. vers.* wenn auch  
gleich die Partheyen sich dessen/oc. siquidem consti-  
tutio illa localis est & de judicio supremo Appellati-  
onis saltem disponit, ideoque ad judicia inferiora,  
haud extendi debet. Aliter respondet Berlich. *dict.*  
*concl. 13. num. 24. vers. ultima ratio, &c.*

Ita Domini in causa Hildebrands Elterlein contra Martin  
Zoborn zu Meissen/ Mensl. Decembr. Anno 1621. ( Verba sent.  
Weil beyde Partheyen sich verglichen/ ihre Nachdurft in  
Schriften wechselseitig Gerichtlichen einzubringen/ Kläger  
auch albereit den Anfang gemacht; So ist Vellagter gleichfalls  
denselben nachzukommen/ und seine Nachdurft in Schriften  
fürzubringen schuldig/darauff alsdann ferner ergehet was recht  
ist/ V. R. W.)

Et in causa Pauli Majans contra Cornelium von Dahlem &  
Consortes Mensl. Octobr. Anno 1620.

#### DEFINIT. VI.

*In processu criminali ordinario semper vivā voce est  
agendum, etiam si partes aliter conve-  
nerint.*

**N**on minus in causis criminalibus, quando proceſſu  
agitur ordinario, quām in civilibus oretenus  
& vivā voce jura litigantium sunt proponenda pro-  
pter generalitatem hujus Conſtitut. quā inter causas  
criminales & civiles non distinguit, sed indefinite lo-  
quitur; Ergo generaliter quoque de causis pariter  
criminalibus atque civilibus erit accipienda *arg. I. I.*  
*S. generaliter. 1. ff. de leg. præf. I. 8. ff. de public. in  
rem act. ut recte colligit Dan. Moller. hic n. 5. ubi  
Reinh. Rosa in addit.* † Idque eo magis, quia publice  
interest, lites criminales citò finiri, ac crimina coérē-  
ri *I. I. S. cuius. 1. ff. de just. & jur. I. 1. ff. paena. 20. ff. de paen. I.*  
*bona fides. 31. in pr. ff. deposit. I. congruit. 13. ff. de offic.*  
*prefid. I. si à Reo. 70. S. ult. ff. de fidejuss.* † Ex quo fit,  
quod licet in causa civili partes sanctioni hujus con-  
stitutionis renunciare ac jura sua in scriptis proponere  
queant, *Defin. preced.* Attamen in criminalibus hoc  
litigatoribus neutquam sit concedendura; † scilicet 4  
quia in processu criminali principaliter commodum  
publicum versatur, quod privatorum conventione  
immutari nequit, *I. jus publicum. 38. ff. de pæct.*

Ita Domini in causa Nobilium à Noppichen contra Johann  
Burcharden zu Wittenberg/ Mensl. April. Anno 1620. ( Verba  
sent. Das Vellagters Suchen nicht zulässlich/ sondern want  
Anklagere ihre Klage für peinlichem Halsgerichte gebührlichen  
wiederholen werden/ so ist Angelagter zu erscheinen und Ver-  
möge Churf. Sächs. Conſtitution vom Munde aus in die Fe-  
der sich darauff einzulassen/ und zu antworten schuldig/  
V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Ultra quadruplicem litigatores, jura sua proponen-  
tes, non sunt audiendi.*

**S**aluberrima est sanctio D. Augusti Electoris, quā  
sternis mutuis dictandi vicibus (& quidem novi-  
ter intra septiduum. *Resol. Grav. de Anno 1611. Tit.*  
von Jūstitiæ-Sachsen. *S. Ingleichen sollen zum  
drey- und dreyzigsten) in causā concludere jubet, b.*  
*Conſt. I. in verb. und mit dreyen Säcken beyderseits?*  
wechselseitig zum Urtheil beschlossen werden soll.  
† Id quod commodum litium abbreviandarum Re-  
medium existimavit, † bene perpendens malitiam  
causidicorum seculi nostri, qui vel ostentationis, vel  
lucri causā exceptiones quandoque etiam contrarias  
& incompatibiles, easdemque semper verbis aliis re-  
petentes in infinitum usque extendunt, atque ita lites  
involvunt & protelant, Johan. Petr. Ala. in tr. de adv.  
*& caus. quest. 40. Covarr. I. var. resolut. c. 2. n. 3. † quod 3*  
*malum*

malum ubique fere locorum irrepit, imprimis vero id Sileiam & Lusatiam infecit. Ex quo aliud porrò nascitur inconveniens, Plausta scilicet actorum ad collegia J.C. transmittuntur, † quorum labores in perfectione non parum accumulantur, ut ipsem et sepius haud absque tedium & insigni molestia expertus sum: † Nimirum omnis horum advocatorum, (modo nomine hoc nobili sunt appellandi) cura, omne exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa lites & iuris consitit, qui litibus tanquam quatuor elementis conservantur & nutriuntur, ut faciat loquitur Zasius in l. 2. §. post hoc 40. verb. me obtinuit. ff. de origin. jur. † Effectum si scire cupias, Bursam queras clientum, quam tibi vacuam promitto. Nec enim alio fine causidici vel rabulæ jura litigantium prolixè verbisque copiosis extendunt, quam ut lucrum corradant, clientibus persuadentes, tot verba, tantum laborem, tantamque molestiam negotium requirere, interim execrabilem illam vocem subinde eructantes: Hoc est de pane lucrando, Ventur. de Valent. in part. litigios. lib. 1. c. 9. n. 4. † Quo sit, ut advocatorum manus crescant, litigantium corrumpantur, quia corruptio unius est generatio alterius, Auct. disc. von Justitiæ. Werck. pag. 94. Malo itaque huic in provinciis suis occurtere voluit Elector Illustrissimus sanctione hac saluberrima, ne in uno eodemque termino ultra quadruplicas procedatur, Dan. Moller. b. c. 2. n. 2. Reinh. part 6 Differ. iur. civil. & Saxon. 95. † Ceterum si juri suo deducendo duas sibi vices mutuas sufficere litigatores existimant quin tertiaz propositioni renunciare possint, dubium non est, Moll. dict. loc. Matth. Wesenb. ad rubr. insit. de replic. n. 4. v. auct. de eo. & in supplem. ad Schneidewin. ibid. n. 3.

Ita Domini in causa Christophori Duseis contra Walther Herzogen & Consortes in Prætorio Lipsiensi ventilata Mens. Jul. Anno 1625. (Verba sent. Dass Beklagte Vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution ihre Nothdurft vom Mund aus in die Feder einzubringen/ und durch drey abgewechselte Gesänge zu versfahren schuldig/ sc.)

Et in causa Johannis Schneidewin contra Giesebricht Tiegerica/ Mens. August. Anno 1616.

#### DEFINIT. VIII.

In quadruplicâ quid novi à Reo proponatur, in judicando non ascendit debet.

**N**onne autem jus actoris pericitabitur, inquires, si quinduplicando respondere ipsi permisum, haud sit. † Quid enim si novi aliquid Reus in quadruplica proponat, quo judex ad ientitionandum pro ipso commoveri posset? † Iniquum sane videtur actori beneficium defensionis præcidere, nec Judex de his, quæ controversa sunt inter litigantes, non auditâ utrâque parte cognoscere debet, l. in cause. 13. pr. vers. causa enim cognita. ff. de minor. l. de qua re 74. ff. de judic. † sed nil iniquum inde metuendum, quia in quadruplicâ, seu ultimâ propositione, im lehren Sache/ quicquam novi proferre haud licet, aut si contractum fuerit, id in judicando prorsus non attendi debet, disponente sic Electore Illustrissimo b. Conf. 1. in verb. und im letzten Sache keine Neuerung eingeschafft/oder in Stellung der Urtheil übergegangen werden soll. Ubi Moll. n. 3. in fin. † Rectissime sane, ne ansa detur litigantibus se invicem decipiendi, quibus alias semper in ore est axioma legistarum, quod liceat contrahentibus invicem se decipere, † sed deceptiuncula hæc nihil aliud est, quam malitia, secundum Ventur. de Valent. in partben. litig. lib. 1. c. 8. n. 31. ubi dicit axioma illud male intellectum destrusisse multos in ignes sempiternos, quia obtinetur duntaxat in foro exteriori contentioso, ubi consideratur læsio ultra dimidium l. 2. C. de ref. vendic. non autem attenditur in foro conscientia, Auct. disc.

von Justitiæ. Werck. pag. 101. Job. Petr. Ala. in tr. de adv. & caus. Christ. quest. 87. † Nec est, quod si lis bona sit, aut virtute aut dolo vincit possit, ut inquit Novelli litigantientes. Omnia male: † Nam iusta justè exequenda sunt litigia, inquit M. Jac. Faye la 6. remonstr. n. 229.

Ita Domini in causa VVilhelmi. Hennens contra Georg. Wendlanden/ Mens. August. Anno 1614.

It. in causa Johanna Gothers contra D. Conrad. Müllern/ Mens. Jul. Anno 1617.

Et in causa Matthes Wersen contra die Pfeiffersche Wittebe/ Mens. August. Anno 1610. (Verba sent. Die weil nicht zu besiedeln/dass Beklagte auf die in Klägers legitem Gesetz bestehene Recognition mit ihrer Nothdurft gehobet worden / so geschieht solches nochmals billich/ darauff alsdann in der Sachen fertig ergehet/was recht ist.)

#### DEFINIT. IX.

*Non audiendi sunt litigantes de re modici prejudiciis, quin posius de iudicio repellendi ac coercendi.*

**N**escio an non prudenter faciant, qui lites in tantum exercentur, ut malint jus suum indiscretum relinquere, quam in iudicio contendere, c. n. 2. ubi Felin. in pr. X. de prescript. Jason. in l. filio pater. 87. num. 3. ff. de legat. 1. Matth. Wesenb. vol. 1. conf. 23. n. 39. penitentes nimirum incommoda litis infinita, quæ si scire cupias, eas Mediolanum, ubi Praetorio hæc verba, inscripta reperies: † In controversiis causarum capaces inimicitia oriuntur, fit amissio expensarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multæ & in honesta crimina inde consequuntur; Bona & utilia opera postponuntur; Et qui sepè credunt obtinere, frequenter succumbunt, ac si obtinent, computatis laboribus & expensis nihil acquirunt. Chytr. in delit. itin. p. 244. † En monstrum horrendum & quartum Dei flagellum, quod divitibus applicandum, qui pestem fugiunt, fame ditescunt, bello triumphant, sed ex litibus redduntur pauperes, ex pauperibus mendici, Ventur. de Valent. in partben. litig. lib. 1. c. 4. n. 14. Herman. Lather. de cens. lib. 2. cap. 5. n. 35. † Nec enim absimiles sunt litigantes Chymistis, qui laboriosè querunt lapidem, donec omnia dilapidaverint, ita litigantes & se & opes conterrunt, donec tristissimum litis eventum experiantur, & Chymistarum præmium, nimirum extremam paupertatem sentiant, l. quod debet. 51. ff. de pedul. Andr. Knich. in comm. ad ius Saxon. cap. 3. fol. 260. Her. ring. de fidejuss. cap. 1. n. 25. † Nunquam scilicet absque pecunia litigari potest, l. cum quem. 79. ff. de judic. arg. l. alias 18. ff. de iurejur. l. 22. C. mandati Lather. dict. c. 5. n. 39. sed prima, media & ultima cautio litigiorum est de expensis solvendis & insumentis, Autb. offerasur. C. de lit. contref. Ventur. de Valent. dict. cap. 4. n. 5. ut verè dictum videatur satis lucrari eum, qui à lite discesserit, Pet. Greg. Tholos. l. 47. syntag. iur. univ. cap. 1. n. 12. Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 22. † Nec enim vulgatum illud: leges neminem in paupertate vivere nec in anxietate mori permittunt Novell. 1. c. 4. u. iphis litigatoribus; sed potius Assessoribus, Advocatis & Procuratoribus dictum censetur, Christ. Chem. in disc. iur. pol. cap. 5. num. 106. † sed minima hæc est expensarum & pecunie jactura, si alia litium incommoda perpendantur, putâ rancor animi, inimicitia capitalis, curæ, labores, vana spes, timor & centum alia, quæ litigantes devorare necessum est, non aliter atque pillulas, Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 6. n. 464. Ayrer. part. s. proc. iud. cap. 2 obser. 3. n. 4. † Certè Ægyptii decem plagi castigati fuerunt, sed miseri litigantes mille subjiciuntur, quæ litigantium miseria non atramento sed sanguineis lachrymis deploranda est, maximè

inter Christianos ipsis Ethnici litigiosiores Anton. de Guev. in inst. aul. c. 10. Anton. Fab. dicit. loc. 9. † Quisnam ergo vir bonus lites non detestari vellet? si non molestias hisce, attamen verenda atque tremenda Salvatoris nostri auctoritate convictus Marth. 5. vers. 40. Cui litigia prohibenti omnino magis obediendum, quam hominibus contendentibus Act. 5. v. 29. † Nec alio fine Christum Apostolos sine auro misisse ad praedicandum, quam ut ipsis subtraheret causam litis, tradit D. Ambros. c. ira 68. caus. 11. n. q. 3. † Reperiuntur nihilominus, qui tantillum de jure suo remittete, ac lites fugere ignominiosum sibi fingunt, quin potius volupe iis est etiam ob titivilitum, stillicidium, cloacam aut rem aliam modicam litigare, quorum auribus semper infonet, honorabile non esse litigare pro modo, l. si merces. 25. §. 6. ff. 12. locati. Nov. 24. c. 1. † Et pudeat ob gallinam, anierem, leporem, aliam rem levissimam tantas interdum lites movere atque judicia molestare, Vent. de 13. Val. in part. litig. lib. 1. c. 3. n. 36. † Muliebre certe est litigare de re minutâ, quam nec opera pretium est extra judicium petuisse, ac sine ullo litis incommodo obtinuisse, Anton. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 22. Ac merentur temerarii hi litigatores à judicio repelliri, & pena arbitria coerceri, quod ceteri, qui non aliam vivendi causam habere velle videntur, nisi ut litigant, tandem abstineant, Herman. Lath. de cens. lib. 2. 14. cap. 5. n. 4. † Veluti contra opifices quosdam, qui de gallo gallinaceo litigantes multum temporis atque pecuniae consumpsierant, testes producentes, reproducentes, attestata testium disputantes, usque dum plastra actorum confecta fuerant, judicatum. 15. memini: † præstat sancte Deum quotidiè precari, ut lites ejusmodi procul à nobis avertat, non aliter atque pestem, famam & bellum, sicut in hymnis Ecclesiasticis canitur: dissolve litis vincula. Astringe pacis foedera. Ne litis horror infonet. Extingue flamas litiū, refert Hier. Gonzalez sup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 17.

Ita Domini in causa A. P. contra M. S. zu Leipzig/Mens. Decemb. Anno 1620.

#### DEFINIT. X.

*Litigii telum, etiam in judicio, amicabilis compositione procedere debet.*

¶ **A**n vero bonis viris ac Christianis litigare nunquam licebit salvâ conscientiâ? † Negare hoc velle simpliciter, quid aliud esset, quam totum processum judicarium inverttere, ac ordinationi divinæ con- 2 tradicere: Nam judicium, † in quo lites tractantur, Dei est ordinatio, Deut. 1. v. 9. Exod. 18. v. 19. Gen. 9. v. 6. Ps. 82. v. 8. Proverb. 8. Rom. 13. Novell. 6. & 8. c. questum. 45. caus. 23. quest. 4. l. 1. C. de summa. Trinit. Bodin. lib. de Republ. c. 10. Petr. Gregor. Tholos. l. 47. synag. jur. c. 1. n. 9. Et cum adversario suo litigare atque in judicio conflictari jus etiam divinum concedit, Esa. c. 1. v. 17.

3 Act. 13. v. 17. vide omnino Tholos. dicit. loc. † Estque litigium sive judicium, in quo lites tractantur, legitimum præsidium atque juris publici tutela, l. 5. C. de bis qui ad Eccles. config. l. nulli. 14. C. de Jud. quin & finis judiciorum est circumcidere lites l. properandum. 13.

4 C. de jud. † Ergo Christianis litigare non minus concessum erit, quam belligerare, Tholos. lib. 11. polit. c. 1. n. 11. Heresbach. de admin. Reipubl. Christ. c. 6. Ventur. de Valent. in part. litig. lib. 1. c. 3. n. 30. Nec tenebitur quisquam jus suum indiscutsum relinquere, c. novit. 13.

5 ex art. de jud. Deut. 1. v. 17. Lev. 19. v. 15. † sed detestamur lites temerarias, injustas, modicas, nullas, & per consequens non tam litigium, quam impiam litigandi causam, primumque ad jurgia & litigiosas contentiones animum cum Petr. Gregor. Tholos. lib. 47. synag. c. 1.

n. 6. Bald. in l. generaliter. 52. n. 13. C. de Episc. & Cler. Nevizan. lib. 6. sylv. nupt. num. 8. & seqq. † Peccant 6 siquidem litigaturi de rebus modicis, temerarii ac nullis Definit. preced. non evitando damnum, sed captando lucrum, Ventur. de Valent. dicit. c. 3. n. 24. † Non prius cogitantes an item ingredi expediat, l. 1. C. de edend. c. 1. vers. judas. de penit. diffl. 6. c. inducia 3. caus. 3. q. 3. nihil de jure suo remittentes, nec honeste atque modeste, sed ut se invicem decipient, colligantes, haud memores proverbii: *Der Sachen Feind / der Personen Freund/ licet rari sint, in quos illud germanicum cadat, ut ait Keller. lib. 2. de offic. jurid. polit. c. 7. p. 347.* † Et instruunt litigantes Christianos multis 8 cauetis Vent. de Val. dicit. c. 3. & Joach. à Beust. dom. 3. advent. p. 655. sanè in eo Christiani homines culpandi sunt, quod litigaturi non semper amicabilem compositionem prius querant. † Quæ tamen litigium præcedere debet & à judice etiam inter partes litigantes tentanda, antequam ad processum deveniatur, c. 1. X. de mut. per. c. ult. X. de transact. c. si illuc. 29. caus. 25. q. 4. c. querel. 15. X. de simon. c. si primates. 4. caus. 5. q. 2. l. 12. §. 3. ff. de usufr. Felin. ad rubr. de treug. & pac. n. 1. Wesenb. lib. 1. conf. 21. n. 1. Tholos. dicit. c. 1. n. 14. † Non enim prudenter fortuna arbitrio committitur, quod per concordiam componi potest, Andr. Knich. de jur. Saxon. c. 3. fol. 260. ac legum latori circa amicitiam & concordiam magis quam circa justitiam studendum est, Arist. 8. Ethic. 1. Anton. de Guevare. lib. 2. c. 36. † Causam hæc res dedit in omnibus ferè Europæ provinciis statuto, ut lis omnis concorditer & amicabiliter componatur, antequam litis sive potius litigiosi processus via tentetur, ut de Galliâ testatur Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 22. de Italia. Jaf. vol. 1. confil. 35. Fulgos. conf. 152. de Germaniâ Vent. de Valent. in parthen. litigios. lib. 2. cap. 4. n. 10. † Idque in provinciis 12 etiam Electoratus Saxonici obtinere, observantia docet, & expressa hæc de re est sanctio Electoralis in Ordin. judiciar. sit. 1. §. besonders aber wollen wir/in verb. damit nicht leichtlichen und ohne Unterscheid die zwischen den Partheyen entstandene Frungen in weitläufigen Procesß gewiesen/ sondern so viel immer möglich/ zuvor versucht/ ob die Partheyen entweder auff billige Weise in Guten zu vergleichen/ c. quod novissime repetitum in Resolut. grav. de A. 1661. Tit. von Justitiens Sachen/ §. und weil zum Elßften/ ic. §. und eben also soll es zum funfzehenden/ ic. † Omisa tamen amicabili tractatione, processus non est nullus, nec Reus ab observatione judicij absolvendus, nec respondere tenetur Frider. Pruckm. vol. 1. confil. 42. n. 1. & seqq.

Ita Domini in causa David Zimmermanns contra Georg Schreyern/ Mens. Jun. Anno 1620.

Item in causa Hansen Rudolphs contra Paul Pörnern/Mens. Jun. Anno 1625.

Item in causa Christopheri Dusels contra Caspar Pörnern/ t. Mens. Octobr. Anno 1627.

#### DEFINIT. XI.

*Ad concordiam tamen, sive amicabilem compositionem, judex partes litigantes compellere nequit.*

¶ Lerumque vero litigantium ingenia sunt heterogenea, nec ad compositionem amicabilem prona, ubi disquiri solet: *Num judex litigatos ad concordiam compellere & cogere possit?* † Affirmant id Tefaur. decif. 89. n. 1. & 3. Dec. confil. 13. vol. 1. Barbat. vol. 4. concl. 54. Ventur. de Valent. in parthen. litigios. lib. 2. c. 4. n. 22. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 18. n. 6. & 7. Matth. Wesenb. conf. 21. n. 1. † Quorum sententia in certis saltem casibus videtur admittenda, veluti si subsit timor, ne ad arma partes veniant, Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. quest. centur. 5. cas. 442. n. 9. Adam. Keller. lib. 2. de offic. jyr. pol. c. 7. aut

- aut dissensio sit inter partes insignis, ex quâ Respubli-  
ca turbari possit, l. 21. §. incipit. s. f. de capo. † vel  
si lis sit de alimentis, Ventur. de Valent. dict. c. 4. n.  
22. idque maximè, quando lis vettitur apud judicem  
supremum, Matth. de Afflict. decis. 149. n. 7. & 8. de  
quibus aliisque casibus vid. Felin. in rubr. extr. de  
treugâ & pace. 2. & seq. Paris. de Put. tratt. Syn. verb.  
concordi. & verò judex. n. 1. & seq. Tusch. tom. 2. tit. C.  
5 verb. concordar. consl. 564. † Cæteroquin regulariter  
judices, præsertim inferiores, partes litigantes ad con-  
cordiam & amicabilem compositionem cogere & ar-  
ctare nequeunt, sed processum admittere tenentur,  
Paris. de Put. dict. loc. n. 9. Bartol. in l. congruit. 13. ff. de  
offic. præsid. n. 4. Dom. Arum. lib. 5. decis. n. 72. Frider.  
6 Pruckman. vol. 1. consl. 42. n. 6. † Quod & diserte ap-  
probavit Illustrissimus Sax. Elector in Ordin. Process.  
tit. 1. §. besonders aber wollen wir/vers. iedoch mit der  
Discretion &c. non habito respectu causarum ac per-  
sonarum dict. tit. 1. §. 1. vers. zumal wenn sichs befindet/  
7 junct. dict. vers. Iedoch mit der Discretion. † Nemo  
siquidem jure compellitur ad transigendum vel paci-  
scendum l. 3. §. tametsi l. diem 27. §. stari. 2. ff. de recept.  
arbiter. l. si quis major. 41. C. de transact. l. si dictam fue-  
rit. 56. §. si compromisero ff. de evit. 1. l. nec emere. 16. C.  
8 de jur. delib. Bald. in l. 7. C. de sentent. ubi ait: † Con-  
cordiam svaderi, non imperari posse, aut pacem esse,  
bonum persuasibile, non compulsibile, Jacob. Me-  
noch. dict. cas. 442 n. 8.

Ita Domini in causa Martini Buchner & Johann Rothhäupts  
contra Elisabethen Hanefeldin/ Mense Mart. Anno 1617. (Ver-  
bal sent. Dass Beklagter seines Fürwendens ungeachtet aufs an-  
gestellte Klage bey Straffe Ungehorsams sich einzulassen / und  
den Krieg rechtens zu bestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in e. causa Hansen Rudolphs contra Paul Pötern/ Mens. Jun.  
Anno 1623.

### DEFINIT. XII.

Darante Commissione non est lis agitanda coram judice  
Ordinario.

- C**essante antea concordia sive amicabili compo-  
sitione, devenienti erit ad processum, litigio-  
sum, quo partes innumeris ferè molestis se obstrin-  
gant, ad pedes Advocatorum submittunt, & nescio  
quam non humilitatem ac patientiam discere cogun-  
tur. † Sæpè enim fit, ut nobiles quoque litigatores  
Advocatos expectare oporteat, donec crapulam edo-  
miverint, vestiti aut pransi sint; Eos comitari ad tem-  
plum & curiam, scriinia literarum portare, coram scri-  
bis nudistare, quibus in platea mendicantibus ne obu-  
lum ad restum darent, ut refert ex Ant. Mar. Spelta.  
lib. 2. della pazz. dilect. cap. 10. Ventur. de Valent. in  
3 pareben. lisig. lib. 1. c. 4. n. 29. † Hæc scilicet est litigan-  
tium superbia, nec dicam superlativa insania, vexan-  
da potius proximum & vexari ab omnibus, quam lite  
supercedendi. Sed imputent sibi, quod viam concor-  
dæ ambulare noluerint. † Restant nihilominus, ipsi  
alia adhuc Remedia, quibus jugo Advocatorum pau-  
lulum se subtrahere, ac facilitiori negotio metam litis  
5 affequi valent. † Petant nempe sibi dari Commissari-  
œ, quibus audientiam faciliorem habere possunt, &  
minores sumptus atq; expensas facere coguntur, Pract.  
Papiens. in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex com-  
promisso. §. tanquam in arbitrios. n. 2. Ventur. de Valent.  
6 in partb. litigios. lib. 2. c. 4. n. 14. † Qui etiam de facili à  
Principibus concedi & delegari solent, sub hac for-  
ma: Ut primò inter partes concordiam tentent, cā  
verò dissoluta demum vià juris procedant, docente  
experienciam quotidiana harum terrarum, de quâ etiam  
testatur Andr. Gail. lib. 1. observat. 35. n. 1. & lib. 2. de  
7 pac. publ. cap. 18. n. 6. † Durente namque commissio-  
ne, suspensa est jurisdicçio ordinarii judicis, coram quo  
processus ordinarius debet agitari; Interim jurisdicçio

& potestas de causa litigiosa cognoscere, tamque tra-  
ctare concessa est commissariis, qui semper eō inten-  
dere debent, † ut formam & tenorem commissione 8  
præcisè observent, ac ne fines excedant, c. cum dilecta  
22. extr. de rescript. c. citatio. 133. extr. de offic. dialogo.  
Jason. in l. à divo Pio. 15. ff. de re judic. num. 8. Andr.  
Gail. dict. obser. 35. num. 2. & 3.

Ita Domini in causa Christophori Württers contra Philippo  
Ehuarden/ Mens. Jun. Anno 1620. ( Verba sent. Diessw. aber  
aus den Acken so viel zu befinden/dass Beklagter Churf. Sachs.  
gnädigste Commission ausbrach; So wird/bis so lange die  
selbe erörtert/ in dieser Sache blichlich in Ruhe gestanden / und  
wenn die gütliche Entscheidung sich entschlagen/ ergehet als dann  
darauff fernher was rechte ist. V. R. W.)

### DEFINIT. XIII.

Arbitrorum laudo standum est, non propter autorita-  
tem sententie, sed ex compromisso pre-  
cedente.

**N**on minus utile litem abbreviandarum est Re-  
medium, quando ipsimet litigatores constitu-  
unt amicabiles compositores, qui causam cognoscant  
tamque amicabiliter componant. † Melius siquidem  
rei sua cōsulere is, qui malam item fovet, non po-  
test, quam ut vel in totum à lité discedat, vel quibus-  
cunque potest, mediis paciscatur atque transigat, c.  
dudum 22. extr. de elekt. c. ult. extr. de transact. Veit.  
tut. de Valent. in partb. litig. lib. 2. c. 4. n. 13. Frider.  
Pruckm. vol. 2. Consil. 18. n. 161. Cognolunt ergo dun-  
taxat causam arbitri & inter litigantes concordian-  
tent; † sed horum dicto vel intentio: partes haud 3  
stare oportet, nisi huic consenserint, tamque in viam  
pacti confirmaverint & acceptaverint, arg. l. 2. C.  
comm. utriusq. judic. Anton. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 35.  
defin. n. 2. Ventur. de Valent. dict. cap. 4. n. 15. † Alia 4  
est ratio Arbitrorum compromissariorum, in quorum  
scilicet sententiam fuit compromissum à litigatori-  
bus, ut plurimum pœnâ adjectâ, Novell. 82. c. 11. Andr.  
Gail. lib. 1. obf. 150. n. 6. Cacher. decis. 39. n. 5. † Qui 5  
vulgè dicuntur willkürliche Schiedes Richter/  
Niederschaff und Obmann/ Vent. de Valent. dict. c. 4.  
n. 1. Ayer. p. 3. proc. cap. 5. † Standum itaque est tunc 6  
arbitrorum laudo, non propter autoritatem sententie,  
sed ex conventione & compromisso, vel etiam metu  
pœnæ in compromisso adjectæ, l. ubi pactum. 40. C. de  
transact. Anton. Fab. dict. tit. 35. defin. 10. n. 7. in tan-  
tum ut nec appellare licet. † Nam sive arbitri sen-  
tentia æqua sit, sive iniqua, sibi imputet, qui compromi-  
fit, l. diem. 27. §. stari. 2. ff. de recept. arbiter. Anton.  
Fab. dict. tit. 35. defin. 6. Quamvis dissentias. Bartol. in  
l. arbitrio. 9. ff. qui satisd. cog. † Quem secessisse vi-  
detur textus ille, qui non de compromissatio loquitur,  
sed illo arbitro, qui datus est à judice ejusque vices  
quodammodo gerit, ut mirum haud sit non minus ab  
hoc arbitro judiciali, quam à Judice ipso posse appella-  
ri dict. l. arbitrio. 9. l. 7. in fin. C. de fer. l. 23. ff. de appell.  
Ita Domini in causa Johanna Brodmans contra Baibla-  
rem Schuman zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1634.

### DEFINITIO XIV.

Non valet sententia arbitrorum, si ex pluribus ali-  
qui, reliquis absentibus, pronuncia-  
verint.

**S**i ex pluribus arbitrari quidam, aliis absentibus, pro-  
nunciaverint, horum sententia neutquam vale-  
bit, l. duo ex tribus 39. ff. de re judic. Non sine causa,  
quia absentes, si adfuerint, alias in sententiam suam  
trahere potuissent, l. item si 17. §. ult. ff. de recept. qui  
arbiter. † Nec quicquam nocebit, quod absentes fu-  
erint citati, quia cogendi sunt, non interpellandi,  
qui compromissum receperunt, l. 3. §. 1. & seq. ff. cod. 1. 1.  
† Quod enim dici solet, contumacia esse pro præsentia. 3  
Ant.

*Aut. quia in provinciâ. v. sed si non ipse C. ubi de crimin. agi oport. id verum est, cum agitur de præjudicio contumacis, non alterius, cui aliena contumacia nocere non deber, Anton. Fab. in Codic. lib. 2. 35. defin. 3. n. 3.*

- 4 *† At dixeris, dissentientel licet uno vel altero, si plures, in quos compromissum est, coasentiant, horum sententia valet? l. item si unus. 17. S. ult. junct. l. seq. ff. de recept. qui arbitr. † Verum id est, si præsentes dissentiant, non si absentes sint; plus siquidem hoc casu potest absentia, quam præsentia cum contradictione, ut eleganter post Gloss. in dict. l. 17. S. ult. ff. d. 4. dicit Anton. Fab. dict. defin. 3. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Diewell beyde Parthenen auff gewisse Personen als Schiedes-Richter compromittiret/und derselbigen Erläuterung und Ausschlag diese Sache untergeben; und aber nicht zu befinden/dass alle Schiedesleute antwesende gewesen/und von ihnen das Laudum abgefasset worden/ sc. So mag auch dasselbe als ungültig Beklagten zum Nachtheil nicht gereichen; Sonder es wird die Sache an die sämtliche Schieds-Leute zu dero Erdreiterung hinwiederum billich verwiesen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Compromittere possunt Litigantes validè etiam coram judge ordinario.*

- 1 *A liud quoque litium abbreviandarum est Remedium, quando partes litigantes in judicio certo modo compromittendo, omnibus litigii ambagibus, protelationibus, solennibus juris beneficiis, ut Appellationi, Leuterationi aliisque, quibus causa in multos annos protrahi potuisse, renunciant, & in sententiam consentiunt, ut tota die practicari videamus. Quo certè remedio multis occurri potest molestiis & defatigationibus, quibus alias collitigantes sunt obstricti; † De quibus quasi invicem heteroclii certare videntur, eoque sèpissimè laborant, ut unus alterum fatiget, unde nihil ferè vulgatus in ore litigantium hoc dicterio: Ich will ihn wol müde machen/ quo unus alterum quasi consumat & ad transigendum urgeat, Guicciard. pol. by pom. 88. Petr. Frider. de cont. caus. lib. 3. c. 2. n. 1. Adam. Keller. lib. 2. de offic. jurid. polit. c. 7. † Quia scilicet omnia mundi mala norunt, qui circa lites versantur, & nihil curant præter vindictam, rancorem animi & bursam hydropicam, L. fin. §. 1. ubi Gloss. C. mandat. Matth. Coler. part. 1. decif. 4. 115. n. 12. Curt. Senior. conf. 55. n. 11. † Confugiunt ergò ad compromissum hoc litigantes, quos terrent molestia, labor, protelationes injuriosæ, cura faciens canos ante annos, imprimis verò molesta expectatio, l. etiam 5. 15. ff. ut legat. nom. car. l. 51. ff. de pecul. † Statuunt nempe, melius esse, habere reculam in tempore, quam expectare rem litigiosam; Malunt sumere pecuniolam oblatam repente, quam expectantiam litigii plenamente, ut ait Duro di Palc. in aul. th. 109. Ant. de Guev. 6. im Hoffleut. Becker. c. 10. † Quia secundum Accursum melius est unum Tene, quam centum. Cape, scilicet per longum ac molestem litigium, Gloss. in l. cum bi. 8. ff. de transact. Nevitz. in sylv. nupt. lib. 4. 7. num. 130. † Nec movet, quod in judicem ordinarium compromittere haud liceat, l. sed si in servum. 9. S. si quis judex sit. 2. ff. de recept. qui arbitr. quia hoc verum est, si quis in judicem tanquam arbitrum juris compromittere vellet, quod certè litigantes facere haud possunt: secus verò, si in judicem tanquam in arbitrarem & benevolum compromittant, quod scilicet non servato ordine processus, absque ambagibus cognoscatur, † quale compromissum absque dubio subsistit, l. societatem. 76. verf. arbitrorum, ubi latè Bartol. ff. pro soc. Eleganter Anton. Fab. Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 2. n. 3.*

Ita Domini in causa Martini Richters contra Andreae Hanemans Ehemewib / in præfecturâ Schole Grimmensis ventilata Mens. Mayo, Anno 1606.

#### DEFINIT. XVI.

*In Compromissis locus non est panisentie, aliter à parte invitâ.*

**N**i<sup>o</sup> transit compromissum ad heredes compromittentium, sed morte alterutrius expirat l. diem. 27. S. 1. ff. ac recept. arbitr. Quod verum est, et si plures ex una parte vel Rei vel Actoris compromisissent, & unus tantum ex his deceperet, Gloss. in dict. l. diem. 27. Hartm. Pistor. observat. 100. n. 2. † Modò causa fuisset individua Joh. Baptist. Alsin. in l. n. 141. & seqq. ff. de relig. & sumt. funer. Nam in causa dividua, licet ex parte defuncti compromissum expiret, subsistit tamen ratione superstitum, Hartm. Pistor. dict. obs. 100. n. 4. † Potentia autem in compromissis non datur locus, nec unus ex compromittentibus potest articulum aliquem ab altero oblatum compromisso eximere: † Quia compromissum utriusque partis consensu initum est; Ideoque unius tantum consensu, vel in totum, vel pro parte dissolvi nequit, l. 35. ff. de Reg. jur. l. 5. C. de O. & A. l. 58. ff. de pali. l. 4. C. de donat. sub. mad. l. 45. C. de transact. Modest. Pistor. part. 2. quest. 74. † Et iam si die eodem, quo initum fuit compromissum, alterutra pars illud revocare vellet, quia tempus non est modus gubernandæ sed moderandæ obligationis, l. obligacionum fere 44. S. placet. 1. ff. de O. & A. † Quamvis itaque per breve temporis momentum à perfectione compromissi cesserit, attamen semel perfectum fuit compromissum, à quo consensu discedi altera parte invitâ nequit, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. dict. quest. 74. n. 3. † Nec obstat, quod dici solet, ea quæ in continenti sunt perfecto negotio perinde haberi, ac si in ipso negotio intervenissent, l. leit. 40. ff. de reb. credit. Id siquidem verum est, si uterque contrahentium consentiat, cum pacta, de quibus agitur in dict. l. 40. non nisi utriusque consensu consentit, l. 1. 5. est autem pactum. 2. ff. de pali. Schult. dict. loc. n. 4.

Ita Domini in causa Vidua & Heredum Nicolai Hoffbache contra Heredes Jacobi Hanischens zu Dresden / Mensl. Jul. Anno 1616. (Verba sent. Diewell dieses eine Compromiss-Sache ist darinnen beyde Parthenen sich wegen eines gewissen modi procedendi verglichen; So hat nun mehr Beklagens gethanes Suchen dawider nicht statt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Commissarii ad judicandum super sorte constituti, etiam super usuris pronunciare possunt.*

**C**ommisarii, à Principe delegati, formam & tenorem commissionis diligenter inspicere & observare debent, ne fines Commissionis excedant. Non enim de rebus & causis, in commissione hand expressis, ipsis licet judicare c. cum Dilecta. 22. ext. de rescript. c. cum olim. 53. extr. de offic. delegat. Jason. in l. à Divo Pio. 15. ff. de rejudic. n. 8. Andr. Gail. lib. 1. observ. 35. n. 2. & 3. lib. 1. de pac. publ. cap. 6. n. 26. Specul. lib. 1. part. 1. tit. de judic. deleg. S. sequitur. 5. n. 1. & 2. † Quod tandem fallit in accessoriis & connessis; De his namque Commissarii absque ulteriore Principis iussione cognoscere possunt, quia ad illa semper extenditur commissio, c. prudentiam. 21. S. sexta nobis. & S. seq. ext. de offic. deleg. Gail. dict. observas. 35. num. 8. † Ex quo fit, quod partes litigantes citare & contumaces punire valeant cap. præterea. 5. ext. de offic. & potest. judic. delegat. Gail. dict. observ. 35. n. 8. † Sicut & super fructibus, usuris ac interesse pronunciare, Panorm. in dict. cap. prudentiam. 21. S. si verò. n. 2. & 4. Gail. dict. loc. n. 10. † Sanè Commissarii etiam sententiam à se latam exequi poterunt, ex veriori Dd. opinione, quæ probatur per text. in cap. pastoralis. 28. S. præterea. postulasti. ext. de offic. & potest. jud. delegat. l. 1. C. si contra

contra ius vel util. publ. l. ult. C. de judic. Specul. dict. S. sequitur. n. 6. Bartol. in l. à Divo Pio 15. ff. de re jud. num. 2.

Ita Domini in causa Rudolphi à Bünau contra Hans Wilhelmi Meyschen ad requisitionem Consulm & Questoris Zwickav. Mens. Jul. Anno 1632.

## DEFINIT. XVIII.

*Non admittendi sunt in judiciis Advocati improbi aut qui iure in Academiis non didicerunt.*

**M**axime nobile, laudabile atque honorabile est Advocatorum officium, qui gloriose vocis consili munimine laborantium spem, vitam & posteros defendunt l. *Advocati. 14. C. de Advoc. divers. judicior.* l. 1. §. postulare. 1. ff. de postul. † Ideo enim inventum est Advocationis officium, ut lites dirimantur, amicitia inter homines conservetur, Litigaturis succuratur, qui suum tueri & causam dicere ignorant, Jac. Menoch. *de arbitr. jud. qu. lib. 2. c. 369.* Cagnol. in l. 2. §. post originem 7. n. 25. ff. de orig. jur. Auct. dis. 3 von Justitien-Werck pag. 82. † Utinam hujus officii memores Advocati, in omni lite omnes cogitationes in Deum dirigerent & ad vita perfectioris genus, salutem clientum, ac Reipublicæ decus tenderent: sed

4 proh dolor! seculo hoc multi reperiuntur, † qui Advocationis munus plus ad subversionem veritatis, ac litigiorum augmentum, quam ad lucidationem justitiae & litium directionem exercent, Magon. *de rect. patr. rat. part. 1. cap. 6. n. 18.* Non digni hoc nobili ad vocatorum nomine, nec in republica ferendi, † vel certe coercendi, qui conscientias hominum pervertunt & judiciorum sanctitatem in cautelas, technas atque perjuria commutant, Gerichts-Plauderer / welche fast alle Verschreibungen streitig zu machen wissen

6 ut eos vocat Gail. in tr. de arrest. c. 9. n. 17. † Loquor aenep cum Adam. Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. c. 25. & lib. 1. c. 8.* non de veris & honestis advocatis, sed de causidicis, vel potius dicendi ignoris Rabulis, qui non eloquentes, sed simpliciter loquentes dicuntur, & tantum quæstus gratia garriunt; lites producent, & penè diuturnas faciunt, imò miseros Rusticellos vi adamantinâ ad se pertrahunt, & suadent, ut litem moveant Dominis, Knich. *de pact. fest. c. 3. num. 50. & 62.* † Ita mehercle lites pariunt, ac lites ex litibus sorunt, quarum litium novarum lis principalis quidem mater, Advocatus autem pater est, qui filiam ministrat nutrit, sed dominus matris, hoc est, litis, mari, filiabus & patri sumtus litium prestare tenetur,

8 Auct. dis. von Justitien-Werck. p. 23. † Alii absque conspicillis scripturas videre non possunt, ut inquit Magon. *de rect. patr. rat. p. 1. c. 8. n. 23.* imò querunt & inquirunt, unde tantum lucri capiant, nisi decipiunt, lites procrastinent, literas obliterent, sigilla surgillent, hoc nisi licet, so möchte der Teufel ein Quæstist seyn / inquit auctor dis. von Justitien-Werck. p. 9. 94. † Certe sunt hi ipsius diaboli mancipia, quæ licet aliant, ut sua sarciant mansipia & litigaturientes degradent, Ventur. de Valent. in partibus litig. lib. 2. c. 30. de quibus vere dicitur: Ubi advocatorum turba agit, ibi litium anfractibus tota civitas ardebit, nec domus aliqua a litigio vacabit, Joh. Bapt. Magon. dis. 10 pars. 1. c. 11. n. 9. † ut recte fecerit Ferdinandus, non. mittens Advocatos in Indianam, ne litium semina miserentur, Joh. Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 1. Non admittantur ergo Advocari, nisi qui sunt viri honesti, pia ac probi. † Sed nechi apti & idonei erunt ad manus Advocationis subeundum, si non iura in Academia didicerint; † Non minima siquidem malitia Advocatoriorum causa est juventus & ignorantia; Cum juvenes Advocati plerumque confusores litium dicantur, factum quodcumque utcunque capiant, idque in transcurso quasi, unde post tantos, tantæque mors;

sumtum & molestiarum processus, instar fili undique latè fumosi nestitur & educitur, ut quod horâ fæpe unâ componi posset optimè litigium, de eo anni plures firmentur pessimum, Kell. lib. 1. de offic. jurid. polit. c. 28. Ant. de Guevar. in Hoffleut. Wecker. c. 10.

† Qui in ipso litium portu impingunt, similes navingantibus Athenas, qui 1. anno Sapientes, 2. Philosophi, 3. Rhetores, 4. Nihil erant, ut ait ex Jacq. Faye. Vent. de Valent. lib. 1. cap. 9. n. 15. Magis vero nocet ignorantia & inscitia. † Multos enim hoc seculo vidimus fratres ignorantiae in foro versari & lites ex litibus diu protelare qui aut iura ignorant, aut prave si, ve malitiosè, applicant, de quibus vere lusit: In Institutis comparo vos brutis: in Digestis nihil potestis: in Codice scitis modice: in Novellis compararmini Asellis, In des Reichs Abscheid / seyd ihr kommen nicht weit, & tamen creamini doctores, o tempora! o mores! Vent. de Valent. dict. lib. 1. cap. u. numer. 7.

† Et quod pessimum, quibusdam in locis scribas, immo terræ filios & opifices munere Advocatorum fungivimus, ita nempe in hoc litigioso & malitioso seculo, sicuti in Comœdiis exhibentur Larvæ, pro Jctis Leguleji, pro militibus latrones, pro politicis Nebulones, pro oratoribus procuratores, Rabulae, pro historicis pueri, pro Advocatis scribæ & opifices &c. Eberh. à Weihe de van. glor. mund. p. 36. † Prudenter itaque sancitum ab Illustrissimis Saxonie Electoribus in Ordin. Torgens. de Anno 1583. tit. von Advocaten und Procuratoribus in Ordin. polit. de Anno 1612. tit. 3. §. Besonders auch; ne admittantur Advocati, priusquam publicum testimonium suæ eruditioñis & profectus in studio juris exhibuerint, vel alter de eo fidem fecerint. † Quod & juri communis convenit, ubi imperiti & indocti ad postulandum & advocandum non admittuntur l. 1. §. 4. v. advocatos ff. de extr. cognit. l. leges 9. C. de LL. add. Resol. gravam. de Anno 1661. Tit. von Justitien-Sachen. §. ebener massen wird auch zum vier und dreißigsten/2c.

Ita Domini ad requisitionem Questoris Voigthergenis Mens. Jan. Anno 1614. (Verba sent. Das Iego bemeldtes Joachim von Neidbergs Anwalt seine Person durch Vorlegung seines mandati zur Nothdurft legitimiret; Da er nun auch seine testimonia, daß er auf Universitat gewesen / und iura studiret / von seinen Praeceptoribus, so er gehöret / zu den acten bringen / und er also auch dadurch seine person gingsam geschickt machen würde/ inmassen er zu thun pflichtig; So wäre Bellagger auf anderweit vorgehende gebührnde Ladung auf die erhobene Schäfe sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechthens zu befestigen schuldig/ B. N. W.

Et ad consultationem Senatus Plaviensis Mens. Jan. Anno 1600.

## DEFINIT. XIX.

*Advocatorum temeritas in convitiando & cavillando pena coerceri debet.*

**D**ilecta est verbositas Advocatorum, quæ grandi aviditatem produnt in scriptis & attestatis, quæ sapientia longa verborum farragine protrahuntur, ut a cliente, magno & longo foliorum viso apparatu, maximum putante labore, majus ob id exigant emolumentum, & scriptori majorem lucrandi praebant causam, Joh. Bapt. Magon. *de rect. patr. rat. p. 2. c. 57. n. 8.* † Hæc enim productorum prolixitas vel ex inhalatione turpis lucri, vel aliquando ex ostentatione, vel ex malitia litis protelatione provenit, ut inquit Rutger. Ruland. in tr. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 20. n. 2. Andr. Gail. lib. 1. observ. 95. in pr. † Quæ poenam vix effugere potest, Ord. Process. tit. 3. pars. Wie auch aller unndihtigen Weisheitstüchtigkeit / ic. Magon. dict. p. 2. c. 46. n. 5. Severius autem coercenda est Advocatorum temeritas in cavillando, convitiando & injuriando. † Nil enim hodie familiarius atque jucundius Advocatis & Causidicis, cum emilliarum sibi litium infirmatatem rationibus satis mu-

nire non possint, quod vel in Collitigatorem, vel in ipsum etiam judicem convitiando, cavillando, objurgando, maledicendo procacius & effrenatus inventantur, Johan. Petr. Ala. in tr. de Adv. & caus. Christ. 5 p. 2. exerc. 6. Dass sie die Fäder gar scharff spalten. † Licet plus noceat, quam prospicat anserinus ille strepitus, qui plerumque scommata, convitia, injurias, earumque retorsiones, jurgia, dissidia, lites, inimicitias & denique omnia mala causari solet, Adam. Keller. lib. 6 de offic. jurid. polit. cap. 8. † Et mehercule ejusmodi Advocatorum cavillationes magis impediunt lites, quam expediunt, dienen mehr zur Verbitterung der Sache/ denn zu Abhölfung derselben / Ventur. de Valent. in partb. litig. lib. 2. c. 7. n. 15. † Vaniloquas igitur horum linguas praevidendas esse scribit Bernhardus lib. 2. confid. ad Eugen. allegatus a Schönborn lib. 3. polit. c. 41. Quod nimis durum eslet supplicium. 8 † Sufficiat hoc mitius, ut judex Patronos & Advocatos ob ejusmodi convitia & aspergines objurget & compescat, iisque statim poenam arbitrariam dictitet, DD. in §. atrox. 9. inst. de injur. Jac. Belvis. in pr. crimin. Rubr. de injur. n. 88. Cravett. conf. 98. n. 11. Ventur. 9 de Valent. dict. cap. 7. n. 15. † Quod si observetur, si non inde lites minuentur, cavillationes tamen omittentur, ut res postulat; Quia per injurias publica pax & privata quies contra bonos mores turbari solent, Anton. Thessaur. decif. ped. 18. in pr. Ordin. Torgens. de Anno 1583. tit. von Advocaten und Procuratoribus. §. wenn aber nach angewandten vers. Sonderlich auch sich aller. Ordin. process. judic. tit. 3. vers. alle stacheliche/anzügliche Worte/rc. Resol gravam. de An. 1661. Tit. von Justitien-Sachen, §. ob auch wohl zum drey und dreißigsten/ rc.

Ita Domini in causa Gabriel Holzmüllers contra Georgium Kirsten zur Augustusburg / Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sentent. So viel auch die Advocaten belangen / werden dieselben ihres in den Gesetzen hönischen und ungebührlichen Anstehens halber jeder um 2. Neue Schock bisslich in Straffe genommen/ V. R. W.)

In causa M. Spiegelii contra Barthel Krägern zu Wittberg/ Mens. Novembr. Anno 1630. Verba sent. Und weil beyderheit Advocaten in denen Gesetzen allerhand anzüglicher/ unbescheidener und stachlicher Worte gegen einander sich gebraucht; So werden sie derowegen ein jeder um 2. Neue Schock in Straffe genommen/ V. R. W.)

It. ad requisitionem Senatus Lipsiensis Mens. Febr. An. 1586. Et in causa Melchior Hermans & Consort. contra Hansen Werneris Wittwen zu Meissen/ Mens. April. Anno 1636.

#### DEFINIT. XX.

Poenam incurunt Advocati, qui partes ad negandum instruunt.

**O**mnia moliuntur Advocati & Causidici, illecti cupiditate lucri, uslitem vincant, justa & injusta, per fas & etiam per nefas, aus allen beyden Fäss / ut quidam jocosi vertunt, Joh. Petr. Ala. in tr. de adv. & caus. Christ. p. 1. quest. 12. † Movent scilicet judicem, imò commovent ut in malâ lite bonam sententiam obtineant, quod venditare solent pro magisterio, essey ein Meisterstücke / Ventur. de Valent. in partb. litig. lib. 2. c. 7. n. 21. † Modò clientes instrutunt ad aliquid dicendum, respondendum, negandum vel fatendum, quod verum non est, Par. de Put. in tract. Syndic. verb. Advocati. n. 21. & seqq. † Quia certè malitia est Diabolica, & poenam arbitrariam meretur.

Ita Domini in causa N.N. Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. So viel aber bey den Advocaten Doctor N.N. anlanget/ wird derselbige / weil er dem Beschuldigten zu leugnen Anlaß gegeben/ um eine ziemliche Geld-Busse seinem Vermögen nach/ jedoch daß sich dieselbe über g. Neue Schock nicht erstrecke/ bisslich in Straffe genommen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

Advocatus in causâ justâ patrocinium prestans subditis contra Magistratum, nec jura Civitatis amittit, nec poenam incurrit.

**S**æpe Advocati se venales exponunt, & venientibus occurunt, dicentes: Domine, bene veniatis, quid habetis facere in curia? Si vobis necessarium est meum servitium, præcipiat, Speckhan. cent. 2. Class. 4. quest. 44. n. 4. Hi certè injusto suo patrocinio cooperantur ad malum, timò, verius dicuntur auctores mali, quia consilio suo inducunt clientes ad litigandum, alias non litigaturos, Par. de Put. in tr. Syndic. rubr. de exc. adv. n. 12. Ala. in tr. de adv. Christ. quest. 24. n. 37. Quis ergò hosce coercitione dignos haud judicare vellet? † Idque eo magis, si subditos contra magistratum suum concident, vel resistentes defendant, Ordin. Torgens. de Anno 1583. tit. von Advocaten. §. Sonderlich aber sollen sic/ rc. Ordin. process. judic. tit. 3. von den Advocaten und Procuratorn. vers. Die Unterthanen wider ihre Obrigkeit. † Aliud dicendum, si subditi justam litigandi causam habeant, & Advocatorum patrocinium implorent. Nam tūm Advocati, licet & ipsi colligantur jurisdictioni sint subjecti, poenam haud incurunt, multò minus jura civitatis amittunt, dict. Ordin. Torgens. von Advocaten. §. 4. vers. Es sey denn daß sie scheinlichen.

Ita Domini ad consultationem Senatus Quedlinburgensis Mens. Mart. Anno 1629. Verba sent. ) Hat N.N. den Bürger-Eyd geleistet und euch gehorsam/ treu und gewertig zu seyn versprochen/ ob er nun wohl unlängst etwem andern Bürger und Unterthanen wider euch bedient gewesen/ rc. So hat er sich doch dadurch seines Bürger-Rechts nicht verlustig gemacht/ dertwegen thy ihn auch in Straffe zu nehmen oder zu belangen nicht befugt seyd/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

Negligentia Procuratoris in ipsâ causâ Domino praedicatur, datur tamen ei regressus adversus procuratorem.

**C**oncludunt Dd. communiter, quod ea, quæ Procurator propriâ negligentia commisit in judicio, noceant Domino, per text. in l. si procurator. 10. C. de procurat. l. transactionis placitum. 7. C. de transact. Andr. Gail. lib. 1. observ. 45. n. 1. Bartol. & alii in l. 1. §. si procurator. 2. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Bald. & Salycet. in Auth. bodie. C. de appellat. Hartm. Pift. part 1. q. 36. n. 2. † Nam uti procurator ad item constitutus litis Dominus intelligitur, ita quicquid à procuratore gestum est, quod ad eam item tractandam pertinet, perinde est, ac si à Domino gestum esset, L procuratoribus. 22. C. de procur. Anton. Fab. in Codice. lib. 2. tit. 6. desir. 3. n. 2. Et imputare sibi debet Dominus, quod negligentem procuratorem elegerit, L cum mandato. 23. in fin. ff. de minor. l. sed & si §. ult. ff. de inst. act. † Quare si post latam sententiam intra de- cendium procurator non appellaverit, nec Dominus postea tempore exclusus admittendus erit l. 1. §. ult. ff. quond. appell. sit. † Nec refert, an Dominus sententiam latam esse sciverit, nec ne, quia sufficit scientia procuratoris, Felin. in cap. 1. n. 6. extr. us. lit. non const. Natta. vol. 3. Consil. 524. † Pariter quando procurator terminum probatorium præterlabi passus est, ulterius nec ipsem Dominus erit admittendus, Bartol. in dict. l. si procurator. † Ne tamen ex facto procuratoris damaum sentiat Dominus, dabitur ei regressus contra Procuratorem, Bartol. & Salycet. dict. loc. Hartm. Pift. dict. quest. 36. n. 4. † Tenetur namque is ex mandato de culpa suâ l. à procuratore. 13. l. in remandata. 21. C. mandati. Joh. Harppr. in §. is qui exequitur. 8. n. 21. & seqq. inst. de mandato.

Ita Domini in causa Martin Reinhold zu Werda/Mens Feb. Anno 1631. (Verba sentent. Seyd ihr mit euren Nachbarn weg-

gen einer Trifft-Gerechtigkeit im Zwiespalt und Rechtfertigung  
gerathen/ worauf euch der Beweis zuerkannt worden; Es hat  
aber euer Anwalt aus Nachlässigkeit die gewöhnliche Sach-  
frist vorüber gehen lassen/ und sich an dem Beweise versäu-  
net/ x. So werdet ihr nun mehr damit ferner nicht gehobet/ es  
ist euch aber bemelde Anwalt wegen seiner Nachlässigkeit zu  
belangen/ und euch euers Schadens bey ihm wiederum zu erhö-  
ten haben müssen/ V. R. W.)

Es in causa Martini Heterichens zu Remmig/ Mens. Jun. Anno 1636. (Verba sent. Da aber dennoch der Advocat, welchem  
die Sache aufgetragen und durch dessen Nachlässigkeit der  
Beweis verfaulnisse/ noch solvendo wäre/ also daß sich  
die Klägerin ihres Verlusts bei ihm gar wohl erholen könnte/ ic.  
So hätte sie sich auch auf solchen Fall der Restitution in integrum  
seines Weges zu erfreuen/ möchte auch mit dem einmahl ver-  
faulnissen Beweis ferner nicht zugelassen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Sicut am si procurator solvendo non sit, in subsidiū saltem  
Dominus Restitutionem in integrum petere valet.*

- S**ed hoc ita, quando procurator solvendo est, ita ut  
Dominus restitutionem damni ab eo consequi va-  
leat: Ceteroquin, si procurator solvendo haud fue-  
rit, in subsidium petere potest Dominus Restitutio-  
nem in integrum † ex clausula generali l. i. ff. ex quib.  
caus. major. juxta communem interpp. sententiam, Matth.  
de Afflict. decif. 344. Mynsing. cent. 2. obser-  
vat. 2. Andr. Gail. lib. 1. observ. 45. & observat. 139.  
n. 9. Bald. in l. ab eo. 3. C. quom. & quando judex. alii-  
que quos allegat & sequitur Hartman. Pistor. part. 1.  
quest. 30. n. 7. & seqq. Ubi eleganter Simon. Ulric. Pistor.  
3 in addit. lit. a. † Ne scilicet ex alienā culpā damnum  
sentiat maximum, id est, jacturam bonaē litis, Anton.  
4 Fab. in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 3. num. 3. † Nec enim  
ulla culpa imputari potest domino, quod negligenter  
procuratorem constituerit, cum negligentia tale  
5 sit vitium, quod oculis Domini non apparuerit. † Nec  
obstat, quod vulgo dicitur, † Culpam procuratoris  
nocere Domino, Defin. praeceps. Quia hoc verum est,  
ipso quidem jure, secus tamen quoad restitutionem,  
in casu quo procurator non solvendo existit. Utrum-  
que enim stare potest, nempe aliquid præjudicare ali-  
cui, & nihilominus eum restituī posse, quin immo, nisi  
præjudicaret, restitutio non esset necessaria, Hart. Pistor.  
6 dict. quest. 36. n. 9. † Plāne si non culpā, sed dolo pro-  
curatoris aliquid omisum fuerit, eo haud existente  
solvendo, Domino ius suum ipso jure salvum ac into-  
grum erit, per eacta. in l. & eleganter. 7. S. pen. ff. de do-  
lo. Hart. Pistor. dict. loc. n. 11.

Ita Domini in eadem causa Martini Neitholds zu Werda/  
(Verba sent. Es wäre dann, daß gebachter Anwalt nicht so viel  
tm Vermögen hätte / daß er euch den Schaden erstatten könnte;  
Auf den Fall wäre ihr/restitutionem in integrum zu bitten/ und  
daß ihr mit dem Beweis nochmals zugelassen werden möchtest/  
zu suchen wohl befugt/ V. R. W.)

Es in causa Martini Heterichens zu Remmig/ Mens. Jun. A. 1636.

## DEFINIT. XXIV.

*Advocatus, qui promisit advocare usq; ad sententiam  
definitivam, non cogitur præstare patrocinium pro  
eodem pretio, in judicio Appellacionis.*

- A**Quum est, ut Advocato pro operā & labore  
præstito solvatur honorarium, quod & ipsimet  
petere possunt, l. si sub specie. 3. C. de postul. Matth.  
Wel. in Cod. tit. de Advocat. divers. judic. n. 4. Specul.  
2. lib. 1. part. 4. tit. de salariis §. sequitur. n. 1. † modo ni-  
hil exigant ultra licitam quantitatem, de qua vid. in  
Elect. Saxon. Ordin. Torgensi. de Anno 1583. tit. von Ad-  
vocaten und Procuratoribus. §. wenn die Advocaten:  
& Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. Justitiæ - Sache p.  
3 27. Matth. Berlich. part. 1. concl. 9. n. 74. † De quotā  
verò litiā pacisci nequeunt Advocati vel Procuratores  
l. quisquis 6. §. præterea nullum. 2. & l. si qui. 5. C. de po-  
stul. l. item. 15. C. de procur. l. si remunerandi. 6. §. ult.  
4 C. l. seq. ff. mandat. Specul. dict. n. 1. † Quamvis ra-  
tione palmarii vel victorii pactum aut conventio fa-  
cta valeat, l. i. §. si cui. 12. vers. litis ff. de extraord. co-

gnit. dict. l. 6. §. præterea 2. C. de postul. Andr. Gail. l. s.  
observat. 4. n. 1. & seqq.

Proux à Dominis resonum memini in causa A. G. contra die  
lauchin/ Mens. Octobr. Anno 1635.

† Solent tamen in arduis causis Advocati & Procura-  
tores ut plurimum cum clientulis de certo salario  
convenire, Speculat. dict. loc. n. 1. & 3. ubi queritur:  
*An Advocatus vel Procurator, qui pro constituto Sala-  
rio ad sententiam usq; definitivam advocare promisit,  
teneatur etiam præstare patrocinium pro eodem pretio in  
judicio Appellacionis?* † Quod negandum per l. prope-  
randum. 13. §. illo procul dubio. 9. ubi Gloss. verb. termi-  
num: & l. pen. C. de jud. Quam sententiam commu-  
nem esse tradit Jason. in l. ita demum 13. n. 4. C. de procu-  
rat. Wesenab. in parat. C. de advocat. divers. judic. n. 7.  
circumst. † At limitat eam Matth. Coler. part. 2. decif. 7  
230. n. 2. in casu, quo generaliter fuit conventum (bis  
die End- Urtheil gesprochen werden) quæ locutio in  
primâ solū instantiâ non potest verificari: Veluti à  
Jenensibus ita pronunciatum refert ibid. n. 2. in fin.

Ita Domini in causa Melchior Wagners zu Werda/ Mens.  
Octobr. Anno 1618. (Verba sent. Die weil ihr selben berichtet/  
daß ihr eurem Advocaten 50. Flor. zum Salario für seine gehab-  
te Beihilfung bis zum End-Urtheil versprochen / und aber nun-  
mehr in selbiger Sache definitiv erlangt worden/ ic. So seyd ihr  
ihre das versprochene Salarium zu entlichen schuldig / und da-  
ferne er euch in der Appellation-Instanz weiter bedienen seyn  
würde/ wärst ihr euch mit ihm deshwenigen absonderlich abzufü-  
gen verpflichtet/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Pauperibus ex officio Advocatus datur, præstito tamen  
prius ab ipsis juramento paupertatis.*

**O**ptandum omnino esset, ut Advocati & procura-  
tores misericordia ducti litigiosis pauperibus  
gratis inservirent, ac patrocinarentur, præmium à  
DEO omnium remuneratore expectantes, Rutger.  
Ruland. part. 1. de commiss. lib. 6. c. 13. n. 15. Joh. Petr.  
Ala. de Adv. Christ. p. 1. q. 9. Ventur. de Val. in par-  
then. litig. lib. 2. c. 9. n. 26. Tiraqu. de Nobil. c. 29. n. 37.  
Franc. Viv. decif. 159. n. 2. † Sed cum vix sperandum  
hoc sit, quia hodie videmus Advocatos paratores ad  
patrocinandum gratis in casu dativo, quam adverbialiter,  
litigatorum marsupia exenterando & dicendo:  
*Ex his tibi, est casus dativi, Ventur. de Valent. in  
parteb. litig. 1. c. 9. n. 5. ne pauperes justam litem fo-  
ventes relinquantur indefensi, judici omnino incumbit,*  
† ex officio ipsis dare Advocatum vel Procuratorem,  
qui Salarium ex fisco petat. Unde in Rebus publicis  
bene dispositis certi habentur pauperum Advocati,  
qui certo sibi Salario ex publico constituto gratis pa-  
trocinantur pauperibus, Matth. Coler. de process. ex-  
ecut. part. 1. c. 2. n. 121. Ventur. de Valent. dict. l. 2. c. 9.  
n. 25. † Veluti non solū in Italia, Gallia, & Camera  
Imperiali id observatur, septe Petr. Greg. Tholof. lib. 49.  
Syntagma. Jur. univ. c. 6. n. 11. Ventur. de Valent. dict. loc.  
† Sed etiam hisce in Provinciis in Curiali & Appella-  
tionis judicio, Ober. Hof. Gerichts. Ordin. zu Leipzig de  
A. 1559. tit. End des Advocaten der Armē. Hof. Gerichts.  
Ordin. zu Wittenberg/ de A. 1550. tit. von den Procuratoren.  
Appellation. Gerichts. Ordin. tit. von den Advocaten der  
Armē. † Aliis vero in civitatibus ac judiciis inferiori-  
bus semper ex fisco hoc casu Advocatis solet dari Sal-  
arium. † Quod tamen non aliter accipiendum, quam si  
litigantes juramentum paupertatis præstiterint, C. fa-  
cilius. 11. §. in super. ext. de rescript. in sexto. vid. Ordin.  
process. jud. in Elect. Saxon. de Ann. 1622. tit. 1. §. würde  
sich nun so viel/ x. Andr. Gail. lib. 1. observat. 43. n. 18.  
Matth. Berlich. part. 1. concl. 7. n. 87. & seqq.

Ita Domini in causa Casp. Alemanns zu Magdeb. Mens. Dec.  
A. 1600. (Verba sent. Daß gedachtem N. N. wosfern er endlich  
erhalten würde/ daß er in allen seinen Vermögen nicht so viel ha-  
be/ davon er einen Advocaten halten könnte/ Amts und Gerichts  
wegen/ ein Advocat billich zugeordnet wird/ V. R. W.)

Es in causa Hansen Quaniques zu Sachſburg Mens. Mart. A. 1591.

## DEFINIT. XXVI.

*Non admittitur procurator absq; mandato, & quomodo  
in terris Electoratus Saxon. hoc casu pronun-  
ciandum.*

**I**N omnibus omnino judiciis legitimatio debet præcedere, nec admittitur procurator absque mandato, in quo judicium substantiatur, ut loquitur Bald. in l. exigendi. 12. C. de procur. num. 4. Felin. in c. inter monasterium. 20. extr. de sent. & re judic. n. 4. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 7. n. 2. & sequ. † in tantum, ut exceptio illegitimationis in quavis judicij parte opponi queat, Bart. in l. licet. 24. C. de procur. & in l. Pomponius. 40. §. rati. 3. ff. cod. tit. Quin & non op. 3 positâ hâc exceptione, † judex ex officio Advocatum vel Procuratorem sine mandato comparentem repellere tenetur, Zanger. dict. c. 8. n. 36. Felin. in c. 1. extr. 4 de accusat. num. 1. † Quod & disertis verbis approbatum in terris Electoratus Saxonici per Ordinat. process. judic. de An. 1622. tit. 7. vers. wenns gleich vom Ges. gentheil nicht gesuchten würde. Caveant ergo sibi Procuratores, ne absque mandatis compareant, quæ si neglexerint, sciant † i. nihil ab ipsis effici, nec eorum proposita in judicando attendi, sed prorsus ab actis removeri, dict. Ordin. Process. jud. tit. 7. in pr. vers. das Einbringen aus Richterlichen amt verworfen/ ic. 6 † 2. ipsos pro primâ vice mulctâ quinque, pro secundâ verò vice, decem thalerorum, & sic deinceps puniri, dict. tit. 7. vers. und der Advocat Anfangs/ ic. adde Resol. grav. Tit. von Justitien-Sachsen. §. wiewohl auch 7 zum siebenzehenden in fin. † Quam mulctam procuratores à suis clientulis repetere non possunt, l. qui proprio 46. §. procurator. 5. vers. pñnam ff. de procurat. 8 Berlich. part. 1. concl. 14. n. 243. † Sumtus quoque parti adversæ hoc casu esse refundendos, dict. tit. 7. §. wenn auch einer mehr. vers. In Verbleibung dessen/ daß part. in die expesen. &c. Berl. dict. concl. 14. n. 27. Quamvis hâc non semper adeò præcisè observari faciat.

Ita Domini in causa Andreæ Stülichen contra Martin Grimwern zu Frenberg/Mensl. Jun. Anno 1629. (Verba sent. Dass die vom Anwälten ohne Mandat eingebrachte Gesag von Acten zu removiren / und ist Belagter Klägern die Unkosten dieses Términs auf richterliche Ermessigung zu erstatten schuldig, der Anwalt aber / weil er ohne Mandat versagt / in die der neuen Gerichts-Ordnung einverleibte Strafe der fünf Thaler verfallen/ V. R. W.)

Et in causa Petri Bocks contra Jacobum Rambachem / M:nsl. Octobr. Anno 1623. (Verba sent. Und ist Klägers Advocat/weil er sein Mandat nicht alsbald bei Einbringen des ersten Gefäßes übergeben / in der Churf. Sächs. jüngst publicirten Gerichts-Ordnung einverleibte Strafe der 5. Thaler gefallen/wech von ihm gebährlichen billich einbricht wird/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Ad validitatem mandati tñm sigilli appositi, quam  
subscriptio requiritur.*

**N**on sufficit ad mandatum à procuratore (qui de Jure Saxonico ante litis contestationem saltem constitui potest art. 30. lib. 3. Andr. Col. p. 1. decis. 139. n. 2.) exhiberi, sed & legitimum sit, necesse est, h. e. tale quod omnia habeat requisita essentialia & formalia, putâ: quis, quem, in quâ causâ, contra quem & coram quo judge procurator sit constitutus: † Quo & refero clausulam rati & satisfactoriam seu obligationem bonorum, de quibus vid. Specul. lib. 1. part. 3. de procurator. §. ratione autem forma. n. 20. Wesenb. in parat. ff. de procur. n. 7. Rauchb. part. 1. q. 2. n. 1. & 5. ubi hoc pluribus persequitur Berl. part. 1. conclus. 14. n. 70. & seqq. Mynsing. cent. 4. obseruat. 99. Vult. lib. 2. jurisprud. Roman. c. 30. n. 29. Nec non clausulam heredum, Resolut. Grav. de An. 1661. Tit. von Justitien-Sachsen §. zum neunzehenden. 3 † Pariter etiam ad validitatem mandati requiritur sub-

scriptio & sigilli appositi simul ac conjunctim, nec alterutrum, vel sigilli appositi, vel subscriptio sufficit, Joh. Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 26. Berlich. dict. loc. & decis. 54. † Quod & disertè confirmatum ab Ele- 4 tor. Saxon. Illustr. in Ordin. Process. tit. 7. §. da auch vers. die Mandata und Vollmachten/ ic. ubi & illud dispositum, ut si quis scribere ignoret, † mandatum per Notarium subscribatur, vel judicialiter per judicem aut magistratum conficiatur, dict. §. da auch vers. und wer nicht schreiben kan / mags durch einen Notarium oder sonstigen gerichtlichen vollziehen lassen. Matth. Berlich. dict. concl. 14. n. 79.

Ita Domini in causa Jobst Janson & consortium contra M. C. B. Mensl. Majo Anno 1623. (Verba sent. dass Jobst Janson und Johann Glück wegen ihrer Mit-Consorten ihre Personen mit Vorlegung anderer und richtiger Vollmachten/ so von den Principalen nicht allein unterschrieben / sondern auch zugleich gesetzelt zu legitimiren pflichtig/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Husan contra Waltheras Nescchen/Mensl. Majo, Anno 1626.

## DEFINIT. XXIX.

*Non sufficit, loco mandati exhiberi blancetum seu  
chartam blancam.*

**Q**uid, si procurator chartam vacuam à parte qui- 1 dem subsignatam & subscriptam, sed non conscriptam, quam nos Blancetum, seu chartam blancam, vulgo Blancet vocamus, loco mandati producat? Hoc neutquam sufficere, nec per id procuratoris per- 2 sonam † legitimari existimo, propter suspicionem nimirum falsitatis, cum Nicolao Boer. decis. 274. n. 3. & seq. Matth. Berlich. part. 2. concl. 14. n. 91. Chaffan. ad consuet. Burgund. tit. de jurib. marit. §. 5. num. 8. Quod & Elect. Saxonie placuit in der Appellation-Ordnung/ tit. Ordnung wegen des Verzeichens vers. die Advocaten eins Theils/ ic. † Quin etsi quis verbis ex- 3 pressis in subscriptione suâ subjecerit, hoc esse man- datum in tali vel tali causâ, neutquam tamen valebit, quoniam suspicion falsitatis per id non removetur, Ber- 4 lich. dict. l. n. 93.

Ita Domini in causa Mathes Börsen / contra die Busslersche Witwe/ Mensl. Febr. Anno 1620. (Verba sent. Dass Kläger seine Person anderer Gestalt/ dann geschehen / zu legitimieren schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Christophori Siegels contra Paulum Masurn/Mensl. Okt. Anno 1620. (Verba sent. Dass Belagter seine Per- 2 son anderer Gestalt / dann geschehen / zu legitimieren schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Procuratorio nomine admittuntur sine mandato cognate personæ & litis consortes cum Caurione  
rati.*

**S**unt tamen casus nonnulli, ubi quis alterius nomi- 1 ne sine mandato cum cautione rati in judicio ad- mittitur, puta pater nomine filii & vice versa, l. ex- 2 gendi 12. C. de procurat. † Et omnes indistincte perso- næ in linea descendenti & ascendentî in infinitum usque. Nec non collaterales vel alia personæ con- juncta, l. sed & he persone. 35. ff. de procur. Zanger. de except. part. 2. c. 8. n. 38. Matth. Wesenb. in parat. ff. de procurat. n. 6. Andr. Gail. lib. 1. observ. 133. Modest. Pistor. p. 4. q. 144. † Quod & Serenissimus noster 3 Elect. Sax. disertè approbavit, ita ut ratione sanguinis cum cautione rati admittantur personæ usque ad quartum gradum exclusivè, vel tertium gradum inclusivè, in Ord. Proc. jud. tit. 7. §. wir lassen aber gleichwohl. Berlich. part. concl. 14. n. 38. † Ratione affini- 4 tatis verò tantum modo sacer pro genero & vice versa cum cautione rati admittitur dict. tit. 7. §. wir lassen aber vers. der Schwäher/ ic. † Idemque procedit in 5 Consortibus litis, qui causam & item communem habent, agentes nimirum simul in eodem libello, in- 6 cädem instantiâ, & coram eodem judge, dict. tit. 7. §.

wir lassen aber verf. welches auch in consortibus ejusdem locum statt haben soll; quamvis dissentiat Hartm. Pist. 6 obser. 145. † Procurator quoque sine ullo mandato in judicio comparens licet non admittatur cum cautione rati dict. tit. 7. in pr. Attamen si mandatum habuerit forsitan mancum, mutilum, vel aliter insufficiens, supplere poterit defectum mandati cautione rati, dict. tit. 7. §. da auch etwa/ ic. † Præstanta autem est cautio rati sub obligatione expressa bonorum immobilium, judiciali consensu & autoritate Magistratus ejus, cui subjecta sunt, vel depositione pecuniae, Matth. Wesenb. in parat. ff. quis iust. cog. n. 7. Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 41. & 43. Matth. Berlich. dict. concl. 14. n. 68.

Ita Domini in causa der Buchdruckere contra M. C. B. Mensl. Majo Anno 1623. ( Verba sent. Das Jobst Janson und Johann Glück wegen ihrer Mit-Consorten ihre Personen gebührlichen zu legitimiren oder die anerbotene cautionem rati würdlichen zu bestellen schuldig) (B. N. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Nunquam mulier in judicio agere valet absq; curatore, sed hic etiam ex officio ipsi est adjungendus.*

1 **E**T si de jure communi, mulieres in propriis causis in judicio comparere, agere & se defendere non prohibeantur, l. qui. s. absente. 4. vers. nisi in rem suam. C de procurat. Matth. Wesenb. in parat. ff. de postul. n. 4. Matth. Coler part. 1. decif. 67. num. 9. Joh. Zanger. de except. p. 2. c. 8. n. 95. † Secus tamen res se habet in foro Saxonico, ubi mulier nec pro se, nec pro aliis in judicio comparere & agere potest, nisi ad instar pupilli vel minoris, curatorem ad litem habeat, einen kriegischen Wormunden/ art. 44. & art. 46. lib. 1. Landr. art. 63 lib. 2. Landr. Coler. dict. decif. 67. n. 17. 3 Zang. dict. c. 8 n. 10. Wesenb. dict. num 4. † Hocque non solum in foeminâ actrice, sed etiam in reâ conventâ procedit: Non enim mulier rea in foro Saxonico sine curatore in judicio comparere, suamque causam defendere valet, Wesenb. & Zang. dict. loc. 4 Chilian. König. in processu c. 22. num. 1. † Quod & sanctione expressâ dispositum in terris Electoratus Saxonici, Const. Elect. 15. p. 2. vers. Sie halten gleich Klägerin oder Bellator Statt. Ordin. process. judic. 5 art. 8. in pr. † In tantum, ut iudex etiam ex officio mulieribus, sive agant, sive defendant, curatores dare teneatur, etiamsi desuper non fuerit imploratus, ne judicium eludatur, dict. Const. 15. §. derowegen denn die Gerichtshalter. Ordin. Process. judic. dict. tit. 8. §. da sie aber. Dan. Moller. lib. 1. semest. 18. n. 8.

Ita Domini in causa Hansen Gabers Gläubigere contra dessen Weib und Erben/ Mensl. Jul. Anno 1617. ( Verba sent. Das Kläger entweder in der Person/ oder durch ihren genugsamem Gesollmächtigen / die Wittib aber durch ihren kriegischen Wormunden / so ihr Gerichts wegen zugeordnet wird / zu erscheinen / und auf erhobene Kummer. Klage sich einzulassen schuldig) (B. N. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*Maritus nomine uxori in judicio non admittitur, prius quam Curatorum producas, vel de rato ca- veat.*

1 **N**ON alia est ratio mulierum maritatarum, quæ si- ve actrices, sive Reæ fuerint, absque curatoribus in judicio nihil agere possunt, Constatut. Elect. 15. p. 2. & Ordin. Process. jud. tit. 8. vers. gleicher Gestalt sol- 2 len die Ehetreibersc. † Sed nonne mariti ipsorum no- mine absque curatore admittendi erunt, als eheliche Wormunden? Ita forsitan existimaveris, quia de jure Saxonico maritus est tutor legitimus vel curator uxoris sua, art. 31. & 45. lib. 1. Landr. art. 65. Welchbild. 3 † Attamen Saxonum moribus receptum est, ut maritus uxoris nomine litem peragendam & defendendam suscipiens non audiatur, nisi specialiter ipsi fue-

rit curator constitutus, & curatorium exhibeat, vel de rato caveat, Jacob. Beust. in l. 1. n. 213. ff de jurejur. Dan. Moller. lib 1. semest. 18. n 9. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 2. num. 64. † Quod & Serenissimus noster 4 Elect. in Ord. Processi judic. approbavit, dict. tit. 8. §. da sie aber. in verb. final. und die Chemänner ohne sonderbare Curatoria oder zum wenigsten Cautione rati nicht zugelassen werden. Idque totâ die practicatur.

Ita Domini in causa Johannis Caspari und Balthasaris der Müller und Consortium contra Urban Müller Wittib & con- sorit zu Vorna/Mensl. Jul. An. 1620. ( Verba sent. Das kriegscher Wormund Nicol Rüling wegen seiner Pflege-Frauen Marchens/ Wolff Falckners Ehe-Weibes/ seine Person zu legitimiren/ und das Curatorium ad acta zu bringen / zugleich auch Hans Feyer- enzen wegen seines Ehemannes ein richtiges Curatorium vorzu- legen/ oder de rata zu caviren schuldig) (B. N. W.)

## DEFINIT. XXXII.

*Non valet uxor absq; curatore, marito suo deman- dare litem.*

1 **Q**uid autem, si uxor viro suo litem demandare ve- lit, annon facere id poterit absq; curatore saltu- in judicio? † Quod quidem assertit Andr. 2 Rauchb. part. 1. quest. 2. n 52. & seqq. quem refert & sequitur Anton. Hering. de fidejuss. c 18. n. 57. propter judiciorum nempe vigorem & potestatem l. ult. in- fin. C. de appellat. l. 4 C. quor. appell. non recip. l. sin- gularum. 8. C. de edif. privat. cui non immerito plus tribuitur, quam curatoris autoritati & consensui: † 3 Sed dicat Rauchb. quomodo uxor per se litem in judi- cito demandare viro possit, cum personam legitimam standi in judicio non habeat, art. 44. & 47. lib. 1. Landr. nullumque actum in judicio, vel extra, sine Curatoris autoritate expedire valeat, Const. Elect. 15. & 16. part. 2. † Restius itaque sentiunt, qui prius 4 uxori à magistratu Curatorem dari volunt, ut deinceps hujus interventu & autoritate accedente, lis vel causa ab uxore marito demandetur, cum Dan. Moller. addict. Const. Elect. 15. n. 62. & seqq. & lib. 1. semest. 18. Quod & placuit Electori Saxonie Illustrissimo in Or- din. Process. judic. tit. 8. in pr. vers. oder welchem die Wormunden hiezu Vollmacht aufrägen. † Ad exem- 5 plum scilicet minorum, qui ut ipsi per se ad litigan- dum inidonei & inhabiles sunt, l. 2. C. qui legit. per- son stand. in ud. Ita & procuratorem sine Curatore ordinare prohibentur, l. neg. 11. l. non eo minus. 14. C. de procurat. Matth. Wesenb. in parat. ff. de procurat. n. 4. † Et certe, quâ facilitate induci potest mulier ad 6 litigandum, eadem etiam induci posset ad constituentum procuratorem, sive maritum sive extraneum, ut vel propterea Curatorem adhibere necesse habeat, Moller. dict. loc. n. 65.

Ita Domini in causa Margarethen Demunderin und Anna Magdalena von Harras/ contra Creditores Henrici à Schönberg zu Röhrig/ ventilata coram praefecto Rochlicensi & Que- store Coldicentli, Commissariis Electoralibus, Mensl. Majo An- no 1620.

## DEFINIT. XXXIII.

*In causa criminali, Mulier Rea, ipsamet comparere tenetur, nec ejusdem Curator admit- tur.*

1 **Q**uod dictum, mulierem personam standi in judi- 2 cito non habere absque curatoris autoritate, et- iam Reæ ac in judicio conventa fuerit, supr. defin. 30. id quidem in causis civilibus verissimum est, sed ad causas criminales haudquaquam extendi debet: † Et- 3 enim mulier de criminis accusata, non modo in judi- cito comparere potest, sed & ipsamet se sistere tenetur, nec Curator ejus vel Procurator admittitur. † Quod nempe facilius iudex veritatem criminis admissi in- dagare valeat, ex ipsius scilicet vultu, variatione, mu- tatione coloris, aut trepidatione, aliisque signis & in- diciis, l. 1. & 2. Ubi Dd. C. de custod. Reor. l. 3. §. 1. vers. B 3 tu ma-

- 4 tum agis scire. ff. de testib. † ac ne judicium reddatur elusorium, si non in caput accusatæ mulieris sententia ferenda sit, l. 2. C. de custod. Reor. l. 2. C. de exhib. Reis.  
 5 † Præterea & multum interest judicis, in causâ crimi-  
 nali cognoscenda, à Reo ipso indicia & testimonia co-  
 rām explicari sine alterius auxilio, aut consilio, quo  
 6 in delictis nemini subvenitur, ne minori quidem, †  
 cui mulier æquiparatur, l. si e. 9. §. nunc videndum  
 2. l. auxilium. 37. §. in delictis. 1. ff. de minor. l. 1. C. si ad-  
 versi. delit. vid. Præf. meam criminal. part. 3. queſt. 105.  
 num. 61.

Ita Domini in causa Annen Walpurgis zu Rochlitz / Mens. Novembr. Anno 1629. ( Verba sent. Sondern es wird Angeklagte bey Straffe Ungehorsams in der Person zu erscheinen/ und außerhalbene peinliche Anklage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechteins zu befestigen nochmals billich vor- geladen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIV.

*Finito licet processu intra Annum, Advocato ra-  
 men totius anni salarium exsolvi  
 debet.*

- 1 **Q**uantumvis regulariter Advocatus vel Procura-  
 tor de quota litis pacisci nequeat, l. quisquis. 6. §.  
 præserea nullum 2. l. si quis. C. de postul. l. si contra. 20. C.

mandat. † Attamen ratione palmarii, id est, victoria 3  
 pactum vel stipulatio valet, l. 1. §. 12. vers. litis. ff. de  
 var. & extraord. cognit. † Sed tutius agit Advocatus 3  
 Salarium annum stipulando: † Quod præstandū est, 4  
 finito etiam processu ante elapsum annum, vel quod  
 ipsem Advocatus, aut Reus in causâ criminali mori-  
 riatur, vel à litigantibus transactum fuerit, † Quia sci-  
 licet per Advocatum non stetit, quò minus operas suas  
 præstaret, l. qui operas. 38. ff. locat. l. pen. C. de Condit.  
 ob cauf. Natta. consil. 452. Andr. Gail. l. 1. observ. 44.  
 † Quod tamen vulgo limitant, si sub conditione ope- 6  
 rarum expressa fuerit contractum, putà promissio sa-  
 lario, si operæ præstentur, † quia tunc necessariò re- 7  
 quiritur existentia conditionis, per text. in l. si vebenda  
 10. ff. ad l. Rhod. de jatt. l. cedere diem 213. vers. ubi sub  
 conditione ff. de V. S. Bartol. in l. si uno. §. item cum  
 quidam ff. locat. Andr. Gail. dicit. observat. 44. n. 13.

Ita Domini in causa Even / David Schurens Wittwohn zu  
 Grossstolzen / Mens. Januar. Anno 1636. ( Verba sent. Und es  
 seind dem Advocaten hundert Thaler zur Jahrs-Bestallung zu-  
 gesagt worden. Ob nun wohl Angeklagte fünff Monat nach  
 aussgerichteter Bestallung verstorben / und sich also dieser Pro-  
 cess geendiget/ &c. So werden doch bemeldtem Advocato die  
 hundert Thaler als eine Jahrs-Bestallung vollständig billich  
 abgestattet/ B. R. W.)

## CONSTITUTIO II.

### P A R T I S P R I M Æ.

#### Von Articulirter Klage.

**D**omit der Proces des Sächsischen  
 Rechts in unsern Landen erhalten/  
 So wollen wir daß Libellus articu-  
 latus nicht zulässlich sey/ und was dero  
 selbige gleich nicht vom Part gefor-  
 tet/ jedoch Officio judicis verworfen werden soll.

#### DEFINITIONES.

1. Non admittit processus juris Saxonici libellum articu-  
 latum, sed ex officio etiam à judge rejici debet.
2. Nec in judicio Summario, nec in causa inter mercato-  
 res vertente libellus articulatus admittitur.
3. In criminalibus indicia libellò articulatum subiecto  
 licet.
4. Tri capita sive puncta, ex diversis causis provenien-  
 tia, in una libello proponere licet, at non plura.
5. In concurso tamen Creditorum, libellus ad tria saltē  
 capita restringi haud debet.
6. In foro Saxonico plures Rei sive debitores, ex diversis  
 causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.
7. Admittitur libellus alternativus, ex obligatione ab-  
 ternativa, & facto Rei incerto.
8. Subsistit etiam libellus alternativus, quando agitur ad  
 rescissionem contractus, ex l. 2. C. de rescind. vendit.
9. In causa criminali valet libellus alternativus, in quo  
 actor vel Rei condemnationem vel torturam petit.
10. In causis Mercatorum admittitur libellus alternati-  
 vus.
11. Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.
12. Reo ob libelli ineptitudinem ab instantiâ absolute et-  
 iam expensæ sunt refundenda.
13. In libello nomen actionis necessariò hanc exprimi de-  
 bet.
14. Actionis expressio inepita & inutilis non viciat libel-  
 lum.
15. Clausula salutaris libello apposita contra narrata li-  
 belli nihil operatur.
16. Sententia debet esse conformis libello.

#### De Articulato libello.

**D**rocessus juris Saxonici in nostris  
 ditionibus, quò conservetur, li-  
 bellos articulatos non admitti,  
 sed & ex officio, quamvis parte  
 non excipiente, à judge rejici jubemus.

#### DEFINITIONES.

17. Interest actoris summarie potius in causâ proces-  
 di, quam litem in Processu ordinario agitari.
18. Causa ordinaria invito Reo non potest ventilari in  
 processu summario.
19. Ante litis etiam contestationem Reus ab instantiâ re-  
 stè absolvitur.
20. Nobiles subditos suos in proprio judicio pagano con-  
 venire nequeunt, si Notarius judicij in presentia sub-  
 ditorum non juraverit.
21. Inseri debet citationi tenor libelli, vel hujus copia cl-  
 ato simul transmitti.
22. Sufficit in foro Saxonico unica citatio peremptoria le-  
 gitimum habens spatiū, nempe sex septimanarum  
 & trium dierum.
23. Non continet citatio spatiū temporis legitimum  
 quando terminus iuridicus in ultimum incidit diem.
24. Condemnatur tamen hoc casu Reus non comparans  
 in expensas termini istius.
25. Non potest judge Reum condemnare usq; ad legitima  
 impedimenta, si non constet, citationem ipsi suffisse infi-  
 nuatam.
26. Absq; speciali veniâ bodie parentes possunt citari in  
 causâ liberorum.
27. Ex alterius judicis territorio, non nisi implorato ejus  
 subſidio quis potest citari.
28. Judge per subſidium imploratus cogi potest à ſupe-  
 riore, ut citatum in alieno territorio comparere jubeat.
29. Reus latitans, etiam in causâ civili per Edictum pu-  
 blicum in trium Dominorum territoriis affixum citar-  
 ipotest.

## DEFINIT. I.

*Non admittit Processus juris Saxonici libellum articulatum, sed ex officio etiam a Juge rejici debet.*

**A**rticulata libellandi respondendique ratio introducta videtur, quo facilius utrinque perjuria possint declinari, cum de jure civili tam ab actore, quam Reo juretur, nihil toto negotio calumniæ causâ factitatum iri, *text. in l. 1. & l. 2. ibid. Auth. hoc Sacramentum & Auth. in isto juramento. C. de jurejur. propt. calum. dand. Matth. Wesenb. in parat. C. cod. tit. 2. num. 4. Matth. Coler. part. 1. decif. 118. num. 1. † At, cum iurandum hoc ab usu fori Saxonici recellerit, perjurii quoque evitandi remedio non amplius opus fuit, sed rationabili consuetudine in foro Saxonico obtinuit, ne articulatum proponatur libellus, † sed per modum syllogismi competenter narrando factum, & mox petitione, sive conclusione, in quâ vis omnis libelli versatur, adnexâ, Addit. Gloss. in art. 6. lit. B. lib. 1. Landr. Ludov. Fachs. differ. 48. Reinhard. part. 4. differ. 43. Coler. diff. decif. 118. num. 4. Jac. Schult. 4. observ. 4. † Prudenter sane, qui magis involvitur causa status, quando per positiones frustulatim dilacerantur ea, quæ continuâ oratione, proponi poterant, 5 Schult. diff. loc. † Rejicitur ergo libellus articulatus in foro Saxonico etiam ex officio judicis, parte eum non impugnante, nec de hoc opponente, bac Confis. 2. ubi Dan. Moller. num. 1. & 2. Ordin. novi Processi. Judic. de Anno 1622. tit. 5. von der Klage in pr. Matth. Berlich. part. 1. concl. 1. 2. num. 3. Jacob. Schult. obs. 5. num. 16. Ex quo sequitur, libellum articulatum ipso jure nullum esse, † adeoque etiam Reum, exceptionem de articulato libello opponentem, quandocunq; non tantum ante, sed etiam post litem contestatam audiri, c. cum delit. 3. extr. de empl. vendit. l. catena. 4. 7. 5. 1. ff. fam. ercisc. Moller. bic n. 3. † Quocunque autem modo, sive ex officio, sive reo petente, libellus articulatus rejiciatur, cum refusione expensarum ab instantiâ debet absolvî Reus, Moller. diff. loc. n. 6.*

Ita Domini in causa Martin Röselers contra Johann Neberlein zu Freyberg / Mens. Jan. Anno 1629. (Verba sent. Dass Verklagter von angestellter Klage/ immassen die vorbricht / mit Erfüllung der Gerichts-Kosten böhlich entbunden wird; Es ist aber Kläger eine andere und förmlichere Klage nochmals anzustellen unbenommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Nec in judicio summario, nec in causa, inter Mercatores vertente, libellus articulatus admittitur.*

**L**ibellum contra consuetudinem judicii prolatum, non modò ceu ineptum rejiciendum, sed etiam dentibus dilacerandum, docent Jason. in l. 1. num. 4. ff. de offic. affeff. & Matth. Coler. ad c. examinata. 15. v. 4. extr. de jud. per c. causam. 9. extr. cod. tie. c. ad dissolvendum. 13. X. de despensat. impub. c. 47. de delect. l. 1. ubi Gloss. de offic. Affeff. Quod in foro Saxonico etiam de libello articulato recte allerit, ex sententiâ Jason Dan. Moller. bic n. 2. † ipsò jure enim ejusmodi libellus est nullus nec unquam admittendus, ne quidem in judicio summario, propter generalitatem textus b. Confis. 2. † quæ libellum articulatum profus rejicit, Moller. bic. n. 5. † Ergo nec in causa mercatorum. arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. pref. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem action. † Nec movet quicquam, quod in foro Mercatorum non soleat disputari de apicibus juris, sed tantum de æquitate & bona fide, l. si fidejussor. 29. §. quedam 4. ff. mandat. Anton. Fab. in Cod. l. 8. tit. 27. defin. 3. n. 1. Andr. Gail. l. 2. observ. 27. Hartm. Pistor. observat. 180. num. 23. † Veluti etiam propterea ex pacto nudo inter mercatores competit actio, Bartol. in l. quinque 48. ff. mar-

dat. Salycet. in l. placuit. 8. C. de judic. † Nec enim de apicibus juris id esse dicitur, quod generali, notoriâ ac rationabili consuetudine receptum fuit, præfertim ad lites abbreviandas & facilitandas, quippe quod causæ status facillimè invertatur, cum per positiones frustulatim dilacerantur ea, quæ continua oratione proponi poterant, Jac. Schult. obs. 4. n. 7.

Ita Domini in eadem causa Martin Röselers contra Johann Neberlein duor. Mercatorum zu Freyberg/ Mens. Jan. A. 1629.

## DEFINIT. III.

*In criminalibus iudicia libello articulatum subnectere licet.*

**S**icuti in civilibus, ita quoque in criminalibus causis accusator libello articulato querelam suam offerre prohibetur in foro Saxonico b. Conf. 2. quæ generalis est, adeoque generaliter accipienda, † & ad causas quoque criminales meritò porrigenda, per l. praes. 3. in fin. ff. de offic. præsid. l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem action. l. item veniunt. 20. §. 11. vers. à quo: ubi Gloss. ff. da petet. hered. l. ut nullo modo. 28. C. de usur. † Procedi enim solet in criminalibus iudicis 3 eodem modo, quo in civilibus, l. absentem. 5. ff. de pan. Hippolyt. de Marsil. in præt. criminal. §. expedite. num. 63. † Usu tamen obtinuit, ut si forte accusator probationem sibi per torturam Rei faciendam reservet, indicia libello articulatum subnectere liceat, quibus non minus quam ipsis libelli narratis Reus respondere tenetur, Dan. Moller. bic n. 7. Jacob. Schult. observat. 5. n. 4.

Ita Domini ad requisitionem Schultei in Pombsen / Mens. Mart. Anno 1610. (Verba sent. Dass Angeklagter vor Gerichte persönlich zu erscheinen / und auf die wider ihn erhobene Anklage/ und derselben angehängte articulare indicia richtig und unterschiedlich zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Tobiz Hoffmanns in Mühlbach / Mens. Aug. Anno 1601.

## DEFINIT. IV.

*Tria capita sive puncta, ex diversis causis provenientia, in uno libello proponere licet, et non plura.*

**S**i quis plures actiones, que simul cumulari possunt, 2 in uno eodemque libello persequi velit, id facere non prohibetur, sed libellum pro libitu dividere, ac capita distincta in uno libello proponere valet, Dan. Moller. bic num. 8. † Creditor enim unum eundemque debitorem actionibus & numero & specie diversis, vel iisdem specie, sed diversis numero, sibi obligatum unico libello convenire potest, l. ult. C. de amal. except. l. cum duobus. 52. §. si plures 1. ff. pro socio. l. non off novum. 10. ff. de att. empl. l. heredes. 25. §. de plurib. 3. & §. item. si plures. 5. ff. famil. ercisc. Quidni ergo etiam tot capita, quod velit in libello uno eodemque proponere. † Expressè ita disponente in terris sui Electoratus Illustrissimo Saxonie Electore in Ordin. process. judic. de Anno 1622. tit. 5. §. Wir lassen auch geschehen. Sed hoc ita, si capita ac puncta ex una eademque actionis causâ, iisdemque concludendi mediis orientur; † Ceteroquin si capita plura ex diversis causis proveniant, puta, si quis debitorem ex diversis contractibus, scilicet ex vendito, deposito, locato, conducto, mutuo, &c. obligatum habeat, tum, ne ex coacervatione plurium actionum, modus litium multiplicatus inextricabilem pariat difficultatem, ultra tria capita vel actiones ex diversis causis promanantes contra unum debitorem, haud alia plura in uno libello proponere licet, diff. 1. 5. §. wir lassen auch/ce. vers. da aber die Klag. Hancen ex diversis causis herrühren / &c.

Ita Domini in causa Antonii Sommers contra Hans Wern. Mens. Mayo, Anno 1625.

Et in causa Tobiz Fischmanns contra Hansen von Wirthen/ Mens. April. Anno 1625.

## DEFINIT. V.

*In concursu tamen Creditorum, libellus ad tria saltem capita restringi haud debet.*

- 1 **N**oluit tamen Elector Illustrissimus sanctionem suam de non proponendis ultra tria pluribus capitibus ex causis diversis provenientibus in uno libello, ita constringi, ut nunquam libellum in plura pun-
- 2 **E**tia dividere liceat: † quid enim si super operis Rusticorum ex diversis agendi causis disceptetur, aut si in processu liquidationis & concursu Creditorum, unus & alter creditor sua credita ex diversis fundamentis &
- 3 **m**ediis concludendi deducere necesse habeat? † Certè casibus hisce plura, imò tot capita, quot inveniuntur, uno libello ac petitione licet comprehendendi poterunt. Ordin. process. judic. tit. 5. §. wir lassen auch geschehen vers. doch wollen wir hierunter/ ic. † Ne scil. multiplicatio libellorum inextricabilem pariat difficultatem contra intentionem Illustrissimi Legislatoris, cui processum faciliorem reddere & confusiones abrogare animus fuerit, dict. tit. 5. §. wir lassen auch verb. Confusion in process zu verhüten.

Ita Domini in causa Creditorum Jacobi Jochens zu Leipzig/ Mensl. Febr. Anno 1617. ( Verba sent. Dieweil Beklagter in dieser Sache einen gewissen mandatarium constituit; So ist er durch denselben zu erscheinen/ und auf der Gläubigerin ihre unterschiedene puncta und Anforderung auf den nächsten Termin sich einzulassen und zu verfahren schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Martini Buchners contra Elisabethen Hanefelin/ Mensl. Mart. Anno 1617. ( Verba sent. Dass Beklagter seines gethanen Vorwurfs ungeachtet/ auf die angestellte Kummer-Klage und derselben unterschiedene Puncta mit richtiger Antwort bei StrafUngehorsams sich einzulassen und den Krieg Rechtkens zu befestigen schuldig; Darauf alsdann in dieser Arest-Sache ferner ergeben soll/ was recht ist/ V.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*In foro Saxonico plures Reisive debitores, ex diversis causis obligati, uno libello conveniri nequeunt.*

- 1 **Q**uin, unus creditor plures debitores, sibi conjunctim ex una eademque causâ obligatos, uno libello convenire possit, vix dubium esse potest, secundum tradita Specul. lib. 4. part. 1. tit. de libellor. concept. §. ad bujus. 15. num. 11. Ludov. Roman. confit. 240. num. 1. † At si unus idemque Creditor uno libello adversus plures debitores sibi ex diversis causis obligatos experiri velit, disceptatur, num jure libellus subsistat?
- 2 **† Q**uod contra Specul. affirman Joh. Andr. in addit. lib. 4. part. 1. §. ult. n. 13. lit. B. & Roman. dict. conf. 240. num. 2. per text. in l. heredes. 25. §. si inter me 4. & §. seq. ff. famili. erit. Quia scilicet hoc casu non unus duntaxat, sed plures censentur propositi libelli, licet in una chartâ conscripti, Rom. dict. loc. † Vix tamen negari poterit, quin ex causis & factis diversis, adversus plures Reos in eodem libello coacervatis, confusio & litium protractio eriatur: † Quâ de causâ ab optione illâ Rom. & Joh. Andr. modò adductâ Serenissimus Elector Sax. videtur recessisse in Ord. process. jud. r. 5. §. wir lassen auch. vers. so einerley Personen/ ubi plura capita vel actiones ex diversis causis promanantes uno libello proponere permittit, quando hæc personæ easdem concernunt: † Ex quo à contrario sensu inferre licet, capita & actiones, quæ plures & diversas personas ac debitores ex diversis causis obligatos concernunt, uno libello comprehendi non posse.
- 3 **† A**rgumentum siquidem à contrario sensu etiam contra jus commune in statutis firmiter concludit, iuxta Jason. in l. re conjuncti 89. ff. de legas. 3. n. 181.

Ita Domini in causa Matthiz Schönen contra Hansen Eichen/ Valentin Sommers und Consortes zum Hagen/ Mensl. Jul. Anno 1611. ( Verba sent. Dass Beklagter mit Erfüllung der Verhöffen von dieser Justitia billich zu entbinden; Wärde aber Kläger wider einen jedweden Beklagten eine absondereliche form

liche Klage anstellen / und sie darzu gebührlichen citiren lassen; So wären Beklagte zu erscheinen und sich darauff einzulassen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Admittitur libellus alternativus ex obligatione alternativa, & facto Rei incerto.*

**R**egulariter non audiendus est actor libellum off. ferens alternativum, per text. in l. prætor edixit. 7. S. quod autem prætor. 4. ff. de injur. † Quia alternatio incertitudinem & obscuritatem parit, l. ubi autem non apparet. 75. §. qui illud 8. ff. de V. O. c. ult. extr. de rescript. Felin. in c. tertio loco 5. extr. de probat. n. 5. Nihilominus tamen plurimi excipiuntur causis, † in quibus subsistere potest libellus alternativus, quos latè post Cardin. Tusch. tom. 5. præct. concl. lit. L. verb. libellus. concl. 313. n. 1. & seqq. & Nicol. Calvol. in sua præct. §. libellus. 9. concl. 2. refert Matth. Berlich. part. 1. concl. 22. n. 12 & multis seqq. † Imprimis vero bene attendi oportet, an declaratio incertitudinis sit in potestate libellantis vel non. Quando enim declaratio non est in potestate libellantis, tum absque dubio libellus admittitur alternativus, l. 1. §. si quis 3. ff. de V. O. Bart. in dict. l. 1. §. si quis 3. n. 1. † Fit inde, quod audiatur actor, libellum proponens incertum ex causa obligationis alternativa, modo Electio sit debitoris, dict. l. ubi autem 75. §. 8. ff. de V. O. Cui cum variare liceat, l. cum qui certarum. 138. §. ult. ff. de V. O. non potest non alternativa agere stipulator seu creditor, ne petendo unum dicatur plus petere, §. si quis autem intentione 33. inst. de act. l. 1. C. de plus petet. † Idem planè habendum in casu, quo incertudo petitionis ex facto adversarii vel rei conventi oritur, puta si actor nesciat, an omnes heredes vel alteruter eorum se hereditati immiscuerint, tunc enim in uno libello adversus omnes vel saltem unum eorum, qui hereditatem defuncti adivit, petitionem alternativa intendere potest, l. 1. §. quia 4. ff. quod legat. Hart. Pistor. observat. 72. Andr. Gail. lib. 1. observat. 62. & seqq. Felin. in c. cum contingat. 36. extr. de offic. delegat. n. 19.

Ita Domini in causa Comitis à Mansfeld contra Burchard Kochen/ Mensl. Decembr. Anno 1628. ( Verba sent. Dass Beklagte seines Fürwenders ungeachtet/ auf die erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*Subsistit etiam libellus alternativus, quando agitur ad rescissionem contractus, ex l. 2. C. de Rescind. vendit.*

**E**x eademque ratione inferre licet, subsistere libellum alternativum, quādo agitur ad rescissionem contractus propter lœsionem ultra dimidium, ex l. 2. C. de rescind. vendit. † Ea siquidem natura est beneficii, l. 2. C. de rescind. vendit. ut Reo-convento sive lœdenti optio concedatur, utrum velit totam rem restituere, an verō lœsionem resarcire, d. l. 2. verb. vel si empor legerit, ubi Goth. lit. d. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 23. n. 1. c. cum dilecti 3. §. quia vero in arbitrio, extr. de empt. vendit. † At ubi electio est Rei, non Actoris, admittitur omnino libellus alternativus, l. 1. §. 4. ff. quod legat. Andr. Gail. lib. 1. observat. 62. num. 10. Mynsing. sent. 2. obseru. 42 n. 4. & seq. † Aliud dicendum in casu, quo agitur ex lœsione enormissimâ ad rescindendum contractum, non data Reo electione, an supplere justum pretium, remque retinere malit, Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 3. n. 1. † Scilicet, quia contractus ipso jure nullus est, tanquam cui dolus causam dedit, l. & eleganter pr. ff. de dolo. Andr. Gail. lib. 2. pbf. 2. n. 6.

Ita Domini in causa VVolfgangi Hessens zu Peterwein/ Mensl. Jul. Anno 1604.

Et in causa Gregorii Stübner zu Merseburg/ Mensl. April. Anno 1601.

## DEFI-

## DEFINIT. IX.

*In causa criminali valet libellus alternativus, in quo actor, vel Rei condemnationem vel torturam petit.*

- 1 **I**N actione quoque hypothecaria, quâ vel ad exsolutionem debiti, vel ad traditionem rei obligatæ agitur, libellum alternativum admitti, tradunt vulgo Dd. coerc. ex literis s. post pr. extr. de pignor. L. si fundus. 16. §. in vindicatione. 3. ff. cod. tit. Andr. Gail. lib. 1. observat. 62. n. 8. Panorm. in cap. pen. extr. de empt. vendit. n. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 12. n. 28.
- 2 † Ut &c, si actor petat rem sibi restitui, si extet, vel si consumpta sit, ejus estimationem, Nicol. Everh. in top. in loc. ab ordin. 1. n. 4. Gail. dict. observat. 62. n. 5. Bartol. in L. 1. §. quia 4. ff. quod legat. n. 2. † Similiter quoque in causa criminali actor alternativè potest petere in libello, ut vel condemnetur Reus vel torturæ subjiciatur, ut dixi in pract. crimin. part. 3. quest. 106. n. 25.
- 4 † Quin & actorem cautum ac providum semper alternativum ejusmodi proposare libellum, ait Nicol.
- 5 Reus. lib. 1. decif. 23. n. 14. † Et certè negari nequit, hoc casu incertitudinem oriri ex facto ipsius Rei consentientis vel dissidentis delictum, ut propterea eo magis subsistat libellus alternativus in causâ criminali, arg. L. s. quia autem 4. ubi Bartol. ff. quod legator. Dd. commun. in L. inter stipulantem 83. §. si Sticham. 1. ff. de V. O. Felin. in c. cum contingat 36. num. 9. X. de offic. delegat. supr. defin. 7.

Ita Domini in causa Sebastian Spans contra Elias Ettingen zu Elsterwerda Mensl. April. Anno 1635.

It. ad requisitionem Quæstoris zu Mersig Mensl. Jul. Anno 1612.

Et ad consultationem Quætoris Misnensis Mensl. Novembr. Anno 1598.

## DEFINIT. X.

*In causis Mercatorum admittitur libellus alternativus.*

- 1 **E**X incertitudine quoque actionis competentis libellum alternativum subsistere, tradunt Dd. puta, si actor incertus sit ob varias opiniones Interpp. & Glossæ, quid sibi debeatur, vel qualis actio competit, Bartol. in l. gallus. 29. §. 9. ff. de lib. & postib. n. ult. & ibi Jason. num. 29. & seqq. † Quod si verum est, certè nec in causâ mercatorum alternativam petitionem libellum vitiare dixerim, † cum notissimum sit, ignorantiam juris positivi non facile mercatoribus præjudicare posse, quia inter hos non multum disceptari debet de apicibus juris, sed omnia ex æquo ac bono sunt decidenda, L. si fidejussor. 29. §. quadam. 4. l. Quintus. 48. ff. mandat. ubi Bartol. & Dd. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 3. n. 1. † Ideoque de causis mercatorum peculiariter traditum est, ut licet in libello unam causam allegent vel probent, & postmodum ex probationibus sive deductis in processu appareat, eos alia ex causâ commodius agere potuisse, non propterea succumbant, sed potius libellus ex causâ probata sustineatur, veluti post alios, quos allegat, docet Stracha in tract. de mercat. tit. quemadmodum in caus. mercat. proced. fit. §. de libellis seu petitionibus. n. 7. Hart. Pift. observat. 180. n. 23.

Ita Domini in causa Andreæ Rambachs contra David Schnabeln Mensl. Octobr. Anno 1616.

Et in causa Georgii Schreers contra David Zimmermann Mensl. Jan. Anno 1619.

## DEFINIT. XI.

*Nunquam in judicio admittitur libellus ineptus.*

- 1 **Q**uemadmodum apud Logicos argumentum consistit ex majore & minore propositione, ex quibus infertur conclusio, ita libellus debet constare ex tribus partibus. 1. Ex narratione facti, quis, quid,

Carpz. Definit. Vol. I.

adversus quem &c. quæ habetur loco Majoris. 2. Ex causâ sive medio concludendi, eaque succedit in locum minoris propositionis. Ex quibus ita junctis sequitur necessariò. 3. Conclusio, Jason. in L. edita 3. n. 3. C. de edend. & l. 1. num. 13. & 14. ff. eodem tit. † In quâ tota libelli vis consistit, quæ potissimum attendi debet, Felin. in c. examinata 15. extr. de judic. n. 11. & ibi Matth. Coler. n. 19. † Restringit enim conclusio libelli narrata ad ea, quæ conclusive petuntur, Bald. in L. nec quidquam. 9. §. ubi decretum. 1. ff. de offic. proconsul. † Quæ omnia si in libello non probè observentur, nec conclusio ex medio concludendi inferatur, vel non proportionetur narrationi, putâ si actor se dicat Dominum & concludat ad dandum, vel dicat se possessorem & concludat Reum condemnari ad restituendum, † cum tamen unus & ejusdem rei penes duos consistere non possit possessio, sicut nec Dominium, l. sicut certo. 5. §. si duabus vehiculum. 15. ff. commod. l. 3. §. è contrario. 5. ff. de acquir. possess. ineptus erit libellus, qui nunquam in judicio-admittendus, sed dentibus lacerandus est à judge, etiam ex officio & parte non petente, Gloss. l. i. ubi Bartol. ff. de off. ass. & in l. 1. ff. simens. fals. mod. dix. l. ult. C. Ut nem. probat. c. sacerdotibus. 41. caus. n. quest. 1. † Quod verum, si ineptitudo statim sit notoria, & ex libello pateat; Alii proceditur in causâ, donec tandem ex actis detegatur defectus, ubi Reus ab instantiâ absolvitur, ita tamen, ut reservetur petitori denuò jus apte & rite agendi, Matth. Coler. ad dict. c. examinata. 15. n. 13.

Ita Domini in causa Daniel Meckels contra heredes Henrici Emmens zu Mansfeld Mensl. Dec. Anno 1600. ( Verba sent. Würde Kläger eine förmlichere/ schließlichere Klage anstellen/ und Beklagte darzu gebührlichen erlären lassen; So wären sie in gebührlicher Frist/ so ihnen dazu von den Gerichten billich ernannt und angesezt wird / darauf thre rechliche Nothdurft einzubringen und zu antworten schuldig / sie thun nun solches oder nicht/ so ergehet darauff in der Sachen ferner was recht ist/ B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Reo ob libelli ineptitudinem ab instantiâ absolute etiam expense sunt refundende.*

Quando ex Rei exceptione in judicio opposita libelli ineptitudo detegitur, obq; hanc Reus absolvitur ab instantiâ, reservatâ tamen actori facultate formius & aptius agendi, tunc judex etiam sumptuum rationem habere debet, ut incep̄t agentem in expensas condemnet, in quibus temerè, fatigavit adverfarium, ut tradit post Bald. in L. properandum 13. §. & sequi dem. 2. n. 6. C. de judic. Matth. Coler. ad c. examinata. 15. n. 35. extr. de judic. † Ubi porrò infert, quantumvis non denegetur victo instituere novam & congruam actionem, cum tamen non aliter audiri, nisi refusis, ante omnia expensis primæ instantiæ, per L. properandum. 13. §. sive autem alterutra. 6. cum l. sapimus. 15. C. de judic. Dan. Moller. bīc n. 6.

Ita Domini in causa Bernhardi Eckens contra Martin Mussen zu Helmendorff Mensl. Mayo, Anno 1616. ( Verba sent. Das Verlagter von dieser Instanz mit Erstattung der Gerichtskosten billich zu erbinden/ jedoch Klägern eine andere und förmlichere Klage nachmals anzustellen hierdurch unbekommen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIII.

*In Libello nomen Actionis necessariò heud exprimi debet.*

Quamvis sine actione nemo experiatur, L. si pupill. li. 6. §. videamus ult. ff. de negot. gest. l. fin. in verb. exprimere actionem. C. de interdict. l. si cum cā. 3. de dot. promiss. l. si debitor res. 12. ff. de pignor. c. dilecti. 6. extr. de judic. † Attamen de necessitate nomen actionis regulariter in libello exprimendum non est, sed sufficit factum taliter narrari, & ita concludi, ut quid, & ex quâ causâ petatur, reo liquere possit, c. dicti.

- l. l. 6. ext. de jud. r. ult. extr. de libell. oblat. l. 1. ff. de edendo. Oldendorp. in tr. de collat. jur. civil. & pontif. in verb. actio. n. 22. Quam sententiam communem dicunt Jason. in l. edita. 3. n. 1. C. de edendo. ubi & Franz Ripa n. 6. Coler. ad c. examinata 15. extr. n. 26. de judic.*
- 3** Bartol. in l. 1. n. 18. ff. de edendo. † Nec obstat l. edita. actio 3. C. de edendo, quia ibi vocabulum (*Actionis*) non accipi debet pro expressione nominis actionis, sed pro libelli editione, cum sufficiat aptè factum narrari, quod & consuetudo observat, teste Jason. dict.
- 4** loc. † Sit autem clara narratio necesse est, ut concludat tacitè saltem illam actionem, quæ intenditur, quo Reus sciat, quid & ex qua causâ petatur, Bartol. in dict. l. 1. num. 6. per l. ult. C. de fideicomm. libert. l. Poni 5 ponius. 15. in fin. ff. de negot. gest. † At quid si ex uno facto plures actiones resultant ad diversum finem tendentes, veluti si actor adversus furem experiat, quem vel actione furti, vel conditione, vel Rei vindicatione convenire potest? §. ult. inst. de obligat. qua ex delict. nasc. † Aut si arbores fuerint succisi, quo easu duplex prodita est actio, l. 1. ff. arbor. furt. cesar. vel ad consequendam estimationem rei corruptæ, quanti plures fuit intra triginta dies, ex lege nempe Aquiliæ, §. capite tertio 13. vers. in ceteris junct. vers. seq. inst. de L. Aquil. vel ad duplum estimationis, actione arborum furtim cesarum, l. furtim. 7. §. ult. l. fa- tienda. 8. ff. arb. furt. cesar. annon tunc saltem genus 7 actionis erit exprimendum? † Hoc quidem arbitratur Felin. in cap. dilecti. 6. n. 6. circa fin. vers. quarto fal- lit. extr. de judic. Nempe ut Reus futuræ litis figuram intelligat & deliberet, utrum cedere, an contendere velit, Jason. in dict. l. edita. 3. n. 6. C. de edendo. † sed putaverim, sufficere in libello petitionem in conclusione ita formari, quo judex scire possit, quam sententiam condemnatoriam proferre debeat, ut eleganter docet Matth. Coler. ad cap. dilecti 6. num. 11. extr. de judic.

Ita Domini in causa Melchior Ohmes contra Jacobum Neu-  
ten zu Overfurt/ Mens. Feb. Anno 1629.

#### DEFINIT. XIV.

##### *Actionis expressio incepta & inutilis non vitiat libellum.*

- 1** Exinde, quod dictum, Actionis nomen de necessitate non esse exprimendum, Defin. prec. firmiter inferre licet, expressionem actionis quantumvis in-  
2 utili & ineptam non vitiare libellum, † putà, si actor tanquam Dominus fundum vindicet, & restitu-  
tionem sibi fieri petat, per actionem ex locato, l. un. in pr. C. de rei uxori. et. Gloss. in l. vinum. 22. ff. si cert. petat. Matth. Coler. in c. examinata 15. num. 20. extr. de  
3 judic. † Quamvis aliter sentiat Panorm. in d. c. ex-  
aminata. num. 17. per l. 1. pr. vers. ideo autem in verb. nec  
4 tenere intentionem ff. si mens. fals. mod. † Respectus enim magis est habendus ad id, quod in veritate agi-  
tur, quam quod per errorem exprimitur, l. illicitas. 6.  
§. veritas. 1. ff. de offic. presid. cum l. 15. ff. de jurisdict.  
5 omn. judic. † Et est libelli materia latè interpretanda pro favore nimirum actoris, ut subsistat, l. solemus 6.  
6 l. si quis. 66. ff. de judic. † Adeoque libellus etiam inceptus tolerandus seu defendendus, si aliquo modo defendi possit, expressâ scilicet causâ justâ, adjectâque conclusione verâ & aptâ, Bald. in l. 1. C. de formul. Jason. in §. omnium. 1. inst. de action. & in l. sed si possefor-  
ri. 11. §. item si juravero. 2. ff. de jurejur. Hart. Pistor ob-  
7 serv. 180. n. 22. † Secùs si causa exprimatur inepita, ac intentio vel conclusio quoque inepita sit, tunc omnino rejici debet libellus tanquam inepitus, velut accipien-  
da dict. l. 1. pr. vers. ideo autem. ff. si mens. fals. mod. à Panorm. allegata, prout demonstrat Matth. Coler. in dict. c. examinata n. 22. §. 22.

Ita Domini in eadem causa. (Verba fentent. Dach Bellagtes seines Fürwenders ungeachtet/ auss erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten/ und weil er solches nicht gehan/ Kider gern die Unkosten dieses Vertrags auss richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

##### *Clausula salutaris libello apposita contra narrata libelli nibil operatur.*

**C**lausula in fine libelli apponi solita (Peto super his omnibus mihi iustitiam exhiberi; It. Peto praedita omni meliori jure & formâ prout peti potest,) est veluti herba Betonica pro salvando libello à vitio, Jason. in §. omnium. 1. n. 47. & 148. inst. de action. per c. cam dilectus. 1. in pr. verb. iustitiam sibi fieri postulabat. ext. de ord. cogn. & c. 2. de off. ord. † Quam communiter Notarii adjiciunt, qui tamen ut plurimum hujus clausulae vim & efficaciam ignorant: sunt nempe ad instar cantorum, qui bene cantant per practicam, & nesciunt rationem sui cantus, & similes psittacis, qui stant in palatiis Dominorum & nesciunt, quid loquantur, Lud. Rom. sing. 53. Erasim. lib. 4. apophtheg. n. 13. † Volunt enim omnibus morbis libelli uno collyrio mederi, Joh. Petr. Ala in tr. de adv. & caus. Chrift. part. 2. exerc. 4. † Sed non sufficiens est clausula e-  
jusmodi salutaris ad tollendum omnem defectum, & contrarietas libellantis; † Certè nihil operatur hæc 5 clausula, ubi resultat aliqua contrarietas, Bald. in l. 2. C. de probat. Nec contra narrata libelli operatur, eleganter Anton. Faber. in Codic. lib. 2. tit. 37. defin. 3 n. 4. † Sed tūm demum effectum habet, si quoquomodo tol-  
erari queat petitio, aut quando non satis constat, quam actionem quis instituere, & quid denique ex narratis petere velit, wann aus dem Libell der Klagen Grund und das medium concludendi nicht eigentlich und gewiss zu ersehen. Hartm. Pistor. observat. 71. n. 2. Matth. Coler. ad c. examinata. 15. extr. de judic. n. 12. Quod & disertè dispositum à Serenissimo Saxoniae Electore in Ordin. Judicat. tit. 5. vers. Nachdem man aber zu Salvirung/ ic. Vide eleganter Hartm. Pistor. part. 1. quest. 45. num. 22. & seqq. & tradita infra Const. Elect. 26. defin. 7.

Ita Domini in causa der Gebrüder von Trotha Deutschen-tholischer Linien contra ihre Vettern von Trotha Guttenberg-scher Linien zu Halla/ Mens. Nov. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVI.

##### *Sententia debet esse conformis libello.*

**P**lerumque more oratorio Advocati exordia in li-  
bellis instituunt, moventque in iis docilitatem,  
& benevolentiam judicis conciliant, parùm curiosi  
de bene formando libello, recteque petendo & con-  
cludendo: † De quibus conqueritur Oldendorp. Vi-  
demus, inquit, omnes pañim parùm curare, in quo  
caesarum genere versentur, multò minus quam actionis formulam intendant, tantum solliciti, quo ver-  
borum apparatu in judicium producant causam, Do-  
ctores, commentarios obiter legunt, & indices traditionum,  
sive Repertoria, ubi si unum aut alterum  
verbum fortè inveniant causæ suæ nonnihil affine,  
statim sibi persvadent victoriam, sed serò cum Phry-  
gibus intelligunt, quam impertinentem actionem  
proposuerint & litem protelaverint, allegatus à  
Ventur. de Valent. in partb. litigios. lib. 1. c. 15. num. 15.  
Rutg. Ruland. in tr. de commiss. part. 3. lib. 2. cap. 2.  
† Deberent potius, si consulere vellent clientulis, 3  
esse solliciti de benè narrando facto, ritè formando  
libello, & justè inferendo ac concludendo, † Nec 4  
enim speranda sententia proficia, si non rectè fuerit in  
libello petitum, quia huic sententia debet esse confor-  
mis: Dicitur enim libellus judicij fundamentum ad  
quod omnes actus, præcipue litis contestatio, probatio  
& sen-

& sententia referuntur, Scaccia de *Jud. caus. civ. c. 50.*  
§. 25. † Et vocari potest libellus truncus arboris judicariae; sicut enim truncus regit totam arborem, ita libellus regulat totum processum, Modest. Pistor. vol. 2. conf. 21. n. 4. Ventur. de Valent. in part. litigios. lib. 2. c. 13. n. 17. Ceterum quomodo positio illa, Dd. sententia debet esse conformis libello, intelligenda sit, vid. infra. Constit. 26. definit. 8.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich off. gedachte eure Vettern durch ihren Gegen-Beweis und stärkere Præsumtiones so viel ausführen möchten/dass für sie zu recht erlaunt/ und ihr mit eurem Suchen abgewiesen würdet/ ic. So möchte Ihnen doch solches weiter nicht/ als dass sie nicht gänglich in successione auszuschliessen/ inmassen ihr einig und alleine darauff libelliret/ behülflichen seyn/ noch ultra perita & contenta libelli die Condemnatio oder Absolucion gesogen und gedenket werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

Interest actoris, summarie potius in causâ procedi, quam litem in Processu ordinario agitari.

- Ordinarius vocatur processus, in quo ordinariè, hoc est secundum ordinem & formam juris proceditur, offerendo libellum, litem contestando solenni formâ, & reliqua peragendo, quæ ad substantiam processus spectant, ut ex ordine titulorum lib. 2. Decretalium videre licet. † Summarie autem proceditur absque strepitu judicij, hoc est, quando plerique, quæ ad processum Ordinarium spectant, negliguntur, ac solâ facti veritate inspectâ proceditur.: † Ex quo nemo non intelligit, magis è re esse querulantis sive actoris, summarie in causâ procedi, quam litem in processu ordinario ventilari, Anton. Faber. in Codic. lib. 9. tit. 22. Ventur. de Valent. in part. litigios. lib. 2. cap. 1. n. 5. † Non tamen putandum est, summarium processum adeò esse tumultuarium, ut in tractatione causarum nil observari oporteat; Nec enim substantialia processus, à jure naturali inducta, omitti possunt, Bartol. in extravag. ad reprimendum in verb. figura. n. 4. Joh. Zanger. de except. p. 1. cap. 2. n. 9. cum & in causis summarias aliqua esse debeat cognitio: † Ergo & citatione opus erit in processu summario, l. de unoquoque 47. ff. de re judic. Quia cognitio nequit institui, nisi utrâque parte præsente & auditâ, Bartol. dict. loc. † Ac licet oblatio libelli solennis in judicio summario non requiratur, Clem. sepe. 2. de verb. signif. necesse tamen est, qualem qualem petitionem & facti narrationem præcedere, ut Reus deliberare possit, cedere ne velit, an contendere; Hoc enim cum juris gentium sit, & in Reorum, ut & Actorum favorem introductum, minimè eis auferendum est, l. 1. in pr. ff. de edend. Hippol. de Marsil. in sing. 102. Rol. à Vall. lib. 1. confil. 71. n. 37. † Nec omnes dilationes, terminorum assignationes atque exceptiones in processu summario omitti posse putaverim., sed judicis arbitrio relinquendum est, dilationes & terminos dari & assignari, Clem. sepe. 2. de V. S. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. centur. 1. cas. 52. † Necessaria quoque quamvis non sit litis contestatio solenni modo facienda, omnis tamen. Responsio nequit omitti, sed habetur in causis summarias pro litis contestatione adversa partis contradicatio, & actus ille, qui alias in causis ordinariis post ipsam litis contestationem solet subsequi, nempe positionalium seu articulorum exhibitio, aut meritorum causæ disputatio, Bartol. & Dd. in Autb. offeratur. C. de lit. contest. Felin. in c. insinuante. in fin. extr. de offic. & pœnit. judic. delegat. Rol. à Vall. 9 lib. 1. confil. 71. num. 36. † Nec judex in processu summario litem ita potest abbreviare, quin probatio-

nes necessariz, & defensiones legitimæ admittantur, dict. Clem. sepe. † Ubi porrò notandum, in hoc non minus ac in ordinario processu testes sub juramento examinari, iurisjur. 9. C. de testib. † Quia nec Papa dispensare potest, ut in ferendo testimonio juramentum testibus remittatur, litigatoribus dissentientibus, Felin. in c. constitutus. n. 16. de rescript. Joh. Zanger. d. c. 2.

Ita Domini in causa Jacobi Seidels zu Werben/ Mens. Decembr. Anno 1560.

Et in causa Caspar Hiebauens Eheweibs contra Jacobum Kirchner zu Endorff/ Mens. April. Anno 1553.

## DEFINIT. XVIII.

Causa ordinaria invito Reo non potest ventilari in processu summario.

N Unquam ergo, dixeris, Actor processum ordinariū eligit, sed causam suam summarie semper expediri petet, de plano nempe & sine strepitu judicii? sed in arbitrio actoris hoc positum non est. † Non nego equidem, causas summarias etiam in processu ordinario ventilari posse; † Sed è contra in causis ordinariis, actor viam processus summarii ambulare volunt non auditur, alterâ parte invitâ; † Omnis siquidem causa regulariter est ordinaria, & plenam causæ cognitionem requirit, Gloss. in l. 3. §. ibidem 13. ff. ad exhibend. Lanfranc. in pr. jud. cap. 12. n. 16. A quâ ad unius partis petitionem haud recedendum est, nisi Lex ipsa summarium processum adimitat, in causis nempe summaris: † Quales sunt causæ alimentorum Ordin. Cam. Imp. part. 3. c. 2. von Abwechslung der Audienz. §. item so eine Parthen. Marant. part. 4. dict. 9. n. 168. † Instrumentorum paratam executio nem habentium, Joh. Bapt. Afin. in pr. jud. civil. §. 3. c. 31. n. 13. Marant. dict. dict. 9. num. 175. † Relaxationis juramenti ad effectum agendi, It. ex l. diffamari dict. c. 2. §. item Sachen. † Novi operis nunciatio, dict. c. 2. §. † Tutorum & curatorum petitio, Marant. dict. dict. 9. part. 4. n. 201. † Ut & causa, quæ in curia mercatorum agitatur, Marant. dict. loc. n. 48. † Plures & numero 39. causas summarias refert Joh. Zang. de except. part. 1. c. 1. n. 60. † Ex quibus perspicuum redditur; † Quenam causæ sint ordinariae, quæ in processu summario alterâ parte invitâ nequeunt agitari ex natura scilicet contrariorum, l. et si contra 35. ff. de vulg. & pupilli. subst. l. 1. ff. de his qui sunt sui. Everh. in topic. in loc. & contr. n. 1. Zang. dict. cap. 1. n. 59.

Ita Domini in eadem causa Caspari Hiebauens Eheweibs contra Jacobum Kirchner zu Endorff/ Mens. April. Anno 1553. (Verba sent. Daß Verklagter bey dem Besitz der streitigen Güter billich zu lassen/ bis er mit ordentlichem Rechte daraus entfange wird. Da nun Klägender kriegischer Vormund eine ordentliche Klage anstellen/ und Verklagten dazu gebührlichen citizen lassen würde/ so wäre derselbe sich darauff einzulassen/ und zu antworten schuldig/ und ergieße alsdenn in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

Ante litis etiam conrestitutionem Reus ab instantia recte absolvitur.

U Sitatissimum certè est in foro Saxonico, ut Reus oppositâ quandoque exceptione, ante litis contestationem, ab instantia absolvatur, Dan. Moll. bic n. 6. Num recte? dubitare quis posset, cum litis demum contestatio sit initium instantiæ, Jason. & Salyc. in l. 13. §. 1. C. de judic. Et dicitur instantia actionis exercitatio à litis contestatione incipiens, indefinitivam sententiam certo tempore coarctata, propterandum. 13. in pr. C. de judic. Alciat. in l. 1. ff. diversa. 14. n. 16. C. de transact. Donell. in l. 4. C. de pat. n. 6. † Ex quo litium consarcinatores & longissimorum processuum favorites instantiam non perire ajunt, licet per multos annos de quæstione emergenti, aut exceptio-

exceptionibus dilatoriis ante litis contestationem di-  
 3 sceptetur, † quia instantiae demum certo tempore  
 sunt inclusæ, dict. l. properandum. 13. §. 1. Ventur. de  
 Valent. in partb. litigios. lib. 1. cap. 15. n. 30. Joh. Zanger.  
 4 de except. part. 1. c. 1. n. 66. † Et tradunt quidam, litigatores 100. & pluribus annis sine interitu litis in e-  
 jusmodi exceptionibus etiam de jure civili versari posse, veluti Specul. afferit, olim sibi causam fuisse  
 commissam, in quâ de legitimatione personarum 34.  
 annis fuerit disputatum, in tit. de appellat. §. breviter.  
 5 verb. sed justa. † Sed nihilominus modus pronunciandi in foro Saxonico subsistit, & ante litis contestationem Reus ab instantiâ recte absolvitur: Quia in  
 6 jure † instantia non solum litem, quæ incipit post responsonem Rei l. un. C. de lit. contest. sed & acrem & assiduam flagitationem denotat, §. 1. inst. de paen. tem. litig. l. ult. §. fin. ff. de pign. act. Quâ in significatione, si instantiam accipias, prædictum pronunciandi modum subsistere facile concesseris. † Quo & respexit Illustrissimus Saxon. Elector in Ordin. Pro-cess. judic. tit. n. §. wann nun also die Exceptiones vor der Kriegs-Befestigung/rc.

Ita Domini in causa Bernhardi Edens contra Martin Mebusen zu Helmendorff Mens. Mayo Anno 1626. ( Verba sent. Dass Beklagter von dieser Instanz mit Erstattung der Gerichtskosten billich zu entbinden / jedoch Klägern eine andere und förmlichere Klage nachmahlis anzustellen hierdurch unbenommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XX.

Nobiles subditos suos in proprio judicio pagano conve-nire nequeunt, si Notarius judicij in praesentia sub-ditorum non juraverit.

- 1 Non solum fratres ignorantiae, sed & malitiosi sâpè sunt Notarii: Inter eos enim si reperiatur unus doctus & expertus Notarius, reperiuntur vi-ginti quinque indocti, nullam habentes juris notitia-m, uti conquesti sunt Hippol. de Marsil. Rubr. de fidejuss. n. 39. M. Anton. de Amat. dec. 29. & 30. Vinc. 2. Caroc. decif. 22. n. 1. & 2. † Quæ imperitia non pa-rum periculosa, magis autem danosa est eorum ma-litia: scribunt enim nonnulli, testes jurâsse, qui inju-riâ deposuerunt: Nonnulli secreta processus non-dum publicati evulgant: Nonnulli mille alia litium protelandarum vafrimenta neverunt & cognove-runt, Joh. Petr. Ala. in tr. de Advocat. Christ. part. 1. quæst. 72. & 75. Vent. de Val. in partb. litig. lib. 1. cap. 3. g. n. 34. † Quibus vix alio occurri potest remedio, quâm ut juramento peculiari judici obstringantur, Ordin. judiciaria Elect. Sax. tit. 2. §. 1. u. denselben son-derlich darzu vereyden. Felin. in c. quoniam n. extr. de probat. n. 42. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 65. n. 72. & 4 segg. † Quin & cum usu hisce in terris receptum sit, quod ipsi quoque Nobiles suos subditos coram propriis judicibus, Scabinis, Officialibus, Prætoribus judi-cio pulsare ac ratione propriis interesse ibidem conve-nire possint, Berl. decif. 109. n. 9. Cravett. vol. 2. consil. 232. 5 n. 7. † Noluit Seren. Elect. Saxon. ejusmodi proces-sum aliter valere, quâm si Nobiles vel alii Magistratus Notarium judicij ab initio sui officii, vel toties, quo-ties ejusmodi actus judiciarius contra subditos cele-brandus est, in praesentia subditorum ad judicium illud jurare faciant, dict. Ordin. judic. tit. 2. §. ob wir auch wol. Adde decif. Ete. nov. 38. & 39.

Ita Domini in causa L. Joh. Cernicens contra Martinum Schelben zu Pfaffendorff Mens. Decembr. Anno 1634. ( Verba sent. Würde nun Schein zu den Acken gebracht werden/ dass der Notarius judicij in Besenn der Unterthanen zu allen Sachen vereybet/ und in Pflicht genommen worden/ oder solches nochmahlis zu Werke gerichtet werden; So wäre Beklagter dem jüngst gesprochenen und Kraft Rechtens erreichten Urtheil zu Folge auf Klägers Liquidationes und Zusprüche bei endlicher Strafe Ungehorsams sich einzulassen/ und zu antwor-ten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

Inseri debet Citationi tenor libelli, vel hujus copie ci-tato simul transmitti.

Citatio principium ac fundamentum est judicij §. 1. ult. inst. de paen. rem. litigant. c. quoniam. n. extr. de probat. † quâ deficiente, processus reddi-tur nullus, Dd. in Clem. pastoralis. de re jud. Matth. de Afflict. decis. 307. n. 29. Joh. Zanger. in tracl. de ex-cept. part. 1. cap. 2. n. 5. Andr. Gail. lib. 1. observat. 48. n. 1. † Ideoque semper præcedere debet ad instan-tiam partis, l. ad peremptorium. 68. ff. de judic. l. 1. §. 8. ff. de damn. infect. l. ult. C. de bon. auth. judic. pos-fid. † à judice enim proprio motu, non ad peti-4 tionem partis facta, haud valet, Gail. lib. 1. obser-vat. 50. num. 4. & seq. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 31. Felin. in cap. 1. extr. de judic. n. 20. Specul. lib. 2. part. 1. tit. de citatione. §. sequitur. 4. num. 14. † Porro & citationis causa exprimenda, vel 5 tenor libelli inserendus, aut saltem hujus copia una cum libello transmittenda est, cap. præterea 2. ubi Panormit. n. 8. extr. de dilat. Ordin. judic. Elector. Saxon. tit. 4. post pr. vers. und damit der Citatus ies desmahl/ &c. † Quod optimum litium abbrevian-darum videtur remedium; Nec scilicet Reus postea di-lationem ad deliberandum super libello petere possit, & ansam protrahendi causam arripiatur, Andr. Gail. lib. 1. observat. 51. n. 1. & seq. Specul. dict. tit. de citat. §. 1. n. 9. Ventur. de Val. in partb. litigios. lib. 2. c. 13. n. 15. Matth. Coler. part. 1. decis. 110. n. 4. & part. 2. decis. 297. Zanger. de except. part. 2. c. 13. n. 8. Matth. Wesenb. in parat. ff. de in jus vocand. num. 13.

Ita Domini in causa Heinrici Gottfrieden & Johannis Caspari à Weißig contra Marthen Catharinæ Henrici à Weißigs Wittben zu Börbig Mens. August. Anno 1632. ( Verba sent. Würden Klägere eine förmliche Klage anstellen/ und mit Überschickung derselben Abschrift oder Andeutung des In-halts Beklagte darzu gebührlichen citieren lassen; So ist Be-klagte durch ihren Curatorum bey Strafe Ungehorsams zu erschei-nen/ und mit ihrer rechtlichen Nothdurft sich darauff einzulassen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

Sufficit in foro Saxonico unica Citatio peremptoria, legitimum habens spatium, nempe sex septiman-a-rum & trium dierum.

DE jure civili Reus peremptoriè tribus citatur, 1 l. ad peremptorium. 68. l. seq. ff. de judic. † Sed hodiè de confuetudine in omnibus judiciis, imprimis vero Saxonis, introductum est, ut unica sufficiat citatio, mo-dò sit peremptoria, & tantundem temporis, quantum tres illa citationes, contineat, l. nonnunquam 72. ff. de judic. l. consentaneum. 8. C. quomod. & quando judex. Appellation-Ordnung Elect. Saxon. tit. wie wider die aussenbleibende Parten. §. würde er aber. König in proc. c. 27. n. 2. Christ. Zobel. part. 1. diff. 16. n. 10. Fachl. part. 3. diff. 39. Andr. Gail. lib. 1. obser. 53. n. 22. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 2. n. 18. & seq. Hart. Pst. part. 1. quæst. 3. n. 9. Duo ergo unica illa citatio continere debet. † Primò, ut adjiciatur expresse par tes peremptoriæ citari, dict. l. consentaneum 8. vel ut ap-ponatur comminatio: si citati non comparuerint, ju-dicem nihilominus ad cognitionem processurum & pronunciaturum, quod jus & justitia postulaverint, ( Soll nichts desto reñiger geschehen und ergehen was recht ist. ) † Quæ comminatio habet vim perem-p-toriæ citationis, et si verbum ( peremptoriæ ) in cita-tione non exprimatur l. cessante. 2. C. quomodo & quando judex. Daniel. Moller. ad Const. Elect. 3. n. 18. b. part. 1. Matth. Berl. part. 1. concl. 10. n. 9. & 10. † Deinde, tem-pus quoque legitimus debet continere citatio, voll-5 kommene Sachsische Frist/ quod est in foro Saxonico sex

sex septimanarum & trium dierum, Appellation-Ordnung / dict. loc. §. würde er aber. Ordin. judic. Elect. Saxon. tit. 4. vers. Auch darueben einen rechten legalem terminum. Berlich. dict. loc. n. 14. Zanger. de except. part. 2. cap. 6. n. 8. & seqq.

Ita Domini in causa Angel von Godens contra Viduam & Heredes Caspari Renzels venulata in prætorio Lipsiensi Mens. Jul. Anno 1626. ( Verba sent. Dass Beklagte noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten: Sie seynd aber auff anderweit vorgehende gebührende/und von Zeit an der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hältende Ladung bey Straße Ungehorsams zu erscheinen/den Proces zu reallumiren/auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg Rechtern zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Franzen von Hunzibus Gläubigere Mens. Sept. Anno 1626. ( Verba sent. Dass Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ so von Zeit an der ihme geschehenen Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hält/ bey Straße Ungehorsams zu erscheinen/ und auff angestaltte Rummel-Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Non continet Citatio spacium temporis legitimū, quando terminus juridicus in ultimum incidit diem.*

- T**empus comparendi in Citatione præfixum, quod currere incipit à die executæ & insinuatæ Citationis, c. super eodem. 12. §. ult. ext. de appellat. l. 1. ff. si quis caution. Ordin. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. Im Fall aber. vers. und er von Zeit an solcher insinuation &c. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 53. n. 3. & seq. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 6. n. 10. præcisè obſervandum est; † in tantum, ut si unicus tantum dies de illis sex septimanis & tribus diebus defuerit, citatio nulla sit, nec Reus haud comparens usque ad legitima impedimenta condemnari possit, Matth. Berlich. part. 1. concl. 10. n. 15. Joh. Zanger. dict. cap. 6. n. 12. † Quid autem si terminus juridicus incidat in diem ultimum temporis citatione, prefixi? † Putaveris primæ facie citationem vitio non laborare, ex vulgato illo Dd. quod dies termini computetur in termino, de quo Andr. Gail. lib. 1. obſ. 139. n. 5. Andr. Rauchb. part. 1. queſt. 3. n. 10. † Sed verum est hoc, eo solummodo casu, quo tempus de momento in momentum labitur, ut est in decendio Appellationis & Leuterationis, Arrestis, &c. prout hoc explicat Rauchb. dict. queſt. 3. n. 15. † Alia vero est ratio citationis, ubi non momentum temporis, sed dies integra consideratur, adeoque nec axioma illud Dd. ad præsenṭem hunc casum commodè poterit accommodari. † Dixerim ergo non subsistere citationem, si terminus juridicus incidat in diem ultimum temporis præfixi, quia scilicet citatio ejusmodi non continet plenè spacium sex septimanarum ac trium dierum, vollkommene Sächs. Frist. arg. l. denique 3. §. minorem. 3. ff. de minor. † Quod & probare videtur in terris sui Electoratus Serenissimus Saxo in dict. Ordin. judic. tit. 10. §. im Fall vers. die vollkommene Sächsische Frist/als sechs Wochen und drey Tage gehabt habe/xc.

Ita Domini in causa Petri Waltheri contra Eliz Blutners Eheherr zu Zeit/ Mens. Mart. Anno 1635. ( Verba sent. Dass Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ so vor Zeit der insinuation an/ vollkommene Sächsische Frist in sich hält/ durch ihren Curatorum zu erscheinen/ und auf die Klage sich einzulassen schuldig/ V. R. W.)

Item in causa des Amptes zu Zwiedau contra Hansen Malsen/ Mens. Jan. Anno 1635.

Et in causa Nicolai Antonii Tonneti contra Herman Hesping zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1632.

## DEFINIT. XXIV.

*Condemnatur tamen hoc casu Reus non comparens in expensas termini ipsius.*

- N**olo tamen hoc aliter accipi, quam quoad effemina condemnandi Reum ad legitima impedimenta, ut nemp̄ citatus non comparens, si in citatio-

ne terminus legalis ipsi haud fuerit indultus, vel terminus juridicus in ultimum termini diem inciderit, usque ad legitima impedimenta condemnari non possit: † Secùs verò quoad expensas termini, à quibus ob temporis angustiam excusat⁹ non est, Ordin. judic. Elect. Saxon. de Anno 1622. tit. 10. §. Im Fall aber vers. Conſten aber und da hieran ein Zwifſel oder der Terminus legalis nicht vollkommen/mag er weiter nicht/ als in die Expens vertheilet/und ihm die Antwort bey Straße Ungehorsams auferleget werden. † Iniquum autem, dixeris, punire citatum restitutione expensarum, si contumax non fuerit; Ob contumaciam si quidem litigantes in expensas condemnari, expeditum est, Petr. Gregor. Tholosan. lib. 2. de Republ. cap. 6. Vent. de Valent. in partb. litigios. lib. 2. cap. 6. n. 21. † Non autem contumax est, qui modo legitimo non fuit citatus, Felin. in c. quoniam contra. 11. extr. de probat. num. 13. Hippol. de Marsil. singul. 18. n. 1. † Fattendum tamen, Citatum non comparentem omnis prorsus contumacia haud esse exp̄eritem, cum in iudicio comparere, & exceptionem termini angusti vivâ voce opponere & dilationem petere debuisset, quod cum non fecerit, in expensas faltem termini istius justè eum condemnari, ecquis non videt?

Ita Domini in eadem causa Petri Waltheri contra Eliz Blutners Ehe. Weib zu Zeit/ Mens. Mart. Anno 1635. ( Verba sent. Dass Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ so von Zeit der Insinuation vollkommene Sächsische Frist in sich hält/ durch ihren Curatorum zu erscheinen/ und auff erhobene Klage sich einzulassen/ auch die Unterkosten dieses Termins auff Richterliche Ermäßigung Klägern zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Nicolai Antonii Tonneti contra Hermannum Hesping/ Mens. Mart. Anno 1632. ( Verba sent. Dass Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auff die/wider ihn angestaltte Rummel-Klage bey Straße Ungehorsams sich einzulassen/ auch weil er solches ideo nicht gethan/Klägern die Unterkosten dieses Termins auff Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Non potest iudex Reum condemnare usque ad legitima impedimenta, si non constet, citationem ipsi fuisse insinuatam.*

**O**mnes, quorum interest, citari debent, l. de uno quoque 47. ff. de re judic. l. nam & ita Divus 39. ff. de adopt. † Ergo non sufficit ex pluribus litis consortibus unum vel alterum citari, sed omnibus in specie citationem insinuari necesse est, l. 1. & 2. C. de Conſort. ejusd. lit. l. planè 3. ff. famil. ercisc. Ordin. judic. Elect. Saxon. tit. 4. vers. würden auch. † Sicuti & pluribus existentibus heredibus, singuli specialiter sunt citandi, dict. tit. 4. §. und solches soll/xc. Matth. Berlich. part. 1. Concl. 10. n. 44. † Inter plures siquidem heredes, sive de jure civili, sive prætorio succedant, actiones & obligationes ipso jure activè & passivè, pro rata portionis hereditatis dividuntur, l. ut debitum. §. & tot. tit. C. de hered. action. l. ult. C. si unus ex plur. hered. Jason. in l. debitorum passionibus. 26. C. de pali. n. 2. † Quare si unus vel alter solummodo ex litis consortibus vel heredibus fuerit citatus, contra reliquos non citatos nullo modo in contumaciam procedi potest, dict. tit. 4. §. würden auch. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 2. definit. 8. num. 1. & seq. † Quin nec iudex ad legitima usque impedimenta Reos potest condemnare, quando ex actis non constat, omnibus citationem fuisse insinuatam, de quo non minus ac de aliis citationis requisitis apparere debet, antequam ad condemnationem usque in legitima impedimenta, bis auf Ehehafft/deveniatur, Ordin. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. Im Fall aber vers. Jedoch daß man in alle wege zuvor/xc. † Quamvis nec hoc casu facultas condemnandi Reum in expensas judici adempta sit, dict.

- 8 *dicit. tit. io. §. In fall aber. in fin. + Ex quo constat, quam necesse sit relationem nuncii in citationem insinuantis ad acta consignari, ut appareat de singulis citationis qualitatibus & circumstantiis; Nempe, cui, quando, quomodo, ubi & in quo loco fuerit facta, Ordin. jud. Elekt. Saxon. tit. 4. vers. Sondern auch. Est enim actus relationis actus substantialis, de quo in a-*
- 9 *ctis constare debet. + Alioqui nec citatio, nec sententia, nec totus processus, in contumaciam factus, valet, l. bac autem s. §. 1. ff. ex quib. caus. in poss. cat. ubi Bartol. num. i. Andr. Gail. lib. i. observ. s. 4. n. 7. Mynsing. cent. 6. observ. 10. n. 8.*

Ita Domini in causa Andreæ Wolffens & Consort. contra viduam & heredes VVolfgangi Ullmans/ Mensl. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Dass die sämtliche Erben/ und ein jeder absonderlich gebührlichen billich citiret werden/ welche so denn zu erscheinen/ und außerhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ B. R. W.)

It. in causa Melchior Werner's contra Hansen Schwendendorffers Erben/ Mensl. Septe. Anno 1630. (Verba sent. Dass die gehane Ungehorsams-Beschuldigung nicht statt hat/ B. R. W.)

In causa Curatorum Barbaræ, uxoris Christiani Deligschens contra Mariam Görlichin/ Mensl. Jun. Anno 1630. (Verba sent. Dass Beklagte Klägerin die Unkosten dieses Termins auf Nachterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende gebührrende Ladung bei Straße Ungehorsams durch ihren Curatorum zu erscheinen/ und auf erhobene Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu befestigen schuldig/ B. R. W.)

Et in causa Thomæ Gonteins contra Hansen und Arnolden die Pelsen zu Leipzig/ Mensl. M. jo, Anno 1635. (Verba sent. Diemel nicht zu befinden/ dass Beklagter die Citation gebührlich insinuaret worden; So seyn sie auch noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten/ aber auf anderweit vorgehende gebührliche Ladung zu erscheinen/ und ihre rechtliche Nothdurft einzubringen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVI.

*Absque speciali venia bodic parentes possunt citari in causâ liberorum.*

- 1 **P**ratoris edictum de in jus vocando, quo prohibetur liberi parentes sine venia in jus vocare, l. si libertus. 12. l. in eum 24. ff. de in jus vocando. ad eam vocationis speciem, quæ hodie in usu est, & quam citationem appellamus, non pertinet, Anton. Fab. in Cod. dic. lib. 2. tit. 2. defin. 13. + Ideò enim Prætor nolebat absque venia parentes in jus vocari, quod vocatio illa fiebat obtorto collo per vim & impressionem, l. plerique 18. ff. cod. tit. quam in parentum personis, aliisque, quibus aliquà ratione reverentia debebatur, exerceri prorsus incivile erat, l. generaliter. 13. ff. cod.
- 2 **T**essat verò hæc ratio in citatione, quæ fit per solam libelli oblationem & simplicem admonitionem, citra ullam vim & injuriam, l. libertus. 15. ff. de in jus
- 3 **vocando.** Anton. Fab. dict. loc. + Quin nec hodie citatione valet, si non fiat de mandato judicis, l. ult. C. de exhib. reis. Egid. Boss. in pract. crim. tit. de citatio-
- 4 **nibus.** n. 9. + Tantum scilicet abest, absque venia. Magistratus hodie parentes in jus vocari, ut potius quamvis indifferenter citationem permitti judicis faciam dicamus.

Ita Domini in causa Henrici Lindners contra Barbaræ Lindners zu Naumburg/ Mensl. Mart. Anno 1635. (Verba sentent. Dass Beklagte auf anderweit vorgehende gebührrende Ladung durch ihren Curatorum zu erscheinen/ und bei Straße Ungehorsams außerhobene Klage sich einzulassen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Ex alterius judicis territorio, non nisi implorato ejus subficio quis potest citari.*

- 1 **C**itatio, quia principium ac fundamentum est iudiciorum §. ult. insit. de pena tem. litigant. c. quoniam
- 2 **n. extr. de probat.** semper præcedere debet, + in tantum, ut nec Reus in judicio præsens teneatur invitatus respondere ac item suscipere absque præcedente citatione, juxta sententiam Bart. in l. ff. de in jus vocand.
- 3 **t**Quæ in foro etiam Sax. est recepta, per text. in Landr.

lib. 2. art. 3. ubi habetur: Si præsens in judicio accusatus nolit item suscipere, dicendo se non esse ideo præsentem, tunc, ne obruatur imparatus, debet citari, ut compareat responsurus ad proximum subsequens judicium, Chil. König. in processu c. 25. circa fin. Matth. Coler. part. 1. decis. 103. n. 6. & decis. 142. **A**t quid, si Reus accusatus sub alterius judicis aut Principis jurisdictione degat? + Tunc implorato ejus subficio debet citari. + Mittere nempe tenetur judex citans literas rogatorias judici alterius provinciæ, cui subjicitur citandus, ac petere, ut judex subsidiariè requisitus, vel permittat, citationis executionem fieri in loco sui territorii, vel ipse saltem Reum ad præfixum terminum, qui in edicto citatorio continetur, moneri ad comparitionem curat, offerendo, se in simili casu facturum paria, Novell. 15. c. 6. l. 1. §. presides. 2 ff. de re. quir. reis. l. quod promulgatis. 2. C. de offic. præf. urb. Old. conf. 68. n. 5. Joh. Zang. de except. part. 2. c. 1. n. 168. & seqq. Matth. Coler. de proc. execut. part. 3. cap. 7. n. 32. & seqq. Rotsch. in processu part. 1. art. 1. sebt. 8. num. 1. & seqq. + Idque propterea judex citans facere tenetur, ne occupet aut impedit jurisdictionem alienam, c. noluit. 13. in pr. extr. de judic. l. nemo. 4. ubi Gloss. in verb. auxilium. C. de jurisd. 20. c. pervenit. caus. 1. quest. 2. Matth. Coler. dict. cap. 7. num. 38. & seqq. ubi pluribus hanc sententiam confirmat.

Ita Domini in causa des Raths zu Magdeburg/ Mensl. Mart. Anno 1601. (Verba sent. Dass gedachter Mollen Voigt und andere Fürstliche Magdeburgische Beamtin eure Bürgere für sich selbst zu citiren nicht befugt/ sondern sie seynd euch in subficio zu ersuchen/ und eure Bürgere und Einwohner vermittelets eurer Hülfe zu citiren schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVIII.

*Judex per subficio imploratus cogi potest à superiori, ut citatum in alieno territorio comparare jubeat.*

**N**on certè habent Magistratus per subficio implorati, quod conquerantur de jurisdictione suâ turbata, siquidem citatio in territorio alieno expeditur ad preces, non verò ad mandatum judicis citantis; + Cum par in parem aut inferior in superiore non exerceat jurisdictionem, l. nam magistratus. 4. ff. de arbitri. l. ille à quo. 13. §. tempestivum. 4. ff. ad SCrum Trebell. c. innotuit. 20. in pr. extr. de elect. c. cum inferior. 16. extr. de major. & obedient. + Cur ergò judex imploratus precibus alterius judicis non deferre ac citationem subdito suo insinuare vellet? + Quod si facere recuset, à Magistratu superiore ipsum ad hoc adigi posse, nullus ambigo. + Quia jurisdictione una per aliam adjuvanda est, Panorm. in c. 1. num. 5. & in c. quoniam 14. extr. de offic. judic. ordin. per text. in l. 2. C. de bis qui latron. occult. & c. administratores. 26. caus. 23. q. 5. + Manus enim manum fricat, unusque Magistratus alterius armis indiget, Rebuff. in prefat. de lit. requisi. in pr. n. 11. Matth. Coler. de processu execut. part. 3. c. 7. n. 41.

Ita Domini in causa Hansen Anshelms contra Andream Nentwigen/ Mensl. April. Anno 1626. (Verba sent. Dass Beklagter vorigem Urtheil Folge zu leisten noch einstens per subficio des Amtes zu Hadersleben citiret und vorgeladen wird; Und auß Fall das Amt die Citation Beklagten zu insinuiren sich nochmals verweigern würde/ wird solches bei der hohen Obrigkeit des Orts gebührlichen billich gesucht/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Reus latitans, etiam in causâ civili per edictum publicum in trium Dominorum territoriis affixum citari potest.*

**S**æpè accidit, ut Reus sit vagabundus vel latitans, Spræcertim in causa debiti metuens carcerem, ita ut Citatio ipsi nequeat insinuari, ubi quæsi solet; **A**nnon hoc casu judex edictaliter accusatum citare possit? + Sane si judex sciatur, ubi Reus degit vel alio modo ei Citationem

tionem insinuare valet, neutquam ad editalem citationem perveniri poterit, sed debet Reus per literas subsidiarias citari, Clem. i. de judic. Clem. pastoralis. 2. in med. de sent. & re judic. L. i. §. presides. 2. ff. de requir. 3. Reis. Novell. 134. cap. 5. + Si vero nesciat, ubi Reus debet, vel accusatus citationem ad se pervenire impedit, vel aliud subsit impedimentum, locum habet Edi- 4. talis citatio, + ita ut Reus per publicum Edictum in 5. trium Dominorum territoriis affixum, citetur; + Ex observantia quotidiana, quæ etiam in jure est fundata, diel. Clem. i. diel. Nov. 134. cap. 5. Andr. Gail. lib. i. observat. 56. n. 7. & observat. 57. ubi hoc ad amissim tra- etat. Matth. Coler. de proc. execut. part. 3. cap. 7. num.

28. Wurmbler. lib. i. observat. 6. & observat. 8. per tot.

Ita Domini in causa Michael Marggraffens contra Joann. Henrichen zu Dippoldiswalda/ Mens. April. Anno 1626. (Verba sent. Dass Beklagter noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten/ er ist aber auf anderweit vorgehende gebührende Ladung durch öffentliche Edicta und Anschlag in dreyer Herren Landen bey Straffl Ungehorsams zu erscheinen/ und auf die wider ihn erhobene Kummer-Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa D. Johannis à Löffens contra Martin Zätschen zu Sobringen / Mens. August. Anno 1622. (Verba sent. Dass Beklagter durch öffentliche Edicta; so in dreyer unterschiedener Herren Landen anzuschlagen/ gebührlichen citret und vorgeladen werde/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO III.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Bon der Exception.

**D**soll der Beklagte/ welcher auf dreyz vierzehn Tage peremptoriè, wie auf Sächsischem Boden bräuchlich/ citaret worden/ schuldig seyn/ alle seine Exceptiones, sie sind declinatoriae, oder dilatoria, Vorstand/Gewehr/ oder was seyn mag/ so der Antwort vorgehet/ alle auf einmahl im berührenten ersten Termine für und einzubringen/ und alsbald daran die Litis contestation mit einer Condition und in eventum anhängen/ es wäre dann/ dass allein über eine ganz zweifelhaftige declinatorien disputirt, auf welchem Fall/ und sonst nicht/ solche conditionirte oder Eventualis litis contestatio vorbleiben mag.

#### De Exceptionibus.

**R**eus, pro more fori Saxonici ex intervallo quatuordecim dierum ter peremptoriè citatus, omnes suas exceptiones, sive declinatorias, sive dilatorias, satisfactionis videlicet, Guaranda, vel si quæ aliae litis contestationem præcedunt, in primo termino simul opponat, una cum annexa in continentali conditionali vel eventuali litis contestatione, nisi forte de declinatoriā admodum dubiā disputetur, quo solo casu, nec alias ejusmodi litis contestationem omittere licebit.

#### DEFINITIONES.

1. Reus in primo statim termino exceptiones dilatorias omnes opponere debet, annexa in continentis eventuali litis contestatione.
2. Omissa litis contestatione eventuali, Reus condemnatur in expensas termini.
3. Super eventuali litis contestatione non judicandum est, antequam super exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.
4. In causis quog, summiis & executivis exceptiones dilatoria omnes, primo statim termino, sunt opponenda.
5. Reus, qui primo termino exceptiones dilatorias oppone re prætermisit, sequenti termino non est audiendus.
6. Nec Reus, qui in primo termino non comparet, postea sequenti termino exceptiones dilatorias opponere potest.
7. Judex, Reum non comparentem in expensas termini condemnans, reservare ipsi potest exceptiones dilatoria; Et quando id facere censeatur.
8. Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatoria, ante omissas, adhuc opponere valeat.
9. Purgata contumacia admittuntur Rei exceptiones dilatoria.
10. Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis.
11. Exceptio fori incompetentis, non in scriptis opponenda, sed vivâ voce in judicio proponenda est.
12. Pena plus petentium bodiæ in usu non est.
13. Exceptiones peremptorie opponenda sunt in ipsa litis contestatione, nec omissa postea Reum juvare possunt.
14. Peremptorie exceptiones, ante litis contestationem opposita, post litem contestatam rejiciuntur, injuncta Reo litis contestatione.
15. Exceptiones tamen peremptorie, litis ingressum impedientes, ante litem contestatam recte opponuntur.
16. Differunt ab invicem: Absolvi ab instantiâ; Absolvi ab instituta actione, & non teneri respondere ad actionem.
17. Excussionis exceptio etiam post litem contestatam opponitur.
18. Ratione domicilii quis potest conveniri in loco, ubi maiorem possidet bonorum partem.
19. In judicio, etiam coram arbitris seu Compromissariis, recte opponuntur exceptiones dilatoria.
20. Nisi in Compromesso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum.
21. Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus, alio postea exhibito libello, opponere exceptiones dilatoria.
22. Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupati non sunt in mesibus.
23. Non facta litis denunciatione, Reus haud habet regressum adversus suum autorem.
24. Omissa licet denunciatione litis, potest tamen Reus experiri adversus suum autorem jure evincentis.
25. Non solum in emtione, sed etiam in permutatione, aliisq. contractibus, locum habet litis denunciatio.
26. In transallatione locum non habet litis denunciatio ratione rei illius, qua ex causa transallationis dimittitur.
27. Non admittitur litis denunciatio, quando manifestè constat, denunciantem frivole convenient.
28. Efficit litis denunciatio, ut stare cogatur denunciatus coram judice cause principalis.
29. Quocunque tempore judicii ante sententiam locum habet denunciatio litis.
30. Non admittitur tertius interveniens in judicio prius quam de jure suo docuerit.
31. Super interventione Magistratus, privilegium suum urgentis, pronunciandum est, antequam judex in causa principali ulterius procedat.

## DEFINIT. I.

*Reus in primo statim termino exceptiones dilatorias omnnes opponere debet, annexa in continentि even-tuali litis contestatione.*

- 1 **A**d inventaz licet sint Exceptiones ad lites contra-hendas, haud raro tamen iisdem lites involvun-tur & protrahuntur, ut conqueritur Joh. Petr. Ala. in tr. de adv. & causid. Christ. quest. 40. Didac. Covarr.
- 2 lib. 1. var. resolut. cap. 2. n. 3. † Et s̄epius fit, quod ante instantiam Litigatores triginta, quinquaginta & plu-ribus annis sine interitu litis in exceptionibus verien-tur, Ventur. de Valent. in partb. litigios. lib. 2. cap. 13.
- 3 num. 8. † Scilicet, quia non astringuntur eas omnes simul, eodemque tempore, & in una die juridicā op-onere, sed illis quandocunque, usque ad litem con-testatam uti possunt, l. exceptionem 19. C. de probat. l. ita demum. 13. L. licet. 24. C. de procur. Matth. Wesenb. in parat. ff. de except. num. 10. in pr. Felin. in c. excep-tionem. 12. num. 12. extr. eod. tit. Matth. Coler. ad c. pa-storal. 4. num. 5. extr. de except. † Cui occurrere vo-luit Illustrissimus Saxonie Elector D. Augustus, ju-bens Reum accusatum omnes exceptiones dilatorias in primo statim termino simul opponere, annexa litis contestatione saltem eventuali vel conditionali,
- b. Conflit. 3. ubi Dan. Moller. num. 1. Resol. Grav. de An. 1661. Tit. von Justitiae Sachen. §. wie wohl auch zum
- 5 siebenzehenden. Jac Schult. observat. 8. num. 4. † Du-bium ergo non est, quin laxum illud a longum tem-pus Reo ad exceptiones dilatorias opponendas jure civili indultum, in foro Saxonico ad primum ter-minum sit restrictum, quod nemini mirum videbi-tur, † cum iudex breviorem terminum Reo statue-re possit, quo omnes suas exceptiones dilatorias ac de-clinatorias simul proponat, ac nisi id faciat, iisdem deinceps opponendis minimè audiatur, §. pastoralis.
4. ubi Dd. extr. de except. l. 2. ff. de re judic. Glos. in-c. accepimus. 4. verb. ulterius arguendi. extr. de fid. in-strum. Schult. dict. observ. 8. num. 3. Moller. hic num. 10. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 22. num. 21. & seqq. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. cent. 3. cas. 140. nam. 9.

Ita Domini in causa Tobi Hartungs contra Claus Schwar-gen/Mens. Mayo, Anno 1631. Anno 1630.

Et in causa Martini Antonii ab Harliens contra Hansen von Wirthen/ Mens. Octobr.

## DEFINIT. II.

*Omissa litis contestatione eventuali, Reus condemnatur in expensas termini.*

- 1 **I**n primo itaque termino Reus omnes suas exce-ptiones dilatorias, satisfactionis nempē, guarandæ &c. opponere tenetur, annexa in continentि litis contestatione conditionali vel eventuali, Defin. pre-ced. † Quod si facere omittat, nec litem eventualiter con-testetur, acquiescendo solūm in exceptionibus dilatoriis, aliisve ad impediendum litis ingressum op-positis, non punitur statim amissione causæ, nec con-demnatur usque ad legitima impedimenta, biß auß 3 ehehafft! † sed solūm in expensas termini actori sol-vendas, propter retardatum scilicet processum, prout sancitum in Ord. Nov. judic. tit. 11. in pr. verb. Ven Vermeidung der expens. Matth. Coler. de process. exe-cut. part. 1. cap. 2. n. 24. Jacob. Schult. in addit. ad Coler. part. 1. decif. 104. num. 36. & observat. 11. n. ult. Joh. 4. Zanger. in tratt. de except. part. 2. cap. 9. n. 16. † Nisi forsitan exceptiones utcunque saltem sint verisimiles & probabiles, quæ Reum ab expensarum restituzione omnino eximunt, Andr. Rauchb. part. 1. quest. 1. n. 18. Moller. ad Conflit. Elet. 8. n. ult. p. 1.

Ita Domini in causa Michael Kohlmans contra Johann Hup-feldern/ Mens. Jun. Anno 1622. ( Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ auch

den geforderten Vorstand bestellen/inmassen ers zu thun pflichtig/ so wäre Beklagter außerhobene Klage sich einzulassen und zu ant-worten/ und weil er solches iego auch in eventum nicht gehan/ Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/V. R. W.)

Et in causa Hansen Dieterichs contra sein Ehemelb und Löchter/ Mens. Feb. Anno 1621. ( Verba sent. Würde Kläger den geforderten Vorstand bestellen/ inmassen ers zu thun pflichtig/ so seynd Beklagte auff erhobene Klage bei Straße Unge-horsams sich einzulassen/und zu antworten/ auch weil sie in even-tuum solches nicht gehan/ Klägern die Unkosten auf richter-liche Ermäßigung zu erstatten schuldig/V. R. W.)

Et in causa Johannis Gagwillers contra Walter Brotsenb. Mens. Octobr. Anno 1629.

## DEFINIT. III.

*Super eventuali litis contestatione non judicandum est, antequam super exceptionibus dilatoriis fuerit pronunciatum.*

**R**ectissime faciunt Advocati post oppositas exce-ptiones dilatorias eventualiter litem contestan-tes, adjecta protestatione expressâ, non aliter, nec al-liamente & intentione se litem contestari, quam si exceptiones ab actore fuerint impletæ, ut notat Jacob. Schult. dict. observat. 8. num. 5. † Operatur namque hæc protestatio, ut in suspenso maneat litis contesta-tio, donec super exceptionibus dilatoriis fuerit cogni-tum, eaque suum effectum acceperint, Ordin. Nevel. judic. tit. 1. §. Es soll aber gleichwohl. † Quia con-ditio nihil ponit in esse, antequam fuerit impleta, l. si quis sub conditione. 8. ff. si quis omiss. caus. testam. l. ce-dere diem. 213. ubi Alciat. ff. de V. S. Dan. Moller. hic num. 16. Hartm. Pist. part. 4. quest. 22. n. 8. Petr. Heig. part. 2. quest. 2. num. 31. † Neque tenetur Reus post ejusmodi exceptiones oppositas ad ulteriorem pro-gressum in causâ principali prius quam actor ratione exceptionum judicato satisfecerit, dict. tit. 11. §. Es soll aber gleichwohl. vers. wie denn Beklagter sich mit Klägern. † Cæteroquin si postea Reus simpliciter libello respondeat, videtur à protestatione recessisse, ut dubium non sit, super litis contestatione tunc pu-re judicem pronunciare posse, Schult. dict. observ. 8. num. 7. Andr. Gail. lib. 1. observ. 73. n. 5. 6. 7.

Ita Domini in causa Christophori Geringe contra Marien Schenderin/ Mens. Junio, Anno 1620. ( Verba sentent. Würde Kläger den geforderten Vorstand bestellen/ so wohl auch die ge-sonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ inmassen ihme zu thun oblieget/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg rechtens zu befestigen schuldig; Wenn er denn auff den Fall allbereit geantwortet / und folcher Klage nicht geständig/ so ist Kläger den Grund derselbi-gen/ und so viel ihm daran verneinet / innerhalb Sächsischer Frist wie recht zu beweisen pflichtig/damider Beklagten seine be-dingte Gegen-Beweisung und andere rechtliche Notwendigkeit bil-lisch vorbehalten wird/ ferner darauff in der Sachen zu be-schöben/was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Christophori Stegels contra Paul Masurn/ Mens. Decembr. Anno 1612, ( Verba sentent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ in-massen ihme zu thun oblieget/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg rechtens zu befestigen schuldig; Wenn er denn auff den Fall allbereit geantwortet / und folcher Klage nicht geständig/ so ist Kläger den Grund derselbi-gen/ und so viel ihm daran verneinet / innerhalb Sächsischer Frist wie recht zu beweisen pflichtig/damider Beklagten seine be-dingte Gegen-Beweisung und andere rechtliche Notwendigkeit bil-lisch vorbehalten wird/ ferner darauff in der Sachen zu be-schöben/was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*In causis quoquā summarīis & executivis exceptiones dilatoria omnes primo statim termino sunt opponenda.*

**C**um in causis summarīis & executivis lites abbre-viari debeant, vel ex naturā processus summarii, in quo absque strepitu judicii, sola facti veritate inspecta procedi solet, supr. Const. 2. definit. 17. Joh. Zanger. de except. part. 1. cap. 2. num. 3. † utique & in hisce 2 exceptiones dilatoria omnes in primo statim termino sunt opponendæ, ad hoc , ut eō citius lites finiantur juxta

- 3 juxta tradita *suprà Defin. 1.* † Idque eo magis, quod in processu summario dilatoriaz exceptiones in primo a- & in judiciario operentur eosdem effectus, quos opera- tur litis contestatio in causis ordinariis, ex quo tunc primus actus judiciarius, in quo tractatur de meritis causarum, habetur pro litis contestatione, Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 83. *Felin. in cap. exce- ptionem 12. num. 10. X. de except.* Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. num. 9. † Et jubet verbis generalibus Elec- tor Illustrissimus exceptiones dilatoriaſ primo statim termino opponere, annexa litis contestatione, b. Conſtitut. 3. Ergo non solum in ordinariis, sed etiam sum- marioſ & executivis causis id fieri voluit, arg. l. i. §. ge- neraliter 1. ff. de legat. pref. l. preses 3. in fin. ff. de of- fice. pref. l. ut vullo. 28. C. de usūr.

Ita Domini in causa Matthes Kreusens contra Claus Schwarzen & Consortes, Mens. Maij, Anno 1631. (Verba sent. Würde Kläger gnugſamer Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/ innoſten et zu thun pflichtig/ sofern Beklagte aufer- hobene Summarische Klage mit ihrer Nothdurft sich einzuläſſen/ und zu antworten/ und weil sie folches auch in eventum ieso nicht gehan/ Klägern die Unkosten dieses Termins aufrichterliche Ermdigung zu erstatteſ ſchuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Reus, qui primo termino exceptiones dilatoriaſ oppo- nere pretermisit, sequenti termino non eſt audiendus.*

- 1 Accidit quandoque, ut Reus primo termino dilato- rioris exceptionibus allegandis constituto tan- tū de angustia termini, vel advocati carentia, aut etiam de non apto-satis libello conquerens, Guarandæ & satisdationis exceptionem prætermittat, ubi ſolet dubitari: *Annon poſtea in termino ſequenti exce- ptioneſ haſce opponere valeat?* † Sanè ſi in primo ter- mino poſt oppositas exceptiones in eventum Reus fuerit litem contestatus, quin poſtea Guarandam ac satisdationem petere haud poſſit, vix ambigendum. 2 eſt, b. Conſt. 3. verſ. *So der Antwort vorgehet:* † Sed omisſa litis contestatione eventuali non videtur res adeo expedita? Nihilominus & hoc caſu Reum præci- ſe teneri litem contestari, nec in termino ſequenti opponentem exceptiones Guarandæ vel satisdationis audiri dixerim cum Daniel. Moller. bſc. n. 8. Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. n. 11. Jacob. Schult. obſervat. 11. 4 † Nempe, quia omnes exceptiones dilatoriaſ primo termino opponere jubet Conſt. bac. 3. verſ. in berührt- ten ersten Terminis. At quæ ad certum tempus ſunt permissa, poſt illud prohibita cenantur, Andr. Tira- quell. de Retr. convent. §. 1. Gloss. 2. n. 45. Modest. Pistor. vol. 2. confil. 44. n. 5. † Quin & Reus omittens termino primo unam atque alteram exceptionem dilatoriaſ opponere, hujus respectu contumax habetur, per tra- cta Zobelii part. 1. differ. 13. n. 2. & Anton. Tessaur. de- cīſ. 265. n. 1. † Ergo poenam contumaciaſ incurrit, quæ in eo conſtituit, ut nequeat ulterius opponere exceptionem dilatoriaſ, Tessaur. dīſ. decīſ. 265. num. 2. Schult. dīſ. obſerv. 11. num. 5.

Ita Domini in causa Syndicen des Gattler. Handwerks con- tra Hqnen Bergmannen zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sentent. Dass Kläger nunmehr mit Angelobung der Ge- wehr und Beſtellung des Vorstandes zu verſchonen/ und wird die poſt termino eingebrachte litis contestatio billich verwoſſen/ Es ist auch Beklagter Kläger die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermdigung zu erstatteſ / und nachmaſis vorigen Urtheil zu Folge auff erhobene Klage zu antworten/ und litem pfeſig zu kontextiren ſchuldig/ V. R. W.)

It. in causa Matthes Pefelers contra Georgium Langen zu Baydorff/ Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sent. Dass Beklag- ter auf anderweit vorgehende gebührende Ladung bei Straſſe Ungehorsams zu erscheinen/ und auf die erhobene Klage/ ſeines daſider gehanen Fürweudens ungeachtet/ zu antworten/ und weil er folches auch ieso in eventum nicht gehan/ Kläger die Un- kosten dieses Termins auf richterliche Ermdigung zu erstatteſ ſchuldig/ V. R. W.)

Carpz. Definit. Vol. I.

Et in causa Hansen von Wirths contra Jacobum de Buquoy zu Zwendaſ/ Mens. Febr. Anno 1630.

## DEFINIT. VI.

*Nec Reus, qui in primo termino non compareet, poſte ſe- quenti termino exceptiones dilatoriaſ opponere poterit.*

**M**elioris certò conditionis non eſt Reus, citatus planè non comparere, ac is qui in primo termino exceptiones dunataxat quasdam opponens reliquas præterierit, quin & propter contumaciam majori co- ēcitione dignus: † *Quis ergo dubitaverit, compa- rentem poſtea Reum in termino ſecundo ac dilato- rias exceptiones, putat Guarandæ ac satisdationis, op- ponentem planè non audiri,* † *quod eō facilius* 3 *concederis, si condemnatus fuerit Reus in primo ter- mino usque ad legitima impedimenta, quibus non- probatis nihil ulterius reſtat, quod Reum ab executio- ne liberare poſſit,* Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 41. Andr. Rauchb. part. 1. queſt. 1. num. 2. Hartm. Pistor. part. 1. queſt. 3. n. 14. & ſeq. † *Sed eti- 4 Reus in primo termino non statim usque ad legitima impedimenta, sed dunataxat in expensas termini fue- rit condemnatus, nihil tamen magis in ſecundo ter- mino exceptiones dilatoriaſ opponere valebit propter contumaciam ſemel commiſſam.* † *Ergo Reus, si legi- timè citatus planè non comparuerit, omnes suas exce- ptioneſ dilatoriaſ, quibus adjuvari poterat, perdiſſe intelligitur, Gloss. prima art. 17. num. 4. verſ. denn durch ſeinen Ungehorsam. lib. 3. Landr. 1. contumacia 53. ff. de re judic.* Matth. Coler. part. 1. decīſ. 108. n. 71. Jacob. Schult. obſerv. 11. n. 6.

Ita Domini in causa Balthasar Nönnichs contra Balthasar Mö- rello zu Zwendaſ/ Mens. Maij. Anno 1625. Verba sent. Dass die von Klägern ohne End angegebene Unkosten auff. Gl. 1. gr. mo- deriret werden/welche ihnen Beklagter zu erstatteſ ſchuldig / in Mangelunz gütlicher Enrichtung wird Klägern darzu gebühr- lichen billich verholſſen/ und hat ſich Beklagter an Foderung der Gewehr und des Vorstandes geſtalten Sachen nach verſäumet/ V. R. W.)

Ec in causa Hansen Friederichs contra Johann Gölnichen/ Pastorn in Heinsdorff/M. Jul. Auno 1632. (Verba sent. Dass Be- klager/ ſeines gehanen Fürweudens ungeachtet/ auff die erhobe- ne Klage ſich einzulaffen/ und zu antworten ſchuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Index, Reum non comparentem in expensas termini con- demnans, reservare ipſi potest exceptiones dilatoriaſ;*

*Et quando id facere ceneſatur.*

**N**olo tamen hoc aliter accipi, quam si judex Reum citatum, in primo termino non comparentem, in expensas termini iſtius condemnaverit, injuncta ſimul ei litis contestatione, quo ipſo exceptionum oppo- nendarum via ei videtur præclusa, arg. b. Conſt. 3. verſ. *So der Antwort vorgehet:* † Ceteroquin, si judex in ſententia litis contestationem ei præcise non injunxit, ſed ſaltem ſua jura in termino ſequenti ipsum pro- ponere juſſerit, ſeine Nothdurft einzubringen und zu verfahren/ veſeriam, mit ſeiner rechlichen Nothdurft ſich einzulaffen/ tantum abeſt hoc judicato facultatem exceptionum dilatoriaſ oppoñendarum adem- ptam ei fuille, ut potius diſertiſ verbis exceptiones ha- ipſi ceneſantur reservatae. † Nec enim verba illa judi- cati ullum habere poterunt effectum, ſi non ea de ex- ceptionibus adhuc oppoñendis interpretemur. † Et di- dici ex obſervantia, morem hunc pronunciandi tum- potiſſimum in judiciis receptum eſſe, quando ex actis apparet cauſa, quæ contumaciam Rei aliquā ex parte poſſit purgare, putat quod terminus comparendi præſi- xus nimis angustus, aut Reus comparere justa ex cauſa impeditus fuerit, vel dilationem petierit, aut exce- ptionem in ſcriptis proposuerit. † Quin nec Reum, cui in judicato injuncta fuit responsio, ab exceptionibus op- poñendis arceri, putat Modest. Pistor. vol. 2. confil. 37. n. 19. & confil. 24. in pr. quia vocula judicati (zu antworten) non

**non semper importat litis contestationem, sed quandoque etiam exceptiones adhuc proferendas denotat, ut in c. de induciis 2. caus. 3. quest. 3. ubi Gloss. in verb. Responsiones. Adde Decis. Elect. noviss. 14.**

Ita Domini in causa Calpari Börner contra Veit Müllern/Mens. Jul. Anno 1613. (Verba sent. Dass Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten/um auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bei Strafse Ungehorsam zu erscheinen/ und auf die erhobene Klage seine rechtliche Notchurfft Inhaltss Chursl. Sächs. Constitution vom Munde aus in die Feder einzubringen schuldig/B. R. W.)

Et in causa Hansen Anshelius contra Andreas Nentwigen/Mens. Febr. Anno 1616.

#### DEFINIT. IX.

**Efficit Leuteratio, ut Reus exceptiones dilatoria, antea omittas, adhuc opponere valeat.**

- 1 **E**T si Reus exceptio[n]es dilatoria in primo termino omittas, opponens termino sequenti, non audiatur *supr. Definit. s. aliud tamen dicendum arbitror, si Reus sententiam in primo termino latam, quā litis contestatio ei fuit injuncta, per interpositam Leuterationem à cursu judicati suspendat & loco gravaminum, exceptiones dilatoria, quā ante litis contestationem debent opponi, proferat ac in prosecutione deducat, cum Dn. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 18. n. 12. ubi hanc sententiam tuetur contra Jacob. Schult. obser. 12. + Non minus siquidem Leuteratio quāta appellatio sententiam suspendit, remque ad instar applicationis in eum statum reducit, quo fuit in primo termino ante sententiam latam, Reinhard. part. 4. differ. 20. sub fin. Joh. Schneidew. in §. curare 32. inst. de action. 3 n. 37. Modest. Pist. part. 1. quest. 22. n. 5. + Ut non fecis ac in primo termino causa adhuc ventilari censeatur, in quo exceptiones dilatoria possunt, annexa statim litis contestatione, extra dubium est b. Const. 3. supr. Defin. 1.*

Ita Domini in causa Martin Werner contra Valentini Ruppachen zu Berna/ Mensl. August. Anno 1619. (Verba sentent. Nunmehr aus den Acken so viel zu befinden/ würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würftlichen angeloben/um den geforderten Vorstand bestellten/inmassen ihm zu thun oblieget/ so ist Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/ und den Krieg rechtem zu befestigen schuldig/ und weil er solches auf den Fall allbereit gehan/ und der Klagen nicht geständig/ so ist Kläger den Grund seiner Klagen innerhalb Sächsischer Frist wie recht darzuthun und zu beweisen pflichtig/dawider Bekl. seine Gegen-Notchurfft billich vorbehalten wird/ ferner darauff zu beschehen was recht ist/B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

**Purgatā contumaciā admittantur Rei exceptiones dilatoria.**

- 1 **R**eus, si in totum contumaciter emaneat, condamnatur propter contumaciam usque ad legitima impedimenta (Biß auf Ehehaft) Quo judicato viam opponendatur exceptionum dilatoria ipso fuisse præclusam, nemo dubitat, *supra Definit. 6.* + At, quid si termino ad impedimenta deducenda sibi præfixo Reus compareat, & probando impedimenta legitima contumaciā purget? + Etiamnum dilatoria exceptiones opponentem admitti putaverim; Quia scilicet purgata contumaciā, pœna quoque contumaciæ, quā dilatorias exceptiones excludit, penitus cessat, + Omniaque tunc redeunt in pristinum statum, ita ut secundum ordinem juris denuò procedatur, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 38. Jason. in l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ier. & in l. 3. ff. si quis caution. judic. sif. + Non minus ergo, quam ab initio processus, Reus exceptiones suas dilatoria hoc casu proponere valebit, nec simpliciter & præcisè ad Litis contestationem adstringetur.

Ita Domini in causa Hansen Magnussen von Schönfeld contra die Häuseler und Görtner zu Wachau/Mensl Mayo, An. 1625. (Verba sent. Dass Beklagte für Ungehorsam nicht zu achten/ sondern mit ihrer rechtlichen Notchurfft auf die ungestaltete Klage nochmals billig gehört werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

**Omitti potest litis contestatio eventualis, quando exceptio declinatoria est notoria vel probabilis.**

**S**icut dilatoria, ita & declinatoriae exceptiones (quæ & ipsæ dilatoria vocantur, Joh. Zanger. de exc. part. 2. in proem. & cap. 1.) in primo statim termino opponi debent, annexâ litis contestatione eventuali, h. Const. 3. verb. Sic se[n]d declinatorie oder dilatoria. + Quod tamen de iis saltē intelligendum, quæ Reo sunt nota; Nam si post terminum elapsum aliqua dilatoria exceptio ad ejus notitiam pervenerit, eam postea opponere non prohibebitur, Dan. Moller. hic num. 11. Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. n. 14. Joh. Zang. de except. part. 2. c. 22. n. 27. + Nec semper exceptioni declinatoriae subjungenda est litis contestatio eventualis: Quid enim si judicis incompetencia alia è exceptio declinatoria sit notoria, vel saltē probabilem disceptandam causam præbeat? + Certe omitti tunc poterit eventualis litis contestatio h. Const. 3. vers. Es wäre dann/xc. & Ordin. Nov. jud. tit. n. 8. es hätte denn. Resolut Grav. de An. 1661. Tit. von Justitiæ-Sachsen/§. hätte aber zum achtzehenden. in fin. Jac. Schult. oujerr. 8. n. 4.

Ita Domini in causa Marthes Fleischers contra Seelen et Heringen/ Mensl. Mayo, An. 1613. (Verba sent. Dass Beklagter von dieser Lastans mit Erfstattung der Unkosten auf richterliche Ermäßigung billich entbünden/ und Klägern an Beklagten ordentliche Obrigkeit mit seiner Klage verwiesen wird/B. R. W.)

In causa Valentini Klems contra Johann Jaschowitz/Mensl. Mayo, Anno 1627. (Verba sent. Dass die von Klägern eingewandte Ungehorsam-Beschuldigung nicht zulässlich/ sondern wann Beklagter die ihm von dem Rath zu Marienberg ertheilte Kurzschafffe mit dem Original bestätken wird/ so erscheinet aus dem Einbringen so viel/ dass er der angegebenen Schuld wegen von seiner ordentlichen Obrigkeit zu Marienberg billich befreit wird/B. R. W.)

Et in causa Christian Windelmans contra Michael Gottschalken zu Leipzig/ Mensl. Sept. Anno 1635.

#### DEFINIT. XI.

**Exceptio fori incompetents non in scriptis opponenda sed vivâ voce in judicio proponenda est.**

**E**T si judex, si contra substantiam jurisdictionis exercipiatur, putâ quod jurisdictionem activam non habeat, de exceptione non cognoscat, sed superior, Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 446. + Attamen de jurisdictionis suæ exercitio ipsem cognoscere, haud prohibetur, an videlicet sua sit jurisdictione necne, & an judex competens sit vel incompetens, si quis ex alienâ s. ff. de judic. Jas. & Dd. in l. 2. ff. si quis in jus vocat. Felin. in cap. super literis 20. X. de rescript. Magon. decis. 42. + Et ita in Camera Imperiali observari, testatur Andr. Gail. lib. 1. obser. 34. + Necesse ergo est, ut exceptio incompeten[ti]a, ejusque ratio proponeatur: Nec sufficit, eam in scriptis allegari, sed comparere debet Reus, & oretenus exceptionem hanc in judicio proferre, ne judicis autoritatem contempnere videatur, dict. l. si quis ex alienâ s. ff. de judic. + Quod eò magis procedit in foro Saxonico, ubi Reus iura sua vivâ voce in judicio proferre obstrictus est, *supr. Constat. 1. defin. 1.*

Ita Domini in causa Hansen Weisens contra Bartholomäum Magnera/ Mensl. Jul. Anno 1614. (Verba sent. Dass Beklagter schriftliches Einwenden nicht zulässlich/ sondern er ist Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und seine vorgeschlagte Exception und Notchurfft vom Mund aus in die Feder einzubringen und zu verfahren schuldig/B. R. W.)

Et in causa Martin Schwarzbachs contra Johann Christian von Greiffenberg/ ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mensl. Jan. Anno 1635.

#### DEFINIT. XII.

**Pœna plus petentium bodie in usu non est.**

**P**lus petitionis quoque exceptio est dilatoria, §. temporales 10. Inst. de Except. Chilian. König. in pro-

- 2 Process. judic. cap. 43. n. 4. † Cui locus datur, si actor vel re, tempore, vel loco vel causâ plus petat, dict. §. 10. §. si quis agens 33. Inst. de act. quod quomodo fiat, docet multis Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 11. n. 3. & 3 seqq. † Quanquam vero contra eos, qui plus petunt re, tempore, loco, aut causâ, quondam gravissima erat poena constituta, quia causa caderant, hoc est rem ipsam seu litem amitterebant, Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 10. de plus petendo. lib. 2. tit. 5. de pignor. §. compensatio. §. si quis agens. 33. ubi Wesenb. Inst. de action. Jacob. Cu-  
+ jac. lib. 7. observat. 27. † Attamen postea ex constitutione Zenonianâ & Imp. Justiniani hæc poena fuit immutata. Nam actor hodie plus loco, vel causâ, vel re petens in triplum ejus condemnatur, quod sportularum & sumptuum nomine à Reo fuerit erogatum, §. tripli verò 24. §. 33. vers. sed hæc quidem Inst. de action. 1. 2.  
§. si quis vero 2. C. de plus petit. † Petente vero actore plus tempore, promisor aut debitor totum tempus dilatationis inchoando à tempore contractus, usque ad diem solutioni destinatum, in duplum habet, sine usuruarum præstatione, 1. 1. 2. C. de plus petit. Joh. Zanger.  
dict. cap. 11. n. 11. † Sed neutrū moribus nostris solet practicari: Nam cum apud nos ex parte Reorum nulla exigantur sportulae, utique nec triplum ejus, quod in rerum naturâ non est, de quo loquitur dict. §. 33. vers. sed hæc quidem Inst. de action. peti poterit, arg. Jesus qui 41. in fin. ff. si cert. petat. † Nec duplicatio induciarum contra plus petentem tempore, dictari apud nos consuevit, sicuti nec ulla alia poena, præterquam, quod Rei absolvantur ab instantiâ & observatione judicii, ac simul condemnetur actor ad refusionem expensarum, reservato ei jure denuo agendi, post evenientiam dici vel existentiam conditionis, test. Matth. Coler. part. 2. decis. 265. num. 3.

Ita Domini in causa Adam Brdsemans contra Margarethena Deltchmans/ Mens. Mart. Anno 1617.

### DEFINIT. XIII.

*Exceptiones peremptoriae opponende sunt in ipsa Litis contestatione, nec omisso postea Reum juvare possunt.*

- 1 Mūltum disceptatur de exceptionibus peremptoriis, quando nempe in judicio sint opponendæ? † Haud paucis statuentibus, post litis contestationem, tempore quoctunque modò ante sententiam & conclusionem, illas validè oppothi, per text. in 1. peremptoriis 2. C. sent. resp. non poss. Jacob. Cujac. lib. 18. Comm. 34. Matt. Coler. in c. cum venerabilis 6. extr. de except. n. 6. Matth. Wesenb. ad tit. Codic. de except. n. 9. Andr. Gail. lib. 1. observ. 74. n. 13. Jac. Schult. observ. 7. n. 6. & 3 seq. Herm. Vult. lib. 2. jurispr. Röm. cap. 30. n. 6. † Sed procul dubio verius est, tam in bonæ fidei, quam stricti juris judiciis, Reum peremptorias exceptiones statim, debere contestari, & sic in ipsa litis contestatione opponere, per text. in 1. 9. vers. habitâ exceptionis contestatione 1. præscriptionem 8. C. de except. 1. emtbr. 9. vers. in cuius initio contestationem haberi sufficit. C. de præscript. long. temp. ut explicant hosce textus eleganter Donelli. in dict. 1. 9. C. de except. n. 8. & lib. 22. Comm. 8. Zang. de except. part. 3. c. 26. n. 34. & seqq. ubi etiam ad contraria respondent. † Eaque sententia non inobdò in Imperio Romano-Germanico approbata, Recess. Impér. Spi-rens. de Anno 1570. §. demnach sollen die gewöhnlichen termin. Recess. Ratisb. de Anno 1594. §. Sich demz nach/ordnen und wollen. † Sed & in terris Electoratus Saxonici confirmata fuit, Ordin. nov. Judic. tit. 11. §. Es soll aber auch; Usque adeò, ut si Reus exceptiones peremptorias initio contestari omiserit, † postea easdem objicere vel in articulis Reprobatoriis deducere nequeat, vel si maximè hoc fecerit, iudex tamē super

illis cognoscere non debeat, Ordin. nov. judic. dict. tit. 11. in fin. & tit. 21. da auch der Beklagte. † Quia de eo, quod per litis contestationem in judicium non fuit deductum, l. un. C. de lit. contest. judici facultas cognoscendi aut judicandi non competit, l. ut fundus 18. ff. comm. divid. † Planè si post litem demum contestatam peremptoriae exceptiones suboriantur, vel ad notitiam Rei perveniant, idque jurejurando ejus probetur, quin tūm admittendæ erunt, dubium haud est, dict. Ordin. judic. tit. 11. in fin. Matth. Berl. part. 1. concl. 18. n. 65. & 66.

Ita Domini in causa Caspari Anekelmans contra Thomam Heusstein zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1623.

It. in causa Hansen Boltraths zu Würzen/Mens. April. Anno 1624. ( Verba sent. Dieveil aber dennoch die angeführte exceptio Praescriptiōnis peremptoria ist/ welche so bald bey der litis contestation hatte opponiret werden sollen/ it.)

Et in causa Zacharias Härtschens & Consort. contra Valentini Heinzen/ Mens. Mart. Anno 1630.

### DEFINIT. XIV.

*Peremptoriae exceptiones, ante litis contestationem opposita, post litem contestatam Reo reservantur injunctâ ipsi litis contestatione.*

P Oft litis ergo contestationem vel potius in ipsa litis contestatione (Bey der Litis contestation) post factam tamen responsionem categoricam, opponendæ sunt exceptiones peremptoriae, l. prescriptiōnem 8. l. si quidem 9. C. de except. Defin. preced. † Quid verò si Reus ante litis contestationem easdem oppónat? Inverteretur sane Processus, nec operari quid possent exceptiones, antequam de categorica Rei constaret responsione, † Ideoque observantiā receptum, ut in judicando non attendantur, sed rejiciantur, Reo litis contestatione injunctâ, eique data licentia exceptiōnibus suis uti post litis contestationem, Dän. Moller. bic n. 2. Matth. Wes. in tit. C. de except. n. 10. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 24. & part. 4. cap. 4. n. 18. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 22. n. 24. & part. 3. cap. 26. num. 27. & 28. † Quod & placuit Illusterrimo Saxon. Electori in Ordin. nov. Judic. tit. 11. §. was aber die peremptorias.

Ita Domini in causa Zacharias Härtschens & Consort. contra Valentini Heinzen/ Mens. Mart. Anno 1630. ( Verba sent. Das Beklagter aufz erhobene Kummer-Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu befestigen schuldig / und werden ihm seine exceptiones, so viel des selben erheblich / nach der Krieges-Befestigung zerstörlicher Weise einzuwenden billich vorbehalten/ B. N. W.)

It. in causa Tobias Festsch contra Heinrich Arsten von Hanßburg/ Mens. Mayo, Anno 1623. ( Verba sent. Würde Kläger seinem Erbteil nach die gesonne Gevrhr der Kläg. würtzischen angeloben/ und den geforderten Vorstand gebührlchen bestellt; So wäre Beklagter außerhoben Klage bei Strafe Ungehorsams sich einzulassen/ und zu antworten schuldig / es wird den aber Beklagtem nach beschener Krieges-Befestigung seine exceptiones, so viel des selben erheblich / zerstörlicher Weise da wider einzuwenden billich vorbehalten/ ferner darauß zu beschehen was recht ist/ B. N. W.)

Et in causa Augustini & Valetini der Bergmännerne contra Abraham Schmeden & consortes zu Pegau/ Mens. Jul. Anno 1607.

### DEFINIT. XV.

*Exceptiones tamen peremptoriae, litis ingressum impedientes, ante litem contestatam recte opponuntur.*

E Tsli peremptoriae exceptiones ante litem contestatam regulariter non validè opponantur, Defin. preced. † fallit tamen idipsum in exceptionibus suis, quæ licet peremptoriae sint, attamen litis ingressum impediunt, ut est exceptio rei judicatæ, præscriptionis, transactionis, iurisjurandi, solutionis, actionis non competentis &c. Matt. Col. in c. cum venerabilis 6. extr. de except. num. 68. Matth. Wesenb. in part. ff. eod. tit. num. 7. Felin. in cap. exceptionem 12. num. 34. extr. de except. Quæ

- 3 † Quæ & ante litem contestatam objici possunt, modo in primo statim termino opponantur, & in contineanti ex originalibus actis & documentis, vel confessione partis adversæ sint claræ, manifestæ & liquidæ,
- 4 † prout in terris Electoratus Saxonici dicerè sancitum in Ordin. nov. judic. tit. 9. Es wären dann dergleichen exceptiones. Col. dict. loc. n. 69. & seq. Wes. dict. loc. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 17. n. 10. Dan. Moller. lib. i. semebr. cap. i. Jacob. Menoch. lib. i. de arbitr. ju. dic. quæp. 19. n. 18. & seq. † Et probatis ante litem contestatam ejusmodi exceptionibus, litis ingressum impeditibus, Reus non ab instantiâ absolvitur, ut voluit Matth. Wesenb. ad tit. Cod. de except. num. 4. sed pronunciandum est hoc casu Reum ad institutam actionem respondere non teneri, dict. tit. 11. §. wann nun also die exceptiones Matth. Coler. dict. loc. n. 40. Schult. observ. 27.

Ita Domini in causa Marci Madegastis contra Martin Forbergern zum Forst/ Mensl. Dec. Anno 1631. (Verba sent. Dass Kläger auff angestellte Klage sich eingelassen nicht schuldig/ B. N. W.)

Et in causa Walther Puffens contra Nicol von Hanffingen und sein Eheweib/ Mensl. Mart. Anno 1624.

#### DEFINIT. XVI.

*Differunt ab invicem: Absolvi ab instantiâ; Absolvi ab institutâ actione, & non teneri respondere ad actionem.*

- 1 Propter notandum, Exceptiones ad litis ingressum impediendum oppositas, sed vel tacite vel expressæ per judicem rejectas, posse adhuc denud post litem contestatam opponi, ut post Jason. in l. ait praetor 7. ff. de jurejur. num. 20. notat Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. n. 80. ubi Dd. bene multos allegat. Ant. Fab. eleganter in diff. defin. 1. † Nihilominus benignior est sententia contraria, nimirum exceptionem hanc etiam post litis contestationem rectè opponi: Iniquum si quidem esset, nedum absurdum, Reum prohiberi exceptionem excussionis post litem contestatam objicere, quam & post sententiam in executione ipsâ opponere valet, unde & hæc exceptio inter anomalas referunt à Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. num. 117.
- 2 † Vel ob solam igitur æquitatem, cuius ratio est habenda in omnibus judiciis, l. placuit 8. C. de judic. l. in omnibus 68. ff. de Reg. jur. recepta est hæc sententia in dicasteriis harum provinciarum, teste Zanger. dict. cap. 16. n. 6. ubi alleg. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 3. † Quicquid & non incepit dixeris, excussionis exceptionem vim perimendi quandoque in se continere, & sic inter peremptorias exceptiones haud malè referri, ut probat Matth. Berlich. dict. loc. n. 81. † Quidquid sit à sententiâ hæc benigniori, usu & observantiâ receptâ neutiquam est recedendum, Zanger. dict. cap. 16. n. 6. & 7. ubi formulam pronunciandi ponit, inquiens minus rectè hoc casu Reum ab instantiâ absolvit. † Quod vix concesserim, cum absurdum non sit, reum post litis contestationem absolvere ab instantiâ, per quam lis propriè significatur, quæ demum post litis contestationem incipit, l. an. C. de lit. contest. vid. supr. Concl. 2. defin. 19. † Fateor tamen formulam à Zangero praescritam ut plurimum in pronunciando observari; Quandoque etiam judex pronunciat: Dass Klägers Sachen noch zur Zeit nicht statt hat. vol.: Dass sich Beklagter auff angestellte Klage noch zur Zeit eingelassen nicht schuldig. † Planè sicuti excussionis, ita etiam divisionis, & cedendarum actionum exceptio, non solum ante, sed & post litem contestatam opponi potest, l. fidejussor. 10. §. 1. C. de fidejuss. Valent. Franc. in tratt. de fidejuss. cap. 5. n. 460. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. num. 84. Zanger. dict. cap. 16. num. 27. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 117. & seq. Jacob. Schult. observat. 10.
- 3 tamen accidit, ut judices pronuncient: Dass sich Beklagter auff erhobene Klage/immaßen die vorbracht/etwa zuglassen nicht schuldig. Quæ formula cum priori, quæ

Reus ab instantiâ absolvitur, prorsus convenit; eumdemque effectum habet, ut liquet ex vocabulis (Immaßen die vorbracht.) † Respicit nimirum judex saltem processum vel actionem ob libelli ineptitudinem forsan minus ritè institutam, & sic in effectu Reum non nisi ab instantiâ absolvit, quod certè probè nosce oportet advocatos in judicio versantes.

Ita Domini in eadē causa Marci Madegastis contra Martin Forbergern zum Forst/ Mensl. Dec. Anno 1631.

#### DEFINIT. XV

*Excussionis exceptio etiam post litem contestatam opponitur.*

Fateor eum Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 16. n. 4. exceptionem Excussionis jure inter dilatorias referri quia actionem non perimit, sed differt dum taxat judicium, ut prius Principalis exequiatur: † si quidem creditor excuso debitore, potest redire sine metu hujus exceptionis, ad possessorem vel fidejussorem, Autb. hoc ita si debitor. C. de pign. Autb. presente C. de fidejuss. l. 47. ff. de jure fisci. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 23. defin. 1. n. 1. † Cui consequens, exceptionem hanc ante litis contestationem esse opponendam, ita ut omissa post litem contestatam ulterius objici nequeat, b. Concl. 3. supr. Defin. 1. & 5. l. pen. l. ult. C. de except. l. 13. l. 24. C. de procurat. l. 19. C. de probat. † quæ & communis est Dd. opinio, ut multis autoritatibus firmant Zanger. dict. loc. & Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. n. 80. ubi Dd. bene multos allegat. Ant. Fab. eleganter in diff. defin. 1. † Nihilominus benignior est sententia contraria, nimirum exceptionem hanc etiam post litis contestationem rectè opponi: Iniquum si quidem esset, nedum absurdum, Reum prohiberi exceptionem excussionis post litem contestatam objicere, quam & post sententiam in executione ipsâ opponere valet, unde & hæc exceptio inter anomalas referunt à Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. num. 117. † Vel ob solam igitur æquitatem, cuius ratio est habenda in omnibus judiciis, l. placuit 8. C. de judic. l. in omnibus 68. ff. de Reg. jur. recepta est hæc sententia in dicasteriis harum provinciarum, teste Zanger. dict. cap. 16. n. 6. ubi alleg. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 3. † Quicquid & non incepit dixeris, excussionis exceptionem vim perimendi quandoque in se continere, & sic inter peremptorias exceptiones haud malè referri, ut probat Matth. Berlich. dict. loc. n. 81. † Quidquid sit à sententiâ hæc benigniori, usu & observantiâ receptâ neutiquam est recedendum, Zanger. dict. cap. 16. n. 6. & 7. ubi formulam pronunciandi ponit, inquiens minus rectè hoc casu Reum ab instantiâ absolvit. † Quod vix concesserim, cum absurdum non sit, reum post litis contestationem absolvere ab instantiâ, per quam lis propriè significatur, quæ demum post litis contestationem incipit, l. an. C. de lit. contest. vid. supr. Concl. 2. defin. 19. † Fateor tamen formulam à Zangero praescritam ut plurimum in pronunciando observari; Quandoque etiam judex pronunciat: Dass Klägers Sachen noch zur Zeit nicht statt hat. vol.: Dass sich Beklagter auff angestellte Klage noch zur Zeit eingelassen nicht schuldig. † Planè sicuti excussionis, ita etiam divisionis, & cedendarum actionum exceptio, non solum ante, sed & post litem contestatam opponi potest, l. fidejussor. 10. §. 1. C. de fidejuss. Valent. Franc. in tratt. de fidejuss. cap. 5. n. 460. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 18. num. 84. Zanger. dict. cap. 16. num. 27. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 117. & seq. Jacob. Schult. observat. 10.

Ita Domini in causa Hansen Anshelms/contra Hansen Zacharias Erben/ Mensl. Jun. Anno 1616. (Verba sent. Dass Kläger Sachen/gestalten Sachen nach/noch zur Zeit nicht statt hat/ B. N. W.)

#### DEFI-

## DEFINIT. XIX.

*Dacione Domicilii quis potest conveniri in loco, ubi maiorem possidet bonorum partem, & quibus modis domicilium probetur.*

- C**essat exceptio incompetentiae, quando Reus convenitur in foro domicilii, quod nequit ex sola domus inhabitatione vel rerum quaruadam in aliena civitate comparatarum & acquistarum possessione probatur, nec constituitur, *L. libertas* 17. §. sole *domus* 13. ff. ad *municip.* † Sed & animo & voluntate alicubi domicilium habendi, *L. nullus* 3. *C. de divers. offic.* & *appar. jud. lib. 12.* *I. postlimini* 5. §. *fin. ff. de capt.* & *post l. revers. l. ejus qui* 27. §. *Celsus* 2. ff. ad *municip.* *Jacob.* *Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quest. cent. 1. cas. 36.* n. 2. & seqq. *Matth. Coler. in tr. de process. execut. part.* 3. *2. cap. 1. n. 30.* † Quae voluntas non ex nudâ Rei contestatione, sed aut ex protestatione, quâ ante re & facto declaravit, se in aliquam civitatem vel Regionem eâ mente habitatum venisse, ut ibi perpetuâ esset, *I. domiciliu* 20. ff. ad *municip.* *I. pupillus* 239. §. *incola* 2. ubi *4. Alciat. f. de V. S.* *Menoch. dict. loc. num. 2.* † aut si de eo testationem non interposuerit, ex conjecturis & præsumptionibus probatur; puta: ubi quis larem fovet, sein eigen Feuer und Rauch hat. *I. 2. C. ubi senat.* 5. *vel clariss.* † Ubi frequenter & per longum tempus veluti ultra decennium habitaverit, *Felin. in c. dilectus* 26. n. 11. *X. de rescript.* *Coler. dict. cap. 1. n. 39.* † Ubi quis jus civitatis impetraverit & habitaverit, *Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 534.* *Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 1. n. 54.* † vel etiam matrimonium contraxexit, præsertim, si de uxoris domicilio queritur, *Zanger. dict. cap. 1. n. 56.* & seqq. ubi post *Matth. Coler. in dict. cap. 1. p. 2.* conjecturas hasce, aliasque latissime persequitur. Inter quas certe haud minima est *3. conjectura* domicili contracti: † si Reus aliquo in loco maiorem bonorum suorum partem habeat, *L. 2. ibi aut maiorem* *C. ubi senat. vel clariss. l. beres.* 19. §. *proinde* 2. ff. *de judic. l. scui. 5. §. quod si* 23. ff. *ut in possess. legat.* *Coler. dict. cap. 1. n. 30.* † Nec refert per se aut alios quis bona possideat: Qui enim nostro nomine sunt in possessione, ii non sibi, sed nobis possident, & nos per eos possidemus, *L. 1. §. 11.* & seq. 1. 25. §. 1. ff. *de acquir. possess.*

Ita Domini in causa Urbani Jahn zu Procha/Mens. Jun. Anno 1601. ( Verba sent. Ob nun gleich der Barren-Hoff zu Jahnitz/daeruff die Bellagten wohnen, und esliche darzu gehörige Felder und Wiesen mit den Lehn- und Erbgerichten / unter den Rath zu Plauen gehörig; Dieweil aber dennoch die meisten Felder und Wiesen-Stücke unter den von Wazdorff gelegen/ic. So seyn sie auch daselbst zu stehen/und der Sachen Erörterung in dieser Instanz auszuhalten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*In Judicio, etiam coram arbitris seu compromissariis, recte opponuntur exceptiones dilatoria.*

- C**ompromissa in odium litium dicuntur facta & introducta, *I. ult. ff. famil. ercisc.* cum mens sit compromittentium, lites inter conjunctos dirimi per arbitros & amicos sine strepitu judicij, etiam tunc quando in judicem ordinarium fuit compromissum, *Adam Keller. lib. 2. de offic. jurisd. polit. cap. 7. per l. properandum* 13. *C. de judic. c. finem litibus* 5. *extr. de dol.* & cont. † Existimare hinc quispiam posset, locum non dari exceptionibus dilatoria coram judice, compromissario: sed neutquam concedendum, & exceptionibus illis lites protrahi, quippe quæ ad inventa fuere ad lites abbreviandas & contrahentes: Ventur. 4. *de Valent. in part. litigios. lib. 1. cap. 9. n. 22.* † Quidni ergo hisce in compromissario etiam judicio nisi licet? Non enim compromissa corrigit jus commune, sed potius illud corroborant quoad abbreviationem & amputationem litium, *Barbat. vol. 4. consil. 53. arg. 1.*

*si id quod 28. §. si quis i. ff. de donat. int. vir. & uxor. Blanc. de compromiss. quest. i. n. 3. & 4.*

Ita Domini in causa Martini Richters contra Andrex Höne-mans Ehewerd zu Grimm/ Mens. Majo An. 1696. ( Verba sent. Dieweil in dem außgerichteten Compromiss nicht zu bescheiden, daß die Partheren der dilatorischen exceptionen, als neutraler der Gewehr und Vorstandes sich begeben so ist auch Kläger die gesonnene Gewehr würcklich anjgeloben/ und da er in diesen banden mit unbeweglichen Gütern nicht gesessen/ den geforderten Vorstand zu bestellen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Nisi in compromisso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum.*

**S**ed hoc ita, nisi in compromisso exceptionibus dilatoriis expressè fuerit renunciatum: Etenim cum exceptiones sint litigantium remedia ac beneficia defensiva, *I. 1. & tot. tit. ff. & C. de except.* † quin hisce 3 partes renunciare queant dubium prorsus non est, *I. pen. C. de pat. l. patrum* 46. ff. *cod. tit. l. si judex circumvento* 41. ff. *de min.* *Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit.* 13. *defin. i. n. 4.* † Idque magis, quod in compromissis 3 sepiissime procedatur ex partium conventione, tanquam in processu summario, in quo aliâs exceptions dilatoriae possunt omitti, *Clem. sepè de V. S. Modest.* *Pistor. part. 2. quest. 78. n. 5.* *Jac. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 109. n. 26.* † Quin & tacite 4 hisce exceptionibus renunciari posse, apparet ex traditis Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 1. n. 2. 4.

Ita Domini in causa Nicolai Rossbachs contra viduam & heredes Jacobi Henrichsens zu Dresden/ Mens. Jul. Anno 1616. ( Verba sent. Dieweil dieses eine Compromiss Sachen ist/ darinnen sich beide Partheren der dilatorischen exceptionen abschrecklich begeben; So hat auch Beklagten Suchen / wegen Verstellung des Vorstandes und Angelobung der Gewehr / nicht kart/ sondern es sehn Beklagte ihres Einwendens ungeachtet/ Inhalts des außgerichteten Compromiss, in dieser Sachen als leinthalben ohne fernern Verzug zu verfahren/ und ihre rechtliche Nothdurft auf dasjenige/ was von Klägern angeführt/ richtig und deutlich mit Ja oder Nein/ was sie daran geständig oder nicht/einzubringen/ und folgends darauff zum Urtheil zu beschließen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Libello rejecto tanquam inepto, non prohibetur Reus alio postea exhibito libello opponere exceptiones dilatoria.*

**D**ixi *supr. Defin. 5.* Reum, qui primo termino exceptiones dilatoria opposere prætermisit, sequenti termino non esse audiendum, eas allegare volentem: *Quid verò si primo termino non nisi inepti libelli exceptionem Reus objicerit?* † Certè, si non attenta exceptione hac, fuerit injuncta Reo Litis contestatio, quin tunc postea exceptiones dilatoria omnino sunt rejiciendæ, dubium non est, secundum traditam *Defin. 5.* † At libello pro inepto habito & rejecto, non certe video, cur postea, alio exhibito libello, Reus denuò exceptiones dilatoria tanquam in primo termino opponere prohibetur? *b. Condit. 3.* † cum 4 per rejectionem libelli inepti terminus ille sit circumductus, ac prior processus planè annihilatus; idque vel exinde apparet, quod Reus hoc casu ab observatione & instantia judicij prorsus absolvatur, *Felia. in c. significantibus* 2. n. 5. *extr. de libell. oblat. l. 1. in pr. ubi Gloss. ff. si mens. fals. mod. dixer. c. examinata* 15. *extr. de judic.* *Jason. in S. omnium 1. num. 127. Inf. de action.* *Modest.* *Pistor. vol. 1. consil. 28. num. 18.* & seq.

Ita Domini in causa Timothei Alesii contra Lucretian/Hieronymi Schwieds Ehewerd/ Mens. Nov. Anno 1634. ( Verba sent. Würde Kläger ein ander und förmlicher Klag-Libell übergeben/ ic. So wäre Beklagter Curator auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und mit seiner rechtlichen Nothdurft sich einzulassen und zu verfahren pflichtig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

*Exceptio feriarum etiam iis competit, qui occupati non sunt in messibus.*

- 1 **E**xceptio feriarum licet sit dilatoria, cum dilatationem temporis tantum tribuat, arg. l.2. in fin. l. 3. ff. de except. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quæst. lib. 2. centur. 3. cas. 240. n. 2. † attamen in qualibet parte judicij recte opponitur, propterea, quod gravamen habeat successivum, Vant. tract. de nullit. sent. tit. ex defect. jurisd. ordin. n. 130. Johan. Zanger. de except. part. 2. cap. 7. n. 4. ubi plenissimè hanc exceptionem tractat. † Feriæ autem dicuntur, non modò, quæ in honorem Dei sunt introductæ, vulgo solennes, l.2. l.3. C. de feriis c. fin. extr. eod. tit. † vel à Principe dictæ, quæ dicuntur Repentiaæ. l.1. l.4. C. 5 dicit. tit. † sed etiam, quæ colligendorum fructuum causâ indicuntur, l.1. l.2. ff. de fer. Feriæ scilicet messium, quæ incipiunt ab octavo die Julii, usque ad decimum quartum Augusti diem inclusivè, Recess. Imper. 6 Wormat. de Anno 1512. † Sed num feriarum barum exceptio iis etiam competit, qui occupati non sunt in messibus? Quicquid dicant Bartol. in l.1. C. de agr. & cens. lib. II. Speculat. in tit. defer. §. 1. n. 8. † Venditorum & messium ferias omnibus indistinctè prodelle, existimaverim cum Matth. Wesenb. in parat. ff. 8 de feriis n. 7. & Zanger. dict. cap. 7. n. 13. † Quamvis enim ipsi litigatores non sint occupati in colligendis fructibus, fieri tamen potest, ut eorum advocati, procuratores, aut alii, quorum opera ipsi utuntur, occupentur in messibus, ita ut saltē propter occupacionem plurimorum hominum, feriæ hæ communes esse debeant, † maximè ob generalitatem Edicti prætoris, ne quis adversarium tempore messium aut venditorum in jus vocet, l.1. in pr. ff. de fert. Wesenb. dict. loc. num. 7.

Ita Domini in causa des Raths zu Börbig contra Caspar Fuhrmannen/ Mensl. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Dass Beifragter Caspar Fuhrmann gestalten Sachen nach für Ungehorsam nicht zu achten; Sondern er ist auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und vorigem Urteil nochmals Folge zu leisten schulbig/ ic. B. R. W.)

Ex in causa Johann Beckers Erbtei contra Marien Großmähnen/ ventilata in Praetorio Lipsiensi, M. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Dass die Ungehorsams-Befchuldigung nicht statt hat/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Non facta litis denunciatione Reus haud habet regreßum adversus suum autorem.*

- 1 **Q**uoiescunque emptor alicujus rei ab alio convenit de re empta, venditori suo litem potest denunciare, ad hoc ut contra eum habeat regreßum de evictione, l.1. l. si quis alterius. 3. C. ubi in rem actio. Autb. quæ in provinc. C. ubi de crim. agi oport. Jac. Menoch. de arb. jud. quæst. cent. 3. cas. 224. n. 4. Marant. in specul. part. 6. membr. 5. n. 1. Mynsing. cent. 3. observat. 2 24. † Quod & in terris Electoratus Saxonici disertè sancitum, Ordin. Nov. judic. tit. 14. in pr. Estque hujus denunciationis insignis ille effectus, ut autor emptoris ab ipso vicissim conveniri queat: † Nam omissa litis denunciatione, nullus dabitur emptori regreßus adversus suum venditorem, per text. expr. in l. si fundo. 53. in fin. ff. de evict. l. emptor. fundi. 8. vers. neque ex stipulatu l. si parentes 20. sub fin. C. eod. tit. l.1. sub fin. vers. & ita si et denunciatum est. C. de perit. & comm. rei vendit. Matth. Wes. in parat. ff. de evict. num. 5. Hartm. Pistor. observ. 228. n. 5. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 33. defin. 2. n. 6. Herman. Vult. in l.1. C. ubi in rem actio. Marant. dict. membr. 5. n. 2. Joh. Schneidew. in s. action. 28. Rubr. de act. Matt. Col. part. 1. decis. 27. n. 7.

Ita Domini in causa Johannis Steinhausen contra Christophorum Herfurthen/ in Praetorio Lipsiensi ventilata Mensl. Jan. Anno 1635.

## DEFINIT. XXIV.

*Omissa licet denunciatione litis, potest tamen Reus experiri adversus suum autorem jure evincit.*

- 1 **N**ecessaria est litis denunciatione vel propterea factum, quod venditor remedium habeat se defendendi: *Omissa enim litis denunciatione, reque evicta, quæ quoque actione autor rei seu venditor evincit.* convenire posse? Non jure proprio, quia cum evincente non contraxit, † non etiam Rei vindicatione, quia Dominum semel transtulit in emptorem, neque jus emptoris, qui, re semel evicta, actionem non habet, quam autori suo cedere posset, Didac. Covarr. lib. 3. ver. resolut. c. 17. † Aequissimum ergo est, litem ipsi denunciari, quo Reo sive emptori suo assistat, iurisque sua proponat ac tueatur, in tantum, ut omissa denunciatione non liceat postea venditorem inquietare, Defin. preced. † Quod tardien fallit, si notoriè constet de justitia evincit, & appareat, venditorem nullum jus habuisse, quo rem venditam defendere potuisse. Nam tūm emptor regreßum habet contra venditorem, quantumvis ei litem non denunciaverit, † quia venditor hoc casu de ullo damnō aut injuria vere conqueri nequit, Matth. Wesenb. in parat. ff. de evict. n. 5. sub fin. vers. nisi notorie. Felin. in cap. Ecclesiæ 10. Extr. de Constit. n. 20. Molin. de consuet. Paris. §. 44. n. 25. Didac. Covarr. dict. cap. 17. n. 6. † Porro competit etiam emptori regreßus adversus futum venditorem omissa licet denunciatione litis, si in se velit suscipere onus probandi justitiam evincit, nullumque jus habuisse venditorem, quo posset rem illam vendere per text. in l.1. §. emp̄torem. 12. in pr. ff. de act. empt. † Nec enim opponi potest exceptio haud factæ litis denunciationis, emptori, si non proprio sed evincit nomine agat, & medium func habet venditor sufficiens iura sua adversus actorem defendere, Molin. dict. §. 44. n. 25. Covarr. dict. cap. 17. n. 6. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 33. defin. 2. n. 6.

Ita Domini in eadem causa Johann Steinhausen contra Christophorum Herfurthen/ Mensl. Jan. Anno 1635.

## DEFINIT. XXV.

*Non solum in emptione, sed etiam in permutatione, aliisque contractibus locum babet Litis denunciationis.*

- 1 **Q**uamvis ab initio Evictio vel litis denunciatione principaliter in contractu emptionis recepta fuerit, Caspar. Caball. de evict. §. 4. n. 1. † Attamen quintetiam in aliis contractibus locum habeat, dubitandum non est, l. si permutationis. 29. C. de evict. l.1. ff. de rer. permuat. l.1. ult. ff. de condic. caus. dat. l. si quid domum 9. ff. locat. Ordin. nov. judic. Elect. Saxon. tit. 14. in pr. vers. so soll solches in denen Fällen/ da es sonst zu Recht statt hat/ ic. Hart. Pistor. observ. 227. n. 33. † Nam & verbum emptionis-venditionis omnem contractum, per quem inducitur Rei alienatio, comprehendit, l. statu liberi. 29. §. Quintus. 1. ff. de stat. liber. Caballin. de evict. §. 1. n. 4. † Et certè ratio denunciationis, de quæ dixi Defin. preced. generalis est, & omnibus aliis contractibus non minus ac emptioni-venditioni convenit. † Obtinet ergo litis denunciatione etiam in permutatione, l.1. §. 1. ff. de rer. permuat. l.1. C. eod. tit. † Constitutione dotis, l.1. §. 1. C. de res uxor. act. junct. l.1. C. de jur. dot. † Datione in solutum, l. si prædium 4. C. de evict. l. ult. ff. quib. ex caus. in pos. act. l. ele. ganter. 24. ff. de pign. act. † Divisione l. si fratres 7. C. comm. utriusq. judic. de quibus, aliisque casibus post alios, quos allegat, copiosè scripsit Matth. Berlich. part. 1. concl. 24. n. 48. & multis seqq.

Ita Domini in causa Herman Gandslands contra Andreas Rauten zu Leipzig/Mensl. Dec. Anno 1632. (Verba sent. Dass Beifragter außer erhobene Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und

und licet richtig zu contestiren schuldig / und wird desselben vorwurfscher N. N. als billig denunciaret/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*In transactione locum non habet litis denunciatio ratione rei illius, que ex causa transactionis dimittitur.*

- 1 **N**on tamen semper locum habet litis denunciatio, sicut nec ipsa evictio, sed plurimi existunt causas, qui litis denunciationem neutquam admittunt, quos latissime referunt Matth. de Affl. in c. quia super §. rursum se fidelis (ubi quadraginta duos casus recenset,) tit. quib. mod. feud. amitt. n. 10. Matth. Wes. in parat. ff. de aleator. n. ult. Caballin. de evict. §. 5. n. 4. & seqq. qui casus quinquaginta & unum recenset,
- 2 Didac. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 17. n. 10. † Inter quos casus referri quoque potest transactio, in qua regulariter locus non est evictioni & litis denunciationi, l. si profundo. 33. C. de transact. quem textum eleganter relolvit Hartm. Pistor. observat. 227. n. 1. & seqq.
- 3 Caspar. Caball. de evict. §. 4. n. 40. † Quod tamen restringendum ad eum casum, quo transactionis nomine nihil datum, sed re controversa apud possessorem dimissa, à lite tantummodo discessum fuit, dict. l. si profundo cum impossibile sit evinci aliquid, ubi nihil
- 4 datum vel translatum est. † Ita nempe vulgo Dd. distinguunt inter casum, quo transactionis nomine aliquid datum, & quo aliquid dimissum est, ita ut licet is, qui transactionis causâ aliquid dimittit, de evictione non teneatur, attamen quoties ex transactione datur aliquid facta evictione, hujus nomine agi possit, Bartol. Bald. Salyct. & Jason. in dict. l. si profundo. Frid. Pruckm. lib. 1. consil. 48. n. 177. & seqq. Hart. Pistor. dict. obs. 227. num. 40. hab. de Anna. consil. 51. num. 29.

Ita Domini in causa Viduz & heredum M. Tobiz Mößels zu Leipzig/ Mensl. Mayo, Anno 1621. ( Verba sent. Ist euer Ehemann und Vater sel. D. Sigmund Badehorns Kindern zum Normund verordnet und bestätigt worden / und weil sie viel Schulden/Forderungen und Gegen-Forderungen zwischen erwehnten D. Badehorn und seiner Schwester Barbaru / Paul Tanners Witben/befunden/ hat bemeldter euer Ehemann und Vater mit der Tannerin und den Curatorn, in Beseyn und mit Einwilligung der unmündigen Mutter und nächsten Verwandten/ eine Transaction und Vertrag auffgerichtet / durch welchen die entstandenen Irrungen gänglichen behelget worden. Ob nun gleich die Unmündigen/ Nachdem sie erwachsen/ euch in Anspruch genommen/ mit Fürwendung/ als hätte obenannte euer Vater und Ehemann die Schulden zur Ungebühr erlassen/ ic. So sendt ihr doch dorowegen mehrbänkianter Tannerin gestalteten Sachen nach licet zu denuncieren nicht besugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Non admittitur litis denunciatio, quando manifeste constat, denunciantem frivole conveniri.*

- 1 **N**on parum denunciatio lites protrahit, quia & auger, ac litem ex lite parit, ut propterea non facile admittenda videatur, nisi partium intersit fieri denunciationem, ac venditori vel autori litem notificari, Didac. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 17. n. 2. & 3.
- 2 † Hinc cum de jure denunciantis manifeste constabat, ipsum nempè frivole conveniri, adeoque absolendum esse ab instituta actione, litis denunciatio-
- 3 nem haud admittendam pronunciaverunt Domini. † Scilicet quod effectu careret, nec omissa hac ullum incommodum vendor aut emptor metuere possent,
- 4 † Cujus avertendi gratia denunciatio est adinventa, l. i. l. si quis alterius 2. C. ubi in rem actio. Auth. quid in provinciâ C. ubi de crim. agi oport. Matt. Berlich. part. 1. concl. 24. num. 28. Marant. in specul. p. 6. membr. 5 n. 1. Mynsing. cent. 3. observat. 24.

Ita Domini in causa Vit. Wolfssens zu Annaberg / Mensl. Mart. Anno 1621. ( Verba sent. Diessell ihr aber dennoch euere Fürgaben nach auf Gehiß und Befehl selbigen Reichs die

3000. Flor. hergelichen / deswegen euch einzige Schuld oder Fahrlässigkeit nicht zuamessen werden mag/ ic. So sendt ihr auch eurem gewesenen Mündlein dafür zu haften im Stande des Rechtes nicht verbunden/ dorowegen auch die litis denunciatio nicht statt hat/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Efficit litis denunciatio, ut stare cogatur denunciatus coram judge cause principalis.*

- 1 **N**on operatur litis denunciatio, ut Reus conveniens ab instantia absolvatur, & judicium in denunciatum transferatur: † Sed haud obstante denunciatione facta, Reus in lite manet, l. i. C. ubi in rem actio. Ordin. nov. process. judic. Elekt. Saxon. tit. 14. §. würde aber der. Calpar. Caballin. de eviction. §. 3. n. 45. Herm. Vult. in l. si quis alterius 2. C. ubi in rem actio. n. 1. † Illud autem juris per denunciationem conie- 3 quitur, ut a denunciato in judicio defendatur, l. venditor. 49. ff. de judic. l. i. C. ubi in rem act. Hartm. Pistor. observ. 288. n. 51. Marant. in speculo part. 6. membr. 5. num. 10. Caball. dict. §. 3. quest. 1. num. 117. & seqq. Franc. Vivius decis. 372. Andr. Gail. lib. 1. observ. 37. num. 7. Mynsing. cent. 1. observ. 22. † Nec opponere 6 potest denunciatus fori præscriptionem, etiamsi sit Clericus, Andr. Gail. & Caball. dict. loc. Andr. Fach. lib. 2. controv. 38. quest. 2. & seqq.

Ita Domini in causa Timothei Alesii contra Hieronymum Schmidten & Christophorū Schefflern ad requisitionem Dr. Rectoris & Professorum Academiz Lipsiensis, Mensl. Mart. Anno 1632. ( Verba sent. Auf Exception und erfolgte Gesetze in Sachen die Anwalde Timothei Alesii Klägern und Denuncianten an einem/ Hieronymi Schmidten und Christoff Schefflers Beklage und Denunciaten am andern Theil belangende/ ic. Das Beklagte ihres darüber gethanen Fürwendens ungeachtet/ auf die erhobene Denunciation-Klage für euch sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Ex in causa Pauli Schindlers zu Leipzig / Mensl. August. Anno 1636.

## DEFINIT. XXIX.

*Quocunque tempore judicii ante sententiam locum habet denunciatio litis.*

- 1 **E**rrant omnino, qui litis denunciationi solummodo 1 dò ante contestatam litem locum dari afferunt. cum Emer. à Rosbach. in process. tit. 48. in pr. & n. 15. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 2 num. 6. † Siquidem Reo litem denunciare licet venditori omni tempore, quo jus ejus adhuc salvum & integrum est, nempe ante sententiam & publicationem testium, sive lis fuerit contestata, sive non, † quia per solam litis 3 contestationem venditori vel autori in jure suo haud præjudicatur, l. si rem quam 29. §. ult. ff. de Eviction. Caballin. de Evict. §. 3. quest. 12. num. 144. Marant. in specul. part. 6. membr. 5. num. 5. Herman. Vultej. in l. i. C. ubi in rem act. num. 60. & seq. Didac. Covarr. lib. 3. var. resolut. cap. 17. n. 8. † Quod & placuit Se- 4 renissimo Saxonie Electori in Ordin. judiciar. tit. 14. in pr. vers. Es werde gleich vor oder nach der litis contestation gesucht/ ic. † ubi portò disponit, denuncia- 5 to copiam Actorum esse transmittendam vers. und ihme von dem/ ic. Idque juri etiam communis omnino videtur convenire, Clem. causam 3. tit. de elekt. l. nomen 4. C. que res pign. oblig. poss. l. ult. §. 1. C. de bon. author. jud. possid. † Eaque communis est Dd. opinio, 6 teste Didac. Covarr. dict. cap. 17. n. 3. quam multis ratio- nibus

nibus defendit Caballin. de eviſt. §.3. num. 37. & ſeqq.  
Speculat. diſt. membr. 5. num. 12. Anton. Tefaur. de-  
cif. 218. num. 1.

Ita Domini in cauſa Nicolai Tifts contra Wolff Dietrichen  
von Westerregel/ ventilata in præfectura Bitterfeldenſu. Mens.  
Jul. Anno 1616. (Verba ſententia: So viel aber Frau Brigit-  
tin Euno von Westerregel hinterlaffene Wittib anlangen thut/  
weil Beklagter angeführt/daß ſie ihm die libellirte Wiese und  
Leitung hinter dem Baungarten zu Reigſch verkauft/ und zu-  
gleich geſucht/ daß ihr lis möge denunciret werden / ſo wird ſol-  
chen ſeinen Suchen/ wenn auch gleich der Krieg Rechtens albe-  
reit befeſtiger worden / billich Raum und Statt gegeben/  
V. R. W.)

### DEFINIT. XXX.

*Non admittitur tertius interveniens in iudicio, prius  
quam de jure ſuo docuerit.*

- 1 **I**n cauſā & proceſſu inter alios ventilato, tertius  
quispiam etiam non citatus & vocatus ratione ſui  
interelle intervenire potest, l. principaliter 19. C. de li-  
ber. c. aſ. l. à ſententiā 5. l. ſi perluforio 14. ff. de appell.
- 2 † Idque vel principaliter ad impediendum & remo-  
vendum agentem vel defendantem, diſt. l. 14. Andr.
- 3 Gail. libr. 1. obſervat. 122. n. 8. † Vel acceſſoriè ſeu affi-  
ſtenter, ut ſciliſet una cum principali agente vel de-  
fendente cauſe affiſtat & adhæreat, Andr. Gail. diſt. loc.
- 4 Matth. Berlich. part. 1. concl. 25. n. 2. † Quæ interven-  
tio locum habet, nedum coram judge ordinario, ſed  
etiam delegato & Comiſſario, Andr. Gail. lib. 1. ob-  
ſervat. 70. † Nec refert, an lis fuerit conteſtaſta nec ne,  
quia omni tempore, in principio ſciliſet, medio & fine
- 6 litis intervenire licet, Gail. diſt. loc. n. 14. † Imò etiam  
poſt conſuſionem in cauſā, Felin. in c. cum ſuper 17. n.  
7 17. extr. de ſent. & re judic. † Non tamen poſt ſen-  
tentiam latam, l. ſi parentes 20. C. de eviſt. † Nisi ter-  
tius interveniens ab illa ſententiā appellaſerit, quod  
facere potest, Felin. in c. veniens 38. extr. de teſtib. &  
atteſt. n. 5. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 122. num. 5. Matth.  
Berlich. diſt. concl. 25. n. 22. ubi materiam interven-  
tione pleniffimè traſcat. † Planè non admittendus eſt

tertius interveniens, niſi prius de ſuo jure & interelle,  
ſaltem ſummarie per teſtem unicum vel per instru-  
mentum, aut etiam præumptiones apparentes docue-  
rit, Felin. cap. veniens n. 13. Berlich. diſt. concl. 25. n. 48.  
Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 26. n. 137. † Quod & 10  
Illiſtrissimus Saxoniæ Elector approbavit in Ord. ju-  
dic. et. 15. verſ. doch daß der interveniens vor allen  
Dingen ſein pretendierte, interelle Summarischer  
Weife beibringe/ ic.

Ita Domini in cauſa der Kramer-Meifer zu Leipzig/ Klägern  
an einem/ Franz Niſen/ Beklagten am andern/ und Johann  
Martin/ Intervenienten dritten Theils/ Mensl. April. Anno  
1635. (Verba ſent. Daß die Intervention geſtaſten Sachen  
nach zuläßlich/ ic.)

### DEFINIT. XXXI.

*Super interventione Magistratus, privilegium ſuum ur-  
gentis, pronunciandum eſt, antequam judge in cauſa  
principaliter ulterius procedat.*

- Q uilibet in proceſſu, inter alios ventilato, interven-  
tire potest, modò ipſum cauſa in iudicium dedu-  
cta principaliter vel acceſſoriè ſaltem ſive conſe-  
quenter tangat, & concernat, c. quamvis 25. extr. de  
ſent. & re judic. † Ergò Magistratus, cui privilegium  
competit, quod ejus ſubditi & cives in alieno foro  
conveniri non poſſint, ratione ſui interelle in iudicío  
illo, ubi ſubditi conveniuntur, intervenire & exce-  
ptionem incompetentia opponere non prohibebitur,  
Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 40. n. 2. Matth. Berlich.  
part. 1. concl. 25. n. 6. † Etiam poſt impoſitam litis con-  
teſtationem, † in tantum, ut judge in cauſā pro-  
cedere ulterius nequeat, antequam ſuper puncto in-  
terventioniſ fuerit iudicatum, Matth. Berlich. diſt. loc.  
num. 7.

Ita Domini in cauſa der Ilmenauischen Seiger- und Meſing-  
händler Kläger an einem/ Joachim Schlauderbachens Erben  
Beklagten am andern und Aetior Syndicen des Raths zu Nür-  
berg Intervenienten dritten Theils/ Mensl. Julio, Anno 1625.  
(Verba ſent. Daraus allenthalben ſo viel zu beſtinden/ daß In-  
tervenienten Suchen nicht statt hat/ und daher Kläger ſich mit  
ihnen ferner einzulaffen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO IV.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Von der Gewehr.

 Je Gewehr ſoll würcklich actu corporali angelobet werden / und ſoll nicht  
gnugſam ſeyn / dieſelbige in actis wörts-  
lich anzugeſloben.

#### De Guaranda.

**G**uarandam realiter actu corporali præſtari volumus, nec ſufficere,  
ſi verbis tanum in actis illa præſte-  
tur.

#### DEFINITIONES.

1. Non nudis verbis, ſed realiter, actu corporali, Gu-  
aranda in foro Saxonico præſtanda eſt.
2. Valide præſtatur Guaranda ab Actore, abſente etiam  
Reo.
3. Non præſtatur Guaranda, ſi non eam Reus petierit.
4. Quonodo Guaranda ab actore fuerit præſta, in A-  
ctis conſignari debet ab actuario iudicii.
5. In contumaciam alteris, Guarandam præſtare no-  
lentis, pronunciatur quandoque in materialibus ipsius  
cauſa.

#### DEFINIT. I.

Non nudis verbis, ſed realiter, actu corporali, Gu-  
aranda in foro Saxonico præſtan-  
da eſt.

- 1 **G**uarandam (ita dictam à guerra, quæ litem ſi-  
gnificat, c. 1. extr. de treuga & pace. Coler. de proc.  
exec. part. 4. c. 3. n. 19.) ſeu evictionem in foro Saxonico  
ab actore præſtari, notiſſimum eſt, Landr. lib. 1. art.

6. Præſtanda quoq. eſt Guaranda in cauſis criminalibus.
7. Poſt Guarandam tamen præſtitam in cauſā criminali,  
accuſator noua ac plura indicia contra accuſatum  
proponere valet.
8. In cauſā etiam reconventionis, actor ad Guaranda  
præſtationem eſt obſtrictus.
9. In proceſſu executivo Guarandam præſtari, neceſſe  
non eſt.
10. Diffamatus agens ex L. diffamari C. de ingen. ma-  
num. non obſtrictus eſt ad præſtationem Guaranda.
11. lib. 2. art. 15. & libr. 3. art. 14. Weichbild. art. 40. &  
114. Dan. Moller. bīc num. 1. Christoph. Zobel. part. 1.  
differ. 11. num. 1. & ſeq. Matth. Coler. de proceſſu execuſ.  
part. 4. cap. 3. n. 17. & ſeq. † Cujus rei effectus peti  
potest ex traditis Bartol. ad l. pen. ff. de hered. petiſ.  
Imprimis vero Guaranda id efficaciz habet, quo actor,  
eā præſtitā, libellum mutare non poſſit, diſt. art. 14. &  
diſt. art. 114. Landr. Conſt. Elect. 11. part. 1. † ac Reum,  
ſi is

**S**i postea ejusdem **cause** nomine ab alio quoque conveniatur, in iudicio defendere teneatur, *dicit. art. 15.* Coler. *dicit. cap. 3. n. 18.* Moll. *bis n. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 21. n. 62.* † Ex quo prius illud, quod libellum mutare non liceat, natum videtur, ne scilicet libello mutato alià experiatur actione, super quā reum defendere non promisit, ut eleganter tradit Jacob. Schult. *in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 109.* **n. 23.** † Non tamen sufficit, nudis verbis promitti Guarandam, sed realiter, actu corporali, praestanda est, stipulatà scilicet manu, vel tacturā baculi, *An Gerichts-Stat. h. Const. 4. Nov. Ordin. judic. Elect. tit. 12.* Zobel. *dicit. diff. 11. n. 5.* Johan. Zanger. *dicit. cap. 21. num. 60.* **6** Jacob. Schult. *part. 1. observat. 14.* † Quamvis verò alii etiam pignora, vel fidejusiores exigant, scilicet, quia hoc modo de jure communi cautio Evictionis praestari soleat, Georg. Rotschitz. *in process. art. 13. num. 12.* Chilian. König. *in process. cap. 48. num. 2.* Joh. Monach. *in process. part. 5. tit. de Guarand. n. 7.* † Attamen in provinciis nostris id usū non observatur, Moll. *bis n. 6.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 19. n. 10.* Zanger. *dicit. loc. n. 60.*

Ita Domini in causa Gabriel Hillenson contra Hansen Nudolphen / Mensl. Jan. Anno 1610 (Verba sentent. Da nun Kläger den geforderten Vorstand gebührenden bestellen/ und die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben würde / inmassen er zu thun pflichtig/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Christophori Gerings contra Marien Schendelin / Mensl. Julio, Anno 1610. (Verba sent. Würde Kläger den geforderten Vorstand bestellen / so wohl auch die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ inmassen er zu thun schuldig/ so wäre Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen/ und zu antworten pflichtig/ V. R. W.)

Et in causa Michael Kohlmans contra Johann Hupseldens / Mensl. Julio, Anno 1611. (Verba sent. Würde Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ und den geforderten Vorstand bestellen/ inmassen er zu thun pflichtig/ ic.)

#### DEFINIT. II.

*Validè prestatur Guaranda ab Altero, absente etiam Reo.*

**S**epissimè actores, præsente, vel saltem citato ad **Si** d Reo, Guarandam præstant, ne, si fiat secùs, occasionem hinc reus accipiat contra Guarandam excipiendi & processum protrahendi, Dan. Moller. *bis n. 8.* † Attamen necessariò Guarandæ præstatio adversarii præsentiam non requirit, ideoque etiam eo non citato, Guaranda præstata valebit: quod & usus ac observantia docet, Jacob. Schult. *part. 1. quest. 16.* Joh. Zang. *de except. part. 2. cap. 21. num. 60.* Moller. *ter. bis n. 7.* † Nullibi enim de præsentia Rei quicquam statutum reperitur; At nihil absque juris autoritate temerè asseverandum est c. i. qui in Ecclesia 18. *in fin. extr. de sent. excomm. in sexto.* † Nam quod lege non cavetur, in practica non habetur, Bald. *in c. nibil 44. num. 25. extr. de elect. & elect. potest.* Jason. *in l. illam 19. n. 8. C. de collat.*

Ita Domini ad consultationem Praefecti Pegaviensis, Mensl. Julio, Anno 1607. (Verba sent. Dieweil Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angelobet; So ist Beklagter/ seines Fürwendlens ungeachtet/ auff die angestalte Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et ad requisitionem David Fabers zu Gerau / Mensl. Julio, Anno 1604.

#### DEFINIT. III.

*Non prestatur Guaranda, si non eam Reus perierit.*

**G**uaranda potissimum jus partis concernit, ut scilicet Reus sit indemnis super causā illā ab omnibus aliis, qui eum deinceps convenire voluerint, *pra-2 pra Defin. 1.* † Ideoque incombuit ipsi Guarandæ præ-*Carpz. Definit. Vol. I.*

stationem petere ab actore: † *Quod si Reus non fecerit, ex officio eam Judex actori injungere non vallet,* Dan. Moller. *bis n. 3.* † *Idque satis innuit vocabulum in sententiis Scabinorum usitatissimum ( die gesonnene Gewehr ) nempe quam Reus petit.*

Ita Domini in causa Georgii Schreers contra David Zimmermanen / Mensl. Febr. Anno 1620.

Et in causa Georgii Winters Erbes contra Matthes Müllern / Mensl. Decemb. Anno 1621.

Et in causa Caspari Andelmanns contra Thomam Heustens / Mensl. Jun. Anno 1623.

#### DEFINIT. IV.

*Quomodo Guaranda ab actore fuerit præstata, in-Atis consignari debet ab actuario*

**C**um multum interfit Rei conventi, Guarandam. **I** ab Actore præstari, *Defin. præced.* neque præstatio quævis sufficiat, nisi & actu corporali facta fuerit, *Defin. 1.* † Utique ab Actuario judicii consignari actis-2 que apponi debet, an & quomodo Actor Guarandam præstiterit, ne alioquin vel Reus periclitetur, vel ju-dex in pronunciando impediatur, *tir. 12. in fin. Ordin. Proc. Elect. Saxon.*

Ita Domini in causa Francisci Kretschmars zu Merseburg / Mensl. Octob. Anno 1599. (Verba sent. Da nun auch/welcher gestalt Kläger die gesonnene Gewehr der Klagen angelobet / zu den Acken registriert würde; so wäre Beklagter ohne fernern Vorzug auff erhobene Klage zu antworten und item zu contestare schuldig/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus zu Denfstad / Mensl. Octobr. Anno 1583.

#### DEFINIT. V.

*In contumaciam actoris, Guarandam præstare nolen-tis, pronuntiatur quandoq. in materialibus ipsius causa.*

**G**uarandam actor præcise tenetur præstare, si hæc à Reo petatur, idque ante litis contestationem, *Ordin. Nov. judic. Elect. Saxon. tit. 12.* † Cæteroquin Reus ad respondendum obligatus non est, sed cum-refusione expensarum ab actione absolvetur, *Weichs bild. art. 41.* Georg. Rotschitz. *in process. part. 1. art. 13. n. 1. & seqq.* Jacob. Schult. *part. 1. observ. 15. n. 2. & seqq.* † Quin &, si Guarandæ absque sufficienti causā de-trectatæ, Reus eventualiter item contestatus fuerit, quin actor non solùm in expensas condemnari, sed etiam in materialibus ipsius causæ pronunciari, illaque ea, quæ ratione Processus necessariò requiruntur facienda, imponi possint, dubium non est, *Ordin. Nov. Elect. Saxon. tit. 11. S.* Da sichs auch befindet Matth. Berlich. *part. 1. concl. 19. num. 2.*

Ita Domini in causa Nicolai Signians contra Hansen Burghards zu Pombsen / Mensl. August. Anno 1608. (Verba sent. Dieweil nicht zu befinden / daß Kläger dem am 28. Novembr. Anno 1603. eröffneten Urtheil/ darinnen unter andern zu Recht erkannt/ daß er die gesonnene Gewehr der Klagen würdlichen angeloben/ auch gnügsamen Schein / daß er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ zu Acten bringen sollen/ gehörliche Folge gethan/ so wird Klägers hierzu nochmals ein Termin förderlichst böhlich ernannt und angezeigt/ mit der ausdrücklichen Verwarnung/ er erscheine alsdann/ und thue dem gesprochenen Urteil gebührliche Folge/ oder nicht/ daß derauff/ wann sein Ungehorsam vom Beklagten beschuldigt / in der Hauptache/ und was sonst wegen des deferirten Eydes vom Beklagten ferner gebeten worden/ ergehen soll/ was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Prestanda quoque est Guaranda in causis crimi-nalibus.*

**G**eneraliter loquuntur jura Saxonica, quibus A-**E**ctor ad Guarandæ præstationem obstringitur. *Reo, Landr. lib. 1. art. 63. lib. 2. art. 2. art. 15. & lib. 3. art. 14. b. Conf. 4.* Ergo generaliter quoque erunt acci-pienda, *arg. l. 1. S. generaliser 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem att.* † Nec proinde accusator in causis 2 crimi-

- criminalibus à præstatione Guarandæ est immunis, ut rectè sentiunt Matth. Coler. part. 1. decis. 109. num. 10. & ibi Jacob. Schult. in addit. num. 22. Chil. König. in process. cap. 48. num. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 3. num. 3. † Quod & verbis disertis expressum in text. Weichbild. art. 14. verb. Gewehr soll auch ein egliecher Mann thun/ und geloben/ um Todschlag/ Lämde und um Wunden/ für seine Schwerdtmägen und Freunde 4 de re. † Idque èò magis, quod Guarandæ præstatio ab initio adinventa fuerit propter causas sanguinis, ut Reo caveretur de securitate contra Agnatos ejus, qui occisus est, si forsitan vel transfigatur, vel Reus ab institutâ actione absolvatur, Gloss. in pr. art. 6. lib. 2. Landr. Gloss. nov. art. 14. ad lit. a. in fin. lib. 3. Landr. Jacob. Schult. dict. loc.

Ita Domini in causa Fiscalis Praefecturæ Misnensis contra Walther Olshnern & Adamum Seidelen zu Meissen/Mens. Novembr. Anno 1598. (Verba sent. Dass Ankläger mit dem geforderten Vorstande bishlisch verschonet bleibe; Würde er nun die gesommene Gewehr der Anklagen würtlichen angeloben/ inmassen er zu thun pflichtig/ so wären Angeklagte auff die angestellte peinliche Anklage zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Questoris Praefectura Saltensis, Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sent. Würden Ankläger der Anklagen Gewehr würtlichen angeloben/ inmassen sie zu thun pflichtig: So wäre Angeklagter auf anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Straße Ungehorsams zu erscheinen/ und auf erhobene Anklage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Post Guarandam tamen præstitam in causâ criminali, accusator nova ac plura indicia contra accusatum proponere valet.*

- I**nferri hinc posse dixeris, accusatori post præstitam Guarandam in causâ criminali nova ac plura indicia contra accusatum proponere haud licere, quia scilicet Guarandæ effectus hic est, quod deinceps libellus mutari vel emendari nequeat, supr. Defini. 1. num. 2. Const. Elect. II. part. 1. art. 14. ubi Gloss. tit. C. lib. 3. Landr. Matth. Coler. part. 1. decis. 109. n. 3. & seq. Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 21. n. 62. Et 70. Christoph. Zobel. part. 1. diff. II. n. 7. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. num. 6. † At nego, plurium indiciorum additio mutari libellum: Et specificatio potius est additio eiusmodi, quam emendatio, siquidem libellus 3 manet idem quoad substantialia. † Atque indicia nova ad eundem tendunt finem, ad quem petitio ante præstitam guarandam fuerat directa: nimur ad torturam, ut propterea accusatorem, post Guarandæ præstationem nova indicia proponentem omnino audiendum putaverim, cum Modest. Pistor. part. 4. quest. 139. veluti probavi in Præctica Criminali part. 3. quest. 4. 106. n. 64. † Idque èò magis, quia in Processu Criminali, in quo Republicæ Interesse potissimum versatur, l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. non tam strictè Regulæ juris inhærendum est. † Ex quo etiam fit, quod accusatori, in probatione criminis succumbenti, de nuò ad indicia & conjecturas confugere liceat, Nicol. Reysn. lib. 1. decis. 23. n. 10. Et dixi de hoc in Præc. crimi. dict. quest. 106. n. 27.

Ita Domini in causa Fiscalis Senatus Zwwickiensis contra Michael Dechen zu Zwwick/ Mens. Sept. Anno 1629. (Verba sent. Würde Angeklagter auff die von Anklägern antzo von neuen eingebrauchten Indicien mit seiner Antwort sich einlassen/ inmassen er zu thun schuldig/ so erginge alsdenn in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*In causâ etiam reconventionis, actor ad Guarandæ præstationem est obstrictus.*

- D**ubitare quis posset, an etiam in Reconventione ab actore præstatio Guarandæ peti queat, qui Guarandæ effectus in eo potissimum consistit, ut actor

realiter actu corporali & stipulata manu promittat de defendendo, & indemnem præstanto Reum super causâ de qua item movet, contra omnes & quoscumque alias, qui Reum eo nomine deinceps convenire voluerint, Landr. lib. 2. art. 15. & seq. Weichbild. art. 14. & art. 114. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 3. num. 18. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. num. 62. Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 109. n. 13. † Qui certè effectus Guarandæ deficit in reconventione, ubi ulterior conventio ab alto metui non potest. † Sed concesserim licet, hunc Guarandæ effectum in Reconventione cessare, attamen, quin alter effectus sibi hic vendicet locum, negari non poterit, † nempe quod præstita Guaranda libellum reconventionis mutare haud liceat Constit. Elect. II. p. i. dict. art. 114. Weichbild. art. 14. lib. 3. Landr. Coler. dict. decis. 109. n. 3. Zanger. dict. cap. 21. num. 62. Ob hanc solam itaque causam, Reum in causa reconventionis ab Actore Guarandæ præstationem petere valere, eequis inficias ibit?

Ita Domini in causa Christophori Qvelnicensis contra Christophorum Siegen/ in praetorio Liphseni ventilata, Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sent. Würde Wieder-Kläger die gesommene Gewehr der Klagen würtlichen angeloben/ inmassen er zu thun pflichtig; so wäre wieder-Kläger auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf die verbesserte Wiederklage und alle dero selben Punkten Inhalt jüngst eröffneten Urtheils bey Straße Ungehorsams sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Jacob Brandis contra Paul Jacob Böhmen zu Leipzig/Mens. April. Anno 1629.

#### DEFINIT. IX.

*In processu executivo Guarandam prestari, non cessare non est.*

**A**lia tamen est ratio Processuum sive judiciorum Executivorum, in quibus Guaranda omnino necessaria non est, ex communi Interpp. opinione, Matth. Coler. de process. execut. part. I. c. 3. n. 17. Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 109. n. 14. Matth. Berl. part. 1. concl. 19. n. 7. Christ. Zobel. part. 1. diff. II. n. 3. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 21. num. 59. † Tum quia in processibus Executivis, ubi libellus de necessitate haud requiritur, ejus mutatio metuenda non est, ut tradit. Coler. dict. c. 3. n. 18. quamvis rationem hanc minus sufficere, probet Schult. dict. loc. n. 20. † Tum quod in executivis judiciis procedatur summarie; Atqui in summaris judiciis exceptio Guarandæ dilatoria locum non habet, Clem. sept. 2. de verb. signif. Joh. Zanger. de except. part. 1. c. 2. n. 18. Modest. Pistor. part. 2. quest. 78. n. 5. † Tum quia in Processibus Executivis ventilantur tantummodo causæ notoria, planæ & perspicuae, in quibus haud observato juris ordine, ac proinde etiam absque Guarandæ præstatione proceditur, Jacob. Schult. in addit. ad Coler. dict. decis. 109. num. 28. & 29.

Ita Domini in causa M. Mauriti. Herzogis contra heredes Theodorici Webers zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent. Dass Kläger auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf die wider sie erhobene Executions-Klage/ ihres davider gehauenen Führwändens ungarchein/ sich einzulassen/ zu antworten/ und die von Kläger producirte documenta zu recognosciren schuldig/ V. R. W.)

In causa D. Georgii Kirchhoffs & Consorum contra Petrum Rositem zu Döllitzsch/Mens. Jan. Anno 1633.

Et in causa Simon Johns contra Hansen Guttentz zu Leipzig/Mens. Julio. Anno 1625. (Verba sent. Dass Kläger die gesetzte Gewehr nach Gelegenheit disfals/ weil man in summario & executivo processu verbiet/ zu leisten nicht schuldig/V. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Diffamatus agens ex L. diffamarij. C. de ingen. manus non obstrictus est ad præstationem Guaranda.*

**I**n causis matrimonialibus actorem ad Guarandæ præstationem non teneri, tradit post Joach. à Beust.

- in tract. de sponsalib. part. i. cap. 22. vers. negg. etiam satisatio vel guaranda. Matth. Berlich. part. i. concl. 2. 19. num. 8. † Sicut nec diffamatum, qui ex l. diffamari aduersus diffamantem experitur, dict. concl. 3. 19. n. 5. † Rectissime sanè, quia diffamatus, in hoc judicio agens, partes Rei sustinet, non Actoris, Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 56. n. 24. Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 9. n. 7. Mynsing. cent. 6. obseruat. 90. n. 3. Pannorm. in c. si quis contra Clericum 4. n. 2. extr. de for. compet. Atqui, Guarandam ab actore solummodo prestari, non à Reo, indubitate juris est, Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 21. n. 58. & seq. Hartm. Pistor. part. 4: quest. 22. n. 13. † Alia estratio diffamantis, cui ad

petitionem diffamati sub pena silentii necesitas a-gendi fuit imposita, à quo, si actionem instituat, Guarandæ præstatio omhind exigi potest, tanquam ab A-ctore: † Quia edita à diffamante actione, omnis ille, qui ex l. diffamari institutus fuerat, processus penitus extinguitur, adeoque novum inchoatur judicium, in- quo omnia judiciarii Processus solennia sunt obser-vanda, Blarer. in l. diffamari cap. 7. num. 113. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 15. num. 6.

Ita Domini in causa Johann. Brockoffs contra Hansen Lau- nigen/ in Prætorio Lipsiensi ventilata, Mch. Jan. Anno 1619. (Verba sent. Dass Diffamant, seines gehanen Fürwendens un- geachtet / auf die wider ihn erhobene Diffamations- Klage sich einzulassen schuldig) B. N. W.)

## CONSTITUTIO V.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Vom Vorstand.

**E**r/ so unter uns Güter hat / und gnugsam in unsern Landen besessen/ soll den Vorstand vor die expens und zur Wiedertlage zu bestellen nicht schuldig seyn/ ob er gleich unter dem Gerichte/dafür er beklagt/ sonst nicht seßhaftig/ so soll er auch nicht gedrungen werden/ einige Gunst über die Güter von den Gerichten/dareun- ter sie gelegen/ zum Vorstande auszubringen/und vergleichen soll auch dessen/ so gnugsam unter uns besessen/ constituirter Anwalt/ ferner Caution und Vorstand zu bestellen und auffzurichten nicht pflichtig seyn. Aber der/ so unter einer fremden Herrschaft/ eines andern Oberherrn ist/ und in unsern Landen klagen wird/soll/wie in Gerichten unserer Lande zu sprechen gebräuchlichen bis ans hero gewesen/den Vorstand bestellen/ und dessen nicht erlassen werden. Wir wollen aber auch solches Vorstands halben/unserre Hoff-Gerichts-Ordnung nicht außgehoben haben/sondern lassen dieselbe dieses Puncts wegen bey Kräften und Würden bleiben.

### DEFINITIONES.

1. In foro Saxonico tenetur Actor præstare cautionem pro expensis & Reconventione.
2. Non tamen tenetur satisdare in judiciis barum provinciarum, qui sub Electoratu Saxonia bona possidet immobilia.
3. Licet in loco ipso judicii Rei convenit non sit possessio-natus.
4. Sola possessio bonorum immobilium in Saxonia Elec-toratu absq; eorundem oppignoratione judiciali Alto-reum à satisdatione relevat.
5. Possessio bonorum immobilium Actoris etiam Procurato-reum à satisdatione relevat.
6. Actor in Electoratu Saxonia possessio-natus ad satisda-tionem obstrictus non est, etiam si extra Electoratum suum habeat domicilium.
7. Satisdatio vel pignoribus, vel fidejussoribus præstan-da est.
8. Quantitas satisdationis in arbiterio judicis consiftit.
9. Admittitur Caution juratoria, si actor pignoribus, vel fidejussoribus satisdare nequeat.
10. Non relevat Altorem à cautione juratoria posse-socio bonorum immobilium, extra provinciam suarum.
11. Possessio-natus sub litis ingressus, si lite pendente posses-sionem vendat, aut facultatibus labatur, satis-dare cogitur.
12. Actor, qui possessio-natus non est, satisdare tenetur, etiam si de bonis feudalibus cum possessore simultaneè sit investitus.
13. Non filius ab onere satisdationis immunis est, pro-pterea quod pater ejus bona possideat immobilia.
14. Non gravandus est onere satisdationis possessor bono-rum immobilium, licet obteratus, aut bona creditoris hypothecata fuerint.
15. Satisdare non tenetur possessor rei immobilis, super qua cum alio litigat.
16. Immunis quoq; est ab onere satisdationis possessor an-nuorum reddituum.
17. Nec satisdare tenetur possessor actionis ad immobilia competentis, secus verò si competit actio ad res mo-biles.
18. Non obstrictus est satisdare Creditor pecunia heredi-taria, cuius dies nondum cessit.
19. Possessio rerum mobilium preciosarum sublevat alto-reum à satisdando.
20. Obnoxius non est satisdationi Vasallus vel Emphy-teuta.
21. Non tenetur satisdare Iusufructuarius alicujus fundi vel predii in foro Saxonico.
22. Obnoxii quoq; sunt satisdationi parentes, qui adver-sus liberos in judicio experiuntur.

23. In causis etiam criminalibus ab accusatore satisdatio exigi potest.  
 24. Locum etiam habet satisdatio in causâ sive judicio Reconventionis.  
 25. Nec non in processibus executivis.  
 26. In summario quoque processu actor satisdatione tenetur.

## DEFINIT. I.

In foro Saxonico tenetur actor praestare cautionem pro expensis & Reconventione.

1. Atisditionum modum alium antiquitati placuisse, Salium novitatem per usum fuisse amplexam, testis est Justinianus Imp. in pr. inst. de satisdat. † Ad duplum verò cautionem is obstrinxit actorem: Primo: Ut caveat Reo, se litem contestaturum intra duos menses, & nisi id fecerit, duplum præstiturum, si forte Reus quid damni ejus nomine perceperit, Novell. 96. c. 1. † Deinde: ut idoneum præstet fiducijsorem, aut juratò promittat, se usque ad finem Litis permansurum, suasque intentiones producturum, & si forte convictus fuerit, injustè litem morisse, sumptuum & expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, que libello continetur, pulsato restitutum, Novell. 112. cap. 2. Autb. libellum C. de lit. contemp. Auch. generaliter C. de Epist. & Cler. Jac. Cujac. in dict. Nov. 96. & libr. 7. observ. 5. Speculat. lib. 2. part. 4. tit. de satisdat. §. actor igitur i. in pr. & num. 1. † Sed hoc jus satisdationis saluberrimum hodiè ab usu hominum penitus verè recessit, teste Bartol. in dict. Nov. 96. c. 1. Specul. dict. loc. n. 2. Christ. Zobel. part. 1. diff. 10. n. 5. Matth. Coler. part. 1. decis. 105. n. 2. & seq. † licet ejus vestigia quadam remanerint in judiciis promore ac stylo cujusque Curiaz, Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. n. 8. † Sanè in foro Saxonico tenetur actor ad instantiam & petitionem Rei, satisdare de refundendis expensis & damnis litis in evictum succumbentiae, & de stando ac respondendo in eodem judicio coramque eodem judge in casu propositæ Reconventionis, Landr. lib. 2. art. 9. † Quæ satisdatio vulgo dici solet Cautio pro Reconventione & expensis, b. Const. 5. in pr. verbis: Der Vorstand für die expens uind Wiederklage/rc. Ordin. Nov. judic. Elect. Saxon. tit. 13. in pr. Dan. Moller. bic n. 1. Joh. Zanger. dict. cap. 21. n. 13. Coler. dict. decis. 105. n. 4. & seq. & de processus execus. part. 4. c. 3. n. 20. Zobel. dict. diff. 10. num. 1. Chilian. König. in process. cap. 46. n. 2.

I. Domini in causa Christophori Herings contra Marien Schenckern zu Leipzig/ Mensl. Julio, Anno 1620. (Verba sent. Würde Kläger den geforderten Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/ so wohl auch die gesuchte Gewehr der Klagen würtzlichen angeloben/ inmassen er zu thun pflichtig; So wäre Beklagter auf erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ B. R. W.)

Et in causa Michael Kohlmans contra Johann Hupfeldern/ Mensl. Junio, Anno 1622. (Verba sent. Würde Kläger die gesuchte Gewehr der Klagen würtzlichen angeloben/ auch den geforderten Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/inmassen er zu thun pflichtig; So wäre Beklagter auf erhobene Klage sich einzulassen/und zu antworten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. II.

Non tamen tenetur satisdare in judiciis barum præcipientiarum, qui sub Electoratu Saxonie bona possident immobilia.

1. Effectus ergo satisdationis, ab actore præstata, in foro Saxonico in eo consistit, ut Reus in lite victor existens ratione expensarum & damnorum, Actore aufugiente, haud periclitetur, sed ea ab ipso repetere & actorem reconvenire queat in ditionibus harum terrarum, Defin. preced. † Quæ ratio cum desit eo in casu, quo actor sub Electoratu Saxonie bona possidet immobilia, quippe in quo fugæ suspicio cessat,

27. Non etiam diffamatus agens in judicio diffamatio.  
 28. Diffamans verò ad agendum provocatus satisdare tenetur.  
 29. Fiscalis etiam vel Syndicus nomine plurium ex universitate agens satisdationi est obnoxius.  
 30. Nulla exigitur satisdatio ex parte Rei conventi.

utique tūm satisdatio ulla ab actore exigi non poterit, l. sciendum 15. ff. qui satisd. cogunt. ubi Bartol. in pr. & n. 4. & ibi. Jalon. n. 1. & seqq. Marant. in speculo part. 6. membr. 8. n. 12. & seq. † Quod & in foro Saxonico obseruantia probatum, & sanctione Electorali expressè confirmatum est, b. Const. 5. in pr. ibi: Der / so unter uns Güter hat/und gnugsam in unsern Landen besessen/ soll den Vorstand vor die Expens und zur Wieder-Klage zu bestellen nicht schuldig seyn, Ordin. nov. judic. tit. 13. in pr. Dan. Moller. bic & lib. 1. semestr. 2. in pr. Christ. Zobel. part. 1. differ. 10. num. 5. Reinh. part. 6. differ. 19. Matth. Col. part. 1. decis. 105. n. 6.

Ia Domini in causa Antonii Sommers contra Hansen Wern zu Leipzig/ Mensl. Mayo, Anno 1625. (Verba sent. Das Kläger mit Bestellung des Vorstandes gestalten Sachen noch billig zu verschonen/ B. R. W.)

Et in causa Hansen Peiskern contra Antonium Brucker und Henrich Hulzen zu Leipzig/ Mensl. April. Anno 1624. (Verba sent. Würde Kläger die gesuchte Gewehr der Klagen würtzlichen angeloben/ auch wosfern er in Ihrer Churfürstl. Durchl. Landen mit unbeweglichen Gütern nicht gesessen/den geforderten Vorstand bestellen/inmassen er zu thun pflichtig/ rc.)

## DEFINIT. III.

Licet in loco judicij, in quo lis movetur, actor non sit possessionatus.

I. Dque facilius concelleris, si actor possessionatus sit in loco judicij, in quo actionem instituit, l. sciendum 15 ff. qui satisd. cog. l. ult. §. 6. C. de curat. furios. Marant. in speculo. part. 6. membr. 8. n. 12. & seq. † Quid autem si actor in loco judicij possessionatus non sit, actare in terris Electoratus Saxonie, alio in loco bona possideat immobilia? † Nec tum satisdationem ab ipso exigendam esse, disertè probat l. si fidejuss. 7. §. si necessaria 1. ff. qui satisd. cog. Ubi: si necessaria, inquit Ulrianus, satisdatio fuerit, & non facile possit Reus eam ibi præstare, ubi convenientur, potest audiri, si in alia ejusdem provinciæ civitate satisdationem præstare paratus fit; Quem text. etsi de Reo loquatur, non minus ad actorem, ut qui in foro Saxonico, si immobilia non possideat, necessariò satisdare tenetur, extendit post Bartol. & Jason. quos allegat, Daniel. Moller. bis num. 2. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Elektori b. Const. 5. vers. ob er gleich unter dem Gerichte/ davor er beklagt/sonsten nicht schaffstig/ rc. † Nec aliud in judiciis Curialibus observatur, ubi indistinctè actores sive mediate sive immediatè judiciis illis subjecti sint, absque satisdatione & obligatione bonorum admittuntur. † Modò sub Electoratu Saxonie sint possessionati, Ordin. Nov. judic. tit. 13. in pr. vers. So soll es auch hinsichtlich ohne Unterschied der Schrift und Amtssassen dabei verbleiben. Licet quondam aliud obtinebat, & mediate subjecti, die Amtssassen/in judiciis Curialibus satisdare cogebantur, b. Constit. 5. §. wie wöllten aber. de quo latè differit Matth. Berlich. part. 1. concl. 20. n. 6 & multis seqq.

Ia Domini in causa Benedicti Thomae contra Uxorem Georgii Gabriel zu Meissen/ Mensl. Decembr. Anno 1601. (Verba sent. Das Kläger/ so in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ mit dem geforderten Vorstand billig verschonet bleibt/ B. R. W.)

Et in causa Simon Echartis contra Martin Heßeler zu Merseburg/ Mensl. Octobr. Anno 1599. (Verba sent. Dieweil Kläger/dass er in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern besessen/ bescheinigt/ so bleibt er mit dem geforderten Vorstand billig verschonet/ rc.)

## DEFI-

## DEFINIT. IV.

*Solo posseſſo bonorum immobilia in Saxonie Electoratu, abſq; corundem oppignoratione judiciali, aſſer- rem à ſatisfactione relevat.*

- 1 **R**ELEVAT itaque auctorem ab onere ſatisfactionis poſſeffo bonorum immobilia ſub Electoratu Saxonie, licet in loco judicij iſi poſſeſſionatus haud fuerit. *Defin. preced.* At, nonne hoc caſu bona immobilia conſenſu illius judicis, ſub quo bona ſita ſunt, oppignori, ac conſenſus judicialis reo conuento vel judicii, ſub quo litigatur, inſinuari debet? † Ita quidem de jure civili videtur dicendum, per text. in l. filio 7. ff. Ut legator ſeu fideicom. ſerv. cauf. l. alt. §. deſenſionem 3. C. de admin. ſut. Jafon. in l. ſatisd. 1. ff. qui ſatisd. cog. n. 20. † Sed de conſuetudine aliud obſervatur, Bartol. in l. ſcien- dum 15. ff. qui ſatisd. cog. n. 7. Chil. König. in process. c. 46. Prout etiam in terris Electoratus Saxon. verbiſ disertis ſancitum, b. Conſt. 5. verſ. So ſoll er auch nicht gedrungen werden/einige Gunſt über die Güter von den Gerichten/darunter ſie gelegen/ zum Vorstand auszu- bringen, ubi Dan. Moller. n. 5. & ſeqq. Matth. Berl. part. 1. concl. 20. num. 51. Matth. Wel. in ſuppl. ad Joh. Schneidew. Inſt. de ſatisd. n. 11.

Ita Domini in cauſa Angel von Gorden contra Caspar Neu- geln zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1625. (Verba ſentent. Daß Be- klager / ſeines Vorwurdes ungeachtet/ auf erhobene Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu beſteſſen ſchuldig/ B. R. W.)

Et in cauſa Ambroſii Sonnenſ contra Jac. Schneiderm/ Mens. Jun. Anno 1622.

## DEFINIT. V.

*Poſſeffo bonorum immobilia auctoris, etiam procura- rem à ſatisfactione relevat.*

- 1 **A**Ctor poſſeſſionatus ſatisfactionis onere gravan- dus non eſt, ſive ipſemet in judicio compareat, ſive per mandatarium aut procuratorem agat; † Quin nee tum procurator ipſe, etiam ſi poſſeſſionatus non ſit, ad ſatisfactionem tenebitur b. Conſt. 5. verb. und der- gleichen ſoll auch daffen/ſo gnugſam unter uns beſeſſen/ conſpienirter Anwalt ferner caution und Vorstand zu beſteſſen und aufzurüſtten nicht pflichtig ſeyn. † Nec e- min hujus conditio deterior eſſe debet, quam iphius Principalis, cuius cauſa agitur, arg. 5. fidei 5. Inſt. de ſi- doj. Matth. Wel. in part. 5. qui ſatisd. cog. n. 3. Dan. Moll. b. 1. n. 4.

Ita Domini in cauſa Melchior Heldritts contra Hansen Sommerm/ Mens. Jan. Anno 1623. (Verba ſent. Daß Klagen- der Anwalt mit Beſtellung des Vorstandes bißlich zu verſchö- nen/ ic.)

Et in cauſa Michael Gutschmidis contra Volrad Hildern/ Mens. Jan. Anno 1625.

## DEFINIT. VI.

*Auctor in Electoratu Saxonie poſſeſſionatus ad ſati- dationem obſtritus non eſt, etiam ſi extra Electoratum, ſuum habeat domicilium.*

- 1 **S**Æpius accidit, ut ii, qui bona immobilia in terris Electoratus Saxonici poſſident, alibi extra Electo- ratum, ſuum habeant domicilium, de quibus dubitari potest, anno in provinciis Electoratus litigantes pro re- conventione & expenſis ſatisfactione teneantur? † Nec enim hi conveniri poſſuunt in judiciis Electoratus Saxonici aſſione personali, ſi alibi domicilium habe- ant, quia bonorum poſſeſſio fundat tantummodò a- ſionem realem, l. ult. C. ubi in rem aſſ. ug. multis pro- bat Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 264. & ſeqq.
- 2 † Nihilominus & hoc caſu auctorem ab onere ſatisfactionis immunem eſſe putaverim, ſiquidem Conſtit. Elec- tor. b. 5. ab iis ſolummodò cautionem exigi jubet, qui in Electoratu poſſeſſionati non ſunt, nec ultra poſſeſſionem quicquam ulterius requirit, ad hoc, ut auctor ſatisfactione gravari nequeat. † Sufficit ergo bona exi-

ſtere in terris Electoratus, de quibus in caſu ſuccum- bentia Auctoris, pro expenſis ac damnis Reo ſatisfieri queat, ne iſi alibi & extra Electoratum litigare cogatur.

† Nec metuenda exceptio incompetenția proprieſ do- micilium contractum, cum ex alio capite, jure nempe reconventionis, in eodem judicio ſtare ac respondere teneatur, uti notissimum eft, l. qui non cogitur 22. ff. de judic. l. ſi idem 11. §. 1. ff. de jurisdict. l. Lucius 38. ff. mandat. l. 1. §. ult. ff. de extr. cog. c. ex literis t. extr. de mut. petit. c. & ſi clerici 4. extr. de jud. Joh. Zang. diſt. c. 1. num. 374. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 12. Matth. Col. part. 1. decif. 102. n. 1. † Quin & committitur fal- lacia cauſe; Non enim poſſeſſor bonorum immobi- lium proprieța à ſatisfactione immunis eft, quod in Electoratu conveniri queat, ſed quia in ejusmodi po- ſeſſore eſſat ſuſpicio fugæ, Jafon. in l. ſcindure 15. ff. qui ſatisd. cog. n. 1. & ibi Bartol. n. 4. Marant. part. 6. mebr. 8. n. 1. & 2.

Ita Domini in cauſa Hansen vog Königen contra heredes Wilhelmi von Verbisdorff/ ventilata in præfectura Rochlicensi, Mens. Decembr. Anno 1599. (Verba ſent. Daß beſybe/Klagen- ber Anwalt und Beklagten Auctor ihre Personen zur Noth- purſt legitimet haben/und da Kläger / welcher Geſtalt ſein Principal in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern beſeſſen/ Schein zu den Acken bringen würde/ ſo bliebe er mit dem geſe- verten Vorstand bißlich verſchonet/ ic.)

## DEFINIT. VII.

*Satisfactione vel pignoribus, vel fidei juſſoribus pra- ſtanda eſt.*

**S**olummodò ergo Actores ii, qui in provinciis Elec- toratus Saxon. bona immobilia non poſſident, ſati- datione debent, b. Conſt. 5. verſ. Aber den/ſo unter/ug/vel fidei juſſoribus, vel pignoribus, Ordin. judic. Elec. ſa- xon. tit. 13. verb. Solchen Vorstand mit Bürgen oder Pfanden nicht beſteſſen/ ic. † ita ut Actorum ſit electio, quorum alterutrum praetare velint, Jacob. Menoch. de arbit. jud. q. cent. 2. lib. 2. caſ. 142. n. 3. † Et ſane fidei juſſores idoneos eſſe oportet, tam ex facultatibus quam ex conveniendi facilitate, l. 1. & 2. in pr. ff. qui ſatisd. cog. † Requiritur nempe, ut fidei juſſores bo- na immobilia poſſideant † talesque ne ſint, qui pro- pter privilegium ſeu præſcriptionem fori difficultè ad judicium trahi poſſint, l. 1. ff. ſi quis in juſ vocat. l. 2. in pr. l. ſi fidei juſſor. 7. in pr. ff. qui ſatisd. cog. † ac ne ſint rixosi & rimarum pleni, Jalon. & Bart. in diſt. l. 2. Joh. Zang. de except. part. 2. c. 21. n. 19.

Ita Domini in cauſa Michael Kohlmannis contra Johann Hup- feldern zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1622. (Verba ſent. Würde Kläger die geſonnene Gewehr der Klagen würdlichen angebo- ben/ auch den geforderten Vorstand pro reconventione & ex- penſis mit Bürgen oder Pfanden beſteſſen / inmaſſen er zu thun pflichtig/ ſo wäre Beklagter auf erhobene Klage ſich einzulaffen und zu antworten ſchuldig/ ic.)

## DEFINIT. IIIX.

*Quantitas ſatisfactionis in arbitrio judicis conſtituit.*

**P**ignora quoque, ſi hiſce auctore ſatisfactione velit, ſu- ficientia & idonea eſſe oportet, l. promiſſor. 21. §. ult. ff. de conſt. pec. Dd. in l. 6. ff. qui ſatisd. cog. §. ſi vero aliquis 4. Inſt. de ſatisd. † Dicuntur autem pigno- ra ſufficientia, non quaꝝ ad valorem unius Wergeldi hoꝝ eſt 24. ſexagenarum antiquarum vel 20. thalerorum aſcendunt, prout diſpoſitum in jure Saxonico, Landr. lib. 2. art. 5. Zobel. part. 1. differ. 10. n. 5. & 6. Matth. Col. part. 1. decif. 105. n. 8. & ſeqq. Chilian. König. in process. c. 46. n. 2. Jacob. Schult. part. 1. obſeru. 20. n. 1. & ſeqq. Dan. Moll. lib. 1. ſemeſtr. 2. n. 2. † Sed, 3 quaꝝ judex pro qualitate & magnitudine cauſe idonea arbitratuſ fuerit: Adeoque non ſemper auctor depo- nendo quinquaginta florenos ſufficienter videtur ſatiſdediſſe (ut quidam opinati fuere) † ſed quandoq; 4 plures

plures thaleros vel florenos satisdationis nomine deponere tenetur, quandoque vero minorem summam offerendo auditur, † veluti etiam valor bonorum immobilium, ad relevandum Actorem ab onere cautionis, arbitrio judicis hodiè committitur, Ordin. jud. Elect. Saxon. tit. 13. §. wie hoch aber einer begütert / Dan. Moller. hic n. 10. & lib. 1. semestr. 2. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 21. n. 43. Matth. Wosenb. in parat. ff. qui satisd. cog. n. 11. Jacob. Schult. part. 1. quest. 20. n. 3.

Ita Domini in causa Christiani Meyers contra Baumhoffer Christian Eulenauen/ ventilata coram Senatu Lipsiensi, Mens. Sept. Anno 1633. ( Verba sent. Würde Kläger der Klagen Gewehr würcklichen angeloben/ und pro reconventione & expensis auff 100. fl. hoch Vorstand bestellen / innassen er zu thun schuldig/ so ist Beklagter/seines dawider gehanen Vorwendens ungrachter/auff die erhobene Klage sich einzulassen pflichtig/ ic.)

Ic. in causa Otto Gramets contra Christoph Vortmeyern zu Leipzig/ Mensl. April. Anno 1630.

Et in causa Henrich Schlotters contra Hansen und Henrich Elßnern zu Leipzig/ Mensl. Dec. Anno 1623. ( Verba sent. Würde Kläger die gesonne Gewehr der Klagen würcklichen angeloben/ auch vor die expesen und zur Wieder-Klage mit 30. Nebl. bestellen/ innassen er zu thun pflichtig/ so ist Beklagter außerhalb Klage sich einzulassen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Admittitur Cautio juratoriq. si alter pignoribus, vel fidejussoribus satisdare nequeat.*

1 **Q**uid autem, si actor non pignora habeat, nec fidejussores invenire possit? Ne ab agendo in causâ justâ repellatur, ad cautionem juratoriam admittendus est, §. sed bodie. 2. Infl. de satisd. Autb. generaliter C. de Episcop. & Cleric. Novell. 112. c. 2. Ordin. judic. Elect. Saxon. tit. 13. §. da aber die Kläger. Matth. Wels. in parat. ff. qui satisd. cog. n. 10. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. n. 23. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. s. 1. n. 100. & seqq. Et ad cap. dilecti 8. extr. de except. 2 num. 10. Andr. Gail. lib. 1. observ. 148. num. 6. † Non aliter tamen, quam 1. si vita integritate sit conspicuus, probatae existimationis, & non suspectus de fuga, Wosenb. dict. loc. Zanger. dict. c. 21. n. 48. Gail. dict. 3 observ. 148. n. 6. & Coler. dict. c. 11. n. 10. † 2. Ut juret, se nec pignora habere, nec fidejussores idoneos, quamvis summa tam per se, quam per alios adhibita diligentia, reperire potuisse, d. Autb. generaliter C. de Episc. & Cler. Andr. Gail. lib. 2. observ. 47. n. 8. † Quod tamen propter anceps perjurium ita est temperatum, ut non nisi de credulitate actor teneatur jurare, quod nempe credit, se non pignoribus, vel fidejussoribus satisdare posse, dict. Ordin. jud. tit. 14. §. Da aber der Kläger Armuths halber. Matth. Wosenb. in par. ff. qui satisd. cog. num. 10. Coler. ad dict. cap. dilecti 8. extr. d. except. n. 16. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 8. num. 120.

Ita Domini in causa Hansea Dornhofens & confort. contra Honse Rochen zu Niedendorff/ Mensl. Octobr. Anno 1609. ( Verba sententia: Da Kläger schweren würden / daß sie so viel nicht in Vermögen/ glauben auch nicht / daß sie nach angewendeten möglichen Fleiß den geforderten Vorstand mit Gürgen oder Pfänden bestellen können; So würden sie solchen mit ihrem leiblichen Ende zu bestellen billich zugelassen. Da sie nun auch die gesonne Gewehr der Klagen würcklichen angeloben würden/ innassen sie zu thun pflichtig/ so wäre Beklagter/seines gehanen Vorwendens ungeachtet / bey Straffe Ungehorsams auf die erhobene Klage sich einzulassen/ und zu antworten schuldig/ und werden ihm seine angezogene Exceptiones, so viel derselben erheblich / nach geschehener Kriegs-Befestigung zerstörlicher Weise gebührlichen einzutwendem / billich vorbehalten / und ergehet alsdenn darauff / so wohl wegen des gebotenen Vorfalls zum Rechten fernem/was recht ist/ V. R. W.)

It. in causa D. Jacobi Rhodstets contra Johann Bernhard zu Weissensee/Mensl. Sept. Anno 1593.

Et ad requisitionem Senatus Plaviensis, Mensl. Octobr. Anno 1608.

#### DEFINIT. X.

*Non relevat Alterum à cautione juratoria posse bonorum immobilium, extra provinciam situatorum.*

**R**egulariter omnis, qui nec immobilia possidet, nec etiam fidejussoribus vel pignoribus satisdare potest, ad juratoriam cautionem admittitur, Autb. generaliter C. de Episc. & Cler. defin. prece. † Non ergo ad satisdationem juratoriam obstrictus erit, inquires, qui extra provinciam saltem bona possidet immobilia, ut videtur sensisse Jason. in l. 1. ff. qui satisd. cog. num. 25. † Sed non relevat id actorem, quo minus jurare teneatur; cum aliter immunis actor non sit à præstatione satisdationis, quam si in Provinciis Electoral. bona possideat immobilia; propter suspicionem nempe fugæ, supr. Defin. 2. Marant. part. 6. membr. 8. n. 1. & 2. † Quo in casu etiam loquitur textus in l. si fidejussor. 7. §. si necess. 1. ff. qui satisd. cog. & Jaf. allegatus: In solo ergo defectu satisdationis realis, juramentum suspicionem fugæ purgabit, Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 11. n. 102. † Quare Domini putarunt, licet quis in civitate aliquâ, extra Provinciam sita, immobilia possideat, eum tamen à juratoria cautione propterea non liberari, teste Hartm. Pistor. observ. 169.

Ita Domini in causa M. Augusti Ruhls/ contra heredes Baumhoffer Johann Wegers zu Leipzig/ Mensl. Mayo, An. 1635. ( Verba sententia: Das Kläger dem jüngst gegebenen Abschiebe/seines Vorwendens ungeachtet/ folge zu leisten/ auch weil es vor dageholt nicht geschehen/die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung Beklagten zu erstatten schuldig; ehe und zuvor solches geschichtet seynd die Beklagte auf die erhobene Klage sich einzulassen nicht verbunden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat aut facultatibus labatur, satisdare cogitur.*

**N**on facile quis dubitaverit, quin exceptio dilatoria, lite pendente ex facto adversarii superveniens, etiam post litis contestationem opponi possit. Quia causa de novo superveniens novo indiget remedium, Bart. in L. excusantur 2. §. numerum 8. ff. de excusatore. num. 1. per l. 2. C. de confort. ejusd. lit. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 22. num. 27. † Quidni ergo satisdationis exceptio post item contestatam opponi possit ei, qui, licet sub ingressu litis possessionatus: attamen lite pendente possessionem vendiderit, aliove modo facultatibus lapsus fuerit? † Veluti probatur per text. in l. si ab arbitro 10. §. ult. ff. qui satisd. cog. l. sis à quo 3. §. ult. l. seq. ff. ut in poss. legat. k. pratoria 4. ff. de prator. stipul. † Nec minor hic est suspicio fugæ in actore, quam si ab initio statim haud bona possederit; quæ sola ratio exigit satisdationem, Jason. in l. sciendum 15. ff. qui satisd. cogunt. s. 1. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. n. 44. Joh. Monach. in pratt. judic. part. 5. §. 5. de except. c. 4. num. 5. Reinh. Rosa. in addit. ad Dan. Moller. hic num. 19. † Nisi dicendum putaveris, satis consultum esse Reo jure tacite hypothecæ, quæ ab initio litis in bonis actoris immobilibus impetravit; cuius ratione pro recuperandis expensis adversus tertium, etiam possessorem agere valeat, cum Matth. Berlich. part. 1. conclus. 20. num. 31. ubi assertionem nostram ad eum restringit casum, quo res per incendium, ruinam, vel similem calamitatem ita periit, ut amplius in rerum natura non sit. † Statuit nimurum pro certo, Reo competere jus tacite hypothecæ in bonis actoris immobilibus, per l. sciendum 15. §. ult. ff. qui satisd. cog. Quod certe dicere non ausim; cum tacitam hypothecam non nisi expressa legis vel statuti dispositio alicui

alicui tribuat; quippe quod certis tantummodo causis privilegium id hypothecæ, iura introducerint, quod ad causas alios extendere neutquam licet, tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacite contr. Ant. Fab. de error. pragm. decad. t. Error. i. Neguz. de pignor. & membr. 2. part. pr. num. i. † At nullibi Reo jus tacitæ hypothecæ in bonis actoris concessum reperitur, Dan. Moller. bīc num. 4. Jacob. Schult. observat. per tot. Nec enim in dict. l. sciendum 15. §. ult. quicquam de hoc habetur; Cum id solummodo dicatur, non prohiberi actorem litigantem bona sua vendere (salvâ scilicet Reo facultate exigendi satisdationem.) Ex quo nostra opinio magis confirmatur, quam resellitur † Vel dicendum possessorum rerum immobilium ibidem satisdissimiliter nempta cautione expressa, (uti ipsissima verba textus sonant.) Ubi facile concesserim, Reo per alienationem non prejudicari. Quamvis & aliter repondeat Cyn. Alber. & Alex. in dict. l. sciendum 15. ff. qui satisd. cog.

Ita Domini in causa Burchard Kochen contra Johann Steben, ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Januar. Anno 1635.

## DEFINIT. XII.

Actor, qui possessionatus non est, satisdare tenetur, etiam si de bonis feudalibus cum possessore simultaneè sit investitus.

**P**ossessio quidem bonorum immobilium actorem ab onere satisdationis relevat, supr. Defin. 2. † Sed non sola spes possidendi, l. i. §. si impubere 21. ff. de collat. l. nec emptio 8. ff. de contr. empt. l. post emancipationem 6. §. i. ff. de lib. legat. † Ex quo sit, quod simultaneè quoque investitus ad satisdandum sit obstrictus, Reinh. Rosa in addit. ad Dani. Moll. bīc n. 16. Paul. Matth. Wēhner. in obs. præt. verb. Vorstand. in fin. † Nec enim simultanea investitura possessionem realem tribuit. Licet taliter investito jus aliquod firmum atque radicatum in ipso feudo competere contesserim; uti manifestum est ex Ordin. Torgense de An. 1583. tit. welchergestalt die Agnaten und Nitbes Ichneten. vers. jedoch ist solches/ ic. † Quo intuitu etiam ipsi concessa est actio realis revocatoria, ad exemplum Faviane, quam revocantur alienata in fraudem Patroni, l. i. §. 3. ff. si quid in fraud. patron. l. i. & 2. C. si in fraud. pat. alien. fact. fuer. Hartm. Pist. part. 2. quest. 20. num. 26.

Ita Domini in causa Hassel von Röntgen contra heredes Vilhelmi à Herbischdorff, ventilata in Praefecturâ Rochlicensi, Mens. Decembr. Anno 1599.

## DEFINIT. XIII.

Net filiusf. ab onere satisdationis immunitus est, etiam si pater eius bona possideat immobilia.

**N**on certè plus juris habet filius familiæ in bonis paternis, quam simultaneè investitus in bonis feudalibus: Quidni ergò tum quoque, in judicio experiti volentem, ad satisdationem obstrictum dicemus? per text. in l. filiusf. 14. ff. qui satisd. cog. Bartol. in l. sciendum 15. ff. qui satisd. cognit. num. 12. ubi & Jason. num. 24. & seqq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 20. n. 24. & Vinc. Caroc. in tratt. de excuss. bon. 1. part. 2. q. 45. n. 1. & seq. † Nec enim juvare potest filium spes successionis in bonis paternis; quia, quia præmatura est, non attendi debet, l. i. §. si impubere 21. ff. de collat. l. nec emptio 8. ff. de contr. empt. l. post emancipationem 6. §. i. ff. de liber. legat. Cum multa accidere possint, ut filius non sit heres patris; l. naturalis. §. i. ff. de acquis. rer. dom. † Et licet filiusf. videlicet adhuc patre dicatur Dominus bonorum paternorum, l. in suis 11. ff. de liber. & possib. ex quo etiam se

stimum & habitatio patris censetur & stimum & habitatio filii, Gloss. in l. 2. C. qui etat. se excus. Specul. l. 4. part. 3. tit. de Censib. §. sequitur 3. n. 3. † Attamen fit hoc juris saltem fictione, quæ in satisdationis materia locum non habet, arg. l. sciendum 15. §. creditor 2. ff. qui satisd. cog. Matth. Berl. dict. concl. 20. n. 24. in fin.

Ita Domini in causa Philippi Eronhardi contra Samuel Heitwigen zu Leipzig, Mens. Jun. Anno 1618. (Verba sentent. Da Kläger den geforderten Vorstand gebührlichen bestellen würde, umassen ihne seines Vorwends ungetreter zu thun oblieget: So wäre Beklagter auf anderweit vorgehende gebährliche Ladung außerhobene Lage sich einzulassen zu antworten, usw. den Krieg Rechtes zu bestätigen schuldig. V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

Non gravandus est onere satisdationis possessor bona rum immobilium, dicet obesus, aut bona Creditori hypothecata fuerint.

**I**mminis est à cautione praestanda rerum immobilium possessor, quem nullatenus gravari vult hac Const. 5. Quæ satis generaliter loquitur, nec inquiret, utrum bona onere affecta sint, nec ne. † Ex quo infert Dan. Moller. bīc n. n. bona immobilia censeri idonea ac sufficientia ad excludendam satisdationem, etiamsi integrum illorum premium exfolatum haud sit. Et movet me generalitas Sanctionis Electoralis, ut existimem; † nec tūm possessorum bonorum immobilium satisdare teneri, si ære alieno gravatus, aut bona illa hypothecata fuerint affecta. Quod & luculenter probatur per text. in l. sciendum 15. §. si fundum 6. ff. qui satisd. cogunt. † Quod si dixeris, deducto ære alieno bona actoris vix sufficere ad cautionem idoneam; Respondeo, in materia satisdationis non tam valorem, vel idoneitatem bonorum attendi, † quam utrum suspicionem fugæ excludant, quod & hoc casu fieri, non facile dubitandum est, ut eleganter tradit Jason. in dict. l. sciendum 15. num. 1. & 22. ff. d. 4.

Ita Domini in causa Caspari Eberhardi von Hildeheim, Mens. Jan. Anno 1612. (Verba sentent. Ob ihr gleich von eurem Gegenthilf liegenden Hansen Newbolten/Vorstand vor die expens und Wiederlage gefordert/da aber dennoch derselbe des Orts ein unbeweglich Gut eigentlich besitzet; So verbleibt bei er mit angreigem Vorstand/ ungernhet iochrs Gut mit Schulden beschwerer/ billich verschont. Er hat sich aber das mit/daher Bürger des Orts/ alteine davider nicht zu behelfen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XV.

Satisdare non tenetur possessor Rei immobilis, super qui cum alio litigat.

**F**acile quoque hinc est decidere questionem, à Jason in l. sciendum 15. n. 22. ff. qui satisd. cog. motam: utrum nempe possessor rei immobilis, super quæ litigatur, teneatur satisdare? Quam ibidem latè tractat & negative decidit. † Rectissime sanè, si cum tertio quopiam super re illa litigatur, per text. in dict. l. sciendum 15. §. si fundum 6. ff. qui satisd. cog. Et sufficit, rem ab actore possideri, ut maximè onere vel litigio sit gravata, secundum tradita Defin. præced. † Aliud dicendum arbitratur Jason. si possessor cum Reo, satisdationem exigente, super illa ipsa re litiget, qui omnino satisdate tenetur, l. de die 8. §. i. vers. quidam etiam l. Julianus 11. ff. qui satisd. cog. Quod & placet Matth. Berlich. part. 1. concl. 20. n. 39. † Sicut enim quis non potest esse principalis & fidejuslor l. Granus 71. ff. de fidejuss. Ita nec una eademque res poterit esse principalis, & loco satisdationis.

Ita Domini in causa Christiani Richters contra Baumetscher Christian Eilenauer zu Leipzig, Mens. Septembri, Anno 1633.

## DEFINIT. XVI.

*Immunis quoque est ab onere satisdationis possessor annuorum redditum.*

- 1 **S**i queras: num possessor annuorum redditum satisdare cogatur? illud potissimum disceptari videatur: an redditus ejusmodi inter immobilia referantur? Hoc enim si concesseris, eequid dubii restabit, quin ab onere satisdationis immunis sit horum redditum possessor; cum extigi nequeat cautio ab eo, qui possidet immobilia, h. Const. 5. *suprà Defin.* † Expeditum verò est, annuos redditus inter immobilia recenseri; modò hi ad longum tempus debeantur, l. *jubemus nulli 14. C. de SS. Eccles. l. h. c. edictali 6. S. bis illud 1. C. de secund. nupt. Nov. 120. c. 1. Const. Elect. 24. part. 3. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 3. n. 248. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. observ. 10. n. 1. & seqq. Vincent. Caroc. in tract. de excuss. bonor. part. 2. quest. 44. num. 4.*
- 2 † Re&tissimè ergò possessorem annuorum redditum ab onere satisdationis immunem esse statuemus cum Gail. dict. observat. 10. n. 6. Joh. Koppen. decis. 24. n. 4. Caroc. dict. quest. 44. n. 4. Mynsing. cent. 3. observ. 19. n. 3. & seqq. † Quamvis aliter sentiat Dan. Moller. lib. n. 15. quem sequitur Jacob. Schult. observat. 23. n. 4. & seqq.

Ita Domini in causa Hansen Fuchs contra Martin Gröbeln zum Hann. Mens. Apil. Anno 1623. (Verba sent. Dass Kläger mit Bestellung des Vorstandes/ gestalten Sachen nach/weil er unablegliche gewisse jährliche Zinsen zu fordern hat/billig zu verschonen: Würde er nun die gesonnene Gewehr der Klagen würtlichen angeloben/ innassen ihm zu thun ob sieger; So ist Beklagter/ aufs anderwelt vorgehende gebührende Ladung/ aufs erhobene Klage zu antworten/ und item zu contestieren/ auch weil er solches iego in even. um nicht gehan/ Klägern die Unkosten dieses Termins aufs richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Nec satisdare tenetur possessor actionis ad immobilia competenter; Secus vero si competit actio ad res mobiles.*

- 1 **E**adem pariter ratione decidendum: num debitorum nomina, vel actiones possidens, satisdare cogatur? Tota scilicet quæstio in eo posita est: an nomina & actiones inter bona mobilia vel immobilia referantur? † Etsi verò propriè loquendo nomina & actiones tertiam bonorum speciem, à mobilibus & immobilibus separata, constituere censeantur, l. à Divo Pio 15. §. in venditione 2. ff. de re. jud. l. quam Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. Specul. lib. 2. part. 3. sit. de fruct. & interesse §. 1. n. 7. Hart. Pistor. 3 part. 1. quest. 26. n. 1. & seqq. † Attamen in casibus, quibus omnino ad alterutram hatum specierum referriri debent, ut etiam hic accidit, concludunt Interpp. f. t. communiter: † Si nomina & actiones ad res immobiles competant, immobilibus accenseri, Andr. Gail. lib. 2. observat. 17. num. 10. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 3. n. 250. latissimè post alios, quos copiosè allegat Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 3. quest. 124. n. 17. † Ex quo fit, ut si actiones & nomina competant ad immobilia, possessor ejusmodi nominum non teneatur satisdare; sed si competit ad mobilia, Gail. dict. loc. n. 10. Jacob. Schult. pract. observ. 15. Jason. in l. sciendum 15. n. 3. ff. 6 qui satisd. cog. † Videtur siquidem possidere bona immobilia, qui actionem ad ea habet; quia hoc quis in bonis habere dicitur, ad quod habet actionem, l. id apud se 143. ff. de V. S. l. rem in bonis 52. ff. de acquir. rer. domin.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dass Kläger mit Bestellung des Vorstandes/ gestalten Sachen nach/weil er unablegliche gewisse jährliche Zinsen einzumahnen/ so wohl zu unbeweglichen Gütern in diesen Landen rechtmäßige Zusprüche und Anforderung hat/billig zu verschonen/B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Non obstrictus est satisdare Creditor pecunia hereditarie, cuius dies nondum cessit.*

- 1 **A**paret hinc quoque, non gravandum esse onere satisdationis Actorem, qui Creditor est pecunia hereditariae, cuius dies nondum cessit, der unbetragte Erb-Geldere zu fordern. † Quia scilicet ejusmodi nomen habetur pro immobili; ut quod debetur ex bonis immobilibus, Andr. Gail. lib. 2. observat. 11. n. 10. Bartol. in l. potest 18. n. 1. ff. de autor. tutor. Jacob. Thoming. decis. 31. n. 2. † Nempe, quia surrogatum sapientia naturam ejus, cuius in locum surrogatur, l. i. S. b. c. actio 1. ubi Bartol. ff. si quis testam. lib. effe juss. † Accedit, quod ante exsolutionis diem is, cui pecunia hereditaria debetur ex bonis immobilibus, tanquam cohæres jus suum hereditarium, quæ in re illa immobili habebat, atque alter, cui ea res in divisione cessit; Præter hoc jus verò nihil amplius competit, cum etiamsi pecunia promissa sit, nulla tamen ante solutionis diem ei valida sit exactio; ut propterea meritò ante solutionis terminum pro re immobili reputetur, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. l. ist. part. 3. quest. 124. n. 37. Vide infr. part. 3. Const. Elect. 21. defin. 1. † Alia sanè 5 est ratio pecunia hereditariae, cuius dies cessit, desbetagten Erb-Geldes; quia post solutionis diem, ulterioris nil juris cohæredi in bonis immobilibus competit, concessa ei facultate exigendi pecuniam, quæ suæ naturæ mobilis est, Novell. 22. cap. 45. vers. si verò universa. Dan. Moller. lib. 1. semestr. 41. n. 6. † Ergo & ipsum nomen, seu actio ad id competens, pro re mobili reputabitur, juxta tradita Defin. præced. n. 4. Bartol. in l. moventium 93. in fin. ubi & Alciat. n. 3. ff. de V. S. Jac. Schult. dict. loc. n. 17. Vid. infr. part. 3. dict. Const. 21. defin. 4. † Ac proinde Creditor hujus pecuniae, post solutionis diem, ab onere satisdationis haud immunis erit.

Ita Domini in causa Petri Franken & Consortium, contra heredes Christophori Werbigs zu Dieben / Mens. Jul. An. 1619. (Verba sent. Dass Kläger mit dem geforderten Vorstand gestalten Sachen nach/ weil sie nothdürftigen Schein zu den Acken bracht/dass sie im Churfürstenthum Sachsen unbetragte Erb-Geldere zu fordern haben/billig verschonet bleiben/etc.)

## DEFINIT. XIX.

*Possessio rerum mobilium preciosarum, sublevat Alterum à satisdando.*

- 1 **A**nergò nunquam possessio mobilium à satisdando relevabit? Ita quidem dicendum videtur ex hac Const. 5. quæ illum duntaxat Actorem satisdationi eximit, qui in terris Electoratus possessionatus est, h.e. bona immobilia possidet. † Sed non verba Constituentis Illustrissimi captanda sunt; quin potius mens ejus, ac finis Sanctionis hujus intuendus, qui in eo consistit, ne victus Actor è judicio se proripiens, urbeque aut Provinciâ excedens, Reum expensis ac reconvocatione frustretur, Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 36. Defin. 12. n. 1. Jacob. Schult. observat. 19. n. 6. † Quid igitur: si actor preciosâ mobilia possidat, aut magnam negotiationem in tabernis exerceat? Certè hoc casu fugaz suspicionem cessare, putaverim, non minus, quam si Actor immobilia possideret; Cum res mobiles preciosiores nemo tam facile jactare sive donare presumatur, sicuti res viliores, Jul. Clar. in §. donatio quest. 10. n. 3. Andr. Gail. lib. 2. observat. 11. n. 2. Joh. Sichard. lib. 2. conf. 33. n. 19. Coler. de Alim. lib. 1. cap. 11. † Quidni ergo istius generis res mobiles Domino suo satisdandi præstabunt immunitatem, non minus, ac si idem res soli possideret; † præsertim, cum hæc duo possidere immobilia, & possidere mobilia preciosâ, equalia judicentur, l. lex, que 22. C. de administr. tutor. Verbi sentiunt Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 21. num. 1. Schult. dict. obs. 19. König. in processu cap. 46. num. 1. Benev.

Benev. Stracha de mercat. part. 2. n. 25. † Quod tamen rectissimè restringitur ad eum casum, quo possessor mercaturæ, vel rerum preciosarum, est vir frugi, nec suspicione prodigalitatis laborat, à Zanger. dict. cap. 7. n. num. 37. p. est alios, quos allegat. † Eo magis autem ab onere satisdationis sublevabitur Actor, si Reus ipsem et quid mobile aut preciosum Actoris penes se habeat, quod cautionis, sive pignoris loco futurum sit, arg. l. Julianus 13. §. offerri. 8. ff. de act. empt. Anton. 8. Fab. d. defin. 12. n. 2. † Quænam verò res preciosæ minusve præciosæ sint, judicis arbitrio definiendum relinquuntur, ex qualitate scilicet personæ possidentis, Jacob. Schult. dict. observat. 19. n. 13. & 14. ubi meminit, juris quendam Doctorem à satisdando fuisse sublevatum, quod bibliothecam preciosam possideret, nec propter dignitatem in fugæ suspicionem venire potuerat.

Ita Domini in causa Zachariæ Harnischens contra Paul Merthen/ventilatæ in Prætorio Lipsienli, Mens. Nov. An. 1634 (Verba sententia). Das Kläger mit Bestellung des Vorstandes gestalten Sachen nach (possidebat nempe magnam negotiationem sive mercaturam) zu verschonen/und weil er der Klagen Gewehr würtlichen angelobet; So ist Beklagter auff erhobene Klage zu antworten/und den Krieg Rechtem zu befestigen/ auch weil er solches in eventum anizo nicht gethan/Klägern die Uakosten dieses Termins auf unsre Ermäßigung zu erstatzen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Obnoxius quoque non est satisdationi Vasallus  
vel Emphyteuta.*

Possessio bonorum immobilium sublevat Actorum ab onere satisdationis indifferenter, non habito respectu an sint feudalia; an verò allodialia. Quia verba h. Const. 5. generaliter loquuntur, l. 1. §. generaliter, 1. ff. de legat. præst. l. de pretio. 8. ff. de public. in rem att. † Et Vasallus propterea non tenetur satisdare: quia in rofeudali loco Domini habetur; si quidem agendi & excipiendi potestatem habet, c. un. tit. de controv. int. Vasall. & al. de benef. c. un. §. rei 3. autem tit. de invest. de re alien. fact. † Fructusque dominii jure, quod utile vocatur, acquirit, Zaf. de feud. part. 1. n. 3. Borch. de feud. c. 1. n. 13. & seqq. Ut ita resoluto jure possessoris Vasalli, satis cautum sit Reo in fructibus perceptis, aut ex semine rastris subacta prævenientibus. † Quos etiam hæredibus allodialibus, vel Vasallis creditoribus cedere, expeditum est, art. 58. lib. 2. Landr. Const. Elect. 23. in pr. part. 3. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. n. 30. † Similis plane ratio est Emphyteutæ, qui rerum Emphyteuticarum utile dominium habet, l. 1. ff. si ager. vel tig. ac propter ea ab onere satisdationis immunis habetur, l. sciendum. 15. §. 1. vers. sed & qui v. etigalem. ff. qui satisd. cog. † Idque eò magis, quod defunctus bona sua ad heredes quoscunque transmittit jure hereditario, König. in process. cap. 46. §. aber nach dem Gebrauch vers. vel agrum v. etigalem. Zanger. dict. cap. 21. n. 31. vers. Et sanè.

Ita Domini in causa B. K. contra I. S. Mens. Jan. An. 1635.

Et ad requisitionem Praefecti Rochlensis, Mens. April. Anno 1636 (Verba sententia). So mögen doch Klägere/ weil sie im Churfürstenthum Sachsen mit Lehn-Gütern angesessen/ den geforderten Vorstand zu bestellen nicht angehauen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Non tenetur satisdare usufructuarius alicujus fundi  
vel predii in foro Saxonico.*

Usufructuarium ab onere satisdationis haud immunem esse, tradunt Dd. communiter per text. in l. sciendum. 15. §. 1. vers. eum verò ff. qui satisd. cogunt. Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 21. n. 23. Matth. Berlich. part. 1. concl. 20. num. 33. Jacob. Ayrer. in process. 2. part. 1. cap. 10. observ. 3. num. 49. & seqq. † Quod quidem concesserim de jure civili, ubi Reo absque satisdatione non satis videtur prospectum, cum usufructu Carpz. Definit. Vol. I.

finito, fructus pendentes unà cum fundo ad proprietarium transeant, quippe qui sola perceptione usufructuario acquiruntur, §. is verò ad quem 36. Instit. de rer. divisi. l. si. fructuarius 13. ff. quib. mod. ususfr. amit. l. 58. l. seq. §. 1. ff. de ususfr. l. qui scit. 25. §. 1. ff. de ususfr. † At iura Saxonica non perceptionis, sed solius 3 culturæ rationem habent, utrum ager satus & rastris subactus fuerit; volunt nempe, pro labore, mercedis loco, fructus industriales possessori & usufructuario cedere. † Quod jus, per culturam sibi acquisitum, ad 4 heredes vel creditores (quorum in numero Reus quoque esse censetur, l. sciendum. 15. §. ult. ff. qui satisd. cog.) transfert; etiamsi fructus percepti non fuerint Art. 76. & 77. lib. 3. Landr. Zobel. part. 3. differ. 27. n. 1. & 3. Matth. Coler. part. 1. decis. 194. n. 4. & part. 2. decis. 286. num. 104. † Ergo in foro Saxonico Reo videatur plenus consultum, defuncto usufructuario, postquam semen rastris fuit subactum; propter spem fructuum, etiam nondum perceptorum. † Ut proinde in terris Saxonicis usufructuarius onere satisdationis non magis gravandus sit, quam Vasallus; quem non satisdare teneri, dixi Defin. præced. † Ex quo porro sequitur: viduam, possidentem dotalitium à satisdando immunem esse, cum dotalitium ipsi tribuat usumfructum. Vid. infr. part. 3. Const. 32. defin. 4. Hartm. Pistor. part. 2. qu. 24. n. 54. † Sicuti nec maritus, qui fundum uxoris possidet, satisdare tenebitur; quippe in quo jure maritali, in foro Saxonico, usumfructum tenet, & post culturam defunctus, fructus etiam nondum perceptos, ad heredes & creditores transmittit, dict. art. 76. lib. 3. Landr. dict. Constit. Elect. 32. p. 3. ubi vid. Defin. 6. & 7.

Ita Domini in causa Wenceslat Brathers contra Bastian Erslern zu Meissen/Mens. April. An. 1622. (Verba sententia). Würde Kläger beglaubten Schein zu den Acten bringen/dass er sein Gut/ so er anizo besitzt/ entweder für sich selbst/ oder im Namen seines Weibs erkaufte/ und thme also die Fruchtneßlung darauff zustande; So bliebe er mit Bestellung des Vorstandes billich verschont/ und wäre Beklagter/ seines Fürwendens ungeachtet/ auf die angestallte Klage sich einzulassen/ und den Krieg Rechtem zu befestigen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

*Obnoxii quoque sunt satisdationi parentes, qui adversus liberos in judicio expeririuntur.*

Nulli ab onere satisdationis excipiuntur parentes, à quibus æquè liberi, in judicio conventi, jure cautionem pro reconventione & expensis exigunt; ut innuit luculenter text. in l. fiducijsor. 2. §. Pretor. art. 2. ff. quis satisd. cog. ubi Jason. & Bartol. n. 1. † Nec enim reverentia impedimento esse potest, cum ipsi parentes processui juris sese volentes submittant, ac per id in solennia judicij consentiant. † Et habent alias de jure civili personæ hæ privilegium, quod si ne venia nequeant in jus vocari, l. 1. l. 4. ff. de in jus vocand. † Non ergo ulterius quid ipsis indulgendum erit, ne duo privilegia, circa unam eandemque personam, in eadem causa concurrant, Jason. dict. loc.

Ita Domini in causa Hansen Kochens contra filium suum Jacobum Kochen zu Herzwalda/Mens. Julio, Anno 1625. (Verba sententia). Würde Kläger den geforderten Vorstand gebührlichen bestellen/ und die gesuchte Gewähr der Klagen würtlichkeit an geloben/ innassen ihm zu thun oblieget; So ist Beklagter auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*In causis etiam criminalibus ab accusatore satisdatio-*  
*nio exigi potest.*

Etsi poena talionis, & per consequens inscriptio-  
nis solennitas, non modò in foro Saxonico, sed etiam  
ubique terrarum hodie in desuetudinem abierit,  
Bartol. in l. 6. & l. 7. n. 12. ff. de accusat. Jul. Clar. lib.  
5. sent. §. ult. quest. 12. n. 17. Nicol. Reusn. lib. 3. decis.  
18. n. 6. Matth. Wefenb. in parat. ff. de accusat. n. 12. † Ne  
scilij

scilicet metu propriæ salutis, ab accusatione quis defistat, & sic crimina impunita remaneant, contrà ac utilitas Republicæ exigit, Bartol. in dict. l. 7. num. 2. Salycket. in l. 3. n. 4. C. qui accusar. non poss. Felin. in cap. super bis 16. n. 3. extr. de accusat. Egid. Bossi. in 3 tit. de accus. n. 2. † Attamen quin etiamnum hodie accusator de sumptibus litis, & injuria illata satisfactione, perinde ac in causis civilibus, satis dare debeat, si immobilia non possidet, dubium non est, Matth. Wesenb. in parat. ff. de accusat. num. 12. vers. apud nos vero, & in supplem. ad Joh. Schneid. Inst. de 4 satisdat. n. 13. † Idque non modò generalitas b. Const. s. evincit, quæ inter causas criminales & civiles neutquam distinguit; † Sed & quotidiana fori Saxonici obseruantia hoc luculentter probat, ut demonstravi in pract. crimin. part. 3. quest. 106. n. 48. 6 † Non enim Constitutio Carolina, quæ accusatorem custodiæ tradi jubet art. 12. in pr. hodie in foro Saxonico practicatur; sed cautione pecuniariâ, vel satisfactione Reus accusatus contentus esse debet, Chil. 7 König. in proc. dict. cap. 47. † Tantè scilicet, quantum judex fuerit arbitratus, Wel. dict. loc. Licet in ejusmodi causis criminalibus, ob earundem gravitatem, major summa ratione satisfactionis requiratur, quam in civilibus causis, ut dixi pluribus in prax. criminal dict. quest. 106. n. 50. & 51.

Ita Domini in causa Johannis à Möckritz contra Georgium à Nimmig/Mens. Octobr. Anno 1618. (Verba sent. Dass peinlicher Ankläger/wosfern er im selbigen Fürstenthum mit unbeweglichen Gütern nicht besessen / vor allen Dingen den geforderten Vorstand pro reconventione & expensis, und gestalten Sachen nach aufs 100. Thaler hoch zu bestellen schuldig/und ist alsdenn Angeklagter auf erhobene peinliche Klage sich einzulassen pflichtig; Es könnte dann peinlicher Ankläger endlichen erhalten/dass er/über allen angewendeten Fleiß / weder durch Bürgen/ noch Pfänden den Vorstand zu bestellen vermöchte/ auf solchen Fall würde er mit der Juratorischen Cautio billich zugelassen / V. R. W.)

## DEFINIT. XXIV.

*Locum etiam habet satisratio in causâ sive judicio reconventionis.*

- 1 **C**um reconventionis reconventio vix dari queat; nec enim Actor reconventus, Reum quasi tripli cando, iterum reconvenire potest, Hostiens. in summar. extr. de mut. petit. n. 5. Specul. l. 2. part. 1. tit. de reconvent. §. 1. n. 4. Joh. Petr. Molign. in tract. de reconvent. quest. 7. arbitrariutique quis posset, satisfactionem minus recte exigi in causâ reconventionis à Reo, Actorem reconveniente; † quia satisfactionis effectus in eo potissimum consistit, ne Actor se subtrahat Reo, sed in eodem judicio, ac coram eodem judice in casu proposita reconventionis stare promittat, 2 Landr. lib. 2. art. 9. supr. Defin. 1. † Sed non modò de stando ac respondendo in eodem judicio; verum etiam de refundendis expensis & damnis litis, in even 3 tum succumbentiae, satis dare tenetur Actor. † Ita nimis cautio utrumque exigit, ut ratione reconventionis & expensarum securus sit Reus; veluti etiam appellatur Cautio pro reconventione & expensis, Ordin Nov. jud. Elect. Saxon. tit. 13. in pr. b. Const. s. in pr. Vorstand für die Expens und zur Wieder-Klage. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 21. n. 13. Matth. Coler. part. 1. decif. 105. n. 4. & seq. † Quantumvis ergo una satisfactionis ratio in reconventionis causa esset: altera tamen neutquam deficit; cum reconventus etiam Actor de expensis & sumptibus litis securus esse 6 debeat. † Quidni ergo propterea satisfactionis remedio ipsi subveniendum esset?

Ita Domini in causa Jacob Brandis contra Paul Jacob Böhmen zu Leipzig/Mens. April. Anno 1629. (Verba sent. Würde Wiederkläger die gesonnene Gewehr der Wiederklagen würdlichen und actu corporali angeloben/ auch Vorstand vor die Expenzen bestellen/ immassen ihm zu thun oblieget; So wäre Wie-

derkläger auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf die wider ihn erhobene Wiederklage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechters zu befestigen schuldig/V. R. W.)

Et in causa Otto Cramers contra Christophorum Vorst menern zu Leipzig Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Würde Wiederkläger den geforderten Vorstand aufs 100. Flor. hoch bestellen; So wäre Wieder-Kläger auf erhobene Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechters zu befestigen schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Nec non in processibus executivis.*

**F**allunt omnino, qui in processu executivo, ubi agitur ex instrumento, paratam executionem habente, Actorem ab onere satisfactionis eximunt. † Et enim, cum executio parata & summaria non præcludat viam reconventioni, & judicio ordinario; quod instituitur ad informandum processum prioris instantiæ: † ecquis non videt, Creditorem aufgiendo, vel saltem in aliud forum se transferendo, difficilem facere debitori prosecutionem juris? arg. L de pollicitationibus 8. ff. de pollicit. † Quod, ne fiat, 4 impetrator processus executivi omnino tenetur cave re de judicio sisti in casu reconventionis, & de restituendo, quod nunc exigitur, cum refusione expensarum: juxta tradita Matth. Coler. de proc. excus. part. 3. c. 1. n. 65. & part. 4. c. 3. n. 20 Matth. Berlich. part. 1. concl. 20. n. 18. † Quod & diserte approbabit 5 Elector Saxon. Illustrissimus in Ordin. Nov. judic. tit. 6. §. Dieweil aber, vers. wie denn auch eben der Ursachen halben die Kläger in den Gerichten der Sächsischen Lande Vorstand zu bestellen pflegen/ und ditz wollen wir auch auf die Fälle/ wenn man allein auf flare inhabende Brief und Siegel/ Veründge der Landes-Ordnung/Hülße suchen/ hiemit erstrecket haben/ ic.

Ita Domini in causa Pauli Wittgens & Consort. contra vi duam Johannis Baptiztæ zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1630. (Verba sent. Dass Kläger mit Angelobung der Gewehr zu verschonen: Würde er nun seiner Principalen wegen gnugsam Vorstand pro reconventione & expensis bestellen/ immassen er zu thun pflichtig/ so ist Beklagter auf die erhobene Executions Klage sich einzulassen/ zu antworten/ und die producire documenta zu recognosciren/ oder endlichen zu diffidire schuldig/V. R. W.)

Ita in causa M. Mauritii Herzogs contra heredes Theodorici Webers zu Leipzig/Mens. Junio, Anno 1631. (Verba sent. Würde Kläger den geforderten Vorstand gehörlichen bestellen/ immassen ihm zu thun oblieget: So wäre Beklagter auf anderweit gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf die wider ihn erhobene Executions Klage zu antworten/ und die von Kläger producire documenta zu recognosciren/ oder endlichen zu diffidire schuldig/V. R. W.)

Et in causa D. Georgii Kirchhoffs & Consort. contra Petrum Rosinen zu Stauda/ vestitâ in Praefectura Deliciana, Mens. Jan. Anno 1633.

## DEFINIT. XXVI.

*In summario quoque processu Actor satis dare tenetur.*

**A**lia certè ratio haud est summarii processus, in quo reconventio non minus locum habet, ac in processu ordinario, text. in Clem. sep. 2. §. verum quia juxta petitionis formam de V. S. l. sed & ba. 35. §. non solum. 2. ff. de procur. junct. l. 1. ff. de damn. infect. Bartol. in Autb. & consequenter C. de sent. & interloc. n. 13. Matth. Col. de processu execut. part. 4. cap. 3. n. 20. † Ergo & satisratio pro reconventione & expensis, ne Actor eam, aufgiendo, eludat. † Nec est, 3 quod objicere poteris: in summarii causis absque strepitu judicij solâ facti veritate inspectâ procedi, Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 22. Joh. Zanger. de except. part. 1. c. 2. n. 3. † Quia processus summarius 4 tam tumultuarie nunquam est tractandus, ut substantialia processus, saltem jure naturali inducta, (inter quæ reconventionem defensivam, ac sa-

satisfactionem pro reconventione, non male retrule-  
ris) omitti debeant, Bartol. in Extrav. ad reprimen-  
dam in verb. figura. n. 4. Joh. Zanger. dict. c. 2. n. 9.  
Vide quæ dixi supr. Const. Elect. 2. defin. 17.

Ita Domini in causa Simon Johns contra Johann Gutt-  
ser zu Leipzig Mens. Julio Anno 1615. (Verba sent. Da nun  
auch Kläger Schein zu den Acten bringen würde / das er in  
diesen Landen mit unbeweglichen Gütern gesessen : So bliebe  
er mit Bestellung des Vorstandes billich verschont / und mög-  
liche Belagter auf anderweit vorhergehende Ladung zu enthe-  
nen / und außerhobene summarische Klage / seines Fürwobdens  
angesehen / bei Straffungehorsams / sich einzulassen / und ju  
antworten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Non estiam diffamatus, agens in judicio  
diffamatorio.*

¶ **N**on solet peti satisfactionem in matrimoniali proces-  
su, & si petatur, non est necesse, ut præstetur,  
Joach. à Beust. in tract. de sponjal. part. 1. c. 22. vers.  
2 neque etiam satisfactionem. † Pariter nec diffamatus,  
agens in judicio diffamatorio, satisfactionem præ-  
stare obstrictus est, ut benè tradit Bernh. Grav. in  
concl. pratt. concl. 9. consider. 1. n. 5. Matth. Berlich.  
part. 1. conclus. 20. Anton. Hering. de fidejuss. c. 10 n.  
3 130. † Siquidem à solo Actore satisfactionem hæc pro  
reconventione & expensis exigi potest b. Const. 5.  
4 † At diffamatus, in judicio agens diffamatorio, non  
Actoris, sed Rei partes iustinet, Panorm. in cap. si  
quis contra Clericum 4. n. 2. vers. & hoc puto extr.  
de for. comp. Andr. Gail. lib. 1. observ. 9. n. 7 Myn-  
sing. cent. 6. obs. 90. num. 3. Anton. Fab. in Codic.  
lib. 3. tit. 7. defin. 3. Fulv. Pacian. in tract. de pro-  
bat. lib. 2. cap. 56 num. 24. vers. sed in contrarium.  
5 † Noa ergo onere eo, quod actori incumbit, erit  
gravandus.

Ita Domini in causa Christophori Dusels contra Walther  
de Herzog & Consortem zu Leipzig/Mens. August. Anno 1615.  
Ex in causa Hansen Brochhoffe contra Hansen Lautigern zu  
Leipzig/Mens. Nov. Anno 1619.

## DEFINIT. XXVIII.

*Diffamans vero, ad agendum provocatus, satis-  
dare tenetur.*

¶ **S**ed alia est ratio diffamantis, cui ad petitionem  
diffamati, sub poena silentii, necessitas agendi  
fuit imposta; à quo, si actionem instituat, absque  
dubio satisfactionem exigi potest, tanquam ab Actori:  
2 † Nam proposita à diffamante actione, processus il-  
le ex L. diffamari prorsus extinguitur; adeoque no-  
num inchoatus judicium; ubi omnia judiciariai  
processus solennia sunt observanda, Hartm. Pistor.  
part. 4. quæst. 15. n. 6. Blarer. in l. diffamari cap.  
7. num. 13. † Quidni ergo tunc etiam Cautio præ-  
standa esset ab Actori? b. Const. 5. quippe à quo  
etiam guaranda præstatio hoc casu exigi potest,  
4 supr. Const. 4. Defin. 10. † Äquiparantur siqui-  
dem hæc duo: guaranda & satisfactionem, & sub una  
eademque classe ponuntur; ut patet ex traditis Joh.  
Zanger. de except. part. 1. cap. 21.

Ita Domini in causa Hansen Dieterichs contra sein Ehe-  
Weib und Steff. Kinder/ventilata in Prætorio Lipsieni. Mens.  
Febr. Anno 1615. (Verba sent. Würde Kläger den geforderten  
Vorstand bestellen / tunmassen ihm zu thun oblieget / so seyn

Beflagte, dass erhobene Klage bei Straff Ungehorsams sich  
einzulassen/und zu antworten; Und weil sie in eventum solches  
nicht berhan/Klägern die Unkosten dieses Termins auf uns  
re Ermäßigung zu erstatten schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. XXXIX.

*Fiscalis etiam vel Syndicus, nomine plurium ex  
Universitate agens, satisfactionem est  
obnoxius.*

**E**t si possessores rerum immobilium satisfactionem  
non cogantur, b. ac Confit. 5. supr. Defin. 2. At-  
tamen speciale hoc est in pluribus litis confortibus,  
ex communione, vel universitate, ut horum nomi-  
ne Syndicus agens teneatur satisfactionem; licet ipsi  
principales sint possessionati, ut bene tradit Matth.  
Berlich. adductio Scabinorum Lipsiensium Responso,  
part. 1. concil. 20. num. 37. † Scilicet quia inter plu-  
res ex universitate obligatio est divita. Ex quo fit,  
quod Reus non nisi pro ratâ singulos reconvenire  
queat; & sic difficulter experiri cogatur. Merito ergo  
satisfactionem exiget à Syndico, † Cum paria sint, 4  
aliquem nulla immobilia possidere vel possidere qui-  
dem, sed convenienti difficultate esse inidoneum,  
Johan. Zanger. de except. part. 2. c. 21. num. 18. Va-  
lent. Franc. de fidejuss. c. 7. num. 236. & seq. Andr.  
Gail. lib. 2. observ. 27. num. 25. † Celliat tamen 5  
hæc reconveniendi difficultas, si Actores benefi-  
cio divisionis renunciaverint, ac singuli in soli-  
dum se obligaverint; ita ut Reo unum ex illis o-  
mnibus reconvenire fas sit. † Quare hoc casu 6  
onere satisfactionis Actor merito erit immunis, mo-  
nente Berlich. dict. conclus. 20. num. 38.

Ita Domini in causa Christiani Leubels & Consort. contra  
Johann Segern & Consortem zu Coburg/Mens Jun. Anno  
1632. (Verba sententia: Würde Klägnder Fiscal oder Syndicus  
die von Belagten geforderte Caution pro reconventione  
& expensis bestellen/und die Gewehr der Kläger wirtlichen  
angeloben/allermassen ihm zu thun oblieget. So seyn Be-  
flagte außerhobene Klage sich einzulassen/zu antworten/ und  
item zu contestiren schuldig/c.)

## DEFINIT. XXX.

*Nulla exigitur satisfactionem ex parte Rei conventi in-  
foro Saxonico.*

**D**e jure civili non solummodo Actor, pro recon-  
ventione & expensis, sed etiam Reus satisfactionem  
tenetur, se in judicio usque ad finem litis permane-  
rum; siquidem ipsemet compareat, §. sed bodie 2.  
Inst. de satisd. † Aut judicatum soluturum, si pro-  
curatorem constituat, §. si vero aliquis. 4. Inst. cod. tit.  
† Et si Reus absens est, procurator eandem cautio-  
nem, judicatum solvi, præstare debet, §. si vero Reus.  
5. Inst. cod. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 36. defin. 4.  
† Sed in foro Saxonico ex parte Rei conventi satisda-  
tio prorsus ab usu recessit, nec ulla cautio in foro no-  
stro à Reo exigi potest, teste Matth. Coler. de proc.  
execut. part. 3. cap. 11. n. 98. Chil. König. in process. cap.  
46. n. 3. vers. Aber in der Übung.

Ita Domini in causa heredum Balthasar Jenichens zu Mit-  
weida/Mens. April. Anno 1634. (Verba sententia: Seind ihr  
von N. N. im Amt Rochitz belangen worden / Ob ihr nun  
gleich im gedachten Amte / ohne Mittel / mit unbeweglichen  
Gütern nicht angesessen / dahero Kläger von euch Vorstand  
bestellen haben will: Dierweil aber dennoch auf Seiten des  
Belagten die Cautio de iudicio facta & judicatum solvi in den  
Gerichten dieser Lande nicht gebräuchlich/c. So werdet ihr  
auch damit billich verschont / und möget zu Recht darzu nicht  
angehalten werden/V. R. W.)

## CONSTITUTIO VI.

## PARTIS PRIMÆ.

## Von der Exception Spolii.



Ann die Exception Spolii vor der Kriegs-Befestigung fürgewandt soll derhalben nach Ordnung meiner Rechte dieselbige innerhalb sunfzehn Tagen zu beweisen gesprochen und der Sächsische terminus probatorius, der sechs Wochen und drey Tage zu diesem privilegirten Fall nicht angezogen werden.

## DEFINITIONES.

1. *Terminus quindecim dierum, quo spolium est probandum, incipit currere à tempore rei judicata post injunctum probandi onus.*
2. *Sufficit in exceptione spolii probandi, intra terminum quindecim dierum, articulos saltem cum nominibus testium, vel copiis instrumentorum judici offerri, licet probatio non planè absolvatur.*
3. *Exceptio spolii non tantummodo instrumentis, sed etiam testibus probari potest.*
4. *Exceptio spolii etiam contra executionem opponitur.*
5. *Contra instrumentum confessatum opposita exceptio spolii praeceps instrumentis, non testibus probari debet.*

## DEFINIT. I.

*Terminus quindecim dierum, quo spolium est probandum, incipit currere à tempore rei judicata, post injunctum probandi onus.*

1. **E**xceptionem spolii intra quindecim dies probandam esse, non solum in foro Saxonico b. Const. 6. sancitum, Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 18. num. 2. & seq. Aut. Consule. Constit. Saxon. tom. 1. part. 3. quest. 13. & tom. 2 part. 3. quest. 23. † Sed & diu ante jure communis dispositum est, c. 1. de restit. spoliat. in sexto cap. 2. cap. ult. extr. de ordin. cognit. Panorm. in c. cyp. dilectus 2. extr. de ordin. cognit. n. 2. Andr. Gail. lib. 2. observ. 75. num. 1. & seqq. 3 † Nihil ergo novi, inquires, b. Const. 6. præter jus 4 commune constitutum erit? Omnidò sanè: † Est enim de jure Saxonico, terminus probatorius sex septimanarum & trium dierum, Landr. lib. 1. artic. 62. vers. Zeugniß soll man/ic. Const. Elector. 16. part. 1. Intra quod spatium spolii etiam exceptionem probari, existimare posles si non Elector Illustrissimus verbis disertis spolii probationem ad quindecim dies, terminum nempe juris communis, restrinxisset, b. Const. 6. & Ordin. Nov. judic. tit. II. §. Def. 5 gleichen wenn einer. † Planè ex usu Judiciorum nostrorum ab illo demum die incipit currere hic terminus quindecim dierum, quo sententia, in qua Reo probatio spolii injungitur, vires rei judicatae consecuta est: † Aut si litigatores ante decendii exitum sententiam approbent, ex eo tempore, quo hanc suam voluntatem testamat fecerint judici, Dan. Moller. bīc n. 3. Jacob. Schult. pract. observ. 27. n. 7 5. † Quamvis nec Reus per Leuterationem, vel Appellationem tempus hoc circumvenire prohibetur, Moller. bīc. n. 4. Licet aliter sentiat Joh. Zan-

## De Exceptione Spolii.



Xceptionem Spolii ante litem contestatam oppositam, intra quindecim dies, secundum juris communis dispositionem, reus ut probet, jubeatur, nec terminus probatorius juris Saxonici, sex septimanarum & trium dierum, ad casum hunc privilegiatum extendatur.

## DEFINITIONES.

6. *Exceptio spolii post litem contestatam opponi potest, si Reus ejus notitiam antea non habuisse jurare velit.*
7. *Nullus aliis effectus est exceptionis spolii, etiam post litem contestatam opposita, quam ut judicium suspendat.*
8. *Agens de spolio, non habet necesse probare possessionem de tempore spolii, sed sufficit docere, quod aliquando possederit.*
9. *Exceptio spolii non habet locum contra tertium possessorem.*
10. *Exceptionem spolii non licet conscientia Actoris committere.*

ger. dict. cap. 18. n. 2. ubi à die propositæ exceptionis spolii, terminum probationis currere, ait.

Ita Domini in causa Hansen Pfortmanns zum Hayn, Mens Julio, Aano 1615. (Verba sent. Hat Bernhard Heyserler wegen eines Stück Ackers wider euch Klage erhoben/ und ihr habt ihm vor der Kriegs-Befestigung exceptionem spolii opponires: Ob nun wohl solche Exceptio binnen 15. Tagen/ von Zeit an zu rechnen als der Bescheid/ daripnen euch die Beweisung auferlegt/ seine verbindliche Kraft Rech- tens erreicht/ dargethan/ und bewiesen werden soll/ ic.)

## DEFINIT. II.

*Sufficit in exceptione spolii probandi, intra terminum quindecim dierum, articulos saltem cum nominibus testium, vel copiis instrumentorum judici offerri, licet probatio non planè absolvatur.*

**E**xceptionem spolii intra quindecim dierum i spatium probare, jubet Constitutio Pontificia in c. frequens 1. S. sed si in civilibus extr. de restit. spoliat. in sexto. † Ex quo spolii probationem intra hunc terminum plenè absolvvi debere, autumat Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. bīc num. 8. argumentis & rationibus neutquam contemnendis: † Maximè vero, quod si intra quindecim dies, articulos tantum offerre sufficeret, facile Constitutio hæc eluderetur, & negotium ad eam extraheretur morari, quæ alias ordinarie probationi contingere solet: Quod perabsurdum videtur: dum, quod unâ viâ prohibetur, per aliam patesceret, contra l. legem Anastasi 7. in fin. C. de natur. lib. 1. cum quid una 84. de reg. jur. in sexto. † Sed quia negotium hoc facienda probationis tractum successivum continet, neque uno momento expeditur; cum modò articuli conficiantur; modò offerantur; modò judex testes citet, juramento obstringat; modò hunc; modò illum secreto ac separatim examinet, † quin nec in potestate excipientis sit, intra quindecim dies probationem confici; quia judicem haud cogere potest, ut testes intra id tempus recipiat aut exami-

- examinet, Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2.  
 6 num. 25. † durum certè eslet, obligare quemquam ad id, quod non in ejus, sed alterius, & quidem superioris potestate versetur ac planè impossibile videatur, c. nemo potest b. extr. de Reg. jur. in 6to Gloss. in l. si pupilli 6. §. videamus 12. in verb. non habuerit  
 7 ff. de negot. gest. † Cum nec in Constitutione Pontificia expreßè decilum fuerit, an intra spacium illud quindecim dierum finiri debeat probatio:  
 8 † Quidni ergò Constitutionem Pontificiam, & Sanctionem Electoralem b. Const. 6. ita acciperemus, ut satis sit spolii exceptione se defendantem, intra quindecim dies articulos probatorios, unā cum copiis instrumentorum, nominibusque testium offerre, & testes, tūm præsentes, tūm absentes tanquam præsentes, juxta stylum fori, producere, & apud judicem vel Commissarios examen urgere; ut probat multis Jacob. Schult, observ. 28. n. 13. & seqq.  
 † Nam cum iure communi intra ordinarium terminum Saxonum sex septimanarum, triumque dierum idem faciens, officio suo, terminoque probatorio probè defunctus existimetur, Const. Elect. 16.  
 & 17. part. 1. Matth. Col. dict. c. 2. num. 25. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. num. 106. nec ineptè sane in casu præsente, de probatione spolii intra terminum quindecim dierum idem erit äfferendum:  
 10 † Quia novæ Constitutiones ita accipi debent, ut quādam minimum jus commune corrigatur, l. ut gradatè 11. §. eti lege 1. ff. de munere & honor. c. cum dilectus 8. §. caserum extr. de consuet. Jac. Schult. dict. loc. num. 31, † Eaque sententia approbata est à Serenissimo nostro Dn. Electore in Ordin Nov. judic. sit. 11. §. desiggleichen wenn einer. Matth. Berlich. part. 1. concl. 21. n. 89.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch binnen selbigen 15. Tagen die Beweis-Artikel/ zusammen Urkunden und Namen der Zeugen übergeben hättet/ ic. So hättert ihr euch/unangesehen der Beweis nicht alsbald in fester Zeit vollständig verföhret worden/ daran nicht versäumet/ ic.)

Ec in causa Johann Burgmannus Erben contra M. Andream Hirschern in Döllisch/Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sent. Das Belegger an dem ihm zuerkannten Beweis super Exceptione spolii sich noch zur Zeit nicht versäumet. Er ist aber solchen binnen 4. Wochen nochmals bei Verlust desselben vollständig zu verfahren schuldig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. III.

*Exceptio spolii non tantummodo instrumentis, sed etiam testibus probari potest.*

- 1 Tempus quindecim dierum, probandæ exceptioni spolii definitum, procul dubio ad id probationum genus deflectit, quod in continentieri dicimus, juxta tradita Andr. Rauchb. part. 2. q. 25. num. 104. † Quarum ea est natura, ut solummodo per instrumenta, non etiam per testes expediantur. Testibus enim quando utimur, ex intervallo probare dicimus, Nicol. Boër. decis. 295. num. 7. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 17. in fin. Matth. Coler. in c. cum venerabilis 6. n. 69. extr. de except.  
 3 † Ex quo, spolii exceptionem non nisi per instrumenta probari, existimaveris. Veruntamen quod in termino ordinario sex septimanarum, & trium dierum, circa probationem, in continentieri faciendam, receptum est; ut nempe per sola instrumenta fieri debeat, id ad casum præsentem, & terminum 4 quindecim dierum, neutquam extendi debet. † Merito enim ille, qui totas sex septimanas ad probandum adipiscitur; gravari in eo potest, ut testibus supercedeat, solisque instrumentis utatur: Quo tamen onere gravandus non est de spolio excipiens, cui angustius spacium probandi fuit concessum; † Quia-

in uno gravatus, in altero sublevandus est, l. eum qui 30. in pr. ubi Gloss. in verb. probandi ff. de jure jur. † Et quia omnis probatio per testes expediri potest, cur aliud in spolii probatione äfferendum esset, haud certè video, arg. l. sancimus 27. C. de testament. † Quin imò, spolium regulariter etiam per testes probari posse, nemo facile dubitavit, Joseph. Maſcard. de probat. concl. 1320. n. 1. † Præsertim, cum in exercendis litibus eandem vim & autoritatem obtineant testes, quād habent instrumenta, l. in exercendis 15. C. de fid. instrum. Vincent. de Franch. decis. 278. num. 1. † Vide pro hujus sententiæ confirmatione plura, quād congesit Jacob. Schult. observat.  
 29. De quorum veritate minus hodiè dubitandum est, † propter expressam Sanctionem Electoralem, in Ordin. Nov. jud. sit. 11. §. desiggleichen wenn einer in verb. Samnit Namen der Zeugen.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch binnen selbigen 15. Tagen die Beweis-Artikel/ zusammen Urkunden und (dafern ihr per testes Gezeugnis führen wollet/ innassen euch zu thun unbendommen) Namen der Zeugen übergeben hättet/ ic.)

#### DEFINIT. IV.

*Exceptio spolii etiam contra executionem operatur.*

Errant omnino, qui in terris Electoratus Saxonici ex Constitutione Provinciali, contra paratam executionem, quā vel ex confessione debitoris, vel instrumentis liquidis & confessatis conceditur, nullam omnino exceptionem, nisi solutionis & compensationis opponi posse autuant per Ordin. Prov. de Anno 1526. tit. versagt Brief und Stegel. Ordin. Nov. judic. de Anno 1622. tit. 39. §. Wenn aber das Urtheil. † Quomodo enim hæ Constitutiones sint accipiendæ, dicam infra Const. 8. defin. 17. & 26. † Sunt quād plurimas alias exceptiones, 3 etiam in Provinciis Saxoniciis, & terris Electoratus, ad impedientiam paratam executionem validè opponi, docent multis Andr. Rauchb. part. 2. q. 25. num. 102. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. c. 1. num. 47. Matth. Berlich. part. 1. concl. 84. n. 4. & muleis seqq. † Inter has quoque referri potest exceptio 4 spolii, Berl. dict. loc. n. 77. † Quā tanto magis 5 contra instrumentum, sive obligationem confessatam opponi potest, quantò minus ulla litis protractio metuenda est, propter terminum angustum quindecim nempe dierum, probandæ spolii exceptioni determinatum, b. Const. 6.

Ita Domini in causa Hanser Stiedens contra Burkhard Rothen/ventilati in Praetorio Lipsiensi, Mens. Dec. Anno 1634.

#### DEFINIT. V.

*Contra instrumentum confessatum opposita exceptio spolii præcisè instrumentis, non testibus probari debet.*

Hoc tamen speciale est in exceptione spolii, contra instrumentum confessatum opposita, ut præcisè per instrumenta probari debeat, nec admittatur Reus, si testes producere, & per illos exceptiones probare valit: † Quia regulariter exceptiones, ad executionem impedientiam oppositæ, non nisi per Actoris confessionem, vel instrumenta in continentieri probantur. Vid. infr. Const. Elect. 8. definit. 28. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. c. 2. n. 23. & seqq. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 26. n. 117. † Ne icil. Creditor probatione testium, per indirectum ad processum ordinariū remittatur, diuq; super executione suspendatur: Quoniam ad testium probationem perveniri regulariter non potest absque ordine judiciali; putau-

absque libelli editione, litis contestatione, aliisque solennibus, cap. 1. & tot. tit. extr. ut lute non contest.

- 4 L. si quando. 19. C. de testib. + Et quia creditor, ex vi Statuti paratam executionem intentare volens, necesse habet, judici de debito fidem facere, vel per instrumenta, vel per confessionem, nec auditur, si testes producere velit, uti notissimum; æquissimum hinc certe est, debitorem seu Reum in probatione exceptonis ad idem jus obstringi ex natura correlativum.
- 5 Nicol. Everh. in Topic. loc. à Correlat. 20. n. 10. + maximè, cum Actor & Reus circa probationes judicentur ad paria; ita, ut non plus faveri debeat Reo, quam Actori, Matth. Coler. dict. cap. 2. n. 26.

Ita Domini in eadem causa, Mens. Jan. Anno 1635. ( Verba sent. Dass Beklagtens Beweis nach Gelegenheit diffals/weil derselbige wider klare Brief und Siegel den Rechten zuwider / durch Zeugen verföhret werden will/nicht zulässlich/B.R.W.)

#### DEFINIT. VI.

*Exceptio spolii post litem contestatam opponi potest, si Reus ejus notitiam se antea non habuisse jurare velit.*

- 1 **U**nanimis fere est Interpp. opinio, quod exceptio spolii sit dilatoria; cum differat tantum judicium, eumque habeat effectum, ne litigare tenetur Reus conventus, aut respondere Actori, antequam is restitutionem rei spoliata fecerit, Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 18. n. 1. & 2. Andr. Gail. lib. 2. observ. 75. n. 6. Modest. Pistor. vol. 2. consil. 15. n. 170. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 18. n. 21. & observat. 7. n. 1. Dan. Moller. lib. 2. Jacob. Schult. observ. pract. 25. num. 1. & Ex quo sequitur, regulariter spolii exceptionem ante litis contestationem esse opponendam, nec admitti, si lis jam contestata fuerit. Quod & innuere videtur Illustrissimus Saxonie Elector, b. Const. 6. verb. vor der Kriegs-Befestigung. Et in Ordin. Nov. judic. tit. 11. §. desgleichen wenn einer vers. damit gegen der litis contestation. Hartm. Pistor. & Zanger. dict. loc. + Nihilominus quandoque post litem etiam contestatam exceptio spolii validè opponitur, si forte de novo spolium factum proponatur, aut Reus fidem faciat juramento, spolium ante litis contestationem factum, ad ejus notitiam, post judicium acceptum, pervenisse, cap. Pistor. 4. extr. de exc. c. insinuate. 25. extr. de offic. deleg. Joh. Zanger. dict. c. 18. n. 13. Hartm. Pistor. dict. observ. 7. + Siquidem omnibus exceptionibus dilatoriis commune id est, ut, ubi demum à litis contestatione nascantur, aut in notitiam Rei perveniant, possint adhuc in medium afferri; modo juramento suo Reus hoc confirmet, Jacob. Schult. observat. 7. n. 5. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 18. num. 6. 7. & 23. Dan. Moller. lib. 1. semebr. 1. n. 4. & 5.

Ita Domini in causa Hansen Pfortmanns zum Hayn/ Mens. Jul. Anno 1625. ( Verba sent. Dassern ihr schweren mächtet/dass ihr vor der Kriegs-Befestigung von obgedachten Spolio keine Wissenschaft getragen / sondern solches allererst hernach erfahren / auf den Fall waret ihr zu Ausführung dieser Exception in gebührlicher Frist Rechtem / auch nach der Litis - Contestation zulässlichen / und danzt zu hören/ B.R.W.)

#### DEFINIT. VII.

*Nullus alius effectus est exceptionis spolii, etiam post litem contestatam opposite, quam ut judicium suspendat.*

- 1 **R**eus exceptionem spolii opponens, non impe- trat, ut actor ad restituendum condemnetur,

c. cum dilectus 2. §. verum spoliatione extr. de ordin. cogn. Quia qui excipit, nihil petit; & sine petitione regulariter nulla sequi potest condemna- tio, Innoc. in c. veniens 19. vers. quia qui excip. extr. de prescript. Joh. Schult. observat. 25. num. 5. + Sed ut judicium suspendatur, ipseque Reus, priusquam ab actore fuerit restitutus, actioni intentatæ haud respondere teneatur, Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 18. n. 15. Jacob. Schult. observ. 26. n. 12. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 18. num. 18. & seqq. ubi monet Advocatos, ne excipientes de spolio, ad ejus resti- tutionem dirigant conclusionem; sed potius Actori non audiri petant, priusquam Reus plenariè, restitutus sit: + Secus enim si fiat, effectum repul- sivum exceptio hæc habere non poterit, sed ea non obstante, in causâ principali procedere Reus jube- bitur, c. cum dilectus, 2. extr. de ordin. cognit. Zan- ger. dict. c. 18. n. 3. + Idque indifferenter verum est, five ante, five post litis contestationem (si spolium nemp̄ de novo sup̄venerit, vel Reus ejus igno- rantiam jurato indicaverit, Defin. præced.) exceptio spolii opponatur. + Nunquam enim plus efficit, quam ut judicium suspendatur, & Actor ulterius ante restitucionem factam non audiatur, Zanger. dict. cap. 18. n. 14. & 15. Jacob. Schult. dict. observat. 26. num. 13.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Und wann ihr bemeldte exceptionem spolii so dann darthun und erweisen würdet; So waret ihr / ehe denn Kläger euch gebührlichen restituiret / in der Haupt-Sache zu verfahren und zu procedeu nicht schuldig/B.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Agens de spolio non habet necesse, probare possessio- nem de tempore spolii, sed sufficit docere, quod aliquando possede- rit.*

**N**on semper ac indifferenter locum sibi vendicat exceptio spolii: sed plurimi extant casus, in quibus hæc exceptio neutquam admittitur, quos referunt Jac. Schult. observ. pract. 25. num. 16. & seqq. & Matth. Berl. part. 1. concl. 21. num. 45. & seqq. + Non tamen alia deficiunt remedia, quibus spolia- to consultum est; Veluti ex L. si quis in tantum 7. C. Ilnde Vi l. meminerint 6. & fin. C. eod. tit. L. cum à te 7. ff. de vi & vi armat. L. ult. C. de acquir. possess. Pract. Papiens. in formâ libelli, in causa spoliata possess. §. coram vobis num. 5. & seqq. Joh. Schneidew. ad §. 6. vers. sed ex Constitutionibus Inst. de interdict. n. 1. & seqq. Andr. Gail. 2. observat. 75. n. 9. & seqq. Matth. Coler. part. 1. n. 155. + Quin & si non semper excipere liceat de spolio, adverius actionem in- tentatam: attamen de eo agere non prohibebitur Reus. + Quo casu duo extrema pro fundamento five intentionis probare necesse habet, puta: anti- quiorem possessionem suam, & novam conventi spoliatoris, Jac. Menoch. de recip. possess. remed. 15. n. 383. & seq. Matth. de Afflict. decis. 327. num. 2. + Non tamen necessariò requiritur, probari posses- sionem de tempore spolii; cum satis sit, docere, quod aliquando ante spolium possederit, Menoch. dict. loc. n. 386. Alciat. de presumpt. regul. 2. pref. 21. n. 10. Roland. à Valt. lib. 2. consil. 6. n. 36. + Quamvis 6 in spolio rerum mobilium aliud dicendum existi- met Menoch. dict. l. n. 406.

Ita Domini in causa Erici à Wildenhayn in Wildenhayn Mens. Dec. Anno 1616.

## DEFINIT. IX.

*Exceptio spolii non habet locum contraterium possefforem.*

- 1 Competit exceptio spolii Reo spoliato, ejusque heredi & successoribus, arg. l. i. §. hoc interdictum 44. ff. de vi & vi armat. contra cum, qui spoliavit, aut spoliare mandavit; vel saltem spolium ratum habuit, Marant. in process. part. 4. dict. 6. n. 44. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 18. n. 8. Jacob. Schult. obser. 25. n. 11. † Contra heredem tamen aut successorem non datur hæc exceptio, nisi de eo, quod ad ipsum pervenit; aut dolo ejus factum sit, quo minus pervenerit, arg. dict. l. i. §. ult. ff. de vi & vi armat. l. 2. C. Unde vi. 3 Jac. Menoch. de recup. poss. Remed. l. n. 50. & seqq. † Nunquam autem contra Actorem de spolio tertii: Nec enim factum alterius Actori, qui non spoliavit; nec id fieri mandavit, vel ratum habuit, obesse debet, l. si quis suo. 33. §. i. C. de inoff. testam. cap. cum ad se- dem 15. de restit. spoliat. Joh. Zanger. dict. cap. 18. n. 10. 4 Hartm. Pistor. obser. 135. † Quin imo, licet Actor sciens rem illam possideret, non tamen propter hanc scientiam de spolio alterius contra ipsum excipi poterit, Hartman Pistor. dict. obser. 135. num. 4. & seqq. 5 † Quamvis hoc casu sciens teneatur remedio sepe 18. 6 de restit. spoliat. † Nihil siquidem commune habet materia c. sepè. cum quæstione: an & quatenus contra aliquem de spolio excipi posit, ut contra Angel. di- sputat Hart. Pistor. dict. obs. 135. n. 12. † Planè in cri- minalibus causis, spolii exceptionem tertio oppone- re licet, c. frequens. i. extr. de restit. spoliat. in sexto. Jac. Schult. obser. 25. n. 15. Joh. Zanger. dict. cap. 18. n. 10. † Nec non in causis civilibus, solummodo ad executionem impediendam, c. olim vobis. 16. extr. de

rest. spoliat. † Non etiam quoad cognitionem ac defi- nitionem causæ, c. frequens i. de rest. spoliat. Ut sci- te post alios, quos allegat, distinguit Jacob. Schult. dict. obser. 25. n. 12. & 13. Cui assentitur Matth. Berlich. part. 1. concl. 21. n. 71.

Ita Domini in eadem causa, (Verba sentent: Dem jentigen aber so das spolium nicht begangen / unangesehen er in dem Besitz der spolierten Güter befunden wird/ seyd ihr exceptionem spolii zu opponiren nicht schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Exceptionem spolii non licet conscientia Actoris committere.*

Non solum instrumentis, sed & testibus exceptio spolii probari potest supr. Defin. 3. Reservata ta- men Actori reprobatione contra probationem spolii, Ordin. Nov. judic. Elec. Saxon. tit. u. §. Würde auch Klä- gern. vers. oder sich Gegen- Beweises zu gebrauchen. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. hic. n. 7. † Quid autem si Reus probationibus destituatur, annon con- scientia Actoris, exceptionem spolii committere poterit? † Non sanè, ut rectè sentit Reinh. Ros. ad Moll. hic. n. 6. Quia spolium raro, vel nunquam si- ne dolo committitur, Aut. Consult. Conist. Saxon. tom. 3. part. 3. quæst. 2. n. 1. Andr. Gail. de arest. cap. 5. n. 10. † Atqui in casibus, in quibus dolus arguitur, delatio juramenti locum non habet, Dan. Moller. part. 3. Conft. 5. n. 17. & seqq. & part. 4. Conft. 42. n. 14. & seqq.

Ita Domini in causa Hansen Pfortmans zu Hahn/Mense Ju- lie, Anno 1625. (Verba sent. Aber bemeldte exceptionem spo- lii seyd ihr in Klägers Gewissen / Wissenschaft/ und Wohlbe- wußt zu schieben/ und ihm also darüber den End zu deferiren nicht befugt/B. R. W.)

## CONSTITUTIO VII.

## PARTIS PRIMÆ.

In welchen Fällen die Wieder-Klage  
auff Sächsischen Boden nicht  
statt habe?

**M**is gelanget an / welcher Gestalt von etlichen mutwillige Klagen allein zu dem Ende erhaben / damit die Be- klagten an ihren rechtmäßigen Forde- rungen wider die Kläger verhindert/und unter dem Schein auffgehalten werden/als solte zu Sachsen-Recht / ohne Unterscheid verordnet seyn/ wann ein Mann auff einen flaget/ und jener wie- der auff ihn/ daß der / so von erst geklaget/ dem an- dern nicht antworten dörste/er sey denn erst ledig von ihm.

Dietweil wir aber gemeint seyn / einem ieden zu seinen Rechten ohne des Gegen- Parts sonderlich gesuchte vorheilhaftige Verschleißung und Aus- flucht zu helffen/ und die Missbräuche und Miß- verstände/so durch die Partheyen in den Gerichten unter dem Schein des Rechtens eingeführet/so viel möglich/ abzuschaffen/ So ordnen/segen/und wol- len wir/wann die Sache/derowegen die Klage er- hoben/ der andern/ darum der Beklagte seine Wieder - Klage anzustellen vermeynt / an- hängig / und eine aus der andern herstleust/ daß in

In quibus causis reconventio in foro  
Saxonico locum non ha-  
beat?

Ntelligimus quosdam lites aliis, à quibus conveniri metuunt, move- re, nullam aliam ob causam, quam ut eos jus suum persequi cupientes, sub hoc prætextu impedian, qua- si jure Saxonico reconventio indistinctè, ante conventionem finitam locum non ha- beat.

Quia vero jus unicuique suum absque hu- jusmodi captiosâ adversarii tergiversatione, tribui, & abusus sinistrosque legum intelle- ctus, malitia litigatorum sub specie juris in fo- rum in vectos, tolli, quoad ejus fieri potest, cupi- mus: Igitur ordinatus, statuimus, & volu- mus, ut ubi causa institutæ actionis ab al- tera, ob quam Reus Actorem reconvenire cupit, dependet; vel una ex altera origi- nem dicit, reconventio in terris, nobis subjectis, locum non habeat. Idque eò extendimus, ut quamvis Reus, peculia- rem libellum exhibens, causam recon- ven-

solchen Fällen die Wieder-Klage in unsern Landen nicht statt haben / und solches auch dahin verstanden werden soll / obgleich der Beklagte ein sonderlich Libell übergeben / und seine Wieder-Klage unterschiedlich / neben der Klage ausüben wolle / Sondern es soll der Kläger / Verthöge der Sachsischen Rechte / disfalls auf die Wieder-Klage zu antworten nicht schuldig seyn / es habe sich dann zuvor der Beklagte von ihm gebrochen / und sey die Klage der Convention gänzlich geendet / und erörtert / alsdenn soll der Beklagte mit seiner Wieder-Klage gehörig werden.

Wann aber die Sache / darum die Klage erhoben / von den Händeln / der wegen der Beklagte eine andere Klage wider den ersten Kläger anzustellen hat / abgesondert / und die Sachen also einander nicht anhängig seynd / noch eine aus der andern fleußt / auff den Fall / weil es unterschiedene Händel / auch beyderseits Convention und Forderung / für Klage und Wieder-Klage disfalls nicht achten / sondern dieselben beydertheil Conventions-Klagen / eine jede vor ihrem ordentlichen Richter zugelassen werden / und eine die andere nicht irren noch hindern / und nach dieser unserer Constitution und Erklärung in den Schöppenstühlen und Gerichten unserer Lande hinsicht gesprochen / erkannt und geurtheilt werden.

## DEFINITIONES.

1. De jure communi reconventio, cum causa conventionis simul, & pari passu, in eodem judicio, agitari debet.
2. Non admittitur reconventio de jure communi post litem contestatam.
3. Iudex reconventionis, tanquam suspectus, ab Actorre recusari non potest.
4. Reconventio locum habet in iis tantummodo causis, de quibus iudices per modum conventionis cognoscere possant. (cum.
5. Coram arbitris reconventio prorsus non habet locum.
6. Procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri non potest.
7. De jure Saxonico lacum non habet reconventio.
8. Admittitur tamen in foro Saxonico reconventio in causis connexis, sed post finitam demum, & discussam conventionem.
9. Causam connexam, qua ab aliâ dependet; ne quidem separata instantia, & coram alio iudice trattaretur, licet, antequam prima conventione fuerit finita.
10. Cause separatae, per modum conventionis, coram iudice competente conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit.
11. Connexa dicuntur cause, que ex eodem contractu, instrumento aut fundamento nascuntur.
12. Arbitrio iudicis quandoque relinquitur, quenam causa dicantur connexa.
13. In causis injuriarum connexis reconveniens ante finitam conventionem, usque ad litis contestationem inclusivè agere valeat.
14. Reconveniens Actorum injuriarum ante finitam conventionem, quâ se injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem.
15. In causa reconventionis non potest Actor declinare forum, ex eo, quod nondum finitâ conventione distinet à lite.

### DEFINIT. I.

De jure communi reconventio, cum causa conventionis simul, & pari passu, in eodem judicio, agitari debet.

**R**econventio (qua non exceptio, sed actio, mutuaque petitio dicitur, sit. decr. de mutatis petit. & cum Papinianus. 14. junct. Aub. Et consequenter. C.

ventionis separatim unâ cum conventione persequi velit: tamen nec isto casu, secundum juris Saxonici dispositionem libello illi, ut respondeat, Actor cogendus sit, antequam Reus ab eo se expedierit, vel liberaverit, & conventionis causa prorsus sit finita. Tum enim demum reconventioni locum dari mandamus.

Quod si verò causa conventionis diversa est à causâ reconventionis, nec altera ab altera dependet, vel ex illa originem habet, tum, quia diversæ ejusmodi causæ, & mutuæ petitiones pro conventione & reconventione habendæ non sunt, uterque conventionem suam coram competente iudice instituere volens audiatur, nec altera alteram impedit, idque Scabinatus & iudicia terrarum nostrarum in judicando & respondendo volumus, ut observent.

beyderseits Convention und Forderung / für Klage und Wieder-Klage disfalls nicht achten / sondern dieselben beydertheil Conventions-Klagen / eine jede vor ihrem ordentlichen Richter zugelassen werden / und eine die andere nicht irren noch hindern / und nach dieser unserer Constitution und Erklärung in den Schöppenstühlen und Gerichten unserer Lande hinsicht gesprochen / erkannt und geurtheilt werden.

## DEFINITIONES.

16. Factum demum executione sententie, conventionis causa dicitur finita.
17. Actor reconvenitus non potest retardare processum, propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit.
18. Reconveniens Actorum non potest pecuniam, in quam primo Actori fuerat condemnatus, depositam arristare.
19. Nisi Actor reconvenitus sit peregrinus, vel nulla possebat immobilia, in qua reconventionis executio fieri possit.
20. In causis connexis semper est locus preventioni.
21. Exceptio preventionis non potest opponi Actori, qui propter exceptionem fori declinacionem in alio iudicio ab instantia fuit absolvitus.
22. Per supplicationem, Principi oblaram, non inducitur litis pendentia.
23. Duobus simul actiones suas proponentibus preventio judicis arbitrio est decernenda.
24. In causis etiam executivis & summaris locus est reconstructioni.
25. Obinet quoque reconventio in causis illiquidis.
26. Reservatio processus Ordinarii, coram iudice facta, non inducit preventionem.
27. Ex l. diffamari, agitur coram iudice diffamati.
28. Antequam processus diffamatorius decernatur, summae saltus probanda est diffamatio.
29. Ex l. si contendat. ff. de fidejussi provocare licet Actorum ad agendum, etiamsi nulla processerit diffamatio.
30. Ex l. diffamari, vel etiam ex l. si contendat, non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionale, vel in diem pretendentium, antequam conditio extiterit, vel dies venerit.

de sent. & interl. omn. judic. Ant. Fab. in Cod. lib. 1. tit.

1. defn. 6. n. 5.) nihil aliud est, quam rei conventi ad versus Actorum, durante conventionis iudicio, sub eodem iudice instituta, parique passu agitata actio, c. ex literis. 1. in fin. expr. de mut. petij. Giseb. de reconvent. c. 4. n. 3. † Cujus originem & naturam describit Jac. Schult. obseru. pract. 30. † Ita namque differentia specifica, & quasi essentia reconventionis con-

consilii, ut rite eum actor conventione actoris terminetur, & lites amputentur, ut patet ex Ordin. Camer. part. 3. tit. 30. Specul. de reconv. §. nunc dicimus 2. num. 11. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 384. Natta consil. 155. n. 2. Mynsing. cent. 1. obser. 10. n. 1. † Ex quo proficit: 1. Diversas causas ventilari posse in judicio conventionis & reconventionis; Nam omnem causam reconventione persequi licet, modo non reperiatur nominatum prohibita, l. præses 1. §. ult. ff. de var. & extr. cognit. Specul. dict. loc. Jac. Schult. dict. obser. 30. n. 14. Andr. Gail. lib. 1. obser. 1. n. 57. & obser. 35. n. 11. Mynsing. cent. 2. obser. 57. 5 n. 7. Nicol. Reusn. lib. 2. consil. 9. † 2. Simul ac pari passu ambo judicia agitari, ex natura correlativorum, quæ ita sunt co[n]nexa, ut inter se pari passu & ordine 6 conjunctim procedere debeant; † Ita tamen, ut conventionis Actoris, cœu primi & principalis litigatoris, per singulas judicij partes primo loco, mox reconventoris negotium tractatur, & tandem utrumque unam definiatur sententia, ut post Hen. Göden. consil. 33. n. 7. 10. declarat Jacob. Schult. dict. obser. 30. n. 5. † 3. In eodem quoque judicio, ac coram judice eodem, utramque ventilari causam: Siquidem Actor reconventus non potest uti exceptione incompetentiæ, aut jus domicilii allegare, l. qui non cogitur 22. ff. de judic. l. 11. §. 1. ff. de jurisd. L. Lucius 38. in pr. ff. mandat. l. 1. §. ult. ff. de extr. cognit. l. 14. junct. Autb. seq. C. de sent. & in 8 terl. omn-judic. † Potissimum enim reconventionis effectus est, quod apud eundem judicem, & in eadem instantiæ agitur, Anton. Fab. dict. defin. 6. n. 10. & 11. Joh. Zanger. dict. c. 1. n. 375. Matth. Coler. part. 1. decis. 102. n. 1. Jac. Thoming. decis. 16. n. 1. & seqq.

Ita Domini in causa Senatus zu Königsberg & Johann Humpolitsch Klägern und Wieder-Bellagten an einem contra VVernerum à Balken Bellagten und Wieder-Klägern andern Theils/ ventilata in Electorali Brandenburgica, zu Cöstrin/Mens. Aug. Anno 1632.

## DEFINIT. II.

*Non admittitur reconventio de jure communi post item contestatam.*

1 **S**tatim ante litis contestationem institui debet reconventio; Qui etiam in continentia post item contestatam, & responsonem ad libellum actoris factam, tenetur respondere Actor reconventus, cap. 1. exir. de mut. petit. Novell. 96. cap. 2. Autb. & consequent. 2. C. de sent. & interlocut. † Idque ex natura reconventionis, quæ vult, utrumque negotium conventionis & reconventionis simul tractari, dict. cap. 1. 3 dict. Nov. 69. cap. 2. † Ac post litis contestationem ulterioris reconventio non admittitur, Anton. Fab. in Codic. lib. 3 tit. 1. defin. 25. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. num. 383. & seqq. Matth. Coler. part. 1. decis. 102. n. 1. Felin in cap. 1. exir. de mut. petit. num. 2. Jac. Thoming. decis. 6. num. 4. & seqq. † Ne quidem tūm, si facta saltem contestatio præcesserit: putā ex contumacia Rei, item contestari nolentis, aut non comparentis; Quia idem efficit facta contestatio, quod vera operatur, l. 1. §. pen. ff. de acq. possess. l. certe & §. 1. ff. de prec. l. un. C. de rei uxor. att. Anton. Fab. dict. defin. 25. n. 3. 6 † Et ne alioqui per contumaciam melior conditio fiat, quæ deterior potius fieri deberet, l. si plures 33. ff. de admin. & peric. tutor. l. quid autem 35. ff. de excus. tutor.

Ita Domini in eadem c. us. (Verba sententia. Dass Bellagter und Wieder-Kläger / seines Fürwends ungetachet/ auf Kläger und Wieder-Bellagter artculirte Injurien-Klage sich einzulassen/ und item zu contestiren/ und singulariter singulis ohne einzigen Anhang durch das Wort: Glaub wahr / oder nicht wahr sein/ zu antworten schuldig. Inmassen auch Klägere und Wieder-Bellagte auf Bellagten und Wieder-Klägers erhobene artculirte Klage singulariter singulis durch das Wort: Glaube wahr / oder nicht wahr / zu antworten und den Krieg Rechtens zu bestitigen schuldig/ darauff in der Sachen ferner ergehet / was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Judex reconventionis, sanguam suspectus, ab actore recusari non potest.*

Proprius reconventionis effectus est, ut Actor coram eodem judice teneatur respondere reconvenienti Reo, apud quem ipmet Reum antea conveniat; licet aliás judex iste Actori competens non sit, l. cum Papinianus 14. Autb. & consequenter C. de sent. & interl. omn. judic. † Scilicet quia in judicem istum 2 consensile, eumque approbasse videtur Dd. in l. 1. ff. de judic. & in l. 1. C. de jurisdict. omn. judic Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 1. defin. 29. n. 3. † Ex quo fit, quod 3 reconventus postea eum tanquam suspectum nequeat recusare. † Aequissimum namq; est, ut cuius in agendo 4 Actor observat arbitriū, hunc & contra se judicem in eodem esse negotio patiatur, dict. l. cū Papinianus 14. in fin. C. de sent. & interl. omn. judic. Jac. Schult obser. 38.

Ita Domini in causa Martin Schelhausers zu Brandenburg/Mens. Dec. Anno 1628. (Verba sententia. Habt ihr Annen Meierin wegen einer Schuld-Forderung/damit sie euch verhaftet/in Anspruch genommen / wogegen sie euch zu reconventire genauer. Ob nun wohl der Reconvention Art und Eigenschaft ist/dass der Kläger dem Bellagten für den Richter / für welchem er ihn belangt/hinwiederum zu Recht stehen muss/dieselben auch/als suspectum zu recusiren/nicht berechtiget/ ic.)

## DEFINIT. IV.

*Reconvencio locū habet in iis tantummodo causis, de quibus judices per modū conventionis cognoscere possunt.*

**N**atura ergo reconventionis Actorem exceptione incompetentiae uti prohibet, l. cum Papinianus 14. cū Autb. seq. C. de sent. & interl. omn. judic. l. si idem 11. §. 1. de jurisdict. c. 1. de mut. petit. (Quamvis aliter sentiat Anton. Faber. 20. conject. 5. 6. & 7. refutatus propteræ à Reinhard. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 1. diss. 25. tb 31. lit. a.) † Quod tamen eatenus verum est, quatenus idem judex per modum conventionis de causâ, quæ per modum reconventionis in judicium deducitur, cognoscere queat, Specul. lib. 2. part. 1. tit. de reconvent. §. nunc dicimus n. 9. Wurmser. lib. 1. obser. 1. tit. 12. obser. 5. n. 3. Joh. Zang. de except. part. 2. c. 1. n. 378. & seqq. † Cæteroquin, si in tali causâ nulla ejus sit jurisdiction, supra jurisdictionem suam in reconventionis judicio jus diceret, quod facere non potest, l. ult. ff. de jurisdict. † Nec movet, quod actor per modum conventionis in judicem consecrat, ut dixi Defin. preced. Siquidem ut consensus ille quid efficiat, requiritur ex parte judicis facultas de causâ cognoscendi: Alias sanè in causâ illâ judex pro privato habetur, l. ult. ff. de offic. Prefect. urb. † In quem privati jurisdictionem, quam aliás non habet, conferre nequeunt, l. 3. C. de jurisdict. Joh. Zanger. dict. c. 1. n. 378. † Ergo si ego te coram tuo judice competente exempto, aliave causâ convenientiam, tu me Vasallum Titi in causâ feudali coram eodem judice reconvenire nequis, Andr. Gail. lib. 1. obser. 40. n. 6. Zanger dict. loc. n. 381. † Idemq; dicendum, si conventus corem judice laico, in causâ matrimonii Actorem coram eodem judice reconvenire vellet, qui certè audiendus non est, Zanger. dict. cap. 1. n. 379. † Quod & assertum de causis decimarum, juris patronatus, fractæ pacis, aliisque exemptis, quæ nec per modum conventionis coram eo judice tractari queunt, Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 12. Zanger. dict. num 379 Matth. Berlich. part. 1. concl. 22. n. 24.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Da es aber dennoch euern Andeuten nach/mit der reconvention diese Beschaffenheit hat / dass darinnen causa matrimonialis getrieben würde / deren cognitione allein dem judici Ecclesiastico zustehet/ und derjenige Richter/für welchem ihr obgedachte Marien Meierin belangt / in solchen Sachen zu erkennen nicht befugt wär/ ic. So hätte auch die reconvention, gestalten Sachen nach/ nicht statt/V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Coram arbitris, reconventio prorsus non habet locum.*

- N**on sufficit, jurisdictionem judicis, ratione causæ vel rei, qua reconventione continetur, esse fundatam: sed & judicem habere jurisdictionem oportet, ad hoc, ut reconventio validè instituatur. † Ut sic duo ad reconventionem necessariò requirantur: Primò facultas de causa illa cognoscendi, *Defin. preced.* † Deinde jurisdictione ordinaria, vel ad instantiam, etiā solius Actoris, ab Ordinario delegata, *arg. l. cum Papinianus 14. C. de sent. & interl. omn. judic.* Marant. *in Spec. part. 4. dict. 6. quest. 2. n. 13. & 18. Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 1. n. 370.* † Ideoq; coram arbitris reconventio prorsus non habet locum: Cum arbitri judicare non possint, nisi de his tantum, super quibus in eos extitit compromissum, *c. cum dilectus 6. extr. de arbitr.* Joh. Petr. Mologn. *de reconvent. quest. 22. Marant. dict. loc. Matth. Berlich. part. 1. concl. 22. n. 43.* † Quod tamen accipive lim de arbitris, communi consensu partium datis; Secùs est in arbitrio juris, ex necessitate Statuti electo, qui ordinariam jurisdictionem habet à lege, Joh. Zanger. *cap. 1. n. 377. Berlich. dict. loc. n. 44. Joh. Petr. Mologn. de reconvent. quest. 23.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dg aber dennoch derjenige Richter/für welchem ihr obgedachte MarienMeinerin behanget / allein zu dieser Sachen per modum compromissi von euch/und Gegenheit zu einem Schiedsmane erlieset worden/ sonst aber für sich keine jurisdiction und Botmäßigkeit hätte/ ic So hätte auch die Reconvention gestalten Sachen nach nicht statt/V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri non potest.*

- U**trumque igitur, si in judice reconventionis concurrat, jurisdictione nempe, *Definit. preced.* & facultas de causâ reconventionis cognoscendi, *Defin. 4.* non habet ulterius Actor, quod de incompetentiâ excipiat, sed validè reconvenitur in eo judicio, ubi actionem instituit, *l. cum Papinianus 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interl. omn. judic. c. 1. & 2. de mut. petit.* † Non solum quando est laicus, sed etiam clericus, Bartol. *in dict. Auth. & consequenter n. 15. Joh. Petr. Mologn. in tract. de Reconv. quest. 32. Specul. l. 2. part. 1. tit. de reconv. §. 3. nunc agamus 2. n. 7.* † Sed procurator, qui nomine alterius agit, de proprio debito reconveniri nequit. Quia reconventio non habet locum, nisi contra agentem nomine suo, Joh. Petr. Mologn. *de reconvent. quest. 4. 17.* † Quod & ad tutorem vel curatorem, nomine pupilli vel minoris agentem, rectissimè extendit Matth. Berl. *part. 1. concl. 21. n. 13.*

Ita Domini in causa Christian Wagner's contra Stephan Reibolden zu Berlin/Mensl. Octob. An. 16. 8. (Verba sent. Dg. Wiederbeleger vor dieser Instanz mit Erstattung der Unkosten aufdrückterliche Erhöhung billich entzünden / und Wiederbeleger gestalten Sachen nach an Wiederbeleger's ordentliche Obrigkeit mit seiner Klage verwiesen wird. V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*De jure Saxonico locum non habet reconventio.*

- M**ultum quondam disceptatum fuit, an de jure Saxonum locum haberet reconventio? Variè ac diversimodè sentientibus hâc de re Interpp. juris Saxonici; ut videre est apud Dan. Moller. *bic n. 3. Matth. Berlich. part. 1. concl. 21. n. 2 & seqq. Aut. Consult. Constit. Saxon. tom. 1. part. 3. quest. 21. n. 2. & tom. 2. part. 3. quest. 26. 2. † Sed clara est dispositio juris Saxonici in artic. 12. lib. 3. Landr. ubi disertis verbis statuitur, si quis aliquem conveniat, & Reus vicissim Actorē reconvenire intendat: Actorē non teneri respondere libello reconventionis, nisi prius ab actione institutâ reus se expedierit, *in verb.* Welcher Mann auff einen klaget / und jener wieder auff ihn/der vorerst klaget / darf dem andern nicht antworten/er sei denn erst ledig von ihm. † Ex quo reconventionem de jure Saxonico penitus esse prohibitam, infero*

cum Matth. Welsonb. *in parat. ff. de compensat. n. 9. stat. fin.* Chil. König. *in proc. c. 60. n. 1. Jac. Schult. observ. 31.* Joh. Zang. *de except. part. 2 c. 1. n. 385. Matth. Coler. part. 1. decis. 102. n. 2. & seqq.* † Nec movet, quod scriptum alibi legitur in jure Saxonico: ubi quis aliquem convenierit, ibidem quoq; licet eum reconveniri posse *dict.* art. 61 lib. 1. Landr. art. 79. lib. 3. Landr. art. 28. §. Denn wo der Mann in Weichbild. *ubi Gloss. n. 3.* † Nam omnia illa juris Saxonici capita ita sunt accipienda, ut Actor coram judice Rei conventi respondere quidem teneatur petitioni mutua, sed finita demum actione. Ut hâc saltem ratione privilegium reconventionis obtineat, coramq; eodem judice mutua rei petitio adversus Actorem pertractetur, non etiam, ut pari passu judicij conventionis, & reconventio simul exerceatur, & terminetur Jac. Schult. *dict. observ. 13. n. 23. vide defin. seq.*

Ita Domini in causa Hansen Laubenheims contra Siegmund Strachen zu Gutten/Mensl. April Anno 1635.

## DEFINIT. VIII.

*Admittitur tamen in foro Saxonico Reconventio in causis connexis, sed post finitam demum & discussam conventionem.*

**N**unquam ne ergo in foro Saxonico hodiè locum habebit reconventio? Obloquitur certè art. 61. in pr. l. 1. Landr. & art. 79. lib. 3. Landr. art. 28. §. Denn wo der Mann in Weichbild. In quibus expressè dicitur, ubi quis aliquem convenierit, ibidem quoque licet eum reconveniri posse. † Non tamen igitur moribus, quād ex juris Saxonici interpretatione in foro Saxonico hodiè est receptum, ut in causis saltem connexis admittatur reconventionis; Post conventionem demum finitam & discussam b. *Const. 7. §. dieveil wir aber vers. So ordnen/sezen/und wollen wir. junct. vers. fin.* Sondern es soll der Kläger/ Vermöge der Sächsis Rechte/ ic. ubi Dan. Moller. n. 3. Ord. Nov. judic. tit. 6. in pr. Joh. Zang. *de except. part. 2 c. 1. n. 385. & seqq. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 19. n. 8. Matth. Coler. part. 1. decis. 1b2.* † Duo nimurum requiruntur ad hoc, ut in foro Saxonico reconventio obtineat: Primò ut causæ sint connexæ, utaq; ex aliâ originem trahat; Quia ad eas tantummodo causas, quæ ab invicem dependent, reconventionis nomen accommodari, vult Sanctio Electoralis b. *Const. 7. dict. vers. So ordnen/sezen/ & dict. tit. 6.* † Secundò: Nec reconventionis causa statim in primordio litis proponatur, & unâ cum causâ conventionis decidatur: sed demum post finitam, & discussam conventionem, b. *Const. 7. dict. vers.* Sondern es soll: *In verb.* Es habe sich dann zuvor der Beklagte von ihm gebrochen/und sei die Klage der Convention gänzlich geendet. *dict. tit. 6. vers.* Sondern der Kläger/ ic. † Idque non solum in Provinciis Electoratus Saxonici; sed etiam iis in locis, quæ extra territorium quidem Electoratus ac Ducatum Saxoniz sunt: justamen Saxonicum usū receperunt, observari, testis est Jacob. Schult. *observat. 32. n. 4.* † Sed dixeris, modus hic Saxonius ipsam reconventionis naturam prorsus excessit; quippe quæ in eo consistit, ut pari passu judicii unâ cum conventione exerceatur, & terminetur; Unde & mutua dicitur actio seu petitio, *tit. decret. de mut. petit. l. cum Papinianus 14. junct. Auth. seq. C. de sent. & interloc. omn. judic.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6. n. 5.* Jac. Schult. *observat. 30. n. 2.* † Concesserim equidem hoc; Nihilominus effectus reconventionis adhuc superest etiam in foro Saxonico; nimurum, ut conventione finitâ, Actor coram eodem judice teneatur respondere reconvenienti Reo, apud quem ipsem Reum antea convenerat; licet alias judex iste Actori competens non sit, *dict. l. 14. & Auth. seq. C. de sent. & interloc. omn. judic.* † Prout diserte sancitum in Ordin. Proc. judic. *tit. 7. §.* Dieveil aber vers. So soll auch dasselbe also in acht genommen/ und des.

derwegen der Kläger/ man re gleich sonst für uns nicht dingstellig wäre/ iedoch nach geender Convention, auf die Reconvention-Klage in denen Sachen / welche einander verwandt/ für denselben Gerichte sich einzulassen und zu antworten schuldig seyn/ sc. Dan. Moller. bīc n. 8. ubi idem ex verbis b. Constit. 7. per argumentum à contrario sensu desumptum probat.

Ita Domini in causa Christiani Babelens contra Margarethen Jenschin & Consortes zu Dresden/Mens. Nov. Anno 1633 (Verba sent. Dass Wieder-Beklagte/ibres Fürwendens ungeachtet/ auff die erhobene Reconvention-Klage/ weil sich die Haupt-Sache/ daraus diese herleist/ nunmehr geendet/ben Straffe Ungehorsams sich einzulassen/und zu antworten/und weil sie solches vor nicht gethan/Wieder-Klägern die Un Kosten vorigen und iezigen Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatzen schuldig/V. R. W.)

Item in causa Hansen Boners & Consortium contra Gebeon Haneman zu Leipzig/Mens. Aug. Anno 1598.

Et in causa Hansen Laubenthalis contra Siegmund Strachen zu Guten/Mens. April. Anno 1635.

#### DEFINIT. IX.

*Causam connexam, que ab aliâ dependet, ne quidem separata instantia, & coram alio judge tractare licet, antequam prima conventionis fuerit finita.*

- 1 **I**n solis ergo causis connexis mores Saxonici reconventionem admittunt, post conventionem tamen finitam, *Defin. preced.* † Sed annon in novâ ac separata instantia, coram alio judge, Actori competente, causam illam connexam pariter cum primâ conventionis causa, ex quâ ea profluit, tractare, ac discutere licebit? Ita forsitan existimabis, si Reus Actorem non in eâdem, sed in diversâ ac separata instantia, & coram alio judge reconvenire velit. † Quia nempe hæc propriè reconventio non est, *l. 14. cum Autb. seq. C. de sent. & interl. omn. judic.* † Et ita jus Saxonum intellegi debet, ut quām minimum correctio juris communis inducatur, juxta tradita Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 6. lit. A.* & Jacob. Schult. *observ. 31. n. 5. & seqq.*
- 2 † At nunquam in judicando hæc restrictio fuit observata, sed obtinuit hactenus, vel saltem consuetudine, ut in causis connexis, quibus reconventio ante finitam conventionem prohibetur, non admittatur reconveniens ante causam conventionis discussam, etiam si reconventionis sive actionem separata instantia, peculiari libello, & coram alio judge persequi velit, *rest. Moller. bīc num. 4. Jac. Schult. observ. 32. n. 3.*
- 3 † Quin & clara est de hoc Sanctio Electoralis *b. Constit. 7. §. Dieweil wir aber vers. ob gleich der Beklagte ein sonberlich Libell übergeben/und seine Wiederklage unterschiedlich neben der Klage ausüben wollte. † Impedire scilicet voluit Elector Illustrissimus omnem confusionem, quæ ex conjuncta illa tractatione causarum connexarum oriri posset.*

Ita Domini in causa des Rathes zu Eisleben contra Daniel Meuselin in der Grafschaft Mansfeld/ Mens. Mart. Anno 1597. (Verba sent. Dieweil Beklagter der angezogenen litis pendentz halber sich auf die Hoff-Gerichts-Acta gezogen; So ist er aus dem Ober-Hoff-Gerichte zu Leipzig/derselben vollständliche glaubwürdige Abschafften innerhalb Sachsis. Frist zu diesen Acten zu bringen schuldig/darauf alsdenn in der Sachen fernher ergehet/ was recht ist/V. R. W.)

Et in causa Caspar Boners contra Hansen Trotten zu Meiningen/Mens. Aug. Anno 1598. ( Verba sent. Dass Beklagte auf erhobene Klage noch zur Zeit/ehe und zuvor die Haupt-Sache/ daraus diese Klage herleist/ihre Endschafft erreicht/sich einzulassen nicht schuldig/V.R.W.)

#### DEFINIT. X.

*Causa separate per modum conventionis, coram judge competente, conjunctim possunt agitari, nec una alteram impedit.*

- 1 **A**lia verò est ratio actionum, ex causis planè diuersis & separatis, nihilque commune habentis

bus descendantium, quæ in foro etiam Saxonico simul & conjunctim in judicio proponi & agitari possunt, ita ut una alteram non impedit, nec processus prætextu alterius suspendatur, *b. Constit. 7. §. wann aber die Sache. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 1. n. 388. Matth. Berlich. part. 1. concl. 21. n. 7. Jacob. Schult. observ. 32. n. 2.* † Ergo si ego equum abs te ex vendito, tu viuum ex mutuo à me petas: utraque actio simul, ab initio & intentari & expediri poterit, ita ut minimè processus unius ab altera impediatur. † Attamen non iure reconventionis, sed in modum conventionis actiones, hæc separatae tractantur. † Ex quo fit, quod utraque coram judge Rei competente, sive in uno codemque, sive in diversis judiciis expediti debeat, *dīct. 5. wann aber die Sache. vers. Auff den Fall. Zanger. dīct. cap. 1. num. 388.* † Cessante enim reconventione, cessat quoque effodus reconventionis; qui in eo consistit, ut Actor reconventus in codem judicio, non queat uti exceptione incompetentiæ, aut jus domicilii allegare, *l. cum Papinianus 14. junct. Autb. seq. C. de sent. & interl. omn. judic. l. qui non cogitur 22. ff. de judic. l. si idem 11. §. 1. ff. de jurisdict.*

Ita Domini in causa Elisabetha Scheibens contra Jobst Avenbeck zu Leipzig/Mens. April. Anno 1632 (Verba sent. Dass Beklagter/seines Fürwendens ungeachtet/aufserhobene Klage sich einzulassen/zu antworten/und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig / V. R. W.)

It. in causa Jacob Stephans contra Hansen Finsingern zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1624.

Et in causa heredum Valentini Geisslers contra Thomam Lebzeltern/Mens. Octobr. Anno 1627.

#### DEFINIT. XI.

*Connexa dicuntur cause, que ex eodem contractus instrumento aut fundamento nascuntur.*

**C**um ergo in causis tantummodo connexis reconventionio Saxonica locum habeat, ita nempe, ut conventione demum finita reconventio coram judge eodem instituatur, *supra Defin. 8.* Utique probè nosse oportet, quānam causa dicantur connexa? † Quas verbis paucissimis describit Constit. Elector. *b. 7. die einander anhängig/ und eine aus der andern herleist.* Obscurè sane hoc dictum, cum aequè videatur ignotum, quānam causa ab altera dependeat; ut videre est apud Jacob. Menoch. *de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 95. n. 8.* † Sed nervosè id explicat Joh. Zanger. causas appellantes connexas, & ab invicem dependentes, quæ ex eadem specie contractus, vel ex eodem instrumento ac fundamento hascuntur, *in tract. de except. part. 2. c. 1. num. 387.* † Respicit nempe ad contractus, ex quibus duplex oritur actio: Directa, & contraria, ut sunt contractus commodati, pignoris depositi, mandati, tutelæ, tot. tit. ff. commod. vel contr. tit. ff. de pignor. abb. vel contr. tit. ff. depositi vel contr. tit. ff. mandati vel contr. tit. ff. de tutel. & rat. dist. junct. tit. ff. de contr. tutel. abb. † Nam si actione directa in judicio agatur, contraria actio in modum reconventionis, antequam directa ad finem esset perducta, intentari non potest. † Idemque judicium est de actionibus locati-conducti, & de actionibus empti & venditi, tot. tit. ff. locati-conducti tot. tit. ff. empti & venditi. Ut pluribus declarant Joh. Zang. *dīct. loc. n. 387. Jacob. Schult. obs. 32. n. 1.*

Ita Domini in consultationem questoris Plaviensis, Mens. Dec. Anno 1629. ( Verba sent. Hat Rudolph von Geilsdorff wider Joachim Reibolden aus einem um das Gut Guttentag Anno 1613. geschlossenen Kauf-Contract Klage erhoben/und gesucht/dass der von R:ibold bescheinigen solle/welcher Gesetz er dem Contract mit Erlegung des Kauf-Geldes einige Gnade gehabt/hingegen Joachim Reibold wider Rudolphen von Geils-

dorff ex eodem instrumento super venditionis contractu aufgerichtet/ geklaget / daß ihre Inhalts desselben die traditio des Guts nicht geschehen/um also probatione ad impleri contractus gesuchet. Ob ihr nun wohl in denen Gedanken stehe / daß beyde Klagen zugleich statt haben / und eine die andere nicht hindern möge; Dieweil aber dennoch eine Klage aus der andern herstellt/und beyde ihren Ursprung aus einem contract und instrumento erlanget ; So hat auch die andere Klage/bis so lange die erste erörtert / zugleich nicht statt ; Sondern es ist der von Reibold auf des von Geilsdorff Klage seine rechtliche Nothdurft excipiendo vorzubringen schuldig/B. R. W.)

DEFINIT. XII.

*Arbitrio judicis quandoque relinquitur, quenam causa dicantur connexa.*

- 1 **P**otest nihilominus fieri, ut causæ aliquæ sint connexæ, quæ tamen ex eodem contractu, aut instrumento haud nascantur; ut sunt causæ continentes, de quibus multa tradidit Petr. Frider. in tract. de Contin. caus. c. 6. Fulv. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap. 26. & seqq. Quas & disertè Conf. b. 7. comprehensas voluit Serenissimus noster Dr. Elector in Ordin. Process. judic. tit. 6. in pr. in verb. In Sachen/ die einander anhangig/aus einander stiesen/oder sonst
- 2 Verwandt haben / vt. † Hæ, cum certa regulâ definiri nequeant, verissimè scriptis Alciat. confil. b. 7.n. n. allegatus à Dan. Moller. hic n. 6. arbitrio judicantis committendum esse , quenam causæ connexæ &
- 3 continentis dicantur ; † Cum tanta de eo in jure nostro videatur nata obscuritas, ut quæ connexa dicenda sint, quodammodo ignoretur , Moller. dict. loc. ubi etiam refert ex Roberto Lancellot. tunc causas intelligi connexas , quando sententia lata in una, parit exceptionem rei judicatae in alia.

Ita Domini in causa Anna Haasin contra Marthen Viduam Christophori von Rotheleben/Mens. Martio Anno 1616. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Hauptfache/ daraus solche allein Ansehen nach herstellt/ noch zur Zeit nicht erörtert ; So mögert ihr auch mit dieser eurer Klage/ ehe und zuvor die Hauptfache gänzlich gefendet/ und ihr euch von der Klägerin entbunden/nicht gehöret noch zugelassen werden/ B. R. W.)

DEFINIT. XIII.

*In causis injuriarum connexis reconveniens ante finitam conventionem, usque ad litis contestationem inclusivè agere valet.*

- 1 **I**cet in foro Saxonico reconventio ante finitam conventionem non admittatur , Defin. 8. Attamen in causis injuriarum connexis, una ex altera descendente ( quo casu tantummodo reconventio locum habet in foro Saxonico , dict. defin. 8. ) hoc specialiter receptum est : † ut Reus conventus Actorem injuriarum conveniens, ante finitam etiam conventionem usque ad litis contestationem inclusivè procedere valeat, Ordin. Process. jud. Elect. Saxon. tit. 6. in fin. vers. zu Injurien-Sachen aber/da eine von der andern dependiret/bis auf die Litis-Contestation , dadurch actio injuriarum perpetuaret wird/inclusivè verfahren/ und so denn der Process bis nach Erörterung der Hauptfache suspendiret werden. Cujus specialitatis ratio duplex dari potest : † i. Ne propter instantiæ moram injuriarum reconventio præscriptione annali consipiatur: Siquidem actio injuriarum annalis est, l. si non convicii. s. C. de injur. art. 31. in fin. & ibi Gloss. lib. 3. Landr. Const. Elect. 46. part. 4. Jacob. Schult. ob-servat. 35. num. 1. † Ergo & reconventio injuriarum, quæ & ipsa actio est, l. 14. junct. Autb. seq. C. de sent. & interlocut. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6.
- 5 n. 5. † 2. Ut reconventio injuriarum perpetuetur. Quia defuncto injuriante ante litis contestationem, heredes postea conveniri nequeunt, §. 1. ubi Johan. Schneidew. Inst. de perp. & tempor. action. Quae ratio etiam ab Illustrissimo Electore exprimitur dict. Ordin. judic. proc. tit. 6. in fin.

Ita Domini in causa Otto Gramers contra Christophorum Bortmeyern zu Leipzig/Mens. April. Anno 1630. (Verba sent.

Würde Wieder-Kläger den geforderten Vorstand auss 100. Flor. hoch bestellen/müssen ihm zu thun oblieget : So ist Wieder-Kläger auf die erhobene Injurien-Klage sich einzulassen/ zu antworten/und den Krieg Rechtes zu festigen schuldig / und wird so dann der Proces bis nach Erörterung der Hauptfache suspendiret/B. R. W.)

DEFINIT. XIV.

*Reconveniens Actorem injuriarum ante finitam conventionem, quæ se injuriatum contendit, non admittitur ad litis contestationem.*

**C**onventus actione injuriarum ex verbis contumeliosis, quæ adversus Actorem evotuisse dicebatur, falsa contumeliam prolatam sibi imputari contendebat : ac proinde injuriæ affectus, Actorem injuriarum reconvenire intentabat, petens, ut durante conventione saltem ad litis contestationem admitteretur, juxta Sanctionem Electoralem, in Ordin. process. judic. tit. 6. de quæ dixi Definit. præced. † Quem non audiendum, ante conventionem injuriarum finitam, judicarunt Domini: Non, quod reconventionio injuriarum haud ipsi competenteret; † cum negari nequeat, injuriarum teneri eum, qui alium in judicio, falsa criminis vel injuriarum accusatione instituta, vexaverit, argum. l. injuriarum 13. S. si quis per injuriarum 3. & l. item apud 15. S. si quis libello 29. ff. de injur. Johann. Harppr. ad §. injuria autem 1. Inst. de injur. † Nec enim ad actionem injuriarum quis profiliere debet, nisi injurias objectas probare poterit, arg. l. qui accusare 4. C. de edend. & l. ult. C. deprob. 2. & 3. † Sed quia ante conventionem finitam nondum causa reconventionis nata erat; cum lite nondum peracta, Reus injuriæ se cohortum, certò asserere non poterat: † Quid enim si Actor injuriarum actionem intentatam probasset? Quare nec hoc casu præscriptio reconventionis injuriarum, ceu nondum natæ, Reo metuenda erat; † Ut vel propterea etiam litis contestationem suspendi, usque ad exitum conventionis, rectissimè Domini putabant. † Cum & alias 8 Reus, alicujus criminis accusatus, lite pendente, accusatorem reaccusare nequeat, C. neganda 3. quest. ii. l. neganda 19. C. qui accusar. non poss.

Ita Domini in causa Joachim Auckermanns contra Johann Siebern/ventilata coram Senatu Lipsiensis, Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sent. Das die angestalte Injurien-Klage noch zur Zeit nicht statt hat/B. R. W.)

DEFINIT. XV.

*In causa reconventionis non potest Actor declinare forum, ex eo, quod nondū finita conventione desistit à lite.*

**C**erti juris est, quod Actor coram eodem judice tenetur respondere reconvenienti Reo, apud quem ipsem Reum antea convenerat; nec licet ei declinare forum, propterea, quod alias judex sibi competens non sit, l. qui non cogitur 22. ff. de judic. l. Lucius 38. in pr. ff. mandat. l. cum Papinianus 14. junct. Autb. seq. C. de sene. & interl. omn. judic. † Rationem si quereras, dico Actorem semel in judicem illum consensile, eumque omnino approbabisse; quem propterea in causâ reconventionis haud absque injuriæ reeusabit, Dd. in l. 1. ff. de judic. & in l. 1. C. de jurisdict. omn. judic. Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 1. defin. 30. n. 3. † Ergo si conventio. ne nondum finitâ à lite desistat, consensum, inquires, revocasse censebitur! Non certè. † Quod enim semel placuit, amplius non potest displicere; nec judicio, per litis contestationem contracto, invitâ alterâ parte, obligationi initæ renunciare licet, l. sicut s. C. de obligat. & action. † Non ergo habet Actor quo reconventus coram eodem judice, forum declinare poterit.

\* Ita Domini in causa Walpurgen Spiegelin contra Christophorum à Rosenau zu Frankenhausen/Mens. Nov. Anno 1607. (Verba sent. Das Beklagter/seines gethanen Fürwendens ungeachtet/sich auss die wider ihn erhobene Klage einzulassen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Facta demum executione sententia, conventionis causa dicitur finita.*

- 1 **R**econventioni in foro Saxonico locus non est, nisi finita conventione b. Const. 7. §. dieweil wir aber, circa fin. vers. Es habe sich dann zuvor der Beklagte von ihm gebrochen/ und sei die Klage der Convention gänzlich geendet/und erötert. Supr. Defin. 8. Ubi
- 2 non immerito dubitaveris: † quando causa conventionis finita videri debeat, ut reconventioni locus detur? Poterat enim haud improbabiliter dici, sententia definitivè prolatà, causam censeri terminatam; quia tunc judex penitus suo officio defunctus est; Lss. ff. de re judic. Matth. Berl. part. 1. concl. 22. n. 55. ubi multis
- 3 argumentis hanc sententiam stabilire conatur. † Sed cum effectu id accipi debet, ita, ut executus quoque sit judex sententiam suam: vel alteri executionem.
- 4 demandarit, c. in litteris 9. extr. de off. delegat. † Reclius itaque sentit post Wesenbec. quem allegat Dan. Moller. bsc n. 20. nempè, tum demum vere finitam, dici conventionem, ubi sententia definitiva executio demandata, & Actori realiter satisfactum fuerit.
- 5 † Nihil enim ipsa per se sententia utilitatis haberet, nisi & executio ejus sequatur, Gloss. in rubr. C. de exec. rei judic. & text. in c. cum aliquibus 6. extr. de sent. & re judic. Jacob. Schult. observ. 37. num. 5.
- 6 † Quod & verbis disertis approbat Serenissimus Saxoniz Elector in Ord. process. judic. tit. 6. in fin. princip. Es habe sich dann der Beklagte von ihm entbrochen/und sei die Convention-Klage durch würdliche völ. lige Zahlung/ unaugbare Compensation oder andere Satisfaction gänzlich erledigt.

Ita Domini in causa Adam Brosemans contra Margarethen Sachsen zu Leipzig/ Mensl. Novembr. Anno 1626. ( Verba sent. Würde Kläger gnugsamem Schein zu den Acten bringen/dass er sich von Beklagten Weibes Zusprüchen/und Klage durch würdliche Zahlung gänzlich entbrochen: So wäre Beklagter aufs anhertwirt vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und aufs angefallene Reconvention-Klage/bey Straße Ungehorsams/sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. A. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Actor reconventus non potest retardare processum, propter non factam refusionem expensarum litis, si eas in conventionis libello non petierit.*

- 1 **Q**uid autem, si reus, de certo aliquo debito contentious & convictus, facta executione ac debito soluto; ante refusionem expensarum Actorem reconvenire velit? † Sanè, si in conventionis libello litis expensæ petitæ, exque Actori adjudicatae fuerint, ante harum restitutioñem Reum haud esse audiendum, quivis facilimè concesserit; Quia finita lis dici non potest, antequam Reus judicato in totum satisficerit, Ordin. Process. judic. tit. 6. in fin. pr. verb. und sei die Convention-Klage durch würdliche völ. lige Zahlung gänzlich erledigt/uc. † At si Actor sumptus litis non petiverit in conventionis libello, nec de iis quicquam judex in sententiâ dixerit, non habet, quo processum reconventionis propter non factam refusionem expressam, in libello conventionis expressam determinaverit? I. qualem 19. § dicere 1. ff. de recept. qui arbitr. Ant. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 4. num. 1. † Finito autem conventionis processu per satisfactionem judicati, reconventionem etiam in foro Saxonico locum habere, expeditum est, b. Const. 7. Defin. præced.

Ita Domini in eadem causa Christiani Zablers contra Margarethen Jeuschin zu Dresden/ Mensl. Novembr Anno 1633. ( Verba sentent. Das Wieder-Beklagte ihres Fürwendens ungeachtet/auff die Reconvention-Klage/bey Straße Ungehorsams/sich einzulassen und zu antworten schuldig/uc.)

Et in causa Christophori Schwendendorffers contra Hieronymi Schmiedens Eheweib/ Mensl. Jun. Anno 1635.

## DEFINIT. XVIII.

*Reconveniens Actorem non potest pecuniam, in quam primo fuerat Actori condemnatus, depositam arrestare.*

- 1 **C**um ex Const. bsc 7. in foro Saxonico haud aliter locus sit reconventioni: nisi prior conventionis causa in universum finita sit & terminata vers. Es habe sich dann † firmiter inferre hinc licet, non admit. tendam reconventionem, si Reus pecuniam, in quam fuerat condemnatus, depositam in judicio arrestaverit, ut rectè concludunt Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 114. n. 7. & seqq. & Matth. Col. part. 2. decis. 273. n. 7. † Non enim Reus dicitur liberatus, antequam solverit summam, in condemnationem deductam; aut aliter de voluntate Actoris ipsi satisficerit, l. si rem 9. §. 3. omnis pecunia ff. de pignor. act. † Nec satisfacit condemnatus judicato, qui illud non solvit, sed deponit penes judicem, Coler. dict. decis. 275. n. 4. † Et certè si aliter diceretur, metuendum est, nunquam Actorem consecuturum esse pecuniam, in quam Reus ei fuit condemnatus: cum semper queat fingere litem, & faciliere negotium primo Actori; Et sic uniū litis terminatio, esset alterius litigii initium, contra l. si se non obralit 4. §. condemnatum 6. in fin. ff. de re judic. junct. l. terminato 3. C. de fruct. & lit. exp. † Idque hodie clarè decisum in Ordin. Proc. jud. tit. 6. In verb. Durch würdliche völ. lige Zahlung/unlaugbare Compensation, oder andere Satisfaction gänzlich erledigt. junct. 5. seq. Es wäre dann.

Ita Domini in causa VVilhelmi Eberlini zu Freyberg/ Mensl. Februar. Anno 1632. ( Verba sent. Seyd ihr von Matthes Verhmann wegen 100. Flor. Gerichtlichen belangen/ ihm auch dieselbe zu zahlen/ durch eingeholtes Urteil euch auferlegt worden. Ob nun wohl gedachter Verhmann euch hiewiderum mit Schulden verhaftet/ deswegen ihr vorbemeldte 100. Flor. in Gerichten zu deponiren und zu verarrestiren/ darauf auch eure Reconvention Klage anzustellen gehennet seyd/uc. So mögt ihr euch doch der würdlichen Auszahlung dadurch nicht entbrechen/sondern ihr seyd dieselbe/vermöge des versprochenen Urheils/mehrheitem Verhmann zu leisten schuldig/ und ehe und zuvor dasselbe geschickt/mag er sich auf die Reconvention-Klage einzulassen nicht angehalten werden/uc.)

## DEFINIT. XIX.

*Nisi Actor reconventus sit peregrinus, vel nulla possedat immobilia, in qua reconventionis executio fieri possit.*

- 1 **N**olo tamen hoc aliter accipi, quām si Actor reconventus possessionatus fuerit, aut satisdatiōnem ante præstiterit; quā Reo in causa reconventionis prospectum esse potest. Ceteroquin si satisdatio haud præstata, nec tamen actor possessionatus, vel peregrinus fuerit, † Reus pecuniam illam, in quam condemnatus est, tutò in judicio potest deponere. Quam Actor reconventus ad se recipere prohibetur, priusquam sufficientem cautionem de solvendo in casum succumbentia præstiterit, Modest. Pistor. part. 3. quæst. 114. n. 6. Matth. Berlich. part. 1. concl. 22. n. 60. † Veluti etiam sanctum à Serenissimo Saxoniz Electore in Ordin. Process. jud. tit. 6. Es wäre dann. † Modò Reus probables saltem causas, se nec calumniosè Actoris vexandi causâ depositionem exigere, deducat, simulque libellum reconventionis

nis statim offerat, dict. §. Es wäre dann, vers. und daß er seinen Gegenthilf/rc.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß Mathes Verhmann ausländisch oder sonst unbegütert wäre/auss den Fall wäret ihr offgedachte 100. Flor. zu depositen wohl besugt/ und es möchten ihme dieselbe/ ehe und zuvor er gnugsame Vorstand de solvendo bestellet/ aus dem deposito nicht gefolget werden/B. R. W.)

Et in causa Jobst Avenbecks zu Leipzig/Mens. Decembr. Anno 1635. (Verba sentent. Da nun Hans Scheibe in diesen Landen mit unbeweglichen Gütern nicht angeessen / und ihr in continueati so viel beibringen könnet/das es um obberührte eure Gegenfoderung dermassen beschaffen/das sich Hans Scheibe davon füglich nicht entbrechen möchte / und also einer Suchen zu einiger Verzögerung/dadurch euren Gegenthilf calunniösse aufzuhalten / nicht angesehen/ie. So werden obberührte 300. Flor. von euch in das Depositum genommen/und tarinnen/bis so lange Hans Scheibe auf gleichmäßige Posten Caution bestellet/Gerichtliches bittlich behalten/B.R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*In causis connexis semper est locus præventionis.*

- 1 **C**um in foro Saxonico causas connexas inter litigatores simul ac conjunctim tractare non licet, ne quidem in judiciis diversis ac separatis, *supr. Defin. 9.* multum certè nosse conductit, quænam causa alteri sit præferenda? Ubi unanimis est Dd. sententia: † præventioni locum dari; ita, ut causa ejus sit primò tractanda, qui alterum prævenit, nec ante discussionem ac litem finitam alter audiri debeat, *Jacob. Schult. observ. 34. num. 1.* *Dan. Moller. bsc. n. 4.* *Joh. Zang. de except. part. 2. cap. 1. n. 385.* † Sunt enim jura vigilantibus scripta; ac potior est causa ejus, qui primum litigare incipit, *arg. l. si quis postea quam 7. & l. 30. ff. de judic. l. Senatus consulto 5. in fin. C. qui accusat. non poss. cap. proposuisti 19. extr. de for. compet. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 3. n. 2. & 3.* *Andr. Gail. lib. 1. observ. 29. n. 5.* *Felin. in cap. exceptionem 12. num. 41. de except.*

Ita Domini in causa Hansen Knoblochs contra Caspar Engelharden zu Gremberg/Mens. Aug. Anno 1618. (Verba sentent. Dieweil Beklagter mit seiner Klage Klägerin vorkommen/ und also die Prævention erlanget: So ist Kläger / gestalten Sachen nach/sich darauff noch zur Zeit einzulassen nicht schuldig/ B. R. W.)

Et in causa viduæ D. Pauli Ealenbergers contra Herman Hütten/Mens. Mayo Anno 1616. (Verba sentent. Das Beklagter die vorgesuchte Prævention und litis pendentz durch die producire Acta, wie recht / nicht bebracht/deroregeu ist er über erhabene Klage sich einzulassen / zu antworten / und den Krieg Rechtems zu befestigen schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Exceptio preventionis non potest opponi Actori, qui propter exceptionem fori declinatoriam in alio iudicio ab instantia fuit absolutus.*

- 1 **I**nducitur autem præventione per citationem; quæ Reo insinuatæ, tutus est Actor, quo minus ab ipso reconveniatur, *l. si quis postea 7. ff. de judic. c. proposuisti 19. extr. de for. compet. c. cum plures 8. extr. de offic. delegat. in sexto. Andr. Gail. lib. 1. obs. 11. n. 1.* *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 21. num. 3. & 7.* † Quod tamen non aliter accipiendum, quæam si citatio à judice competente fuerit impetrata. † Cæteroquin si Reus citatus Jurisdictioni illius haud sit subjectus, ullam præventionem metuere non habet. † Idque multò minus, si propter exceptionem incompetentiæ oppositam ab instantiâ jam fuerit absolutus; Quò casu, totus in eo iudicio processus institutus perimitur & annullatur; ad coque & ipsa citatio *supr. Const. 3. Defin. 16.* † Nunquam enim inducitur præventione, nisi coram eo judice, qui competentem in Reum habet jurisdictionem, *Jacob. Schult. observ. 34. n. 2.* *Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 3. n. 5.* & *12. Andr. Gail. lib. 1. observ. 11. num. 1.*

Ita Domini in causa heredum Johannis Bevers contra Meien Großmann zu Leipzig/Mens. Martio Anno 1635. (Verba sent. Das Beklagte / ihres Fürwendens ungeachtet/auff erhöhte Klage sich einzulassen/und die producire obligation zu recognoscire schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Per supplicationem, Principi oblatam, non inducitur litis pendentia.*

**S**cribit Christoph. Zobel. in addit. ad art. 12. lit. b. lib. 3. *¶* **L**andr. supplicationē, Principi & Præsidi Provinciæ oblatam, litis pendentiam inducere, ita, ut alter, contra quæ supplicatiū sit, teconvenire supplicatiem non possit, priusquā à causā ventum sit, ob quam contra eum supplicatiū fuerat. † Quod ipsi conceiserim, si unā cum supplicatione offeratur libellus, actionem continens, & simulprocessus petatur. Quod & sensisse videtur Joh. Zang. de except. part. 2. c. 1. n. 385. & Jac. Schult. observ. 34. num. 5. † Cæteroquin per solam supplicantis querelam, præventionem litis induci, tantum abest, ut de mente etiam supplicantis, an in processu litigare velit, certò constare nequeat. † Et metuendum, quod si aliter diceretur, facillimè huic Constitutioni Electorali fraus fieri posset, ut animadvertisit Dan. Moll. bsc. num. 7.

Ita Domini in causa David Schnabels contra Andream Rambachen / ventilatā in Prætorio Lipsiensi, Mens. Decemb. Anno 1616. (Verba sent. Nunuehr aus den Acten allenthalben so viel zu finden / das Beklagte auf den andern Klager Punct/wegen nicht Erfüllung des Contracts sich einzulassen/ zu antworten/und den Krieg Rechtems zu befestigen schuldig/ B. R. W.)

Et in causa Philippi Prudens/Mens. Dec. Anno 1593.

#### DEFINIT. XXIII.

*Duobus simul actiones suas proponentibus preventio iudicis arbitrio est decernenda.*

**C**itatio ergo, vel etiam libelli oblatio præventionem facit, *Defin. 21. & 22.* † Sed quid si ambo litigatores simul suas actiones apud judicem proponant, & libellum offerant? Non improbabiliter tūm judex dubitat, utrum ex his admittere ad agendum debeat; cum utriusque pariter dare locum haud possit. † Ex sorte rem decidere jubet Ulpian. in l. 14. ff. de judic. Ibi: Sed cum ambo adjudicium provocant, sorte res discerni solent. Speculat. lib. 2. part. 1. tit. de petit. & possit. S. sciendum igitur est n. 2. † Sicut & plerique alia sorti committuntur, l. 5. ff. fam. ericis. l. 3. in pr. C. Comm. de legat. l. generaliter 24. §. quid ergo 17. ff. de fideic. libert. l. 2. C. quand. & quib. quarta pars lib. 10. Autem Fab. in Codic. lib. 3. tit. 25. defin. 2. n. 1. † Sed in foro Saxonico arbitrio iudicis est relictum, utri ex litigatoribus, actiones suas simul in iudicio proponentibus, deferre, & gratificari velit, per text. in art. 61. §. flagrare sic anch zur gleich. lib. 1. Landr. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 19. num. 8. *Dan. Moller. bsc. num. 5.* *Matth. Coler. part. 1. decis. 102. num. 4.* & in cap. pastoralis 4. extr. de except. n. 23. *Jac. Schult. observ. 33. n. 5.* *Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 1. n. 385.* † Quod tamen arbitrium semper regulis juris conformari debet; quo causa æquior ac favorabilior præferatur, & minus litigantium malitiis indulgeatur, l. in fundo 38. ff. de R. V. c. sedes 15. extr. de rescript. c. quanto 7. extr. de divorce. *Jac. Schult. dict. obs. 33. n. 6.* *Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 2. n. 9.*

Ita Domini in causa Hansen Abrahams von Bernsteinis contra heredes D. Joachimi Bleglers zu Dresden/Mens. Novemb. Anno 1634. (Verba sent. Das Beklagte auf die wider sie erhöhte Klage noch zur Zeit sich einzulassen nicht pflichtig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*In causis etiam executivis & summaris locus est reconventioni.*

**I**niquum omnino est, denegare reconventionem. Reo, qui ab Auctore conventus, stare ac respondere

- 1 *dere tenetur in judicio, l. cum Papinianus 14. junct. Auct. & consequenter C. de sent. & interloc. omn. judic.*
- 2 Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tix. 1. defin. 6. n. 5. † Non ergo assentiendum Felin. in cap. ex literis i. extr. de mut. petit. n. 4 Ernest. Cothm. vol. 1. conf. 17. n. 65. & Joh. Petr. Molign. de reconvent. quest. 41. & quest 44. qui in causis executivis reconventioni locum dene- gant; forsitan, quod processus executivus summarie tractari debeat. † At presumendum haud est, in sumario processu tam tumultuarie judicem versari, ut substantialia; etiam jure naturali inducta, (inter quae reconventionem defensivam non inepte retuleris) praecidere litigatoribus permittat, Joh. Zanger.
- 4 *de except. part. l. cap. 2. n. 9.* † Et certe in causa da- mni infecti (quae omnino summaria est l. ff. de damn. infect.) locum habet reconventio, l. sed & ha. 35. §. 5 non solùm 2. ff. de procurat. † Quidni ergo in aliis quoque causis summaris atque executivis? veluti sentiunt Bartol. in Auct. & consequenter. C. de sent. & interloc. omn. judic. n. 13. Matth. Coler. de processu execut. part. 4. cap. 3. num. 20. † Quod in foro Sa- xonico hodiè dubium non habet, propter Sanctionem Electoralem manifestam in Ordin. Nov. Procesl. judic. tit. 6. §. Dieweil aber, vers. und das wollen wir auch/ic.
- Ita Domini in causa Pauli Bettgens contra Johann Bapti- stas Wittib zu Leipzig/Mens. Junio Anno 1630.  
Et in causa Simon Johns contra Johann Guttner zu Leip- zig/Mens Jul. Anno 1625.

## DEFINIT. XXV.

*Obtinet quoque reconventio in causis illi- quidis.*

- 1 **N**on certe refert in materiâ reconventionis, an causa liquida sit, nec ne; In causis liquidem il- liquidis reconventionem quoque obtainere, vel ex generalitate textuum juris, in l. cum Papinianus 14. cum Auct. seq. C. de sent. & interlocut. omn. judic. & b. 2 Const. 7. evinci potest. † Quæ generaliter quoque accipi debent, l. i. S. generaliter 1. ff. de legat. pref. Modest. Pistor. vol. 1. confit. 10. num. 4. & part. 3. quest. 3 114. num. 6. † Nec movet, si reconventionem appelle- lare velis, cum Matth. Berlich. part. 1. concl. 22. num. 15. speciem compensationis; quæ non, nisi in debiti- tis liquidis locum habet, l. ult. ubi Bartol. & Dd. C. 4 de compensat. † Quia latius patet reconventio, quam compensatio. Nam qui compensare vult, debitum fatetur. Non autem qui reconvenit, Salycket. 5 in l. 14. C. de sent. & interlocut. † Adeoque compen- satio potius solutio, quam reconventio est, nec ab unâ ad aliam semper inferre licet, l. s. debitor 4. ff. qui pot. in pignor. l. 19. ff. de liber. caus. l. 15. ff. remrat. ba- ber. l. 4. C. de compensat. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 8. n. 1.

Ita Domini in causa Mauriti Herzebs contra heredes Theodo- ri Webers zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1631.

Et in causa D. Georgii Kirchhofts contar Petrum Rosinen zu Stanche/Mens. Jan. Anno 1633.

## DEFINIT. XXVI.

*Reservatio processus Ordinarii, coram judice facta, non inducit preventionem.*

- 1 **D**upliciter consideratur preventio: Vel ratione causarum connexarum, quas conjunctim in foro Saxonico tractare non licet, sed prius ventilanda est causa preventis, supr. Defin. 20. † Vel ratione duplicitis fori, quod Reus in unâ eademque causa for-

titur; ubi conventus in uno, alterum exceptione preventionis declinare potest, arg. l. si quis postea- quam 7. l. 30. ff. de judic. c. proposuisti 19. extr. de for. compet. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 3. num. 3. † Sed utraque preventio inducitur per citationem, 3 d. cap. proposuisti 19. supr. defin. 21. in pr. Joh. Zang. dict. cap. 3. n. 14. Gail. lib. 1. obser. 1. n. 1. Ergo non per solam reservationem agendi. † Adeoque si à judi- ce in sententia processus litigatoribus fuerit reser- vatus, (hisce forsitan verbis: Es soll bei dem Vortrag verbleiben/bleib durch ordentliches Recht ein anders aus- geführet/non censebitur industa per id preventio, nec coram alio judice competente, litigatores processum agitare prohibentur. † Tantum enim abest, hoc casu preventio fuisse inductam, ut potius litiga- re vel non litigare, arbitrio ac voluntati partium reli- cillum censeatur; de quorum mente ac voluntate ante oblationem libelli vix constare poterit, supr. defin. 22. n. 3.

Ita Domini in causa Bernhardi von der Asseburg zu Walhausen/Mens. Mart. Anno 1635. (Verba sentent. Ob nun wohl höchstgedachtem / in der Chur-Fürstlichen Sächsischen Regie- rung ertheilten gnädigsten Decreto, auch dieses mit annectiret worden/da einer den andern Anspruchs zu erlassen nicht gemei- ner/solte von seiner Churfürstlichen Durchl. auf desselben um- terhängstes gehorsamstes Ansuchen gebührende Anordnung erfolgen / und ihr dahero der Meinung seyd/das euern Brüdern wegen ihrer vor dem Churfürstlichen Sächsischen Ober-Hoff- Gerichte angestalten Klage die exceptio preventio & litis pendentez im Wege kege/ic. Dieweil aber dennoch durch ob- denannte Wort keinem Theil vor der Churfürstlichen Sächsischen Regierung notwendig zu agiren, und sein Recht daselbst vor- zubringen außerleget/sondern vielmehr/eines ieden Beliebung nach/frey gelassen worden/und aber eure Brüdere den ordentli- chen Weg Rechtens vor dem Churfürstlichen Sächsischen Ober- Hoff-Gerichte erwehet/ic. So möget ihr auch ihnen exceptio- nem litis pendentez, und das diese Sache vor die Churfürstliche Sächsische Regierung gehörig/ beständiger Weise nicht oppo- niren, V.R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Ex l. diffamari agendum est coram judice diffamati.*

**L**icet nemo invitus agere cogatur, l. un. C. ut 1 nemo invit. si tamen quis exprestè, vel tacite te ad agendum astrinxerit, judicium & actionem effugere haud potest, † veluti diffamator se ad agendum arctat, cum diffamare, sit tacite ad judi- cium provocare. † Quare si poenam perpetui silen- tii incurrire nolit, citatus actionem suam & diffa- mationem proponere tenetur, l. diffamari 5. C. de ingen. manumiss. ubi Dd. maxime Blarer. Petr. Heig. part. 2. quest. 8. n. 8. & seqq. Andr. Gail. l. 1. obser- 9. num. 5. † Coram judice nempe diffamati, qui in judicio hoc Rei vices sustinet Etsi enim non nulli velint, diffamatum Actoris loco esse, quod prior ad judicium provocet; † Cum actor ille dic- catur, qui prius movit item, c. forus 10. S. accusa- tor. de verb. signif. l. in tribus 13. ff. de judic. Matth. de Afflict. decif. 268. aliquique allegati à Blarerō inre- pet. dict. l. diffamari 5. cap. 4. in pr. attamen con- trarium procul dubio verius est: Tum, quod diffa- mare, sit tacite ad judicem diffamati provocare: † Tum, quod remedium, l. diffamari, non sit actio, 6 sed imploratio officii judicis, Schurff. cent. 5. Conf. 15. num. 19. Bald. in dict. l. un. num. 1. C. ut nemo invit. Andr. Gail. dict. obser. 9. num. 7. † Ergo 7 diffamator, tanquam Actor, Rei diffamati forum se- quitur, ad agendum licet citatus ac provocatus à Reo, ex remedio dict. l. diffamari. † Quod 8 propterea coram judice diffamati proponendum est, Gail. dict. obser. 9. n. 3. Heig. dict. loc.

Ita Domini in causa Nicolai Zimmermanns contra Dorotheam uxorem Christiani Brückners zu Leipzig/Mens. Julio Anno 1634.

It. in causa Hansen Friderich Schröters contra Philipp Sacern von der Naumburg / ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Novembr. Anno 1630.

Et in causa Michael Bock contra Hansen Preyschendorff zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1629.

### DEFINIT. XXVIII.

*Antequam processus diffamatorius decernatur, summarie saltem probanda est diffamatio.*

**P**rocelium l. diffamari s. C. de ingen. manumiss. non tantum in causâ status & ingenuitatis, ut voluit Franc. Sermien. select. interpr. lib. 1. cap. 2. sed & in aliis civilibus, criminalibus, personalibus, realibus, petitoris, possessoriis, & mixtis judiciis valere, 2 communi usu ac consuetudine receptum est. † Vide mus siquidem quotidie, in quibusunque diffamatio nibus & molestationibus, tam juris, quam facti hoc remedio litigatores experiri: idque jure facere creduntur, Petr. Heig. part. 2. quest. 8. num. 2. Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 14. n. 24. & seqq. per l. se a. 7. C. qui accusat. non poss. l. ult. C. de fide instrum. c. conquerente 16 de offic. ordin. Matth. Wesenb. consil. 6. num. 212. & consil. 96. num. 13. & seqq. Quod & Ordin. Cam. Imp. lib. 2. cap. 25. in pr. probat. † Non tamen indifferenter processus iste admittitur; sed probabiliter prius judici de diffamatione constare debet; vel per documentum, sive literas diffamationis; 4 vel per testes. dict. Ordin. Cam. † Adeoque hujus processus necessarium quoddam requisitum est diffamationis notitia, vel saltem probabilis; nec decernenda est citatio, antequam diffamatus ad hunc processum provocans, diffamationem summarie probaverit; vel per testes, vel per scriptum diffamationis; 5 † Quod communiter in judicio exhibetur, & actis apponitur, Andr. Gail. lib. 1. observat. 10. n. 7. Nicol. Boer. decis. 255. num. 7. Gabr. lib. 2. tit. de action. concl. 6. n. 24.

Ita Domini in causa Otto Hacens contra Wolff Dieterichen von Wester-Egels zu Döllisch/Mens. Martio Anno 1632. (Verba sentent. Dass Diffamant noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten. Würde nun Diffamant die angegebene Diffamation gebührlchen beschreinigen / inmassen er vor allen Dingen zu thun pflichtig/ so ist Diffamant aus vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / auf Diffamaten übergebene Provocation sich einzulassen/ und gebührlchen zu verfahren schuldig / B. R. W.)

Ec ad requisitionem Haus Georgen Friedorffs/Mens. April. Anno 1619. (Verba sententia: Ob gleich einer / von welchen eure Frage meldet / einen andern vor eurem Gerichte ex l. diffamari belanget / seine Provocation Schrift übergeben / und um Process und Citation inständlichen anhalten thut. Desweil er aber dennoch die geflagte Diffamationes noch zur Zeit weder mit schriftlichem Schein/ noch durch eines und des andern Zeugen Aussage summarischer Weise bebracht/ ic. So midget iher ihm auch/ehe und zuvor solches geschicht/Process zu versetzen/ und Citation zu ertheilen und ausgehen zu lassen/ zu Rechte nicht gedrungen werden/B. R. W.)

### DEFINIT. XXIX.

*Ex l. si contendat. 28. ff. de fidejuss. provocare licet Actorem ad agendum, etiam si nulla praecesserit diffamatio.*

**E**t si regulariter judicio ab Actore inchoato, Reus contrarium libellum offere nequeat, neque ju-

dex, etiam si jus diversum in exceptione Reus alleget & probet, super eo directo pronunciare debeat, secundum Abbat. inc. audit. 4. n. 8. extr. de resit. spoliat. Cogn. in l. diffamari s. n. 11. 12. C. de ingen. manumiss. † Attamen si lite nondum mota jus suum Reus in 2 judicium deducere, & super eo, Actore cunctante, pronunciari cupiat, nequaquam id facere prohibendus erit, Petr. Heig. part. 2. quest. 8. n. 8. † ita namque receptum est, ut Reus, qui exceptione sibi prospectum putat, agere & petere possit, adversario silentium imponi; licet nulla lis aut controversia ab eo moveatur, ex l. si contendat 28. ubi Dd. ff. de fidejuss. Blarer. d. l. diffamari. C. de ingen. manumiss. cap. 1. n. 2. † Quod remedium multis plurimum conductum; ut demonstrat Heig. dict. loc. n. 9. & seqq. Et similius est remedio l. diffamari. † Quamvis in 5 ter hæc duo notabilis illa existat differentia: Quod in remedio l. si contendat Actor, non praecedente etiam diffamatione, statim agere cogatur. † At in remedio 6 l. diffamari, semper praecedere debeat diffamatio, antequam terminus Actori præstituatur, Blarer. in dict. l. diffamari, c. 2. n. 18. Petr. Heig. quest. 8. n. 14. Nicol. Boer. decis. 14. Capyc. decis. 18. Didac. Covarr. lib. 1. resolut. cap. 18. n. 3.

Ita Domini in causa Georgii Striebels contra Daniel Clausen zu Dresden/Mens. Jan. Anno 1630. (Verba sentent. Dass Verfasser auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/und seines gehanen Fürwendens ungeachtet/auferho bane Klage/bey Straff Ungehorsams/ sich einzulassen/ und zu antworten/ auch weil er solches ieso nicht gehan/ Klägern die Unkosten dieses Termins/ aufrückerliche Ermäßigung/ zu erstatten schuldig/B. R. W.)

### DEFINIT. XXX.

*Ex l. diffamari, vel etiam ex l. si contendat, non potest agi adversus Creditorem, debitum conditionale, vel in diem pratendentem, antequam conditio extiterit, vel dies venerit.*

**N**on fundatur judicium super jure futuro, sed 1 præsenti: Quia nempe de futuris contingentibus non est determinata veritas; nec tractus futuri temporis ad officium judicis pertinet, l. litigatores II §. ult. ff. de recept. arbitr. l. I. §. 1. ff. de usur. † Ergo non valet agere creditor de debito conditionali, vel in diem, l. si pupilli 6. §. 1. ff. de negot. gest. §. 33. vers. plus autem inst. de act. l. non potest 23. ff. de judic. l. cedere 213. ff. de verb. sign. † Nec admittitur is, qui sub conditio ne, aut in diem ad legatum vel tideicommissum vocatus est, l. si ita scriptum q. §. ult. ff. de legat. 2. filius qui patri §. cum filius l. 2 ff. de bon. libert. † Cui o- 4 mnino consequens, non audiendum esse Reum, qui ex l. diffamari, vel l. si contendat, cred. torem ad agendum provocare velit super debito conditionali, vel cuius dies nondum venit. † Quia scilicet creditor jure agere prohibetur, dict. l. si pupilli 6. §. 1. dict. l. cedere 23. Eleganter Petr. Heig. part. 2. quest. 8. n. 18. & multis seqq.

Ita Domini in causa Diffamationis D. Jacobi Fomanni contra die Schenckischen Erben zu Ichua/Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Dass die angefohlte Diffamation - Klage noch zur Zeit nicht statt hat/B. R. W.)

## CONSTITUTIO VIII.

## PARTIS PRIMÆ

## Ob die Exceptio Compensationis zu Sachsen-Recht statt habe?

**G**leich davor gehalten wird daß die exceptio compensationis zu Sachsen-Recht so wenig als die Reconvention statt soll haben / dieweil aber die Sächsischen Rechte solches ausdrücklich nicht vermelden/und die Compensation keine Reconvention seyn kan / sonderne eine exceptio und species solutionis ist / So lassen wir uns gefallen/dß die Compensation auf Sächsischen Boden unserer Lande / als in Kraft einer solution soll zugelassen werden/iedoch daß dieselbige ex confessione partis, productis instrumentis oder sonst ex actis conventionis derinassen liquida und kund sey / damit es fernerer und sonderlicher probation und Ausführung derhaben nicht bedürfe/ In welchem Fall unsere Hofgerichte / Facultäten und Schöppenstüle darauff sprechen und erkennen sollen.

## Compensationis exceptio jure Saxonico num locum habeat?

**H**si existimat fuit, jure Saxonico compensationis exceptio nihilo magis ac reconventionem locum habere; quia tamen id expressum in eo jure non reperitur, nec idem esse potest compensatio, quod reconventio, sed potius exceptio, & species solutionis est; igitur compensationem in ditionibus Saxonis, nobis subjectis, in vim solutionis admitti, nobis placet, sed hactenus tamen, si ex confessione partis, productis instrumentis, aut aliter ex actis conventionis ita liquida ea sit, & notoria, ut alia probatione vel deductione nulla indigeat, quo casu in judiciis nostris Curialibus, Collegiis item Facultatum Juridicarum & Scabinatibus ita responderi & judicari mandamus.

## DEFINITIONES.

1. In foro Saxonico Compensation non potest tractari per modum reconventionis ante finitam conventionem.
  2. Potest tamen statim opponi compensatio, per modum exceptionis, & in vim solutionis, etiam in foro Saxonico.
  3. Sola naturalis obligatio compensationem operatur.
  4. Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non potest compensari.
  5. Rejetur compensationis exceptione, causa pronuntiet judex, ne Reo facultas petendi debitum aufzogatur.
  6. Semper post litis contestationem, etiam in ipsa executione sententiae, Compensationis exceptio validè opponi potest.
  7. Quod tutor debet, non potest compensari cum eo, quod pupillo debetur, nec contra.
  8. Objici potest compensatio ejus, quod defunctus debuit, cum eo, quod heredi proprio nomine debetur, conjectio licet inventario.
  9. Alimentorum petitioni objici nequit compensatio, sicuti nec tributorum exactioni.
  10. Compensari possunt expensa taxata, etiam si appellatum sit ab executione; dum ne ab ipsa condemnatione vel taxatione.
  11. Qui aureos debet in specie, non valet objicere compensationem ejus, quod sibi debetur in moneta numerata five currente.
  12. Admititur compensatio in foro etiam Saxonico contra instrumenta, qua paratam habent executionem, videlicet klar Brief und Siegel.
  13. In continentia, b. e. intra sex septimanas, & tres dies, probanda est exceptio compensationis.
  14. Ex solis instrumentis aut confessione partis, probanda est exceptio compensationis, non per testes.
  15. Super exceptione compensationis in processu executivo jure clementum Actori nequit deferri.
  16. Non impedit paratam executionem ex instrumento guaranteegiato exceptio solutionis, quando presumptionibus ac conjecturis probanda est.
17. Preter solutionis exceptionem, etiam in Provinciis Electoratus Saxonici, aliæ exceptiones in continentia liquidabiles ac probabiles, instrumento guaranteegiato opposite, executionem paratam impedirent.
18. Admittitur exceptio usuraria pravitate contra instrumentum liquidum & confessatum.
19. Impedit quoque paratam executionem exceptio simulationis, qua doceretur, aliud actum, aliud scriptum fuisse.
20. Exceptio non numerata pecunia in terris quoque Electoratus Saxonici, contra instrumentum liquidum & confessatum validè opponitur.
21. Sicuti etiam exceptio Senatus consulti Macedoniani.
22. Pariter quoque impedit executionem paratam exceptio crediti à Curatore, suspiciente tutelam debitoris sui, baut manifestati.
23. Excusionis etiam exceptio ad impediondam executionem validè opponitur.
24. Valida etiam est exceptio erroris calculi, ad impediondam executionem paratam.
25. Etiam si exceptioni huius à Reo fuerit renunciatum.
26. Nec solutionis, nec alia exceptiones in continentia baut probabiles, contra instrumentum confessionatum admittuntur, sed reconventionis iudicio resolvantur.
27. Exceptiones in continentia dicuntur liquidabiles, que plenè & integrè intra terminum executioni proximum probantur.
28. Probatio exceptionis, parata executioni in iudicio ut summario opposite, per instrumenta, non etiam per testes, ordinario probationis modo expediri debet.
29. Admititur tamen probatio per testes summariorum contra instrumentum guaranteegiatum ad impediondam executionem.
30. Confecto instrumento super atestationes testium probari potest exceptio, opposite instrumento guaranteegiato, ad executionem impediendam.
31. Non potest deferri juramentum super exceptionem, con-

*contra instrumentum liquidum & confessum op-  
posita, in processu executivo.*

#### DEFINIT. I.

*In foro Saxonico Compensatio non potest tractari per  
modum reconventionis, ante finitam conven-  
tionem.*

- N**imis audacter videtur asserere Matth. Wesenb.  
*In parat. ff. de compensat. num. 9.* quod meri-  
bus Saxonici compensationi locus non sit in judi-  
ciis; sicuti nec reconventionis, cuius quedam spe-  
cies habeatur compensatio. Quod & placuit Christo-  
ph. Zobel. part. 1. differ. 19. Ben. Reinhard. part. 4.  
differ. 5. & Joh. Schneidew. ad §. in bona fidei 30. n.  
2. 54. *Inst. de action.* † Neutrura sanè ipsis concesserim;  
cum nullibi in jure Saxonico sublata reperiatur  
compensatio, ipso fatente Saxon. Elect. b. Conſt. 8.  
vers. Dieweil aber die Sächsischen Rechte. Quidni  
ergò in foro etiam Saxonico ea esset admittenda?  
3. arg. l. *principius 32. C. de appellat.* † Nec reconven-  
tionis speciem dixerim compensationem; cum longè aliud sit retinere vel compensare: aliud conveni-  
re, ut eleganter demonstrat Anton. Fab. in Codic. lib.  
4. tit. 23. defin. 15. n. 4. † Quin potius, speciem esse  
solutionis compensationem, evincitur luculenter  
ex l. si debitor 4. circa fin. ff. qui pot. in pign. l. amplius  
non peri 15. ff. rem rat. haber. l. si peculium 20. §. quod  
si heredi. 2. ff. de statu lib. b. Conſt. 8. vers. und die  
Compensation keine reconvention seyn kan / sondern  
eine exceptio und species solutionis ist. Ilbi Dan. Moller.  
n. 1. & 2. Joh. Zang. de except. part. 3. c. 8. num. 1.  
Ipsem Matth. Wesenb. dict. tit. de compens. num. 6.  
5. † Assentior nihilominus Wesenb. & Zobel. non audi-  
endum Reum, si compensationem per modum re-  
conventionis, in causà connexà, ante conventionem  
finitam, Reo opponere velit; scilicet, quod in  
foro Saxonico, durante conventionis causà, recon-  
ventionio non admittatur art. 12. lib. 3. Landr. Conſt.  
6. *preced. defin. 7.* † Idque si senserit Addit. gloss. margin.  
*in dict. art. 12. n. 3. lit. a.* rectè omnino sensit, ac ve-  
rissime scripsit, articulum istum ad unguem observa-  
ri, & tollere naturam compensationis; alioquin sal-  
uberrimam, Matth. Coler. part. 1. decis. 102. num. 9.  
7. † Quod nec-displacuit Serenissimo Electori b. Conſt.  
8. compensationem quidem reconventione separanti ac distinguenti, neutquam tamen neganti, per  
reconventionem eam tractari posse, sed conventione  
demum finitam, juxta tradita in Conſt. preced.

Ita Domini in causa Michael Colborti zu Cellest. Mens.  
Aug. Anno 1634. ( Verba sent. Seyd ihr von Hansen Menen  
wegen 200. Flor. in Anspruch genommen worden / und weil  
euch derselbe gleichfalls mit 200. Flor. verhaftet / seyd ihr  
ihm hinwiederum zu belangen / und ihme auf so viel Geldes die  
Compensation per modum reconventionis zu opponiren Vor-  
habens. Ob nun wohl dasselbe euch zu thun unbenommen/  
re. So möget ihr doch / ehe zuvor die Convention erbrert/  
und ihr euch von ihm gänzlichen entbrochen / mit solcher Re-  
convention, gestalten Sachen nach / weil eine Schuld aus der  
anderen herleist / nicht gehöret / noch zugelassen werden / re.)

#### DEFINIT. II.

*Potest tamen statim opponi compensatio per modum ex-  
ceptionis, & in vim solutionis, etiam in  
foro Saxonico.*

- N**on ergò valet Reus compensare in foro Saxonico per modum actionis, reconveniendo Acto-  
rem ratione debiti, ex causa connexà provenientis,  
*Defin. preced.* † Quia scilicet reconvention ipsa actio  
est, l. 14. junct. Aut. seq. C. de sent. & interl. omn. ju-  
dic. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 1. defin. 6. num. 5.  
3. † Secùs verò si compensationem opponat permo-  
dum exceptionis peremptoriz, & in vim solutionis,

32. *Neque in deposito, neque commode admittitur  
compensatio.*

ad removendum Actorem à limine judicij; vel post  
item contestatam, ad elidendam actionem adversus  
se institutam; † Omnino enimatum Reus audiendus  
erit b. Conſt. 8. vers. So lassen wir uns gefallen / re.  
ubi Moll. n. 1. Matth. Coler. part. 1. decis. 102. n. 11.  
Non minus atque si alias peremptorias exceptiones  
opponere vellet; imprimis verò exceptionem solu-  
tionis, si habeat paratas in continentis probationes:  
† Cum & compensatio sit ipsa solutio, l. si debitor 4.  
5 ff. qui potior in pignor. l. vel permittavit 19. ff. de li-  
ber. cauf. l. 15. ff. rem rat. haber. l. 4. de compensat.  
† Nec ullibi exceptio compensationis in foro Saxe-  
nico sublata est, ut dixi *Defin. preced.*

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Ihr wollet thme  
dann solche Compensation per modum exceptionis perempto-  
rie, und Kraft einer Solution oppoenire; Damit würdet ihr  
billig gehöret / und wäret auf den Fall ein giechers als 100.  
Flor. zu zahlen nicht schuldig/B.R.W.)

Et ad requisitionem Quætoris zu Wechselfburg. Mens. Ma-  
jo, An 1632. ( Verba sentent. So seyn deßlagte Erben/ weil  
sie zuvor die producire Rauff-Verschreibung gebührlichen re-  
cognosciret, inmassen sie zu thun schuldig / Klägern die gefor-  
derte 20. Thaler/ iedoch auf vorgehende compensation, und  
nach Abzug derer von ihrem Vater thme dargeliehenen 6. N.  
Schod zu zahlen und abzustatten pflichtig/B.R.W.)

#### DEFINIT. III.

*Solanaturalis obligatio compensationem operatur.*

- E**x quo vis debito jure admittitur compensatio,  
1 l. ult. C. de compensat. Ergò non tantum ex de-  
bito naturali & civili simul: sed etiam † ex solo de-  
bito naturali, l. 6. ff. de compensat. Johann. Schnei-  
dewin. in §. in bona fidei 30. num. 14. *Inst. de action.*  
† Scilicet, quia naturale debitum nititur æquitate, 3  
l. 1. 7. ff. de pact. † In qua compensatio etiam fun-  
datur, l. 8. ff. de except. dol. Johan. Zanger. de ex-  
cept. part. 3. c. 8. n. 71.

Ita Domini in causa D. Johannis Christophori Brauns zu  
Leipzig/Mens. April. Anno 1632. ( Verba sent. Dieweil ihr  
aber dennoch über obgedachte Forderung und Darlehen des  
Raths Brief und Siegel erlanget / welches im Churfürstlichen  
Sächsischen Ober-Hof-Gerichte gebührlichen und für  
richtig recognosciret und gestanden worden / über dñs auch ei-  
ne bloße obligatio naturalis, so alhier ungemein häufig vor-  
handen/ eine compensation verursachen und würken kan / re.  
So hat sich auch mehr bemeldter Rath mit seinem Einwenden  
nicht zu behelfen/ sondern es wird die von euch gesuchte com-  
pensation billig verstatte/B.R.W.)

#### DEFINIT. IV.

*Quod in diem debetur, invito debitore ante diem non  
potest compensari.*

- C**ompensatio non nisi in debito puro locum sibi  
vendicat. Nam cum debiti conditionalis nul-  
la si ante eventum conditionis obligatio vel actio:  
utique nec ulla erit, pendente conditione, ejus  
compensatio, l. cedere diem 213. ff. de V. S. junct. l.  
si constat. 4. C. de compensat. & l. etiam 6. ff. cod. tis.  
† Existente tamen conditione, quin locus sit com-  
pensationi, minime dubitandum est; cum vere jam  
debeat, §. sub conditione 4. *Inst. de V. O. junct. l. ce-  
dere diem ff. de V. S.* † Pari ratione, nec quod in diem  
debetur, ante diem, invito debitore, compensari pot-  
erit, l. quod in diem 7. ff. de compensat. Quia dies  
obligationis, cui adjicitur, pars est, l. 1. §. 2. ff. de  
edend. † Secùs, si actor compensationem ejus debiti, 4  
quod in diem debet, ante diem admittere velit. Quia  
scilicet totum illud intermedium tempus ad solven-  
dum, debitoris gratia adjectum videtur, l. cum qui C2.  
lendis 41. §. 1. & 2. l. continuus 137. §. cum ita 2. l. 38. §. in-  
ter 16. ff. de verb. obligat. Cui favori bene renunciare  
valet, l. pen. C. de pact. † Unde fit, quod ante diem de-  
bitor solvere valeat; Quidni ergò etiam compensare?

cum

eum compensatio sit pro solutione, l. si constat. 4. C. de compensat. l. amplius non peti. 15. ff. rem. rat. haber. Anton. Fab. in Codic. l. 4. tit. 21. Defin. II. num. 4.

6 † Planè si dies Creditoris gratia adjectus fuisset obli-  
gationi: compensatio erit admittenda, invito etiam  
debitore, arg. l. 3. §. pen. ff. de usur. l. si ita relatum  
43. ff. de legat. 2 l. cum quidam 23. ff. de annuis legat.

Ita Domini in causa Hansen Hanischens contra Martinus Grubler zu Colleda/Mensl. Mart. Anno 1626.

## DEFINIT. V.

*Rejett. compensationis exceptione, caute pronunciet  
judex, ne Reo facultas petendi debitum  
auferatur.*

1 Certe juris est, non fieri compensationem liquidii ad non liquidum, l. ult. C. de compensat. Non magis ergo hoc casu Reus, opponens compensationem, admittendus erit, quam si debitum purum cum debito conditionali vel in diem compensare 2 vellet: de quo dixi *Definit. preced.* † At utroque casu, rejecta compensationis exceptione, caveat judex, ne ita pronunciet, ut reprobet prorsus compensationem; † Sed ita potius, ut dicat, nullam se oppositam compensationis rationem habere, quo sal- 4 va ipsi maneat petitio. † Alioquin si reprobaverit compensationem, quasi debito non existente, Reo, quodocunque postea debitum illud petenti & probanti, nocebit exceptio rei judicata; ut eleganter tradit, Ulpian. in l. quod in diem 7. §. fractionem 1. ff. de compensat. l. si autem 8. §. si quocunque modo 2. ff. de negot. gest. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 23. defin. 5.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dasß Bellagter/ der vorge schützen exception compensationis ungeachtet/ Kläger die gelagert 50. St. zu zahlen schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Semper post litis contestationem, etiam in ipsa executione sententia, Compensationis exceptio validè  
opponitur.*

1 Compensatio non usque adeo fit ipso jure, quin opponi eam sit necesse, l. 2. l. si propter 8. l. ult. C. de compensat. Quamvis ex quo opposita sit, vires suas retro exerat ipso jure, dict. l. ult. l. si constat. 4. C. eod. tit. Anton. Fab. in Codic. l. 4. tit. 23. defin. 4. num. 2.

2 † Post litem itaque contestatam eam opponere, nil prohibet; cum opposita retrostringatur facta fuisse, ex quo die mutuo deberi cœpit, l. cum alter. II. l. posse a quam 21. ff. de compens. † Nec refert, an brevi, vel diu ante lis fuerit contestata; cum in quacunque judicii parte exceptio hæc validè objiciatur; etiam in ipsa sententia executione, perinde ac solutionis exceptio in executione locum sibi vendicat, l. 16. §. cum intra 1. & ff. de compensat. l. ex causa 2. C. eod. tit. l. intra dies 7. ff. de re judic. Dan. Moller. bic n. 5.

Ita Domini in causa Michael Colbars zu Clesttin/Mensl. Au-  
gust. Anno 1634. (Verba sent. Ihr wollet ihm dann solche  
compensation per modum exceptionis peremptoriz und in  
Kraft einer solution opponiren, damit würdet ihr auch bei  
der Hülfe nochmals billich gehöret/V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Quod tutor debet, non potest compensari cum eo, quod  
pupillo debetur, nec contra.*

1 Generale hoc est, ut ejus, quod non debetur ei, qui convenit, sed alii, compensatio objici non posit, l. cum militie 6. in pr. ff. de compensati-  
2 on. Quamvis non inficer casus exceptos: † Ut, si fidejussioni conveniatur ex causa fidejussionis, l. si quid 5. ff. eod. tit. Aut si cum filio. patris Creditoris agatur, l. si cum 9. ff. eod. It. in correis debendi, si sint so-  
cii, l. si ambo 10. ff. de duob. Reis. de quibus tractat Ant.  
3 Fab. in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 8. n. 3. † Præter hos-  
ce casus vix debitum tertiae alicujus personæ in com-

pensationem veniet, nec si Creditoris Creditor, pro eo, qui convenit, ob debitum proprium velit, compensare, l. in rem 18. §. 1. ff. de compensat. † Adeo que non id, quod pupillo debetur, si tutor petat, patietur compensationem ejus pecunia, quam tutor ipse suo nomine adversario debeat, l. pen. ff. de compensat. † Sicut nec ex contrario, quod tutori proprio nomine debetur, admittit compensationem ejus quantitatis, quam pupillus debet, Castrensi. ad dict. l. pen. † Attamen si tutor pupilli nomine 6. veniat, æquum judicat Anton. Fab. dict. defin. 8. num. 6. ut posit ille compensare, quod sibi proprio nomine debeat; cum tutela constante facile fieri poslit, ut tantundem pupillo tutor debeat, quantum liberandi ipsius gratia velit compensare. † Nec 7. quicquam vetet, tutorem de suo pro pupillo solvere, sicut & pro alio quolibet, l. solvendo 39. ff. de negot. gest. l. solutione 23. ff. de solut. † Planè, quod alii debetur, compensari potest, si debitum illud à Creditore cessum tuerit, ut post Gloss. Et Bald. ad l. ejus 9. C. de compens. tradit Anton. Fab. dict. defin. 8. n. 10.

Ita Domini in causa Eliz Reihols contra Petrum Star-  
schmidem zu Eucca/Mensl. Oct. Anno 1630. (Verba sent. Dasß Bellagter/ seines gethanen Fürwendens ungeachtet/ Kläger die geforderte und gestandene Schuld der 29. Flor. und 6. gr. baar zu zahlen pflichtig/V. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Objici potest compensatio ejus, quod defunctus debuit,  
cum eo, quod heredi proprio nomine debetur,  
confectio licet inventario.*

1 At tamen heredi, si quid proprio nomine petat, A objici potest compensatio ejus pecunia, quam defunctus debuit; in cuius jus universum ipse suc-  
cessit. † Ex quo etiam heres vicissim potest com-  
pensare id, quod defunctus potuit, l. 3. C. de contr.  
judic. tutel. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 23. defin.  
9. n. 2. † Nec refert, an beneficium legis & inven-  
tarii imploraverit nec ne; † siquidem non impedit 4  
beneficium hoc, quò minus heres in jus universum  
defuncti succedat, l. ult. C. de jur. delib. † Ac non 5  
minus debitor intelligitur, qui debitoris heres est  
cum beneficio legis & inventarii, quām qui legis be-  
neficium non imploravit; cum alioquin non posset  
actionibus hereditaris conveniri, ne quidem qua-  
tenus vires hereditatis paterentur; quod tamen fal-  
sum est, dict. l. ult. §. & si prefatam. 4. † Nec quic-  
quam aliud præstat inventarii beneficium; quām ne 6  
ultra vires hereditarias heres teneatur, dict. l. ult.  
Aut. sed cum testator. C. ad Leg. Falcid. † Quo ju-  
re etiam gaudet heres in foro Saxonico absque in-  
ventarii confectione; juramento tamen, ut vires  
hereditatis indicet, obstrictus, art. 6. lib. 1. Landr.  
Matth. Wesenbec. vol. 1. consil. 13. num. 24. Andr.  
Rauchb. part. 1. quæst. 29. n. 16. Matth. Coler. de pro-  
cess. execut. part. 1. c. 10. n. 327. Et part. 1. decif. 68. n. 2.  
Et seqq.

Ita Domini in causa Johannis Alsten contra Martin Ram-  
bachen zu Leina/ Mensl. April. Anno 1630. (Verba sent. Wür-  
de Bellagter Kläger nach Abzug dessjenigen/so er hinwieder-  
um bei thore zu fordern/ben hintersteigen Rest abstatzen / in-  
massen er zu thun schuldig/so lässt sich Kläger daran billich ge-  
nügen/V. R. W.)

Ec in causa Petri Caspari zu Belgern/ Mensl. Jun. An. 1635.

## DEFINIT. IX.

*Alimentorum petitioni objici nequit compensatio, sicuti  
nec tributorum exactioni.*

1 Tuntur compensatione debitores adversus quoscunque creditores, etiam fiscum, l. au-  
fertur 46. §. fiscus 3. ff. de jur. fisci. † Planè causæ aliquot excipiuntur, in quibus adversus fiscum & ci-  
vitatem debitores Fisci vel Civitatis compensatione

- uti nequeunt; quas causas singulatim refert Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 8. n. 21. & multis seqq.
- 3 † Imprimis non admittitur compensatio à debitore alimentorum Civitatis, l. in ea. 3. C. de compensat. sive ab eo, qui debitor est ejus pecunia, quæ redigitur in alimenta Civitatis, id est, quæ Civitas publicè præstat Principibus, Xenodochiis, & similibus locis, Joh. Zanger. dict. cap. 8. n. 28. † Idque ex favore alimentorum constitutum est, quorum cura est præsens ac morientaria, ut loquitur Papin. in l. pecunie 8. ff. de alim. legat. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 7. num. 1. † Non etiam valet compensare debitor tributorum adversus Fiscum aut Civitatem, l. aufertur 46. S. qui compensationem 4. ff. de jur. fisc. dict. l. 3. C. de compensat. † Ubi nihil refert, an tributa, quorum quis debitor est, personarum sint, sive capitis, sive pro prædiis, aut moventibus reddantur, l. etatam 3. ff. de censib. l. inter debitorem 42. ff. de pæt. l. generali 32. in fin. de usufr. leg. l. 13. S. 6. de att. empf. Joh. Zanger. dict. loc. n. 26.

Ita Domini in causa der Bistümchen von Nürnberg contra den Rath zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1635.

#### DEFINIT. X.

*Compensari possunt expense taxatae, etiam si appellatum sit ab executione; dum ne ab ipsâ condemnatione vel taxatione.*

- 1 **N**on potest compensari debitum ex sententiâ, à quâ provocatum est, cum eo, quod ex instrumento liquido vel guarentigato debetur; Quia appellatio extinguit judicatum, & rem revocat ad terminos litis contestatae, l. furti 6. S. 4. ff. de bis qui not. infam. l. 1. S. ult. ff. ad Scum Turpil. Ant. Fab. 2 in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 10. n. 1. † Et si continget, sententiam rescindi per Appellationem, compensatum esset id, quod fuisset indebitum contranaturam compensationis; quæ ob id ipsum censetur introducta, quod nostra intersit, non solvere potius, quam solutum repere, l. si stipulatus 15. in pr. ff. de 3 fidejuss. † Eademque est ratio expensarum litis, quæ jam adjudicatae sunt & taxatae; Cessat enim harum compensatio, si provocatum fuerit ab ipsâ adjudicatione aut taxatione. † Secùs si appetetur à sola executione, quod executor fines mandati excusat, l. 4. ff. de appellat. l. quoniam 21. C. eod. tit. † Manet enim tum quoad expensas taxatas debitum liquidum, cuius compensatio omnino objici potest. Eleganter Anton. Fab. dict. tit. 23. defin. 12.

Ita Domini in causa Ernesti Fortelii von Seida contra Venceslaum Marterstatten zu Borten/Mens. Mayo An. 1627.

#### DEFINIT. XI.

*Qui aureos debet in specie, non valet objicere compensationem ejus, quod sibi debetur in moneta numerata sive currente.*

- 1 **C**oncesserim equidem, certam pecunia quantitatem in monetâ currente solvere obligatum, compensationem posse objicere ejus quantitatis, quæ sibi à Creditore in aureis, vel thaleris imperialibus in specie, debeatur, factâ scilicet horum estimatio ne. † Quia creditoris interesse potissimum in eiusmodi obligatione versatur, cui objicendo recompensationem, renunciare videtur, l. pen. C. de pæt. † Nec etiam illiquidi ad liquidum hoc casu fit compensatio, contra l. ult. C. de compensat. Quia pro liquido habendum est, quod in promptu liquidari potest, ut eleganter docet Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 2. num. 3. † Sed aliud dicendum in casu converso, si nempe is, qui aureos in specie debet, objicere velit compensationem ejus, quod sibi in moneta numerata, vel currente debetur;

quia non quemadmodum argentum in auro, eminentiori & excellentiori modo: ita similiter aurum in argento vel ære continetur, arg. l. 1. S. si stipulante 4. ff. de V. O. l. cum furti 9. ff. d. in lit. jur. Anton. Fab. dict. def. 2. num. 5. † Tum, quia debitor aureorum in specie, non liberatur per solutionem monetæ currentis; Quia aliquod pro alio solvi nequit, l. eum à quo 6. & seq. C. de solut. Vid. infra. part. 2. Constit. Elect. 29. definit. 4. † Ergò nec per compensationem ejusmodi monetæ; Quia compensatio pro solutione est, l. si ambo so. & passim ff. de compensat. l. si constat. 4. C. eod. tit.

Ita Domini in causa Melchior Haberlands zu Ilmenau/Mens. Novembr. An. 1624. (Verba sent. Dieweil ihr selbster berichtet/dass ihr euch gegen euern Gläubiger Hans Muffeln zu Ducaten in specie verschrieben; So sendt ihr auch die Zahlung an Ducaten zu leisten schuldig/und ihr habt euch / gestaltten Sachen noch/weil gedacht eruer Gläubiger euch nur mit current Münze verhafftet/mit der angeführten compensation davider nicht zu behelfen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Admittitur compensatio in foro etiam Saxonico contra instrumenta, que paratam habent execu- tionem, wider klar Brief und Siegel.*

**D**ubitare equidem quis posset: an Reus convenit ex instrumento, quod ex Ordinatione Provinciali de Anno 1555. tit. vom versagten Brief und Siegel/paratam executionem habet, valeret opponere actori exceptionem compensationis? cum dict. Ordin. Provincialis non nisi exceptionem solutionis jam factæ admittat, in verb. und keine andere Exception, &c. † Sed tantum abest, compensationem dict. Ordinat. excludi, ut potius sub solutionis exceptione diserte censeatur admissa & comprehensa, eo ipso, quod compensatio dicitur solutio b. Const. 8. Dan. Moller. hic n. 8. † Cum & de jure Civili idem sit solutionis & compensationis effectus; quin & hac species est solutionis, l. si debitor 4. circa fin. ff. qui pot. in pign. l. amplius non peti. 15. ff. rem rat. haber. l. si peculium 20. S. quod si heredi 2. ff. de statu liber. † Nullum ergo restabit dubium; quin admittenda sit compensatio, perinde ac solutionis exceptione, contra instrumenta, paratam executionem habentia, Moller. dict. loc.

Ita Domini in causa D. Johannis Christophori Brauns zu Leipzig/Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. So hat sich auch mehrbemeldter Rath mit seinem Einwenden nicht zu behelfen/sondern es wird die von euch gesuchte Compensation wider klar Brief und Siegel billich verstattet/B. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*In continenti, b. e. intra sex septimanas, & tres dies, probanda est exceptio compensationis.*

**M**ultum disputatur à Dd. intra quantum tempus i exceptio compensationis probari, ac debitum compensandum doceri debeat? Haud pauci enim probationi huic duos menses præstitutos afferunt, per text. in l. aufertur 46. S. 4. ff. de jur. fisci. Joh. Sichard. in rubr. C. de compensat. n. 13. & 15. Donell. lib. 16. Comm. 15. † Alii vero, & quidem communiter Qd. judicis arbitrio, termini hujus definitionem committunt, per l. ult. in verb. sed possit judicis facilem exitum, &c. C. de compensat. §. in bone fidei judiciis 30. Inst. de action. ubi Joh. Schneidew. n. 18. & seq. Felin. in c. cum Johannes 10. extr. de fide instrum. n. 1. Matth. Berlich. part. 1. concl. 23. n. 10. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæst. centur. 1. cas. 14. n. 5. & seqq. † At in 3 foro Saxonico res adeò difficultis non est. Neminem siquidem, paulisper saltem in jure Saxonico versatum, latet, intra terminum probatorium, juris Saxonici consuetum, qui est sex septimanarum atque trium dierum, exceptionem solutionis esse docendam

dam atque probandam; etiam contra paratam executionem, Matth. Coler. de processu executu part. 4. c. 2. n. 10. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 104. † Idem ergo de exceptione compensationis afferendum erit, quæ in vim solutionis opponitur; quin & species solutionis dicitur, b. Conit. 8. † Et sufficit, compensationem exceptionis in contiuenti probari, ad instar aliarum exceptionum, quæ contra paratam executionem admittuntur, Rauchb. dict. quest. 25. n. 102. & 106. † Atqui dicitur fieri probatio in continenti, quæ sit plenè & integrè intra terminum, executioni præfixum, nempe iex septimanarum atque trium dierum, ita ut postea ulteriore deductione haud indigeat. Ordin. Torgensi. de Anno 1583. §. da aber dennoch/et. Andr. Rauchb. dict. quest. 25. n. 104. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 18. Matth. Coler. de processu executu part. 4. c. 2. n. 19.

Ita Domini in causa Michael Colberts zu Clessin / Mens. Aug Anno 1634. ( Verba sent. Ihr wollet ihme dann solche compensation per modum exceptionis peremptoriz und in Kraft einer solution oponiren, und dieselbe binnen Sachſcher/und also in continenti erweisen und henbringen / damit würdet ihr auch bey der Hülfe nochmahls billig gehöret/ und wödet auf den Fall ein mehrers als 100. Flor. zu zahlen nicht schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Ex solis instrumentis, aut confessione partis probanda est exceptio compensationis, non per testes.*

¶ **I**ndubitatum est in foro Saxonico, contra instrumenta obligationum guarentigata, quæ paratam habent executionem, non admitti exceptiones; nisi probari queant in continenti per instrumenta, vel per confessionem adversæ partis. † Nec auditur Reus excipiens, si per testes probare suam intentionem velit, Matth. Coler. de processu executu part. 4. cap. 2. n. 23. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 10. num. 19. 3 Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. num. 102. † Quare nec compensationis exceptio contra executionem paratam probari poterit per testes; sed præcisè doceri debet, vel ex confessione partis, Gloss. in l. u. t. C. de compensat. verb. convicto. Felin. in cap. cum Jo. bannus 10. u. 1. extr. de fide instrum. † Vel ex instrumentis productis, aut ex Actis conventionis, ita, ut aliter judici fidem de eâ fieri non sit necesse, l. u. t. C. de compensat. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 8. 5 num. 59. Jacob. Schult. observ. 39. num. 6. † Quod & verbis diuersis. probavit Elector Illustrissimus b. Const. 8. vers. iedoch daß dieselbige ex confessione partis &c. ubi Dan. Moller. num. 6. † Secùs forsan res se habet, quando non agitur executivè ex instrumento guarentigato, sed in processu ordinario exceptionis compensationem veniat opponenda; quæ procul dubio in reprobatione per testes doceri poterit, secundum tradita Hartm. Pistor. part. 4. quest. 13. n. 30. & Matth. Wel Inst. de except. n. 7.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Ihr wollet denn solche compensation per modum exceptionis peremptoriz oponiren, und dieselbe binnen Sachſischer Frist durch Uthkunden und Instrumenta, und also in continenti erweisen/ und henbringen/damit würdet ihr billig gehöret/et.)

## DEFINIT. XV.

*Super exceptione compensationis in processu executivo juramentum Actori nequit deferri.*

¶ **E**xinde, quod probatum dedi Defin. preced. exceptionem compensationis demonstrandum ac docendam esse per modos, altiorem indaginem non requirentes, extra processum nempe probationis ordinarium, arg. L. 3. §. si ibidem 13. ff. ad exhib. l. ille à quo 13. §. si de test. 2. ff. ad SCrum Trebell. satis liquet, 2 non admittendum esse Reum, si debitum compen-

sandum conscientia Actoris committere, & ita super exceptione compensationis juramentum deferre velit, Christoph. Zobel. part. 1. differ. 26. n. 11. Reinhard. Rosa in addit. ad Dan. Moller. bis n. 11. Jacob. Schult. observat. 40. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 13. n. 7. & seqq. † Quia scilicet juramentum est species quædam legitimæ probationis; vel saltem loco ejus habetur, Andr. Rauchb. part. 1. quest. 11. n. 25. Hartm. Pistor. dict. quest. 13. num. 10. † Quemadmodum ergo probatio solennis extra processum ordinarium, & absque causæ cognitione, judicis que interlocutione, Actori non potest imponere ita multò minus jusjurandum, Dan. Moller. lib. 3. semestr. 36. num. 1. † Ex quo etiam fit, quod in processu executivo exceptio executionem impeditur conscientia adversarii nunquam committatur, Zanger. de except. part. 3. cap. 26. num. 1. 9. † Sanè si in processu ordinario compensatio opponatur, quin tum locus sit delationi juramenti, facile concesserim; juxta tradita Defin. preced. in fin. Jacob. Schult. dict. observat. 40. num. 15. Hartm. Pistor. dict. quest. 13. Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Solche exceptionem compensationis aber seydt ihr in des Klägers Gewissen zu schieben/und ihme den Eyd darüber zu deferire nicht besagt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Non impedit paratam executionem ex instrumento guarentigato exceptio solutionis, quando presumptionibus ac conjecturis probanda est.*

**N**emo faciè dubitaverit, exceptionem solutionis, contra instrumentum obligationis guarentigatum oppositam, paratam impedire executionem propter textum manifestum in Ord. Elect. Saxon. Provinc. de Anno 1555. tit. von versakten Wrieff und Siegel in fin. Et processu jud. tit. 39. §. wann aber das Urtheil. in fin. † Attamen cum grano salis id accipi debet; si nempe solutio instrumentis in continenti possit demonstrari, b. Const. 8. Matth. Col. de processu exec. part. 4. c. 2. n. 18. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 100. † Quod si vero probatio solutionis altiore indaginem requirat, nec in processu summario expediri queat, neutquam contra executionem paratam admittenda, sed debitori usque post solutionem factam reservanda, ac in processum re-conventionis rejicienda erit, arg. l. 3. §. ibidem 13. ff. ad exhib. l. si is à quo 3. ff. ut in poss. Coler. dict. loc. † Ergo si debitor ex instrumento guarentigato con- ventus, exceptionem solutionis presumptionibus & conjecturis docere velit: (quod ipsum facere posso demonstrabo infr. part. 2. Const. Elect. 29. defin. 11.) non nisi post executionem peractam, debitumq; totaliter solutum, in reconvencionis processu admittetur. † Cum presumptiones ac conjectura extra probationem legitimam atque solennem, quæ fieri solet per testes, vix doceri poterunt, nec unquam presumptionibus solutio demonstrabitur, quin conjecturis & presumptionibus contrariis creditor eam refellere, vel saltem impugnare conetur, ut merito solutionis exceptionem hoc loco indaginem altiore requirere dixeris. † Quo casu per eam parata, & executio neutquam impediti potest, juxta tradita Matth. Coler. dict. cap. 2. n. 16. & seqq.

Ita Domini ad Consultationem Prefecti zu Wechselburg Mens. Mayo, Anno 1632. ( Verba sentent. Ob nun wohl befligte Erben darwider eingewendet/ daß Kläger/ unangesehen er des Geldes hochbemühtiger gewesen/ indem er bei threm Vater um Lieferung der Kost gearbeitet/ etwas an Korn und Geld zur Berehrung angenommen/ und auch noch hier über 6. N. Schok guff Rinse erborget/ er doch in die 20. Jahr friedlich gewesen/ uß nichts gesobdet/ dänenhero zu muchmas sen/ daß ihme die 20. N. Schok vorlängt bezahlet seyn müsse/ H 3 fin

inmassen denn aus diesen und dergleichen præsumptionibus die exceptio solutionis erwiesen/und dargethan werden mag. Dieweil aber dennoch solches der Beklagten Erben Einwenden altioris indaginis ist/von Klägern nicht eingeräumet/noch so bald und in continentii verificaret werden mag/ic. So seyn Beklagte Erben Klägern die geforderte 20. M. Schok zu zahlen und abzustatten schuldig/und werden mit ihrer vorgesuchten exceptione solutionis, gestalten Sachen nach / in die reconvencion bisslich verwiesen/B. N. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Præter solutionis exceptionem, etiam in Provinciis Electoratus Saxonici, alia exceptiones in continentii liquidabiles ac probabiles, instrumento guarenti giro opposite, executionem paratam impediunt.*

- 1 Nullanè ergò alià exceptio, præter solutionis & compensationis, in Provinciis Electoratus Saxonici, ad impediendam paratam executionem, contra instrumentum guarentigiatum valide opponi poterit? † Ita sanè dicendum videbatur propter text. in Ordin. Provinc. de Anno 1555. sub tit. von vers. satzten Brief und Siegel. S. daß ihm solches keines weges. Et vers. und keine andere Exception. Qui textus anticipitem cogitandi causam doctissimis etiam juris Saxonici Interpp. præbuit, eosque commovit, ut omnes alias exceptiones contra debitorum causiones prorsus rejecerint; † ut videre est ex traditis Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 45. & seqq. & Dan. Moller. ad Conf. Elecl. 19. num. 59. & seqq. p. 2. † Et certè si verum fateri liceat, verba predicta Ordinat. admodum clara & manifesta sunt, ut de mentè Illustrissimi Electoris, reliquas exceptiones excludere volentis, vix ulterius ambigen-  
5 dum sit. † Quomodo enim clarius id exprimere potuisset, quam quod debitorem, chirographum aut instrumentum obligationis suæ recognoscet, si alia, quam solutionis, vel satisfactionis exceptione executionem impidire conetur, nullatenus audiri permittit: (keines weges) ut verba habent  
6 Ordin. † Quæ universaliter negativa sunt, & omnem quanicunque exceptionem excludunt, juxta doctrinam Felin. in c. cum acceptissent 8. num. 8. extr. de Conf. Hipp. de Marsil. singul. 675. Magon. decis. 38.  
7 num. 10. & seqq. † Nec quicquam dubii restabit, si pensitaverimus verba Ord. judic. Process. de Anno 1622. tit. 39. §. wenn aber das Urtheil vers. und keine andre Exception, als solutionis oder compensationis intra terminum executionis liquide davider zugelassen/ic. † Nihilominus iniqisimum dixeris, si Reus, justis exceptionibus & defensionibus rejectis, ad solutionem cogeretur, atque solvere teneretur id, quod non debet, *I. nam hoc natura 14. ff. de condit. in debit.* . † Quin nec Statutum, permittens aliquas & certas exceptiones opponi instrumento, impedire videtur, quod minus objiciantur, aliæ quoque similes expressis, Jason. in l. un. n. 11. vers. quarto facit ff. si quis jus dic. non obtemp. † Quia casus, quos necit paritas æquitatis, aut identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem separandi, l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. à Ticio 108. ff. de V. O. Et ab omnibus receptum est, inquit Hartm. Pistor. p. 4. quest. 10. n. 13. etiam in casu, ubi alià nulla admittitur exceptio, illum nihilominus admitti, quæ ex eodem instrumento ab adversario producto oritur, allegans Bartol. in l. 1. S. & parvi 2. n. 5. ff. quod. vi aut clam. Jaf. in l. 1. C. de bon. poss. cont. tabul. Jacob. Menoch. confil. 108. 11 n. 34. & 38. † Ex quo certè tam in admittendis, quam rejiciendis exceptionibus contra debitorum cautiones, plures sàpè hallucinari & impingere, atque hoc pacto quandoque creditores, quandoque debitores

inique gravari videmus; uti conqueritur Andr. Rauchb. part. 2. decis. 25. n. 107. † Et non obstante Ordinat. Provinciali, in foro etiam Saxonico similes exceptiones notorias & in continentii liquidabiles atque probabiles, pro impediendâ executione, instrumentis guarentigiatis, vel ex usu saltem communi, & observantia, validè opponi, testantur post Matth. Coler. part. 2. decis. 290. num. 2. & de process. execut. part. 4. c. 1. n. 48. & seqq. Andr. Rauchb. dict. quest. 25. n. 102. Dan. Moll. lib. 3. semestr. 18. Matth. Berl. part. 1. concl. 84. n. 4. Joh. Zang. de except. part. 3. cap. 26. n. 6. & seqq. Hart. Pistor. part. 4. quest. 12. n. 7. Petr. Heig. part. 2. quest. 7. n. 29. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quest. 137. n. 11. & seqq. † Ego certè mihi persua-  
deri nunquam patiar Electores Saxonie Illustrissimos in dict. Ordin. Provinc. von versch. Brief und Siegel. Ordin. Process. judic. tit. 39. §. wenn aber das Urtheil. omnes in differenter exceptiones, præter solutionis & compensationis, excludere voluisse. † Siquidem Princeps, exceptiones vel appellations removens, intelligitur saltem de frivolis cogitatione, Felin. in cap. ex part. 13. extr. de offic. & potest. judic. deleg. n. 3. † Crediderim ergò vel ex mente saltem Illustrissimo-  
rum Constituentium alias quoque exceptiones in continentii probabiles, in foro Sax. pro impediendâ executione esse admittendas. Idque † i. per textum clarum & manifestum in Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitiæ Sachen n. 19. §. dieweil denn dieses Sachen vers. daß Inhalts der Lands-Ordnung / wider klar Brief und Siegel keine exceptiones und disputationes, so nicht in continentii durch unlaugbare Urtheile funden oder sonst ex actis oder Confessione partis exweislich seyn/zugelassen werden sollen/ic. Et postea; Es hätte dann die fürgeschätzte Exceptio gleichfalls ex natura contractus ihren Ursprung/und wäre ex ipsius instrumenti inspectione alsbald zu verificiren: Alsda seyn exceptio non secuti implementi, rei non traditæ, und dergleichen/ic. † Ex quo manifestissimum, non solùm per exceptionem solutionis & compensationis, sed etiam per exceptionem non secuti implementi, rei non traditæ, aliasque similes executionem paratam ex instrumentis liquidis impediti. Ut maximè ergò verba Ord. & Process. judicior. in locis supra allegatis contrariari viderentur: † attamen per hanc Sanctionem Electoralem, quæ nullibi disertè sublata fuit, declaranda ac limitanda essent, juxta tradita Dan. Moll. lib. 3. semestr. in fin. † 2. Idemque evidenter comprobat Ordinatio Torgensis de Anno 1583. sub tit. von wucherlichen Contracten: quæ usūrarum legitimarum, & similes exceptiones contra instrumenta guarentigiatu admittit, si in continentii, vel è vestigio probari queant. §. Es tråget sich auch. §. da aber. §. dabeneben/ic. † 3. De exceptione quoque non numerata pecunia, quin etiamnum hodie in foro Saxonico, contra instrumentum liquidum opposita, paratam impedit executionem, ambigendum prorsus non est; Velix observantia, in Judicio Appellationum Dresdensi Anno 1605. disertè confirmata, Hartm. Pistor. part. 4. quest. 127. Quicquid etiam in contrarium disputet Dan. Moller. ad Conf. Elecl. 19. p. 2. n. 59. & seqq. † Probant sane hæc evidenter, in terris quoque Electoratus Saxonie alias exceptiones, præter solutionis & compensationis, contra paratam instrumentorum executionem admitti, non obstante prædicta Ord. Provinciali sub tit. versch. Brief und Siegel. Quæ si adhuc dubii quicquam relinquat, † haud inepte cum Andr. Rauchbar. dixeris, solam quidem solutionis exceptionem, et si altiore indaginem desideret, in hunc modum admitti, ut ad instar aliorum pro-

uationem ordinariam sufficere videatur, si intra terminum probatorium articuli, literariorumque documentorum copiae judici exhibeantur; dummodo nimia ejus, qui probare debuit, negligentia non arguatur, *Felin. & Panorm. in c. licet causam 9. de pro-  
bat. infr. b. p. t. Conf. 16. & 17.* † Alias vero exceptiones paratam instrumentorum executionem ita demum impedire, si debitor per confessionem Creditoris, aut instrumenta potissimum intra executionis terminū easdē plenē & integrē probaverit; juxta verba manifesta dict. Ord. Torg. §. da aber dennoch. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 106. de quā Rauchb. doctrinā tamen haud parum dubito. *Vid. infr. defin. 17. Vide tamen Resolut. Grav. de Anno 1661. Tit. von Justitiens Sachen. §. hätte aber zum dritten. & Deceit. Noviss. 2.*

Ita Domini in causa Thomae Langroets zu Burghausen / Mensl. Jul. Anno 1619. (Verba sent. Inmassen euch denn diese eure Nothdurft weil dergleichen Exceptiones so wol als die Exceptio solutionis und compensationis wider klar Brief und Siegel/weil sie in continentie zu bescheinigen opponier werden mögen) vorzuschützen unbenommen/und außn Fall ihr dieselbe in continentie bescheinigen könnet/würdet ihr damit zugelassen/ und möchtet in die reconvention nicht verwiesen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Admittitur exceptio usurariae pravitatis contra instrumentum liquidum & confessatum.*

**N**on solum ergo exceptio solutionis ac compensationis, sed & alias exceptiones notoriae vel in continentie liquidabiles, quae nempe intra terminum probatorium 6. septimanarum atque trium dicrum plenē & integrē probantur, contra paratam executionem ex instrumentis liquidis & confessatis admittuntur. † Harum exceptionum catalogum ingentem referunt Andr. Rauchb. part. 2. qv. 25. n. 102. Matth. Berlich. part. 1. concl. 84. n. 6. & multis seqq. Matth. Coler. de proc. execut. part. 4. cap. 1. n. 48. & seqq. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 26. n. 61. & seqq. Unico verbo si eas comprehendere velis, dicas, Reum impedit paratam executionem, si exceptionem tamē contra instrumentum liquidum & confessatum opponat, quae ex natura ipsius contractus dependeat, & in continentie demonstrari queat; imprimis vero, si ex eodem instrumento, ab adversario producto, oriatur, eleganter Hartm. Pistor. p. 4. q. 10. n. 13. & 15. Veluti est † exceptio non secuti implementi, rei non traditae; & similes aliae; uti verba habent Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitiens Sachen n. 19. dieweil dann dieses. vers. Es hätte dann die fürgeschützte exceptio gleichfalls ex natura contractus ihren Ursprung/und wäre ex ipsius instrumenti inspectione alsbald zu verificiren, als da sepius exceptio non secuti implementi, rei non traditae, und dergleichen/ic. † Quin ergo exceptio usurariae pravitatis etiam in foro Saxonico contra instrumentum guarentigiatum valide opponatur, dubium non est; ut quae extra controversiam ex ipso contractu nascitur atque dependet. † Idque tanto certius, quanto manifestior est Sanctio Electoralis de hac ipsa exceptione usurariae pravitatis, eam admetti jubens, si in continentie, vel ē vestigio probari queat, in Ordin. Torgens. de An. 1585. tit. von wucherlichen Contracten. §. Es tragt sich auch. vers. da aber dennoch. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 103. Dan. Moller. L. 2. semestr. 19. Matth. Berl. dict. concl. 84. num. 56.

Ita Domini in causa Bernhardi Dieterichs von Starsches del contra Georg Heinrichen vom Ende ad requisitionem Praefecti Rochlicensis, Mensl. Jan. Anno 1630.

Et ad consultationem Senatus Zwickaviensis, Mensl. Jun. A. 1630.

## DEFINIT. XIX.

*Impedit quoq; paratam executionem exceptio simulationis, quā docetur, aliud actū, aliud scriptum fuisse.*

**N**on minus quoq; exceptio simulationis, contra

instrumentum liquidum & confessatum opposita, paratam executionem impedit; quando nempe aliud factum, aliud vero in contractu scriptum dicitur; putat, si debitor contra chirographum, vel mutui instrumentum, à se recognitum, excipiat: pecuniam in eo promissam, non mutuo data, sed lusu perditam, aut loco pecuniae parata, obligationem, alias vero res pro pecunia estimatas sibi datas fuisse; propter Sanctionem Electoralem in Ordin. Torgens. tit. von wucherlichen contracten §. darneben so wollen wir alle dergleichen Verschreibung. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 97. & seq. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 26. n. 84. *Felin. in cap. ex parte. 13. extr. de offic. & potest. judic. delegat. n. 14.* Matth. Berlich. part. 1. concl. 84. n. 21. † Quod tamen Interpp. eateus admittunt, si appareant legitimae probationes, aut saltem presumptio simulationis, Johan. Zanger. & Rauchb. dict. loc. † Non modò enim simulatio contractus usurariam pravitatem inducit, quae instrumento etiam confessato validè opponitur. *Definit. proced. sed & ipsum contractum annihilat, & fundamentum intentionis Actoris evertit.* † Cūm contractus simulationis non dicatur contractus, *Felin. dict. c. ex parte 13. n. 14.* Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 269. Ut vel propterea exceptio simulationis iis sit accensenda exceptionibus, quae ex ipsa contractus natura originem trahunt, & etiam contra instrumenta quarentigiatu admittuntur ex Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitiens Sachen. n. 19. §. dieweil denn dieses/ ic. vers. Es hätte dann/ ic.

Ita Domini in causa Thomae Hendels zu Torgau / Mensl. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Wofern ihr nun in continentie mit des Creditoris eigenen Missiven, daß ihr nicht baar Geld/ sondern eine Steuer-Obligation empfangen/ dorthin und erweisen könnet; So möchte obgedachter einer Gläubiger aus der von euch in Händen habenden Obligation, bey so gestalten Sachen/höher nicht/als ihr an baarem Gelde empfangen/wieder euch die Hülfe erhalten/ V. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Exceptio non numeratae pecuniae, in terris quoque Electoratus Saxon. contra instrumentum liquidum & confessatum validè opponitur.*

**Q**uicquid etiam disputet Dan. Moller. ad Conf. Elect. 19. n. 54. & seq. part. 2. verisimum patiter & communiter ab Interpp. receptum est; haud obstante Ordin. Provinc. sub. tit. versetz Brief und Siegel, exceptionem non numeratae pecuniae, pro impedienda executione contra instrumentum guarentigiatum, sive liquidum & confessatum, validè opponi, Hart. Pistor. part. 4. quest. 12. n. 7. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 230. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 26. n. 90. Matth. Berlich. part. 1. concl. 84. n. 16. † Non solum, quia hæc exceptio speciem simulationis habet juxta tradita Bald. i. l. 1. C. plus valer. quod agit. n. 3. Hartm. Pistor. dict. loc. n. 8. quæ executionem paratam ex instrumento guarentigiatum impedit; secundum tradita Defin. proced. † sed etiam, quod sententia hæc in supremo judicio Appellacionum Dresdeni Anno 1605. in pleno Senatu approbata ac confirmata fuerit.

Ita Domini in causa Ludovici Cöldicens zu Weissenfels / Mensl. Jan. An. 1633. (Verba sent. Gestalt denn auch die exceptio non numeratae pecuniae, was dieselbe notoria, oder in continentie beweislich/wider klar Brief und Siegel zulässlichen/ ic.)

Et in causa Augustini Stephans contra Hansen Wildem zu Leipzig / Mensl. Jun. Anno 1626.

## DEFINIT. XXI.

*Sicuti etiam exceptio Senatus consulti Macedoniani.*

**N**on errant, qui in terris quoq; Electoratus Saxonici, exceptionem SCti Macedoniani, in processu executive, contra instrumentum guarentigiatum efficaciter opponi assentunt; ad impedientiam scilicet paratam executionem, cum Dan. Mol-

- Moller. lib. 3. semestr. 18. Matth. Col. de process. execut. part. 4.c.1. n. 163. Joh. Zang. de except. part. 2 cap. 26. n. 93. Matth. Berlich. part. 1. concl. 84. n. 20. † Ecquis enim negabit, exceptionem hanc ex ipso mutui contractu oriri ac dependere; cum per eam filios absque consensu patris mutuo accipienti pecuniam, & sic invito parte contrahenti succurratur aduersus creditorem, l. 1. & passim. tit. ff. & C. ad Senatuscons. Macedon. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 3 29. defin. 3. † At certi juris est, impediri executionem paratam, per exceptionem, instrumento garantigato oppositam, quando ea ex ipso contractu suam originem trahit, ut clara est Sanctio Electoralis in Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justitien-Sachsen. n. 19. §. die weil dann dieses Suchen. supr. Defin. 17.

Ita Domini in causa C. à. S. contra C. à. S. zum Hayn/Mens. Septembr. Anno 1625. (Verba sent. Dieweil aber dennoch solche Schulden noch bei Lebzeiten seines Vaters / in dessen väterlichen Gewalt er gewesen / gemacht worden / dannenhero sich Beklagter des beneficii SCri Macedoniani, Inhalts der Rechte/nicht unbillig zu gebrauchen hat / welche Exceptio nicht allein ex ipso contractu mutui herrühret / sondern auch assobald bescheinigt/und dargethan werden kan/rc. So wird Beklagter mit solcher seiner Exception vor allen Dingen/ auch wider klar Brief und Siegel gehöret und zugelassen / und immittelst mit der angefangenen Hülffe billich in Ruhe gestanden/ B. R. W.)

Et in causa Daniel Rothens contra Ludwigen von Bisting zu Zörbig/Mensl. Septemb. Anno 1625.

#### DEFINIT. XXII.

*Impedit quoque executionem paratam exceptio Credi-  
ti, à Curatore, suscipiente tutelam debitoris sui,  
haut manifestati.*

1. **S**uscepereat Creditor minoris, ex mutuo sibi obli-  
gati, curatela, nec tamen Creditum illud man-  
ifestaverat; quem propterea actionis periculum  
subire jura volunt, Autb. minoris C. qui dar. tutor. vel  
Curar. Novell. 72. c. 4. & 5. Job. Guttieretz. de tutel.  
part. 1. c. 20. n. 2. Franc. de Caldas in repetit. l. si Cur-  
atorem habens 3. verb. sine Curatore constitutus n. 105.  
2. c. de integr. restit. † Repetente postea ipso pecu-  
niā, mutuo datam, atque exhibito instrumento ob-  
ligationis garantigato, executionem urgente, mi-  
nor, major jam factus, ex preditta Autb. minoris, ex-  
cepiebat se nihil debere, eo quod curatela suscipi-  
ens, prorsus tacuisse, ac propterea creditum amis-  
set. † Admittendam hanc exceptionem pro impedi-  
endā executione, rectissimē, judicarunt Domini.  
Cū manifestò hæc exceptio ex ipso contractu de-  
pendebat, eumque annullabat; quo casu per oppo-  
sitam exceptionem, non obstante instrumento obliga-  
tionis liquido & confessato, executionem impediti,  
certum est in terris Electoratus Saxonici ex Ordin.  
Polit. de Anno 1612. tit. von Justitien-Sachsen n. 19. §.  
die weil dann dieses Suchen. §. Es hätte denn die vor-  
geschützte Exceptio.

Ita Domini in causa Ulrich Christophens & Nicolai von Ende/Mensl. Decembr. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wohl zu solchem Ende allbereit die Execution gesuchet: Da aber dennoch Abraham von Ende die exceptionem Novell. 71. cap. 4. Das ihr nemlichen durch Verschweigung der Schuld bei antretender Bormandschaft euch derselben verlustig gemacht wider opponiren wolte/dieselbe auch in continentu zu beschützen ihme getraute/rc. So würde er damit billich zu gelassen/und mit der Execution in Ruhe gestanden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Excusionis etiam exceptio ad impediendam execu-  
tionem valide opponitur.*

1. **C**ontra instrumenta garantigata aliae quoque  
exceptiones ad impediendam executionem ad-  
mittuntur; si scilicet sint notoria, vel in continentu  
liquidabiles aut probabiles, Matth. Coler. de process.

execut. part. 4. cap. 1. n. 48. & seqq. Joh. Zanger. de  
except. part. 3. cap. 26. n. 61. & seqq. † Veluti inhabi-  
litatis personæ; ut, si minor, vel mulier in foro Sa-  
xonico sine Curatore se obligaverint, Dan. Moller.  
lib. 3. semestr. 18. † Exceptio moratoria, vel dilati-  
onis quinquennalis, Moller. l. 4. semestr. 6. Andr.  
Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 102. Anton. Fab. in Codic.  
lib. 1. tit. 9. defin. 2. n. 1. Coler. de process. execut. part.  
1. cap. 9. n. 33. & seqq. † Debiti non liquidi; vel ex  
causâ nullâ aut prohibitâ; putâ, ex lusu illico pe-  
titi, Rauchb. dict. loc. num. 95. aliaque plurimæ ex-  
ceptiones, in continentu liquidabiles atque probabili-  
les; quas copiosè adducunt Matth. Berl. part. 1. concl.  
84. Zang. & Coler. dict. loc. † Inter quas rectis-  
simè refertur exceptio excusionis, quam ad impedi-  
endam executionem fidejussor Creditori opponere  
potest, in hunc finem, ut executiatur ante omnia de-  
bitor principalis, num solvendo sit nec ne. † Haud  
enim negari potest, ex ipsâ Contractû naturâ hanc  
exceptionem provenire, Autb. presente C. de fide-  
juss. Ut dubium pro�us non sit, eam contra instru-  
mentum liquidum & confessatum, ad impediendam  
executionem, validè opponi, Ordin. Polit. Elect.  
Saxon. de Anno 1612. von Justitien-Sachsen n. 196. die  
weil dann dieses Suchen/ rc.

Ita Domini in causa Casp. Gödels zu Meissen/Mens Decembr.  
Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl der Creditor, weil er  
von dem Principal-Schuldner nicht befriediget werden kan/  
euch allein in Anspruch genommen / und auf euer Brief und  
Siegel wider euch executive geflaget: Da ihr aber dennoch  
bei der Bürgschaft dem beneficio excusionis ausdrücklichen  
nicht renunciat hättet/rc. So wäre euch dieselbe Exception  
gebührlichen zu opponiren, und dadurch die Hülffe wider euch  
abzuwenden/unbenommen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Valida etiam est exceptio erroris calculi, ad impedi-  
endam executionem paratam.*

E Jusdem quoque efficaciam est exceptio erroris  
calculi. Quæ contra instrumentum liquidum  
& confessatum opposita, æquè impedit paratam ex-  
ecutionem; quippè, quæ fundamentum intentio-  
nis, ipsumque contractum invertit & anhilat, ex  
eoque procul dubio nascitur atque dependet; Ut  
dubium non sit, eam validè opponi instrumento gua-  
rentigato ex Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von Justi-  
tien-Sachsen. n. 19. die weil denn. † Eademque est ra-  
tio exceptionis promissionis erroneæ, juxta tradita  
Anton. Tessaure. decif. 26. n. 55. Bartol. in l. error 8. C.  
de jur. & facti ignor. n. 9. & 10. Matth. Berlich. pare.  
1. concl. 84. n. 61. † Quin etsi promissio erronea ge-  
minata, ac sepius reiterata fuerit; nihilominus con-  
tra executionem validè eam operehi, tradunt Jason:  
in dict. l. error 7. C. de jur. & facti ignor. n. 28. Tessaure.  
dict. decif. 26. n. 15. † Quia scilicet etiam in delibe-  
rando quis errare potest, l. de atate 11. §. ex cauca 8.  
ff. de interrog. in jur. faciend.

Ita Domini in causa Dorotheen / viduz Georgii Schilbachs  
zu Salfeld/Mensl. Septembr. Anno 1627. (Verba sent. Ob  
nun wohl auff solches producirtes Brieffund Siegel die Hülffe  
wider euch angesetzt worden; Da ihr aber dennoch/ euer  
Fürgeben nach/exceptionem erroris calculi dat wider einwen-  
den würdet / und solche in continentu behaupten/und behirten  
köntet/rc. So waret ihr damit zulässlichen/und würde im-  
mittelst mit der angestalten Execution billich in Ruhe gestan-  
den/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Etiamsi exceptioni huic à Reo fuerit renun-  
ciatum.*

N On impidi paratam executionem per apposi-  
tam exceptionem erroris calculi, si fuerit huic  
renunciatum, scribit post Jason. in Lun. C. de error.  
calcul. n. 5. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 84. n. 65.  
per

- 3 per text. in dict. l. un. C. de error. calc. + Quod quidem concesserim, si transactio supervenerit expressa, dato aliquo à parte adversà; Veluti de transactione disertè loquuntur Imp. Dioclet. & Maxim. in dict. l. un. Et de eo calu forsan accipienda sententia Scabinor. Lipsiens. à Berlich. adducta. + Exterius quin simplicem renunciationem debitori non magis obstat putaverim, quam opponenti exceptionem non numerata pecunia; de qua communis est Dd. sententia, quod, et si huic exceptioni in instrumento expressè renunciaverit debitor, nihilominus intra tempus præfinitum, illa commode uti poterit, ut videre est apud Hartm. Pistor. part. 4. quest. 12. n.
- 4 4. + Quia pro errore Reus ad debitum se obligat, eo quoque exceptioni calculi censetur renunciare, juxta tradita in simili ab Hart. Pistor. dict. loc. Felin. in c. fiscario 14. num. 48. extr. de fid. instrum.

Ita Domini in causa Johannis Vilhelmi à Lindenau/ Mens. Septembr. Anno 1624. (Verba sent. Ob ihr nun wohl dem errori calculi ausdrücklichen renunciret und daß ihr auch des selbigen nicht gebrauchen wollet / euch verpflichtet. Da sich aber dennoch seithero befunden hätte / daß ein Irrthum begangen / und euch 568. Gl. 7. Gr. 10. Pfen. mehr/als ihr schuldig gewesen/angezeigt worden/ ihr auch solches in continentie, wie recht / bescheinigen könnet / so waret ihr solcher Exception vor bevorstehender Execution gebührlichen zu gebrauchen wol bestagt/und ihr würdet damit billig gehöret und zugelassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Neque solutionis, neque alia exceptiones in continentie haud probabiles, contra instrumentum confessionale admittuntur, sed reconventionis iudicio reservantur.*

- 1 Non aliter contra instrumentum liquidatum & confessionatum in processu executivo admittuntur exceptiones; sive solutionis, sive alia, ad impedientiam paratam executionem, quam si in continentie sint liquidabiles atque probabiles, Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 1. n. 43. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 10. n. 18. Et seqq. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. num. 102. + Nempe, quia summarie & absque ambagibus ex instrumento guarentigato procedi, & executionem institui, vult. Ordin. Provincial. de Anno 1555. tit. versat. Brief und Siegel.
- 3 In verb. schleunig soll verholffen werden. + Quod fieri certè non posset, si exceptio altioris indaginis, & difficilis probationis admitteretur, ut in aperto est. + Et ex quo Creditor, ad instantiam processus executivi provocans, non aliter audiendus, quam si in continentie de debito fidem faciat: inde nec debitor excipiens admittendus est, si in continentie exceptionem docere haud valeat; + Quia Creditor & debitor sunt correlata: quorum eadem est ratio ac juris dispositio, l. fin. C. de indict. vid. 10. Bald. in l. ult. n. 23. C. de evict. div. Adrian. tollend. Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 2. n. 25. + Non tamen pro�is rejicienda est exceptio altioris indaginis, sed reconventioni reservanda; ita, ut finitè executione in iudicio reconventionis Reus eam tractare valeat, arg. l. 1. C. de except. rei judic. Col. dict. cap. 2. n. 24. Et c. 1. num. 166. + Quod in Saxonia Elektoratu verbis disertis dispositum, Ordin. Polit. de An. 1612. tit. von Justitiæ Sachen. n. 14. S. dteweldann. verf. Sondern der Debitor damit in die reconvention gewiesen werden soll/ic. Et Ord. Torgensis de An. 1583. tit. von wucherlichen Contracten §. da aber destoch verf. So vermeide gedachter. Process. judic. tit. 39. S. wann, aber das Urtheil. In verb. fin. wann er davon nicht abstehen wolte / damit in die reconvention gewiesen werden vide Resolut. grav. de Anno 1661. tit. von Jur. Carpz. Definit. Vol. I.

sachen. §. hätte aber zum dritten Et. §. könnte aber der Beklagte zum fünften. Et Decis. Elekt. noviss. 2.

Ita Domini in causa Berthardi Grundmanns zu Halle/Mens. Mayo Anno 1615. (Verba sent. So ist doch der Schuldner seinem Brief und Siegel/weil dasselbe richtig / nachzukommen/ und bei Vermeidung der Hülfe die Zahlung zu thun pflichtig/ und wird mit seiner Exception, wasfern er davon abzustehen nicht genehmt/weil er dieselbige in continentie urch bringen vermag / in die reconvention billig verstoßen/ B. R. W.)

It. in causa Thomæ Langrocks zu Burghausen/Mens. Julio, Anno 1629.

Et in causa Ludovici Goldgens zu Weissenfels/ Mens. Jan. Anno 1633.

## DEFINIT. XXVII.

*Exceptiones in continentie dicuntur liquidabiles, quæ plenè & integrè intra terminum executioni præfixum probantur.*

Sed ambigunt Dd. quando & quomodo in continentie. Si probatio fieri debeatur, Cehsent siquidem nonnulli, eam in momento esse expedientiam, per l. 3. verf. hodie constet de fideicommisso, hodie agamus &c. ff. ut in possess. legat. nom. + Alii vero largiuntur debitori biduum vel triduum, l. ult. ubi Dat. C. de error. advocat. l. ult. C. de judic. + Nonnulli deceplidum, l. promissor. 21. S. 1. ff. de Constat. pecun. + Alii 4 quindecim dies, arg. c. 1. extr. de restit. spoliis in sexto. + Alii duos vel tres menses, ex l. in fraudem 45. S. fiscalibus 10. l. auferunt 46. S. qui compensationem 4. ff. de jur. fisci, + Vel etiam quatuor menses, per l. ult. C. de Usur. rei judic. Et sic mirè variant, ut videre est apud Andr. Rauchb. part. 2. quest. 25. n. 104. + Ut non immerito temporis hujus determinatione 7 judicis arbitrio quis committendam existimet, cum Hartm. tit. 19. observ. 11. Jac. Menoch. de arbitr. judic. qu. lib. 2. cent. 1. cas. 17. n. 8. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 1. n. 18. + Quod quid sit, in terris Elekt. Saxonici, probatio 8 tūm dicitur fieri in continentie, quando plenè & integrè fit intra terminum, executioni præfixum, nempe intra 6. septimanis & dies tres, ita ut post ulteriore deductione haud indigeat, Ord. n. Torg. de An. 1583. tit. von wucherlichen Contracten. §. da aber dennoch. In verb. binnen der Zeit/da ihme die Hülfe angekündigt get/und dieselbige würtlichen ergehen soll / und also in continentie &c. Rauchb. dict. loc. Matth. Coler. de proc. execut. part. 4. cap. 2. n. 19. Joh. Zang. de except. part. 3. cap. 20. n. 125. Dan. Moller. lib. 2. sec. mestr. 19. + Etsi verò Andr. Rauchb. exceptionem 9 solutionis excipiat, ac sufficere existimet, intra terminum probatorium articulos, literariorumque documentorum copias judici exhiberi, ad impedientiam executionem, dict. quest. 25. n. 106. + nollem. 10 tamen savor esse, ut quispiam huic doctrinæ confidat, propter verba manifesta in Ordin. Process. judic. tit. 38. §. wenn aber das Urtheil In verb. und keine andre Exceptio als Solutionis oder Compensationis intra terminum executionis liquida, &c.

Ita Domini in causa Thomæ Langrocks zu Burghausen/Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. Zumessen euch denn diese eure Rochburste (weil dergleichen Exceptiones so wohl als die exceptio solutionis und compensationis wider klar Brief und Siegel/wenn sie in continentie zu bescheinigen oponiret werden mögen) vorzuschützen unbekommen/et.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Probatio exceptionis in iudicio summario, parata executioni opposita, per instrumenta, non etiam per testes ordinario probationis modo expediri debet.*

Non sufficit, exceptiones, parata executioni in iudicio oppositas, in continentie probari, sed etiam

- etiam per instrumenta præcisè probatio hæc debet  
 2 expediri: † Nec auditur Reus, si testes adducere,  
 & per illos exceptiones probare velit, b. Conf. 8.  
 vers. iedsch daß derselbige ex *Confessione partis* pro-  
 ductis instrumentis, oder sonst ex *altis conventionis*  
 dermassen liquida und kund sey/damit es fernerer und  
 sonderlicher probation und Ausführung derhalben  
 nicht bedürfste. Ordin. Polit. de Anno 1612. tit. von  
*Justitien Sachen.* num. 19. §. Dieweil dann. In verb.  
*So nicht in continenti durch unlaugbare Urkunden/*  
*oder sonst ex altis, oder Confessione partis erweiß-*  
*lich seyn / Matth. Coler. de proc. execut. part. 4.c. 2.*  
*n. 23. Joh. Zang. de except. part. 3. c. 26. num. 115.*
- 3 Hartm. Pistor. part. 4. quest. 10. num. 19. † Nam  
 ex quo Creditor paratam executionem intentare  
 volens, necesse habet, ut judice de debito fidem fa-  
 ciat, vel per instrumenta, vel per confessionem,  
 nec audiendus, si per testes probare velit, Ord. Prov.  
 tit. versagt Brief und Siegel. Et Ordin. Polit. de  
*Anno 1612. tit. von Justitien Sachen.* n. 19. §. Die-  
 well denn. † Inde quoque obligatus censetur de-  
 bitor, contra instrumentum liquidum & confessio-  
 natum excipiens in continenti, exceptiones suas  
 vel per instrumenta, vel per confessionem credito-  
 ris probare; quia creditor & debitör sunt correlata,  
 quorum eadem est ratio, jurisque dispositio, l. ult.  
*C. de indict. viduit. tollend. Nicol. Everh. in top. loc.*  
*a correl. 20. n. 10. & seqq.* † Et judicantur ad paria.  
 circa probationes Actor & Reus, ita, ut nil plus  
 faveri debeat Reo, quam Actori, Matth. Coler. dict.  
 6 cap. 2. n. 26. † Ac certè si aliter diceretur, testes  
 que ad probandas exceptiones executionis impedi-  
 tivas admitterentur, ecquis non videt, creditorem  
 per indirectum ad processum ordinarium remitti,  
 diuqne super executione suspendi? † Quia absque  
 ordine judiciali ad testium probationem haud faci-  
 le perveniri potest, t. i. & tot. tit. extr. ut lit. non  
 contest. l. si quando 19. C. de restib. Jacob. Schult. ob-  
 serv. 40. n. 12. Coler. de proc. execut. part. 4. cap. 1.  
 num. 195. & seq. Vide Resolut. grav. ad An. 1661. Tit.  
*von Justitien Sachen.* §. 4. & 5. verb. sondern wolte  
 sich auff Zeugen berufen.
- Ita Domini in causa Catharinæ, Viduz Andreæ Kellers  
 Buch/Mens. Nov. Anno 1630. ( Verba sent. Dieweil aber  
 dennoch eure Forderung auf klaren Brief und Siegel beruhet/  
 ic. So ist er euch zu befriedigen pflichtig/und in Mangelung  
 gälicher Errichtung wird mit der angesetzten Hülfe wider  
 ihn gebührenlichen billich verfahren/ und er mit seiner Gegen-  
 forderung in die reconvencion und Wieder-Klage verwiesen.  
 Er könnte denn seine Gegenforderung in continenti vor Vollstrei-  
 chung der angesetzten Hülfe/ durch der beiden angegebenen  
 Zeugen summarische/ledoch endliche Aussage/ wie recht/  
 erweisen und beibringen/ damit würde er billich gehört und  
 zugelassen/B. R. W.)
- It. in causa Hansen Hermans zu Schwanfall/Mens. August.  
 Anno 1633. ( Verba sent. Da ihr aber dennoch mit Quittung  
 und andern brieflichen Urkunden in continenti wie recht be-  
 schenigen/oder auch durch zwey summarischer Weise/ ledoch  
 endlichen/ abgehörte Zeugen vor Ausgang des angesetzten  
 Hülfe-Terminus/ erweisen und beibringen könnet/ daß ihr  
 nach worgehender Aufführung die Zahlung einmahl rich-  
 tig geleistet. So möchte ich euren Gläubiger noch einst  
 zu befriedigen beständiger Weise nicht angehalten werden/  
 B. R. W.)
- Ec ad consultationem der Churfürstl. Sächs. Stifts-Diege-  
 rung zu Wurzen/Mens. April. Anno 1630,

## DEFINIT. XXX.

*Conferto instrumento super attestaciones testium pro-  
 bari potest exceptio, opposita instrumento gra-  
 ventigato, ad executionem impe-  
 diendam.*

- 1 Ratiō igitur, quod debitor, exceptiones contra  
 instrumentum liquidum & confessatum proba-  
 re volens, præcisè instrumentis, non etiam testi-  
 bus probationem expedire debeat, solum in eo con-  
 sistit: ne per ordinariam & solennem testium pro-  
 bationem, executio ultra terminum præfixum su-  
 spendatur, & ita processus summarius atque ex-  
 cutivius in ordinarium processum convertatur, con-  
 tra Ordin. Provincial. tit. versagt Brief und Siegel.  
 2 † Quia scilicet absque ordine judiciali, putat, abs-  
 que libelli editione, litis contestatione, aliisque so-  
 lennibus, probatio ordinaria nequit expediri, c. 1. &  
 3 tot. tit. extr. ut lit. non contest. definit. preced. † Quid  
 autem si Reus testes, ad probandum ejusmodi exce-  
 ptiones, statim intra terminum executioni præfi-
- Pater hinc, impediri executionem, si Reus  
 contra instrumentum liquidum & confessatum  
 excipiens, coram Notario, testes super causæ exce-  
 ptiones examinari fecerit, ac instrumentum solen-  
 ne desuper confectum, intra terminum executioni  
 præfixum, exhibuerit: † Cui vel propterea eo ma-  
 gis annuendum, quod in continenti exceptionem  
 oppositam, instrumenti exhibitione probasse videa-  
 tur. † Nec movet, quod vulgo dicitur, testatio-  
 nes de quacunque re factas etiam apud judicem  
 competentem, non aliter valere, quam si præsen-  
 te adversario factæ sint: † Siquidem hoc ad effe-  
 ctum juramenti restringendum est, nempe ut  
 jurent testes parte adversa præsentem, non etiam ut

examinentur, Johan. Andr. ad specul. sit. de teste §. sequitur, pers. & nos. Abb. in cap. fraternitatis 17. extr. de testib. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 14. def. 13.

§ num. 1. † Examinatos autem jam antea testes, præsente & volente creditore, in judicio summario denud jurare, quid impedit?

Ita Domini in causa Andreae X. uers. contra Petrum Altzern / ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. April. Anno 1635.

### DEFINIT. XXXI.

*Non potest deferri juramentum super exceptione, contra instrumentum liquidum & confessum oppositam, in processu executivo.*

1 **N**on loquor hic de processu ordinario, in quo si instrumentum executio a Creditore petatur, quin Reus excipiens non minus juramentum super exceptione auctori deferre, quam modo ordinario eam probare valeat, dubium omnino non est, ut multis firmat Hartman. Pistor. part. 4. quest. 13. Dan. Moller. lib. 3. sentent. 36. Reinhardi Rosa ad Moller.

2 **C**onsig. Etat. II. num. 10. parr. 1. † Sed extra processum ordinarium, absque causâ cognitione & sensu iudicis, ad juventutem aliquem invitum adiungere, nec juri consentaneum est; nec temporum nostrorum consuetudinem pati, testatur Dan. Moller.

3 **d**icitur. 36. num. 1. † Non ergo audiendus erit debitor, si in processu executivo exceptionem, contra instrumentum liquidum & confessum oppositam, conscientiz Creditoris committere velit, Moller. dict. loc. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 26. num. 119. Jacob. Schult. obseruat. 40. num. 14. Matth. Berglich. part. 1. concl. 84. num. 84. † Tum quia juramentum est species legitima ac ordinaria probatio- nis. Andre. Rauchb. part. 1. quest. 11. n. 27. quæ in processu executivo non admittitur *supr. Defin. 28.* † Tum quod in processu executivo exceptio, instrumento liquido & confessato opposita, in continentibus debeat

6 probari, *supr. Defin. 28.* † At iusjurandum deferre, non est probare in continentibus, gloss. in L. ult. ff. de R. V. l. cum qui juravit. 30. in pr. ff. de jurejur.

7 † Tum, quia ext' processum ordinarium auctor non valet Reo juramentum deferre, Moller. dict. cap. 36. num. 1. Jacob. Meno. ad ipsic. posseff. Remed. 5.

8 ex l. Creditores 3. C. de pignor. n. 153. † Ergo nec Reus auctori, ex natura Correlatorum, l. ult. C. de inditt. Vid. Nicol. Everh. in loc. à correl. 20. num. 10. & seqq. add. Resol. gravide anno 1661. Tit. von Justi-

sien-Sachsen. 5. Könnte aber der Verklagte zum fünften vers. oder seine Exceptiones dem Kläger ins Gewissen schieben.

Ita Domini in causa Marie Vidua Zacharia Schönen contra Georgium Sandrittern zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1630. Verba sentent. Dass angegebener Curator seine Person gehörlichen zu legitimieren schuldig/ und hat die von Verklagten gehane Endes-Delation, gestalten Sachen nach/weil executive auffclar Brief und Siegel wider ihn geflaget wird/nicht statt/ B. R. W.)

Et in causa Peter Wieskots zu Leipzig/Mens. Decembre Anno 1633 (Verba sent. So seyd ihr auch die Miethe wiederum auffz. Jahr lang zu halten/das erste Jahr Zins heraus zu geben/ und eure Nachdurft in der Reconvention ordentlicher Weise zu suchen schuldig/ und die Endes-Delation hat in diesem Summario processu, da auff Brief und Siegel geblasen worden/nicht statt/ B. R. W.)

### DEFINIT. XXXII.

*Neque in deposito, neque commodato admittitur Compensatio.*

1 **N**on magis compensationem, quam deductio. nem, vel doli aut non numerata pecunia, aliumve altioris indaginis exceptionem actio depositi admittit, l. pen. C. deposit. l. ult. C. de Compensat. l. in contrahibus 14. S. 1. C. de non num. pecun. † Siquidem compensatio tantummodo in quantitatibus, quæ inter se mutuam functionem recipiunt, non verò in speciebus locum obtinet, l. si convenerit 18. in pr. ff. de pign. act. † Ex quo fit, ut nec in Commodato audiatur, qui compensare velit. † Nempe, quod & in hoc contractu eadem species sit restituenda, S. item 2. n. 52. inst. quib. mod. re contr. obligat. l. 2. in pr. ff. de Reb. Credit. † Quia & in commodato disertis verbis improbatur Compensatio ab Imp. Dioclet. & Maximian. in l. ult. C. de commodat. † Nec enim concedenda est Jac. Cujac. libr. 9. observat. 37. & ad Paul. lib. 2. sentent. tit. 12. S. ult. correctio dict. l. ult. ita ut pro Commodati legatur Commendati h.e. depositi. Quia lectionem hanc omnia pariter manuscripta & in pressa exemplaria respuant: † Et cum textus ille non sub tit. deposit. in quo de commendato agitur, sed potius sub tit. de Commodo, collocatus sit, utique correctionem Cujacianam, ceu in merâ conjecturâ positam, recte rejiciunt Johan. Harrpr. in S. item 2. n. 52. inst. quib. mod. re contr. oblig. Hortens. & Hertn. Vultej. ad S. in bone fidei 30. inst. de action. Caspar. Schifordeck. trakt. 2. quest. 2. & seq. Forner. lib. 2. select. cap. 14.

Ita Domini in causa Hansen Christoff. von Lauterbachen & Confort. contra Hansen Anshelm/ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Nov. Anno 1635.

## CONSTITUTIO IX.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Von dem rechtlichen Einbringen in und nach der Litis contestation.

**M**elden sich in oder nach der litis contestation, unter den Parteien solche disputationes zu tragen/ so nicht auff den deferirten End- oder Beweisungen stunden/ sondern belangt etiam exceptiones peremptorias, oder eingelegte und producirte Instrumenta, Brief/Handschriften/oder in actis allbereit geschehene Confessiones, und es würden die

De formâ seu modo propônendi jus litigatorum in litis contestatione & post eam.

**S**i quæ controversia, vel in litis contestatione, vel post eam incident, non delata juramenta vel probations concernentes, sed vel exceptiones peremptorias, vel exhibita aut producta instrumenta, vel scripturas, vel factas denique in actis confessiones, & litigantes juri suo eo plenius deducendo, aliquantò plus temporis à judicibus sibi dari petant,

Partheyen bey den Richtern ansuchen / daß ih-  
nen mehr Zeit zum Einbringen/und gründlicher  
deduction gelassen würde / so soll ihnen der Rich-  
ter dazu zweene Säze / oder product Wechsels-  
weise von vier Wochen zu vier Wochen einzule-  
gen/und damit zum Urtheil zu beschliessen / ver-  
gönnen und frey lassen ; Sonsten aber soll in und nach der litis-contestation , so wohl als vor der-  
selbigen/ vom Munde in die Feder gesetzt / und obgesagter Meynung zum Urtheil beschlossen  
werden.

duos menses singulis concedi volumus, qui-  
bus alternis duabus vicibus, jus suum in scri-  
ptis proponentes judicis cognitioni se sub-  
mittant. Alias autem tam antelitis conte-  
stationem, quam in ea & post eam, vivâ vo-  
ce dictando procedant.

so wohl als vor der-  
selbigen/ vom Munde in die Feder gesetzt / und obgesagter Meynung zum Urtheil beschlossen  
werden.

## DEFINITIONS.

1. Post litem etiam contestatam litigatores jura sua  
viva voce proponere tenentur in foro Saxonico.
2. Impetrare tamen possunt litigantes à judge, ut  
merita causa post litem contestatam, scriptis mu-  
tuis tractent ac proferant.
3. Reus contumax in foro Saxonico , antequam cau-  
se amissione puniatur, ad legitima impedimenta ,  
tam in actionibus personalibus, quam realibus, con-  
demnari debet.
4. Liceret Reus sapius citatus contumax fuerit , pro  
convictio tamen non habetur; antequam usque ad  
legitima impedimenta sit condemnatus.
5. Non obstante petitione actoris alienâ vel inconsve-  
tâ, Reus contumax ad legitima impedimenta con-  
demnandus est , priusquam habeatur pro convictione.
6. Ut & is, qui expressè dicit, se nolle comparere.
7. Impedimenta legitima quenam sint & Reum à pa-  
nâ contumacia excusat?
8. Conjugis etiam ac liberorum morbus soticus Re-  
um à pñam contumacia liberat.
9. Carentia vel morbo Advocati, Reus contumaciam  
purgare valet.
10. Probare debet Reus legitima impedimenta docu-  
mentis vel testibus.
11. Reus impedimenta legitima juramento suo probare  
volens admittitur, si alie deficiant probationes.
12. Reus usque ad legitima impedimenta condemnatus  
ad deducendu ea specialiter citari debet, priusquam  
contra ipsum ulterius ad contumacia pñam pro-  
cedatur.

### DEFINIT. I.

Post litem etiam contestatam litigatores jura sua vi-  
va voce proponere tenentur in foro  
Saxonico.

1. Illud saluberrimè constitutum ab Electore Illu-  
strissimo supr. Constit. i. ut litigantes jura sua  
de simplici & plano, ore tantum, absque scriptis mu-  
tuis, vivâ voce proferant, † scilicet, ne per apices ju-  
ris & subtilitates legum domi excoxitatas & in scri-  
ptis conceptas, lites protrahantur, sed citius deter-  
minentur atque faniantur, Johan. Schneidewin. in  
§. omnium i. n. 99. inst. de action. Andr. Rauchb.  
part. i. quest. i. n. 6. & seq. Matth. Coler. part. i. decif.  
iii. num. 4. † Illud non duntaxat ante litis contesta-  
tionem obtinet, de quo casu propriè loquitur dict.  
Constit. i. sed etiam ad jura ea, quæ post litem con-  
testatam sunt proferenda ac propoenenda, haud obse-  
rre extenditur, b. Constit. 9. ut proinde † regulariter  
quoq; nec in litis contestatione; nec post eam jura  
litigatorum mutuis scriptis, sed solummodo vivâ  
voce proferenda sint, vers. Sonsten aber soll in und  
nach der litis contestation so wohl als für derselben vom  
Munde in die Feder gesetzt/xc. ubi Moller. Quod  
& practica fori Saxonici quotidie observat.

13. Purgata contumacia, omnia redeunt in pristinum  
statum & secundum ordinem juris denuo proce-  
duntur.

14. Reus non probans legitima impedimenta, vel ad  
probanda cœcitatius emanens, condemnatur usque  
ad executionem ( bis auf die Hülfe ) secundum  
consentia libelli & principalem actoris intentionem,  
non etiam quoad accessoria.

15. Non condemnatur Reus usque ad legitima impedi-  
menta, vel ad executionem, si non accusatio contu-  
macia praofferit.

16. Non ad impedimenta legitima, nec ad executionem  
condemnari potest Reus, quando de insinuatione  
citationis judex dubitat.

17. Aut quando non appareat citationem continuata  
terminum legalem.

18. Ultroque tamen casu, si vel de legitimo termino vel  
citationis insinuatione non confit, Reus contumax  
in expensas termini potest condemnari.

19. Reus in termino per literas absentiam excusans,  
non usque ad impedimenta legitima, sed duntaxat  
in termini expensas condemnari debet.

20. In arbitrio quandoque judicis est, Reum contuma-  
cem vel saltem in expensas termini, vel usque ad le-  
gitima impedimenta condemnaro.

21. Ex compromiso quando agitur, non punitur con-  
tumacia Rei amissione cause.

22. Actor contumax ulterius ad agendum non admit-  
titur, donec Reo ab instantia absoluto expensas re-  
sistuerit, & cautionem de lite prosequenda pre-  
fiterit.

Ita Domini in causa Melchiorus Sustens zum Hayn/ Mens.  
Aug. Anno 1613. ( Verba sent. Habt ihr wider Hansen Scher-  
gen wegen eines getroffenen Pacht Contracts Klage erhoben/  
daraufser auch item contestiret, und unterschieden exceptiones  
mit angehänget ; wann nun gleich sonsten so wohl in als  
noch der litis contestatione bepd Theile/ vermäge Thürfürstl.  
Sächsischer Constitution, ihre Nachdurft vom Munde aus  
in die Feder einzubringen schuldig/it.

### DEFINIT. II.

Impetrare tamen possunt litigantes à judge, ut merita  
causa post litem contestatam, scriptis mutuis  
tractent ac proferant.

Noluit tamen Elector Illustrissimus sanctione-  
suâ facultatem jura in scriptis proferendi litig-  
antibus proflus adimere : Quid enim, si ante dela-  
tionem juramenti vel probationes utrinque dédu-  
ctas, ejusmodi incident disputationes, quæ vel exce-  
ptiones peremptorias, vel exhibita aut producta lite-  
raria documenta, vel confessiones in actis factas, &  
sic merita ipsius causæ concernant? Tantum nimis  
abest, jura hæc in scriptis ventilare ac disputare par-  
tes prohiberi, ut potius judex litigatoribus, jura sua  
alternis duabus scriptis, ex intervallo quatuor septi-  
manarum, deducere volentibus, annuere, expre-  
ju-

jubeatur b. *Const. 9.* † ne scilicet merita causa negligantur. † Quia non semper Advocati in tantâ celeritate extra bibliothecam suam, omnia recte & sufficienter attendere & proponere valent, haud absq; periculo clientum suorum, *arg. can. ponderet. 14. dif. finit. 50.* Dan. Moller. *bic n. 1.* † & propter temporis angustiam in judiciis alias multum errant, Hartm. Pistor. *part. 3. quest. 10. n. 24.* & *part. 4. quest. 25. n. 17.*

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Da aber dennoch gedachte exceptiones der Wichtigkeit wären, daß sie reißlichen erwogen/und darinne mit gutem Rath und Bedacht verfahren und gehandelt werden müsse; So würde euch auf euer Ansuchen/eure gründliche deduction in zweien Säzen Wechselseitse von vier Wochen zu vier Wochen in Schriften einzubringen billich verstattet/ B. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Reus contumax in foro Saxonico, antequam causæ amissione puniatur, ad legitima impedimenta, tam in actionibus personalibus, quam realibus, condemnari debet.*

**I**n foro Saxonico Reus ob contumaciam amissio ne causa punitur; Contumax enim pro confesso & convicto habetur; ideoque in eum non aliter, ac discussu negotio principali, fertur sententia condemnatoria, ut est textus in art. 9. vers. 1. kommt er denn nicht wieder vor, art. 24. vers. 1. kommt er denn nicht vor lib. 2. Landr. Chil. Kön. in process. cap. 37. num. 2. & num. 5. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 14. & part. 1. decif. 104. num. 11. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. num. 2. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 1. n. 2. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 14. num. 1. & differ. 15. in fin. † Quæ poena cum nimis dura ac rigida sit, siquidem ex justis causis vel impedimentis. Reus detenus abesse potuerit, † super quibus merito, priusquam condemnetur, audiendi debet, l. desertorem 3. §. si ad diem 7. vers. factum prius copiæ docendi ff. de re milit. l. in exceptionibus 19. §. 1. ff. de probat. rectissimè obtinuit, † quod Reus primò ob contumaciam usque ad legitima impedimenta duntaxat, bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede/ & postea demum in amissionem causæ, bis auff die Hülffe/ condemnatur, si non habeat iustas absentias causas ac impedimenta legitima, † nec ea in sequenti judicio docere queat, Gloss. Latin. ad rect. Germ. Landr. lib. 2. dict. art. 9. lit. a. vers. & intelligitur bic articulus, Zobel. part. 1. diff. 12. num. 1. & 2. differ. 13. n. 2. & differ. 16. 10. Reinhard. part. 4. differ. 8. König. dict. cap. 37. num. 3. Hartm. Pistor. dict. quest. 3. n. 13. Rauchb. dict. quest. 1. num. 2. Dan. Moller. ad Const. Elector. 10. n. 7. part. 1. Coler. dict. decif. 104. num. 13. & dict. c. a. num. 15. † Quod & disertè approbatum est in terris Electoratus Saxonici, per Ordin. judiciar. process. tit. 8. §. in fall aber der Verklage. Et procedit id ipsum non solum in actionibus personalibus, sed etiam & realibus, ut observantia fori Saxonici quotidiana docet, Coler. dict. cap. 2. n. 62. & part. 3. cap. 12. num. 56. König. dict. cap. 37. n. 3. Joh. Schneidewin. in §. summa autem divisio 2. infit. de interdict. n. 16.

Ita Domini in causa Hansen Anshelms contra Barthol. Lauterbachen zu Leipzig/ Mensl. Jan. Anno 1616. ( Verba sent. Dass Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagten/wegen seines ungehorsamen Außenbleibens/bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede erstanden und erlangt hat/B. R. W.)

IItem in causa Engelbrecht Deugens contra Heinrich Geldhausen und Georgen Bierbaum/ Mensl. Febr. Anno 1626. ( Verba sentent. Dass Kläger Beklagte wegen ihres ungehorsamen Außenbleibens bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede erstanden und erlangt hat/ B. R. W.)

Et in causa Adami Broseimans contra Margarethen Gathers/Mensl Nov. Anno 1627.

## DEFINIT. IV.

Licet Reus sepius citatus contumax fuerit, pro convicto tamen non habetur, antequam ad impedimenta legitima sit condemnatus.

**N**unquam hodie in foro Saxonico Reus contumax amissione causa punitur, si non prius ad impedimenta usque legitima condemnatus fuerit, Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. n. 13. † Ex quo fit, ut licet quis sepius citatus contumax extiterit, non tamen tanquam convictus condemnari soleat, nisi prius sententia, quæ ad docendum impedimentum admittitur, (in Ehehaft und behelfliche Widerrede) præcesserit, uti ex Modestino Pistor. probat Hartm. Pistor. dict. quest. 3. n. 15. † Sequeretur enim aliqui, ut is, qui ex justo aliquo impedimento absens fuit, amissione causa puniretur, quod inquisitum esset Gloss. in cap. quoniam contra II. extr. de probat. Jason. in l. 2. ff. si quis in jus vocat.

Ita Domini in causa Eliæ Rumpfens contra Christophorum Leonharden zu Leipzig/Mensl. Maj. Anno 1613.

Et in causa Adami Pfaffens contra Zacharias Eckarten/ Mensl. April. Anno 1628.

## DEFINIT. V.

*Non obstante petitione actoris inconvenienti, vel in consuetudine, Reus contumax ad legitima impedimenta condemnandus est, priusquam habeatur pro convicto.*

**S**epiùs accidit, ut Actores non, prout moris est, spetant Reum contumacem usque ad legitima impedimenta, bis auff Ehehaft/sed simpliciter, ut convictum condemnari, bis auff die Hülffe/ubi solet dubitari: *An judex hoc casu id, quod juris & consuetudinis est, ex officio supplere, & reum ad docenda impedimenta, bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede/ condemnari possit?* † Quod rectissimè affirmat Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. n. 15. & 16. Tum quia sententia hæc non est prorsus aliena à petito actoris, quin potius eò tendit, ut ad causæ amissionem perveniri queat. † Tum, quod petens aliquem tanquam convictum condemnari, censetur omnia ea petere, quibus ad id perveniri potest, l. illud 77. subi Barr. & Dd. ff. de acquir. hered. Panorm. in c. olim causam 2d. de censib. Hartm. Pistor. dict. quest. 3. n. 16.

Ita Domini in causa Jacobi de Boucquoy contra Hansen Merhoffen zu Leipzig/Mensl. Jul. Anno 1626. ( Verba sent. Dass Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagten/wegen seines ungehorsamen Außenbleibens/bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede erstanden und erlangt hat/B. R. W.)

IItem in causa Dietrichens von Cassel contra Johann Baptisten & Consortes, Mensl. Jan. Anno 1631. ( Verba sent. Dass Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagte/ ihres ungehorsamen Außenbleibens halber/bis auff Ehehaft und behelfliche Widerrede erstanden und erlangt hat/B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Ut & is, qui expressè dicit, se nolle comparere.*

**D**e jure civili, Reo contumace existente, actor mittitur, in possessionem bonorum ex primo decreto, c. quoniam frequenters. §. ult. extr. ut lit. non contest. † vel si actio realis est intentata, in possessionem rei petitæ, c. ult. extr. de eo qui mittit. in possess. dict. cap. quoniam 5. l. consentaneum 8. C. quomod. & quand. jud. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 2. n. 11. & part. 1. decif. 104. n. 5. Specul. lib. 2. part. 1. sit. de contumace. §. 2. n. 2. Chil. König. in process. 37. n. 1. † Superior autem est dispositio juris Saxonici, ubi Reus ob contumaciam, amissione causa totius punitur, artic. 9. & 24. lib. 2. Landr. antequam ergo in hanc peñam Reus condemnatur, audiendus erit, num causas absentias

- justas docere valeat, ne inauditus tam severè puniatur, *supr. Defin. 3.* non solum si citatus emaneat,  
 4. † sed etiam si exp̄ressè dixerit, se nolle comparere, Christop̄. Zobel. *part. 1. differ. 16. n. 19.* Jac. Schult. *in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 104. num. 35.*  
 5. † Quamvis de jure communi vix negari poterit, Reum hoc casu pro vero contumace haberi & poenis contumaciæ affici, adeò ut denuò citari non debeat, Felin. *incap. ad petitionem 22. extr. de accusat. n. 8.* Dom. Arum. *part. 1. decis. n. num. 1. seq.*

Ita Domini in causa Valentini Geiflers Erbent contra T. C. Mensl. Mart. Anno 1628. (Verba sentent. Daß Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagten bis auf Ehehaft und behelfliche Wider Rede erstanden und erlangt hat/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Impedimenta legitima quenam sint & Reum à pena contumaciæ excusat?*

1. **A** Severà igitur poenâ contumaciæ, in foro Saxonico receptâ, amisionis nimirum causæ ex-  
 2. emptus erit Reus, † si justas absentia causas, seu le-  
 gitima impedimenta (Ehehaft) docere valeat, *defin. 3. sed quenam sunt legitima impedimenta ad con-*  
*tumaciæ purgationem sufficientia?* Genera horum  
 3. impedimentorum vulgo quatuor constituunt, *ffacili-*  
*cet Captivitatem, Ægritudinem, Peregrinationem*  
*& Expeditionem publicam, Landr. lib. 2. art. 7. in-*  
*pr. vter Sachen seynd/* *rc.* Jac. Schult. *in addit. ad*  
*Matth. Coler. part. 1. decis. 104. num. 33.* Joh. Zanger.  
*de except. part. 2. cap. 9. n. 13.* Mynsing. *cent. 4.*  
*obser. 57.* Coler. *de proc. part. 1. cap. 1. n. 21.* Quæ  
 quidem impedimenta legitima sunt frequentiora,  
 4. & inter hæc † ægritudo, sive morbus santicus Reum  
 maximoperè à poena contumaciæ liberat, *l. contu-*  
*maciæ 53. §. penam 2. l. quesitum 60. ff. de re jud. l. non*  
*exigimus 2. §. si quis 3. ff. si quis caution. jud. sif. caus.*  
*fact. ubi Jalon. num. 1.* Attamen & alia quoque  
 impedimenta prædictis similia ad purgationem con-  
 tumaciæ sufficientia habentur, † puta, Exceptio lo-  
 ci non tuti, Coler. *dīct. cap. 2. n. 21.* Jac. Menoch.  
*de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 153. num. 10.* &  
 6. seq. † Tempestas ventorum, pluviarum, aut vis  
 fluminis, *l. non exigimus 2. §. si quis 3. vers. vel tem-*  
*pestate, vel vi fluminis ff. si quis caut.* Zang. *dīct. c. 9.*  
*n. 13.* Menoch. *dīct. loc. n. 9.* Schult. *ad Coler. dīct.*  
*decis. 104. n. 33.* † Bellorum motus & hostilitates,  
 Jodoc. Damhoud. *in pr. crim. cap. 25. num. 15.* Nicol.  
 8. Boër. *decis. 40. n. 1. & seq.* † Pestilentia periculum,  
 Damh. *dīct. loc. n. 16.* Andr. Gail. *lib. 1. obserw. 52. n.*  
*11.* Zobel. *part. 1. differ. 17. n. 3.* & quæ sunt alia, quæ  
 judex prudens ac disertus sufficientia arbitratus fue-  
 rit, Zanger. *dīct. cap. 9. n. 13.* Menoch. *dīct. cas. 153.*  
*num. 4.*

Ita Domini in causa Hansen Wolrabens zu Hedstadt/ Mensl Aug. An. 1623. (Verba sent. Seyd ihr wegen ungehorfamen Außenbleibens für Gerichte auff vorgehende des Klägers Ungehorsams-Beschuldigung in die Ehehaft vertheilet/ und zu dero Ausführung citiret worden. Da ihr nun selbigen Termin wegen Krankheit/ Gefängniß/ unumgänglichen Ausreisens/ungestümen Gewitters/ oder anderer dergleichen Gefahr und nothwendiger Ursachen halber/nicht besuchen können/ic. So würdet ihr aus der Ehehaft/darein ihr vertheilet/wiederum genommen/und mit eurer Nothdurft/Hauptfächlichen nochmahlis gehöret/B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Conjugis etiam ac liberorum morbus santicus Reum à pena contumaciæ liberat.*

1. **N**on ergò certà regulâ, impedimenta legitima ad purgationem contumaciæ sufficientia definiri  
 2. ac comprehendendi possunt; † sed arbitrio judicis di-

screti sunt relinquenda, *Definit. preced. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 153. num. 4.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9. num. 13.* † Procul dubio vero judex non tam rigorosè proce-  
 det adversus Reum, qui bonam causam fovet, & qualem qualem exceptionem allegare valet, veluti  
 quod Conjunx laboraverit in puerperio, aut si ipsa mulier citata fuerit prægnans, aut non ita dudum è puerperio levata, Damhoud. *in pract. crim. cap. 25. num. 14.* Jacob. Schult. *in addit. ad Coler. part. 1. decis. 104. num. 33.* † Pariter & Reus justam fovens li-  
 tigii causam, facile excusabitur à poenâ contumaciæ, si morbum santicum Conjugis aut liberorum præ-  
 tendat, juxta tradita Joh. Zanger. *dīct. cap. 9. n. 13.* Christop̄. Zobel. *part. 1. differ. 17. n. 2.* † maximè ve-  
 rò, si eo tempore, quo comparere debebat Reus, fu-  
 nus deducendum fuerit, Jac. Schult. *dīct. loc. n. 33.* Myasing. *cent. 4. obser. 57. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da ihr nun selbigen Termin aus erheblichen Ursachen/ als Krankheit/Gefängniß/ ic. oder auch wegen euers Weibes und Kinder gefährlichen Zustand und Schwäche nicht besuchen können; So würdet ihr aus der Ehehaft/darein ihr vertheilet/wiederum genommen/ und mit eurer Nothdurft/Hauptfächlichen nochmahlis gehöret/B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Carentia vel morbo Advocati, Reus contumaciæ purgare valet.*

**C**aveat tamen judex, ne omnia indifferenter ad-  
 mittat impedimenta, nec illa arbitretur legiti-  
 ma, quæ de facili removeri poterunt, nullamque  
 excusationem merentur, *l. quibus diebus 40. ff. de-*  
*condit. & demonstr. c. ult. extr. de elekt.* Matth. Wes.  
*vol. 1. conf. 42. n. 99.* Anton. Thesaur. *decis. 10. n. 11.*  
 † Sed in justâ etiam causâ litigii, ea solummodo ad  
 purgationem contumaciæ sufficientia judicet, quæ  
 vera sunt, non affectata; Neminem siquidem af-  
 fectata & fictitia impedimenta excusare debent, *l. 2. §.*  
*ult. ff. si quis caut. l. 3. §. subveniar 6. ff. ad SCtum Syl-*  
*lan. l. & qui data operas ff. ex quis. caus. major. † Nec*  
*injusta causa liberat à poena contumaciæ l. properan-*  
*dum 3. §. fin. autem 3. ubi Dd. C. de judic. & in l. qui*  
*solidum 78. §. 1. ff. de leg. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 3. sit. 7. defin. 17. num. 11.* † Planè, non videtur im-  
 pedimentum insufficiens Carentia, vel etiam infr-  
 mitas ac morbus advocati, Joh. Zang. *de except. part.*  
*2. c. 9. n. 13.* † dummodò de facili, Reus alium advo-  
 catum vel procuratorem habere non potuerit, alio-  
 qui non excusabitur, Bartol. *in l. idemque erit. dicen-*  
*dum 16. ff. pro socio num. 16.* Joseph. Mascard. *de pro-*  
*bat. vol. 1. concl. 408 num. 26.*

Ita Domini in causa Erasmi Gerbigens zu Lauchstadt/Mensl Novembr. Anno 1577. (Verba sent. Da Beklagter darthun oder eydlichen erhalten möchte/dass er seinen Advocaten nicht haben können; So wäre er für ungehorsam nicht zu achten/sondern Hauptfächlichen nochmahlis zugelassen/B. R. W.)

Ere ad eundem Mensl. Nov. Anno 1577. (Verba sent. Da Kläger seines Advocaten Schwäche darthun könnte/So wäre er für ungehorsam nicht zu achten/sondern es würde ein ander Termin in der Sachen zu verfahren billich angezeigt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Probare debet Reus legitima impedimenta documen-  
 tis vel testibus.*

**N**on sufficit, legitima impedimenta à Reo al-  
 legari, sed etiam probari ea debent, † nec Reus  
 contumaciæ unquam purgabit, priusquam causas  
 absentia prætentas docuerit ac demonstraverit, Or-  
 din. Process. jud. Elect. Saxon. *rit. 10. §. Im Fall*  
 aber

aber der Verlagte. vers. folgenden Lernin solche Ehehaft und legitimum impedimentum ausführen/ sc. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 9. n. 11. Zob. bel. part. 1. differ. 16. num. 1. † Siquidem Impedimentum, quia facti est, non præsumitur, Bartol. in 1. queſitum 60. ff. de re judic. Ergò probari debet 4 † testibus ad minimum duobus, Jodoc. Damhouder. de prax. crim. cap. 25. num. 9. Zanger. dict. cap. 5. num. 12. † vel etiam documentis, veluti morbus Rei facillimè doceri potest per literas & testimonium Medici, Jodoc. Damhouder. dict. c. 25. num. 9. id quod sacerdos practicatum memini.

Ita Domini in causa Hansen Wolrabens zu Hettstadt/Mens. Aug. Anno 1623. (Verba sent. Da ihr nun selbigen Termin wegen Krankheit oder anderer erheblicher Verhinderung nicht besuchen können / solche Ehehaft auch durch Zeugen oder gnug/samen Schein beibringen und darthun möchte/in massen euch zu thun oblieget; So würdet ihr aus der Ehehaft/darein ihr vertheilet/wiederum genommen/und mit euer Nothdurft Haupsächlichen nochmahlis gehöret/ B.R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Reus impedimenta legitima juramento suo probare volens admittitur, si aliae deficiant probationes.*

Si Reus ad legitima usque impedimenta condennatus, ea docere velit, nec tamen testes vel documenta habeat, quibus illa demonstrare ac probare valeat, juramento suo credendum est † ne forsitan innocens ex probationis defectu rigorosam juris Saxonici pœnam contumaciz incurrat, Ordin. Process. judic. tit. 10. §. im Fall aber. in verb. Solche Ehehaft und legitimum impedimentum ausführen und darthun/oder endlich erhalten würde/ sc. Joh. Zang. de except. part. 2. c. 9. n. 52. Mynsing. cent. 4. obser. 57. §. 7. Christ. Zob. part. 1. differ. 6.

3 n. 18. † Attamen probatio impeditorum legitimorum regulariter per juramentum fieri non potest, nisi in defectu aliarum probationum, juxta distinctionem traditam à Jason. in l. 2. §. quod diximus 6. ff. si quis caue. † Quod & juri Saxon. videtur consentaneum in art. 7. vers. wet aber Würz. gen seget. lib. 2. Landr. Matth. Coler. part. 1. decif. 5 104. num. 16. Zobel. dict. diff. 16. num. 12. † Nam & alias juramentum est vice probationis, in ejusque defectum Reo injungendum, l. non erit 5. §. dato 2. l. cum qui 30. ff. de jurejur. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 2.

Ita Domini ad requisitionem Questoris & Senatus Bitterfeldensis, Mens. Jun. Anno 1582. (Verba sent. Dass Verlagte ihre vorgewordne Ehehaft / wie recht zu erweisen / oder in Manglung des Beweises endlich zu erhalten schuldig/Sie eben nun solches oder nicht/so ergehet also dann des B. schuldigten Ungehorsams halben oder sonstien fernier was recht ist/ B.R. W.)

Item in causa Hansen Friesens contra Balstein Eisten zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1626. (Verba sent. Wahrde Verlagter seine angezogene Ehehaft endlich erhalten; So erschiene daraus so viel/dass er für ungehorsam nicht zu achten/ sondern mit seiner rechtlichen Nothdurft auff die von Klägern übergebene liquidation nochmahlis billich gehöret und zugelassen wird/B.R. W.)

Item in causa Simon Fischers zu Trena / Mens. Martio Anno 1603.

Et in causa Erasmi Gerbigens zu Tauchstadt / Mens. Nov. Anno 1577.

## DEFINIT. XII.

*Reus ad legitima usque impedimenta condemnatus, ad deducenda ea specialiter citari debet, priusquam contra ipsum ulterius ad consumaciam pœnam procedatur.*

Si Cribit equidem Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. §. 33. Reum usque ad legitima-

impedimenta (bitis auf Ehehaft und behelfliche Wiederrede) condemnatum, etiamsi non citetur, debere infra tres quaterdenas sive sex septimanas & tres dies, articulos probatorios suorum impedimentorum offerre, † adeo, quod per lapsum hujus temporis Reus ita constitutatur in mora, ut postea cum probatione suorum impedimentorum amplius non sit audiendus: † Quia scilicet terminus probatorius est peremptorius & exclusivus aliarum probationum, secundum tradita Bartol. in l. cessante. 2. n. 6. C. quomodo & quando judex. Salycet, in l. si ea 7. n. 7. C. de bis qui accus. non poss. † Sed in foro hoc non observatur, & sufficit Reum summarie saltem causas absentia probare ac deducere, vel etiam nudis schedulis atque privatis testimonii. † Tantumque abest, terminum probandorum impedimentorum esse peremptorium, ut etiam Reus haud specialiter citatus ad docenda ac deducenda impedimenta legitima, nullo probationis onere sit gravandus, cum adversus condemnatum usque ad impedimenta legitima, † ulterius ad contumaciam pœnam procedi nequeat, antequam is specialiter fuerit citatus ad docenda & deducenda impedimenta legitima, ad instantiam actoris, Ord. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. Im Fall aber. in verb. und da er auf fernere Ladung/welche der Kläger h.ers zu ausbringen soll/ sc.

Ita Domini in causa Dn. Comitis zu Mansfeld contra Henrichen von Elaußbruch zu Leipzig/ Mens. Decembr. An. 1598. (Verba sent. Dieweil nicht zu befinden / dass Verlagter zu Ausführung der Ehehaft/darinnen er vortheilet/ gebührlichen citiert werden; So geschicht solches nochmahlis billich/ dar-aufalso denn feruer ergehet/was recht ist/B. R. W.)

## DEFINIT. XIII.

*Purgata contumacia, omnia redeunt in pristinum statum, & secundum ordinem juris denuo proceduntur.*

Neumbit igitur Reo citato, probare impedimenta legitima, † non etiam quod diligentiam suam in removendis illis adhibuerit, Matth. de Afflict. decif. 29. n. 7. quamvis aliter sentiat Bartol. in l. non exigimus 2. §. quod diximus 6. ff. si quis caue. judic. si. cauf. fact. per text. in l. qui commeatu. 14. vers. dum non tardius à loco ff. de re militar. † Et probatis impedimentis, sive per testes aut documenta, sive per juramentum supr. Defin. 10. & 11. purgata est contumacia † omniaque redeunt ad statum pristinum., ita ut secundum juris ordinem denuo procedatur, secundum tradita Jason. & Dd. in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non erit. & in l. 2. ff. si quis caue. judic. si. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. num. 38. Jac. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decif. 104. num. 33. † ubi formulam pronunciandi tales ponit: (dass Verlagter aus der Ehehaft/darein er vortheilet/ wiederum genommen/und nochmahlis mit seiner Nothdurft in der Haupsache gehöret wird) † Contumacia enim haec tenus obstabat, quod audiri non poterat. Reus l. t. C. quor. appell. non recip. Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 15. defin. 18. num. 1. quā purgata, ipsum admitti nil ulterius prohibit.

Ita Domini in causa Georgii Sandritters contra Mariam, Viduam Zachariz Schönen zu Leipzig/ Mens. Martio Anno 1632. (Verba sent. Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/ dass Verlagtens Pflegefrau vor Ungehorsam nicht zu achten/ sondern sie wird nochmahlis mit ihrer Nothdurft billich gehöret/B. R. W.)

Et in causa Hansen Magnussen von Schönenfeld contra die Häuseler und Gärtnere zu Bachau / Mens. Maj. Anno 1625. (Verba sentent. Nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/ dass Verlagte für Ungehorsam nicht zu achten/ sondern

dern mit ihrer rechtlichen Nachdurft auf die angestalte Klage nochmals billich gehörig werden / V. R. W.)

Ei in causa Hansen Friesens contra Valentini Lisen zu Leipzig / Mensl. Febr. Anno 1626.

Ei in causa Michael Stummens contra Martin Plögen / Mensl. Jun. Anno 1631. (Verba sentent. Nun mehr aus den Acten so viel zu befinden/dass Beklagter für Ungehorsam nicht zu achten/sondern mit seiner rechtlichen Nachdurft auf die angestalte Injuriens-Klage nochmals billich gehörig wird / V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Reus von probans legitima impedimenta, vel ad probanda ea citatus emanens, condemnatur usque ad executionem (biß auff die Hülffe) secundum contenta libelli & principalem actoris intentionem, non etiam quoad accessoria.*

1 **S**in verò Reus vel iterum non comparet, vel comparet quidem, sed impedimenta insufficienter probare nequit, tunc in amissionem causæ & usque ad executionem (biß auff die Hülffe) condemnatur,

2 † perinde ac si legitimis probationibus esset convictus, Ord. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. im Fall aber. in vers. Im Gegenfall da er solche Ehehaft nicht darbringen könnte / oder auff die andere Citation gar nicht erschiene/soll er alsdann auff fernere Beschuldigung des Klägers in die Hülffe vertheilet / und dies selbe nach Inhalts der Klage wider ihn vollstrecket werden. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. n. 14. & seqq. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 2. n. 41. &

3 part. 1. decis. 104. num. 12. † Facit enim contumacia, ut Reus habeatur pro confessio & convicto, Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 12. defin. 44. num. 1. contra quem alias non posset procedi ad definitivam sententiam, l. 1. & l. consentaneum 8. C. quomodo & quando 4 judex. † At confessus ita vel convictus condemnatur ad executionem secundum contenta libelli, saltem quoad ipsam causam seu principalem actoris intentionem, non etiam quoad accessoria, puta dama, expensas & quæ his sunt similia: † ubi certè moderatio & arbitrium judicis nunquam excluditur, ut eleganter docet atque exemplis demonstrat Dan. Moller. lib. 3. semestr. 38. vers. verum hæc ita. Matth. Berlich. part. 1. concl. 17. num. 97. Jac. Schult. in addit. ad process. Petr. Tertmin. cap. 17. lit. a. n. 34.

Ita Domini in causa D. Ernesti Mösbachs contra Christophorum Qvelnitzem zu Leipzig / Mensl. Junio 1, Anno 1632. (Verba sent. Dass Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagten wegen seines beharrlichen Ungehorsams / biß auff die Hülffe erstanden und erlanget hat / derowegen ist Beklagter Klägern die libellirten 200. Reichsthaler Capital zusammen dem aufgelaufenen Interesse und verursachten Unkosten / jedoch auff Ermäßigung/zu erstatten schuldig / V. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Non condemnatur Reus usque ad legitima impedimenta, vel ad executionem, si non accusatio contumacie præcesserit.*

1 **N**on potest adversario objicere contumaciam, qui & ipse in judicio non comparuit, l. & post editum 73. §. quod si is 1. ff. de judic. Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 1. def. 30. num. 1. † Ex quo fit, ut nunquam Reus ob contumaciam condemnetur, vel ad impedimenta usque legitima biß auff Ehehaft/ vel ad executionem auff die Hülffe/si non præcecerit accusatio contumacie. † Ad hoc enim, ut ad ejusmodi condemnationem deveniatur, requiritur, ut actor contumaciam Rei accuset, eumque secundum qualitatem negotii, vel ad legitima impedimenta, vel in amissionem causæ condemnari petat, Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. im Fall aber der Beklagte vers. Soll er auff des

Klägers vorgehende Beschuldigung in Ehehaft. Et postea: Soll er alsdann auff ferner Beschuldigung des Klägers in die Hülffe vertheilet werden. † Quia 4 judex officium suum non impertit, nisi imploratus, l. 4. §. hoc autem judicium 8. ff. de damn. infect. Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler. part. 1. decis. 104. num. 28. † Et regulariter nemo pro contumace habetur, nisi ejus contumacia accusetur, & desuper sententia interlocutoria feratur, l. ad peremptorium. 68. ff. de judic. l. properandum 13. §. 1. C. eod. tit. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. num. 10. Anton Thesaur. decis. 19.

Ita Domini in causa Christiani Friedmans contra Hansen Beberlein / Mensl. Jan. Anno 1627. (Verba sentent. Würde Kläger Beklagens Ungehorsam gebührlichen beschuldigen/se ergehet in der Sachen ferner was recht ist / V. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Nec ad impedimenta legitima, nec ad executionem condemnari potest Reus, quando de insinuatione citationis judex dubitat.*

**R**igorosa quia est poena contumaciz in foro 1 Saxonico supr. Defin. 3. † ad eam haud de- 2 veniendum erit, antequam de ipsa contumaciā ju- dici constet, ex quo certè fit, quod poenam illam 3 nunquam Reus incurrat, † priusquam ei terminus 3 ad allegandas & deducendas ablen: iæ causas fue- 4 rit præfixus dict. defin. 3. † Sed nec usque ad le- gitima impedimenta; biß auff Ehehaft/ Reus con- 5 demnari debet, si non ex actis appareat, Reo cita- tionem fuisse insinuatam. Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. im Fall aber. vers. Jedoch 6 daß man in allewege zuvor / ehe eines oder das andre wider ihn erkannet werde/gewiß seiß/dass ihm die cita- 7 tion gebührlichen insinuiret worden/xc. † Nec enim 8 contumax dici potest, qui citatus non fuit: Si- 9 quidem citatio est principium & fundamentum 10 judicii, §. ult. Inst. de pan. temer. litig. cap. quo- 11 niā 11. extr. de probat. quā deficiente processus 12 redditur nullus, Andr. Gail. lib. 1. observat. 48. 13 num. 1. Johann. Zanger. de except. part. 1. c. 2. 14 num. 5.

Ita Domini ad requisitionem Questoris Lipsiensis, Mensl. Jun. Anno 1583 (Verba sent. Dieweil nicht zu befinden/dass dem Beklagten die Citation gebührlichen insinuaret worden/ So ist er auch noch zur Zeit vor Ungehorsam nicht zu achten/ xc.)

Ei in causa Hansen Kolreuters contra Tobiam Sommer / Mensl. Jun. 1626. (Verba sentent. Dass die Ungehorsams-Beschuldigung nicht statt hat / V. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Aut quando non appareat, Citationem continuisse terminum legalem.*

**N**on sufficit, Reum citari, † sed & legitimo mor- 1 do ipsum citari oportet, inserto scilicet citationi termino legali, sex septimanarum & trium dierum. (Non enim in foro Saxonico tria requiritur cita- 2 tio per intervalla quatuor decim dierum, † sed suffi- 3 cit una citatio peremptoria continens intervallum 4 trium quaterdenarum, Hartm. Pistor. part. 1. quest. 3. num. 3. & seqq. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 2. n. 16.) Alioquin pro contumace Reus haberi 5 non potest; † Adeoque, si de termino legali non ap- 6 pareat, usque ad impedimenta legitima haud conde- 7 minari is debet, Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. tit. 10. §. 8 Im Fall aber. vers. und er von Zeit an solcher insinua- 9 tion die vollkommene Sachsische Frist gehabt habe / xc. 10 Christ. Zobel. part. 1. differ. 16. num. 19. † ubi 11 probè notandum, terminum nos à die scriptioonis, 12 sed

sed ab insinuatione ac receptione citationis computari, ut innuunt verba praedicta ( von Zeit an solcher *insinuatione*. ) † Quare si per nuncium citatio tardius Reo fuerit insinuata, poena contumacia neutquam obtinebit, Mynsing. *Cent. 2. observ. 62.*

Ita Domini in causa Georgii Herrns & Johann Zippels contra Gerhard Schimmelmann Mens. Januar. Anno 1626. ( Verba sententia : Dass Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf unsere Ermäßigung zu erstatten / und auf anderweit vorgehende gebührende / und von Zeit an der Insinuation vollkommen Sächsische Frist in sich haltende Ladung / bei Strafe Ungehorsams zu erscheinen / und auf die angestellte Klage seine rechtliche Nothdurft einzubringen schuldig / V. R. W. )

Et in causa Creditorum Johannis Lercalits / Mens. Octob. Anno 1626.

## DEFINIT. XVIII.

*Ueroque tamen casu, si vel de legitimo termino, vel citationis insinuatione non constat, Reus contumax in expensas termini potest condemnari.*

**N**on ergo adversus Reum in termino haud comparentem, usque ad legitima impedimenta procedendum erit, si non certò constet, citationem ipsi fuisse insinuatam, ac terminum continuisse legalem, *Definit. 17. & 18.* sed honnè in expensas saltem termini istius tūm erit condemnandus ? † Negaveris id forsū, propterea quod poena sit contumacia restitutio expensarum, Ventur. de Valent. in *parc. litig. lib. 2. cap. 6. num. 21.* Salycet. in l. 3. C. qui accusar. non poss. † At contumax non est, qui modo legitimo non fuit citatus, Hippol. de Marsil. *singul. 118. num. 1.* Felin. in *cap. quoniā contra II. extr. de probat. num. 13.* † Nihilominus ad restitutionem expensarum Reum hoc casu condemnandum dixerim, non tam in contumacia, quam negligentia poenam, quod debito modo exceptionem termini angusti aut non ritè insinuate citationis in judicio haud protulerit, aliumque terminum petierit, juxta tradita *Dd. in l. edita 3. C. de edend. Anton. Fab. in Codit. lib. 4. tit. 1. defin. 35. num. 4.* † Quod & placuit Illustrissimo Saxonii in Ordinat. process. judic. tit. 10. §. Im Fall aber vers. Sonsten aber / und da hieran ein Zweifel / oder der terminus legalis nicht vollkommen / mag er weiter nicht / als in die expens vertheilet / und thine die Antwort bei Strafe Ungehorsams auferleget werden. † Quamvis arbitrium judicis hic neutquam exclusum existimet, qui nimiam termini angustiam, vel quod citationis notitiam Reus plane non habuerit, advertens, si onere expensarum ipsum gravare noluerit, à vero haud aberrasse videbitur, teste observantia quotidiana.

Ita Domini in causa Petri Walschers contra Eliz Bluthers Eheweib zu Zeitz/Mense Martio, Anno 1635. ( Verba sentent. Dass Beklagter auf anderweit vorgehende gebührende Ladung / so von Zeit der Insinuation vollkommen Sächsische Frist in sich hält/durch ihret Curatorum zu erscheinen / und auf erhobene Klage mit ihrer rechtlichen Nothdurft sich einzulassen / auch die Unkosten dieses Termins / auf richterliche Ermäßigung / Klägern zu erstatten schuldig / V. R. W. )

Item in causa VVilhelmi Breuns & Consortium contra heredes Hansen Meissets zu Leipzig/Mense Octobr. Anno 1620. ( Verba sent. Dass beklagte Erben Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten / auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen / und auf erhobene Klage bei Strafe Ungehorsams / sich einzulassen schuldig / V. R. W. )

Et in causa Christiani Scherls contra Christoph Heringen/Mense Octobr. Anno 1622. ( Verba sentent. Dass Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten / und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung / bei Strafe Ungehorsams / zu erscheinen / und auf die wider ihn angestellte Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig / V. R. W. )

*Carpz. Definit. Vol. I.*

## DEFINIT. XIX.

*Reus in termino per literas absentiam excusat, non usq; ad impedimenta legitima, sed duntaxat intermini expensas condemnari debet.*

**Q**uid verò, si Reus legitimè citatus, per literas absentiā suam judici in termino excusat, causaque alleget, quibus impeditus citationi parere nequeat, num in judicando illud usque adeò non attendetur, ut nihilō seculū tanquam planē consumax in poenam juris Saxonici, adeoque primā vice usque ad impedimenta legitima ( bis auf Echhoff ) condemnandus veniat ? † Multū quondam de hoc disceptatum, ac Lipsiæ quidem in superiori judicii Curiali eo casu strictius; Wittebergæ verò, & in illustrissimā aulā Electorali mitius pronunciatum fuisse, apparebat ex traditione Andr. Rauchb. part. i. quæst. i. Dan. Moller. lib. 1. semestr. 42. Johann. Zanger. tract. de except. part. 2. cap. 8. num. 33. & seq. † Dicebant equidem alii, paria esse, aliquid prorsus non fieri, vel non ritè seu legitimè fieri, ac prorsus non venire, vel non sufficienter venire, c. si quis 46. §. si autem nullus ubi Gloss. in verb. admitti de elect. in sexto l. quovis 6. ubi Jason. num. 3. qui satis cog. l. ult. C. de success. edit. ex quo sequebatur, pro contumace etiam habendum ac in poenam contumaciae condemnandum esse, qui per literas duntaxat absentiam allegat. † Cum de jure Saxonico ne quidem per nuncium id expediri queat, nisi is speciale habeat mandatum secundum tradita Matth. Coler. part. i. decis. 124. num. 2. † Sed rectius putabant alii, iura Saxonica, quæ Reos velut convictos condemnant, loqui duntaxat de iis, qui in judicium vocati plane non veniunt, nullia absentia sua causis judici expositis, art. 41. art. 87. lib. 1. art. 9. & 24. lib. 2. art. 39. lib. 3. & 4. † Quorum nempe major ac gravior contumacia est, quam illorum, qui licet citati non compareant, judici tamen suam absentiam excusat, quo cunque tandem modo hoc fiat, argum. l. contumacia 53. in fin. l. quæstum 60. ff. de re judic. l. non exigimus 2. §. i. ubi Dd. ff. si quis caution. † Cui omnino consequens est, contumaciam hancce non tam gravem poenam mereri, adeoque per literas absentiam excusantem non litis sed expensarum damno coerceri. † Quod & placuit Serenissimo Dn. Electori Saxon. in Ordin. Process. judic. tit. 10. §. dieweis sichs aber. vers. Aber gleichwohl ihres Nichterscheinens wegen / ic. Andr. Rauchb. dict. loc. Matth. Berlich. part. i. concl. 17. num. 95.

Ita Domini in causa Wolff Clausens contra Hansen Dietrichen/ ventilara in Prætorio Lipsiensi, Mens. Novemb. Anno 1619. ( Verba sent. Dass Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf unsere Ermäßigung zu erstatten / und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung bei Strafe Ungehorsams zu erscheinen / und auf erhobene Klage mit seiner rechtlichen Nothdurft sich einzulassen schuldig / V. R. W. )

Et in causa Stephan Rudigers contra dñ. Eßler / Mens. Octobr. Anno 1628. ( Verba sent. Dass Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins / so hiermit auf 5. Thaler 15. GG. gemäßigt werden / zu erstatten / und der ausgegangenen Citation, bei Strafe Ungehorsams, Folge zu leisten schuldig / V. R. W. )

## DEFINIT. XX.

*In arbitrio quandoq; judicis est, Reum contumacem vel saltem in expensis termini, vel usque ad legitima impedimenta condemnare.*

**A**n ergo poena contumaciae duplex erit in foro Saxonico, causæ scilicet amissio, ita tamen ut contumaci prius concedatur terminus impedimenta legitima probandi, supr. *Definit. 3.* & Restitutio expensarum, *Definit. 18. & 19.* † Ita certè rectissime dicitur cum Andr. Rauchb. part. i. quæst. i. n. 37. ubi tam

men notari velim 1. Poenas hasce non cumulandas  
 3 esse; † Absurdus enim haberetur iudex, conde-  
 mnans Reum contumacem usque ad impedimenta  
 legitima, & simul ad restitutionem expensarum  
 4 istius termini. † Nec habet actor, de quo conque-  
 tri possit, cum non probatis legitimis impedimentis,  
 Reoque ad executionem (biß auff die Hülffe) con-  
 demnato, totius litis sumptus ipsi adjudicentur.  
 5 2. † Non præcisè judicem adstringi ad indicen-  
 dam certam contumaciæ poenam, sed pro ratione  
 circumstantiarum, ac qualitate cauæ, ipsius arbitrio  
 permitti, vel ad legitima usque impedimenta,  
 vel ad expensas termini duntaxat Reum condemna-  
 re, Andr. Rauchb. *diss. quest. 1. num. 18.* ubi dicit:  
 6 † Reum ob contumaciam in foro Saxonico non sta-  
 tim in causâ principali, biß in Ehehaft / sed  
 quandoque in expensas condentiari, interdum  
 vero plane non puniri, si videlicet exceptiones  
 legitimæ vel utcunque probabiles fuerint, Coler.  
 7 *de proc. execut. part. 1. cap. 2. num. 17. 18. 19.* † Et  
 sufficit, quandoque clausulam sententia apponi,  
 (bey Straße Ungehorsams) ut nempe specialiter  
 injungatur, quod etiam clausula illâ omissâ, sem-  
 per subintelligitur, rectissimè notante Matth. Ber-  
 lich. *part. 1. conclus. 17. num. 85.* 3. † contumaci-  
 am secundâ etiam vel tertiat vice commissam arbitra-  
 riæ quandoque puniri, & Reum vel ad impedimen-  
 ta legitima vel ad expensas termini solum conde-  
 mnari, unde vulgo clausula (bey endlicher Straße  
 Ungehorsams vorigem Urtheil Folge zu leisten) sen-  
 tentiis inseri solet; Quæ omnia observantia fori  
 9 Saxonici cibprobata sunt; † Licet Ordin. process.  
 judic. hoc ultimo casu magis ad condemnationem  
 (auff Ehehaft) inclinet, *in tit. 10. S.* diewel sichs  
 aber, *in fin.* quam de eo casu interpretari licet, quo  
 nulla extat causa rationabilis, quæ veniam aliquam  
 Reo largiri queat.

Ita Domini in causa Georgii Witzmanns contra Michael Hoffmann zu Leipzig / Mens. April. Anno 1628. (Verba sentent. Daz Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ bey Straße Ungehorsams/ zu erscheinen / und auff die wider ihn angestaltte Klage sich einzulassen / zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu bestitigen / auch weile solches igo abermals nicht gethan/ Klägern die Unkosten dieses Termins/ auff richterliche Ermäßigung/ zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Eliz. Webers contra Reinhard Kochen/ Mens. Jan. Anno 1623. (Verba sent. Daz Beklagter Klägern auch die Unkosten dieses Termins auff richterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und bey endlicher Straße Ungehorsams/ vorigem Urtheil Folge zu leisten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Wolffen Ullmans contra Christoff Scheiben/ Mens. Mart. Anno 1619.

#### DEFINIT. XXI.

*Ex compromisso quando agitur, non punitur contu-  
 macia Rei amissione cause.*

1 **P**oena Contumaciæ quia in foro Saxonico severa  
 2 admodum & rigorosa est, *supr. Defin. 3.* † re-  
 stringenda potius quam extendenda videtur, quia in  
 poenalibus & odiosis licita non est extensio, *c. odia*  
*15. de Reg. jur. in sexto.* Andr. Rauchb. *part. 1. quest. 1.*  
 3 *n. 14.* † Ex quo sit, quod in causa Appellationis ac  
 Leuterationis imponi haud soleat, *vid. infr. Constit.*  
 4 *Elect. 19. defin. 31. & 32.* † At nec in causâ comprome-  
 missi adversus Reum contumacem practicari ea con-  
 sivevit, sed compromittentes ut plurimum sub certâ  
 poenâ, puta, (bey Verlust des ersten Sakes) ad pro-

cessum se obstringunt, † quam in compromisso ex-  
 presla omnino siandum erit, *l. ubi pallum 40. C. de*  
*transact. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 10.*  
*n. 7.* † Cæteròquin, Reum contumacem ultra re-  
 stitutionem expensarum termini istius, aliquâ seve-  
 riori poenâ gravatum fuisse, haud memini.

Ita Domini in causa Hansen Schumans contra Georg Le-  
 ven zu Sittichenbach / Mens. Jan. Anno 1626. (Verba senten-  
 tia. Daz Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins/  
 auff vorgehende Liquidation und richterliche Ermäßigung/  
 zu erstatten/ und auff Klägers Fürbringen/ Inhalts des  
 auffgerichteten Compromissi, mit seiner rechlichen Noth  
 durft sich nochmals einzulassen/ und gebührlichen zu verfah-  
 ren schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Actor contumax etiam in compromisso ad agendum  
 ultius non admittitur, donec Reo, ab instantiâ abso-  
 luto, expensas restituerit, & cautionem de lite  
 prosequendâ praëstiterit.*

**D**E jure Saxonico actore contumace existente, 1  
 Reus cibationem cassari & se ab instantiâ cum  
 refusione expensarum absolvî, petere potest, quod  
 si fiat, actor simûl ad multam judici exsolvendam  
 tenebitur, *art. 2. post pr. lib. 2. Landr. Christ. Zob.*  
*part. 1. differ. 16. n. 4.* Matth. Coler. *part. 1. dec. 104.*  
*num. 18.* † Sed ex observantiâ, quæ in foro etiam 2  
 Saxonico hanc dispositionem immutavit, solet Reus  
 absolute solutionem petere ab instantiâ, itemque refusio-  
 nem expensarum & cautionem de lite prosequen-  
 dâ, † ita, ut actor denud non audiatur, prius 3  
 quam Reo expensas restituerit & cautionem de lite  
 prosequendâ praëstiterit, juxta sanctionem juris  
 Canonici in *cap. 1. extr. de dolo & conrum.* † Quare 4  
 dilectè confirmavit in provinciis suis Illustrissimus  
 Sax. Elector, in Ordin. process. judic. *tit. 10. in pr.*  
*Zobel. part. 1. diff. 12. num. 10.* Jacob. Schult. *in ad-*  
*dit. ad Matth. Coler. part. 1. dec. 104. n. 28.* Chil. Kö-  
 nig. *in process. cap. 36. n. 1. & seq.* Hartm. Pistor. *ob-*  
*serv. 140. n. 1.* Joh. Zanger. *de except. part. 2. cap. 9.*  
*n. 4.* † Nec refert, an contumacia ante, vel post 5  
 litem contestatam ab actore commissa fuerit, sed in-  
 differenter, etiam in compromisso, hæc poena obti-  
 net, Matth. Coler. *diss. doc. 104. n. 19.* Zobel. *part. 1.*  
*diff. 16. n. 15. & seq.*

Ita Domini in causa Georgii Beckers & Consort. contra B.  
 liam Ebseri ad consultationem Henrici à Schönbeck / Mens.  
 Mart. Anno 1603. (Verba sent. Daz Beklagte von dieser  
 Instanz mit Erstattung der expens billich entbunden wer-  
 den/ und wird Kläger mit fernern Klagen nicht gehöret/ er ha-  
 be dann zuvor Beklagten die expens auff richterliche Ermäßi-  
 gung erlegte/ und cautionem de lite prosequendâ gebühr-  
 chen bestellte/ V. R. W.)

In causa Hansen Gutners und Lorenz Rastners contra he-  
 redes Arnoldi Finsingers zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1626.  
 (Verba sent. Daz Beklagte derowegen/ daz Klägere ihre  
 Klage bianen compromitterter Frist nicht einbrachte / von  
 dieser Gerichts Instanz billich entbunden/ und Klägere mit  
 ihrer Klage ferner nicht zugelassen werden/ Sie haben denn  
 cautionem de lite prosequendâ bestellt/ und Beklagten die  
 Unkosten dieser Instanz auff vorgehende Liquidation un Rich-  
 terliche Ermäßigung erstattet und abgetragen/ V. R. W.)

Item ad requisitionem der Fürstlichen Niedersächsischen Rä-  
 the zu Cäuenburg/ Mens. Decembr. Anno 1592.

Et in causa Curatorum Earbariten Jacob Mäschkens Echo-  
 weibs contra Marchen von Meissen zu Meissen / Mens. Se-  
 ptembr. Anno 1635. (Verba sent. Daz Beklagte/ weil Klä-  
 gere bianen compromitterter Frist ihre Klage nicht einbrachte/  
 von dieser Instanz billich entbunden wird / und ist Kläger die  
 auffgewandte Unkosten auff Richterliche Ermäßigung Be-  
 klagn zu erstatten/ auch cautionem de lite prosequendâ zu be-  
 stellen schuldig; Ehe und zuvor solches geschicht / ist Beklagte  
 auff die Klage sich einzulassen nicht verbunden/ V. R. W.)

# CONSTITUTIO X.

## P A R T I S P R I M Æ.

### Bon der Litis Contestation.

**S**Amit der General und ungewissen litis-contestation halben die Sachen nicht verlängert/auch allerhand Gefahr/ so darunter gesucht/ verhütet werde ; So ordnen und constituien wir/ daß in den Rechtsfertigungen der Beklagte auff alle und iede Puncte und Stück/ und derselbigen Narration und Conclusion, ausdrücklich/ klarlich/ in specie und insonderheit antworten/ und den Krieg also durch Specification befestigen / und da solches vom Beklagten verbliebe/ daß wider ihn/ als einen Contumacem, so den Krieg ganz nicht/ oder je nicht vollständiglich contestiret/ erkannt und gesprochen werden soll.



E per Generales & incertas litis Contestationes causæ differantur, nevè captionibus, quibus contestationes illæ multipliciter obnoxiae sunt, locus ullus relinquitur, ordinamus & constituimus, ut reus conventus ad omnia & singula quæque capita libelli, ejusque narrationem & conclusionem, sine ambagibus, aperte, expressè & specificè respondeat, & hoc pâcto litem contestetur, & ni faciat, pœnis in eos, qui item vel omnino non, vel certè non sufficienter contestantur, statutis subjaceat.

### D E F I N I T I O N E S.

1. Non sufficit in foro Saxonico generalis litis contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.
2. Non solum specifica, sed & clara atq; aperta esse debet litis contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.
3. Parce licet non opponente, ex officio Litis contestationem generalem & obscuram judex rejicere debet.
4. Extra provincias Saxonicas, litis contestatio mediante juramento dandorum & respondendorum fieri solet.
5. Quandoq; tamen absq; juramento respondendorum per verba (Credo autem non Credo) Reus etiam extra provincias Saxonicas litem contestatur.
6. De facto suo proprio, Reus de jure communi, per verba (Verum vel non Verum) litem contestari tenetur.
7. Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.
8. In causis summariorum necessaria non est solennis contestatio litis.
9. Ne quidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur jurato respondere positionibus defensionalibus Rei accusati.
10. Nec in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed tenetur Reus instrumentum guaranteeum recognoscere vel jurato diffiteri.
11. Ultra recognitionem tamen, tenetur Reus litem contestari, si acter una cum producendo instrumento libellum exhibuerit.
12. Contumacia ejus, qui primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coercenda est.
13. Quandoq; tamen absq; condemnatione in expensas, saltem cum comminatione reo injungitur specialior litis contestatio.
14. Consistente Reo in generali vel obscurâ litis contestatione etiam in termino secundo, sub pena confessi, denuò ei injungitur legitima contestatio.
15. Removenda est ab actis litis contestatio facta in quadruplici seu ultimâ propositione, im letzten Sake.
16. Quomodo pronunciandum est, si Reus quidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur.
17. Plures consorts contestationi Reis ab uno facta bene adhærere possunt.
18. Reus tenetur probare se adimpleuisse contractum, cuius nomine auctor adversus ipsum experitur.
19. In causis quoq; criminalibus, accusatus specificè litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.
20. Admittitur tamen in causa criminali qualificata litis contestatio, que onus probandi in accusatum transfert.
21. Ad proposita in libello, que ipsum negotium haud concernunt, Reus non tenetur respondere.

### DEFINIT. I.

Non sufficit in foro Saxonico generalis litis contestatio, sed Reus ad omnia ac singula capita libelli in specie respondere tenetur.

firmativa est, sed tantum implicita, † quia nempe particula (prout) denotat aliqua in libello contenta esse vera, & aliqua falsa, licet ea, quæ vera aut falsa sint, non apparent, ut post Pract. Papiens. in formâ responsionis Rei cohveni, §. Narrata prout narrantur n. 1. & seq. docent Dan. Moller. hic n. 1. Jac. Schult. observat. 44. n. 6. Matth. Berlich. part. 1. concl. 26. n. 2. & Anton. Hering. de fidejuss. part. 1. cap. 27. n. 222. † Sed Reum ad omnia atque singula capita in libello contenta, in specie respondere, jubet Elector Saxon. Illusterrimus hæc Const. 10. So ordnen und constituien wir, ad evitanda scilicet multa pericula atque incommoda, † quæ tam litigatoribus, quam ipsis Judicibus, ex generali litis contestatione oriuntur, & quod eod citius lites finiantur, ut demonstrat Dan. Moller. hic num. 2. 3. & 4. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 50. n. 9. & seqq. Matth. Coler. part. 2. decis. 298. n. 4.

Ita Domini in causa Hansen Peiskers contra Antonium Brucken und Heinrich Schulzen zu Leipzig/ Mense April. Anno 1624. (Verba sentent. Dass Beklagte auff anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf angestellte Klage/ anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie auf alle Puncta, sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtems zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Antonii Sommers contra Hansen Webern/ Mensl. Mart. Anno 1625.

### DEFINIT. II.

*Non solum specifica, sed & clara atq; aperta esse debet litis contestatio, affirmativa vel negativa, exclusis omnibus ambagibus.*

- 1 **P**lura solent vulgo ponere Litis contestationis requisita; † Nempe ut fiat animo litera contestandi, prævio libello, in continentia, judice jubente, vel audiente, Reoque præsente, per verba: Nego narrata, prout narrantur; quæ recenset post alios, quos allegat, Matth. Berlich. part. 1. concl. 26. n. 24.
- 2 † Sed ea omnia ex consuetudine forsitan magis, quam ex necessitate, ut recte sentit Matth. Coler. part. 1. decif. 298. num. 1. quibus omissis ipsam litis contestationem non vitiare existimaverim, modò ea sit specifica, Defin. preced. † ac præterea etiam clara & expressa: Non sufficit litis contestatio specifica, sed etiam clara, totunda & aperta esse debet, pura, non conditionalis affirmativa vel negativa, omnibus exclusis ambagibus, omnique appendice rejecta b. Const. 10. vers. Ausdrücklich / klarlich / ic.
- 3 Ordin. process. judic. tit. 16. post pr. † Sicuti enim in stipulationibus; ita & in judicio contrahitur, vel saltem quasi contrahitur, l. licet Praetor 3. §. 11. 15.
- 4 §. si filiusf. 2. ff. de pecul. † qui contraactus imprimis per litis contestationem celebratur, Bartol. in dict. l. licet Praetor. 3. §. 11. n. 6. Andr. Gail. lib. 1. observat. 74. n. 6. Ut ergo in stipulationibus rem, de qua agitur, clare & perspicue exprimi oportet, tam stipulantis interrogatione, quam responsione, promittentis congrua, l. obligamus 52. §. verbis 2. ff. de O. & A. l. 65. ff. de V. O. † Ita quoque litis contestationem clare & perspicue ad narrata libelli fieri consentaneum est, Jacob. Schult. observat. 42. n. 3. † Idque tanto magis, quanto majus incommode ex obscurâ litis contestatione non solum litigatoribus, sed & judicibus ipsis ac Reipublicæ imminet, juxta tradita Moller. hic num. 2. 3. 4. Defin. preced. Jacob. Schult. observat. 43. num. 1.

Ita Domini in causa Jacobi & Heinrici der Rüssele contra Sigmund Boden zu Leipzig / Mense Novemb. Anno 1617. (Verba sententia: Und ist Beklagter auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ bei Straße Ungehorsams/ zu erscheinen/ und auff die erhobene Klage und alle derselben Puncta, anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher/ und in specie mit Ja und Nein/ ohne allen Anhang/ zu antworten/ und den Krieg Rechtems zu befestigen pflichtig / Et thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

Item an die Chur- und Fürstliche Sächsische Taugler und Räthe zu Mainungen/Mensl. Julio, An. 1611. (Verba sent. Dass Beklagter noch zur Zeit für ungehorsam nicht zu achten/ sondern er ist auff anderweit vorgehende gebührende Ladung/ auf die wider ihn erhobene Injurien Klage/ und derselben Puncta richtiger und anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie mit Ja oder Nein zu antworten/ und also ohne allen Anhang licet zu contestiren schuldig/ er thue nun solches oder nicht/ so ergehet alsdenn darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

### DEFINIT. III.

*Parte licet non opponente, ex officio Litis contestationem generalem & obscuram judex rejicere debet.*

- 1 **Q**uid verò, si actor generale vel obscuram ac conditionatam litis contestationem acceptet & ritecat, nec contumaciam Rei accuset, aut verbo

quidem eam reprehendat, nihil autem, quod desideraret, specificet? † Quicquid etiam in contrarium, proferat Jacob. Schult. observat. 43. Judicem hoc casu ex officio super litis contestatione pronunciare, Remque adspecialem, puram & expressam litis contestationem adigere, obstrictum existimaverim: † Tum per b. Const. 10. quæ specialem & puram litis contestationem exigens, indefinite loquitur, nulla adhibita distinctione, an eam actor petierit vel non: Ideoque etiam generaliter accipi debet, l. de pretio 8. ff. de public. in rem act. 1. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. prestand. † Tum per text. expreßum in Ordin. process. judic. tit. 16. circa fin. vers. Und soll das richterliche Ampt hierinnen supplirent. Et. Tum, quod generalis, conditionata, vel obscura litis contestatio, ut plurimum ad protrahendas lites usurpari soleat, nec judex sine hac certam super negotio sententiam proferre possit, Dan. Moller. hic num. 8. Jac. Sichard. dict. observat. 43. num. 1. Ergo vel properea ex officio rejici debet, † quia Judex omnia ea, quæ ad litis protelationem tendunt, removere tenet, Paul. de Castra in l. properandum. 13. n. 7. C. de judic.

Ita Domini in causa Hansen Dehlern contra Erasmus Buchnern zu Leipzig/ Mense August. Anno 1622. (Verba sent. Dass Beklagter anderer gestalt/ dann geschehen/ auch deutlicher und in specie auf alle und tede Klage-Puncta, phue allen Anhang/ mit Ja und Nein zu antworten/ und den Krieg Rechtems zu befestigen schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Christophori Gablers contra Hansen Schmid den zu Weissensee/ Mense April. Anno 1576.

It. in causa David Gansereiffs contra Matthes Köhler zu Ortrand/ Mense Novemb. Anno 1635.

It. in causa Adami Pfaffen contra Zachariam Stengels & Casparum Eckarten/Mensl. Oct. Anno 1627.

### DEFINIT. IV.

*Extra provincias Saxonicas, litis contestatio mediane, te Juramento dandorum & respondendorum fieri potest.*

**D**E jure tamen communi admittitur generalis: Illa litis contestatio, putat: Nego narrata, prout narrantur; quæ etiam est frequentissima, teste Pract. Papiens. in forma responsionis Rei convenit. narrata prout narrantur num. 1. & seq. Jacob. Schult. observat. 42. num. 5. & seq. Andr. Gail. lib. 1. observat. 73. num. 1. † Eaque in Camera quoque Imperiali recepta est, & sufficit generalis litis contestatio, hisce verbis concepta: In causa N. contra N. nego actionem institutam & peto, me ab ea cum refusione damni & expensarum absolviri, Ordin. Cam. part. 3. tit. 13. §. und nachdem bisher. Jacob. Schult. dict. observat. 42. num. 10. † Attamen Reus sequentibus terminis ad libellum articulatum, sive ad articulos ipsos separatim oblatis, distinctum per verba (Credo aut non Credo, vulgo: Glaub war oder nicht iwat seyn) respondere tenetur: † Quin & mediante juramento dandorum ac respondendorum litis contestatio perficitur: Actor siquidem mediante juramento exhibit articulos & jurat, quod eos credat esse veros; Econtra Reus non tantum mediante juramento respondendorum, ad articulos seu positiones actoris respondere, sed etiam suos articulos peremptoriales aut defensionales jurato affirmare cogitur, Ordin. Cam. dict. part. 3. tit. 13. §. 1. & seqq. tit. 14 in pr. & tit. seq. §. Zum andern die responsiones. Johann. Monach. in pract. judic. part. 8. cap. 2. n. 5. Jacob. Schult. dict. observat. 42. num. 11. Andr. Gail. lib. 1. observat. 79. num. 10. & observat. 82. num. 1. Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 22. artic. 5. & 9. Johann. Sichard. ad l. 3. num. 10. C. de judic. Ventur. de Valent. in part. litig. lib. 2. cap. 13. n. 13.

§. x. 13. † Qui modus litis contestationis etiamnum hodiè observatur in Principum ac statuum Imperii iudiciis, quæ jus civile sequuntur, Schult. dict. loc. 6 † Quod juramentum dandorum & respondendorum si non ipsum calumnia, similimum tamen huic est juramento, quod de jure communi Actor & Reus itatim post litis contestationem præstare tenentur, quæ malitiis & calumniis contentiosorum obviesur, l. 2. cum A. seq. C. de juram. propt. column. junct. Gloss. verb. Calumnia in c. 1. extr. eod. tit. Matth. Coler. part. 1. decif. 118. n. 1.

Ita Domini in causa Curatoris Annon Thiemens contra Joachitum von Schönbecken an die Chur-Fürstliche Brandenburgische Regierung zu Cöstrin / Mens. Nov. Anno 1614. ( Verba sent. Dass Beklagter aufs artikulirte Klage sich einzulassen/ singulariter singulis, und zwar so viel ihre eigene Wissenschaft anlanget/ durchs Wort wahr oder nicht wahr / So viel aber nicht ihre eigene facta oder Geschichte betrifft/ durchs Wort Glaube wahr oder nicht wahr seyn/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens/ ohne einigen Anhang/ zu befestigen schuldig/ und werden Beklagten ihre Exceptiones, so viel der selben erheblichen/ nach geschehener litis contestationem zerstörlichen einzuwenden hiermit vorbehalten/ V. R. W.)

Et in causa Francisci Vorckens contra Günther Neimern und Hansen von der Golzen zu Cöstrin / Mens. Novemb. Anno 1614. ( Verba sent. Dass Friedrich von Birchholz' s hinterlassenen Söhnen Vormundere billich zuordnen/ und wann Appellant das Juramentum Calumnia leisten/ und vermittelst desselben seine artikulirte Klage anstatt der positionum nochmals wiederholen würde; So wären Appellaten/ ihres Widerfechters ungeachtet/ singulariter singulis mediante juramento respondendorum ohne einigen Anhang durch das Wort: Glaub wahr oder nicht wahr/ zu antworten schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Quandoque tamen absque juramento respondendorum, per verba (Credo aut non Credo) Reus etiam extra provincias Saxonicas litem contestatur.*

¶ **N**on tamet præcisè de Jure communi & ordinatione Cameræ Imperialis, litis contestatio per juramentum respondendorum fieri solet, sed quandoque Reus absque juramento per verba (Credo aut non Credo, hoc est: Glaube wahr oder nicht wahr seyn) litem contestatur, omisso nempe ab Actore 2 juramento dandorum; † Etenim quia juramentum hoc jus partium potissimum concernit, quin tacite saltem omitti possit, dubitandum non est, ad instar juramenti Calumnia, cui licet à partibus litigantibus non possit expressè renunciari, † cum hoc in favorem publicum introductum sit, per l. 2. §. sed quia veremur 4. C. de jurejur. propt. column. 4 ubi Bartol. † tacite tamen id bene fieri potest per text. in cap. 1. extr. eod. tit. Matth. Coler. part. 1. decif. 1. 7. num. 5.

Ita Domini in causa des Naths zu Königsberg contra Vernerum von Balcken zu Kleinmantel/ ventilata in Curia Electorali Brandenburgica zu Cöstrin / Mens. August. Anno 1612. ( Verba sent. Dass Beklagter und Widerkläger/ seines Fürwendens ungeachtet/ auff Klägers und Wiederbeklagter artikulirte Injurien-Klage sich einzulassen/ und litem zu contestiren/ und singulariter singulis ohne einigen Anhang durch das Wort: Glaube wahr oder nicht wahr seyn zu antworten schuldig/ und werden ihm seine Exceptiones, so viel der selben erheblichen/ nach geschehener Kriegs-Befestigung zerstörlichen einzuwenden/ billich vorbehalten/ ic.)

#### DEFINIT. VI.

*De facto suo proprio, Reus de jure communi per verba (Verum vel non Verum) litem contestari tenetur.*

¶ **N**e tamen modus hic litem contestandi quempiam fallat, sciendum est, per Verba (Credo aut non Credo) tum demum fieri Litis contestationem, si Reus super facto alieno respondere teneat-

tur, † quod ideo introductum, ne super facto alieno anceps perjurium incurrat, l. videamus 4. post pr. ff. de in lit. jur. l. 34. §. 3. ff. de jurejur. l. Marcellus 11. §. jurare 2. ff. rer. amotar. † Cæteròquin, si de facto proprio Reus cogatur respondere, nihil impedit, quo minus per verba (Verum aut non Verum, wahr oder nicht wahr seyn) litis fiat contestatio, † nec dubiæ credulitati assertio Rei committatur, Matth. Coler. part. 1. dec. 118. n. 1.

Ita Domini in causa Petri Klügers contra Philippum Vorckens & Georgium von Weiher zu Cöstrin / Mens. Octobr. Anno 1614. ( Verba sent. Dass Beklagter aufs artikulirte Klage sich einzulassen/ singulariter singulis, und zwar so viel ihre eigene Wissenschaft anlanget/ durchs Wort wahr oder nicht wahr / So viel aber nicht ihre eigene facta oder Geschichte betrifft/ durchs Wort Glaube wahr oder nicht wahr seyn/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens/ ohne einigen Anhang/ zu befestigen schuldig/ und werden Beklagten ihre Exceptiones, so viel der selben erheblichen/ nach geschehener litis contestationem zerstörlichen einzuwenden hiermit vorbehalten/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Libello simplici vel summario exhibito, sufficit etiam de jure communi simplex litis contestatio, nec singulariter singulis Reus tenetur respondere.*

**M**utuus est inter oblationem libelli & litis contestationem respectus, & qualis ille, talis quoque hæc esse debet. † Ex quo fit, quod exhibito libello articulato, litis quoque contestatio articulata, quæ nempe fit singulariter singulis, requiratur, ut dixi Defin. 4. & 5. † At si offeratur libelius summarius vel simplex, ut solet vocari qui articulatus non est, nec Reum articulate & singulariter singulis respondere teneri, dixeris rectissime. † Ut sic de jure communi in arbitrio actoris sit, litis contestationem simplicem vel articulatam exigere. Perinde ut omissio ab actore juramento dandorum, nec Reus mediante Juramento respondendorum litem contestari cogitur, supr. Defin. 5. † Concernunt nempe hæc omnia potissimum jura partium, quibus absque dubio litigantes renunciare valent, l. pen. C. de pæt.

Ita Domini in causa Hansen von Sibau contra Leonhard Stören und Consorten zu Cöstrin / Mens. Octobr. Anno 1614. ( Verba sent. Dass Kläger das geforderte Juramentum Calumnia zu leisten schuldig / und wann solches geschehen/ seyn Beklagte anders/ ihres gehanen Fürwendens ungeachtet/ auff die erhobene Klage/ und derselben Umklände/ sich mit richtiger und vollständiger Antwort einzulassen/ und litem zu contestiren schuldig/ und werden ihnen ihre exceptiones, so viel derer erheblich/ nach geschehener Kriegs-Befestigung zerstörlichen einzuwenden/ billich vorbehalten/ darauff ferner in der Sachen ergehet/was recht ist / V. R. W.)

Et in causa Francisci Vorckens contra die Horne und Consorten zu Cöstrin / Mens. Octobr. Anno 1614. ( Verba sent. Dass Beklagte/die Horne/ vermöge des von uns am 27. Septembr. Anno 1610. eröffneten Urtheils/ ihres Widerfechters ungeachtet/ sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtens zu befestigen schuldig/ mit der angehefteten Commination und Verwarnung/dass/ wo sie solchem unserm Urtheil in gebührender Kammer-Frist/ nicht Folge leisten werden/ alsodann lis pro contestata gehalten werden soll/ ic.)

#### DEFINIT. IX.

*In causis summaris necessaria non est solennis contestatio litis.*

**L**itis contestatio quia substantia est ipsius judicii, l. un. C. de lit. contest. in omnibus causis atque controversiis regulariter est necessaria, in tantum, ut nec à judice, nec consensu partium omitti possit, secundum tradita Interpp. in Rubr. Et tit. extr. de lit. contest. & C. eod. tit. A. offeratur C. de lit. contest. per Clem. sapè 2. de V. S. Andr. Gail. lib. 1. obs. 75. cum seqq. † Nihilominus causæ quædam excipiuntur, quæ solennem litis contestationem necessario

non requirunt, quas post alios congregavit Joh. Monach. in pract. judic. part. 8. c. 4. n. 8. & seqq. Andr. Gail. lib. 1. observ. 26. n. 5. & obs. 76. 77. 78. Mynsing. cent. 1. obs. 20. & 38. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 5. n. 2. 3. & seq. + Planè in causis summariorum pro litis contestatione habetur adversæ partis contradictione, & actus ille, qui alias in causis ordinariis post ipsam litis contestationem subsequi solet, nempe positionalium, seu articulorum exhibitio, aut meritorum causæ disputatio, + nec alia litis contestatio solennis hic requiritur, Felin. in c. insinuante 25. in fin. extr. de offic. & potest. judic. detegat. Joh. Zanger. de except. part. 1. cap. 2. num. 24. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 13. num. 25. Monach. dict. c. 4. n. 11. + Nec immerito, siquidem in summariorum causis opus quoque non est libelli oblatione solenni, Clem. sape 2. de V. S. sed sufficit qualis qualis petitio & facti narratio, ut Reus deliberare possit, cedentem velit, an contendere, Joh. Zanger. dict. cap. 2. n. 14. + Quidni ergo sufficeret quoque qualis qualis responsio ac litis contestatio, cum hujus atque libelli sit mutuus quidam respectus, Desin. preced. num. 1.

Ita Domini in causa Petri Schmidts contra Georgium Platen zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1625.

Ea in causa Joh. Kinderichs contra Wilhelm Wachtenbruch/ Mens. Septemb. Anno 1626.

#### DEFINIT. IX.

*Ne quidem extra provincias Saxonicas accusator tenetur jurato respondere positionibus defensionalibus Rei accusati.*

**D**E jure communi, non solum in civilibus, sed etiam criminalibus causis admittuntur positiones actoris sive accusatoris, quibus Reus accusatus mediante juramento tenetur respondere: Etsi enim præctica hæc videatur periculosisima propter metum perjurii manifestum, + nec quisquam cogi debeat ad detegendam propriam turpititudinem, L. alias 18 ff de jurejur. Dec. in l. ult. n. 6. C. de edend. 3. + Attamen in contrarium est communis opinio Bartol. in L. inter omnes 46. q. rettè 7. in fin. ff. de furt. quæ ab omnibus approbatur; & observantia est recepta, à quâ non recedendum juxta tradita Jul. Clar. lib. 5. sent. 5. ult. quest. 45. n. 9. + Alia verò est ratio accusatoris, qui ad positiones Rei accusati defensionales neutiquam sub juramento tenetur respondere, sed incumbit reo accusato, defensionales positiones modo legitimo probare, prout observat usus judiciorum, teste Jacob. de Are. in tract. positionum q. 7. n. 1. quem allegat & sequitur Jul. Clar. in pract. 4. ult. dict. quest. 45. n. 4.

Ita Domini in causa Nicolai Stevens contra Daniel Erasmum ejusque conjugem zu Stralsunde/ Mens. Martio Anno 1596.

#### DEFINIT. X.

*Neque in causis executivis necessaria est solennis contestatio litis, sed sufficit instrumentum garantigatum à Reo cognoscere vel jurato negari.*

**N**on minus quoque in causis executivis, quæ & ipsæ sunt summariae, omittitur litis contestatio solennis, puta, si agatur ad executionem ex Instrumento garantigato, auff klar Brief und Siegel: Quo exhibito, non injungenda est Reo litis contestatio solennis, + sed tenetur is instrumentum productum recognoscere, vel jurato diffiteri, Matth. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 1. n. 97. Quo ipso 3. respondere ac item contestari videtur; + Nam recognitio debitoris vim confessionis seu affirmativæ litis contestationis habet, cui omnino standum est, l. cum de indebito 25. 5. ult. ff. de probat. l. plures 19.

*C. de fide Instrum. + & in confessum non minus, 4. atque in judicatum, parata datur executio, l. post rem judicatam 56. ff. de re judic. l. proinde 25. 5. ult. ff. ad Leg. Aquil. + Econtra, instrumenti jurata diffessio 5 vim habet litis contestationis negativæ, ut proinde ad solennem litis contestationem neutiquam sit recurrentum. + Quod si verò Reus citatus recognitionem vel diffusionem recusat, vel differat, instrumentum productum pro recognito & sic lis pro contestata, Reusque pro confessu & convicto habebitur, + quo casu non aliter procedendum, ac si instrumentum fuisset probè recognitum & confessatum, Andr. Gail. lib. 1. observ. 80. n. 6. Matth. Coler. de proc. execut. part. 3. cap. 1. n. 101. Vid. Resolut. grav. Tit. von Justitiæ Sachen. §. 8. vers. wann nun. Et Decis. Elect. noviss. 12.*

Ita Domini in causa Johannis Bölsedes contra heredes Illrici Nöllings zu Leipzig/ Mens. Mayo, Anno 1632. (Verba sent. Dass Beklagte Klägerin die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und die producire Handschrift gebührlichen zu recognosciren/ oder endlich zu difficiere schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarming/ dass im widrigen Fall dieselbe pro recognito gehalten werden soll/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Ultrare cognitionem tamen, tenetur Reus item contestari, si actor unde cum produtto instrumento libellum exhibuerit.*

**A**ccidit tamen quandoque, ut actor etiam ex instrumento garantigato experiatur adversus Reum processu ordinario, vel unà cum instrumento libellum, super certis quibusdam circumstantiis, exhibeat: *Quibus in casibus si omittetur litis contestatio consveta, + fieri haud certè posset, ut non præjudicaretur juri actoris, ipseque processus redderetur admodum difficilis: + Habetur 3. siquidem Recognitione vel diffusione instrumenti, loco litis contestationis tantummodo quoad ipsum instrumentum, non etiam quoad reliqua libelli contenta, quibus Reus etiam respondere tenetur: + Placuit 4. igitur, tunc Reo unà cum Recognitione litis contestationem injungi, quod observantiā ita haec tenus receptum est, nec quispiam id mirabitur, perpendens, libello exhibito semper debere correspondere litis contestationem juxta tradita Matth. Berlich. part. 1. concl. 26. num. 13. & 15. + & liberum est 5. actori ex Instrumento etiam garantigato ordinarium processum agitare, libellum exhibere, ac litis contestationem solennem exigere, quo ipso processui summario, atque sic favori pro se introducto renunciat, quod facere omnino potest, l. pen. C. de part.*

Ita Domini in causa Ambrosii Huttens contra heredes Arnsts zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sent. Dass Beklagte auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auferhobene Klage/ ihres Fürwendens ungebotet/ sich einzulassen/ auch die von Klägerin producire Vorbeschreibung zu recognosciren/ oder endlich zu difficiere schuldig/ ferner darauf zu beschehen/ was recht ist/ B. R. W.)

Item in causa Petri Henniers contra Viduam Antonii Rapahns/ Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Würde Kläger anderer Gestalt bescheinigen und beibringen/ dass Beklagteens Pflegefrau ihres Mannes Erbin worden/ inmassen ihme vor allen Dingen solches zu erweisen oblieget; So ist Beklagter auf erhobene Klage zu antworten/ und licet zu contestiren/ auch die producire Handschrift gebührlichen zu recognosciren/ oder aber seine Pflegefrau dieselbe zu difficiere schuldig/ ferner darauf zu beschehen/ was recht ist/ B. R. W.)

Item in causa Henrici Kochens contra Mathes Krausen & Consortes, Mens. Maj. Anno 1631.

Item in causa Jeremias Baudeweins contra Herman Hassig/ Mens. Febr. Anno 1633.

Et in causa D. Georgii Ernesti Mosbachs contra Christophorum Ovelstigen/ Mens. Decembris Anno 1631.

#### DEFI-

## DEFINIT. XII.

*Consumacia ejus, qui primo in termino generaliter saltem vel obscurè litem contestatur, non nisi refusione expensarum coercenda est.*

- 1 **N**on solum contumax dicitur, qui citatus in iuridicio omnino non comparet, *i. consumacia* §. 3. §. 1. ff. de re judic. c. quoniam frequenter §. 5. **s. porro** 2 **speciales causa** i. ex ir. ut lit. non contest. † sed etiam qui comparet quidem, at non debito modo litem contestatur, saltem generaliter, vel obscurè & dubie respondendo, *L. de etate* II. §. nibil 7. ff. de interrog. in iur. fac. Specul. lib. 2. part. i. tit. de consumacia §. 1. num. 1. vers. item etiam contumax est is. Andr. Gail. lib. 1. obseru. go. n. 1. & seq. Chil. König. in process. cap. 35. n. 3. † An ergo poena contumacia hoc quoque casu obtinebit? Ita certè est, propter verba clara b. Const. 10. in fin. daß wider ihn/als einen contumacem, so den Krieg ganz nicht/oder je nicht vollständlich kontestirt / erkannt und gesprochen werden soll/it. † Ideoque tergiversatorem hujusmodi statim primo in termino usque ad legitima impedimenta condemnandum, dixeris cum Dan. Moller.
- 5 **bis** n. 7. ( † Durum omnino hoc esset, cum poena illa adversus eos duntaxat decernatur, qui plane non comparent, art. 9. & 24. lib. 2. Landr. Chil. König. in process. cap. 37. n. 3. Christoph. Zobel. part. i. differ. 12. n. 1. & 2. † Quorum contumacia certè gravior est, quam illorum, qui in litis contestatione moram trahunt, sepiissimè magis errore ac ignorantia,
- 7 **quam ex protervia & malitia quadam.** † Quos propterea refusione expensarum satis puniri existimaverim, veluti sancitum à Serenissimo Dn. Electore Saxon. in Ordin. process. judic. tit. 16. vers. Sein Client aber vernidge gedachter Constitution in expensis retardati processus vertheilet werden.

Ita Domini in causa Adami Pfaffius contra Zachariam Stengeln und Caspar Eckarten zu Leipzig/Mense Octob. Anno 1617. ( Verba sententia: Das Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins auf Richterliche Erwähnung zu erstatten/und auf die erhobene Klage und alle derselben Punkta anderer Gestalt/denn geschehen/ auch deutlicher und in specie mit Ja oder Nein / ohne allen Anhang/sich einzulassen/ zu antworten / und den Krieg Rechtes zu bestigen schuldig/ darauff also dann in der Sachen ferner ergehet/ was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Jacobi & Henrici herkules contra Sigismund Bocken zu Leipzig/Mense Nov. Anno 1617.

## DEFINIT. XIII.

*Quandoque tamen absque condemnatione in expensis, saltem cum comminatione, reo injungitur specialior Litis contestatio.*

- 1 **T**h primi itaque termino, si generaliter saltem vel obscurè Reus litem contestatus fuerit, propterea in expensis termini condemnatur, nec severiori contumacia poena coercendus est Definit. preced.
- 2 † Quandoque tamen Reus ob litem in primo termino specificè non contestatam, ne quidem refusione expensarum gravatur, sed cum comminatione poena contumacia specialiter saltem litis contestatio ei injungi solet, ut refert ex Wesenber. Dan. Moller.
- 3 **bis** n. 8. † Si scilicet judex animadverat parum aut nihil malitiae imputari posse Reo, quod non specialius aut verbis apertioribus litem contestatus fuere. † Neque enim ita constricta est Judicis potestas, quin pro arbitrio Reum ab expensarum refusione liberare queat, ja praesertim si exceptiones legitimas vel saltem utcunque probabiles animadverterit, Matth. Coler. de process. execut. part. i. c. 2. n. 17. 18. 19. Andr. Rauchb. part. i. quæst. i. n. 8. supr. Const. p. Defin. 20.

Ita Domini in causa Hansen Peßlers contra Antonium Brücken und Heinrich Schulzen zu Leipzig/ Mense April. Anno 1614. ( Verba sent. Das Beklagte auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und auf angestaltete Klage/ anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie auf alle Punkte, bei Strafe Ungehorsams/ sich einzulassen/ zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu bestigen schuldig/ V. R. W.)

Ex in causa Hansen Deßlers contra Erasmus Schuhern zu Leipzig/ Mense August. Anno 1622. ( Verba sentent. Das Beklagter anderer Gestalt/ davon geschehen/ auch deutlicher und in specie auf alle und jede Klage-Punkte, ohne allen Anhang/ mit Ja oder Nein zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu bestigen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Conscientia Reo in generali vel obscura litis contestatione, etiam in termino secundo, sub pœna confessi denuò ei injungitur legitima contestatio.*

**Q**uid autem, si Reus in generali illa vel obscura litis contestatione perseveret, nec per sententiam judicis termino sequenti, ad specialiorem & puram, sive expressam litis contestationem commoveri se patiatur? † Eo gravior certè videtur tuuc contumacia Rei, sententiam Judicis contentientis, qui propterea etiam graviori poena coercendus erit, quam præter refusione expensarum termini etiam sequentis, arbitrariam esse voluit Illusterrimus Saxon. Elector in Ordin. process. judic. tit. 16. vers. über die expensen gleichfalls in eine willkürliche Strafe vertheilet werden. † Non memini tamen poenam Reo tergiversanti hoc casu fuisse dictatam, sed unâ cum refusione expensarum istius termini, denuò ei solet injungi litis contestatio specialior, sub expressâ comminatione, quod si in contumacia perseveraverit, lis pro contestata, ipseq; pro confessio haberi debeat: † Quæ sententia effectum habet parem condemnationis usque ad legitima impedimenta, bis auff Ehehaft/ quibus non probatis, contumax pro confessio & convicto habetur, art. 9. & 24. lib. 2. Landr. Hartm. Pistor. part. i. quæst. 3. n. 14. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. i. cap. 2. n. 41. & part. i. decisi. 104. n. 12. † Facit siquidem contumacia, ut Reus habeatur pro confessio & convicto, Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 12. defini. 44. n. 1.

Ita Domini in causa Hansen Degenkolbens contra Nicolaum Bauern/ ventilata in præfectura Voigtsbergensi, Mense Junio, Anno 1612. ( Verba sent. Das Beklagter Klägern auch die Unkosten dieses Termins auf Richterliche Erwähnung zu erstatten/und auf anderweit vorgehende gebührende Ladung zu erscheinen/und vorigem Urteil nochmals allenthalben folge/ zu leisten schuldig/ mit der ausdrücklichen Commination und Verwarnung / daß in Verbleibung dessen lis pro contestata, und er pro confessio geachtet und gehalten werden/ und in dieser Sachen ferner ergehen soll/ was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Hansen Heinrichs von Werthern contra Abraham Esaias Schlegeln/ ventilata in Prætorio Numburgensi, Mensl. Octob. Anno 1630. ( Verba sent. Und ist Beklagter Klägern auch die Unkosten dieses Termins/ auf Richterliche Erwähnung/ zu erstatten/ und nochmals/ anderer Gestalt/ denn geschehen/ auch deutlicher und in specie auf alle Punkte zu antworten/ und litem zu contestiren/ auch alsbald heym ersten Gesetz solches zu thun schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Commination und Verwarnung / daß in Verbleibung dessen lis pro contestata und Beklagter pro confessio geachtet und gehalten werden/ und in der Sachen ferner ergehen soll/ was recht ist/ V. R. W.)

Item an die Thür. und Fürstliche Sachsische verordnete Herren Canzler und Räthe zu Meiningen/ Mense Januario, Anno 1612.

## DEFINIT. XV.

*Removenda est ab actis litis contestatio facta in quadruplicata seu ultimâ positione, im letzten Saße,*

**C**ontumax quoque dicitur Reus, qui litis contestationem protrahit, tamque in ultima demum pos-

- positione (in dem letzten Gesetz) profert, haud sine fraudis & deceptionis suspicione, quod scilicet actio beneficium excipiendi contra litis contestationem praecidatur, non absque insigni ejus injuriā atque periculo. ¶ Neutquam ergo propterēa Reus poenam expensarum effugiet, quæ tamen sola non sufficit, sed rejicienda ac prorsus ab actis removenda est litis contestatio, ex sanctione Electorali, ¶ quæ in positione ultimâ, sive quadruplicâ, quicquam novi à Reo proferri prohibet in Const. Elect. ¶ i. p. i. Vid. ibidem Defin. 8. ¶ Quo facto, denuo injungitur Reo litis contestatio, eoque ipso actori facultas examinandi illam ac contra eam excipiendo restituitur. ¶ Nunquam enim judex de iis, quæ controversa sunt inter litigantes, non auditâ utrâque parte, cognoscere debet, l. in causa 13. pr. vers. causa enim cognita f. de minor. l. de qua re 74. f. de judic.

Ita Domini in causa Syndicen des Gattler-Handwerks zu Leipzig contra Hansen Bergmannen/ ventilata coram Senatu Lipsiensi, Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Dass die im letzten Gesetz eingebrochene litis contestatio billich verworfen wird, und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Vertrags auf richterliche Erhöhung zu erstatten, und aufs et. hobene Klage nochmals zu antworten, und litem richtig zu kontestiren schuldig/ B. R. W.)

Et in causa Henrici à Werther contra Abrahamum Esaiam Schlegel/ ventilata in prætoria Numburgensi, Mens. Octob. Anno 1630.

#### DEFINIT. XVI.

**Quomodo pronunciandum est, si Reus quidem compareat, attamen taceat, nec litem contestetur.**

- ¶ **A**lia præterea est species contumacia: Si Reus quidem citatus in iudicio compareat, sed taceat, ac litem contestari vel respondere nolit, l. de etate n. 6. qui tacuit 4. ff. de interrogat. in jur. faciend. Gloss. in A. qui semel C. quomod. S quando judex verb. locum babet. Specul. lib. 2. part. 1. tit. de contumacia §. 1. post pr. Andr. Rauchb. part. 1. qv. 1. ¶ n. 7. ¶ Quæ certè contumacia non minor est, ac ejus, qui citatus planè non comparet, quoniam paria sunt, non venire, vel non sufficienter venire, Gloss. in cap. si quis justo 46. §. si autem nullus verb. admitti de elect. in sexto. Jason. in l. quoties 6. ff. qui satisd. cog. num. 3. Rauchb. dict. quest. 1. n. 7. ¶ Vix igitur dubium est, quin utraque hæc contumacia pari poenâ coercetur, nimurum ut Reus causâ cadat, vel quod idem est, pro confessio & convicto habetur, si impedimenta legitima, vel justas absentiae aut silentii causas probare non possit, Gloss. Latin. ad text. germ. Landr. lib. 2. art. 9. lit. a. vers. Et intelligitur hic articulus. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 12. num. 1. & 2. Rauchb. dict. quest. 1. num. 2. Hartm. ¶ Pistor. part. 1. quest. 3. n. 13. ¶ Quamvis in Electorali Saxon. Scabinatu, hoc casu aliā pronunciandi formulam receptam noverim, nimurum, (Dass Beklagter billich noch einstens citaret werde/ anzuhören/ wie und welcher Gestalt er in die Hülle zu verhexten/ oder gnugsame Ursachen anzugeben/ warum er dann mit nochmals zu verschonen.) ¶ Quod in effectu nihil aliud est, quam Reum usque ad legitima impedimenta condemnare.

Ita Domini in causa D. Christophori Brauns contra Georgium Woldewigen zu Grossesna/Mense Novembr. An. 1608. (Verba sent. Dass Beklagter billich noch einstens citaret wird/ anzuhören/ wie und welcher Gestalt er in die Hülle zu verhexten/ oder gnugsame Ursachen anzugeben/ warum er dann mit nochmals zu verschonen/ B. R. W.)

Et in causa Syndicen der Collegiaten des Fürsten-Collegiū zu Leipzig/ contra Hansen Ludachern/ Mens. Mayo, An. 1579. (Verba sent. Dass Beklagter billich noch einstens geladen wird/ anzuhören/ wie er wegen seines vorsätzlichen Ungehorsams in

die Hülle zu verhexten/ oder erhebliche Ursachen/ warum solches nicht geschehen soll/ vorzubringen; Er thue nun solches also oder nicht/ so ergehet daraufferner in der Sachen/ was recht ist/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

**Plures consortes contestationi litis ab uno facta bend adhærere possunt.**

**S**i plures sint litis consortes, ex quibus unus item rite & sufficienter fuerit contestatus, reliqui litis contestationi adhærere posseunt, quæ adhæsio pro sufficienti litis contestatione habetur, dummodo expressè consortes dixerint, se per hoc litem eodem modo, quo à consorte est contestata, cum omnibus clausulis & qualitatibus contestatam habere velle, ¶ disponente sic Electore Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 16. circa fin. vers. Im Fall aber zweene oder mehr ic. ¶ Nec enim consortes, absque expressâ adhæsionis declaratione, litem ab alio contestatam, sine novo processu prosequi valent, Rutg. Ruland. in addit. ad process. Joh. Ferrar. Montan. part. 2. lib. 1. c. 1. §. in versu tamen. ¶ Sed nocet quoque hæc adhæsio consortibus, si litis contestatio, ab uno facta, fuerit imperfecta & vitiosa, quia adhærens cum eo, cui adhæret, est unum corpus ac spiritus unus, iuxta tradita Oldr. con. 290. n. 2.

Ita Domini in causa Martini Hopffens & Consortium contra Petrum Löbarten/ Mens. Jun. Anno 1614.

#### DEFINIT. XVIII.

**Reus tenetur probare, se adimpleuisse contractum, cuius nomine actor adversus ipsum experitur.**

**Q**uando negativa est fundamentum intentionis: aliquius, is, qui cù nititur, illam probare tenetur, l. pen. §. docere 2. ubi Bartol. ff. Ne quis eum, qui injus vocat. & in l. item ait Presw. 21. §. bee autem 2. ff. ex quib. cat. major. Quod quidem regulariter verum est, ¶ sed fallit omnino, si is, cui ex contractu aliquid dari vel fieri debuerat, dicat, adversarium id, quod promiserat, non adimpleuisse; Nam licet hoc actoris fundamentum intentionis sit, ¶ Reus tamen probare tenebitur, se id, quod promisit, in contractu adimpleuisse, Bartol. in l. in l. la 8. & ibi Jason. n. 15. ff. de V. O. Hartm. Pistor. part. 1. q. 22. n. 2. Cravett. cons. 192. num. 15. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 22. num. 45. Anton. Gabriel. lib. 1. concl. tit. 1. concl. 6. num. 15. & seq. ¶ veluti ad Emphyteutam, à Domino ob non solutum Canonem, conuentum, spectat onus probandi, se Canonem soluisse, licet Dominus ad privationem Emphyteus agat, eoque fundamento potissimum hitatur, quod canon non fuerit solutus, Gabriel. dict. concl. 6. num. 21. Jason. & Dd. in l. 2. C. de jur. Emphyt. Jul. Clar. de emphyteusi quest. 10. vers. fin. Pacian. dict. cap. 22. n. 46. ¶ Et venditore agente ad præcium, licet emptor excipiat, de nondum facta traditione, vendor tamen, se rem venditam tradidisse, probare obstrictus est, Hartm. Pistor. dict. quest. 22. n. 4. & 5. ¶ ubi idipsum restringit ad hunc solummodum casum, quo negatiya, videlicet, non satisfactum esse promissiōni, allegatur ab eo, cui debetur affirmativa, & cui quis ex contractu est obligatus; ¶ Secūs si ab alio, cui non debetur, fuerit allegata, Anton. Gabriel. dict. concl. 6. n. 14.

Ita Domini in causa Hansen von Dieskau/ Mens. August. Anno 1619. (Verba sent. So ist euch solches im ordentlichen Proces zu suchen unbekommen/ und wann ihr/ wie recht/ erweisen würdet/dass berühmte Aeckere recht Erb-Zins-Gut haben/ gedachter Tobias Frischmann auch/ dass er in 3. Jahren nicht säumig gewesen/ sondern den gewöhnlichen Cauponem ertrichtet/darthur und beweisen könnte/inmassen ihm zu thun oblieget/ so ergehet alsdann/ ob ihr solche Aeckere einzuziehen befugt oder nicht/ ferner was recht ist/ B. R. W.)

#### DEFIN.

## DEFINIT. XIX.

In causis quoque criminalibus, accusatus specificè litem contestari, & ad singula libelli capita respondere tenetur.

Joh. Gutierrez. *l. i. qv. 120.* † Etsi enim hoc reguliter verum sit, fallit tamen multis in casibus, ut si qualitas confessioni ex intervallo annexatur: Vel inutiliter adjiciatur: Aut factum contineat diversum & separatum ab eo, de quo in confessione agitur: † Vel si qualitas confessioni adiecta sit potius juris quam facti, de quibus singulis tractat Hartm. Pistor. *part. 4. qv. 16.* † Imprimis vero ex qualitate etiam confessione, actoris intentionem fundari dixerim, quando contra confidentem seu qualitatem confessioni adiectam aliqua militat præsumptio. Felin. *in C. cum venerabilis 6. n. 15. de except.* Bald. *in l. 2. C. de donat. ant. nupt.* † Veluti accidit in casu præsenti, quo Reus confitetur, se occidisse aliquem ad sui defensionem, cui præsumptio Juris adversatur: † Ex quo inferendum, fundatam esse accusatoris intentionem, Reoque incumbere probationem defensionis allegatæ, ut post multos alios, quos allegat, docet Hartm. Pistor. *dict. qv. 16. n. 9.*

Ita Domini in causa des Raths zu Börbig contra Heinrichum à Burghausen/ Mense Jul. Anno 1634. ( Verba sentent. Dass Heinrich von Burghausen auf erhobene Anklage anderer Gestalt/denn geschehen/ auch deutlicher und in specie, ordentlich und auf alle Puncta categorico mit Ja oder Nein zu antworten/und den Krieg Rechens zu befestigen/und weil er solches ideo nicht gehabt/ Anklägern die Unkosten dieses Vertrags/ auf Richterliche Ermäßigung/ zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XX.

Admittitur tamen in causa criminali qualificata litis contestatio, que onus probandi in accusatum transfert.

Enetur equidem Reus ad omnia & singula capitata, in narratione & conclusione libelli contenta, expresse & in specie respondere, & quæ vera quæque falsa sunt, dicere b. Constit. 10. ubi Dan. Moll. *n. 5.* Jac. Schult. *observat. 42. n. 9. & seqq.* † Sed hoc non aliter accipendum, quam si narrata libelli ipsum negotium concernant. † Quid enim si Advocati, ut plerumque solent facere in causis injuriarum, facta aliena, aut ea, quæ juris sunt, libello immiscuerint, vel saltem proœmii loco præmiserint? Non certè litis contestatio ad hæc necessariò requiritur, † ne frivole lites protrahantur, quas ocyùs finiri publicè interest, *l. properandum 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo l. 2. C. de re judic. l. quidam 21. ff. de reb. credit.* Frider. Pruckm. *confil. 38. n. 92.* Ventur. de Valent. *in partib. litigios. lib. 1. cap. 2. n. 2.*

Ita Domini in causa Do. Joh. Heinrici à Werthera contra Abraham Esaiam Schlegeln zu Naumburg/ Mense Januario, Anno 1636.

# CONSTITUTIO XI.

## PARTIS PRIMÆ.

Wann Lis contestirt / und doch die Gewehr der Klagen nicht angelobet/ ob alsdann nach Sachsen-Recht der Kläger seine Klage mutiren und verändern/auch den Eyd deferiren könne?

**D**ieweil wir berichtet/dass dißfalls weitläufige Disputationen und zweifelhaftige Meynungen / so zum Theil auff Distinctionen gerichtet seyn sollt; Dieweil aber unser Gemüth und Meynung ist/die rechtliche Proces in unsren Landen zu befördern und dieselbe/ so viel möglich/in schleunige Richtigkeit zu bringen/ damit männlich desto eher sein Recht erlangen

Corpz. Definit. Vol. I.

Lite contestata, guarandâ autem nondum præstâ, num in foro Saxonico libellum mutare, vel juramentum reo deferre possit actor?



Tsi intelligimus, varias & multiplices de hac quæstione JCTorum esse opinones, quas nonnulli illorum distinguendo conciliare conentur: Quia tamen processus judiciarios in ditionibus nobis subjectis & expeditiores & planiores reddere cupimus, quod citius unusquisque jus suum consequatur, igitur ordinamus & volumus, ut utroque

L

casu,

langen möge/ So ordnen und wollen wir/ daß in beyden Fällen/ wann die Gewehr angelobet/ oder der Krieg ohne Fürbehalt der geforderten Gewehr/ pure bestätigt/ der Kläger nicht mehr Macht haben soll die Klage zu ändern/ oder den Grund der Klagen dem Beklagten/ wie auff Sachsischem Boden gebräuchlich/ zu deferiren und ins Gewissen zu stellen. }

casu, ubi nimirum vel guaranda præstata est, vel absque ejus reservatione litem pure contestatus est reus, actor mutare libellum, vel fundamentum intentionis suæ, pro more fori Saxonici, conscientia rei committere volens, ne audiatur.

## DEFINITIONES.

1. Post præstam guarandam, non licet mutare libellum in foro Saxonico.
2. Sicuti nec post litis contestationem, haud præstata licet guarandæ.
3. Non tamen obstante litis contestatione sub conditione guarande adhuc præstanda, actor libellum mutare valeat.
4. Non efficit clausula salutaris libello adjecta, ut illum post litem contestatam mutare liceat.
5. Nec in causis summariorum post responsionem Rei, ad merita cause factam, petitionem mutare liceat.
6. Post præstam guarandam vel litem contestatam, ne quidem minuere licet summam in libello expressam.
7. Libellus alternativæ vel conditionaliter conceptus post litis contestationem mutari ac pure concipi nequit.
8. Non valeat actor post præstam guarandam, vel litem contestatam, mutare libellum, etiam si Reo omnes expensas refundat.
9. Si ab actione desistat actor, Reo expensas refundere tenetur.
10. Erigitur guarandam per mutationem libelli, sola expensarum refusione bode punitur.
11. Tenetur quoque actor ad refusionem expensarum, si ante præstam guarandam vel litem contestatam, attamen in ipso termino libellum mutare velit.
12. Declarare tamen licet obscurum libellum post guarandam præstata, vel litem contestatam.
13. Haud prohibitum est in foro Saxonico, mutare libellum post præstam guarandam in petitione hereditatis, aliisque judiciis universalibus.
14. Post litem contestatam sive præstam guarandam, actor nequit deferre Reo iurandum, et si ante de eo fuerit contestatus.
15. Post litis contestationem opponuntur validè exceptiones dilatoria noviter exortæ.
16. In quovis tempore judicij, actore vel Reo defuncto, ejus heredes processum reassumere tenentur.
17. In una eademque sententiâ, heredibus reassumitur processus ac litis contestatio, aliusque attus judicarius simul recte injungitur.
18. Opus est reassumptione processus, etiam si desinatur per Procuratorem litem peregrinatur.

### DEFINIT. I.

Post præstam guarandam, non licet mutare libellum in foro Saxonico.

1. Inter alios effectus, qui ex litis contestatione nasci solent, tñ nimirum ut actio perpetuetur, l. si cui 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. omnes 26. l. sciendum 58. ff. de obligat. & action. l. un. C. ex delict. 3. defunct. tñ præscriptionis cursus interrumpatur, dict. l. scilicet. tñ possessor in mala fide constituatur, l. sed et si lege 25. §. si ante 7. ff. de petit. hered. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. tñ Ut res fiat litigiosa, A. litigiosa. C. de litig. Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 8. Definit. 2. & qui sunt alii, rectissime quoque refertur tñ ademptio facultatis mutandi libellum: Estenim juris expeditissimi, licere actori libellum suum mutare vel emendare usque ad litis contestationem,
7. tñ post litem contestatam non iterum, l. non potest 23. ff. de judic. ubi Gothofr. quia tñ per litis contestationem quasi contrahitur in judicio & litigantes instantiae obligantur, l. licet tamen 3. §. idem scribit 11. ff. de pecul. A. qui semel C. quomod. & quando judec. tñ à quâ alterâ parte invitâ, discedere non licet, l. is qui se obtulit 25. ff. de R. V. l. sicut 5. C. de oblig. & action. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. n. 1. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 21. n. 67. Jac. Schult. observat. 48. n. 1. Andr. Guil. lib. 1. observ. 74. n. 5. 8. & 9. Matth. Coler. part. 1. decisi. 109. n. 1. Joh. Schneidewin. ad §. si minus 34. inst. de action. num. 8. & seqq.
9. tñ At in foro Saxonico, potestas mutandi libellum aliquo modo restrictior est, & licita emendatio tantum ante guarandam præstata, tñ non etiam post ea, etiam vel maxime res adhuc integra sit, & lis nondum contestata, Landr. lib. 3. art. 14. §. denn die weil die Gewehr. lib. 1. art. 63. vers. doch mag der Mann, b. Constitut. 11. vers. wann die Gewehr angelobet/ ic. Ordin. process. judic. Elec. Saxon. tit. 5. §. da auch eisner. vers. So er solches/ ehe denn die Gewehr angelob-

bet. Zanger. dict. cap. 21. n. 62. Dan. Moller. ad Constit. Elec. 3. n. 13. sub fin. part. 1. Schult. dict. observ. 48. n. 12. Matth. Berlich. part. 1. concl. 28. n. 1. Christ. Zobel. part. 1. diff. 11. n. 2. & 7.

Ita Domini in causa Hansen Ebelers zum Hahn/ Mens. Decembr. Anno 1612. ( Verba sent. Habt ihr wider Martin Körbigen eine Klage erhoben. Ob ihr nun wohl dieselbe zu ändern vorhabens seyd; Da ihr aber dennoch allbereit die Gewehr der Klage angelobet hättet/ dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässt/ ic. So waret ihr nunmehr das Libell zu ändern und die Klage zu verbessern nicht befugt/ B. R. W. )

### DEFINIT. II.

Sicuti nec post litis contestationem, haud præstata licet guarandæ.

- A pparet hinc effectum litis contestationis, ut næmpe actor post eam libellum emendare nequeat, in foro Saxonico tribui guarandæ, Definit. preced. Johann. Zanger. de except. part. 2. c. 22. n. 63. tñ Quid autem si in foro Saxonico Reus litem fuerit contestatus, non præstata vel petitæ guarandæ? Adhuc emendationi libelli locum relinqui, tradit Maufer. in process. tit. von der Gewehr. tñ propterea, quod post guarandæ præstationem, libellum mutare prohibeant jura Saxonica in artic. 14. lib. 3. art. 63. Landr. lib. 1. artic. 40. & 115. Weichbild. Ergo non ante guarandæ præstationem, eamvè planè omissam, litem quamvis contestatæ. tñ Sed non putandum, jura 4 Saxonica dispositionem Juris civilis, ex qua post litem contestatam emendatio & mutatio libelli alterius concessa non est, juxta tradita Defin. præced. corrigere voluisse, tñ quin potius secundum jus communie restringi & interpretari debent, l. 2. Bald. & Dd. C. de nox. act. Panorm. in c. causam n. 6. de rescript. Mynsing. cent. 1. observ. 5. ita ut tñ in foro Saxonico, non saltem post litem contestatam, ex dispositione Juris Civilis, sed etiam post guarandæ præstationem, litem nondum contestatæ, moribus Saxoniscis,

- xonics, actor libellum haud valeat emendare. 1  
 7 † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Electori, b. Constit. ii. vers. So ordnen und wollen wir daß in beiden Fällen/wenn die Gewehr angelobet/ oder der Krieg bestätigt/der Kläger nicht mehr Macht haben soll/die Klage zu ändern/etc. † Ex quo manifestum est, alterutrum saltem, vel præstationem guarande, vel contestationem litis mutationem libelli impidire, adeoque nec post litem contestatam, omissa licet guarandæ, actorem posse libellum emendare. 8  
 9 † Idque verbis disertis expressum in Ordin processu dic. sit. 5. §. da auch einer. vers. wann aber derer beyder. 10 Dan. Moll. hic n. i. Joh. Zanger. dict. c. 22. n. 6f. † ubi etiam extra territorium Electoratus, à Wittenbergensibus ita responsum, refert Christoph. Zobel. part. n. diff. i. n. 9. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. n. 9. Matth. Coler. ad. dicit. 3. extr. de except. n. 18.  
 Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da ihr aber dennoch allbereit die Gewehr der Klagen angelobet/oder aber Beklagter auf die Klage geantwortet/ und litem contestaret hæc/dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässt/etc. So wäre ihr nunmehr das Libell zu ändern/ und die Klage zu verbessern nicht befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Non tamen obstante litis contestatione sub conditione guarande adhuc præstande, actor libellum mutare valde.*

- 1 Olo tamen hoc aliter accipi, quād de litis contestatione pura & absoluta: † Cæteroquin si Reus litem sub conditione tantummodo guarande ab actore præstande, aliarumvè exceptionum auctori oppositarum, contestatus fuerit, tantum abest, actorem, antequād præstatio guarandæ fiat, vel exceptiones Rei rejectæ fuerint, libellum mutare pro- 2 hiberi, † ut eis non obstante litis contestatione c. eventuali, id est in verbis expressis concedatur; b. Constit. ii. vers. oder der Krieg ohne Fürbehalt der ges. fodertum Gewehr pure bestätigt/etc. & Ordin. processu judic. sit. 5. §. da auch einer. vers. oder der Be- klage den Krieg Rechtsens pure bestätigt. Moller. hic n. 5. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. n. 12. Matth. Berlich. part. i. concl. 28. n. 26. Jac. Schult. obs. 48. n. 28.  
 4 † Siquidem lis sub conditione contestata pro nondum contestata habetur, cum conditio nihil ponatur in esse, l. si quis sub conditione 8. ff. si quis omis. caus. 5 ref. l. cedere diem 213 ff. de V. S. † Quid ergo obstat, quò minus hoc casu mutatio libelli admittetur ante præstationem guarandæ, & conditionem impletam? Hartm. Pistor. dict. quest. 22. n. 14.  
 Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Oder auch Be- klagter allbereit auf die Klage pure und ohne Bedingung der Gewehr geantwortet/und litem contestaret hæte/etc. So wäre ihr nunmehr das Libell zu ändern/ und die Klage zu verbessern nicht befugt/etc.)

## DEFINIT. IV.

*Non efficit clausula salutaris libello adjecta, ut illum post litem contestatam mutare licet.*

- 1 Non ergo in potestate actoris est, pro lubitu semper mutare vel emendare libellum, sed ju- 2 ris requisita solennia hic observari oportet, † nem- pè ut fiat mutatio libelli ante guarandam præstitam atque litem contestatam, quorum alterutro non obseruat, actor libellum emendans nihil efficit b. 3 Constit. ii. Defin. 2. † etiamsi in emendationem istam post præstitam guarandam, vel à litis con- 4 testatione factam Rei consensus accesserit, † siquidem litis contestatio aliquique actus substantiales judicii, partium consensu tolli nequeunt, Andr. Gail. lib. i. observat. 74. num. 9. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. num. 3. Jacob. Schult. observ. 48. n. 3. & seqq.

† Multò minus clausula illa salutaris: *Salvo jure addendi, minuendi, emendandi, &c.* libello adjecta efficit, ut post litem contestatam vel præstitam guarandam, eum mutare licet, Joh. Schneidew. in §. omnium 1. num. 130. inst. de aet. Jac. Schult. observat. 48. num. 2. Matth. Berlich. part. i. concl. 28. num. 34.  
 † qpiæ potestas mutandi vel emendandi libellum, non dependet à voluntate actoris, sed à potestate Legis: Nihil ergo reservatio per clausulam salutarem operari potest, Bart. in l. Nisennius 34. ff. de negot. gestu. n. 2.

Ita Domini in causa Bernhard. Sahlfelds contra Christophorum Geutern. Mens April. Anno 1614. (Verba sentent. Da sich Beklagter auf die verbesserte Klage einzulassen nicht schuldig/ und wird Kläger ihm die Kosten dieses Termins/ aufs Richterliche Erwähnung/ zu erstatten blich angehabet/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Nec in causis summariorum post responsonem Rei, ad merita cause factam, petitionem mutare licet.*

- 1 **N**unquam igitur post guarandam præstitam aut litem contestatam, in foro Saxonico regulariter libellum mutare, vel emendare licet † in multis ampliationibus demonstrant Jac. Schult. observ. 48. & Matth. Berlich. part. i. concl. 28. n. 7. & multis seqq.  
 † Adeoque nec in causis summariorum, vel saltem propter generalitatem textus in b. Constit. i. & Ord. processu judic. Elect. Saxon. sit. 5. §. Da auch einer seine Klage. † Nec movet, quod in causis summariorum lito bello ac litis contestatione opus non sit, Jac. Schult. obs. 3. n. 8. Joh. Zanger. de except. part. i. c. 2. n. 14. & 23. ut sic frustra de hoc disputari existimaveris, † cum non eatis nullæ sint qualitates, l. non solùm 1. 5. S. usq. adeò 3. ff. quib. mod. ususfr. amitt. l. quidam re- ferunt 14. ff. de jur. codicil. l. si Titio 22. ff. quando dies legat. † Quis enim refert, in ejusmodi causis summariorum, qualemcumque petitionem, libelli loco haberi, ac vel propterea necessariam esse, quo reus certior fiat de eo, quod petitur, Zanger. dict. c. 2. n. 14.  
 † Sicuti etiam his ipsis in causis, vicem litis contestationis obtinet actus ille, quo primum causa merita tractari incipiunt, qualis est responsio ad rem ipsam, oblatio articulorum, testium vel instrumentorum productio, vel quid simile, Gloss. in c. statim 1. §. sed si pars verb. absentia extr. de E. lect. in 6to. Felin. in c. exceptionem 12. num. 10. extr. de except. Zanger. dict. c. 2. n. 24. Schult. observat. 49. n. 6. Hart. Pistor. part. 4. qu. 13. n. 25. † Ergo post hujusmodi actum aliquem, in iudicio gestum, petitionis qualis qualis propositæ mutatio amplius fieri non poterit, ut recte infert Jacob. Schult. dict. observ. 49. n. 8.

Ita tractatum in causa Jacobi Wenzels contra Michael Reinsbergern zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1629.

## DEFINIT. VI.

*Post præstitam guarandam vel litem contestatam, ne quidem minuere licet summam in libello expressam.*

- 1 **S**ed annon post præstitam guarandam, vel li- stem contestatam, actori saltem licet minuere libellum, & summæ, quam in libello petiit, quid detrahere, putà si actor triginta petiit, libello au- tem deminuto, duntaxat viginti petere velit?  
 † Ita forsitan dixeris, cum Gloss. latin. ad art. 14. in 2 lit. C. n. 5. lib. 3. Londr. & Joh. Schneidew. in §. mi- 3 nus 31. inst. de action. n. 10. cōd., † quod Reo nihil per hoc depereat, sed jus suum maneat salvum.  
 † Attamen cum generaliter post præstitam guaran- 4 dam, vel litem contestatam, actor libellum mutare prohi-

- prohibeatur, b. Const. II. Etiam si justus & probabilis error intervenerit, atque ab auctore probatus furerit, ut eleganter docent Hart. Pistor. part. 4. q. 23.
5. n. 4. & Jac. Schult. observ. 48. n. 15. + Negari certe nequit, ne quidem deminutionem summa post litem contestatam aut praestitam guarandam, concedendam esse, quippe quae & ipsa mutatio libelli est;
6. + Veluti quoque deminutionem libelli disertis verbis prohibet jus Saxon. in dict. art. 14. vers. Bessern und Mindern/ Dan. Moller. hic n. 3. Jac. Schult. dict. observ. 48. n. 13. Matth. Coler. ad c. dilecti 8. num. 66. extr. de except. + Planè si Reus contra summam deminutionem nihil excipiat, actoris variationem admitti, tradit Dan. Moll. hic n. 4. de quo tamen dubito, ex traditis supr. Defin. 4. n. 2.

Ita Domini in causa Hansen Ebeler zum Hahn/Mens. Dec. Anno 1622. (Verba sent. Ob ihr nun wohl das Klag-Libell zu ändern Vorhabens seyd; Da ihr aber dennoch die Gewehr der Klagen übereift angelobet/ oder aber Beklagter auf die Klage pure und ohne Bedingung der Gewehr geantwortet/ und litem contestat hättet / davor sichs aus eurer Frage anschen lässt; So wäret ihr nunmehr das Libell zu ändern/ und die Klage zu verbessern/ oder auch die geklagte Summa zu vermindern nicht befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Libellus alternativè vel conditionaliter conceptus, post litem contestationem mutari ac pure conceptus nequit.*

1. **M**ultare quoque dicitur libellum, qui quod alternativè vel conditionaliter petiti, postea petit pure, non minus ac si plus peteret, quam in priori libello petitum fuisset, + cum tempore plus peccat exigens debitum pure, quod conditionaliter debetur, c. s. de plus petit. arg. L. I. C. quando dies leg. ced. S. omnis 2. inst. de V. O. I. cedere diem. 213. ff. de V. S. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 11. n. 4. + Dubium ergo non est, quin actor libellum alternativè vel conditionaliter conceptum, post litem contestatam pure concipere prohibeatur, + maxime, quia interest Rei, sententiam alternativè pronunciari, cum ei jam quæsumum sit beneficium, hoc vel illud eligendi, Thom. Gramm. decis. Neapol. 68. n. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 28. m. 27.

Ita Domini in causa Melchior Werner von Hamburg contra dessen Gläubigere zu Leipzig/Mens. Martio, Anno 1626. (Verba sent. Dass es eingewendeter Leutering ungeachtet/ bei unserm jüngst-gesprochenen Urteil nochmals verbleibt; Jedoch mit dieser Erklärung/dass Beklagten von der verbesserten Klage auf künftigen Termin sich darnach zu achten / und seine Nachdurft darauff zu bedekken/ neben der Citation. Copien billich zugeschickt wird/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Non valet actor post praestitam guarandam, vel litem contestatam, mutare libellum, etiam si Reo omnes expensas refundat.*

1. **C**ontra formalia processus quia peccatur, mutando libellum post guarandæ præstationem, vel litem contestationem, supr. Defin. 1. & 2. tutò dixerim, libellum non subsistere, + licet ejus mutatio, vel emendatio statim in continentia post litem contestatam facta fuerit, quamvis aliter sentiat Gloss. in l. Pomponius 40. §. ratificationis 3. verb. ratificationis vers. eti post ff. de procurat. & Jason. in l. edita 3. n. 3.
3. C. de edend. + Quin nec tum mutatio libelli post litem contestatam vel guarandam præstitam admittenda erit, si actor Reo omnes expensas refundere velit, ut tradit Hartm. Pistor. part. 4. q. 12. n. 2. Jacob. Schult. obs. 48. num. 7.

Ita Domini in causa Bernhard Sahlfelds contra Christophum Zeumerum, Mens April. Anno 1624.

#### DEFINIT. IX.

*Si ab actione desistat actor, Reo expensas refundere tenetur.*

**C**onsultum nihilominus est actori, post litem contestatam vel guarandam præstitam libellum mutare vel emendare volenti, + nempe ut à priori instantia penitus recedat novumque libellum offerat, ac novam instantiam inchoet, cum nunquam actor, etiamsi libellum mutare nolit, ab actione desistere prohibeatur, Hartm. Pistor. part. 4. q. 22. n. 5. + Attamen utroque casu actor tenetur Reo expensas refundere, l. 18. §. ult. ff. de vi & vi armat. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de expensis §. si ante litis contestationem 3. n. 11. Hartm. Pistor. dict. loc. n. 2. Jac. Schult. observ. 48. n. 36. + Quod & verbis disertis fancitum à Serenissimo Dn. Electore Saxon. in Ord. Processi. judic. tit. 5. §. Da auch einer. vers. Er wolte dann die vorige Klage ganz fallen lassen/ und eine neue vorbringen/ auf solchen Fall ist er gleichwohl dem Beklagten zuvorn die Kosten / auf Richterliche Ermäßigung/ zu erstatten schuldig. Zobel. part. 4. differ. 24. Matth. Berlich. part. 1. concl. 28. n. 35.

Ita Domini in causa Johannis Crawers von Wien contra Georgium & Christophorum die Polmänner ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens Octobr. Anno 1626.

#### DEFINIT. X.

*Frangens guarandam per mutationem libelli, sola expensarum refusione bode punitur.*

**P**ost guarandam præstitam vel litem contestatam, si actor libellum mutet vel emendet, absque dubio in foro Saxonico incidit in poenam fractorum & violatorum guarandæ, quæ est in causis civilibus triginta solidorum (zwölf alte Schock) parti solvendorum: + In criminalibus vero, amputatio manū, nisi malit mulctæ nomine medietatem Wergeldi, hoc est, io. thaleros (vel 12. alte Schock) parti solvere, Landr. lib. 2. art. 15. & Weichbild. art. 114. Chil. König. in process. c. 48. n. 2. Matth. Coler. ad cap. dist. 8. exir. de except. num. 17. + Quamvis alii poenam amputationis manū ad eum restringant causum, quo criminaliter actum fuerit, ita, ut si ex crimine civiliter agatur, poena sit duntaxat dimidium. Wergeldum, Gloss. in Weichbild. dict. art. 114. n. 4. Zobel. part. 1. differ. 11. n. 6. Joh. Schneidew. ad §. si minus 31. inst. de action. n. 15. sub fin. + Sed poena hac fractæ guarandæ hodie prorsus in desuetudinem abiit, nec alio modo punitur actor, mutato libello guarandam frangens; quam solā expensarum refusione, teste observantiâ fori Saxonici, Matth. Wehner. in obser. pract. verb. Gewehr. vers. illud etiam non praterendum.

Ita Domini in causa Hansen Ebeler zum Hahn/Mens. Decembr. Anno 1622. (Verba sentent. So wäret ihr nunmehr/ nach angelobter Gewehr oder beschreiten Litis Contestation, das Klag-Libell zu ändern/ und die Klage zu verbessern / oder auch an der geklagten Summa zu vermindern nicht befugt; Sondern da späthes von euch beschreiten/ wäret ihr Beklagten die aufgewandte Gerichts-Kosten zu erstatten schuldig / und es möchte derselbe sich auf die verbesserte Klage einzulassen nicht gehalten werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Tenetur quoque actor ad refusionem expensarum, si ante praestitam guarandam vel litem contestatam, attamen in ipso termino libellum mutare velit.*

**R**espicit ergo hodiæ poena fractæ guarandæ solummodo interesse Rei, ne scilicet hic dampnum sentiat ex libelli mutatione; + Ex quo etiam fit, quod actor condemnetur in expensas, si ante præstitam guarandam vel litem contestatam, in ipso termi-

no libellum mutare velit, & ad hoc reum transmis-  
so libello mutato, citari non fecerit, Ord. process. ju-  
die. s. 5. Da auch einer seiner Klage. vers. Würde  
aber der Kläger. usq. ad fin. † in tantum, ut actor  
tum novā actione & libello mutato non audiatur,  
tūsi expensē fuerint restitutæ, Jason. in l. edicta actio  
j. n. 57. C. de edend.

Ita Domini in causa Jacobi Wengels & Consort. contra  
Syndicem der Ober- und anderer Meistere des Kannengießer-  
Handwerks zu Leipzig/Mensl. Febr. Anno 1629. (Verba sent.  
Dass Kläger Beklagten die Unkenntnis dieses Termins/aufflich-  
terliche Erwähnung/gu erstatte pflichtig. Würden sie nun  
Beklagte mit Übersichtung der verbesserten Klage nochmals  
gebührlichen cirens lassen; So seyn Beklagte zu erscheinen/  
und sich darauff einzulassen und zu antworten schuldig/  
B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Declarare tamen licet obscurum libellum post guaran-  
dam præstitam, vel litem contestatam.*

- E** Thi in foro Saxonico nec post præstitam gua-  
randam, nec post litem contestatam, liceat mu-  
tare vel emendare libellum *supr. Definit. 1. & 2.*  
† Declaratio tamen ejusdem prohibita haud est,  
sed potest auctor etiam post guarandam præstitam &  
litem contestatam, usque ad sententiam libellum  
obscurum declarare, per l. si quis intentione &c. ff. de  
judic. Modest. Pistor. part. 4. qu. 155. num. 7. Matth.  
Berlich. part. 1. concl. 28. n. 27. Joh. Schneidew. ad §.  
si minus 31. inst. de action. n. 8. † Quoniam qui de-  
clarat, nihil de novo addit, Jac. Menoch. de recip.  
possef. remed. s. n. 177. Bald. in c. super literis 20. n. 61.  
extr. de rescript. † Ex quo sit, quod etiamsi in cau-  
sis criminalibus non minus atque civilibus, prohibi-  
ta sit libelli mutatio post guarandam præstitam vel  
litem contestatam, nova tamen ac plura indicia con-  
tra accusatum proponere liceat, † siquidem ejus-  
modi additio indiciorum potius declaratio ac spe-  
cificatio quædam est, quam emendatio & mutatio  
libelli, ut demonstravi in *practica criminali* part. 3.  
quest. 106. n. 64. Modest. Pistor. part. 4. quest. 139.  
† Pariter etiam & ex eodem fundamento, post præ-  
stitam guarandam in actione injuriarum, exprimi  
posse locum & tempus commissæ injuriæ, docet  
multis Modest. Pistor. part. 4. quest. 155. † Planè, ha-  
res actoris libellum ambiguum & obscurum mu-  
tare & declarare non valet, per text. in l. idem Pompo-  
nius s. 5. ult. ff. de R.V. Dan. Moller. bīc n. 7. Jacob.  
Schult. obser. 48. n. 21. & seqq.

Ita Domini in causa Senatus Zwickavienis contra Michael  
Dethen/ Mensl. Sept. Anno 1629.

## DEFINIT. XIII.

*Haud probibitum est in foro Saxonico mutare libel-  
lum post præstitam guarandam in petitione baredi-  
tatione, aliq. iudicis universalibus.*

- C**erti juris est, in iudiciis universalibus & gene-  
ralibus, puta petitione hæreditatis, actione tu-  
telæ, &c. etiam post litis contestationem, actorem  
libellum & actionem editam mutare vel emenda-  
re posse, addendo aliquid libello, plures res hære-  
ditarias ac plura negotia specificando, Joh. Zanger.  
de except. part. 2. c. 21. num. 69. Joh. Schneidew. ad §.  
si minus 31. inst. de action. n. 10. Jacob. Menoch. de  
arbitr. judic. quest. cent. 2. cas. 176. num. 4. & seqq.  
† Sed num idem actor poterit in foro Saxonico  
post præstitam guarandam? Omnidind, quia in  
foro Saxonico, quoad effectum emendationis libelli,  
† guarandæ & litis contestationis eadem est ratio  
ac qualitas, & qui effectus est de jure civili, litis con-  
testationis, & de jure Saxonico tribuitur vel guaran-  
de vel litis contestationi, Joh. Zanger. dict. cap. 21.

n. 63. Matth. Berlich. part. 1. concl 28. num 33.

Ita Domini in causa Johannis Rudolphi contra Paulum.  
Wörner & Consortes zu Leipzig/ Mensl Jul. Anno 1629.  
(Verba sent. Dass Beklagte ihres Widerfechtens ungeachtet/  
auff die verbesserte Klage/bey Straffelung gehorsam/ sich eins  
zulassen und zu antworten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Post litem contestatam sive præstitam guarandam, a-  
ctor ne quis deferre Reo iusjurandum, et si ante  
de eo fuerit contestata.*

**E**ffectus guarandæ vel litis contestationis non  
solum in mutatione vel emendatione libelli,  
† sed etiam in delatione iurisjurandi locum sibi ven-  
dicat, siquidem post litem contestatam sive præsti-  
tam gvarandam, † non magis licet actori iusju-  
randum deferre Reo, quam mutare vel emendare  
libellum, b. Const. 11. vers. Oder den Grund der Kla-  
gen. Ordin. process. jud. Elector. Saxon. tit. 18. in pr.  
vers. Wenn aber die Gewehr angelobet / Dan. Mol-  
ler. bīc num. 8. Chil. König. in process. cap. 53. num. 3.  
Hartm. Pistor. part. 4. quest. 22. num. 7. Jacob. Schult.  
obser. 48. n. 16. Andr. Rauchbat. part. 1. quest. 9.  
n. 5. & 7. † Idque verum est, etiam si actor ante litis  
contestationem de eo protestatus fuerit; Neque e-  
nim tum facultas deferendi iuramentum post litem  
contestatam vel præstitam gvarandam, competit  
actori, dict. tit. 18. in pr. vers. Ob er gleich zuvor  
derentwegen protestirt und bedinget hätte, Hartm.  
Pistor. dict. loc. num. 8. † quia protestatio interpo-  
sa super eo, quod non dependet à voluntate par-  
tium, sed ex dispositione juris, nec protestantem re-  
levat, nec quicquam operatur, Guid. Pap. quest. 172.  
n. 2. Gars. Maitril. decis. 40. n. 2. Schult. dict. obser.  
40. n. 20.

Ita Domini in causa Friedrich Rauschers zu Leipzig/Mensl.  
April. Anno 1576. (Verba sent. Dass allein vor angelobter  
Gewehr unter Krieges-Befestigung ihr eure/ wider den von  
Schönach angestellte Klage/ ihme in sein Christliches Gewis-  
sen zu stellen wohl befuge/B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Post litis contestationem opponuntur validè exceptio-  
nes dilatoria noviter exorta.*

**E**ffectus quoque litis contestationis est, quod  
post eam non admittantur exceptiones dilato-  
riæ: † Has enim ante litem contestatam oppo-  
ni oportet, neque postea locus iis conceditur, l. si  
quis advocatus pen. & l. seq. C. de except. l. i. 3. C. de  
procurat. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. ult. n. 2.  
Dan. Moller. ad Constit. Elect. 3. n. 1. part. 1. † Sed  
hoc ita, si tales non sint, quæ judicium retrò nullum  
reddunt, ut est falsi procuratoris &c. quas qmnl  
tempore litis, adeoque etiam post sententiam la-  
tam proponere licet, Zanger. dict. part. 2. c. 22. n. 8.  
Andr. Gail. lib. 1. obser. 47. num. 2. & lib. 2. obser.  
100. n. 4. † Pariter quoque tertius interveniens  
post litem contestatam, dilatoria exceptiones  
proponere valet, Zanger. dict. cap. ult. num. 12.  
Jacob. Schult. obser. 7. n. 4. † Planè, si exceptio  
dilatoria iudicio jam accepto dignatur, aut reo in-  
notescat, poterit Reus eandem adhuc in medium  
afferre, † modò hoc casu juret, exceptionem il-  
lam sibi ante litem contestatam fuisse incognitam,  
c. insinuante &c. ibi Felin. num. 8. extr. de offic. de-  
legat. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 18. num. 13.  
Jacob. Schult. dict. obser. 7. n. 5. Dan. Moll. lib. 1.  
semefr. 1. n. 4.

Ita Domini in causa Burkard Rothens contra Johann.  
Siebern/ Mensl Jan. Anno 1635.

Et in causa Martio Antonii ab Hartens contra Hans  
Wietzen/ Mensl Octobr. Anno 1630.

## DEFINIT. XVI.

*In quovis tempore Iudicij, auctore vel Reo defuncto, ejus heredes processum reassumere tenentur.*

- D**E Jure equidem reassumtio processus, auctore vel Reo defuncto, non adeo videtur necessaria, sed heredes defuncti statim comparere & processum continuare possunt, † cum instantia activè & passivè ipso jure ad eos transmittatur *L. si eum. 33. ff. de fidei suff. l. si operarum 29. ff. de oper. libert. l. Lucius 78. §. pen. ff. ad SCrum Trebell. l. heres absens 19. ff. de judic. l. sciendum 58. ff. de oblig. & action.* † Nihilominus ubique locorum hodiè receptum est, ut heredes ad processum continuandum non admittantur, priusquam illum legitimè reassumserint, Andr. Gail. lib. i. observ. 109. n. 5. † Quod & disertè approbatum ab Illustrissimo Dn. Electore Saxon. in Ordin. process. jud. tit. 17. † in tactum, ut litis reassumtione non præcedente, nullitas committatur, veluti ex Responso Scabinorum Lipsiensium probat Matth. Berlich. part. i. concl. 27. n. 4. † Et sane, quocunque etiam tempore alterutre litigantium moriatur ante conclusionem causæ, processus est reassumendus ab heredibus, etiam ante litis contestationem, modo terminus saltem unicus vivente adhuc Reo vel auctore præcesserit, † processus siquidem instantia non solùm litem, quæ incipit demum post responsionem Rei atque litis contestationem, *l. un. C. de lit. contest.* Sed & acrem atque assiduam flagitatem, omniaque ea, quæ litis contestationem præcedunt, significat, *§. i. instit. de pan. tem. litig. l. ult. §. fin. ff. de pign. act.* † ut omnino necessarium sit, instantiam ante litis contestationem ab heredibus reassumi, non minus atque Reum ante litis contestationem ab instantiâ absolvit, Dan. Moller. *ad Conf. Elect. 2. n. 6. ubi vid. Defin. 19.* † Quin etiam post conclusionem causæ, si pars moriatur ante executionem, opus esse reassumtione processus, tradit rectificatio simè Jac. Schult. *quaest. 52. num. 1. & 2.* † Planè si heredes ad reassumendum citati non compareant, in eorum contumaciam processus habetur pro reassumto, Berlich. *dict. concl. 27. n. 25.*

Ita Domini in causa der Scheiben contra die Ullmannische Erben/ Mensp April. Anno 1612. ( Verba sent. Dass Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins/ auf vorgehende Liquidation und richterliche Ermäßigung/ zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende rechtlche Ladung/ den Proces, wegen ihrer verstorbenen Mutter/ihres Fürwendens ungeachtet/ gebührlichen zu reassumiren schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/dass im widrigen Fall der Proces pro reassumto gehalten/ und die Leuterung defert ex known werden soll/ B. R. W.)

Item in causa Jonae Lappens contra Ludolphum Brobstetius zu Leipzig/ Mensp Mayo, Anno 1613. ( Verba sent. Dass beklagte Erben Klägeru die Unkosten dieses Termins/ auf Richterliche Ermäßigung/ zu erstatten/ und auf anderweit vorgehende Ladung zu erscheinen/ den Proces gebührlichen zu reassumiren/ und auf Klägers eingebrachte Ungehorsams-Beschuldigung wegen desertion eingewendeter Leuterung und eventual-Appellation zu verfahren schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/dass im widrigen Fall der Proces pro reassumto gehalten/ und auf Klägers Ungehorsams-Beschuldigung zu recht erkannt werden soll/ B. R. W.)

Et in causa D. Petri Ritters contra Ludolphum & Andreiam die Qvenstette zu Quedlinburg/ Mensp Martio, Anno 1635.

## DEFINIT. XVII.

*In una cædemq. sententiâ, heredibus reassumtio processus ac litis contestatio, alijsq. actus judiciarine simul recte injungitur.*

- E**Rrant omnino, qui putant, heredibus litigantium nec litis contestationem, nec recognitio nem documentorum, aliumvè actum judiciarium, injungi posse, priusquam super litis reassumtione

fuerit sententiationum, per text. in Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 17. in fin. Und über diesen passu expressè, ob der Proces zur Gnige reassumiret oder nicht / erkennen lassen. † Sed nil minus, quam id ipsum probari inde poterit, cum sententia super reassumtione non excludat litis contestationem, aliasque actus judicarios, † nec absurdum sit, inuncto jam antea actu quodam judicario heredibus, super litis reassumtione postea pronunciare; † Ac vel propterea cum litis reassumtione actus alii judicarii debent cumulari in sententia interlocutoria, quod eò citius lis abbrevietur, † siquidem ad officium Judicis pertinet, in id intendere mentem, ut lites finiantur atque minuantur, neque litigatores inani sumptu divexentur, *l. quidam existimaverunt 21. in fin. ff. si cert. petat. c. nonnulli 28. §. cum autem litig. extr. de rescript. Dan. Moll. ad Conf. Elect. 3. n. 8. part. i. Jac. Schult. observ. 7. n. 34.*

Ita Domini in causa Angel von Godens contra Viduam & Heredes Calpari Renzeng zu Leipzig/ Mensp Jun. Anno 1626. ( Verba sententie: Dass Beklagte noch zur Zeit vor ungehorsam nicht zu achten / sie seind aber auf anderweit vorgehende gebührende Ladung/bey Straffe Ungehorsams/ zu erscheinen/ den Proces zu reassumiren/ und auf die erhobene Klage zu antworten/ und den Krieg Rechtes zu befestigen schuldig/ B. R. W.)

Et postea in eadem causa Mensp. Mart. Anno 1627. ( Verba sent. Dass der Proces pro reassumto nunmehr billich gehalten wird/ und bat Kläger seine Klage und Zusprüche wider Beklagte bis auf Ehehaft und behelfliche Wider-Rede erstanden und erlangt/ B. R. W.)

It. in caula Dietrichs Schuecks contra Gotthard Plogers Erben/ ventilata in Pratorio Lipsiensi, Mensp. Febr. Anno 1632. ( Verba sententie: Dass Beklagte Klägern die Unkosten dieses Termins auf unsre Ermäßigung zu erstatten/ auf anderweit vorhergehende gebührende Ladung zu erscheinen/ und den Proces zu reassumiren; so wohl die von ihrem Vater eingewendete Leuterung gebührlichen zu prosequiren schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/dass im widrigen Fall der Proces pro reassumto gehalten/ und die Leuterung defert ex known werden soll/ B. R. W.)

Et in causa Patri Altners contra heredes Tobiz Grischmans/ Mensp Jan. Anno 1631.

## DEFINIT. XVIII.

*Opus est reassumtione processus, etiamq. defunctus per procuratorem litem peregerit.*

**S**I procurator post litem contestatam, ubi jam dominus litis factus est, moriatur, litis reassumtione opus non est, sed sufficit in locum demortui alium substitui procuratorem, Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 6. defin. 14. n. 8. Guid. Pap. decis. 86. † Quod idem ad tutores & Curatores, qui procuratoribus æquiparantur, Bald. in l. neg. tutores II. C. de procur. num. 2. rectissime extendit Matth. Berlich. part. i. concl. 27. n. 26. Anton. Fab. dict. defin. 4. n. 11. † At defuncto auctore vel Reo, licet is non in propriâ persona, sed per Procuratorem, qui post litem contestatam dominus litis factus est, *l. nulla 23. C. de procur. l. 4. §. ult. ff. de appellat. causam agitaverit, heredes tamen processum reassumere tenentur, † vel saltem ex observantia judiciorum, de qua testatur Andr. Gail. lib. i. obs. 109. n. 6.*

Ita Domini in causa der Anwälde Hansen Anshelms contra Hans Christoph Lauterbachen/ Mensp October. Anno 1627. ( Verba sent. Würde Hans Anshelm des Beklagten und nummehr verstorbenen Barthel Lauterbachs sämtliche Erben ad reassumendum processum gebührlichen citiren lassen. So ergiengen alsdann darauff in der Sachen ferner/was recht ist/ B. R. W.)

Et in causa Nicolai Knauers contra Viduam & Heredes Philippi Landgrafen/ Mensp Junio Anno 1625. ( Verba sent. Dass Philipp Landgrafens Wittib und Erben den wider ihres Vater erhobenen Diffamation-Proces, ihres dawider geäußerten Vorwendens ungeachtet/ zu reassumiren schuldig/ B. R. W.)

## CONSTITUTIO XII.

### PARTIS PRIMÆ.

**Wann ein auffgelegter Eyd soll geleistet werden?**

**S**e einem Part ein deferirter oder ander Eyd/Juramentum purgatorium oder suppletorium zu leisten außergelegen und zuerkannt/so soll er in 8. Tagen von der Zeit an/als solches Urtheil seine Kraft erreicht/den Gegentheil/welcher den Eyd vor Gefehrde vorhero schweren soll/citiren zu lassen/und berührten Haupt-Eyd innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen zu leisten/oder da er sein Gewissen mit Beweisung zu vertreten Vorhabens/ die Beweis-Articul innerhalb benannter Zeit einzulegen schuldig seyn.

Geschehe solches von ihm nicht/so soll gesprochen werden/dass er sich mit dem Eyd veräumet/ und damit ferner nicht zuzulassen/ auch was des veräumten Eydeshalben mehr recht ist/und der Sachen und Acten Nothdurft erfodert.

Wann aber der/so einen deferirten Eyd schweren soll/ den andern/ welcher den vorgehenden Eyd vor Gefehrde zu leisten schuldig/citiren ließe/ und derselbige würde ungehorsamlich nicht erscheinen/oder thäte sich des Eydeshalben weigern/ so soll der deferirte Eyd vor geschworen und geleistet geachtet/ auch darauff also erkannt und gesprochen werden.

### DEFINITIONES.

1. Post guarandam praefitam vel litem contestatam, non licet deferre juramentum, nisi super questionibus noviter incidentibus.
2. Juramentum ab actore etiam penitus nibil probante Reo deferri potest.
3. Revocare potest. actor juramentum Reo delatum, & ad probationes ordinarias configere etiam post praefitam guarandam & litem contestatam.
4. Postquam Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à Judice desuper pronuntiatum fuerit, ab actore id revocari nequit.
5. In foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, b. e. sex septimanas & tres dies prestandum est.
6. Iussus jurare, intra octo dies à tempore lapsi decendit, ad præstationem juramenti se offerre & citationem impetrare debet.
7. Terminus juramenti præstationi prefixus à tempore lapsi decendii vel rei judicatae currere incipit.
8. Neglecta formâ Citationis intra octiduum imperande, juramentum pro deserto habetur, licet postea Reus ante elapsum terminum juramento prefixum, ad jurandum se offerat.
9. Interpositâ leuteratione, non currit octiduum jurandi, antequam is notitiam consequatur, leuterationi fuisse renunciatum.
10. Non ab ipsâ rejectione leuterationis vel appellacionis, sed post decendum demum currit octiduum juranti.
11. Anticipatio octidui, antequam decendum fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habetur.
12. Ad jurandum quis se offerre potest etiam per mandatum, exhibito tamen speciali mandato.
13. Suppletorium quoq. juramentum ad terminum probatorium jurandi & ad octiduum se offerendi adstrictum est.
14. Sicuri & Juramentum purgatorium.
15. In causa tamen criminali, juramentum purgationis negl. ad octiduum, neq. ad terminum probatorium est adstrictum.
16. In causis quoq. matrimonialibus peremptorijs jurandi terminus non observatur.
17. Juramentum, quo, deficiente Inventario, hereditarie res sunt manifestande; ad terminum jurandi legalem adstrictum non est.
18. Post terminum præterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius covera eam non excipiatur.
19. Neglecto termino jurandi, iusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum datur, cui iurari debuerat.
20. De jure civili novo, juramentum calunnie speciale sive malicie regulariter exigi nequit.
21. In foro Saxon. justissimis de causis juramentum calunnie generale abrogatum est.
22. Ejus tamen loco juramentum calunnie speciale sive malicie ad compescendam temeritatem litigantium injungi potest.
23. Deferens adversario iusjurandum, non aliter renetur de calunnia jurare, quam si adversarius id exigat.
24. Parentes, deferentes liberis juramentum, non renetur jurare de calunnia.
25. Imposito alicui juramento suppletorio vel purgatorio, exigi nequit iusjurandum calunnie.
26. Nec is, qui juramento res hereditarias patefacere tenetur, iusjurandum calunnie petere valer.

27. Sicut necis, qui scripturam recognoscere jussu eam juramento diffitetur.
28. Si adversarius de calumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, juramentum delatum principale pro praefito habetur.
29. Non potest actor deferre juramentum super eo, quod probare intendit.
30. Ad confirmandum saltem vel probandum matrimonium licet deferre juramentum, non etiam ad dissolvendum illud.
31. Non potest jurandum referri depositario, si contra bonam fidem, & dolosè quid fecisse dicatur.
32. Etiam in foro Saxonico post litis contestationem & praesitam guarandam, Reus super exceptionibus peremptoriis actori juramentum deferre potest.
33. Nisi Reus ad reprobationem se jam obtulerit, eavd ipsi per sententiam injuncta fuerit.
34. Absq; delatione vel Judicis impositione nullum praestandum est jurandum.
35. Extra processum ordinarium non potest deferri juramentum.
36. In processu ordinario Reus etiam exceptionem solu-
- tionis, contra instrumentum guarentigiatum oppositam, conscientia actoris committere potest.
37. Non potest recusari jusjurandum à parte delatum propterea, quod agatur ex compromisso judiciali.
38. Mulier quatenus autoritate Curatoris sui valeat deferre juramentum.
39. Non potest per Procuratorem prestari juramentum in foro Saxonico.
40. Differunt ab invicem committere factum alicuius conscientia; Et committere scientie sive notitiae: Solum enim factum proprium alicuius conscientie committi potest.
41. At factum alienum soli alicuius conscientia non potest committi, sed tenetur in se suscipere hoc casu deferens juramentum, onus probandi.
42. Juramentum pupillo delatum, si jurare vel id refire nolit, differtur usq; dum pubes fuerit factus.
43. Differtur quoq; juramentum super exceptionibus pupillo actori delatum, usq; ad ejus pubertatem, quo tamen casu, Reo deferenti juramentum malitia est imponendum.

## DEFINIT. I.

*Post guarandam praestitam vel litem contestatam non licet deferre juramentum, nisi super questionibus noviter incidentibus.*

1. **E**T si de jure civili, juramentum tam in principio litis, quam in medio, vel in ipsa tententia definitivâ licite deferatur, l. generaliter 12. sub fin. pr. C. de reb. credit. & jurejur. Joh. Schneidew. in §. item si quis postulante 11. n. 83. inst. de action. Jason. in l. admonendi 31. ff. de jurejur. num. 72. & 74.
2. Andr. Rauchb. part. i. q. 9. n. 23. † Attamen in foro Saxonico, delatio jurisjurandi duntaxat ante præstationem guarande & litis contestationem locum habet, nec postea actor juramentum deferre volens admittitur, etiamsi de hoc antea protestatus fuerit, ut dixi & probavi Const. Elect. preced. Defin.
3. 14. † Aliud tamen dicendum, si lis non pure, sed conditionaliter & eventualiter fuerit contestata, & guaranda nondum praestita, ut manifestum est ex verbis Const. Elect. n. vers. Wann die Gewehr. & Ordin. process. judic. tit. 18. in fin. pr. vers. Es wäre dann. † Planè super questionibus post guarandam praestitam vel litem contestatam incidentibus & emergentibus, quin postea etiam juramentum validè deferatur, ambigendum non est, juxta tradita Dan. Moller. part. i. Conf. Elect. n. 9.
5. † Quænam verò dicantur questiones incidentes vel emergentes, de eò vid. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. q. lib. i. q. 45. n. 2. & seqq. Fulv. Pacian. de probas. lib. i. c. 58.

Ita Domini in causa Augusti & Stephani der Elanger contra Heinricum Bourschen/ Mense Mayo, Anno 1630.

## DEFINIT. II.

*Juramentum ab actore etiam penitus nihil probante, Rea deferri potest.*

1. **E**T si quidam haud male forsitan existimaverint, juramentum litis decisorum judiciale aequaliter posse Reo, ab actore nihil probante, per text. in l. qui accusare 4. C. de edend. l. negantes 9. C. de O. & A. l. ult. C. de R. V. l. in bona fidei 3. C. de reb. credit. & jurejur. cap. ult. §. sanè i. extr. de jurejur. Specul. lib. 2. part. 2. tit. de juram. delat. §. i. num. 4. Ernest. Cothm. vol. 2. conf. 82. n. 2. & seqq.
2. Anton. Tessaur. decis. 93. n. 2. † Videntur tamen in eo errasse, quod non distinxerint inter juramen-

tum necessarium, quod à judge parti defertur, & juramentum judiciale, quod pars parti in judicio defert. † Concesserim siquidem juramentum illud necessarium absque semiplenâ probatione à judge parti haud injungendum esse, quod omnino modò allegatae probant, scilicet, quia juramentum illud præcisè prælaudum est, nec referri potest: † Quod cum aliter se habeat in juramento judiciali litis decisorio, nil certe obstat videtur, quò minus ab actore nihil etiam probante, Reo id deferri possit, cum huic liberum sit, istud, si malit, actori referre, atque eo medio à jurando se liberare; † Quod & manifestissimè probatur per text. in l. manifesta 38. l. jusjurandum 34. §. ait Prætor. 6. ff. de jurejur. l. ult. C. de fideicommiss. l. cum de indebito 25. §. in omnibus 3. ff. de probat. l. tutor. 35. in pr. ff. de jurejur. l. generaliter 12. in pr. C. de reb. credit. Math. Wesenb. in parat. ff. de jurejur. num. 9. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. i. quest. 130. n. 31. & seqq. Hartm. Pistor. part. 4. q. 13. num. 1. & 16. Matth. Coler. part. i. decis. 122. n. 1. Joh. Schneidew. in §. item si quis postulante 11. n. 21. inst. de att. † Certe hac de re minus dubium est in foro Saxonico, ubi jure manifesto sancitum reperitur, quod actor etiam nihil omnino probans, possit Reo juramentum super causæ veritate deferre, Landt. lib. 2. art. 22. §. Zengen ein Mann. libi Gloss. Latin. sub lit. F. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 18. in pr. vers. Wann es gleich keinen Schein. Christ. Zobel. part. i. diff. 21. n. 7. & 11. Hartm. Pistor. dict. q. 13. n. 16. Col. dict. decis. 122. n. 2. Modest. Pistor. vol. 2. conf. 45. q. 2 n. 28. Chil. König. in process. c. 66.

Ita Domini in causa Johannis Gatzwillers contra Walther Brielen/ Mense Mart. Anno 1631. (Verba sentent. Und dieweil nun mehr Beklagter auf erhobene Klage geantwortet/ und derselben nicht geständig / Kläger aber auf solchen Fall ihm diesselbe in sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewußt gestellt; So ist Beklagter auf vorgehenden Klägers End vor Gefehrde/ sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt zu eröffnen schuldig; E wolte denn Klägern den Haupt. End referire / oder sein Gewissen mit Beweis vertreten/ damit würde er binen Sachischer Frist billich gehabt/ und zugelassen/ dazuff fernher zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

Item in causa Hansen Edens contra Elisabethen Arnolds/ Mense Mayo, Anno 1630.

Et in causa Balthasar Schumanns contra Bartholomaeum Willischen/ Mense Jul. Anno 1632.

## DEFINIT. III.

*Revocare potest actor juramentum Reo delatum, & ad probationes ordinarias configere etiam post præstitam guarandam & litem contestatam.*

- Q**uotiescumque igitur plaeuerit, actor nil etiam probans ante litem contestatam & præstitam, guarandam, Reo juramentum potest deferre, *Defin. preced.* † Sed & revocare licet delationem & ad probationes ordinarias recurrere, *i. si quis jusjurandum ii. C. de reb. credit.* Joh. Borch. *in tract. de jure-jur. c. 6. n. 1. & seqq.* Petr. Heig. *part. 2. q. 4. n. 14.* † Prudenter sanè, ne quis litis victoriam, quam ex novis liquidis probationibus supervenientibus sibi exploratam comparare possit, Rei perjario committere, cogatur, ut loquitur in simili Anton. Fab. *in Cod. I. 4. tit. 1. defin. 3. n. 4.* † Nec de jure Saxonico aliud dicendum arbitror, cum Matth. Wefenb. *in part. ff. de jurejur. n. 9.* Reinh. *part. 4. differ. 14.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 123. n. 8.* Chil. König. *in process. c. 66.* propter text. in Landr. lib. 2. art. 11. §. Ist aber der Mann bereit, quia ante juramenti acceptationem nullum jus Reo acquisitum videtur, sed adhuc *integra res est*, ut propterea actori aliud eligere medium prohiberi nequeat, ut multis demonstrat Dan. Moll. *ad Conf. Elect. 14. n. 8. & seq.* † Quin potius, in nostro foro etiam post præstitam guarandam & litem contestatam, revocationem juramenti licitam esse disertè probat Ord. process. judic. Elect. Saxon. *tit. 18. §.* Ob nun gleich der Kläger/ic. Dan. Moller. *diss. loc. ubi pluribus hanc sententiam persequitur*, Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 22. n. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Kirchners zu Helmsgrün/ Mense Julio, Anno 1625. ( Verba sententia: Habe ich wider Martin Windlers Klage erhoben, und ihme dieselbe in sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust gestellet; Ob nun wohl sonstigen ergleichen Endes-Delation auch nach der Kriegs-Befestigung und angelobter Gewehr von dem Kläger widerzufallen werden mag/ ic.)

## DEFINIT. IV.

*Postquam Reus juramentum delatum acceptaverit, aut retulerit, vel etiam à Judice desuper pronuntiatum fuerit, ab attore id revocari nequit.*

- N**olo tamen id aliter accipi, quād si res adhuc sit integra, & arbitrium revocationis actio non haud ademptum, per acceptationem scilicet, vel relationem juramenti à Reo factam, veluti accipi debet textus in Landr. lib. 2. art. 11. §. Ist aber der Mann bereit zu leisten, prout eum rectè explicat Dn. Matth. Berlich. *part. 1. concl. 32. n. 4.* † Adeoque, si Reus juramentum sibi delatum acceptaverit, vel actori retulerit, vel etiam super juramenti delatione, sententia interlocutoria à judice lata, nec per Leuterationem suspensa, vires rei judicatae adepta fuerit, quin tūm actori ulterius facultas revocandi juramentum, & ad probationes ordinarias configendi præcisa sit, haud dubitare licet, † propter manifestam sanctionem Electoralem in Ordin. process. jud. *tit. 18. §.* Ob nun gleich. vers. Wann es nun geschieht/ic. Paria namque sunt, acceptare juramentum vel in continenti jurare, Bartol. *in l. non erit 5. §. ult. n. 2. & ibi Jason. in pr. ff. de jurejur.* † Sed præstito Juramento actor paenitere non potest, *i. si quis jusjur. ii. C. de reb. credit.* Ergò nec post juramentum à Reo acceptatum, Modest. Pistor. *part. 1. q. 23. n. ult. 3. semestr. 3. n. 1. & seqq. & ad Conf. Elect. 14. n. 4. & seqq. p. 1.* † Nisi forsitan actori novæ probationes & nova instrumenta supervenerint; Tūm enim non-

obstante Rei acceptatione aut sententiā Judicis, revocationem juramenti adhuc concessam esse, arbitrantur Dd. communiter Bart. & alii in l. non erit 5. §. ult. ff. de jurejur. Joh. Schnidewin. *in §. item si quis postulante ii. n. 81. Inst. de act.* Dan. Moller. *diss. loco. Matth. Berlich. diss. concl. 32. n. 6.*

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sententia. Da aber dennoch der Kläger solchen End zu leisten sich allbereit erklärt/ oder denselben auch hinwiederum referiert/ oder aber sonst ein Urtheil daraus ergangen/ so Kraft Rechtes erreichtes/davor fühs aus eurer Frage ansehen lässt/ ic. So wäret ihr zu mehr von solcher Endes-Delation wieder abzuweichen/ und den Weg ordentliches Beweises zu kiesen nicht besugt/ B.R.W.)

DEFINIT. V.  
*In'foro Saxonico juramentum judiciale intra terminum probatorium, b. e. sex septimanas & tres dies prestantum est.*

**N**ullus equidem terminus de jure Civili est præfixus Juramenti præstationi; Attamen ab Interpp. communiter receptum, † ut intra terminum eum, qui probationi à judice constitutus est, deponatur juramentum, Andt. Rauchb. *part. 1. quest. 10. n. 32.* Jacob. Schult. *observ. 51. n. 4.* † Scilicet, quia jusjurandum loco probationis succedit, *i. generaliter 12. in pr. ubi Gloss. in verb. probationes C. de reb. credit.* Dan. Moller. *§ 1 n. 1.* Hartm. Pistor. *part. 4. q. 13. n. 10.* † Ex quo sit, quod si ex forma statuti, probationis tempus sit definitum, in tempore hoc probatorio juramentum quoque præstari debeat, König. *in process. c. 66. n. 2.* Bald. *in diss. l. generali. liter. 11. n. 1.* † Ergò, quia de jure Saxonico terminus probatorius sex septimanas atque tres dies continet, *lib. 1. art. 62. ubi Gloss. lit. I. Const. Elect. 16. in pr. ubi Moller. n. 1. part. 1.* merito quoque in præstante juramento, hoc tempus observandum dixeris in foro Saxonico, † veluti disertè sanctum ab Illustrissimo Saxonice Electore b. Const. 12. *in pr. vers.* Und berührten Haupt-End innerhalb 6. Wochen und dreiety Lagen zu leisten schuldig seyn/ic. & in Ord. process. judic. *tit. 18. §.* Wann nun also einem/ic. Dan. Moller. *§ 1 num. 1. & seq.* Christ. Zobel. *part. 1. differ. 34. n. 10.* Jacob. Schult. *observ. 51. n. 7.* † Sed hoc ita obtinet in judiciis inferioribus: In aula vero Electoral & Curia provincialibus, quia certi per singulos annos termini constitutisunt, quibus causæ in processu ordinario pendentes agitantur, semper in termino sequenti post impositum juramentum præstari illud consuevit, Ord. Cur. provinc. Lips. *de anno 1549. tit.* Wann ein aufgelegter End. Ord. Cur. prov. Witteb. *de anno 1550. eod. tit.* Dan. Moller. *lib. 4. semestr. 32. n. 3.* † Ex moribus nempe Saxon. veteribus, quibus omne jusjurandum præstari oportuit proximo die judiciario non feriato, qui judicis-interlocutionem super jurejurando secutus esset, In den nächsten zukommenden Gerichten. *art. 10. sub fin. lib. 2. Landr. König. diss. c. 66. num. 22.* Jacob. Schult. *diss. obs. 51. n. 11.*

Ita Domini in causa Tobiz Fessels contra Heinricum Aebten zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1623.

Et in causa Antonii Sommers contra Hansen Webers/ Mense Jun. Anno 1616.

DEFINIT. VI.  
*Jussus jurare, intra octo dies à tempore lapsi decaditii, ad præstationem juramenti se offerre & citacionem impetrare debet.*

**P**robatoriis itaque terminus, 6. nempe septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico etiam præstationi juramenti est præfixus, *Defin. preced.* † Quem sanctio Electoralis ita limitavit, ut jussus per sententiam jurare, intra octo dies à tem-

pore lapsi decendii, quo sententia vires rei judicatae consecuta est, computandos, ad præstationem juramenti se offerat, citationem impetrat, & si quidem juramentum à partè fuerit delatum, actorem deferentem, ut prius de calumnia jurat, citationi faciat; † vel si probationibus ad salvandam conscientiam uti, quam jurare malit, intra eundem terminum articulos probatorios judici offerat, b. Constit. 12. *in pr. vers.* So soll er in 8. Tagen. Ord. process. judic. tit. 18. §. Wann nun also. *vers.* innerhalb 8. Tagen anzuhalten/rc. Quod repetitum est in *Decis. Elect. Nov. 18.* † Ut sic duo jurantem in foro Saxonico probè observare oporteat. Primo: tempus juramenti præstandi, qui est terminus probatorius sex septimanarum & trium dierum. Deinde: terminum ad impetrandum Citationem, qui est octo dierum, Dan. Moll. hic n. 1. & seq. Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 34. n. 10.*

Ita Domini in causa Conradi Melsers zu Cummerstadt/ Mensa Febr. Anno 1632. (Verba sentent. Hat Martin Rammeler wider euch Klage erhoben/ und dieselbe euch ins Gewissen geschoben/ worauf die Endes-Leistung / durch rechtliches Erkäntniß/ euch auferlegt worden; Da ihr nun euer Gewissen nicht mit Beweis vertreten / noch den Haupt-End referiren/ sondern denselben würtlichen ablegen wollet/rc. So waret ihr euch binnen 8. Tagen von Zeit an/ als das gesprochene Urteil Krafft Rechtens erreicht / anzugeben/ und damit Gegentheil hierzu gebührlichen citiret werde/ anzusuchen schuldig/rc.)

#### DEFINIT. VII.

*Terminus Juramenti præstationi prefixus à tempore lapsi decendii vel rei judicatae currere incipit.*

Duplex igitur terminus præstationi juramenti in foro Saxonico est præstitutus, unus ad jurandum, qui est terminus probatorius sex septimanarum atque trium dierum, de quo *Defin. 5.* Alter vero ad se offerendum & adversam partem ad id citari faciendum, qui est octo dierum, *Defin. preced.* † Sed uterque currere incipit à tempore lapsi decendii, postquam scilicet sententia, per quam quis jussus est jurare, vires rei judicatae fuerit consecuta. † Id quod haud obscurè colligendum ex b. *Const. 12.* & *Ord. process. jud. tit. 18. §.* Wenn nun also. † Cui accedit, quod juramentum intra terminum probatorium debeat præstari, *supr. Defin. 5.* At currere incipit terminus probatorius, quampliū sententia transiit in rem judicatam, *infr. Const. Elect. 16. b. part. 1.* † Quamvis aliter sentiat *Ant. Hering. terminum jurandi à præterlapsis demum octo diebus incipere autemans, in tract. de fidejus. c. 10. num. 152.* quem bene refutat *Matth. Berlich. part. 1. concl. 30. n. 36.* † Sed, dixeris, hac ratione terminus prior, qui est octo dierum, ad offerendum constitutus continebitur in ipso termino jurandi, qui est sex septimanarum & trium dierum? † Ita omnino est: Et comprobatur hoc practica fori Saxonici, prout testantur Chil. König. *in process. c. 66. n. 2. post. med. vers.* Aber der Gebrauch in den andern Gerichten. & Matth. Berlich. *dict. concl. 30. num. 36. vers. præterea quia interpres.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So waret ihr euch binnen 3. Tagen/ von Zeit/ als das gesprochene Urteil Krafft Rechtens erreicht/ anzugeben/ und damit Gegentheil hierzu gebührlichen citiret werde/ anzusuchen/ auch binnen Sächsischer Frist von ebenmäßiger Zeit an/ als das Urteil Krafft Rechtens erreicht/ anzurechnen/ den End zu leisten schuldig/rc.)

#### DEFINIT. VIII.

*Neglecta formā Citationis intra octiduum impetrande, juramentum pro deserto habetur, licet postea Reus ante elapsum terminum juramento præfixum, ad jurandum se offerat.*

Sufficit autem Reum jurare jussum, intra octo dies factorem ad juramentum calumniæ citari petere, & se ad juramentum principale offerre, etiamsi realiter citatio non fuerit emissæ, nec terminus ad jurandum præfixus vel juramentum præstitum: Cum nemo possit judicem ad citationem emittendam & terminum præfigendum cogere † ac propterea excusandus est, qui diligentiam suam in promovenda citatione adhibuit, ut docet post Dan. Moll. *ad Const. Elect. 6. n. 1. part. 1.* Matth. Berlich. *part. 1. concl. 30. n. 8.* † Aliud dicendum, si jurare jussus intra octo dies adversarium ad juramentum calumniæ præstandum non citari faciat: Tum enim juramentum pro deserto habebitur, † ut maximè postea, ante elapsum etiam terminum sex septimanarum & trium dierum, se ad jurandum offerat, adversariumque ad audiendum juramentum citari petat, b. *Const. 12. §.* Geschehe solches von ihme nicht / & *Ord. process. jud. tit. 18. §.* Wann nun also. *vers.* oder vor bemeldte formam impetrande Citationis nicht in acht nehme/ sich baran versäumet haben/rc. † Nec immēritò, quia forma præscripta præcisè observari debet, nec per æquipollens adimpleri potest, *Andr. Gail. lib. 2. observ. 19. n. 17. vers.* & *in materia.* † Quamvis aliter sentiat *Matth. Berlich. dict. concl. 30. n. 39.* sententiam facultatis Juridicæ Lipsiensis contra manifestam sanctionem Electoralem latam approbans. Junge *Decis. Elect. Noviss. 18.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Und wenn ihr binnen iego bemeldten 8. Tagen um Citation nicht anhalten würdet/hättert ihr euch an der Endes-Leistung / unangesehen ihr euch nochmals vor Verstissung der Sächsischen Frist dazu anerbieten tharet/versäumes/und wäret damit ferner nicht zugelassen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Interposita leuteratione, non currit octiduum juranti, antequam is notitiam consequatur, leuterationi fuisse renunciatum.*

Præcisè itaque jussus jurare, intra octiduum ad jurandum se offerre, adversariumque ad id citari facere debet, *Defin. preced.* † Sed currit hic terminus à tempore decendii, vel rei judicatae, b. *Const. 12.* Ergo interposita leuteratione vel appellatione, èdem finitam, ac causâ remissâ, *Ordin. process. judic. tit. 18. §.* Wenn nun also. *vers.* und folge forma auctor gehalten werden. † Aut desertâ appellatione vel leuteratione, à die pronunciatae desertionis, juxta tradita in *Process. judic. tit. 20. vers.* oder dieselbe vor desert erkannt. † Quod si vero leuterans renunciaverit leuterationi, non currit juranti octiduum illud, priusquam notitiam renunciationis fuerit consecutus, veluti obtinet in probatione. *dict. tit. 20. in pr. vers.* Und die renunciationem producentem gebührlich notificaret werden. † Quidni ergo etiam in præstatione juramenti, quod loco probationis succedit, l. generaliter *12. in pr. ubi Gloss. in verb. probationes C. de Reb. Credit. Dan. Moll. hic num. 1.*

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Plauffig contra Tobiam Friedrichen Mensc Aug. An. 1632.

#### DEFINIT. X.

*Non ab ipsa rejectione leuterationis vel appellationis, sed post decendium demum currit octiduum juranti.*

Quid vero si appellatio vel leuteratio fuerit rejecta? † Non à tempore rejectionis, sed post decendium demum octiduum juranti currere existimaverim: Nempe, quod terminus hic jura menti præstationi præfixus tum demum currere incipiat, † postquam sententia, per quam quis jussus est

**est jurare , vires rei judicatæ fuerit consecuta , b.**  
**Const. 12. Ordin. processi. judic. tit. 18. §. Wann nun**  
**also. supr. Defin. 7. † Ergò post lapsum decendi-**  
**um, intra quod etiam à rejectione leuterationis**  
**vel appellationis ad superiorem provocari, & sic**  
**à viribus rei judicatæ, sententia suspendi potuif-**  
**set ; † Cum ex fori Saxonici consuetudine, à**  
**quovis etiam gravamine appellare liceat. Andr.**  
**Rauchb. part. 2. quest. 6. n. 55. Matth. Coler. part. 2.**  
**decis. 269. n. 2. Matth. Wesenb. in parat. ff. de ap-**  
**pellat. n. 8. † Secundum sanctionem juris Canoni-**  
**ci, quæ etiam in foro Saxonico est recepta, c. super**  
**12. c. ex parte 47. c. 60. extr. de appellat. Andr. Gail.**  
**lib. 1. obser. 120. n. 2. & obf. 129. n. 1. Joach. Mynsing.**  
**cent. 4. obser. 43.**

Ita Domini in causa M. Johannis Kreusings contra Nicolaum Weiern zu Leipzig/ Mensa Novembr. Anno 1635. (Verba sent. Dass sich Beklagter ~~a~~ deme ihm zuerkannten Juramento noch zur Zeit nicht versäumet/ sondern damit nochmals guldiglich/ B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Anticipatio octidui, antequam descendium fuerit elapsum, facit, ut juramentum pro deserto habeatur.*

**Q**uid autem, si jurare jussus anticipare velit, & priusquam descendium fuerit elapsum sententiaque effectum judicati acceperit, se ad jurandum offerat, vel adversarium, ut de calumniâ juret, citari petat? † Nihil ipsum efficere, sed juramentum pro deserto haberi, probant verba clara Ordin. processi. judic. tit. 18. §. Wann nun also. vers. Darinnen ihm zu anticipiren nicht seyn stehen soll. † Pro formâ liquidem requiritur, ut jurare jussus præcisè lapsus descendii expeget, ac posteâ demum intra octiduum pro citatione adversarii de calumniâ juriaturi instet, dict. sic. 18. §. Wann nun also einem. † At forma à lege prescripta servari debet, Bald. in l. quoniam 1. n. 1. C. Ut in possess. legator. ac prætermissa actum annihilat, Jason. in l. quid sit nominatim 1. n. 25. ff. de lib. & possb. Nicol. Boer. decis. 1. num. 40. Jacob. Schult. in addit. ad. Modest. Pistor. part. 4. quest. 155. n. 5.

Ita Domini in causa Petri Calenbergeri contra Basilium Bernhardi/ Mensa Jun. Anno 1619. (Verba sent. Dass Beklagter an deme ihm zuerkannten End sich versäumet/ und damit ferner nicht zu hören noch zu lassen/ derowegen ist er Klägerin die lib. hirten 600. Stück Ungarische Ducaten und die 100. Reichsthal. in specie, zusam. denen von Zeit des Verzugs an ausschlauffenen Zinsen/wie ingleichen die Unkosten/ so auss die Sache gängen / jedoch auss vorgehende Liquidation und richterliche Erhöhung/zu zahlen und abzustatten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Ad jurandum quis se offerre potest etiam per mandatarium, exhibito tamen speciali mandato.*

**A**dmittere debet judex delationem jurisjurandi factam a procuratore, qui universorum bonorum administrationem sustinet, aut in rem suam procurator est, vel cui nominatim id ipsum mandatum fuit, l. jusjurandum, quod ex conventione 17. §. ult. & l. sequent. ff. de jurejur. Ant. Fab. in Codic. lib. 2. 4. tit. 1. defin. 38. n. 1. † Quidni ergò acceptationem quoque juramenti per procuratorem fieri posse autem abimus? Si scilicet jurare jussus per mandatarium se offerat: † Quo tamen casu nihil efficitur, si non speciale mandatum ad acceptationem juramenti exhibetur, quippe quod etiam in delatione ac relatione juramenti requiritur, l. 17. §. procurator 3. ff. de jurejur. Fulv. Pacian. lib. 1. de probat. cap. 70. num. 8. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 8. num. 38.

Ita Domini in causa Petri Kohlens contra Viduam Thomas Gengschels zu Meissen/ Mens. Januar. Anno 1629. (Verba sentent. Würde Kläger bescheinigen und benbringen / dass er Thomas Schulzen insonderheit gevollmächtigt / sich den 26. Juuli abgewichenes 1628. Jahres seinem wegen zur Endes-Zeit angewiesen / So hat er sich an deme zuerkannten End noch zur Zeit nicht versäumet/ sondern er wird binnen Sachsischer Frist damit nochmals bislich zugelassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIII.

*Suppletorium quoq; juramentum ad terminum probatorum jurandi & ad octiduum se offerendi abstrictum est.*

**Q**uondam certe terminus juramento præstitutus ad voluntarium & judiciale duntaxat jusjurandum restringebatur, à Scabinis Lipsiensibus, ut appareat extraditis Dan. Moll. bic n. 6. vers. porrò quod &c. & Andr. Rauchb. part. 1. quest. 10. n. 33. † Nec etiam numerum hodie in juramento suppletorio ac purgatorio terminum illum observari, nec jussum jurare intra octiduum ad præstationem juramenti se hoc casu offerre teneri, tradunt Matth. Berlich. part. 1. conclus. 30. num. 41. & seq. & Jacob. Schult. obser. 53. n. 3. à semetipsis tamen dissentientes, ut videre est apud Berlich. dict. concl. 30. num. 11. † Et intricata loquitur de hac re Jacob. Schult. dict. obser. 53. ut quid tandem senserit, hactenus percipere non potuerim. † Res tamen expedita videtur, & juramentum quoque suppletorium sive necessarium, tamen ad terminum jurandi, qui est sex septimanarum ac trium dierum, quam ad octiduum, quod jussus jurare ad præstationem juramenti se offerre debet, adstrictum esse, apertissime probatur ex b. Const. 12. in pr. ibi: Oder ander Eyd juramentum suppletorium zu leisten auferleget. † Et clarior adhuc est sanctio Electoralis in Ordin. processi. judic. tit. 18. §. Wann nun also. vers. oder Suppletorium junct. vers. Alleine wollen wir von solcher prescriptione octiduanæ causas matrimoniales und criminales eximiri haben/ ic. † Quo ipso sat manifeste probatur, juramentum suppletorium prescriptioni octiduanæ subjacere, quia exceptio confirmat regulam in casibus non exceptis, l. n. m. quod 4. §. ult. ff. de pen. legat. l. questum 12. §. denig. in fin. ubi Bartol. ff. de fund. instr. Nicol. Everh. in loc. l. 9. ab except. ad regul. † Non minus quoque juramentum suppletorium probationis vices obtinet, ac juramentum judiciale sive à parte delatum, ut propterea utrumque ad terminum jurandi eundem sit restringendum, secundum tradita Andr. Rauchb. dict. quest. 10. n. 32. in fin.

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Plaußig contra Petrum Hartmannen/Mens. Aug. Anno 1632. (Verba sent. Dass Kläger an deme ihm zuerkannten Juramento in supplementum sich versäumet/ und damit ferner nicht zu hören und zu lassen/ ic.)

## DEFINIT. XIV.

*Sicuti & Juramentum purgatorium.*

**E**ademque est ratio juramenti purgatorii, quod æquè vices probationis obtinet atque juramentum delatum vel suppletorium, ac proinde is, cui juramentum purgatorium imponitur, intra octiduum ad præstationem se offerre, idque præcisè intra terminum probatorium deponere tenetur, Defin. preced. † Quod & disertè sancitum b. Constit. 12. in pr. & Ordin. processi. judic. tit. 18. §. Wann nun also. Quicquid etiam in contrarium disputet Matth. Berlich. part. 1. conclus. 30. num. 41. & 42. Ad alia vero juramenta legalia præscriptio octiduanæ non pertinet. Dec. Elect. nov. 70.

Ita Domini in causa Matthes Fusels zu Meissen / Mensa Januar. Anno 1629. ( Verba sentent. Habt ihr Hansen Sommern wegen eines Stücks Wiesewachs in Anspruch genommen/ und wider ihn Klage erheben ; Worauf nach eingewandter Exceptionis und vorgehenden Beweis/ euch das juramentum purgatorium versäumt worden/ic. So seind ihr euch binnen acht Tagen darzu anzugeben/und um Citation anzuhalten/ auch binnen Sächsischer Frist den End würcklich zu leisten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*In causa tamen criminali, juramentum purgationis neg. ad octiduum, neg. ad terminum probatorium est adstrictum.*

- 1 **E**T si in causis criminalibus verè sic dictis delationi jurisjurandi locis non sit, ut rectè sentit Matth. Berlich. part. i. concl. 29. n. 33. & seqq. Anton.
- 2 **F**ab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 43. † Attamen quin juramentum purgationis Reo criminis accusato, vel inquisito injungi possit, nemo ambigit, ubi hoc specialiter receptum, † ut jesus jurare intra octiduum se præcisè offerre haud teneatur, sicuti etiam post terminum probatorium elapsum juramentum hoc admittitur, nec in causa criminali illud ad certum terminum adstrictum censetur, ut est de hac re clara sanctio Electoralis in Ord. process. judic. tit. 18.
- 3 **W**ann nun also einem. verf. Allein wollen wir, † Rationem specialitatis si queratas, dico, juramentum purgatorium Reo injungi pra obtinendâ suâ innocentia, in cuius favorem sèpè receditur à Regulis Juris, Hippolyt. de Marsil. in leg. i. §. si quis ultrò 27. num. 98. & seqq. ff. de quaest. & in præt. criminis. §. opportune num. 7. & seqq. Dan. Moller. ad Constat. E- lector. 23. num. 13. part. 4. † Exempla si scire aveas, vid. præt. meam Crimin. part. 3. quaest. 115. num. 74. & seqq.
- 4 Ita Domini in causa Martini Scheibens an die Stadt-Gerichte zu Leipzig/ Mensa August. Anno 1620. ( Verba sentent. Dass Beklagter nach Gelegenheit dieses Criminal-Processus sich an deme ihm zuerkannten juramento purgatorio noch zur Zeit nicht versäumet hat / sondern damit nochmals billich gehöret/ und ihme hierzu ein gewisser Termin ernannt und angesagt wird ; Er leiste nun also den berührten End oder nicht./ So ergehet darauff seiner Strafe halber oder sonst fernher was recht ist/ V. R. W.)
- 5 Et in causa Lorenz Krügers zu Weissenfels/ Mensa Martio, Anno 1604. ( Verba sententia : Dass Beklagter nach Gelegenheit dieses angestalteten Inquisition-Processus sich an deme ihm in unserm vorigen Urtheil zuerkannten Juramento purgatorio noch zur Zeit nicht versäumet hat / sondern damit nochmals billich gehöret/ und ihme hierzu ein gewisser Termin genannt und angesagt wird ; Er leiste nun also den berührten End oder nicht/ so ergehet darauff seiner Strafe halben/ oder sonst fernher/was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*In causis quoq; matrimonialibus peremptorius jurandi terminus non observatur.*

- 1 **E**Xcipiuntur quoque causæ matrimoniales, in quibus juramentum haud pro deserto habetur, licet jurare jesus intra octiduum à die sententia publicata citationem non impetraverit, nec intra terminum probatorium, qui est sex septimanarum & trium dierum, juramentum præstiterit, Ord. process. judic. tit. 18. §. Wann nun also, verf. fin. Allein wollen wir von solcher prescriptione octidu. in causa matrimoniales und criminales eximire
- 2 haben/ic. † Efficit nempe matrimonii favor e jusque probandi difficultas, ut à Regulis Juris recedatur, ac quandoque etiam leviores probationes admittantur, quæ alioqui non admitterentur, ut multis docet Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defin. 8.
- 3 † Quidni ergo etiam juramentum post terminum elapsum, quippe quod in vicem probationis defientis succedit, c. facit consuetudo 2. in fin. extir. de-

*probat. l. in bona fidei 2. C. de reb. cred. Jacob. Schult. observat. 52. n. 17.*

4 Ita Domini in causa Michael Morigens zu Mühlhausen/ Mensa Octobr. Anno 1634. ( Verba sentent. Dieweil aber dennoch damals eure Schwester der Klage mit solcher Bedingung / wofern ihr Bruder damit zufrieden wäre/gestanden/ wortauß ein Urtheil publicaret/ und Klägern zu schweren außerleget worden/dass ihr/ als der Beklagten Bruder/ in solches Ehegelöbnis consentiret hätte/ darauff unlängst Kläger zu Ablegung des Endes-Termin ausgebracht/ic. So wird er zu solchem Ende billich zugelassen/und mag demnach derselbe pro deserto noch zur Zeit nicht erkannt/noch eure Schwester absolviret werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Juramentum, quo, deficiente Inventario, hæreditariæ res sunt manifestande, ad terminum jurandi legalem adstrictum non est.*

**R**estringi debet terminus, intra quem jesus jurare se offerre, ac juramentum præstare necesse habet, ad ea solummodo juramenta, quæ vicem probationis obtinent, ut eleganter tradit Andr. Rauchb. part. i. q. 10. n. 32. Ex quo sequitur, † si illi, à quo editio quorundam documentorum petebatur, quique ea se non habere asserebat, juramento se purgare, suamque assertionem comprobare fuerit injunctum, jurantem admitti, ut maximè is intra octiduum nec citationem impetraverit, nec ante terminum probatorium elapsum juraverit : † Nempe quia juramentum hoc loco probationis non injungitur, Matth. Berlich. part. i. concl. 30. n. 43. † Eadem est ratio juramenti illius, quo is, à quo hæritas evincitur, si legitimum inventarium exhibere nequeat, res hæreditarias patefacere & manifestare cogitur, juxta l. ult. C. de jur. delib. † Nec enim hoc juramentum ad terminum prædictum adstrictum censetur, Andr. Rauchb. dict. q. 10. n. 32. Non solum, quia juramentum illud vice probationis non est, sed etiam, quod in poenam inventarii hand confecti † sit constitutum, Novell. i. c. 2. §. 1. verf. sed etiam per jusjurandum junct. §. 2. verf. sed dabit ei panam. † At leniendæ sunt poenæ, non exasperandæ, L 7 interpretatione q. 1. de pan. Matth. Berlich. dict. concl. 30. n. 45.

Ita Domini in causa Hansen Meissarts zu Luca/ Mensa August. Anno 1620. ( Verba sent. Ist euch durch einen Gerichtlichen Abschied außerleget worden/euers Brudern Erbschaffte/ derer ihr euch/ ohne Aufrichtung eines rechtmäßigen Inventarii, angemasset/ eydlichen zu specificiret und anzeweigen ; Ob nun wohl dasseder eine geraume Zeit und fast ein halb Jahr verflossen/obr euch auch immittelz zu Ablegung des Endes nicht angegeben/ic. So werdet ihr doch mit solchem zuerkannten End nochmals billich zugelassen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Post terminum preterlapsum admittitur juramenti præstatio, si adversarius contra eam non expiciat.*

**N**on videtur terminus jurandi tam præcisè & rectè ad certum tempus constrictus, ut non postea etiam admittatur, qui justè ex causâ jurare impeditus fuerit, Ordin. process. judic. tit. 18. §. Wenn nun also, verf. Da er aber in termino ohne rechtmäßige Verhinderung aussen bliebe/ic. Quare audiendus est, † qui dilationem ac prorogationem termini petit, justè ratione ad hoc commotus, Landr. lib. 2. art. 11. Es benchms ihms denn. Dan. Moll. b. 10. num. 2. Jacob. Schult. obser. 51. n. 9. Chil. König. in process. c. 66. num. 2. prout quotidie practicari solet, † modò petatur prorogatio ante terminum elapsum, nam postea nulla ejus fieri potest prorogatio, Andr. Gail. lib. 1. obs. 91. n. 20. Garf. Mastril. de c. 61. Jacob. Schult. obser. 52. n. 28. Sed etsi terminus jurandi omnino præterlapsus sit, † rectè tam men,

men, jussus jurare etiam sine prorogatione impetrata admittetur ad jurandum, si adversarius contra hoc non exceperit, quia jusjurandum in vicem probationis deficientis succedit, l. generaliter 12. in pr. ubi Gloss. & Dd. C. de reb. credit. l. sed si possessor. 11. §. ult. ff. de jurejurand. Andr. Rauchb. part. i. q. 10. n. 32. † Admittitur vero probatio post terminum elapsum, parte adversa non opponente, Jac. Schult. obs. 52. n. 18. Hipp. de Marsil. in prax. crim. §. sequitur. n. 9. † Nec infrequens est, ut ea, quae propter lapsus termini, vel aliam quamcumque legis prohibitionem fieri non possunt, si tamen adversario non contradicente fiant, minimè improbentur, Felin. in c. exceptionem 12. num. 32. ext. de except. Hipp. de Marsl. dict. §. sequitur n. 8. Andr. Gail. lib. de pac. publ. c. 12. num. 9. Andr. Rauchb. dict. qv. 10. num. 28. Schult. dict. observ. 52. n. 20.

Ita Domini in causa Melchior Hertels contra Tobiam Schreiten/ Mense Jun. Anno 1626.

Et in causa Hansen Modrachs contra Barthol Fleischern/ Mense Septembr. Anno 1622.

#### DEFINIT. XIX.

*Neglecto termino jurandi, jusjurandum pro deserto babetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat.*

**D**uo jurare jussus probè attendere debet: † ut nempe intra octiduum ad jurandum se offerat, & adversarium citari faciat, deinde ut intra terminum probatorium juramentum praestet: † Quorum alterutrum si neglexerit, post terminum praeterlapsum, amplius ad jurandum non admittitur, sed jusjurandum pro deserto habetur, ac lis secundum eum datur, cui jurari debuerat. † Scilicet, ut Reus, si actor jurare debuit, absolvatur, actor vero, si Reus non juravit, consequatur id, ad quod actionem instituit, l. non erit 5. §. si neque 4. ubi Bartol. in pr. ff. de jurejur. art. 11. in pr. ubi Gloss. nov. lit. C. lib. 2. Landr. b. Constit. 12. §. Geschehe solches von ihm nicht/ie. Ord. process. judic. tit. 18. §. Wann nun also. vers. daer aber in termino. Dan. Moll. bte n. 2. Chil. König. in process. c. 66. n. 2. Jac. Schult. obs. 52. n. 21.

Ita Domini in causa Tobiz à Ponickau/ Mens. Febr. Anno 1608. Verba sent. Dass sich Kläger an den ihm zugeschriebenen Eides-Leistung versäumet hat/derowegen wird Beklagter von angestalter Klage billlich losgezählet und entbunden/ B.R.W.)

Irem in causa Hansen Freudes contra Martin Windkern zu Meissen/ Mense Jul. Anno 1614. Verba sent. Dass Beklagter nunmehr an dem deferierten Eyd sich versäumet/ und damit ferner nicht zugelassen/derowegen ist Beklagter das libellirte Gut/ gegen Erlegung der von ihm ausgezahlten Kauf-Summen/ Klägern hinwiederum abzutreten schuldig/ B.R.W.)

Et in causa Sylvester Reilings & Nicolai Zickes zu Elsterberg/ Mense Mayo, Anno 1595.

#### DEFINIT. XX.

*De jure civili novo, juramentum calumniae speciale sive malitie regulariter exigi nequit.*

**J**uramenti calumniae duæ vulgo species constituantur, Generale, quo litigatores ad totam causam, nihil se, calumnandi animo, contra adversarium luscipere profitentur, l. 1. & 2. & tot. tit. C. de jurejur. propt. cal. dand. † & Speciale, quod & jusjurandum malitia per se appellatur, ac generaliter in unaquaque parte litis toties praestatur, quoties presumptio est contra aliquem, quod malitiosè aliquid proponat, vel ab adversario postulet, † & imprimis frequentari circa probationes solet, Andr. Gail. lib. 1. obs. 87. Jacob. Schult. obs. 55. Etsi vero quondam speciale calumniae juramentum in singulis judicii partibus praestari poterat, dict. l. 1. C. de jux-

ram. propt. column. † Attamen constitutum est postea in Novell. 49. c. 3. ut cum olim, quoties de probationis aliquâ specie agebatur, jurandum esset, hodie sufficiat, semel in universum jurare, se nihil calumniæ causâ facturum: † Dixeris ergo rectissime, jumentum calumniae speciale hodie de jure communione regulariter non exigi, cum Matth. Wesenb. in supplem. ad Joh. Schneidew. inst. de pæn. tem. lit. n. 4. † Quod nec Hugo Donell. lib. 24. comm. in tr. de jurejur. c. 13. n. 5. & Jac. Cujac. in dict. Novell. 49. c. 3. negant, concedentes nihilominus, etiam post novam illam Justin. constitutionem, quibusdam specialibus casibus, juramentum calumniae praestari debere; † quod non negaverim, quoniam occurunt aliquando actus singulares, putâ: juramenti delatio, ut instrumenta edantur, literæ comparentur, ut instrumentum semel probatum falsi arguere liceat, quibus citra speciale malitiæ juramentum, locus non videatur tribuendus, arg. l. 20. & 21. C. de fid. instrum. Joh. Sichard. ad dict. l. 20. n. 2. † Non ergo sublatum erit de jure communione juramentum dandorum & respondendorum, sive illud juramentum calumniae generale cum Andr. Gail. lib. 1. obs. 79. n. 10. sive speciale cum Jac. Schult. obs. 56. n. 24. appellare velis. † Referriri nempe poterit inter eos casus exceptos, quibus juramentum calumniae speciale etiamnum hodie imponi solet, ut modò dixi.

Ita Domini in causa Francisci Borckens contra Günther Reinher und Hansen von der Goltzen zu Cüstrin/ Mens. Novemb. Anno 1614.

Et in causa Annen Thielens contra Joachim von Schönbeck zu Cüstrin/ Mense Nov. Anno 1614.

#### DEFINIT. XXI.

*In foro Saxon. justissimis de causis juramentum calumniae generale abrogatum est.*

**N**on praestatur juramentum calumniae generale, nisi in locis, ubi consuetudine judiciorum immemoriali fuit abrogatum, Andr. Gail. lib. 1. observ. 55. num. 4. Jacob. Schult. observ. 55. n. 33. † Veluti in foro Saxonico hoc juramentum consuetudine sublatum est, Gloss. ult. art. 88. lib. 3. Landr. Ord. process. judic. tit. 33. in pr. Chil. König. in process. cap. 67. §. Abet es ist ein ander Eyd. Andr. Rauchb. part. i. q. 10. num. 3. Matth. Coler. part. i. dec. 117. n. 10. Matth. Wesenb. in parat. C. de jurejur. propt. column. dand. num. 4. Christoph. Zobel. part. i. differ. 24. n. 7. † Num bene, dubitaveris equidem, si credere velis Henning. Geden. in proc. jur. sub tit. de lit. contebat. n. 11. 12. consuetudinem hanc diabolicam asserenti: † Attamen justissimis causis ac rationibus consuetudinem Saxoniam niti, dico intrepide, I. Ut propter levitatem jurantium, presumpta perjuriorum crebritas evitetur c. 3. de cobab. Cler. ubi propter metum perjurii, Pontifex non vult cogi. Clericos ad abjurandas concubinas. † Ac litigatores hodie potius jurare de calumnia committenda, scribit Marant. part. 2. part. 6. pr. num. 11. Istudque juramentum contemni, ac non appreciari unum obulum, tradit Bald. in l. si post 24. C. de evict. II. † Quod propter hanc causam vii boni abstineant foro, quorum locum subeant improbi & mali, ut ait Wesenb. in parat. C. de jurejur. propt. cal. dand. num. 5. † III. Quod in foro Saxonico juramento calumniae speciali quandoque tribuatur locus, si id judex necessarium anadvertiscat, ut dicam Defin. seq. Quo ipso satis consultum videtur litiganti adversus calumniam adversarii.

Ita Domini in causa Heinrich Olzen zu Corbetau/ Mense Septembr. Anno 1618. (Verba sententia: Habt ihr wider Martin

Martin Genzeln eure Klage und Beweis bis auf seinen Ge-  
gen-Beweis vorführst / dabei denn der selbe eine weit abge-  
seßene Person zum Zeugen angeben; Ob nun wohl sonst  
auf Sachsischem Boden das Juramentum calumniax generale  
nicht gewöhnlich/uc.)

## DEFINIT. XXII.

*Eius tamen loco juramentum calumnia speciale si-  
malitia ad compescendam temeritatem litigan-  
tium injungi potest.*

- 1 **E**T si in foro Saxonico juramentum calumniax generale consuetudine prorsus abrogatum sit;
- 2 † Aitamen quin ejus loco speciale juramentum calumniax, quod ab aliis malitia appellatur, quando-
- 3 que injungi possit, dubitandum non est, † ut nem-  
pe juret pars, quæ proponit aut petit, non calumniax  
aut litis differenda gratiæ se proponere aut postu-  
lare, sed tantum ad juris sui tuendi necessitatem :
- 4 **D**ass er dasjenige/so er vorbringt und begehret/nicht  
aus Gefehrde oder böser Meinung/noch zur Verläu-  
gerung der Sachen / sondern alleine zur Nothdurft  
thue. Ordin. Camer. Imper. part. tit. 74. Jacob.  
Schult. observ. 56. num. 2. † Ad inventum. siquidem  
est hoc juramentum, ut timore ejus, temeritas con-  
tentiosorum hominum, in lites facile prouentum,  
compesci possit, l. i. ubi Goth. C. de jur. propt. ca-  
lumn. & ibi Sichard. n. 9. Vent. de Valent. in part.  
litig. lib. 2. c. 6. n. 16. Quod propterea etiam in foro
- 5 Saxonico † Judek ex arbitrio, ubi id necessarium  
animadvertisit, partibus imponet, vel à parte delatum  
approbabit, Ord. process. jud. tit. 33. per tot. Vide  
Dec. Elect. 70.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch  
bemeldter euer Gegenpart nur allein zur Verjährung der Sa-  
chen solchen Zeugen angegeben hätte/uc. So möchte ihm  
das Juramentum malitia, und daß er solches nicht gefährli-  
cher Weise noch zum Verzug der Sachen gehan/ zu schweren  
wohl auferlegt werden/V. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Deferens adversario jusjurandum, non aliter tene-  
tur de calumnia jurare, quam si adversarius id  
exigat.*

- 1 **S**pecialiter verò juramentum hoc calumniax de-  
ferenti jusjurandum parti adversæ injungi solet:  
Cum enim jure Saxonico speciatim receptum sit,
- 2 † ut actori liceat omni in negotio civili à probati-  
onibus desistere, intentionemque suam juramento  
Rei conventi committere, supr. Defin. 2. Jac. Schult.  
observ. 50. n. 2. Matth. Col. part. 1. dec. 122. conser-  
vatum est merito eo in casu jusjurandum calumniax  
speciale, scilicet, † ut is, qui defert adversario jus-  
jurandum, juret prius de calumnia, se nimis non  
calumniax causâ Reo detulisse jusjurandum, l. jus-  
jurandum 34. §. qui jusjurandum 4. ff. de jurej. l.  
delata 9. C. de reb. credit. b. Constit. 12. §. Wann ar-  
ber der. Ord. process. jud. tit. 18. §. nachdem anch der-  
jenige. Joach. Beust. rubr. ff. de jurejur. num. 19.
- 4 † Sed hoc ita, si is, cui jusjurandum delatum est,  
exigat ab adversario juramentum calumniax: Ca-  
teroquin, nisi exigatur, præstare necesse non est,  
dict. l. 34. §. 4. dict. process. jud. tit. 18. §. nachdem  
auch. vers. Aber gleichwohl nicht ehe. Matth. We-  
senibec. in parat. C. de jurejur. propt. calumn. num. 5.
- 5 Jacob. Schult. observat. 56. num. 14. † Quin & jussus  
jurare, si juramentum calumniax exigere velit, in illa  
ipsa citatione, quam impetrare necesse habet in-  
tra octiduum supr. Defin. 6. etiam auctorem ad Jura-  
mentum calumniax præstandum citari curare debet,  
dict. §. Nachdem auch. vers. Damit aber gleich-  
wohl. † Quod facere potest etiam post latam senten-  
tiæ, quæ nullæ juramenti calumniax factæ mentione,

necessitatem jurandi Reo imposuit, etiamsi antea in  
actis illud auctori injungi non petierit, illaque sen-  
tentia in rem judicatam transferit, dict. §. Nachdem  
auch. vers. So lassen wir geschehen. Jacob. Schult.  
obs. 50. n. 7. Hart. Pistor. part. 4. q. 14. Andr. Rauchb.  
lib. 1. q. 10. n. 7. † Planè si in sententia juramentum 7  
calumniax Reo fuerit injunctum, ut communiter ho-  
diè fieri solet, præstandum id esse, etiamsi postea ju-  
rare, jussus hoc non specialiter petierit, haud inepte  
existimaveris, cum hoc casu, quo sententia in rem  
judicatam transiit, juramentum Reo non aliter fue-  
rit injunctum, quam prævio juramento calumniax, ab  
actore præstando.

Ita Domini in causa Hansen Landes contra Elisabethen Ar-  
nolds/ Mense Mayo, Anno 1630.

In causa Johann Gaswilters contra Walther Brielen/  
Mense Mart. Anno 1631.

Et in causa Balthasar Schuhmans contra Bartholomæum  
Willschen zu Leipzig/ Mensl. Julio, Anno 1632.

## DEFINIT. XXIV.

*Parentes deferentes liberis juramentum, non tenen-  
tur jurare de calunnia.*

**N**ullà aliâ de causâ deferens jusjurandum tene-  
tur prius jurare de calumnia, quam ut suspici-  
onem malitiæ litigiique temerarii avertat; Quæ su-  
spicio cum in parentibus deferentibus juramentum  
liberis esset; † ecquis non ipsos à præstatione ju-  
ramenti calumniax exemptos arbitrabitur 2 † velu-  
ti etiam manifestè sanctum in l. se patronus 16. ff.  
de jurej. l. de die ponenda §. jubetur 5. ff. qui satisd.  
cog. l. licet famosa 7. §. nec deferentes 3. ff. de obs. par. &  
patr. præst. l. 13. §. 14. ff. de damn. infect. † Ac certè in-  
juriosum fuerit, patrem aut patronum à filio vel li-  
berto calumniax alicujus insimulari, arg. l. 6. & pen. &  
l. 6. ff. de obs. par. præst. † cum etiam contra nos nul-  
la actio detur, quæ fraudis habet mentionem, l. 2 &  
l. 5. ff. eod. tit. Anton. Fab. in Rational. ad l. jusjuran-  
dum 34. §. qui jusjurandum 4. ff. de jurej. Joh. Borch.  
de jurejur. c. 7. n. 23. & seqq. Jac. Cujac. lib. 9. obs. 37.  
Vinc. Caroc. de juram. lit. decif. q. 13. n. 12. Jac. Schult.  
obs. 55. n. 31. Donell. lib. 24. comm. de jurej. c. 13. post  
pr. † Nec obstat l. jusjurandum 34. §. 4. ff. de jurejur. 6  
Siquidem libri Norici affirmativam lectionem pro-  
bant, & habet vetus editio de Anno 1529. (equè pa-  
rentibus, patronis, remittitur) quam lectionem et-  
iam Basilica confirmant, teste Dion. Gothofr. dict. §.  
4. Cujac. dict. observ. 37. Donell. & Borch. dict. loc.  
† Sanè non admitti potest distinctio Forner. 2. select. 7  
4. an juretur ob rem, an ob personam ex l. 14. ff. de  
jurejur. † Quæ non de juramento calumnia sed de-  
cisorio tractat, quod utique remitti non posse aper-  
tum est; & omne juramentum calumniax personæ  
fidem & sinceritatem concernit, ut rectè notat Jac.  
Cujac. dict. observ. 37.

Ita Domini in causa Antonii Kreßmars contra Filium  
suum Donad Kreßmar zum Hof/ Mensl. Mayo, Anno 1612.  
(Verba sent. Dass Kildiger den Eyd vor Gefehrde zu schweren  
nicht schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Imposito alicui juramento suppletorio vel purgatorio,  
exigi nequit jusjurandum calumnia.*

**C**onsistit itaque ratio & causa juramenti calu-  
mniax in sola suspicione ac præsumptione litigii  
temerarii, ac malitiæ delationis jurisjurandi, l. i.  
& 2. C. de juram. propt. calumn. dand. quo juret de-  
ferens juramentum, se non calumniosè id deferre:  
† Ex quo fit, ut in iis juramentis, quæ vel à lége, vel  
à judice deferuntur, putæ suppletorio vel purgato-  
rio, juramentum calumniax peti nequeat, † quia  
3 judec calumnari non præsumitur, l. 3. §. 1. ff. quod  
met.

*met. caus. l. vir bonus 18. ff. judic. solv. 1. 137. S. emmiz  
2. ff. de V. O. nec ulla suspicio calumniae in Leges,  
quæ sanctæ sunt, cadere potest, l. sacra 9. S. propriæ  
3. ff. de rer. divis. Jacob. Schult. observ. 56. n. 20. Andr.  
Rauchb. part. 1. quest. 11. num. 34. & seqq. Jac. Thom-  
ming. decis. 44. n. 20. Matth. Welenb. lib. 1. cons. 3.  
n. 50. Dan. Moller. lib. 2. semebr. 14. Reinh. Rola ad  
Moll. bic n. 6. & Negotium saltem videntur facesse-  
re verba b. Const. 12. in pr. So einem Part ein de-  
ferirer oder ander End Juramentum purgationis vel  
suppletorium zu leisten außerleget / so soll er binnen  
8. Tagen den Gegenseit / welcher den End vor Ge-  
fehrde zuvor schweren soll / cirens lassen / ic. & Sed  
restringi debent hæc verba posteriora, ne juri com-  
muni adversentur, ad judiciale vel à parte parti de-  
latum juramentum, ut rectè monet Andr. Rauchb.  
diss. quest. 11. num. 35. & Quod & novissimè approba-  
vit Serenissimus Dominus Elector in Ord. process.  
jud. tit. 18. §. Es hat aber dieser End vor Gefehrde.*

Ita Domini in causa Valentini Meylers zu Freyberg/Mense Septembri. Anno 1597. (Verba sententia: Ist in Sachen dem Rath zum Gehen Kläger an einem/und euch Beklagten andern Theils/ das Juramentum Purgatorium euch zuerkannt wor-  
den/ ic. So seyn Klägere den End vor Gefehrde vorher zu  
leisten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Nec is, qui juramento res hereditarias patefacere  
- 1 **M**an ergò universitas per Syndicos litem judiciter tractare valet, Defin. practed. Sufficit tamen, unicum saltem constitui Syndicum in causa Universitatis, ut videtur innuere b. Const. 13. vers. Und sonst dazu kein Syndicus. Chil. König. in process. c. 19. n.3. † quantumvis communiter plures in una licet causâ eligi soleant: Et quidem reguliter ex universitate, l. 4. ff. quod cujusq; univ. nom. 3 Aretin. in §. præterea 31. n.38. inst. de aet. † quamquam si idonei in Universitate non reperiantur, extranei quoque huic muneri recte præficiuntur, arg. l. ut gradatim n. §.1. ff. de mun. & honor. Matth. Wesenb. in parat. ff. quod cujusq; univ. nom. n.4. & part.1. consil. 35. n.17. Andr. Rauchb. part.2. q.1. n.3. 4 † Sed licet in Collegio vel Universitate idonei adsint, non tamen extraneos ab hoc munere exclusos putaverim, per text. in l.1. §. ult. ff. quod cujusq; univ. nom. quia Syndicus fungitur partibus procuratoris, l. item 6. §. ult. ff. quod cujusq; univ. nom. † cujus Constitutio libera est & in arbitrio litigantium, arg. l.1. §. usus 2. ff. de procur. l. sed si 17. §. idem Julianus 6 19. & §. seq ff. de injur. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon Elect. in Ordin. process. jud. tit. 7. §. Da nun ein Mandat. vers. Sonsten aber auch ein Syndicus/wenn er gleich nicht aus der Gemein / oder de 7 lluniversitate ist/zugelassen werden. † Planè, et si maximè quis concesserit, regulariter extraneam personam huic muneri non esse præficiendam, semel ta-

men extraneus constitutus Syndicus ab officio repellendus non erit, ut bene concludit, & sententiā Wittbergensium confirmat Andr. Rauchb. dict. q.1. n.4. † quia multa etiam contra prohibitionem facta, firmitatem obtinent, c. ad Apostolicam 16. extr. de regul. c.2. & 3. de claud. despōn. c. consuluit. q. & c. pen. qui Cler. vel voventes l. patre furioso, ubi Jason. n.12. ff. de bis qui sunt sui vel alien. jur.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Würde beklagtes Becker-Handwerk durch gewisse aus ihrem Mittel/ oder auch andere Personen hierzu verordnete Syndicen erscheinen/ immassen ihnen vor allen Dingen zu thun oblieget/xc)

## DEFINIT. VII.

*Syndicus Civitatis à Consulibus & Senatoribus absq; Tribunorum plebis interventu recte constituitur.*

Q **V**um Civitas universa ex mutuo, alioq; contratu cum Consulibus & Senatoribus inito non obligetur, nisi civium nomine tribuni plebis consenserint, juxta tradita Dd. in l. civitas 27. ff. si cert. petat. Hartm. Pist. part.1. quest. 37. n.1. & seq. Matth. Coler, de process. execut. part.2. cap.3. n. 348. Johan. Köpp. quest. 60. num. 3. Vid. infr. p.2. Conſt. Elect. 6. Defin. 18. putaveris forsitan, † nec ad negotia in iudicio pertractanda, absque interventu tribunorum plebis, Syndicum civitatis validè constitui, quia in iudiciis quasi contrahitur, l.3. §. idem scribit. 11. ff. de pecul. † & valet alias argumentatio à contractibus ad iudicia, Nicol. Everh. in Topic. loc. 36. & 37. Sed vereor, ne subsit differentia inter contractus sive alienationes, & constitutionem Syndici: † Neminem siquidem fugit, alienationem bonorum Civitatis non nisi decreto aliisque solennitatibus adhibitis promissam esse, l.1. & tot. tit. C. de pred. decur. fin. decret. non alien. lib. 10. & l. ult. C. de vend. reb. civit. lib. 11. † quæ tamen solennitates ad constitutionem Syndici nullibi requiruntur, quin potius hanc absque decreto valere, tradunt Bartol. & Dd. commun. in L. nulli 3. & l. 4. ff. quod cujusque univ. nom. † Ergo, non tuto à contractibus ad Syndici constitutionem, inferri poterit: Et ab ordine Decurionum benè & valide Syndicum constitui, probat ex text. in l. 4. & l. 6. §. si decuriones 1. ff. quod cujusque univ. nom. † Quidni ergo etiam nomine Civitatis à Consulibus & Senatoribus, qui vicem Decurionum hodiè gerunt, Gloss & Bartol. in Rubr. & l. oratione 33. & tot. tit. C. de decur. lib. 10. † Quæ sententia etiam, in hisce ditionibus, usu est recepta, Chil. König. in process. c. 9. n.3. Wesenb. in parat. ff. quod cuj. univ. nom. n. 4. Andr. Rauchb. part. 2. q.1. n.13.

Ita Domini in causa Syndicen des Raths zu Döhlisch contra Joachim Seideln zu Leipzig/Meale Aug. Anno 1581.

## DEFINIT. VIII.

*In pagis à majore parte Incolarum Syndicus constituitur, autoritate tamen Curatorum & Tutorum ex parte Viduarum & pupillorum.*

A **L**ia est ratio incolarum in pagis & villis, qui, Acum decuriones vel tribunos non habeant, ipsi met Syndicos constituere tenentur, subscriptis Syndicatu omnium ac singulorum constituentium nominibus: † In magna tamen universitate sufficit, à majori parte Syndicos constitui, arg. l.3. & l. 4 ff. quod cujusq; univ. nom. Chil. König. in process. c. 19. n.2. Matth. Wesenb. in parat. ff. quod cuj. univ. nom. n.6. † Quæ in re credendum est instrumento Syndicatus judicialiter vel à Notario confecto, etiam nulla omnino nominata sint expressa, Bald. in l. Civitas 27. ff.

27. ff. de reb. credi. n. 33. König. & Welenb. dict. loc.  
 4 Matth. Berlich. part. i. concl. 14. n. 89. † Quocunque autem modo Syndicus constituatur, ex parte Viduarum & pupillorum constituentium, autoritatem  
 5 Curatorum & tutorum intervenire necesse est. † Ex quo sit, quod Syndicus in judicio non admittatur, antequam una cum Syndicatu, tutoria quoque &  
 6 Curatoria exhibeat, ad instar procuratoris, † cum quo ratione muneris Syndicus omnino convenit. y. 6.  
 5. 3. ff. quod cuj. un. nom. & ibi Matth. Welenb. in pars. i. in fin. Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. 6. defin. 7. y. 5.  
 Ita Domini in causa Syndicen der Cramer-Zinnung contra Hansen Weihman zu Leipzig / Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sentent. Dass Klagende Syndicen ihre Personen nochmähs. anderer Gestalt dann geschehen/mit Vorlegung richtiger Tutorien und Curatorien zu legitimiren schuldig/it.)

## DEFINIT. IX.

Defunctis licet quibudem personis ex universitate, bas-  
tum tamen nomine Syndicus litem reassumere  
necesse non habet.

- 1 **E**t hodie defunctis litigatoribus, heredes ad processura continuandum non admittantur, priusquam illum legitimè reassumserint, Andr. Gail. lib. i. observ. 109. n. 5. supr. Constit. Elect. ii. Definit. 16.  
 2 † Attamen idipsum extendi non debet ad casum, quo universitas per Syndicum in judicio experitur, nec si quidam ex universitate post litem motam decellerint, horum nomine Syndicus processum reassumere necesse habet, † Scilicet, quia non singulorum sed universitatis nomine agitatus, l. si munici-  
 3 p. s. 2. ff. quod cuj. univ. nom. † Et si aliter diceretur, metendum esset, lites quam plurimas malitiosè in multos annos protrahi, quas tamen finiti & abbreviati Reipublicæ interest, l. properandum 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. l. cum quis ult. in fin. C. de reb. cred. l. 10. & de transalt. c. 1. de appell. in sexto l. quidam 21. ff. de reb. credit. Vent. de Valent. in parib. litig. lib. 1. c. 4. n. 2. † Ex quo etiam fit, quod hoc casu, Syndicatus instrumentum mutari & ab haeredibus defunctorum subscribi necesse non sit, quia communitas, cuius nomine sit constitutio, semper vivere & perdurare intelligitur, l. sicut 7. §. ult. ff. quod cuj.

univ. nom. & ibi Matth. Welenb. in pars. i. n. 8. † Nec enim per mortem quocundam ex universitate videatur extinctum mandatum non tam à singulis, quam ab ipsa universitate Syndicis exhibitum, dict. l. 2. ff. quod cuj. univ. nom.

Ita Domini in causa der Cramer-Meistere contra die Possementir zu Leipzig/Mense April. Anno 1635.

## DEFINIT. X.

Majore tamen universitatis parte defuncta, & litis reassumptione pariter, atq. novo Syndicatus instrumento opus erit.

**S**ed hoc ita, si quidam duntaxat ex universitate, decesserint, ceteris majori ex parte adhuc viven-  
tibus atque collegium representantibus, Defin. pre-  
ced. † Alioquin si major pars universitatis vel inco-  
larum in villis aut pagis morte obierit, tam litem ab  
haeredibus defunctorum reassumendam, quam ab iis  
instrumentum Syndicatus denuò subscribendum,  
vel aliud novum producendum esse, propterea dubi-  
tare non licet, † quod major saltem pars ipsum col-  
legium vel universitatem representet, l. nulli 3. in  
fin. ff. quod cuj. univ. nom. Chil. König. in process. c.  
10. n. 2. † Quà extincta mandatum quoque cessat, ac  
propterea Syndicus alterius mandati exhibitione  
personam suam legitimare, nec non defunctorum  
nomine processum reassumere necesse habet, ad in-  
star. procuratoris, cuius partibus hoc casu fungitur, l.  
item eorum 6. §. actor 3. ff. quod cujusq. univ. nom.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Deizen contra Ge-  
org Balthasern und Hansen Bernhard von Fischher / ven-  
tilata in prefectura Borbene, Mens. August. Anno 1618. (Verba  
sentent. Würde angegebener Syndicus durch Vorlegung  
eines richtigen Syndicatos/ wegen der verstorbenen Personen  
Erben seine Person gebührliechen legitimiren/ inmassen er zu  
euhn pflichtig/Gy wären Beklagte auf Klägers Vorbringen  
sich einzulassen und zu verfahren schuldig/ V. R. W.)

Et in causa etlicher Dorffschaften im Amte Sommig duxera  
das Handwerk der Schuster und Schneider zu Mügeln/Mens.  
Jan. Anno 1620. (Verba sentent. Würden klagende Syndicen ih-  
re Personen nochmähs anderer Gestalt/denn geschehen/ legiti-  
miren/ und wegen der verstorbenen Personen den Proces ge-  
bührliech reassumiren/inmassen ihres zu euhn oblieget ; So-  
wären Beklagte/ ihres andern Vorwends ungeachtet / auf  
die erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/  
V. R. W.)

## CONSTITUTIO XIV.

## PARTIS PRIMÆ.

Wann der Kläger dem Beklagten den Grund der Klagen in das Gewissen stelle, und Beklagter wil dasselbige mit Beweisunge vertreten/ ob dann der Kläger zur Gegen-Beweisunge auff seine Bür zuzulassen?

**T**ie weil dem Kläger gebühret / demjenigen/ so er einmal selbst erwehet und beliebet/ nachzusezen/ auch disfalls dem Beklagten der Rechten Wohlthat nicht zu nehmen ist/inte-  
mal dasselbige/da er gleich zu Vertretung seines Gewissens keine genugsame Beweisunge verfühs ret/gleichwohl der gesmeinen Practiken nach den End nochmals schweren kan/so soll auch disfalls der Kläger mit keiner Gegen-Beweisung zuge lassen/ sondern dieselbige ihm strack's ohne Mitztel aberkannt und abgeschlagen werden. Desgleichen soll es auch gehalten werden/wann Kläger

Actor ubi Reo juramentum defert,  
& is probationibus uti, quam jurare mavult,  
an tum probationes ejus contrariis proba-  
tionibus elidere actor cupiens audiri  
debeat?

**V**ulm actorem viæ; quam semel e-  
lit, insistere oporteat, & bene-  
ficium Reo à jure concessum, quo illi, si in probatione, quā ad vi-  
tandum juramentum usus est, de-  
ficiat, ad juramentum recurrere permittitur,  
auferendum non sit: igitur hoc in casu acto-  
rem contraria probatione uti volentem non  
audiri, sed præcisè hanc illi denegari præci-  
pit. Idem tum quoque observabitur, cum  
juramentum sibi delatum actori refert reus,  
nimis ut sine tergiversatione id præstet a-  
ctor, nec ullo modo ad illud vitandum inten-  
tio-

gern der Haupt-Eyd von dem Beklagten referret wird / nemlichen / daß er auch in solchem Fall ganz keine Beweisung zu Vertretunge seines Gewissens oder zu Ergründung seiner Klagen führen möge / sondern den referirten Eyd stracks zu leisten schuldig sey.

## DEFINITIONS.

1. Nemo praeceps jurare cogitur, sed referre iusjurandum potest, etiam si id ab initio non petierit.
2. Referri autem debet iusjurandum delatum intra octiduum, quo alias citatio ad juramentum est impetranda.
3. Juramentum semel acceptatum referri nequit.
4. Præceps à deferente praestandum est iusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.
5. Falsum à relatione jurisjurandi, deferens utrumq; iuramentum calumnia & decisorium praestare tenetur.
6. Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis iuramentum non magis deferre queat, quam jurare.
7. Non potest referri iuramentum purgatorium vel necessarium.
8. Nec iuramentum, quod heres ob non confessum inventarium praestare tenetur, parti adverse referri potest.
9. Sicuti nec iuramentum diffessionis in casu non recognite scripture vel instrumenti.
10. Non refertur iuramentum super eo, quod alicuius conscientie tantummodo commissum fuit (Wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)
11. Reus iuramentum super facto suo proprio sibi delatum nequit referre actori, etiam si negotium istud scientie quoque ac noticie sua fuerit commissum, (Wann ihm die Klage nicht allein in sein Gewissen/sondern auch Wissenschaft und Wohlbewußt gestellt worden.)
12. Tutor pro pupillo iuramentum deferre potest.
13. Sed & iuramentum relatum tunc praestare tenetur.
14. Nec jurare cogitur Reus, nec iusjurandum referre, quia aliter suam intentionem vult probare, etiam si hanc probationem ante latam sentenciam sibi non reservaverit.
15. Non potest profilire ad probationem Reus, si iusjurandum semel acceptaverit.
16. Non admittitur actor ad contraries probationes, quando Reus ad iuramentum declinandum intentionem suam probat.
17. Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intra spaciū Saxonīcū articulos probatorios exhibere tenetur.
18. Reo conscientiam probationibus defendere volenti omnib; probanti ad iuramentum datur regressus.
19. At iuramentum nequit referre Reus in probationibus succumbens.
20. Etiam in iuramentis legalibus ad probationes profiliere licet.
21. Non tamen in iuramento suppletorio permisum est confugere ad probationes.
22. Sicuti nec in iuramento diffessionis.
23. Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deserat, non habet regressum ad probationem jurisjurandi.
24. Conceditur tamen regressus ad prestationem iuramenti delati Reo, si iuramentum suppletorium ex semiplena probatione ipsi injunctione pro deserto habeatur.

### DEFINIT. I.

*Nemo præceps jurare cogitur, sed referre iusjurandum potest, etiam si id ab initio non petierit.*

1. Nunquam in eas angustias conjiciendus est is, cui defertur iusjurandum, ut vel jurare cogatur, vel causā cadere; Sed permittitur illi referre iusjurandum, si malit, l. iusjurandum & ad pecunias 34. §. datur 7. l. manifesta 38. ff. de jure. + Sunt enim plerique tām superstitionā religione & conscientiā, ut nec, si sciant verissima esse quā affirmant, jurare tamen velint, l. que sub condicione 8. ff. de cond. inst. l. cum quidem 21. vers. neg. enim C. de fid. instr. + quibus per relationem iuramenti succurrendum fuit, Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9. Joh. Schneid. in §. item si quis postulante u. num. 85. inst. de act. + de quo licet quondam in foro Saxonico aliqui dubitaverint, ut videre est apud Christ. Zobel. in addit. ad Landr. lib. 1. art. 6. lit. M. & lib. 2. art. 22. lit. G. Matth. Col. part. 1. decis. 122. n. 7. & seq. + hodiē tamen res expedita est, in foro scilicet Saxonico etiam Relationem iuramenti obtinere, propter text. manifestum in b. Constit. 14. vers. Desgleichen soll es auch. & in Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation, + quod verum est, etiam si in actis ab illo, cui iuramentum est delatum, relatio non fuerit petita, Aut. Consult. Constit. Saxon. rom. 3. part. 3. q. 41.
2. Ita Domini in causa Tobiz Gessels contra Heinrich Arndt en zu Leipzig/ Mense Sept. Anno 1623. (Verba sent. Dieweil Beklagter auf erhobene Klage geantwortet / und derselben allenhalben nicht geständig / Kläger aber ihm auf solchen Fall die Klage in sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewußt geschoben/zc. So ist Beklagter sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewußt/iedoch auf vorgehenden End vor Gefahrde/ so Kläger zu thun schuldig/zu eröffnen verpflichtet/ er

wolle denn Kläger den Haupt-Eyd referiren/oder sein Gewissen mit Beweisung vertreten/damit würde er innerhalb Sächsischer Frist billich gehobet und zugelassen/ferner darauff zu beschehen/was recht ist/ V. R. W.)

It. in causa Johann Geßwillers contra Walther Briesew. Mens. Mart. Anno 1631. + Verba sent. So ist Beklagter auf vorgehenden Klägers End vor Gefahrde sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt zu eröffnen schuldig/er wolte denn Kläger den Haupt-Eyd referiren/oder sein Gewissen mit Beweis vertreten / damit würde er binnen Sächsischer Frist billich gehobet und zugelassen/darauff ferner zu beschehen / was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Walther Schumanns contra Barthel Wilschen/ Mens. Jul. Anno 1632.

### DEFINIT. II.

*Referri autem debet iusjurandum delatum intra octiduum, quo alias citatio ad iuramentum est impetranda.*

1. Referri etiam potest iuramentum delatum quocunq; tempore, non solum in primā instantia, sed etiam si Reus ab illa sententia appellaverit, vel eam per Leuterationem suspenderit, in I. Leuteratione & Appellatione, Modest. Pistor. part. 2. q. 149. n. 6. & seqq. + Modo fiat relatio vel statim post factam dilationem ante sententiam interlocutoriam, in qua super delatione pronunciatum est, vel antequam illa sententia interposita Leuteratione vires rei judicatae acceperit, nisi Reus sibi expressè relationem reservaverit, Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation. vers. Soll der / welcher dem Haupt-Eyd. Matth. Berlich. part. 1. concl. 32. n. 56. + Ita tamen, ut reservatione facta, Reus intra octiduum illud, intra quod citationem ad prestationem iuramenti implorare necesse habet, supr. Const. 12. Defin. 6. sec. decla-

declarat, an juramentum referre, an verò id præstare, aut pro liberandâ conscientia probationibus uti vellet; † Quod si non observaverit, relatio juramenti ulterius locum non habet, dicit. Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation. † Ceteroquin si relatio ad octiduum illud non restringeretur, ecquis non videt, neglectum spacii hujus Reo minus nocere? † Quin & post octiduum præterlapsum, juramentum censetur expirasse: Ergò referri non poterit, quia non entis nullæ sunt qualitates, l. & Titio 22. ff. quando dies legat. ced. l. quidam referunt 14. ff. de jure Codicilli. l. ult. ff. de collat. bonor.

Ita Domini in causa Hansen Beumels wegen seines Eheweibs contra Jonas Kittingen/ Mense Mart. Anno 1602. (Verba sent. Dass Beklagter sich nunmehr an dem ihm zuverfassenden Ende und desselben Relation versäumet hat/derowegen ist er Klägern die libellirte 182. §l. 3. gr. samt dem Interesse zu zahlen/und auch die aufgewandte Uukosten/ aufs Richterliche Erindigung/zu erstatten schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Juramentum semel acceptatum referri nequit.*

**E**T si delatum jusjurandum non ita constringat Reum, ut necesse sit habeat jurare, sed id bene actori referre queat, Defin. i. † Attamen si semel acceptatum fuerit, Reusque jurare se declaraverit, ulterius relationi locus non est, sed jusjurandum præcisè præstandum ad instar juramenti voluntarii, quod referri nequit, l. jusjurandum 17. in pr. ff. de jure. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 16. n. 18. & seq. Franc. Duar. in tract. de iuram. cap. 5. Hugo Donell. lib. 24. comm. in tract. de jurej. c. 13. n. 8. † Quia ab initio in voluntate & arbitrio partis fuit, juramentum delatum suscipere & acceptare vel referre: † Quod verò ab initio fuit voluntatis, si acceptetur, semel, postea sit necessitatis, l. in commendato 17. §. sicut 3. ff. commend. l. sicut 5. c. de Oblig. & act. l. controv. 23. ff. de Reg. jur. l. 1. §. si convertit 6. ff. deposit.

Ita Domini in causa Annae, Viduæ Johannis Kellers/ contra die Obbarisch und Roantrisch Erben zu Herten/ Mense Septemb. A. 1634.

## DEFINIT. IV.

*Præcisè à deferente præstandum est jusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.*

**Q**ui jusjurandum detulit, si ei referatur, nullo praetextu id recusare potest, l. manifesta 38. ff. de jurej. Ant. Fab. lib. 4. Tr. 8. defin. 11. num. 39. nec si potuit ab initio recusare is, cui primo delatum fuit: † Hanc viam siquidem elegit deferens, eamque legem posuit, quam ipsem transgredi nequit, l. 1. & 2. tit. 11. ff. quid quisque jure. l. 3. ff. de condit. inst. l. 1. lib. 55. §. 1. ff. de confit. pecun. † Præcisè ergò deferens jusjurandum sibi relatūm præstare tenebitur, nec volens intentionem suam probationibus defendere audiendus erit, b. Const. 14. vers. Desgleichen soll es auch. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 19. §. in pr. vers. Oder da ihm der selbige referiret. Dan. Moller. bic. n. 2. & lib. 3. semestr. 3. n. ult. Modest. Pistor. part. 1. quæst. 23. n. 1. & seqq. Joach. Beust. ad rubr. ff. de jurej. n. 76. & seq. Joh. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. n. 92. inst. de action.

Ita Domini in causa D. Joh. Rengels contra Hansen Arwolden/ M. Dec. A. 1618.

Et in causa Hansen Weinmanns Erben contra Ambrosium Sonnen/ M. Mart. A. 1630.

## DEFINIT. V.

*Factâ relatione jurisjurandi, deferens utrumque juramentum & calumnia & decisorium præstare tenetur.*

**J**uramentum calumnia à solo deferente præstantum est, ut scilicet jurat, quod non malitiosè Reo Carpz. Definit. Vol. I.

detulerit juramentum litis decisorium: Ex quo fit, quod à Reo jusjurandum delatum referente, neque at exigi juramentum calumniae, † quia non est fermentus actor, si conditionis, quam ipse detulit, de calumnia velit jurari, l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur autem 7. ff. de jurej. Christoph. Zobel. part. 1. diff. 24. n. 2. Joh. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. n. 94. inst. de act. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 130. n. 29. † Nec absurdum erit, ut deferens hoc casu utrumque præstet juramentum, & calumnia & litis decisorium, sibi relatum, illud quidem, ut se purget à malitia, hoc verò, ut probet suam intentionem, medio eo, quod ipsem elegit ac Reo præscripsit, Ordin. process. jud. Elect. Saxon. t. 18. §. Ferner die Relation. vers. Auff den Fall aber. Christoph. Zobel. dict. differ. 24. n. 2.

Ita Domini in causa Christiani Reisslers Ehemelis contra Paul Langen zu Gremberg/ M. Mart. A. 1631. (Verba sent. Dieweil Beklagter auff die erhobene Klage geantwortet/ und solcher nicht geständig/ auff solchen Fall aber den Grund derselben ihm in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewust gesetzel/ welchen End Beklagter Klägern hingiederum ceteraret; So ist Kläger den ihm referirten Haupt. End neben dem End vor Gefahr/ und also beiderley End zugleich zu schweren schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre queat, quam jurare.*

**N**ON admittitur ad præstationem juramenti infamis persona, non solum quod bonæ ac integræ opinionis ac frontis esse debeat, quisquis pro alio testimonium dicit, l. quæstum 13. ff. de testibus l. testium 18. C. eod. tit. † quanto magis ergò ille, qui in propria causa judex constituitur l. 1. ff. quar. rer. att. non det. Sed etiam † quia perjurii pena præcipua ea est, ut infamis fiat, quisquis fuit perjurus, l. 4. C. de transact. quam poenam facile quis contemnet ob infamiam suam jam aliundè contractam, l. si quis injuriam 35. ff. de injur. Bartol. in l. admonendi 31. ff. de jurej. † Infamis itaque sicuti jurare non potest, ita nec jusjurandum deferre, ne scilicet referendi facultas ei adimatur, cui fuit delatum: † Quam ob causam non alii admittuntur ad delationem jurisjurandi, quam quibus ipsi jusjurandum referri potest, ut notat Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9. n. 5.

Ita Domini in causa Caroli Marpens contra Matthes Wittichen/ M. August. A. 1621. (Verba sent. Dass die Endes-Delation, gestalten Sachen nach/ nicht statt hat/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Non potest referri juramentum purgatorium vel necessarium.*

**N**ON tamen omne jusjurandum referri potest, sed tantum judiciale, quod à parte parti deferuntur, l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur 7. l. manifesta 38. ff. de jurej. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 18. §. Ferner die Relation. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 130. n. 26. Johan. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. inst. de act. n. 85. † Ergò referri non potest juramentum necessarium, nec purgatorium c. ult. extr. de jurej. quippe quæ non à parte sed à judice deferuntur, l. in bona fidei 3. C. de reb. credit. & jurej. l. admonendi 31. ff. de jurej. † Et cessat vel propterea relatio, quia referri nequeunt judicii, ne cogatur jurare de facto & re aliena contra l. Marcell. 11. §. jurare 2. ff. de rer. amot. act. † Nec parti adversæ, quæ non detulit, l. jusjurandum 34. §. 7. ff. de jurej. Rauchb. part. 2. q. 3. n. 9. Berlich. part. 1. concl. 32. n. 45. Petr. Heig. part. 1. q. 40. n. 37. Donell. O lib.

lib. 24. comm. de jurej. c. 13. n. 21. Matth Welenb. vol. 1. consil. 3. n. 49.

Ita Domini in causa Melchior Ostens zu Calbe / Mensle Apr. Anno 1631. ( Verba sent. Ist euch in Sachen Conrad Griesen/ Klägern an einem/ und euch Beklagten anders Theils das Juramentum purgatorium auferlegt worden : Ob ihr nun wohl solches Klägern zu referiren gemeinet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall statt hat/ wenn ein Part dem andern den End deferiret/ dieselbe aber ad juramenta necessaria und purgatoria keines weges zu ziehen/ sc. So mag auch obgedachtes Juramentum purgatorium Klägern von euch beständiger Weise nicht referiret werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Nec juramentum, quod heres ob non confessum inventarium præstare tenetur, parti adversæ referri potest.*

1. **E**ademque ratio efficit, quod nec reliqua juramenta legalia, quæ à Lege vel Magistratu deferruntur, referri queant: † Non itaque audiendus est heres, qui juramentum ob non confessum inventarium præstare tenetur, si hoc parti adversæ referre velit, Matth. Col. in tract. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 402. & part. 1. decif. 123. n. 14. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 2. n. 46. Matth. Welenb. vol. 1. conf. 3. n. 3. 49. † Tum, quia juramentum illud non à parte sed lege defertur, l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib.
4. † Tum, quod si aliter diceretur, pars adversa de facto alieno, ipsius nempe hereditis, jurare teneretur contra
5. l. Marcellus 11. §. jurare 2. ff. de act. rer. amot. † Tum, quia jusjurandum hoc simillimum est juramento purgatorio, quo heres, se nihil de rebus hereditariis celasse vel abstulisse, jurato obtinet, dict. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. Referri autem non potest juramentum purgatorium Defin. preced.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sententia: Ob ihr nun wohl solches Klägern zu referiren gemeinet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall statt hat/ wann ein Part dem andern den End deferiret; Solche Relatio aber Juramenta legalia necessaria und purgatoria, so wohl auch auff den Fall/ wenn ein Erbe sich ohne Auffrichtung eines Inventarii der Erbschaft unterfangen/ und daher dieselbe endlichen anzugeben verpflichtet/ keinesweges zu ziehen/ sc. So mag auch obgedachtes Juramentum Klägern von euch beständiger Weise nicht referiret werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Sicuti nec juramentum confessionis in casu non recognoscere scriptura vel instrumenti.*

1. **M**inus verò dubium est, referri haud posse juramentum illud, quod quis alicui defert super editione instrumentorum, propter manifestum sanctionem Electoralem in Ordin. process. judic. tit. 26. §. Es soll auch ferner. vers. Und könnte ihm dem Geschenktheil nicht referiret. † Sicuti nec juramentum, quo scripturam vel instrumentum quis diffiteri cognoscere jussus est, † scilicet quia jusjurandum hoc confessionis non tam à parte, quam jure & consuetudine Saxonica alicui imponitur, Ord. process. jud. Elector. Saxon. tit. 25. vers. Desiglichen wenn der. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 43. n. 2. vers. in Elektoratu Saxonia, quo in casu relationi locus non est, Defin. 7. & 8. † Ex quo etiam fit, quod instrumentum jurato diffiteri jussus jusjurandum calumniam petere haud valeat, ut dixi supra Const. Elect. 12. Defin. 26. † Accertè, si propria scriptura veniet recognoscenda, eò magis scribens ipsemur jurare tenebitur, quod nemo alias scripturam illam melius cognoscere præsumatur.
2. Ita Domini in causa Melchior Werner's contra Hansen Schwendebössers Erben/ Mensle Julio, Anno 1630. ( Verba sent. n. Dass Beklagter die Documenta sub n. 1. 2. 3. 4. s. wann solche in Originali producere werden/ zu recognoscieren oder endlichen zu diffiteren schuldig/ mit der ausdrücklichen Verwarnung/dass im widrigen Fall dieselbe pro Reco-

gnoscere gehalten/ und darauff erkannt werden soll/ und es mag das Juramentum Confessionis Klägern nicht referiret werden/ V. R. W.)

Et in causa Henrici Kochens contra Matthes Kraussen und Conforten, Mensle Jun. Anno 1631.

#### DEFINIT. X.

*Non refertur juramentum super eo, quod alicuius conscientiae tantummodo commissum fuit. (Wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)*

**E**venit aliquando, ut is, cui à parte delatum est iusjurandum, cogatur omnimodo jurare, nec audiatur, si id referre velit, puta si actor intentionem suam soli conscientiae adversarii commiserit, non etiam simul scientiae vel notitiae ejus ( Wann die Klage allein in Gegenseitig Gewissen geschehen/ nicht aber zugleich in sein Wissenschaft und Wohlbewusst wußt.) † Nec enim Reus juramentum hoc actori deferenti potest referre, quia factum ipsius proprium concernit, super quo tantummodo ejus conscientia onerari potuit, ut demonstravi supr. Const. Elect. 12. Defin. 39. † Sed nemo aliis, quam ipsemur Reus propriam suam conscientiam liberata valet, quippe qui solus facti sui proprii scientiam exactam habet, Joh. Schneidew. ad §. item si quis postulante ii. n. 90. inst. de action. ubi Matth. Welenbec. in suppl. lit. A. supr. dict. Const. 12. Defin. 39. in fin. † Quin &, si concederetur hoc casu relatio juramenti, actoris conscientiae factum alienum, nempe rei referentis, committeretur, quod neutiquam jus admittit, l. Marcell. 11. §. 1 ff. rer. amot. l. qui in alterius 42. ff. de Reg. Jur. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 18. §. Weil es aber. vers. Also daß im ersten Fall/ sc. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 15. num. 3. Schneidew. dict. loc. supr. Const. Elect. 12. Defin. 40.

Ita Domini in causa Nicolai Hofmanns contra Curatorem George Herfarts Eheweibes zu Meissen/Mense Novemb. Anno 1631. ( Verba sent. Immaßen denn auch bei dem Punkt der 1700. §. die Relatio sacramenti, weil derselbe der Klägerin allein in ihr Christliches Gewissen gestellt/nicht statt hat/ und bleibt sonst/ eingewandter Leuterung ungeachtet/ bei vorigem Urtheil nochmals billich/ V. R. W.)

Et in causa M. Viduz D. I. S. contra VV. S. zu Zwittau/ Mensl. Julio, Anno 1636. ( Verba sent. Dass die von Klägern bei der Post der 200. Rch. Beklagten gehane Relatio Juramenti, weil sie ihm allein in sein Gewissen/ und nicht zugleich in seine Wissenschaft und Wohlbewusst geschoben/ nicht statt hat/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Reus juramentum super factio suo proprio sibi delatum nequit referre actori, etiamsi negotium istud scientie quoq; ac noticie sua fuerit commissum. (Wann ihm die Klage nicht allein in sein Gewissen/ sondern auch Wissenschaft und Wohlbewusst gestellt worden.)*

**P**rohibetur itaque relatio juramenti propterea, quod super factum Rei proprium fuerit delatum, Defin. preced. † At quid si factum ejusmodi Rei, non solum conscientiae, sed etiam scientie ac notitiae illius committatur, ( Wenn ihm die Klage super factum suo nicht allein ins Gewissen/ sondern auch in seine Wissenschaft und Wohlbewusst gestellt worden) quod fieri posse nemo ambigit, annon tum saltem relatio erit permissa? † Ita forsitan putaveris, quia in ejusmodi juramento etiam de credulitate & notitia sola juratur, quare & super factum alieno ita juramentum deferre licet, ut appareat ex traditis, supr. Const. Elect. 12. Defin. 39. quidni ergo validè quoque referri poterit? † Nihilo minus & hoc casu relationem prohibitam, existimat rectissime Matth. Welenb. part. 1. conf. 3. num. 5. cui

cui ex parte assentitur Hartm. Pistor. *observat.* 184.  
 num. 6. † Tum, quia delatio juramenti ex animo deferentis explicanda est, qui procul dubio super facto Rei haud juramentum credulitatis, sed decisorum teritatis voluit deferre, quod super facto alieno aori referri nequit, *Defin. preced.* † nec enim alii jurari vel referri debet, quam delatum est, l. 3. §. 1. cum l. seq. ff. de jurejur. Matth. Wesenb. *dit.* 1. lit. 3. num. 50. † Tum, quia nemo de facto Rei, nisi ipsem exactiore notitiam seu scientiam vere potest. Eorum igitur est, ut ipse juret de proprio facto, l. Marcellus 11. §. 2. ff. de rer. amot. act. 3. † Tum per Gloss. germ. in art. 11. n. 4. vers. Dann ob einer. lib. 3. Landr. & Gloss. latin. in art. 22. lit. H. lib. 2. Landr.

Ita Domini in causa Johann Ehrenholde zu Grimme/ Mense Julio Anno 1605. (Verba sentent. Habe ihr hierauf mehr erwehnten von Bingenburg vor dem Churfürstl. Sachsen Ober-Hoff-Gerichte obbedienter Schulden halben beklagt / und ihm diese 2. Puncta/dass er nemlich vorgedachte Schreiben in seinem Rahmen zu verfertigen und euch zu überschicken nicht befohlen / und dass auch auf solche Schreiben thine die abgeholten Erw-Wearen nicht zukommen/ noch in seinen oder der S-ungen Nutzen gewendet worden/ in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewust gestellt / ic. So ist er darauf sein Gewissen/ weil bemeldte beyd Puncta ihit ehem am besten bewuft/ und seit eigen Thun betreffens/ zu eröffnen/oder dasselbige mit Beweis zu vertreten schuldig/ und mag der defterte End/nach Gestalt dieser Sachen/ von ihm euch nicht wiederum referiret noch heingeschoben werden/ V. R. W.)

Et in causa Melchior Schorbands/ Mense Augusti Anno 1599. Verba sentent: Habe ihr in eurer vor dem Ober-Hoff-Gerichte allhier angestellten Klage Alexander von Nagwitz nachfolgende Puncta in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewust gestellt/ic. So mag nach Gelegenheit dersfalls/ weil ihr dessen Faci: nicht Wissenschaft haben können / der Haupt-End euch nicht referiret werden/ und wann ihr solches also in der Läuterung gehörliehen deduciret/ und obbedient an euch ergangen: Missiven mit den Originalien bei stärken würdet/ Alexander von Nagwitz auch nichts anders noch erheblicher als in den überstandenen Acten zu befinden/ darüber einbringen würde/ic. So erschiehe daraus so viel/ das durch das Läuterungs-Urtheil das vorige/darum ihm der Haupt-End euch zu referiren nachgelassen worden/ oberwohnzer massen billich erklärt würde/ V. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Tutor pro pupillo juramentum deferre potest.*

**Q**uum juramentum deferre non possit, nisi qui rerum administrandarum potestatem habet, cuique solvi potest, l. *jusjurandum* 17. §. *pupillius* 1. sub fin. junct. §. 2. l. *servus* 20. l. 21. l. *tutor* 35. §. 1. ff. de jurejur. † expeditum inde fit, pupillum, ut qui rerum administrandarum potestatem non habet, haud juramentum validè deferre, *dicit.* l. 17. §. 1. & seq. Johann. Zanger. *de except. part. 3. cap. 16. num. 42.* & seq. Joach. Beust. *ad l. nam posteaquam 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. num. 1.* Borch. *in tract. de jurejur. cap. 3. num. 9.* † Attamen tutori permisum est, ut nomine pupilli deferat *jusjurandum*, si aliis omnibus probationibus pupillus destituatur, l. *tutor. pupilli* 35. junct. l. 17. §. si *tutor. 2. ff. de jurejur.* † Nam & alienare valet tutor res pupilli, eique solvi potest, & ab eo res in judicium deduci, *dicit.* §. si *tutor. 2.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 1. definit. 20. numer. 1.* † Quidni ergo *jusjurandum* quoque deterre posset? Nec verendum, ne pupillus tanquam læsus in integrum restituatur, cum nullas læsionis probationes habiturus sit, nisi poenas ex postfacto alias supervenisse, quibus uti velit, arg. l. *admonendi* 31. ff. de jurejur. Anton. Fab. *dicit loco.*

Ita Domini in causa Harzen Frobergers zu Nimisch/ Mense Decembr. Anno 1629. (Verba sent. Dass ihr von we-

gen eures Mündleins wider Melchior Arndt zu Einbringung der geforderten Schuld-Poss Klage zu erheben/und ihm diesebe in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewust zu stellen wohl besuge/ic.)

## DEFINIT. XIII.

*Sed & juramentum relatum tutor præstare tenetur.*

**A**t quid, si Reus tutori nomine pupilli *jusjurandum* deferenti id referre velit? † Audiendus omnino erit, ac poterit tutor jurare de eo quod ipse sciat, ita esse aut non esse, l. *videamus* 4. ff. de in lit. jur. junct. l. 11. §. pen ff. rer. amotar. † Quin &, si relatum à Reo *jusjurandum* nolit accipere tutor, adigi ad hoc poterit, cum imputare sibi beat, cur detulerit, si nolebat ex relatione jurare, l. si non fuerit 37. ff. de jurejur. l. si fidej. 7. §. 1. ff. qui satid. cog. Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. definit. 20. num. 3.* † Quod licet forsitan juris regulis repugnet, ut nempe pupilli nomine & de ea re, quam is nesciat, tutor juret, favorabiliter tamen id pro pupillo receptum est, † ut & alia pleraque l. *pupillus* 9. ff. de acquir. bered. ne aliqui damno litis afficiatur pupillus, si non liceat tutori *jusjurandum* deferre, aut *juramentum relatum præstare*, Anton. Fab. *dicit. defin. 20. num. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr send aber auch/dafern Beklagter euch hinwiederum das *juramentum referire* würde / solches würtlichen zu leisten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Nec jurare cogitur Reus, nec *jusjurandum* referre, qui aliter suam intentionem vult probare, etiam si banc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.*

**Q**uod vulgo jactatur, manifesta turpitudinis esse iolle jurare, nec *jusjurandum* referre, l. *mani* ni. 1. a 38. ff. de jurej. ostendit satis nunquam ita constringi cum, cui defertur *jusjurandum*, ut vel jurare cogatur, vel causâ cadere, quia nempe referre potest *juramentum*, l. *jusjur.* & *ad pecunias* 34. §. *datur* 7. & §. ult. ff. de jurej. supr. *Defin. 1.* † Sed & aliud adhuc remedium restat, scilicet *probationis*; Nam qui intentionem suam testibus aut instrumentis probare non diffidit, delatum sibi ab adversario *jusjurandum* nec suscipere cogitur, nec referre, l. *cum qui 30. vers. cum omissa ff. de jurej.* Jason. *in §. item si quis postulante 11. n. 80. inf. de action.* Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. num. 19.* & 21. Non enim turpiter facere videti potest, sed modestè potius, qui religione magis, quam conscientiâ motus tam facile jurare nolit, l. que sub conditione 8. ff. de cond. inf. l. *cum quidam 21. vers. neque enim C. de fide instrum.* † Prudenter vero, qui nec litis victoriam, quam ex liquidis *probationibus* sibi exploratam comparare possit, certò deferentis perjurio velit committere, l. *jusjurandum* 34. circa pr. ff. de jurejur. Anton. Fab. *dicit. defin. 3. n. 4.* † Nec etiam in foro Saxonico res aliter se habeat, ut appareat ex b. Constit. 14. & *suprà Constit. Elector. 12. in pr. Ordin. process. judic. Elector. Saxon.* tit. 19. Christoph. Zobel. *part. 1. diff. 34.* Dan. Moller. *lib. n. 1. & lib. 3 semestr.* 3. Jacob. Schult. *observat. 52. n. 10.* & seqq. Matth. Col. *part. 1. decis. 123. n. 12.* † In tantum, ut is, cui delatum est *jusjurandum*, haud prohibetur profiliare ad *probationem* suæ intentionis, etiamsi illud ante sententiam latam sibi non reservaverit, nec per sententiam latam id expressè permisum fuerit, ut clara habet Sancto Electoralis in *dicit. Ordin. process. judic. tit. 19. vers.* Wann er ihm gleich dasselbe/ic.)

Ita Domini in causa Hansen Keldens contra Elisabetham Vi-  
duam Andreu Arnolds zu Leipzig / Mens. Martio, Anno 1630.  
(Verba sentent. Dicte) Bellagte auff die erhobene Klage mit  
Nicht-gestehen geantwortet / Kläger aber auff solchen Fall ihr  
dieselbe in ihr Gewissen / Wissenschaft und Wohlbewust ge-  
fertet / So ist Bellagte auff vorgehenden des Klägers End  
vor Gefahrde / ihr Gewissen / Wissenschaft und Wohlbe-  
wust zu eröffnen schuldig ; sie wolte dann Klägern den Haupt-  
End referiren / oder ihr Gewissen mit Beweis vertreten / da-  
mit würde sie binnen Sachsischer Frist billich gehört und zu-  
gelassen / und ergienge darauff in der Sachen ferner / was recht  
ist / V. R. W.)

Et in causa Augusti & Stephani der Elamtere contra Hein-  
rich Zourschen / Mens. April. Anno 1630.

#### DEFINIT. XV.

*Non potest profiliare ad probationem Reus, si jusjurandum semel acceptaverit.*

- S**ed hoc ita, si Reus, cui defertur jusjurandum, id non dum acceptaverit : † Quo facto, jurare tenetur, nec ulterius ad probandam suam intentiōnem profiliare potest, Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 19. in pr. vers. Wie auch der. Matth. Berlich. part. 1. concl. 33. n. 6. Petr. Heig. part. 2. q. 4. n. 37. & seq. † Nam quod ab initio fuit voluntatis, si acceptetur semel, postea fit necessitatis, l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod. l. sicut 5. C. de obl. & act. l. 1. §. si convenit 6. ff. deposit. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.

Ita Domini in causa Annae, Vidue Hansen Kellers, contra die Obbarische und Meandrische Erben zu Heringen / Mens. Septembr. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVI.

*Non admittitur actor ad contrarias probationes, quando Reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat.*

- E**t quondam in foro Saxonico disceptatum. fuerit, num actor deferens juramentum, si Reus intentionem suam probare conetur, ad contrarias probationes sit admittendus ? ut patet ex Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 3. q. 1. & tom. 2. part. 2. 3. q. 1. † Attamen decisa hodie res est, & rejiciuntur hoc casu contrarie actoris probationes verbis disertis, b. Const. 14. in pr. ubi Moll. n. 2. & Ord. pro- cess. judic. tit. 19. §. Wann nun einer. in princ. † Ne scilicet auferatur Reo in probationibus deficienti regressus ad juramentum, contra text. in c. indul- tum 17. de Reg. jur. in 6to. l. quod favore 6. C. de le- gib. † quod omnino fieret, si actor plenē vel semiplenē saltem contra eum probaret, propter periculum perjurii, ut tradit in simili Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 21. Unde nulla admittuntur Interrogatoria specialia, sed solum generalia. Def. Elett. noviss. 19.

Ita Domini in causa Walther Schuhmanns contra Barthol. Willischen / Mens. Julio, Anno 1632.

Et in causa Johannis Gauwilfers contra Walther Brittent / Mens. Martio, Anno 1631.

#### DEFINIT. XVII.

*Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intra spacium Saxonicum articulos probatorios exhibere tenetur.*

- N**on existimet Reus, cui jusjurandum delatum est, facultatem defendendi probationibus conscientiam suam nullis legibus esse circumscriptam, quod si diceretur, num malitia potius aut favori ipsius indulgeretur, haud immorito quis am- biggeret. † Certo itaque temporis spacio facultas probandi adstricta est, nempe ut quis intra octiduum, postquam sententia vires rei judicatae accep- rit, se probationibus conscientiam defendere velle declarat ; † & deinde intra spacium Saxonicum articulos probatorios exhibeat, aliaque faciat, quae ad

probationem requiruntur, Process. judic. Elec. & Saxon. tit. 19. in pr. vers. Jedoch das er sich dessen/re. † Ex quo inferendum, post elapsum octi- dum, Reum ad probationem ulterius non admit- ti, etiam si articulos probatorios infra spacium Saxon- icum exhibeat.

Ita Domini in causa Christophori Dethslers contra Vi- duam Chiliani Schulzens zu Freyberg / Mens. Nov. Anno 1630. (Verba sent. Und weil Bellagter auff angestalte Kla- ge mit Nicht-gestehen geantwortet / So ist seine Pflegefrau darauff ihr Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust / dahin es ihr gestalt/ihres gethanen Vorwenders ungetachtet/ zu er- öffnen schuldig / Sie wolte dann solchen End Klägern wiederum heimschließen/ oder ihr Gewissen mit Beweis vertreten/ damit würde sie binnen Sachsischer Frist billich gehört / und ergienge hierauf alsdann in der Sachen ferner / was recht ist / V. R. W.)

Et in causa Christinen Anshelms contra Hansen Hennige- ten zu Leipzig / Mens. April. Anno 1602. (Verba sent. Das Bellagter sich nun mehr an dem ihm zuerkannten Ende ver- schwunen hat/und ist daher auch sein Gewissen mit Beweisung zu vertreten nicht zulässlichen.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Reo conscientiam probationibus defendere volenti ab- nibil probanti ad juramentum dasur re- gressus.*

**S**i Reus, cui jusjurandum fuit delatum, consci- entiam suam probationibus liberaverit, atque id, super quo ei juramentum deferebatur, sufficien- ter probaverit, quin statim à juramento libera- tur, nec jurare necesse habeat, dubitandum non est, Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 19. §. Wenn nun einer. vers. Und da der Zeug-Führer. † At si in pro- bationibus defecerit, ad juramentum ei dabatur re- gressus, & si obtainere velit, adhuc jurare tenebitur, b. Const. 14. ubi Dan. Moller. num. 1. Process. jud. dict. tit. 19. §. Wenn nun einer. vers. Wenn er es aber. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 3. num. 29. Matth. Coler. part. 1. decis. 123. num. 122.

Ita Domini in causa Walther Mörelle contra Walther Mönnings Witwen und Erben zu Zwickau / Mens. Febr. Anno 1631. Verba sent. Das Bellagter dasjenige so er zu erweisen sich angemessen / wie recht nicht erwiesen noch beha- bracht/derowegen er den ihm deferirten End auff vorgehen- den Klägers End vor Gefahrde nochmals zu schweren schul- dig / V. R. W.)

Et in causa Gregor. Thomassen contra Andream Künnen zu Schleinitz / Mens. Marc. Anno 1632. (Verba sent. Das Klä- ger dasjenige so ihm zu Vertretung seines Gewissens zu er- weisen obgelegen/und er sich angemessen/ wie Recht nicht ero- wiesen / derowegen ist er auf Bellagters vorgehenden End vor Gefahrde/sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust nochmals zu eröffnen schuldig / V. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

*At juramentum nequit referre Reus in probationi- bus succumbens.*

**Q**uid verò, si Reus, cui juramentum fuit delatum, in probationibus ad exonerandam conscientiam suscep- tio succumbens, jusjurandum actori ve- lit referre ? † Neutquam audiendus erit : Ec- quis enim non animadvertisit, Reum hoc casu o- nus sive jurandi sive probandi semel in se suscep- pisse, quod propterea in actorem postea transferre haud valet, † quia quod ab initio fuit volun- tatis, post acceptationem factum est necessitatis, l. sicut 5. C. de O. & A. l. in commodato 17. S. sicut 3. ff. commodat. l. contractus 23. ff. de Reg. jur. † Et cum intra octiduum illud post latam senten- tiam, quo alias Citatio ad jurandum est impetranda, juramentum referri debeat, ut demonstrava supr. Defin. 2. nunquam certè post terminum pro- bationis effluxum relationi locus dabatur, ut in aper- to est.

**Ita** Domini in causa Balthasar Morellens contra Balthasar Rönnings Wittben und Erben zu Zwickau/Mense Febr. Anno 1631. ( Verba sentent. Dass Beklagter dasjenige / so er zu erweisen sich angemessen / wie Recht nicht erwiesen und benbracht/ derowegen er den ihm deferirten End auff vorgehenden Richters End vorgetheue nochmals zu schwören schuldig/denselben aber ist er Klägern nunmehr zu referiren nicht befugt/ V. R. W.)

**DEFINIT. XXII.**

*Sicut nec in juramento diffessionis.*

**C**essant quoque probationes in juramento ille, quod in materia editionis instrumentorum imponitur. † Nec enim is, qui instrumenta edere, vel jurare debet, se ea non habere, nec malitiosè alienâsse, conscientiam haud probationibus liberare potest, sed præcisè jurare tenetur, Ord. processi. jud. tit. 26. in pr. vers. Noch sein Gewissen mit Beweisung vertreten. §. Es soll auch ferner vers. Noch in solchem Fall/ic. † Similiter nec audiendus est Reus, cui injuncta fuit Recognitio vel diffessio jurata alie- cujus instrumenti, si ad declinandum jusjurandum conscientiam suam probationibus liberare velit: † Ne scilicet processus executivus per ordinarias probationes in processum ordinarium committatur, atque hoc modo executio, ex instrumento garantito instituta, frivole retardetur, contra Ord. provinc. Elect. Saxon. de Anno 1555. tit. Von klar Brief und Siegel. Dan. Moller. lib. 3. semestr. 36. Jac. Schult. observ. 40. n. 12. Jac. Menoch. de adipisc. posse. Remed. 5. n. 153.

**Ita** Domini in eadem causa. ( Verba sent. Ob nun wohl sonst auch in Juramentis legalibus das Gewissen mit Beweis zu vertreten nachgelassen/ic. So ist doch solches auf das Juramentum in supplementum, oder auch auf den Fall/wenn einem Beklagten in Prozessu executivo die Recognitio instrumenti, oder eyliche Diffessio auferlegt/keinesweges zu deuten/ic.)

**DEFINIT. XXIII.**

*Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deferat, non habet regressum ad præstationem jurisjurandi.*

**E**T si Reus, cui jusjurandum est delatum, si in probationibus ad liberandam conscientiam suscepit defecit, ad præstationem ejus etiamnum admittatur b. Const. 14. supr. Defin. 18. † Secus tamen res se habet, si vel terminum probatorium elapsus fuerit, vel aliter probationem deseruerit. † Non solum enim tum à probatione ulteriori, sed etiam à juramenti præstatione exclusus est, ex Sanctione Electorali in processu judic. tit. 19. §. Wenn nur einer sich/ic. vers. Da aber derjenige/ic. † Siquidem hoc casu probatio surrogata est in locum juramenti, ut docet Jacob. Schult. in addit. ad process. Petr. Termin. c. 40. num. 8. & seq. Atqui surrogatio cum eadem temporis determinatione facta censetur, & poena, † quæ in surrogato locum habet, extenditur etiam ad illud, cui fit surrogatio, Matth. Berlich. part. 1. conclus. 33. num. 20. Domin. Cardin. Tusch. tom. 6. verb. pæna conclus. 213. num. 5.

**Ita** Domini in causa Donati Gerbers/ contra Erasmus Ludwig zu Börbig/ Mense Mart. Anno 1632. ( Verba sent. Da Beklagter an seinem Beweis/damit er sein Gewissen vertreten wollen/sich versüdet/ und nunmehr auch mit der Eyd-Leistung ferner nicht zugelassen/V. R. W.)

**DEFINIT. XXIV.**

*Conceditur tamen regressus ad præstationem juramenti delati Reo, si juramentum suppletorium ex semiplenâ probatione ipsi inunctum pro deferto habeatur.*

**S**ed aliud dicendum, si Reus quidem probationem ad liberandam conscientiam suscepit non deferuerit, sed consummaverit, etiam juramentum suppletoriū ex semiplenâ probatione sibi inunctum neglexerit: † Nihilominus tum ad præstationem juramenti delati adhuc erit admittendus, non minus ac ejus hæredes hoc casu audiendi sunt, si de credulitate jurare velint, ex dispositione Electoralis Saxonica in Ordin. processu judic. tit. 19. §.

3. Damit nun auch. ult. + Iniquum enim esset à juramento principalis præstatione excludi eum, qui in probatione legitimè processerit, eamque consummaverit, cui postea negligentia in præstatione juramenti suppletorii commissa neutquam potest nocere, + nec per hanc Reus probationem, quam semel consummavit, deserere videtur, ut merito præstatio juramenti delati adhuc locum sibi ven-

dicare possit, ex b. Constit. 14. vers. Da er gleich zu Vertretung seines Gewissens. process. jud. dict. tit. 9. S. Wann nun einen. vers. Wann er es aber. supra Defin. 18.

Ita Domini in causa Petri Alberti contra Simon Henning zu Dresden/Mense Jul. Anno 1623. Verba sentent: Dass sich Beklagter an deme thme zuckannen Juramento suppletorio versäumet/ Er wird aber den Haupt-End zu schweren nochmals billich zugelassen/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XV.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Was nach geleisteten Ehde geschehen soll?

**N**un der Beklagte den deferirten End geschworen/ so soll stracks/ Inhalts der Acten, was daranff recht ist erkannet/ und da sich gleich Kläger erbieten würde zu beweisen/dass der Beklagte unrecht geschworen / soll er doch damit nicht zugelassen werden.

### DEFINITIONES.

1. Causa jurejurando decisa, ex probationibus contrariis retractanda non est.
2. Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.
3. Ne quidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstitum juramentum.
4. Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adverse partis.
5. Retractari potest jusjurandum suppletorium ex

#### Post præstitum juramentum quid fieri debeat.



Juramentum delatum ubi præstitit reus, judex sine mora officio fungens suo ad sententiam juri & actis conformem, progrediatur, nec auctorem, si probare velit, non justè reum jurasse, audiat.

### DEFINIT. I.

Causa jurejurando decisa, ex probationibus contrariis retractanda non est.

1. Præstito juramento, non aliud queritur, quānum juratum sit, remissā quæstione an debeatur, quasi satis probatum sit jurejurando, l. non erit s. §. dato 2. ff. de jurejur. l. ii. §. 3. l. 26. l. 28. S. ult. ff. eod. tit. l. adversus 15. ff. de except. + Adeoque cœla jurejurando decisa ob probationes contrarias non retractatur, l. i. C. de reb. credit. & jurejur. Nec contra præstitum juramentum probationes in contrarium admittuntur, b. Const. 15. ubi Moll. n. 3. & s. q.
3. Andr. Rauchb. part. 2. quæf. 3. n. 32. + Quoniam imputare sibi debet, qui adversarium in causâ stiā judicem constituerit, l. i. in pr. ff. quar. rer. alt. l. si non fuerit 37. ff. de jurej. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6. + Hocque ipsum est, quod vulgo dici solet, causam jurejurando decisam perinde haberi, ac si super eā transactum fuerit, l. 2. ff. de jurejur.
5. + scilicet, quia transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindi non potest, l. sub prætextu 19. C. de trans. l. Imperatores 3. ff. eod. tit. Matth. Wesenb. in parat. ff. de jurej. n. 11. Jac. Cujac. lib. 18. observ. 35. Joh. Borch. de jurejur. c. 8. num. 54. Andr. Rauchb. dict. loc.

Ita Domini in causa Andreæ Apollomii zu Lautschkeden/ Mens. Mai. Anno 1619. (Verba sent. Habt ihr wider Conrad Menden wegen eines Stück Holzes Klage erhoben/ und ihm dieselbe in sein Gewissen / Wissenschaft und Wohlbeleistung gestellt/darauf er auch den End würklichen abgelegt/ und/ daß er bemeldetes Holz euch nicht verkauft/ geschworen/ ic. So wird er nunmehr billich dabey geschützt/ und ihr möget ein anders/ und daß Beklagter unrecht geschworen/ zu beweisen nicht zugelassen/ noch darauff etwas erkannt werden/V. R. W.)

### DEFINIT. II.

Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.

A T quid, si actor, qui juramentum detulit, in alio judicio & novâ institutâ actione contrarium ejus, quod juratum est, probare velit? + Non co: magis ipsum audiendum existimaverim, cum Dan. Moller. bic num. 15. + Tām, per text. in l. nam posse 3 quam 9. ff. de jurejur. ubi post præstitum jusjurandum actio propterea denegatur, quia sublata fuit per juramentum, tām quoad obligationem civilem, quām naturalem. Sine obligatione verō & actione nemo experiri valet, + Tām, quod juramentum habeat vim rei judicatæ, l. jusjurandum 2. sub fin. l. ult. §. 2. ff. de jurej. + At semper & ubique obstat exceptio rei judicatæ, quō minus nova actio institui possit, l. i. & tot. tit. ff. & C. de re judicat.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. So wird er nunmehr/vermidge seines geleisteten Ehdes/ bei solchem Stütze Holz billich geschützt/ und wenn ihr gleich wider ihn anderweit Klage erheben/ und daß Beklagter unrecht geschworen/vor andern Gerichten erweisen und ausführen wollet/ic. So möchte er doch damit nicht zugelassen und daranff etwas erkauft werden/ V. R. W.)

### DEFINIT. III.

Ne quidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstitum juramentum.

P Er testes de perjurio Rei probare volentem nos audiri facilius concedi potest, juxta tradita Ant. Fab. in C. l. 4. tit. 1. defin 24. n. 6. + cum nec probatio per confessionem Rei in contrarium admittatur, ut docet

docet Dan. Moll. hic n. 5. Bartol. in l. si duo patroni 13. §. idem Julianus 2. ff. de jurejur. n. 3. Quid autem si actor ex instrumentis de novo repertis aliud probare velit? † Nec tūm eum admittendum dixerim, propter generalitatem b. Conf. 15. quā inter probatio-  
nem per testes & instrumenta non distinguit, sed indifferenter verbisque generalibus probatio-  
nem contrariam rejicit; † Ergo generaliter quoque accipi debet, l. i. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem. act. Dan. Moller. hic n. 4. Andr. Rauchb. part. 2. q. 3. n. 34. Quod tamē catenū verum est, quatenus instrumenta aliquo modo sunt ambigua: † Cæteroquin, si ex novis instrumentis evidens perjurium in continent probetur, boni judicis officio incumbit, ut videat, ne ex tamē improbo delicto impium sibi lucrum quægere vixit possit, l. ult. C. de reb. cred. & jurej. † in tantum, ut etiam ex jurejurando illo solutum tanquam indebitum repeti queat, dict. l. ult. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 2.

Ita Domini in eadem causā. (Verba sentent. Und wenn Ihr gleich wider ihn anderweit Klage erhoben/ und daß Beklagter unrecht geschworen / vor andern Gerichten per Instrumenta de novo reperta oder sonstwie erweisen/ und ein anders ausführen wolle/ ic. So möchte ihr doch damit nicht zugelassen/ noch darauf etwas erkann werden/B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adverse partis.*

Aversus jusjurandum tamen à Colligante ultrò præstitum admitti potest probatio in contrarium, ut qui juravit, mendacii convincatur. & perjurii, veluti demonstrat Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 37. † Neque enim hoc jusjurandum simile est ei, quod ab adversario delatum est, in quo jurisjurandigenere, postquam juratum est, non solet facilē quæri de perjurio, l. i. C. de reb. cred. l. ult. ff. de in- lit. jur. l. 5. §. dato 2. ff. de jurej. † Scilicet quia defensum juramentum adversarium in causā suā judicem constituit, cumque eo transigit, l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. l. i. in pr. ff. quar. rer. act. l. si non fuerit 37. ff. de jurej. Ant. Fab. in C. l. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6. merito ergo facto suo contravenire prohibetur, † cum nec transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindatur, l. sub prætextu 19. C. de trans- alt. Quā ratio cum in omni juramento non à parte sed à judge, vel lege ac statuto delato celerit, † contra illud probationes contrarias p̄r testes vel instrumenta admitti, rectissimē dixeris cum Andr. Rauchb. part. 2. q. 3. n. 30. & seq. & Ludolph. Schra- der. in tract. feudal. part. 9. c. 1. n. 47. † Ergo etiam contra præstitum jusjurandum in litem quod lege defertur, ut docet eleganter Vincent. Caroc. defin. 12.

Ita Domini in causa Hermanni Eadens contra Valentini Reibolden zu Luca/Mens. Jan. Anno 1618. (Verba sentent. Daraus so viel zu besinnen/dass Beklagter mit seinem Vorbringen und Beweis/gestalten Sachen nach/büllich gehobet und zuge- lassen wird/B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumenis de novo repertis.*

Non ergo admittitur probatio contra juramen- tum delatum, propterea quod partes in ejusmodi juramento super lite transegisse videantur, l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. Defin. preced. n. 3. † Cessat verò hæc ratio in juramento necessario seu suppletorio æque ac in omni alio juramento à ju- dice delato: † Haud mirum itaque est, quod juramentum hoc ex instrumentis de novo repertis pos- sit retractari, ut recte docent Felip. in c. dilecti filii 1.

extr. de appellat. n. 4. Jac. Cujac. lib. 18. obseruat. 35. Matth. Welenb. in parat. ff. de jurejur. num. 11. Joh. Borch. de jurejur. c. 8. n. 55. & seqq. † Nec opus est hoc casu, restitutio in integrum juxta tradita. Bald. in l. sub specie 4. C. de re jud. n. 2. quem sequitur Joach. à Beust. in l. admonendi 31. n. 1001. ff. de jurejur. † Sed ipso jure competit retractatio, veluti per text. in l. cum à te pecuniam 25. ff. de dol. malo. probat benè Matth. Berlich. part. 1. conclus. 53. num. 82. † Quō & facit dict. l. admonendi 31. ubi is, qui no- va instrumenta se invenisse dicit, causam ex integro agere jubetur: † Atqui ex integro dicitur agi cau- sa, no per restitutio in integrum, sed cum senten- tia lata ipso jure nulla est, pristinaque actio & causa instituitur, perinde ac si nulla sententia lata fuisset, l. Et qui non provocaverunt 2. C. si ex fals. in- strum. l. 14. C. de transact.

Ita Domini in causa Martin Scheibens zu Hoyerswerda/ Mens. Septemb. Anno 1634. (Verba sentent. Habt ihr wider Franz Botecken Klage erhoben/ und nachdem Beklagter seine vorgesetzte Excepcionen beweisen wollen/und solche nicht plene erwiesen/ ist ihm das Juramentum in supplementum zu schwerer auferlegt worden/welches er auch würcklichen ge- leistet. Ob nun wohl sonstien wider einen geleisteten End contra- tria Probatio nicht zugelassen/ dieweil aber dennoch solches allein in deferirten Enden statt hat/aber keinesweges auf das Juramentum in supplementum zu ziehen/ ic. So werdet ihr auch/bafen ihr per Instrumenta de novo reperta nochmahlis ein anders auszuführen geweyhet/ damit billich gehört/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Sicut & juramentum purgationis.*

Prater, si post purgationem obtentam, actor novis probationibus supervenientibus uti, Re- umque pejerâsse, demonstrare velit, admittendus & intentione probata, juramentum purgatorium re- tractandum erit, Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 5. Petr. Heig. part. 1. q. 40. n. 40. & seqq. Andr. Rauchb. part. 2. q. 3. num. 30. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 7. num. 12. † Nam & hoc juramentum à judge, non à parte defertur, Heig. dict. q. 40. num. 1. Joh. Schneidew. ad §. item si quis postulante u. n. 25. inst. de action. † Quidni ergo ex novis probationibus re- tractari posset, secundum tradita supr. Defin. 4. Præ- ferrim, cum nec adhiberi soleat, nisi ad excludendam suspicionem doli, l. quoties 21. §. Prætor. ait 2. & §. quod si Reus 4. ff. de noxal. act. † cuius probatio- nem semper salvam esse oportet, l. si unus 27. §. illud nulla 3. ff. de pac. ne ob id minus puniatur, quod cum perjurio junctus esse coepit, ut scite tradit Anton. Fab. dict. defin. 5. n. 5.

Ita Domini in eadem causā. (Verba sentent. Ob nun wohl sonstien wider einen geleisteten End contra- tria Probatio nicht zugelassen/ dieweil aber dennoch solches allein in deferirten Enden statt hat/aber keinesweges auf das Juramentum Pur- gationis oder in Supplementum zu ziehen/ ic.)

## DEFINIT. VII.

*A sententiâ definitivâ super præstito juramento latam, appellare non licet.*

Etsi Dan. Moller. hic n. 7. secutus Joach. Myn- sing, cent. 2. obs. 14. contra sententiam definitivam super præstito juramento latam appellatio- nem admitti dicat, vereor tamen, † ne hac asser- tio sit periculosa ac juri contraria, propter textum in l. generaliter 12. §. sed juramento 1. & §. sive autem illatum 3. C. de reb. cred. & jurejur. ex quo manife- stum redditur, provocationi hoc casu locum haud relinqui. Nec immorit: † Tūm, quod deferens juramentum adversarium in causā suā judicem con- stitut, cuius decisio jurato acquiescere omnino co- gitur, nec illud retractare potest, l. i. C. de reb. cre- dit. l. si non fueris 37. ff. de jurejur. Anton. Fab. in C. lib.

¶ C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6. † Tum, quia jurandum eo ipso, quo præstitum est, vim rei judicatæ obtinet, l. i. ff. quar. rer. att. non l. post rem. 56. ff. de re judicat. † si non majorem auctoritatem adhuc habeat, quam res judicata, l. i. j. 2. ff. de jurejur. Non verò admittitur appellatio à re judicata. ¶ Tum, quod si appellatio admitteretur, fieri posset, ut in secunda instantia ex novis probationibus jurandum præstitum rescinderetur, contra b. Const. 15. & l. i. s. duo patroni 13. §. idem Julian. 2. ubi Jason. n. 7. ff. de jurej. Joh. Borch. in tract. de jurejur. c. 9. n. 9. & seq. Andr. Fach. in lib. 1. controv. 23. Donell. lib. 24. comm. c. 10. in fin.

Ita Domini in causa Abrahami Telligers zu Zethen/Mense Jun. A. 1629. (Verba sent. Habt ihr wider Martin Ambergern Klage erhoben/ und ihm dieselbe in sein Gewissen geschenken/ und als Beklagter den End würcklichen geleistet/ ist darauß zu Recht erkann/ und er von der Klage losgezehrt worden/ ic. So verbleibets darben billich/ und ihr seyd von solchem Urtheil zu appelliren nicht befugt/ ic.)

#### DEFINIT. VIII.

*A prestatione vero juramenti necessarii sive suppletoriī, omnino concessa est appellatio.*

¶ Sed hoc ita obtinet in juramento judiciali à parte delato, de quo loquitur l. generaliter 12. §. 1. & 3. C. de Reb. Cred. ubi propterea non permittitur provocatio, quod ferendus non sit deferens juramentum, ac postea ad appellationis veniens auxilium in his, quæ facienda ipse procuravit: † Quæ ratio cessat in juramento necessario sive in supplementum, quod non à parte, sed judge defertur. Ex quo fit, quod juramentum illud ex instrumentis, de novo repertis, retractari queat, ut dixi *supr. Definit. 5.* † Quidni ergo etiam à præstito juramento necessario sive suppletorio appellare licet, uti recte disputat Hugo Donell. lib. 24. de jurejur. cap. 11. n. 12. Joach. Mynsing. cent. 1. obs. 39. Joach. Beust. ad l. admonendi 31. n. 162. ff. de jurejur.

Ita Domini in causa Petri Lorichs contra Hansen Wagnern zu Kommisch/M. Jan. A. 1628. (Verba sent. Dass die eingewandte Appellation, gestalten Sachen nach/ zulässlichen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Formam delati vel relati jurisjurandi judex non precisè sequi cogitar.*

N On cogitur judex, quando jurare jubet eum, cui adversarius jurandum detulit, præcise sequi formam delatam, sed ejus pro arbitrio ex justâ causâ moderandæ facultatem habet, l. i. j. 2. & ad pecunias 34. §. non semper 8. ff. de jurejur. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 10. n. 1. † Quid enim, si deferens majorem jurandi solennitatem exigeret, quam pecuniæ, de qua controvertitur, quantitas, vel conditio personarum litigantium patitur? † Quid itidem, si superstitionem admixtam habeat delatio? Non certè jurans obstrictus erit ad verba à deferente prescripta jurare; sed judicis arbitrio res commitenda erit, qui pro varietate circumstantiarum face-re potest, † ut sub alienâ juretur formâ, etiam ab eo, cui relatum est juramentum (observatis tamen libelli contentis) dict. l. 34. §. non semper 8. Anton. Fab. dict. loc. n. 4. et si non debeat displicere conditio jurisjurandi ei, qui detulit, ut Ulpian. scribit in dict. l. 34. §. datur 7.

Ita Domini in causa C. R. contra P. L. zu Freyberg/Mense Nov. A. 1631. (Verba sent. Dass der referirte Haupt-End auf diese Weise abgeleget wird: Ich M. C. R. Eheweib schwere/ dennoch P. L. mir den Haupt-End/ so ich ihm deferiret/ bin wiederum juge schoben und referiret/ Inhalts der Acten und ergangenen Urtheilen/dass/ ic. (prout haben Contenta Libelli) So wahr mir Gott helfe und sein H. Wort/B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Cetera autem semper est forma juramenti calumnia.*

S Ed alia est ratio jurisjurandi calumnia, quod cum semper ad eundem finem & effectum tendat, utique eadem forma observari in hoc solet: jurat nempe is, qui defert adversario jurandum, † se non calumnia causâ reo detulisse juramentum, l. i. j. 2. & ad pecunias 34. §. qui jurandum 4. ff. de jurejur. l. delata 9. C. de reb. Credit. Jac. Beust. in rubr. n. 186. ff. de jurejur. Jacob. Schult. observ. 56. n. 4.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dass Klägers Eheweib den End vor Gefehrde in eigner Person auf diese Masse zu leisten schuldig: Ich M. C. R. Eheweib schwere/dass ich in meinen Sachen/ so viel ich wider P. L. habe/ sein Gewissen durch die Zuschiebung des Endes nicht gefährlicher Weise beschwerer habe/ sondern es davor halte/ dass solches billich von mir geschehe/ treulich und ohne Gefehrde/ so wahr mir Gott helfe und sein H. Wort/ ic.)

## CONSTITUTIO XVI.

### PARTIS PRIMÆ.

#### Bon der Beweisung und Gegen- beweisung.

**G** In ieglicher Part/ dem Beweisange afferleget/ soll innerhalb des rechtlichen Termins in sechs Wochen und dreyen Tagen nicht allein die Beweis-Articul einbringen/ sondern auch an ihm mit fleißigem Anhalten beym Richter oder Commissarien nichts erwinden lassen.

Wenn auch das Gegenthel in denen Fällen/ da die Gegen-Beweisung zulässlich/ dieselbige verführen wolte/ so soll es innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen von der Zeit an/ als ihm die Citation zu der Publication der Beweisung zukommen/ sich nicht allein dieselbige vorzunehmen erklären/ sondern auch in benannter Zeit der Gegenbeweisung Articul übergeben/ und möglichst

Fleiß

#### De probacione tam actoris

quadr. Rei.

**G** Ulicunque probatio injuncta est, is intra terminum juris Saxonici, non tantum articulos probatorios offerat, sed & in solicitando apud judicem sive ordinarium sive delegatum, diligentiam adhibeat.

Quod si etiam adversarius iis in casibus, ubi reprobatoria probatio locus est, ea uti vollet, non solum intra eundem terminum ab illo tempore, quo citatio ad publicandas attestaciones ipsi insinuata est, inchoandum, articulum suum declaret, sed & articulos reprobatorios offerat, & insuper omnem diligentiam adhibeat, ut ante præstitutum tempus finitum, reprobationes deducantur & perficiantur, quod nisi fecerit, tum ulterius, utpote ter-

Gleich anwenden / damit das Zeugniß darinnen vollendet und verführet werden möge / da solches von ihm nicht geschehe / soll der Terminus probatorius verflossen und die Gegen-Beweisung gleich der Beweisung ferner nicht zugelassen werden.

So soll auch nach der Publication und Eröffnung der Beweisung keinem Theil / er hätte von der Zeugen Aussage Abschrift bekommen oder nicht / ferner Beweisung zu führen / oder mehr Zeugen verhören zu lassen / gestattet werden.

## DEFINITIONES.

1. *Terminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, etiam in causis summariorum & incidentibus.*
2. *Sufficit tamen intra terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testimoniis offerri, licet probatio non consumetur.*
3. *Negligentia judicis in citandis & examinandis testimoniis non nocet, probationibus partiam.*
4. *Termino probatorio elapsi, ne quidem in continentia mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.*
5. *Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiamsi termino durante producens super iis fuerit protestatus.*
6. *Admituntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta.*
7. *Post terminum elapsum non potest producens variare, & vel instrumenta, vel testes denuò offerre.*
8. *Terminus probatorius strictissime observandus est, & de momento in momennum currit.*
9. *Terminus probatorius currere incipit à die pronuntiationis desertionis, Leuterationis vel Appellationis.*
10. *Vel à tempore renunciationis, si Leuterationi vel Appellationi expresse fuerit renunciatum.*
11. *Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicata, non à tempore Remissorialium.*
12. *Terminus reprobatorius currere incipit à die infra dicta citationis ad publicaudam probationem, & an dies ille computetur in terminum.*
13. *Probatione factâ per documenta, à quo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.*
14. *Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Saxonico non admittuntur, nec valet actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.*
15. *Prorogari potest terminus probatorius etiam secunda vice, modo prorogatio ante terminum elapsum petatur.*
16. *Post terminum probatorium admittitur demonstraria (die Versternigung) actoris vel Reo injuncta.*
17. *Adversus omissam probationem ex causa paupertatis, datur Restitutio in integrum.*
18. *Non facile mulier à probatione dotis illata arcenda est propter elapsum terminum probatorium.*
19. *Nec universitas ob terminum preterlapsum probationibus suis statim est privanda.*
20. *Intra terminum probationes suas producere impeditus post terminum est audiendus.*
21. *Confessio extra iudicialis à parte adversâ acceptata plena in facit probationem.*
22. *Attestationes factâ in causa possessoriis, probant etiam in iurisdictorio.*
23. *Possessio non relevat ab onere probandi, quando contra posidentem militat jus commune, vel presumptio juris.*
24. *Non sufficit in Rei vindicatione probari dominium de presertim, sed de presenti illud probandum est.*
25. *Acta publica & libri redituum pro ipsa Republica coniugis subditos non probant.*
26. *Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & nuptiam legitimam probat absq; omni alio administrando.*
27. *Credendum assertioni judicis etiam non jurata debet, que coram eo gesta sunt.*
28. *Delictum in conspectu judicis, pro tribunali sedentis commissum, absq; ulteriori aliâ probatione & processu puniri potest.*
29. *Etiam Dominus feudi testes, jurisdictioni Vasallorum subjectos, per ejusdem subsidium citare tenetur.*
30. *Factâ publicationis attestacionum, repeti possunt testes ad declarandam depositionem ambiguam.*
31. *Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium nisi fuerit remissum jurandum.*
32. *Testes haud jurati deponentes, publicatis attestacionibus, denuò subjuramento examinari debent.*
33. *Exigi potest juramentum malitia à producente peregrinos testes.*
34. *Reus suspectus, quod attestations actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusquam juramento se ab illa suspicione liberaverit.*
35. *Actor non nisi ex causa rationabili & sufficienti ad probationes in perpetuam rei memoriam, ante litigium contestationem admittitur.*
36. *Testationes ad futurum rei memoriam factâ post litem demum contestatam & Reprobationes adverse partis, sunt publicanda.*
37. *Mors regulariter non probatur per unicum testem.*
38. *Nisi mors occulta veniat probanda, puta quod quis in loco aliquo remoto, mari, acie, aut morbo contagioso obiisse dicatur.*
39. *Unius testis de proprio facto deponentis testimonio quando credendum.*
40. *Testes singulares de uno eodemque licet facto atamen de diverso loco & tempore deponentes, plene non probant.*
41. *Probatur tamen solutio & debitum ex Confessione Creditoris vel Debitoris, de qua tales in loco & tempore variant.*
42. *Varietas seu discrepancy testimoniū modica non obstat, quo minus eorundem depositio plenam faciat probationem.*
43. *Testibus inter se discrepantibus, credendum est potius juratis quam non juratis.*
44. *Credendum magis est testibus deponentibus verisimiliori ratione negotii, vel accedentis alicujus presumptionis, quam alius.*
45. *Testibus binc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.*
46. *Discrepantibus inter se testibus, judex pronunciat pro Reo.*
47. *Testis invitus ad testimonium perhibendum, certâ multâ compelli potest.*
48. *Parences pro filiis & contrâ idonei testes non sunt.*
49. *Ad-*

- 4 est, † quod nec juramentum calumnia per procuratorem vel Syndicū præstare licet, sed principales personæ etiam hoc in casu præcisè in propria persona jurare teneantur, propter generalitatem textus in art. 40. l. 1. Landr. Andr. Rauchb. part. 1. q. 8. n. 9. & 13. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. bic n. 13. Ita Domini in causa der Gemeinde zu Wuldenig contra die Gemeinde zu Röselig/ Mens. Nov. Anno 1603.

## DEFINIT. V.

*Universitates sive Collegia non nisi per Syndicos item in judicio peregere ac defendere valent.*

- 1 **S**yndicus, aut quod idem est, actor universitatis fungitur partibus procuratoris, l. item 6. §. ult. ff. quod cuiusq; univers. nom. Anton. Fab. in C. lib. 2. tit. 6. defin. 7. n. 5. At non, uti per procuratorem vel in propria persona, ita quoque universitas pro luto per Syndicū agere valet, † sed hunc constitutere necesse habet: Etenim non nisi per Syndicos Collegia & universitates item recte peragunt aut defendant, l. 1. §. quibus 1. vers. fieri oporteat ff. quod cuiusq; univers. nom. Bald. in l. cum C. 2. §. hoc etiam 5. n. 2. C. de iurejur. propt. cal. dando. Jaf. in l. 1. §. Si autem Collegium 15. n. 7. ff. ad SCrum Trebell. Andr. Rauchb. part. 2. q. 1. n. 1. Chil. König. in pract. c. 19. §. Es wird auch/rc. Matth. Welenb. in parat. 3 ff. quod cui. univ. nom. n. 4. † Ratio in promptu est, ne scilicet defensio vel actio, per plures scissa, adversarium incommode afficiat, l. Et ancillarum 27. §. ult. ff. de pecul. l. jam tamen 5. §. si tamen 7. ff. jud. salv. Rauchb. diff. q. 1. n. 3.

Ita Domini in causa Nicolai Hennicke contra des Handwerks der Becker zu Dahlen/ Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sent. Würde beklagte es Becker-Handwerk durch gewisse hierzu verordnete Syndicen erscheinen/ und ihre Leuterungs-Prosecution vom Mund aus in die Forder wiedersetzen/ und gehörlichen einbringen/ immassen ihnen vor allen Dingen zu thun oblieget / So ist Kläger sich darauff einzulassen und zu verfahren schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Constitui quoq; potest Syndicus extraneus, qui non est ex corpore universitatis.*

- 1 Non ergo universitas per Syndicos item judiciorum tractare valet, Defin. preced. Sufficit tamen, unicum saltem constitui Syndicū in causa Universitatis, ut videtur innuere b. Const. 13. vers. Und sonst dazu kein Syndicus. Chil. König. in process. c. 19. n. 3. † quantumvis communiter plures in una licet causā eligi soleant: Et quidem regulariter ex universitate, l. 4. ff. quod cuiusq; univ. nom. 3 Aretin. in §. preterea 31. n. 38. inst. de act. † quamquam si idonei in Universitate non reperiantur, extranei quoque huic muneri recte præficiuntur, arg. l. ut gradatim u. §. 1. ff. de mun. & bonor. Matth. Welenb. in parat. ff. quod cuiusq; univ. nom. u. 4. & part. 1. consil. 35. n. 17. Andr. Rauchb. part. 2. q. 1. n. 3. 4 † Sed licet in Collegio vel Universitate idonei ad sint, non tamen extraneos ab hoc munere exclusos putaverim, per text. in l. 1. §. ult. ff. quod cuiusq; univ. nom. quia Syndicus fungitur partibus procuratoris, l. item 6. §. ult. ff. quod cuiusq; univ. nom. † cuius Constitutio libera est & in arbitrio litigantium, arg. l. 1. §. usus 2. ff. de procur. l. sed si 17. §. idem Julianus 6 19. & §. seq ff. de injur. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon Elect. in Ordin. process. jud. tit. 7. §. Da nun ein Mandat. vers. Sonsten aber auch ein Syndicus/wenn er gleich nicht aus der Gemein/ oder de 7 lluniversitate ist/zugelassen werden. † Planē, etsi maximè quis concederit, regulariter extraneam personam huic muneri non esse præficiendam, femele ta-

men extraneus constitutus Syndicus ab officio repel- lendus non erit, ut bene concludit, & sententiā Wittebergensium confirmat Andr. Rauchb. dict. q. 1. n. 4. † quia multa etiam contra prohibitionem facta, firmitatem obtinent, c. ad Apostolicam 16. extr. de regad. c. 2. & 3. de claud. de spons. c. consuluit. 4. & c. pen. qui Cler. vel voventes l. patre furioso, ubi Jason. n. 12. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Würde beklagtes Becker-Handwerk durch gewisse aus ihrem Mittel/ oder auch andere Personen hierzu verordnete Syndicen erscheinen/ immassen ihnen vor allen Dingen zu thun oblieget/x.)

## DEFINIT. VII.

*Syndicus Civitatis à Consulibus & Senatoribus absq; Tribunorum plebis interventu recte constituitur.*

Q Vum Civitas universa ex mutuo, alioq; contra- ctu cum Consulibus & Senatoribus inito non obligetur, nisi civium nomine tribuni plebis consenserint, juxta tradita Dd. in l. civitas 27. ff. si cert. petat. Hartm. Pist. part. 1. queß 37. n. 1. & seq. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 348. Johan. Köpp. queß 60. num. 3. Vid. infi. p. 2. Conf. Elect. 6. Defin. 18. putaveris forsitan, † nec ad negotia in judicio pertractanda, absque interventu tribunorum plebis, Syndicum civitatis validè constituiri, quia in judiciis quasi contrahitur, l. 3. §. idem scribit. 11. ff. de pecul. † & valet alias argumentatio a contractibus ad judicia, Nicol. Everh. in Topic. loc. 36. C. 37. Sed vereor, ne subsit differentia inter contractus sive alicationes, & constitutionem Syndici: † Neminem siquidem fugit, alienationem bonorum Civitatis non nisi decreto aliisque solennitatibus adhibitis promissam esse, l. 1. & tot. tit. C. de pred. decur. fin. decret. non alien. lib. 10. & l. ult. C. de vend. reb. civit. lib. 11. † quæ tamen solennitates ad constitutionem Syndici nullibi requiruntur, quin potius hanc absque decreto valere, tradunt Bartol. & Dd. commun. in L nulli 3. & l. 4. ff. quod cuiusque univ. nom. † Ergo, non tuto à contractibus ad Syndici constitutionem, inferri poterit: Et ab ordine Decurionum benè & validè Syndicū constitui, proba extext. in l. 4. & l. 6. §. si decuriones 1. ff. quod cuiusque univ. nom. † Quidni ergo etiam nomine Civitatis à Consulibus & Senatoribus, qui vicem Decurionum hodiè gerunt, Gloss & Bartol. in Rubr. & l. orationes 33. & tot. tit. C. de decur. lib. 10. † Quæ sententia etiam, in hisce ditionibus, usu est recepta, Chil. König. in process. c. 19. n. 3. Welenb. in parat. ff. quod cuij. univ. nom. n. 4. Andr. Rauchb. part. 2. q. 1. n. 13.

Ita Domini in causa Syndicen des Raths zu Döllisch contra Joachim Seideln zu Leipzig/Mcuse Aug. Anno 1581.

## DEFINIT. VIII.

*In pagis à majore parte Incolarum Syndicus consti- tuitur, autoritate tamen Curatorum & Tutorum ex parte Viduarum & pu- pilorum.*

A Lia est ratio incolarum in pagis & villis, qui, ac cum decuriones vel tribunos non habeant, ipsi met Syndicos constituere tenentur, subscriptis Syndicatu omnium ac singulorum constituentium nominibus: † In magna tamen universitate sufficit, à majori parte Syndicos constitui, arg. l. 3. & l. 4. ff. quod cuiusq; univ. nom. Chil. König. in process. c. 19. n. 2. Matth. Welenb. in parat. ff. quod cuij. univ. nom. n. 6. † Quæ in re credendum est instrumento Syndicatus judicialiter vel à Notario confecto, etiam nulla omnia nomina sunt expressa, Bald. in l. Civitas 27. ff.

27. ff. de reb. credie. n. 13. König. & Wiesenb. ditt. loc.  
 4 Matth. Berlich. part. i. concl. 14. n. 89. † Quocunque autem modo Syndicus constituatur, ex parte Viduarum & pupillorum constituentium, autoritatem 5 Curatorum & tutorum intervenire necesse est. † Ex quo sit, quod Syndicus in judicio non admittatur, antequam una cum Syndicatu, tutoria quoque & 6 Curatoria exhibeat, ad instar procuratoris, † cum quo ratione munus Syndicus omnino convenit. 7. 8. 9. ff. quod cuj. un. nom. & ibi Matth. Berlich. in pars r. s. in fin. Ant. Fab. in C. lib. 2. tit. 6. defini. 7. 8. 9.  
 Ita Domini in causa der Cramer-Meisters contra die Posse tentatet zu Leipzig/Mense April. Anno 1635.

## DEFINIT. IX.

*Defunctis licet quibusdam personis ex universitate, baram tamen nomine Syndicus litem reassumere necesse non habet.*

- 1 **E**t si hodie defunctis litigatoribus, heredes ad processum continuandum non admittantur, priusquam illum legitimè reassumserint, Andr. Gail. lib. i. obser. 109. n. 5. supr. Constit. Elect. ii. Definit. 16.  
 2 † Attamen id ipsum extendi non debet ad casum, quo universitas per Syndicum in judicio experitur, nec si quidam ex universitate post litem motam decesserint, horum nomine Syndicus processum reassumere necesse habet, † Scilicet, quia non singulorum sed universitatis nomine agitatus, l. si munici-  
 3 p. 2. ff. quod cuj. univ. nom. † Et si aliter dicceretur, metendum esset, lites quam plurimas malitiosè in multos annos protracti, quas tamen finiti & abbreviati Reipublicæ interest, l. properandum 13. C. de judic. l. 2. C. de re judic. l. cum quis ult. in fin. C. de reb. cred. l. 10. & de transalt. c. i. de appell. in sexto l. quidam 21. ff. de reb. credit. Vent. de Valent. in parib. litig. lib. i. 5 c. 4. n. 2. † Ex quo etiam sit, quod hoc casu, Syndicatus instrumentum mutari & ab heredibus defunctorum subscribi necesse non sit, quia communitas, cuius nomine sit constitutio, semper vivere & perdurare intelligitur, l. sicut 7. §. ult. ff. quod cuj.

univ. nom. & ibi Matth. Wiesenb. in parib. n. 8. † Nec enim per mortem quorundam ex universitate videtur extinctum mandatum non tam à singulis, quam ab ipsa universitate Syndicis exhibitum, ditt. l. 2. ff. quod cuj. univ. nom.  
 Ita Domini in causa der Cramer-Meisters contra die Posse tentatet zu Leipzig/Mense April. Anno 1635.

## DEFINIT. X.

*Majore tamen universitatis parte defuncta, & litis reassumptione pariter, atq. novo Syndicatus instrumento opus erit.*

**S**ed hoc ita, si quidam duntaxat ex universitate, decesserint, ceteris majori ex parte adhuc viventibus atque collegium representantibus, Defin. preced. † Alioquin si major pars universitatis vel incolarum in villis aut pagis morte obierit, tam litem ab heredibus defunctorum reassumendam, quam ab iis instrumentum Syndicatus denuò subscribendum, vel aliud novum producendum esse, propterea dubitate non licet, † quod major saltem pars ipsum collegium vel universitatem representet, l. nulli 3. in fin. ff. quod cuj. univ. nom. Chil. König. in process. c. 10. n. 2. † Quà extincta mandatum quoque cessat, ac propterea Syndicus alterius mandati exhibitione personam suam legitimare, nec non defunctorum nomine processum reassumere necesse habet, ad instar procuratoris, cuius partibus hoc casu fungitur, l. item eorum 6. §. actor 3. ff. quod cujusq. univ. nom.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Deizis contra Georg Balthasern und Hansen Bernhard von Bickeler / ventiliata in præfectura Borbene, Mensl. August. Anno 1628. (Verba sentent. Würde angegebener Syndicus durch Vorlegung eines richtigen Syndicats/ wegen der verstorbenen Personen Erben seine Person gebührlichen legitimieren/ inmassen er zu thun pflichtig/ So wären Beklagte auf Klägers Vorbringen sich einzulassen und zu verfahren schuldig/ V. R. W.)

Et in causa etlicher Dorfschafften im Amt Sommig dönters das Handwerk der Schuster und Schneider zu Mügeln/Mensl. Jan. Anno 1620. (Verba sent Würden klagende Syndicen ihre Personen nochmäls anderer Gestalt/denn geschehen/ legitimiren/ und wegen der verstorbenen Personen den Proces gehühlich reassumiren/inmassen ihres zu thun oblieget ; So wären Beklagte/ ihres andern Vorwends ungeachtet / auf die erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XIV.

## PARTIS PRIMÆ.

Wann der Kläger dem Beklagten den Grund der Klagen in das Gewissen stellt/ und Beklagter will dasselbe mit Beweisunge vertreten/ ob dann der Kläger zur Gegen-Beweisunge auf seine Wirt zugelassen?

**S**ieweil dem Kläger gebühret/ demjenigen/ so er einmal selbst erwehet und beliebet/ nachzusezen/ auch disfalls dem Beklagten der Rechten Wohlthat nicht zu nehmen ist/ sitemal derselbige/da er gleich zu Vertretung seines Gewissens keine genugsame Beweisunge verfühet/ gleichwohl der gemelnen Practiken nach den End nochmals schweren kan/ so soll auch disfalls der Kläger mit keiner Gegen-Beweisung zugelassen/ sondern dieselbige ihm stracks ohne Witzel aberkannt und abgeschlagen werden. Desgleichen soll es auch gehalten werden/wann Kläger

Actor ubi Reo juramentum defert, & is probationibus uti, quam jurare mavult, an tum probationes ejus contrariis probationibus elidere actor cupiens audiri debeat?

**V**ulm actorem viæ, quam semel eligit, insistere oporteat, & beneficium Reo à jure concessum, quo illi, si in probatione, quā ad vitandum juramentum usus est, deficit, ad juramentum recurrere permittitur, auferendum non sit: igitur hoc in casu actorem contraria probatione uti volentem non audiri, sed præcisè hanc illi denegari præcipimus. Idem tum quoque observabitur, cum juramentum sibi delatum actori refert reus, nimis ut sine tergiversatione id præstet actor, nec ullo modo ad illud vitandum inten-

gern der Haupt-Eyd von dem Beklagten referret wird / Nemlichen / daß er auch in solchem Fall ganz keine Beweisung zu Vertretunge seines Gewissens oder zu Ergründung seiner Klagen führen möge/ sondern den referirten Eyd stracks zu leisten schuldig sey.

## DEFINITIONS.

1. *Nemo praeceps jurare cogitur, sed referre jusjurandum potest, etiam si id ab initio non petierit.*
2. *Referri autem debet jusjurandum delatum intra octiduum, quo alias citatio ad juramentum est impetranda.*
3. *Juramentum semel acceptatum referri nequit.*
4. *Praeceps à deferto praestandum est jusjurandum et relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.*
5. *Fallat à relatione jurisjurandi, deferens utrumq; juramentum calumnia & decisorium praestare tenetur.*
6. *Efficit relatio jurisjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre queat, quam jurare.*
7. *Non potest referri juramentum purgatorium vel necessarium.*
8. *Nec juramentum, quod heres ob non confessum inventarium praestare tenetur, parti adverse referri potest.*
9. *Sicuti nec juramentum diffessionis in casu non recognite scriptura vel instrumenti.*
10. *Non refertur juramentum super eo, quod alicuius conscientia tantummodo commissum fuit (Wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)*
11. *Reus juramentum super facto suo proprio sibi delatum nequit referre actori, etiam si negotium istud scientia quoque ac noticie sue fuerit commissum, (Wann ihm die Klage nicht allein in sein Gewissen/ sondern auch Wissenschaft und Wohlbewußt gestellt worden.)*
12. *Tutor pro pupillo juramentum deferre potest.*
13. *Sed & juramentum relatum tutor praestare tenetur.*
14. *Nec jurare cogitur Reus, nec jusjurandum referre, qui aliter suam intentionem vult probare, etiam si banc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.*
15. *Non potest profilire ad probationem Reus, si jusjurandum semel acceptaverit.*
16. *Non admittitur actor ad contrarias probationes, quando Reus ad juramentum declinandum intentionem suam probat.*
17. *Probationibus conscientiam defendere volens, intra octiduum se ad id offerre, & intraspacium Saxonum articulos probatorios exhibere tenetur.*
18. *Reo conscientiam probationibus defendere volenti omnibus probanti ad juramentum datur regressus.*
19. *At juramentum nequit referre Reus in probationibus succumbens.*
20. *Etsam in juramentis legalibus ad probationes profiliere licet.*
21. *Non tamen in juramento suppletorio permisum est confugere ad probationes.*
22. *Sicuti nec in juramento diffessionis.*
23. *Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deferat, non habet regressum ad prestationem jurisjurandi.*
24. *Conceditur tamen regressus ad prestationem juramenti delata Reo, si juramentum suppletorium ex semiplena probatione ipsi injunctione pro deferente habeatur.*

### DEFINIT. I.

*Nemo praeceps jurare cogitur, sed referre jusjurandum potest, etiam si id ab initio non petierit.*

1. *N*unquam in eas angustias conjiciendus est is, cui defertur jusjurandum, ut vel jurare cogatur, vel causâ cadere ; Sed permittitur illi referre jusjurandum, si malit, l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur 7. l. manifeste 38. ff. de jurej. † Sunt enim plerique tām superstitionā religione & conscientiā, ut nec, si sciant verissima esse quā affirmant, jurare tamen velint, l. qua sub conditione 8. ff. de cond. inst. l. cum quidem 21. vers. neg, enim C. de fid. instr. t̄ quibus per relationem juramenti succurrendum fuit, Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9. Joh. Schneid. in §. item 8 quis postulante ii. num. 85. inst. de act. † de quo licet quondam in foro Saxonico aliqui dubitaverint, ut videre est apud Christ. Zobel. in addit. ad Landr. lib. 1. art. 6. lit. M. & lib. 2. art. 22. lit. G. Matth. Col. part. 1. decif. 122. n. 7. & seq. † hodiē tamen res expedita est, in foro scilicet Saxonico etiam Relationem juramenti obtinere, propter text. manifestum in b. Constit. 14. vers. Desgleichen soll es auch. & in Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation, † quod verum est, etiam si in actis ab illo, cui juramentum est delatum, relatione non fuerit petita, Aut. Consult. Constit. Saxon. tom. 3. part. 3. q. 41.
2. *Ita Domini in causa Tobiz Gessels contra Heinrich Arndt. ten zu Leipzig/ Mensc Sept. Anno 1623. (Verba sent. Diemel) Beklagter auf erhobene Klage geantwortet / und derselben allenthalben nicht geständig / Kläger aber ihm auf solchen Fall die Klage in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt geschoben/rc. So ist Beklagter sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt/ jedoch auf vorgehenden End vor Gefahrde/ so Kläger zu ihm schuldig/zu eröffnen verpflichtet/ et*

wolle denn Kläger den Haupt-Eyd referiren/oder sein Gewissen mit Beweisung vertreten/damit würde er innerhalb Sächsischer Frist billich gehört und zugelassen/ ferner darauf zu beschehen/ was recht ist/ V. R. W.)

It. in causa Johann Gatzwillers contra Walther Brielan/ Mensc Mart. Anno 1621. (Verba sent. So ist Beklagter auf vorgehenden Klägers End vor Gefahrde sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt zu eröffnen schuldig/ er wolte denn Kläger den Haupt-Eyd referiren/oder sein Gewissen mit Beweis vertreten / damit würde er innerhalb Sächsischer Frist billich gehört und zugelassen/ darauf ferner zu beschehen / was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa Baltazar Schumanns contra Marthel Willischen/ Mensc Jul. Anno 1632.

### DEFINIT. II.

*Referri autem debet jusjurandum delatum intra octiduum, quo alias citatio ad juramentum est impetranda.*

**R**eferri etiam potest juramentum delatum quovis tempore, non solum in primā instantia, sed etiam si Reus ab illa sententia appellaverit, vel eam per Leuterationem suspenderit, in Leuteratione & Appellatione, Modest. Pastor. part. 2. q. 149. n. 10. & seqq. † Modo fiat relatio vel statim post factam dilationem ante sententiam interlocutoriam, in qua super delatione pronunciatum est, vel antequam illa sententia interposita Leuteratione vires rei judicatae acceperit, nisi Reus sibi expressè relationem reservaverit, Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation. vers. Soll der / welcher dem Haupt-End, Matth. Berlich. part. 1. concl. 32. n. 56. † Ita tamen, ut reservatione facta, Reus intra octiduum illud, intra quod citationem ad prestationem juramenti implorare necesse habet, supr. Const. 12. Defin. 6. sec. decla-

declarat, an juramentum referre, an verò id præstare, aut pro liberandâ conscientia probationibus uti velit; † Quod si non observaverit, relatio juramenti ulterius locum non habet, dicit. Ord. process. judic. tit. 18. §. Ferner die relation. † Ceteroquin si relatio ad octiduum illud non restringeretur, ecquis non videt, neglectum spacii hujus Reo minus nocere? † Quin & post octiduum præterlapsum, juramentum censetur expirasse: Ergò referri non poterit, quia non eptis nullæ sunt qualitates, l. § Titio 22. ff. quando dies legat. ced. l. quidam referunt 14. ff. de jure Codicilli. l. ult. ff. de collat. bonor.

Ita Domini in causa Hansen Beumels wegen seines Ehegattin contra Jonas Klingen/ Mense Mart. Anno 1602. (Verba sent. Dass Beklagter sich nunmehr an dem ihm zuverlässigen Ende und desselben Relation versäumet hat/ derowegen ist er Klägerin die libellirte 182. §. 3. gr. same dem Interesse zu zahlen/ und auch die aufgewandten Umlosten/ auf Richterliche Er müdigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Juramentum semel acceptatum referri nequit.*

**E**T si delatum jusjurandum non ita constringat Reum, ut necesse sit habeat jurare, sed id bene actori referre queat, *Defin. i.* † Attamen si semel acceptatum fuerit, Reusque jurare se declaraverit, ulterius relationi locus non est, sed jusjurandum præcisè præstandum ad instar juramenti voluntarii, quod referri nequit, *l. jusjurandum 17. in pr. ff. de jure. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 16. n. 18. & seq. Franc. Duar. in tract. de iuram. cap. 5. Hugo Donell. 3 lib. 24. comon. in tract. de jurej. c. 13. n. 8.* † Quia ab initio in voluntate & arbitrio partis fuit, juramentum delatum suscipere & acceptare vel referre: † Quod verò ab initio fuit voluntatis, si acceptetur, semel, postea sit necessitatis, *l. in commodato 17. S. scit. 3. ff. commod. l. scit. 5. C. de Oblig. & att. l. contro. Etui 23. ff. de Reg. jur. l. 1. S. si convertit 6. ff. deposit.*

Ita Domini in causa Annz. Viduz Johannis Kellers/ contra die Opperbarische und Neandrische Erben zu Heringen/ Mense Septemb. A. 1634.

## DEFINIT. IV.

*Præcisè à deferente præstandum est jusjurandum ei relatum, nec admittitur probationibus intentionem suam defendere volens.*

**Q**ui jusjurandum detulit, si ei referatur, nullo praetextu id recusare potest, *l. manifesta 38. ff. de jurej. Ant. Fab. lib. 4. Tr. 8. defin. 11. num. 39.* nec si potuit ab initio recusare, is, cui primo delatum fuit: † Hanc viam siquidem elegit deferens, eamque legem posuit, quam ipsemet transgredi nequit, *l. 1. & tot. tit. ff. quid quaque jur. l. 3. ff. de condit. inst. l. il. lud. 55. §. 1. ff. de confit. pecun.* † Præcisè ergò deferens jusjurandum sibi relativum præstare tenebitur, nec volens intentionem suam probationibus defendere audiendus erit, *b. Const. 14. vers. Desgleichen soll es auch. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 19. §. in pr. vers. Oder da ihm derselbige referret. Dan. Moller. bic. n. 2. & lib. 3. semest. 3. n. ult. Modest. Pistor. part. 1. quest. 23. n. 1. & seqq. Joach. Beust. ad rubr. ff. de jurej. n. 76. & seq. Joh. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. n. 92. inst. de action.*

Ita Domini in causa D. Joh. Rengels contra Hansen Arwolden/ M. Dec. A. 1618.

Et in causa Hansen Weinmanns Erben contra Ambrosium Sonnen/ M. Mart. A. 1630.

## DEFINIT. V.

*Factâ relatione jusjurandi, deferens utrumque juramentum & calumnia & decisorium præstare tenetur.*

**J**uramentum calumnia à solo deferente præstandum est, ut scilicet jurat, quod non malitiosè Reo

*Carp. Definit. Vol. I.*

detulerit juramentum litis decisorum: Ex quo fit, quod à Reo jusjurandum delatum referente, neque at exigi juramentum calumnia, † quia non est fermentus actor, si conditionis, quam ipse detulit, de calumnia velit jurari, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur autem 7. ff. de jurej. Christoph. Zobel. part. 1. diff. 24. n. 2. Joh. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. n. 94. inst. de act. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 130. n. 29.* † Nec absurdum erit, ut deferens hoc casu utrumque præstet juramentum, & calumnia & litis decisorum, sibi relatum, illud quidem, ut se purget à malitia, hoc verò, ut probet suam intentionem, medio eo, quod ipsemet elegit ac Reo præscripsit, Ordin. process. jud. Elect. Saxon. r. 18. §. Ferner die Relation. vers. Auf den Fall aber. Christoph. Zobel. dict. differ. 24. n. 2.

Ita Domini in causa Christiani Rechters Ehemalige contra Paul Langen zu Freyberg/ M. Mart. A. 1631. (Verba sent. Die weil Beklagter auff die erhobene Klage geantwortet/ und solcher nicht geständig auff solchen Fall aber den Grund derselben ihm in sein Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewußt gesetzt/ welchen End Beklagter Klägern hinpiederum ceteret; So ist Kläger den ihm referirten Haupt. End neben dem End vor Gefahrde/ und also benderlen End zugleich zu schwer schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Efficit relatio jusjurandi, ut infamis juramentum non magis deferre queat, quam jurare.*

**N**ON admittitur ad præstationem juramenti infamis persona, non solum quod bonæ ac integræ opinionis ac frontis esse debeat, quisquis pro alio testimonium dicit, *l. quæsum 13. ff. de testibus l. testium 18. C. eod. tit.* † quanto magis ergò ille, qui in propria causa judex constituitur *l. 1. ff. quar. rer. att. non det.* Sed etiam † quia perjurii pena præcipua ea est, ut infamis fiat, quisquis fuit perjurus, *l. 41. C. de transact. quam poenam facile quis contemnet ob infamiam suam jam aliundè contractam, l. si quis injuriat 35. ff. de injur. Bartol. in l. admonendi 31. ff. de jurej.* † Infamis itaque sicuti jurare non potest, ita nec jusjurandum deferre, ne scilicet referendi facultas ei adimatur, cui fuit delatum: † Quam ob causam non alii admittuntur ad delationem jurisjrandi, quam quibus ipsis jusjurandum referri potest, ut notat Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 9. n. 5.

Ita Domini in causa Caroli Marpens contra Matthes Wittichen/ M. August. A. 1621. (Verba sent. Dass die Eydæ. Delation, gestalten Sachen nach/ nicht statt hat/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Non potest referri juramentum purgatorium vel necessarium.*

**N**ON tamen omne jusjurandum referri potest, sed tantum judiciale, quod à parte parti deferuntur, *l. jusjurandum & ad pecunias 34. §. datur 7. l. manifesta 38. ff. de jurej. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 18. §. Ferner die Relation. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 130. n. 26. Johan. Schneidev. ad §. item si quis postulante 11. inst. de act. n. 85.* † Ergò referri non potest juramentum necessarium, nec purgatorium c. ult. extr. de jurej. quippe quæ non à parte sed à judice deferuntur, *l. in bona fidei 3. C. de reb. credit. & jurej. l. admonendi 31. ff. de jurej.* † Et cessat vel propterea relatio, quia referri nequeunt judici, ne cogatur jurare de facto & re aliena contra *l. Marcell. 11. §. jurare 2. ff. de rer. amot. att.* † Nec parti adversæ, quæ non detulit, *l. jusjurandum 34. §. 7. ff. de jurej. Rauchb. part. 2. q. 3. n. 9. Berlich. part. 1. concl. 32. n. 45. Petr. Heig. part. 1. q. 40. n. 37. Donell.*

O

lib.

lib. 24. comm. de jurej. c. 13. n. 21. Matth. Wesenb. vol. 1. consil. 3. n. 49.

Ita Domini in causa Melchior Ostens zu Calbe / Mensle Apr. Anno 1631. (Verba sent. Ist euch in Sachen Conrad Griesen/Klägern an einem/und euch Beklagten anders Theus das Juramentum purgatorium auferlegt worden: Ob ihr nun wohl solches Klägern zu referiren gemeinet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall statt hat/wenn ein Part dem andern den End deferiret/dieselbe aber ad juramenta necessaria und purgatoria keinesweges zu ziehen/ sc. So mag auch obgedachtes Juramentum purgatorium Klägern von euch beständiger Weise nicht referiret werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Nec juramentum, quod heres ob non confessum inventarium præstare tenetur, parti adversæ referri potest.*

1. **E**ademque ratio efficit, quod nec reliqua juramenta legalia, quæ à Lege vel Magistratu deferruntur, referri queant: † Non itaque audiendus est heres, qui juramentum ob non confessum inventarium præstare tenetur, si hoc parti adversæ referre velit, Matth. Col. in tract. de process. execut. part. 2. 6. 3. n. 402. & part. 1. decif. 123. n. 14. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 2. n. 46. Matth. Wesenb. vol. 1. consil. 3. n. 49. † Tum; quia juramentum illud non à parte sed lege defertur, l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. 4. † Tum, quod si aliter diceretur, pars adversa de facto alieno, ipsius nempe hæredis, jurare teneretur contra 5. l. Marcellus 11. §. jurare 2. ff. de act. rer. amot. † Tum. quia jusjurandum hoc simillimum est juramento purgatorio, quo heres, se nihil de rebus hæreditariis celâsse vel abstulisse, juratò obtinet, dict. l. ult. §. licentia 10. C. de jur. delib. Referri autem non potest juramentum purgatorium Defin. preced.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Ob ihr nun wohl solches Klägern zu referiren gemeinet/ dieweil aber dennoch die Relatio Juramenti allein in dem Fall statt hat/ wann ein Part dem andern den End deferiret; Solche Relatio aber Juramenta legalia necessaria und purgatoria, so wohl auch auf den Fall/ wenn ein Erbe sich ohne Auffrichtung eines Inventarii der Erbschaft unterfangen/und daher dieselbe eydlichen anzugezen verpflichtet/ keinesweges zu ziehen/ sc. So mag auch obgedachtes Juramentum Klägern von euch beständiger Weise nicht referiret werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Sicuti nec juramentum diffessionis in casu non recognitæ scriptura vel instrumenti.*

1. **M**inus verò dubium est, referri haud posse juramentum illud, quod quis alicui defert super editione instrumentorum, propter manifestum sanctiōnem Electoralem in Ordin. process. judic. tit. 26. §. Es soll auch ferner. vers. Und könnte ihm dem Ge- 2. genheit nicht referiren. † Sicuti nec juramentum, quo scripturam vel instrumentum quis diffiteri co- 3. gnoscere jussus est, † scilicet quia jusjurandum hoc diffessionis non tam à parte, quam jure & con- 4. suetudine Saxonica alicui imponitur, Ord. process. jud. Elector. Saxon. tit. 25. vers. Desgleichen wenn 5. der. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 43. n. 2. vers. in Elec- 6. toratu Saxonia, quo in casu relationi locus non est, 7. Defin. 7. & 8. † Ex quo etiam fit, quod instrumentum juratò diffiteri jussus jusjurandum calumniæ petere haud valeat, ut dixi supra Const. Elect. 12. De- 8. fin. 26. † Ac certè, si propria scriptura veniet reco- 9. gnoscenda, eò magis scribens ipsem jurare tenebitur, quod nemo aliis scripturam illam melius co- 10. gnoscere præsumatur.

Ita Domini in causa Melchior Werner's contra Hansen Schwendendorffers Erben/Mense Julio, Anno 1630. (Verba sent. n. Das Beklagter die Documenta sub n. 1. 2. 3. 4. §. wann solche in Originali producere werden/ zu recognosci- 11. ren oder eydlichen zu diffiteren schuldig/ mit der ausdrück- 12. lichen Verwarnung/dass im widrigen Fall dieselbe pro Reco-

gnitis gehalten/ und darauff erkannt werden soll/ und es mag das Juramentum Diffessionis Klägern nicht referiret werden/B. R. W.)

Et in causa Henrici Kochens contra Matthes Kraussen und Conforten, Mensle Jun. Anno 1631.

#### DEFINIT. X.

*Non refertur juramentum super eo, quod alicuius conscientia tantummodo commissum fuit (Wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden.)*

**E**venit aliquandò, ut is, cui à parte delatum est iusjurandum, cogatur omnimodo jurare, nec audiatur, si id referre velit, puta si actor intentionem suam soli conscientiae adversarii commiserit, non etiam simul scientiae vel notitiae ejus (Wann er die Klage allein in Gegenseitig Gewissen geschoben/nicht aber zugleich in sein Wissenschaft und Wohlbe- wust.) † Nec enim Reus juramentum hoc actori deferenti potest referre, quia factum ipsius proprium concernit, super quo tantummodo ejus conscientia onerari potuit, ut demonstravi supr. Const. Elect. 12. Defin. 39. † Sed nemo alias, quam ipsem est 3 Reus propriam suam conscientiam liberate valet, quippe qui solus facti sui proprii scientiam exactam habet, Joh. Schneidew. ad §. item si quis postulante 11. n. 90. inst. de action. ubi Matth. Wesenb. in suppl. lit. A. supr. dict. Const. 12. Defin. 39. in fin. † Quin &, si concederetur hoc casu relatio juramenti, actoris conscientiae factum alienum, nempe rei referentis, committeretur, quod neutiquam jus admittit, l. Marcell. 11. S. 1. ff. rer. amot. l. qui in alterius 42. ff. de Reg. Jur. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 18. §. Weil es aber. vers. Also dass im ersten Fall/ sc. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 15. num. 3. Schneidew. dict. loc. supr. Const. Elect. 12. Defin. 40.

Ita Domini in causa Nicolai Hofmanns contra Curatorem George Herfarts Erbweibes zu Meissen/Mense Novemb. Anno 1631. (Verba sententia. Immassen denn auch bey dem Punkt der 1700. §l. die Relatio Juramenti, weil derselbe der Klägerin allein in ihr Christliches Gewissen gestellet/nicht statt hat/und bleibt sonst/ eingewandter Leistung ungeachtet/ bey vorigem Urtheil nochmals billich/B. R. W.)

Et in causa M. Viduz D. I. S. contra VV. S. in Zwickau/ Mensl. Julio, Anno 1636. (Verba sent. Dass die von Klägern bei der Post der 200. Achl. Beklagten gethan Relatio Juramenti, weil sie ihm allein in sein Gewissen/ und nicht zugleich in seine Wissenschaft und Wohlbewusst geschoben/ nicht statt hat/B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Reus juramentum super facto suo proprio sibi delatum nequit referre actori, etiam si negotium istud scientia quog, ac notitiae sua fuerit commissum.*  
(Wann ihm die Klage nicht allein in sein Gewissen/ sondern auch Wissenschaft und Wohlbewusst gestellet worden.)

**P**rohibetur itaque relatio juramenti propterea, 1. quod super factum Rei proprium fuerit delatum, Defin. preced. † At quid si factum ejusmodi 2. Rei, non solum conscientiae, sed etiam scientiae ac notitiae illius committatur, (Wenn ihm die Klage super facto suo nicht allein ins Gewissen/ sondern auch in seine Wissenschaft und Wohlbewusst gestellet worden) quod fieri posse nemo ambigit, annon tum saltem relatio erit permissa? † Ita forsan putaveris, quia in ejusmodi juramento etiam de credulitate & notitia sola juratur, quare & super facto alieno ita juramentum deferre licet, ut appareat ex traditis, supr. Const. Elect. 12. Defin. 39. quidni ergo validè quoque referri poterit? † Nihilo minus & hoc casu relationem prohibitam, existimat rectissime Matth. Wesenb. part. 1. consil. 3. num. 5. cui

- cui ex parte assentitur Hartm. Pistor. *observat.* 184.  
 5. num. 6. † Tum, quia delatio juramenti ex animo de-  
 ferentis explicanda est, qui procul dubio super facto  
 Rei haud juramentum credulitatis, sed decisiorum  
 veritatis voluit deferre, quod super facto alieno a-  
 6. etori referri nequit, *Defin. preced.* † nec enim ali-  
 ter jurari vel referri debet, quam delatum est, l. 3. §.  
 ult. cum l. seq. ff. de jurejur. Matth. Wesenb. *dicit.*  
 7. *confi.* l. num. 50. † Tum, quia nemo de facto Rei,  
 quam ipsomet exactiorem notitiam seu scientiam  
 habere potest. Equeum igitur est, ut ipse juret de  
 proprio facto, l. Marcellus 11. §. 2. ff. de rer. amot. act.  
 8. † Tum per Gloss. germ. in art. 11. n. 4. vers. Dann ob  
 einer, lib. 3. Landr. & Gloss. latin. in art. 22. lit. H. lib. 2.  
 Landr.

Ita Domini in causa Johann Ehrenholds zu Grimme/  
 Mense Julio Anno 1605. (Verba sentent. Habt ihr hierauff  
 mehr erwehnten von Vigenburg vor dem Churfürst. Sächsi-  
 schen Ober-Hoff-Gerichte obbediunter Schulden halben be-  
 klages / und ihm diese 2. Puncta/dass er nemlich vorgedachte  
 Schreiben in seinem Rahmen zu verfertigen und euch zu  
 überschicken nicht befohlen / und dass auch auf solche Schrei-  
 ben ihm die abgeholteten Gram-Waaren nicht zukommen/  
 noch in seinem oder der Grünigen Nutzen gewendet worden/in  
 sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust gestellet/ ic.  
 So ist er darauff s. in Gewissen/weil bemeldte beyde Puncta  
 ihm allein am besten bewusst/ und sein eigen Thun betreffens/  
 zu eröffnen/oder dasselbige mit Beweiss zu vertreten schuldig/  
 und mag der defterirte End/nach Gestalt dieser Sachen/ von  
 ihm euch nicht wiederum referiret noch heingeschoben wer-  
 sen/B. R. W.)

Et in causa Melchior Schorbands / Mense August. Anno  
 1599. Verba sentent: Habt ihr in eurer vor dem Ober-Hoff-  
 Gerichte allhier angestalteten Klage Alexander von Nagwitz  
 nachfolgende Puncta in sein Gewissen/Wissenschaft und  
 Wohlbewust gestellet/ ic. So mag nach Gelegenheit ditsfalls/  
 weil ihr dessen Fac: nicht Wissenschaft haben könnet/ der  
 Haupt-End euch nicht referiret werden/ und wann ihr sol-  
 ches also in der Läuterung gebährlichen deduciret/ und obbe-  
 meldet an euch ergangen: Missiven mit den Originalien bei-  
 fürcen mürdet/ Alexander von Nagwitz auch nichts anders  
 noch erheblicher als in den übersandten Acten zu befinden/  
 darüber einbringen würde/ ic. So erschien daraus so viel/  
 das durch das Läuterungs-Urtheil das vorige/darin ihm den  
 Haupt-End euch zu referiren nachgelassen worden/ oberwohn-  
 ser massen billich erklärt würde/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

##### Tutor pro pupillo juramentum deferre potest.

1. Quidam juramentum deferre non possit, nisi qui  
 rerum administrandarum potestatem habet,  
 cuique solvi potest, l. *jusjurandum* 17. §. *pupil-*  
*lus* 1. sub fin. *junct.* §. 2. l. *servus* 20. l. 21. l. *tutor* 35. §. 1.  
 2. ff. de jurejur. † expeditum inde sit, pupillum, ut  
 qui rerum administrandarum potestatem non habet,  
 haud juramentum validè deferre, *dicit.* l. 17. §. 1. &  
 seq. Johann. Zanger. de except. part. 3. cap. 16. num.  
 42. & seq. Joach. Beust. ad l. nam posteaquam 9. §. si  
 minor. 4. ff. de jurejur. num. 1. Borch. in tract. de ju-  
 rejur. cap. 3. num. 9. † Attamen tutori permis-  
 sum est, ut nomine pupilli deferat *jusjurandum*, si  
 aliis omnibus probationibus pupillus destituatur,  
 l. *tutor. pupilli* 35. *junct.* l. 17. §. si tutor. 2. ff. de  
 jurejur. † Nam & alienare valet tutor res pupil-  
 li, eique solvi potest, & ab eo res in judicium de-  
 duci, *dicit.* §. si tutor. 2. Anton. Fab. in *Codic. lib.*  
 4. *sit. 1. definit. 20. numer. 1.* † Quidni ergo *jusju-*  
*randum* quoque deterre posset? Nec verendum,  
 ac pupillus tanquam Iesus in integrum restituatur,  
 cum nullas Iæsonis probationes habiturus sit,  
 nisi poenas ex postfacto alias supervenisse, quibus  
 uti velit, arg. l. admonendi 31. ff. de jurejur. Anton.  
 Fab. *dicit* loco.

Ita Domini in causa Hansen Frobergers zu Niemisch/  
 Mense Decembr. Anno 1629. (Verba sent. Dass ihr von we-

gen eures Mündleins wider Melchior Arndten zu Einbrin-  
 gung der geforderten Schuld-Posi Klage zu erheben/und ihm  
 diesebe in sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust zu  
 stellen wohl besugt/ ic.)

#### DEFINIT. XIII.

##### Sed & juramentum relatum tutor præstare tenetur.

- A T quid, si Reus tutori nomine pupilli *jusjuram-*  
*dum* deferenti id referre velit? † Audiendus  
 omnino erit, ac poterit tutor jurare de eo quod  
 ipse sciat, ita esse aut non esse, l. *videamus* 4. ff. de  
 in lit. jur. *junct.* l. 11. §. pen ff. *rer. amotar.* † Quin  
 &, si relatum à Reo *jusjurandum* nolit accipere  
 tutor, adigi ad hoc poterit, cum imputare sibi de  
 beat, cur detulerit, si nolebat ex relatione jurare,  
 l. si non fueris 37. ff. de jurejur. l. si fidej. 7. §. 1. ff.  
 qui satisd. cog. Anton. Fab. in *Cod. lib.* 4. *sit. 1. de-*  
*finit. 20. num. 3.* † Quod licet forsan juris regulis re-  
 pugnet, ut nempe pupilli nomine & de eâ re,  
 quam is nesciat, tutor juret, favorabiliter tamen id  
 pro pupillo receptum est, † ut & alia pleraque l. *pu-*  
*pillus* 9. ff. de *acquir. hered.* ne aliqui damno litis  
 afficiatur pupillus, si non liceat tutori *jusjurandum*  
 deferre, aut *juramentum relatum præstare*, Anton.  
 Fab. *dicit. defin. 20. num. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr send aber  
 auch/dafern Beklagter euch hinwiederum das Juramentum  
 referiret würde / solches würcklichen zu leisten schuldig/  
 B. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

##### Nec jurare cogitur Reus, nec *jusjurandum* referre, qui aliter suam intentionem vult probare, etiam si banc probationem ante latam sententiam sibi non reservaverit.

- Q UOD vulgo jactatur, manifestæ turpitudinis esse  
 solle jurare, nec *jusjurandum* referre, l. ma-  
 ntu. 11. 438. ff. de jurejur. ostendit satis nunquam ita con-  
 stringi cum, cui defertur *jusjurandum*, ut vel jura-  
 re cogatur, vel causâ cadere, quia nempe referre pot-  
 est *juramentum*, l. *jusjur.* & ad pecunias 34. §. *datur*  
 7. & §. ult. ff. de jurejur. *supr. Defin. 1.* † Sed & aliud ad-  
 huc remedium restat, scilicet probationis; Nam qui  
 intentionem suam testibus aut instrumentis proba-  
 re non diffidit, delatum sibi ab adversario *jusjurandum* nec suscipere cogitur, nec referre, l. cum qui zo-  
 vers. cum omissa ff. de jurejur. Jason. in §. item si quis po-  
 blante 11. n. 80. *inst. de action.* Ant. Fab. in *C. lib.* 4.  
 tit. 1. *defin. 3.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. num. 19.* & 21.  
 Non enim turpiter facere videri potest, sed modestè  
 potius, qui religione magis, quam conscientiâ mo-  
 tut tam facilè jurare nolit, l. que sub conditione 8. ff. de  
 cond. *inst.* l. cum guidam 21. vers. neque enim C. de fide  
 instrum. † Prudenter vero, qui nec litis victoria, quam  
 ex liquidis probationibus sibi exploratam  
 comparare possit, certò deferentis perjurio velit  
 committere, l. *jusjurandum* 34. circa pr. ff. de jure-  
 jur. Anton. Fab. *dicit. defin. 3. n. 4.* † Nec etiam in  
 foro Saxonico res aliter se habeat, ut appareat ex b.  
 Constit. 14. & *suprà Constit. Elector.* 12. in pr. Ordin.  
 process. judic. Elector. Saxon. *sit. 19.* Christoph. Zo-  
 bel. *part. 1. diff. 34.* Dan. Moller. *lib. n. 1.* & *lib. 3 semestr.*  
 3. Jacob. Schult. *observat.* 52. n. 10. & seqq. Matth.  
 Col. *part. 1. decis. 123. n. 12.* † In tantum, ut is, cui de-  
 latum est *jusjurandum*, haud p. ob. beatur profiliere  
 ad probationem suæ intentionis, etiamsi illud  
 ante sententiam latam sibi non reservaverit, nec  
 per sententiam latam id expressè permisum fue-  
 rit, ut clara habet Sanctorum Electoralis in *dicit. Ordin.*  
 process. judic. *sit. 19. vers.* Wann er ihm gleich dassel-  
 be/ ic.)

Ita Domini in causa Hansen Ladens contra Elisabetham Vi-  
duam Andreu Arnolds zu Leipzig/ Mensl. Martio, Anno 1630.  
(Verba sentent. Dieweil Beklagte auff die erhobene Klage mit  
Nicht-gestehen geantwortet/ Kläger aber auff solchen Fall ihr  
dieselbe in ihr Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbewust ge-  
feller / So ist Beklagte auff vorgehenden des Klägers End  
vor Gefahrde/ ihr Gewissen/ Wissenschaft und Wohlbe-  
wust zu eröffnen schuldig; sie wolte dann Klägern den Haupt-  
End referiren/ oder ihr Gewissen mit Beweis vertreten/ da-  
mit würde sie binnen Sächsischer Frist billich gehörer/ und zu-  
gelassen/ und ergienge darauf in der Sachen ferner/ was recht  
ist/ V. R. W.)

Et in causa Augusti & Stephani der Clamere contra Hein-  
rich Bourischen/ Mensl. April. Anno 1630.

#### DEFINIT. XV.

*Non potest profilire ad probationem Reus, si jusjurandum semel acceptaverit.*

- 1 Ed hoc ita, si Reus, cui defertur jusjurandum, id
- 2 non dum acceptaverit: † Quo facto, jurare te-  
netur, nec ulterius ad probandam suam intentio-  
nem profilire potest, Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 19. in pr. vers. Wie auch der. Matth. Ber-  
lich. part. 1. concl. 3. n. 6. Petr. Heig. part. 2. q. 4. n. 37.
- 3 & seq. † Nam quod ab initio fuit voluntatis, si ac-  
ceptetur semel, postea fit necessitatis, l. in commodato  
17. §. sicut 3. ff. commod. l. sicut 5. C. de obl. & act. l. 1.  
§. si convenit 6. ff. deposit. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.

Ita Domini in causa Annae, Vidue Hansen Kelmers, contra  
die Obrartsche und Neandrische Erben zu Heringen/ Mensl.  
Septembr. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVI.

*Non admittitur actor ad contrarias probationes,  
quando Reus ad juramentum declinandum in-  
tentionem suam probat.*

- 1 Tu quondam in foro Saxonico disceptatum  
fuerit, num actor deferens juramentum, si  
Reus intentionem suam probare conetur, ad con-  
trarias probationes sit admittendus? ut patet ex  
Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 3. q. 1. & tom. 2. part.  
2. q. 1. † Attamen decisum hodie res est, & rejiciuntur  
hoc casu contrarie actoris probationes verbis di-  
fertis, b. Const. 14. in pr. ubi Moll. n. 2. & Ord. pro-  
cess. judic. tit. 19. §. Wann nun einer. in princ. † Ne  
scilicet auferatur Reo in probationibus deficienti  
regressus ad juramentum, contra text. in c. indul-  
tum 17. de Reg. jur. in 6to. l. quod favore 6. C. de le-  
gis. † quod omnino fieret, si actor plenè vel se-  
miplenè saltem contra eum probaret, propter  
periculum perjurii, ut tradit in simili Anton. Fab.  
in C. lib. 4. tit. 1. defin. 21. Unde nulla admittuntur  
Interrogatoria specialia, sed solum generalia. De-  
cis. Elekt. noviss. 19.
- 2 Ita Domini in causa Walther Schuhmanns contra Bar-  
thol. Willischen/ Mensl. Julio, Anno 1632.
- 3 Et in causa Johannis Gaywilters contra Walther Brielen/  
Mensl. Martio, Anno 1631.

#### DEFINIT. XVII.

*Probationibus conscientiam defendere volens, intra  
ostiduum se ad id offerre, & intra spacium Saxonicum  
articulos probatorios exhibere te-  
netur.*

- 1 Non existimet Reus, cui jusjurandum delatum  
est, facultatem defendendi probationibus con-  
scientiam suam nullis prorsus legibus esse circum-  
scriptam, quod si diceretur, num malitia potius aut  
favori ipsius indulgeretur, haud immorito quis am-  
bigeret. † Certo itaque temporis spacio facultas  
probandi adstricta est, nempe ut quis intra ostidu-  
um, postquam sententia vires rei judicatae accep-  
tit, se probationibus conscientiam defendere velle  
declarat; † & deinde intra spacium Saxonicum ar-  
ticulos probatorios exhibeat, aliaque faciat, quæ ad

probationem requiruntur, Process. judic. Elect. Saxon. tit. 19. in pr. vers. Gedoch daß er sich des-  
sen/ ic. † Ex quo inferendum, post elapsum octi-  
duum, Reum ad probationem ulterius non admit-  
ti, etiam si articulos probatorios infra spacium Saxo-  
nicum exhibeat.

Ita Domini in causa Christophori Dachstlers contra Vi-  
duam Obiliiani Schulzens zu Freyberg/ Mensl. Nov. Anno  
1630. (Verba sentent. Und weil Beklagter auff angestalte Klä-  
ge mit Nicht-gestehen geantwortet / So ist seine Pflegefrau  
darauff ihr Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust, dahin  
es ihr gestalt/ ihres gehanen Vorwendens ungeachtet/ zu er-  
öffnen schuldig / Sie wolte dann solchen End Klägern wieder-  
um heimschreiben/ oder ihr Gewissen mit Beweis vertreten/  
damit würde sie binnen Sächsischer Frist billich gehörer/ und  
ergienge hierauf alsdann in der Sachen ferner/ was recht ist/  
V. R. W.)

Et in causa Christinen Anshelms contra Hansen Hennig-  
ken zu Leipzig/ Mensl. April. Anno 1602. (Verba sentent. Das  
Beklagter sich nun mehr an dem ihm zuerkannten Ende ver-  
säumt hat/ und ist daher auch sein Gewissen mit Beweisung  
zu vertreten nicht zulässlich.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Reo conscientiam probationibus defendere volenti at-  
tributib[us] probanti ad juramentum darur re-  
gressus.*

Si Reus, cui jusjurandum fuit delatum, consci-  
entiam suam probationibus liberaverit, atque  
id, super quo ei juramentum deferebatur, sufficien-  
ter probaverit, quin statim à juramento libera-  
tur, nec jurare necesse habeat, dubitandum non est,  
Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 19. §. Wenn nun  
einer, vers. Und da der Zeug-Führer. † At si in pro-  
bationibus defecerit, ad juramentum ei dabatur re-  
gressus, & si obtinere velit, adhuc jurare tenebitur,  
b. Const. 14. ubi Dan. Moller. num. 1. Process. jud. dict.  
tit. 19. §. Wenn nun einer. vers. Wenn er es aber,  
Andr. Rauchb. part. 1. quast. 3. num. 29. Matth. Coler.  
part. 1. decif. 123. num. 124.

Ita Domini in causa Walther Mörells contra Walther  
Mönning's Wittben und Erben zu Zwickau/ Mensl. Febr.  
Anno 1631. Verba sentent. Das Beklagter dasjenige/ so er zu  
erweisen sich angemessen/ wie recht nicht erwiesen noch beho-  
bracht/ derowegen er den ihm deferten End auff vorgehen-  
den Klägers End vor Gefahrde nochmals zu schweren schul-  
dig/ V. R. W.)

Et in causa Gregor. Thomassen contra Andream Künnen  
zu Schleinitz/ Mensl. Mart. Anno 1632. (Verba sentent. Das Klä-  
ger dasjenige/ so ihm zu Vertretung seines Gewissens zu er-  
weisen obgelegen/ und er sich angemessen/ wie Recht nicht er-  
wiesen/ derowegen ist er auff Beklagten vorgehenden End  
vor Gefahrde/ sein Gewissen/Wissenschaft und Wohlbewust  
nochmals zu eröffnen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

*At juramentum nequit referre Reus in probationi-  
bus succumbens.*

Quid verò, si Reus, cui juramentum fuit delatum,  
in probationibus ad exonerandam conscientiam  
suscepit succumbens, jusjurandum alteri ve-  
lit referre? † Neutquam audiendus erit: Ec-  
quis enim non animadvertisit, Reum hoc casu o-  
nus sive jurandi sive probandi semel in se suscep-  
isse, quod propterea in actorem postea transfe-  
re haud valet, † quia quod ab initio fuit volun-  
tatis, post acceptationem factum est necessitatis,  
l. sicut 5. C. de O. & A. l. in commodato 17. S. sicut  
3. ff. commodat. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.  
† Et cum intra ostiduum illud post latam senten-  
tiam, quo alias Citatio ad jurandum est impetranda,  
juramentum referri debeat, ut demonstravi  
supr. Defin. 2. nunquam certè post terminum pro-  
bationis effluxum relationi locus dabatur, ut in aper-  
to est.

Ita Domini in causa Balthasar Morellens contra Balthasar Rönnings Wittben und Erben zu Zwickau/Mense Febr. Anno 1631. ( Verba sentent. Dass Beklagter dasjenige / so er zu erweisen sich angemessen / wie Recht nicht erwiesen und behaucht / derowegen er den ihm deferirten End auff vorgehenden Klägers End vor Gefehrde nochmals zu schweren schuldig/denselben aber ist er Klägern nunmehr zu referire nicht befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Etiam in juramentis legalibus ad probationes profilire licet.*

- N**on solum is, cui juramentum judiciale delatum fuit, à parte adversa, sed etiam, cui juramentum aliquod legale à judice injunctum est, ad probationes profilire, conscientiamque suam probationibus defendere valet, ex sanctione Electorali manifesta in Ordin. processi. judic. tit. 19. §. Wann nun einer. vers. welcher Regress auch & vers. Also auch wann einem. † Cui consequens est, in juramento purgatorio, de quo vide infra Const. Elect. 22. Defin. 16. & minorationis, Reo ad probationes confugere, & damnum datum non esse probare licere, Dan. Moll. lib. 3. semestr. 38. num. 3. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 33. n. 4. † Idemque dicendum eo in casu, quô alicui in defectum inventarii res hæreditarias mediante juramento manifestare fuit injunctum, disertis verbis ita disponente Electore Illustrissimo in dict. vers. welcher Regress auch ibi: Als wann einem in Mängelung eines zu Rechte beständigen Inventarii, vermittelst Eydies res hereditarias zu specificieren afferlegt wird/un andern dergleichen Fällen/darinne die Vertretung des Gewissens statt hat. † Quia & deficiunt in probationibus Reo, ad juramenta ejusmodi legalia regressum dari, manifestum est ex dict. vers. Welcher Regress auch in juramentis legalibus observaret werden soll.

Ita Domini in causa Hansen Remens zu Bremisch/Mense Februar. Anno 1612. ( Verba sentent. Habt ihr in Sachen euch Klägern an einem/und Benedix Rambachen Beklagten anders Theils/Beweis geführt/ und demnach ihr den Grund eurer Klage nur semiplenè erwiesen/ist euch der End in Supplementum querant worden ; Ob nun wohl sonst auch in Juramentis legalibus das Gewissen mit Beweis zu vertreten nachgelassen/ce.

#### DEFINIT. XXI.

*Non tamen in juramento suppletorio permisum est confugere ad probationes.*

- E**xciendum tamen est juramentum necessarium sive suppletorium, quod jurare jussus neutiquam averttere potest, etiam intentionem suam probare velit: † Etenim, cum hoc juramentum non nisi in defectum plenè probationis deferatur, unde & suppletorium vocari solet, c. sicut consuetudo & extr. de probat. Pacian. de probat. lib. 1. c. 32. n. 18. & seqq. † Frustra certè quis ad illud refugium quaret, quod antea perficere & praestare non potuit, ut notat Marsil. confil. 51. n. 17. † Ac esto, ut is, qui antea semiplenè probaverit, ac cui juramentum hoc in supplementum fuerit delatum, alias testes, documenta & similia, quibus jam suam intentionem plenè probare posset, noviter repeterit, ad probandum tamen vel propterea haud admittendus erit, † quia terminus probatorius semel est elapsus, quo in casu ulterior probatio recipienda non est, König. in process. c. 71. n. 4. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 36. post pr.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sententia: So ist doch solches auf das Juramentum in Supplementum keineswegs zu deuten/ce. Derwegen ihr gestalten Sachen nach den End zu leisten schuldig/und möget euer Gewissen mit Beweis zu vertreten/bevorans weil ihr zuvor allbereit Beweis geführet/nicht zugelassen werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Sicuti nec in juramento diffessionis.*

**C**essant quoque probationes in juramento illo, quod in materia editionis instrumentorum imponitur. † Nec enim is, qui instrumenta edere, vel jurare debet, se ea non habere, nec malitiosè alienâsse, conscientiam haud probationibus liberare potest, sed praeceps jurare tenetur, Ord. processi. jud. tit. 26. in pr. vers. Noch sein Gewissen mit Beweis vertreten. & §. Es soll auch ferner vers. Noch in solchem Fall/ce. † Similiter nec audiendus est Reus, cui injuncta fuit Recognitio vel diffessio jurata alijcujus instrumenti, si ad declinandum jusjurandum conscientiam suam probationibus liberare velit: † Ne scilicet processus executivus per ordinarias probationes in processum ordinarium committatur, atque hoc modo executio, ex instrumento garantigato instituta, frivole retardetur, contra Ord. provinc. Elect. Saxon. de Anno 1555. tit. Von klar Brief und Siegel. Dan. Moller. lib. 3. semestr. 36. Jac. Schult. observ. 40. n. 12. Jac. Menoch. de adipise possess. Remed. 5. n. 153.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Ob nun wohl sonst auch in Juramentis legalibus das Gewissen mit Beweis zu vertreten nachgelassen/ce. So ist doch solches auf das Juramentum in supplementum, oder auch auf den Fall/wenn einem Beklagten in Processu executivo die Recognitio instrumenti, oder eyliche Diffessio afferlegt/keineswegs zu deuten/ce.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Reus conscientiam probationibus defendere volens, si probationem deferat, non habet regressum ad præstationem jurisjurandi.*

**E**T si Reus, cui jusjurandum est delatum, si in probationibus ad liberandam conscientiam suscepit defecit, ad præstationem ejus etiamnum admittatur b. Const. 14. supr. Defin. 18. † Secus tam res se habet, si vel terminum probatorium elapsus fuerit, vel aliter probationem deseruerit. † Non solum enim tum à probatione ulteriori, sed etiam à juramenti præstatione exclusus est, ex Sanctione Electorali in process. judic. tit. 19. §. Wenn nur einer sich/ce. vers. Da aber derjenige/ce. † Siquidem hoc casu probatio surrogata est in locum juramenti, ut docet Jacob. Schult. in addit. ad process. Petr. Termin. c. 40. num. 8. & seq. Atqui surrogatio cum eadē temporis determinatione facta censetur, & poena, † qua in surrogato locum habet, extenditur etiam ad illud, cui fit surrogatio, Matth. Berlich. part. 1. conclus. 33. num. 20. Domin. Cardin. Tusch. tom. 6. verb. poena conclus. 213. num. 5.

Ita Domini in causa Donati Gerbers/ contra Erasmus Ludwigen zu Börbig/Mense Mart. Anno 1612. ( Verba sentent. Da Beklagter an seinem Beweis/damit er sein Gewissen vertreten wollen/sich versäumet/ und nunmehr auch mit der Eyd/Leistung ferner nicht zugelassen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Conceditur tamen regressus ad præstationem juramenti delati Reo, si juramentum suppletorium ex semiplenâ probatione ipsi injunctum pro deferito habeatur.*

**S**ed aliud dicendum, si Reus quidem probationem ad liberandam conscientiam suscepit non deferuerit, sed consummaverit, attamen juramentum suppletoriū ex semiplenâ probatione sibi injunctum neglexerit: † Nihilominus tum ad præstationem juramenti delati adhuc erit admittendus, non minus ac ejus hæredes hoc casu audiendi sunt, si de credulitate jurare velint, ex dispositione Electorali Saxonica in Ordin. process. judic. tit. 19. §.

3. Damit nun auch. ult. + Iniquum enim esset à juramenti principalis præstatione excludi eum, qui in probatione legitimè processerit, eamque consummaverit, cui postea negligentia in præstatione juramenti suppletorii commissa neutquam potest nocere, + nec per hanc Reus probationem, quam semel consummavit, deserere videtur, ut meritò præstatio juramenti delati adhuc locum sibi ven-

dicare possit, ex b. Constit. 14. vers. Da er gleich zu Vertretung seines Gewissens, process. jud. dict. tit. 9. S. Wann nun einen. vers. Wann er es aber. supra Defin. 18.

Ita Domini in causa Petri Alberts contra Simon Hempen zu Dresden/Mense Jul. Anno 1623. Verba sentent: Dass sich Beklagter an deme ihm zuerkannen Juramento suppletorio versäumet/ Er wird aber den Haupt-End zu schweren nochmals billich zugelassen/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XV.

### PARTIS PRIMÆ.

Was nach geleisteten Enden geschehen soll?

**D**ann der Beklagte den deferirten End geschworen/ so soll stracks/ Inhalts der Acten, was darauff recht ist erkannit/ und da sich gleich Kläger erbieten würde zu beweisen/ dass der Beklagte unrecht geschworen/ soll er doch damit nicht zugelassen werden.

### DEFINITIONES.

1. *Causa jurejurando decisa, ex probationibus contrariis retractanda non est.*
2. *Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.*
3. *Ne quidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstitum juramentum.*
4. *Contra præstatum tamen juramentum in litem admittitur probatio adverse partis.*
5. *Retractari potest jusjurandum suppletorium ex*

#### DEFINIT. I.

*Causa jurejurando decisa, ex probationibus contrariis retractanda non est.*

- P**ræstito juramento, non aliud queritur, quācum num juratum sit, remissā quæstione an debeatur, quasi satis probatum sit jurejurando, l. non erit s. §. dato 2. ff. de jurejur. l. 11. §. 3. l. 26. l. 28. §. ult. ff. eod. 2. tit. l. adversus 15. ff. de except. + Adeoque caula jurejurando decisā ob probationes contrarias non retractatur, l. i. C. de reb. credit. & jurejur. Nec contra præstatum juramentum probationes in contrarium admittuntur, b. Constit. 15. ubi Moll. n. 3. & si q. 3. Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 3. n. 32. + Quoniam imputare sibi debet, qui adversarium in causā suā judicem constituerit, l. i. in pr. ff. quar. rer. act. l. si non fueris 37. ff. de jurej. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6. + Hocque ipsum est, quod vulgo dicitur, causam jurejurando decisam perinde haberi, ac si super eā transactum fuerit, l. 2. ff. de jurejur. 5. + scilicet, quia transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindi non potest, l. sub prætextu 19. C. de trans. l. Imperatores 3. ff. eod. tit. Matth. Wesenb. in parat. ff. de jurej. n. 11. Jac. Cujac. lib. 18. observ. 35. Joh. Borch. de jurejur. c. 8. num. 54. Andr. Rauchb. dict. loc.

Ita Domini in causa Andrew Apollomii zu Lauthstedt/ Mensl. Maj. Anno 1619. (Verba sentent. Habt ihr wider Conrad Menden wegen eines Stück Holzes Klage erhoben/ und ihm dieselbe in sein Gewissen / Wissenschaft und Wohlbe- wüsst gestellt/ darauff er auch den End würcklich abgeleget/ und/ dass er bemeldtes Holz euch nicht verkauft/ geschworen/ ic. So wird er nunmehr billich daben geschützt/ und ihr möget ein anders/ und dass Beklagter unrecht geschworen/ zu beweisen nicht zugelassen/ noch darauf etwas erkannt wer- den/ V. R. W.)

**P**ost præstatum juramentum quid fieri debeat.



Juramentum delatum ubi præstitit reus, judex sine mora officio fungens suo ad sententiam juri & actis conformem, progrediatur, nec auctorem, si probare velit, non justè reum jurasse, audiat.

#### DEFINIT. II.

*Nec admittitur actor, si in alio judicio, & novâ institutâ actione contrarium probare velit.*

**A**t quid, si actor, qui juramentum detulit, in alio judicio & novâ institutâ actione contrarium ejus, quod juratum est, probare velit? + Non enim magis ipsum audiendum existimaverim, cum Dan. Moller. hic num. 15. + Tamen, per text. in l. nam posse quam 9. ff. de jurejur. ubi post præstatum jusjurandum actio propterea denegatur, quia sublata fuit per juramentum, tam quoad obligationem civilem, quam naturalem. Sine obligatione vero & actione nemo experiri valet, + Tamen, quod juramentum habeat vim rei judicatae, l. jusjurandum 2. sub fin. l. ult. §. 2. ff. de jurej. + At semper & ubique obstat exceptio rei judicatae, quod minus nova actio institui possit, l. i. & tot. tit. ff. & C. de re judicatae.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. So wird er nunmehr vermbge seines geleisteten Endes/ bey solchen Stücks Holz billich geschützt/ und wenn ihr gleich wider ihn anderweit Klage erheben/ und dass Beklagter unrecht geschworen/ vor andern Gerichten erweisen und ausführen möglet/ ic. So möchte ihr doch damit nicht zugelassen und darauff etwas erkannt werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. III.

*Ne quidem ex instrumentis de novo repertis contrarium probari potest contra præstatum juramentum.*

**P**er testes de perjurio Rei probare volentem non audiri facilius concedi potest, juxta tradita Ant. Fab. in C. l. 4. tit. 1. defin 24. n. 6. + cum nec probatio per confessionem Rei in contrarium admittatur, ut docet

doct Dan. Moll. *bic n. 5.* Bartol. *in l. si duo patroni 13. §. idem Julianus 2. ff. de jurejur. n. 3.* Quid autem si actor ex instrumentis de novo repertis aliud probare velit? † Nec tūm eum admittendum dixerim, propter generalitatem b. *Conf. 15.* quæ inter probationem per testes & instrumenta non distinguit, sed indifferenter verbisque generalibus probatio nem contraria rejicit; † Ergo generaliter quoque accipi debet, *l. i. §. generaliter 1. ff. de legat. prest. l. 8. ff. de publ. in rem. aet. Dan. Moller. bic n. 4.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 34.* Quod tamē eatenus verum est, quatenus instrumenta aliquo modo sunt ambigua: † Ceteroquin, si ex novis instrumentis evidens perjurium in continent probetur, boni judicis officio incumbit, ut videat, ne ex tām improbo delicto impium sibi lucrum quāgere vīctor possit, *l. ult. C. de reb. cred. & jurej.* † in tantum, ut etiam ex jurejurando illo solutum tanquam indebitum repetiti queat, *dīct. l. ult. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 2.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Und wenn Ihr gleich wider ihn anderweit Klage erhoben/ und daß Beklagter unrecht geschworen/ vor andern Gerichten per Instrumenta de novo reperta oder sonstigen erweisen/ und ein anders ausführen woltet/ ic. So möchteet ihr doch damit nicht zugelassen/ noch darauff etwas erkannt werden/B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Contra præstitum tamen juramentum in litem admittitur probatio adverse parsis.*

**A**DVERSUS JUSJURANDUM TAMEN à COLLITIGANTE. Ultrò præstitum admitti potest probatio in contrarium, ut qui juravit, mendacii convincatur & perjurii, veluti demonstrat Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 37.* † Neque enim hoc jusjurandum simile est ei, quod ab adversario delatum est, in quo jurisjurandum genere, postquam juratum est, non solet facile queri de perjurio, *l. i. C. de reb. cred. l. ult. ff. de in- lit. jur. l. 5. §. dato 2. ff. de jurej.* † Scilicet quia defensum juramentum adversarium in causā suā judicem constituit, cumque eo transigit, *l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. l. i. in pr. ff. quar. rer. act. l. si non fuerit 37. ff. de jurej.* Ant. Fab. *in C. l. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6.* meritò ergo facto suo contravenire prohibetur, † cūm nec transactio sub prætextu novorum instrumentorum rescindatur, *l. sub prætextu 19. C. de trans- alt. Quæ ratio cum in omni juramento non à parte fed à judge, vel lege ac statuto delato celerit,* † contra illud probationes contrarias per testes vel instrumenta admitti, rectissimè dixeris cum Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. n. 30. & seqq. & Ludolph. Schra- der. in tract. feudal. part. 9. c. n. 47.* † Ergo etiam contra præstitum jusjurandum in litem quod lege defertur, ut docet eleganter Vincent. Caroc. *de- cisi. 12.*

Ita Domini in causa Hermanni Ladens contra Valentini Reibolden zu Enco/Mens. Jan. Anno 1628. (Verba sentent. Daraus so viel zu befinden/dass Beklagter mit seinem Vorbringen und Beweis/gesetzten Sachen nach/billig gehobt und zugelassen wird/ B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Retractari potest jusjurandum suppletorium ex instrumenis de novo repertis.*

**N**ON ergo admittitur probatio contra juramentum delatum, propterea quod partes in ejusmodi juramento super lite transegisse videantur, *l. admonendi 31. sub fin. ff. de jurej. Defin. preced. n. 3.* † Cessat vero hæc ratio in juramento necessario seu suppletorio æque ac in omni alio juramento à jure dice delato: † Haud mirum itaque est, quod juramentum hoc ex instrumentis de novo repertis possit retractari, ut recte docent Felip. *in c. delecti filii 1.*

extr. de appellat. n. 4. Jac. Cujac. *lib. 18. obseruat. 35.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de jurejur. num. 11.* Joh. Borch. *de jurejur. c. 8. n. 55. & seqq.* † Nec opus est hoc casu, restitutio in integrum juxta tradita Bald. *in l. sub specie 4. C. de re jud. n. 2.* quem sequitur Joach. à Beust. *in l. admonendi 31. n. 1001. ff. de jurejur.* † Sed ipso jure competit retractatio, veluti per text. *in l. cum à te pecuniam 25. ff. de dol. malo. probat benè Matth. Berlich. part. 1. conclus. 53. num. 82.* † Quo & facit dīct. l. admonendi 31. ubi is, qui nova instrumenta se invenisse dicit, causam ex integro agere jubetur: † Atqui ex integro dicitur agi causa, no per restitutio in integrum, sed cūm sententia lata ipso jure nulla est, primitaque actio & causa instituitur, perinde ac si nulla sententia lata fuisset, *l. Et qui non provocaverunt 2. C. si ex falsi. instrum. l. 14. C. de transalt.*

Ita Domini in causa Martin Scheibens zu Hoyerswerda/ Merse Septemb. Anno 1634. (Verba sentent. Habt ihr wider Franz Botecken Klage erhoben/ und nachdem Beklagter seine vorgeschünte Exceptionen bewiesen wollen/und solche nicht plene erwiesen/ ist ihm das Juramentum in supplementum zu schweren auferlegt worden/welches er auch würdlichen geleistet. Ob nun wohl sonstigen wider einen geleisteten End contraria Probatio nicht zugelassen/ dieweil aber dennoch solches allein in deferitum Enden statt hat/aber keinesweges auf das Juramentum in supplementum zu ziehen/ic. So werdet ihr auch/dafern ihr per Instrumenta de novo reperta nochmals eti anders auszuführen gemeinet/ dannic billich gehöret/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Sicuti & juramentum purgationis.*

**P**Ariter, si post purgationem obtentam, actor novis probationibus supervenientibus uti, Remque pejerässie, demonstrare velit, admittendus & intentione probata, juramentum purgatorium retractandum erit, Ant. Fab. *in C. lib. 4. tit. 1. defin. 5.* Petr. Heig. *part. 1. q. 40. n. 40. & seqq.* Andr. Rauchb. *part. 2. q. 3. num. 30.* Andr. Gail. *lib. 2. de pac. publ. c. 7. num. 12.* † Nam & hoc juramentum à judge, non à parte defertur, Heig. *dīct. q. 40. num. 1.* Joh. Schneidew. *ad §. item si quis postulante u. n. 25. inst. de action.* † Quidnisi ergo ex novis probationibus retractari posset, secundum tradita *supr. Defin. 4.* Præferrim, cum nec adhiberi soleat, nisi ad excludendam suspicionem doli, *l. quoties 21. §. Pretor. ait 2. & §. quod si Reus 4. ff. de noxal. aet.* † cuius probacionem semper salvam esse oportet, *l. si unus 27. §. illud nulla 3. ff. de pac.* ne ob id minus puniatur, quod cum perjurio junctus esse coepit, ut scite tradit Anton. Fab. *dīct. defin. 5. n. 5.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun wohl sonstigen wider einen geleisteten End contraria Probatio nicht zugelassen/ dieweil aber dennoch solches allein in deferitum Enden statt hat/aber keinesweges auf das Juramentum Purgationis oder in Supplementum zu ziehen/ic.)

## DEFINIT. VII.

*A sententiā definitivā super præstito juramento latam, appellare non licet.*

**E**TI Dan. Moller. *bic n. 7.* secutus Joach. Mynt sing. cent. 2. obs. 14. contra sententiam definitivam super præstito juramento latam appellacionem admitti dicat, vereor tamen, † ne hæc assertio sit periculosa ac juri contraria, propter textum in *l. generaliter 12. §. sed juramento 1. & §. sive autem illatum 3. C. de reb. cred. & jurejur.* ex quo manifestum redditur, provocationi hoc casu locum haud relinqui. Nec immoritò: † Tūm, quod deferens juramentum adversarium in causā suā judicem constitut, cuius decisio jurato acquiescere omnino cogitur, nec illud retractare potest, *l. i. C. de reb. cred. l. si non fuerit 37. ff. de jurejur.* Anton. Fab. *in C. lib.*

- ¶ C. lib. 4. tit. 1. defin. 26. n. 6. † Tum, quia iusjurandum eo ipso, quo præstitum est, vim rei judicatae obtinet, l. 1. ff. quar. rer. act. non l. post rem. 56. ff. de re. 5. judicat. † si non majorem auctoritatem adhuc habeat, quam res judicata, l. iusjurandum 2. ff. de jurejur. Non vero admittitur appellatio à re judicata. ¶ Tum, quod si appellatio admitteretur, fieri posset, ut in secunda instantia ex novis probationibus iusjurandum præstitum rescinderetur, contra b. Const. 15. & L. si duo patroni 13. §. idem Julian. 2. ubi Jason. n. 7. ff. de jurejur. Joh. Borch. in tract. de jurejur. c. 9. n. 9. & seq. Andr. Fach. in lib. 1. controv. 23. Donell. lib. 24. comm. c. 10. in fin.

Ita Domini in causa Abrahami Lætigera zu Zetzen/Mense Jun. A. 1629. (Verba sent. Habe ich wider Martin Amborgern Klage erhoben/ und ihm dieselbe in sein Gewissen geschoben/ und als Beklagter den End würklichen geleistet/ ist darauß zu Recht erkannt/ und er von der Klage losgezehlet worden/ ic. So verbleibets darben billich/ und ihr seid von solhem Urtheil zu appelliren nicht befugt/ ic.)

#### DEFINIT. VIII.

*A prestatio vero iuramenti necessarii sive suppletori, omnino concessa est appellatio.*

- ¶ Sed hoc ita obtinet in juramento judiciali à parte delato, de quo loquitur l. generaliter 12. §. 1. & 3. C. de Reb. Cred. ubi propterea non permittitur provocatio, quod ferendus non sit deferens juramentum, ac postea ad appellationis veniens auxilium in his, quæ facienda ipse procuravit: † Quæ ratio cessat in juramento necessario sive in supplementum, quod non à parte, sed judge defertur. Ex quo fit, quod juramentum illud ex instrumentis, de novo repertis, retractari queat, ut dixi *supr. Definit. 5.* ¶ Quidni ergo etiam à præstito juramento necessario sive suppletorio appellare licet, ut rectè disputat Hugo Donell. lib. 24. de jurejur. cap. 11. n. 12. Joach. Mynsing. cens. 1. obs. 39. Joach. Beust. ad l. admonendi 31. n. 162. ff. de jurejur.

Ita Domini in causa Petri Lætigera contra Hansen Wagner zu Kommisch/ M. Jan. A. 1628. (Verba sent. Dass die eingewandte Appellation, gestalten Sachen nach/ zulässlichen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Formam delati vel relati iusjurandi judex non præcisè sequi cogitur.*

## CONSTITUTIO XVI.

### P A R T I S P R I M Æ.

#### Von der Beweisung und Gegenbeweisung.

**D**in ieglicher Part/ dem Beweisunge afferleget/ soll innerhalb des rechtlichen Termins in sechs Wochen und dreyen Tagen nicht allein die Beweis-Articul einbringen/ sondern auch an ihme mit fleißigem Anhalten beym Richter oder Commissarien nichts erwinden lassen.

Wenn auch das Gegenthell in denen Fällen/ da die Gegen-Beweisung zulässlich/ dieselbige verführen wolte/ so soll es innerhalb 6. Wochen und 3. Tagen von der Zeit an/ als ihm die Citation zu der Publication der Beweisung zukommen/ sich nicht allein dieselbige vorzunehmen erklären/ sondern auch in benannter Zeit der Gegenbeweisung Articul übergeben/ und möglichen

Sleip

**N**on cogitur judex, quando jurare iubet etum, cui adversarius iusjurandum detulit, præcise sequi formam delatam, sed ejus pro arbitrio ex justa causâ moderandæ facultatem habet, l. iusjurandum. & ad pecunias 34. §. non semper 8. ff. de jurejur. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 1. defin. 10. n. 1. † Quid enim, si deferens majorem jurandi solennitatem exigeret, quam pecunie, de qua controvertitur, quantitas, vel conditio personarum litigantium patitur? † Quid itidem, si superstitionem admixtam habeat delatio? Non certe jurans obstrictus erit ad verba à deferente præscripta jurare; sed judicis arbitrio res commitenda erit, qui pro varietate circumstantiarum facere potest, † ut sub alienâ juretur formâ, etiam ab eo, cui relatum est juramentum (observatis tamen libelli contentis) dict. n. 34. §. non semper 8. Anton. Fab. dict. loc. n. 4. etsi non debeat displicere conditio iurisjuriandi ei, qui detulit, ut Ulpian. scribit in dict. l. 34. §. datnr 7.

¶ Ita Domini in causa C. R. contra P. L. zu Grenberg/Mense Nov. A. 1631. (Verba sent. Dass der referirte Haupt-End auf diese Weise abgeleget wird: Ich M. C. R. Eheweib schwere/ demnach P. L. mir den Haupt-End/ so ich ihm deferiret/ bin wiederum zugeschoben und referiret/ Inhalts der Acten und ergangenen Urtheilen/dass/ ic. (prout habent Contenta Libelli) So wahr mir Gott helfe und sein H. Wort/B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Ceterum autem semper est forma iuramenti calumnia.*

**S**ed alia est ratio jurisjuriandi calumniae, quod cum semper ad eundem finem & effectum tendat, utique eadem forma observari in hoc solet: iurat nempe is, qui defert adversario iusjurandum, † se non calumniae causâ reo detulisse iusjurandum, l. iusjurandum & ad pecunias 34. §. qui iusjurandum 4. ff. de jurejur. l. delata g. C. de reb. Credit. Jac. Beust. in rubr. n. 186. ff. de jurejur. Jacob. Schult. observ. 56. n. 4.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dass Lætiger Eheweib den End vor Gefehrde in eigner Person auf diese Masse zu leisten schuldig: Ich M. C. R. Eheweib schwere/dass ich in meinen Sachen/ so viel ich wider P. L. habe/ sein Gewissen durch die Zuschiebung des Endes nicht gefährlicher Weise beschwert habe/ sondern es davor halte/ dass solches billich von mir geschehe/ treulich und ohne Gefehrde/ so wahr mir Gott helfe und sein H. Wort/ ic.)

#### De probatōne tam actoris

*quād̄ Rei.*

**C**alicunque probatio injuncta est, is intra terminum juris Saxonici, non tantum articulos probatorios offerat, sed & in folicitando apud judicem sive ordinarium sive delegatum, diligentiam adhibeat.

Quod si etiam adversarius iis in casibus, ubi reprobatoria probatōni locus est, ea uti volunt, non solum intra eundem terminum ab illo tempore, quo citatio ad publicandas attestations ipsi insinuata est, inchoandum, animum suum declarat, sed & articulos reprobatorios offerat, & insuper omnem diligentiam adhibeat, ut ante præstitutum tempus finitum, reprobationes deducantur & perficiantur, quod nisi fecerit, tum ulterius, utpote ter-

Gleich anwenden / damit das Zeugniß darinnen vollendet und verfühet werden möge / da solches von ihm nicht geschehe / soll der Terminus probatorius verflossen und die Gegen-Beweisung gleich der Beweisung ferner nicht zugelassen werden.

So soll auch nach der Publication und Eröffnung der Beweisung keinem Theil / er hätte von der Zeugen Aussage Abschrift bekommen oder nicht / ferner Beweisung zu führen / oder mehr Zeugen verhören zu lassen / gestattet werden.

termino probatorio elapsō, non secūs ac adversarium, ad probandum admitti eum nolumus.

Quemadmodum & publicatis attestacionibus utriusque parti, sive copiam illarum nacta sit, sive non sit, viam omnem ulterius probandi vel testes plures producendi, præclusam esse volumus.

## DEFINITIONES.

1. *Terminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, et iam in causis summariorum & incidentibus.*
2. *Sufficit tamen intra terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testimoniū offerri, licet probatio non consummetur.*
3. *Negligentia judicis in citandū & examinandis testibus non nocet, probationibus pariam.*
4. *Termino probatorio elapsō, ne quidem in continentī mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.*
5. *Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiam si termino durante producens super ius fuerit protestatus.*
6. *Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta.*
7. *Post terminum elapsū non potest producens variare, & vel instrumenta, vel testes denuō offerre.*
8. *Terminus probatorius strictissimè observandus est, & de momento in momentum currit.*
9. *Terminus probatorius currere incipit à die pronunciatae desertionis, Leuterationis vel Appellationis.*
10. *Vel à tempore renunciationis, si Leuterationi vel Appellationi expreſſe fuerit renunciatum.*
11. *Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicatae, non à tempore Remissorialium.*
12. *Terminus reprobatorius currere incipit à die insinuata citationis ad publicavdām probationem, & a dies ille computetur in terminum.*
13. *Probationē factā per documenta, à quo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.*
14. *Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Saxonico non admittuntur, nec valer actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.*
15. *Prorogari potest terminus probatorius etiam secunda vice, modò prorogatio ante terminum elapsū petatur.*
16. *Post terminum probatorium admittitur demonstratio (die Bescheinigung) actoris vel Reo injuncta.*
17. *Adversus omissam probationem ex causa paupertatis, datur Restitutio in integrum.*
18. *Non facile mulier à probatione dotis illata arcenda est propter elapsū terminum probatorium.*
19. *Nec universitas ob terminum preterlapsū probationibus suis statim est privanda.*
20. *Intra terminum probationes suas producere impeditus post terminum est audiendus.*
21. *Confessio extra judicialis à parte adversa acceptata plenam facit probationem.*
22. *Attestationes facta in causa possessorii, probant etiam in iudiciorio.*
23. *Possessio non relevat ab onere probandi, quando contra possidentem militat jus commune, vel presumptio juris.*
24. *Non sufficit in Rei vindicatione probari dominium de praeterito, sed de presenti illud probandum est.*
25. *Acta publica & libri reddituum pro ipsa Republica, contra subditos non probant.*
26. *Calendarium Ecclesiasticum matrimonium & natiuitatem legitimam probat absq; omni alio administrculo.*
27. *Credendum assertioni judicis etiam non juratae dictis, que coram eo gesta sunt.*
28. *Licitum in conspectu judicis, pro tribunali sedentis commissum, absq; ulteriori alijs probatione & praecessu puniri potest.*
29. *Etiam Dominus feudi testes, jurisdictioni Vasallorum subjectos, per ejusdem subsidium citare tenetur.*
30. *Fabula publications attestacionum, repeti possunt rebes ad declarandam depositionem ambiguam.*
31. *Testes non jurati nihil probant, nisi ex conventione partium, si fuerit remissum jurandum.*
32. *Testes haud jurati deponentes, publicatis attestacionibus, denuō subjuramento examinari debent.*
33. *Exigi potest juramentum malitia à producenti peregrinos testes.*
34. *Reus suspectus, quod attestaciones actoris didicerit, non admittitur ad reprobationes, priusquam juramento se ab illa suspicione liberaverit.*
35. *Actor non nisi ex causa rationabili & sufficienti ad probationes in perpetuam rei memoriam, ante litio contestationem admittitur.*
36. *Testationes ad futuram rei memoriam factae post item demum contestatam & Reprobationes adverse partis, sunt publicanda.*
37. *Mors regulariter non probatur per unicum testem.*
38. *Nisi mors occulta veniat probanda, puta quod quis in loco aliquo remoto, mari, acri, aut morbo contagioso obiisse dicatur.*
39. *Unius testis de proprio facto deponentis testimonio quando credendum.*
40. *Testes singulares de uno eodemque liceat facte attamen de diverso loco & tempore deponentes, plene non probant.*
41. *Probatur tamen solutio & debitum ex Confessione Creditoris vel Debitoris, de qua iudicis in loco & tempore variant.*
42. *Varietas seu discrepantia testimoniū modica non obstat, quo minus eorundem depositio plenam faciat probationem.*
43. *Testibus inter se discrepantibus, credendum est potius iuratis quam non iuratis.*
44. *Credendum magis est testibus deponentibus verisimilia ratione negotii, vel accedentis alicujus presumptionis, quam aliis.*
45. *Testibus binc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.*
46. *Discrepantibus inter se testibus, judex pronunciat pro Reo.*
47. *Testis invitus ad testimonium perhibendum, certa mulcta compelli potest.*
48. *Parenthes profusa & contraria idonei testes non sunt.*
49. *Ad-*

49. Admittitur tamen parentum testimonium in causâ matrimoniali ad favorem filiorum.
50. Nec contra parentes vel liberos admittendum est testimonium.
51. Uxor pro marito testis esse non potest, contra maritum potest, sed non cogitur, nisi veritas aliter haberi nequeat.
52. Admittitur etiam uxor testis contra maritum in criminalibus.
53. Frater aut soror pro fratre testes admissi maximè probant, si aliorum concurrat testimonium.
54. Famuli admittuntur ad testificandum pro domino, de iis que domi sunt, quæ non nisi per domesticos probari queunt.
55. Pubes non prohibetur testificari de iis, quæ videntur in pupillari estate.
56. Non rejiciendus est testis ob inimicitiam, qui utriusque partis inimicus est.
57. Tutor vel Curator durante tutelâ aut curatellâ, non admittitur testis.
58. Nisi causa pupilli vel minoris agitetur per actorem à judice vel contutore constitutum.
59. Nec Advocatus nec Procurator potest esse testis in causâ Clientis sui, in quâ est Advocatus aut Procurator.
60. Validum est testimonium Advocati in causa Clientis, quando ex defectu testimoniū veritas aliter haberi non potest.
61. Judex ne quidem causâ finitâ cogitur testimonium.
- DEFINIT. I.
- Terminus probatorius, nempe sex septimanarum & trium dierum, in foro Saxonico est peremptorius, etiam in causis summariorum & incidentibus.*

1. Terminus probatorius, qui jure communi arbitrarius habetur, & judicantis moderamini conceditur, † quantum scilicet is tempus probationibus deducendis præfinierit, l. i. C. de dilat. c. induc. 4. §. spaciū causæ. q. 3. Andr. Gail. lib. 1. obs. 53. n. 20. & obs. 9. n. 12. Jac. Menoch. de arbitr. judic. q. lib. 2. cent. 1. cas. 52. n. 1. & seqq. † in foro Saxonico ad certum temporis spaciū, nempe sex septimanarum atque trium dierum est restrictus, b. Const. 16. in pr. Ordin. proc. judic. Elect. Saxon. tit. 20. in pr. Landr. lib. 1. art. 62. §. Gezeugniss soll man. Weichbild art. 75. & art. 86. Chil. König. in process. c. 71. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 33. & seqq. & part. 1. decis. 121. n. 2. & seq. Johan. Schneidev. in §. in bone fidei 30. n. 22. inst. de action. Andr. Rauchbar. part. 2. q. 24. n. 23. Modest. Pistor. part. 4. q. 132. 4. n. 10. sub fin. † Quo elapsō, ad probandum nemo admittitur, König. dict. c. 71. n. 4. Christoph. Zobel. 5. part. 1. differ. 36. post pr. † in tantum, ut judex neque ex officio neque ad instantiam partis alium probationis terminum concedere valeat, Zobel. dict. loc. n. 5. 6. Matth. Col. dict. decis. 121. n. 4. † Neque causas incidentes & summariorum ab hoc termino exceptas existimaverim, licet alias in hisce de plano sine strepitu & figura judicij procedatur, Clem. sapè de V. S. Siquidem 7. hoc non ita accipendum, † ut in causis ejusmodi pro lubitu vagari liceat, sed potius, ut dilationes, quæ alias in causis ordinariis ad certum & prolixum tempus sunt adstrictæ, abbrevientur atque angustentur, Jason. in l. in pecuniariis ult. ff. de feriis n. 3. † Unde & summariorum causæ dicuntur, non quod in illis summariorum respectu probationum cognoscatur, sed quia breviores termini ac dilationes dantur, Bartol. in l. Carbonianum 3. §. cause 4. ff. de carbon. edit. n. 3.

ferre super iis, quæ respiciunt justitiam vel iniustitiam sue sententie.

62. Non cogendus est judex ferre testimonium in causa, quæ impugnatur testamentum ex defectu solennium à judice non adhibitorum.
63. Neg. Notarius compelli potest ad testificandum de gestis coram eo, tanquam coram Notario.
64. Subdit: quatenus in causa dominorum legitimi habentur testes.
65. Testes de universitate non admittuntur in causa, quæ commodum & utilitatem singulorum respicit.
66. Denunciator in processu inquisitionis ad testificandum admitti debet.
67. Creditor est testis idoneus in causa debitoris, non vice versâ debitor in causâ creditoris.
68. Venditor pro emptore in causâ rei venditæ non est testis idoneus, quando tenetur de evitacione.
69. Clerici etiam in causis Laicorum, mediante juramento, ad testificandum compelluntur.
70. Non tamen tenetur sacerdos revelare confessionem sibi factam.
71. Spurii & Naturales à testimonii dictione hanc sunt repellendi.
72. Reus de jure braxandi Cerevisiam à se pretenso convertus, intra duos menses id probare tenetur.
73. Varietatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, quod alii testes actu non intervenerint, nisi etiam habitu intervenire hanc potuerint.
74. Quomodo probanda sit prescriptio temporis immemorialis,

Ita Domini in causa Hansen Henigkens zu Grobburg/ Mense Oct. A. 1631. (Verba sent. Habt ihr wider Marthes Lehmannen eine summarische Klage erhoben / worauf als Verklagter mit Nicht-gestehen geantwortet / euch der Beweis auferlieget worden. Ob nun wol auch in causis summariorum, incidentibus & emergentibus, der Terminus probatorius, so nach Sachsischen Rechten ist 6. Wochen und 3. Tage/in acht genommen werden muss/ ic.)

### DEFINIT. II.

Sufficit tamen in terminum probatorium etiam ultimo die articulos probatorios & nomina testimoniū offerri, licet probatio non consumetur.

A T num intra terminum probatorium plenè & perfectè consummada probatio, ita ut intra hoc tempus testes quoque recipi & examinari aliquæ omnia perfici debeant, quæ ad plenam pertinent probationem? Ita quandam existimatum fuit propter text. in Landr. lib. 1. art. 62. verb. Gezeugniss soll man in 6. Wochen vollkommen. † Quæ certè verba plenam denotant probationem, ita ut nihil amplius deesse videatur, Aut. Consult. Constit. Saxon. tom. 1. part. 3. q. 10. n. 1. & tam. 2. part. 3. q. 17. n. 3. & seqq. † Attamen contrarium usus ac observantia docuit, ut nempe sufficiat, intra terminum probatorium, articulos probatorios ac nomina testimoniū offerri, licet testes jutato recepti & examinati non fuerint, Autor Consult. Constit. Saxon. dict. q. 10. num. 2. & seqq. Matth. Wosenb. in parat. ff. de probat. n. 9. sub fin. Christ. Zobel. part. 1. differ. 36. n. 9. Math. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 33. † Quod & in ditionibus sui E-lectoratu. miserte approbavit Saxo Illustriss. b. Const. 16. in pr. & Ord. proc. jud. tit. 20. in pr. Moll. hic num. 1. † Nempe, quod difficile sit, intra hoc tempus plenè & perfectè probationes consummari, quæ potius adjuvari quam coarctari vel restringi debeant, l. quoniam 21. C. de barec. Manib. † Ex quo etiam sic, ut ultimo saltem die ac momento termini, articulos probatorios & nomina testimoniū offerri sufficiat, prout tradunt Col. dict. c. 2. n. 41. Hart. Pist. obs. 224. n. 4. & seqq. Reinh. Rosa ad Moll. hic n. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber den doch binnen solcher Zeit eure Beweis-Articul zusam mit der Zeugen Rahmen/ und den brieflichen Urkunden/ damit ihr zu beweisen Vorhabens sendt/ eingezogen / und um Citation und Ansetzung eines Termins fleißig angehalten hättest/ innermassen dann solches auch noch den letzten Tag des Termins geschehen können/ ic. So hättet ihr auch euch an eurem Beweis noch zur Zeit nicht versäumet/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Negligentia judicis in citandis & examinandis testibus, non nocet probationibus permanentem.*

- 1 Non tamen sufficit intra terminum legitimum articulos probatorios, nomina testimoni atque
- 2 documenta offerri, + sed insuper requiritur, ut producens pro expedienda probatione solicite instet, adversarium testesque citari petat, copias articulorum & instrumentorum sive documentorum, una cum nominibus testimoni adversario exhiberi faciat, ac in termino compareat, testesque realiter produ-
- 3 cat: + Quod si non fecerit, jure suo cecidisse & facultatem probandi amisisse censebitur, quia actum non videtur, cum quid ad agendum superest, l. quoties 6. ff. qui satisd. cogunt. l. cum Syllanianum II. C. de
- 4 bis quib. ut indig. + Quid si verò judex ad instantiam producentis negligens reperiatur, nec testes citari atque examinari faciat, an propterea producens facultate probandi erit privandus? Hoc certè ini-
- 5 qvum videtur, + nec enim negligentia judicis partibus nocere potest, l. pupillus 24. ff. que in fraud. cre-
- 6 die. Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 32. defn. 20. n. 9. + Nihilominus tamen producens obstrictus est diligentiā suam adhibere & sèpius instare apud judicem, eumque, mandato à Superiore Magistratu impetrato, ad consummationem probationis impellere, Ordin. process. judic. tit. 20. in pr. & s. Nachdem aber
- zu Verhörung der Zeugen/ ic.

Ita Domini in causa Luci Beyers zu Leipzig/M. Nov. 1590. Verba sent. Ist unlängst ein Urtheil in Sachen euch Klägeren an einem/ und Wolff Kirstens Kindere/ Beklagte am andern Theil belangende/ eröffnet/ und unter andern darinne euerin Gegenheit / seinem Erbieten nach / der Beweis der in seiner Klage libellirten Beschuldigung auferlegt worden; Da nun eure Widerpart in gebührender Zeit seine Beweis-Articul einbrach und übergeben/ auch sonst seinen gebührenden Fleiß dabey angewendet hätte/ so möchte demselben/ daß die Zeugen von Gerichten zu rechter Zeit nicht citiret und examiniret werden/ in Nachteil nicht gereichen/ sondern er würde nochmals/ evers Vorwends ungeachtet/ zu Vollfahrung berührtes Zeugnisses baulich zugelassen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Termino probatorio elapsò, ne quidem in continentia mora purgari, nec testes & articuli offerri possunt.*

- 1 Intra terminum itaque probatorium testes, articuli, & documenta offerri debent, supr. Definit. 2.
- 2 + Quo elapsò, producens ulterius non admittitur, etiam si in continentali, forsitan subsequenti die, testes vel articulos saltem additionales offerre velit, Ord. process. judic. tit. 20. S. Und dieweil die zur Beweisung. + At, inquires, nonne purgatio moræ in continentali admittenda erit? Non certè, ut benè sentiunt Joach. Mynsing. cent. 2. obs. 99. n. 1. & seqq. Fe- lig. in cap. lices causam 9. n. 15. & seqq. extr. de probat. Specul. lib. 2. part. 1. tit. de dilation. §. videndum 4. num. 9. Bernh. Graeven. lib. 1. pract. jur. concl. 91. n. 6.
- 4 + Tum, quia terminus probatorius continet tempus continuunt, & de momento in momentum currit, ut dicam infra Defin. 8. + quo casu etiam ea, quæ in continentali post terminum fiunt, non videntur inesse, l. Thais 41. S. intr. 12ff. de fideicommiss. libert.
- 6 Jason. in l. ita demum 13. C. de procurat. n. 4. + Tum,

quod probatione intra terminum legitimum non facta, producens facultate probandi cedat, ex sanctione Electorali manifesta in b. Const. 16. vers. Da solches von ihm nicht geschehe. & Ord. process. judic. dict. tit. 20. S. Und dieweil die. + Atqui pœna & die expressa, purgatio moræ non admittitur, l. trajectitia 23. vers. de illoff. de O. & A. I. Celsus ait 23. ff. de recept. arbitri. l. 4. S. ult. de leg. commiss. l. 47. ff. de aet. empt. Andr. Rauchb. part. 1. q. 3. n. 9. & seq.

Ita Dogmata in causa Henrici à Claußbruchs contra Ernestum Hären & Consortem zu Leipzig/M. Sept. A. 1595. (Verba sent. Und weil nicht zu befinden/ daß Andreas Grabner von Klägern zum Zeugen innerhalb der Beweisungs-Frist gebührlichen angegeben/ so ist er auch nach Gelegenheit dafsas nicht zulässlichen/ V. R. W.)

Et in causa Curatoris Georgii Sachsen's Eheweibes contra Petrum Müßdorff. ventilata in Praefecturâ Scudicensi, M. Octob. An. 1596. (Verba sent. Dass die nach verflossnen Beweisungs-Terminus nahmhaft gemachte und vorgestellte Zeugen und übergebene Additional-Articul nicht zulässlichen/ ic.)

## DEFINIT. V.

*Non admittuntur post terminum probatorium additionales articuli vel testes, etiamsi termino durante producens super iis fuerit protensus.*

Estes intra terminum probatorium nominari tantoperè requiritur, ut nec in locum demortuorum alii post terminum possint substitui, ut apparèt ex Consult. Saxon. part. 3. qu. 7. & qu. 89. tom. 3. + nisi forsitan extra omnem producentis culpam terminus fuerit præterlapsus, quo casu, novos testes in locum domortuorum substituere permittit Ordin. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 20. S. in fin. + Pariter, nec post terminum probatorium admittuntur articuli additionales, etiamsi super hisce protestatio illa vulgaris post terminum adjiciendis fuerit addita, dict. tit. 20. S. Und dieweil die. vers. Ob er ihm gleich solches innerhalb Sachsischer Frist bedinget hätte/ und der Terminus productionis noch nicht vorüber. + Nulla siquidem & irrita est hæc protestatio, tanquam contra solennia probationis adjecta, Dan. Moller. lib. 4. semest. 30. n. 1. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 8. in fin. Reinh. Rosa ad Moll. hic n. 1. Petr. Heig. part. 2. q. 2. n. 32. Zobel. part. 1. differ. 36. n. 11. Andr. Gail. lib. 1. obs. 107. n. 15. & seq.

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Wolfsdorff. Mens. Nov. A. 1597. (Verba sentent. Dieweil so viel zu befinden/ daß gehabtes Simon Grätzschens Additionales nach verflossener Beweisungs-Frist übergeben worden/ So seyn dies selbe nicht zulässlichen/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Admittuntur tamen post terminum probatorium instrumenta noviter reperta.*

Qum in foro Saxonico omnis terminus probatorius sit peremptorius, Chil. König. in process. c. 21. n. 4. Matth. Col. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 33. dubitandum non est, + quin etiam copia instrumentorum, si hisce actoris vel rei intentio probanda veniat, intra legitimum terminum sex septimanarum atque trium dierum produci debeant, eoque elapsò ulterius non admittantur, Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 24. in pr. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 53. n. 2. & seq. Dan. Moll. ad Conf. Elect. 17. p. 1. n. 3. Hartm. Pist. obs. 183. n. 4. + Quavis aliter sentiant Matth. Wesenb. in parat. ff. de fiduci instr. n. 5. Matth. Coler. part. 1. decis. 121. n. 10. & seqq. + Attamen si instrumenta post terminum probatorium elapsum noviter reperta, neutiquam prohibendi sunt litigatores ea post terminum produce te modè quod ante corundem notitiam non habue-

rint, demonstrare, vel saltem juratō obtinere valeant, Ord. process. jūdic. dict. tit. 24. in pr. vers. Sone  
sten soll er eydlichen. Dan. Moller. bic n. 2. & seqq.  
5 † Namque in conscientia alicujus consistunt, soli  
ipsius assertioni juratæ sunt committenda, Gloss. &  
Dd. in §. 3. sed ista verb. dicit. ubi Jason. num. 88. inst.  
de act. Felin. in c. significasti 17. n. 2. & seqq. extr.  
6 de homicid. † Plane, non semper id verum esse, nec  
literaria documenta noviter reperta indifferenter  
juramento producentis probari, patet ex limitatio-  
nibus distincte relatis à Dan. Moller. bic n. 24. &  
7 seqq. † Nec testes noviter repertos post terminum  
probatorium produci posse, tradit idem Moller. bic  
n. 31.

Ita Domini in eadem causa Curatoris Georgii Sachsen-  
Eheweibes contra Petrum Müßendorff/ventilatā in Praefectu-  
ra Scudicensi, M. Oct. A. 1596.

It. in causa Hæredum Henrici à Brederlohen / contra Herr  
Donat von Freywalben/ M. Sept. A. 1632.

Etsi causa Caspari von Bergens/ M. Jun. An. 1627, (Verba  
sent. Darauff sie Exceptionem instrumentorum noviter reper-  
torum objiciret/it. So seyn sie solche Exception eydlichen zu  
erhalten/ und daß sie zuvor von gedachten Instrumenten keine  
Wissenschaft gehabt/zu schweren schuldig/it.)

#### DEFINIT. VII.

*Post terminum elapsum non potest producens va-  
riare, & vel instrumenta, vel testes do-  
nuo offerre.*

1 **Q**uemadmodum producenti post terminum non  
2 licet plures articulos, vel testes addere, supr. De-  
fin. 4. † ita si semel articulos & testes obtulerit, eos  
dem per poenitentiam revocare non potest, modò te-  
stes realiter fuerint producti, ac solenni juramento  
obstricti, Petr. Heig. part. 2. q. 4. n. 20. & seqq. Jo-  
ach. Mynsing. caus. 6. obs. 76. n. 2. & seqq. Nic. Boér.  
3 decis. 242. n. 1. † Ceteroquin, si non realiter, sed  
tantum in schedula & verbaliter, ut vulgo fieri solet,  
absentes tanquam præsentes producti sint, nil impe-  
dit, quod minus revocari queant, disponente ita Ele-  
ctore Saxonie illustrissimo in Ordin. process. jūdic.  
tit. 20. §. Ebenmäßig soll dem Zeugen-Führer/it. Petr.  
Heig. dict. q. 4. n. 27. Aut. Consult. Const. Saxon.  
4 tom. 3. part. 3. q. 101. n. 27. † Variare autem simpli-  
citer non licet post elapsum terminum probatorium:  
Nec intra terminum testibus productis, post terminum  
probatorium testes & articulos producere valent-  
litigantes, Ordin. process. jud. Elect. Saxon. dict. tit.  
20. §. Und dieweis die zur Beweisung. in fin. ubi tamen  
minoribus & Universitatibus reservatur beneficium  
Restitutionis in integrum.

Ita Domini in causa Dieterich Heidsfelds zu Quedlinburg/  
M. Jul. A. 1635. (Verb. sent. Inmassen denn auch Kläger/weil  
er allbereit Beweis-Artikel und Namen der Zeugen eingegan-  
gen/nunmehr nach verschlossenem Beweisungs-Termin zu poeni-  
tieren/ und den Beweis mit Documenten und Urkunden zu füh-  
ren nicht befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Terminus probatorius strictissime observandus  
est, & de momento in momentum  
currit.*

1 **T**empus termini probatorii non solum continu-  
um est, ita ut nullis feris, sive solennes, sive  
repentina illæ fuerint, interrupatur atque impe-  
diatur, l. sive pars 3. vers. feria autem C. de dilat. l. 26.  
2 §. 7. ff. ex quib. caus. major. Dan. Moll. bic n. 4. † Sed  
& de momento in momentum currit, ita ut ultimo  
etiam die post elapsum termini momentum, proba-  
tiones ulterius non admittantur: † Tum, quia ter-  
minus probatorius, à jure Saxonico præfixus, in-

modum præscriptionis statutus intelligitur, Felin.  
in c. licet causam 9. extr. de probat. n. 17. Fulv. Pacian.  
de probat. l. 2. c. 52. n. 25. † At in præscriptione 4  
tempus de momento ad momentum currit, ac mora  
nullus relinquitur locus, Angel. de Perus. consil. 404.  
n. 2. Andr. Rauchb. pars. 1. q. 3. n. 13. & seq. † Tum, 5  
quia termini tempus pro formâ probationis est defi-  
nitum, quo in casu, ne horæ quidem momentum im-  
mutari potest, Andr. Rauchb. dict. q. 3. n. 8. Ludolph.  
Schrader. in tratt. feud. part. 10. sec. 8. n. 16. † Tum, 6  
quod currere incipiat terminus probatorius ab eo  
momento, quo sententia transiit in rem judicatam.,  
Ord. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 20. in pr. vers. Von  
der Zeit an zu rechnen/ da das Urtheil seine Kraft ers-  
reicht. † Ergo etiam finiri debet in momento eo 7  
quo terminus est præterlapsus, ang. l. places 5. ubi  
Gloss. in verb. abbinc C. de SS. Eccles. Jas. Bartol. &  
Dd. in l. 1. ff. si quis cane.

Ita Domini in causa Valentini Starckens contra Baltha-  
sar Kirsten zu Taubenhanu/ M. Sept. A. 1610. (Verba sentent.  
Dass Kläger sich nunmehr an seinem Beweis veräußert hat/  
derwegen wird Beklagter von angestalter Klage billig absolviret und entbunden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Terminus probatorius currere incipit à die pronun-  
ciata desertionis, Leuterationis vel Ap-  
pellationis.*

**E**xtra controversiam est, quod terminus proba-  
torius incipiat currere ab eo ipso momento,  
quo sententia, per quam alicui probatio est injuncta,  
vires rei judicatae consecuta fuerit, Ordin. proc. jud.  
Elect. Saxon. tit. 20. in pr. vers. Von der Zeit an zu  
rechnen/ da das Urtheil seine Kraft erreicht. Chri-  
stoph. Zobel. part. 1. differ. 36. n. 3. Dan. Moller. bic  
n. 4. Matth. Coler. part. 1. decis. 121. n. 3. Chil. Kö-  
nig. in process. cap. 71. n. 3. † Quid vero, si quis sen-  
tentiam illam, in qua ei probatio injuncta fuit, per  
Leuterationem vel Appellationem suspendat, eam  
que postea tacite deserat? † Et hoc casu à tempore 3  
finiti decendii, non à die pronunciatae desertionis  
terminum probatorium currere, docet Dan. Moller.  
bic num. 39. ita ut si tantum tempus, pendente Leu-  
teratione vel Appellatione, elapsum fuerit, quod ter-  
minum probatorium excedit, Leuterans vel Appel-  
lans ulterius non admittatur: † Quia desertà Ap-  
pellatione, perinde est, ac si nunquam interposita  
fuisset, l. tempore 2. §. ult. C. de tempor. & repar. ap-  
pell. ubi Gloss. vers. executionem. † cum paria sint  
non appellasse, vel appellasse quidem, sed Appella-  
tionem non introduxisse vel deseruisse, Apton. Fab.  
in C. lib. 7. tit. 27. defin. 14. n. 1. † Et quis non intel-  
ligit, si aliud diceretur, fore, ut terminus probatorius  
qui alias peremptorius est, pro lubitu partium,  
sine ulla causa in integrum annum aut ulterius et-  
iam protraheretur & penitus eluderetur, cum ma-  
gno adversæ partis detimento.

Probabiliter certè hæc à Dan. Moll. dicuntur,  
† Attamen contraria sententia jamdudum à Domi-  
nis fuit recepta, ita ut terminus probatorius à die  
pronunciatae desertionis currere deum incipiat,  
propter maximum probationum favorem, l. 2. & l.  
seq. ff. de interr. act. l. current. 22. ff. de testib. & quia  
judicis partes sunt, veritatem summoperè juvare, &  
ad lucem producere, l. ult. ff. de probat. l. illicitas 6. §.  
veritas 1. ff. de offic. præsid. Cravett. consil. 203. n. 29. &  
consil. 207. n. 9. & 10. † Quæ sententia etiam postea  
deserte fuit confirmata ab Illustrissimo Sax. Electore,  
in Ord. proc. jud. dict. tit. 20. in pr. vers. oder dñselsbe  
vor desert erfannit.

Ita Domini in causa Rudolphi à Büne zu Treben contra Wolff Christoffen von Heinitz und Consorten/ventilatā in Profectura Rochlicensi. M. Aug. A. 1596. (Verba sent. Dass Kläger an seiner Beweisung sich noch zur Zeit nicht versäumet hat, sondern wird damit nochmals billich zugelassen/und seyn Beklage auff anderweit vorgehende gebührende Ladung die producire Urkunden gebührlichen zu recognoscieren schuldig/ B.R.W.)

## DEFINIT. X.

*Vel à tempore renunciationis, si Leuterationi vel Appellationi expressè fuerit renunciatum.*

- Exādem pariter ratione, si Leuterationi vel Appellationi expressè fuerit renunciatum, terminus probatorius non à tempore decendit, sed facta renunciationis currere incipit: † Militat siquidem hoc casu idem probationis favor, ob quem terminus potius prorogandus, quam restringendus videtur., L. 2. & l. seq. ff. de interr. act. l. 22. ff. de testib. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. bic. n. 43. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 38. n. 76. Domin. Arum. part. 1. decis. 2. † Quod & disertè approbat & confirmavit Serenissimus Dn. Elect. Saxon. in Ord. proc. jud. tit. 20. in pr. vers. Oder der dawider eingewandten Leuterung renuncieet. † ubi porrò dispositum, ut ab adversa parte Leuteratione interposita, terminus probatorius currere debeat à tempore notificationis, Leuterationi fuisse renunciatum,

Ita Domini in causa Petri Persicens & Consortium contra Georgii Streuners Eheweib zu Eisleben/ M. April. An: 1601. (Verba sent. Ob wol Georgii Streuners Eheweib Curator wider das Urtheil/darum ihme der Beweis von wegen seiner Pflege/Frauen eingebrachten Guts zu Recht auferlegt worden/ eine Leuterung eingewendet/dieselbe aber hernach wiederum fallen lassen; Dieweil er aber dennoch innerhalb Sachs. Grifft/ von der Zeit an/ als er sich seiner Leuterung begeben/sich des Beweises angemessen/ so wird er damit/des von euch in eurer Frage und den übersandten Leuterungs-Bescheiden dawider angezogenen Vorwendens ungeachtet/ billich gehöret und zu gelassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Currere incipit terminus probatorius à tempore rei judicata, non à tempore Remissorialium:*

- Appellaverat Reus à sententia, in qua actori onus probandi injungebatur, sed in prima instantia benè judicatum & malè appellatum fuisse; ac proinde causam ad priorem judicem remittendam pronunciabatur: † Cumque sententia illa absque ulteriori remedio suspensivo vires rei judicatae accepisset, quarebatur, an ab eo statim tempore currere inciperet terminus probatorius, an verò à tempore Remissorialium, ubi causa ad judicem priorem fuerat remissa? † Posterius equidem post Jctos Curiae Electoralis Wittebergensis, quorum præjudicium adducit, multis rationibus tueretur Matth. Berlich. decis. 99. quæ omnes è collimant, † quod per Appellationem factam suspensa sit judicis inferioris jurisdictione, nec in judicio inferiori quicquam pendente Appellatione fieri, vel in causâ principali procedi queat, c. ad bac 6. extr. de appellat. Felin. in c. qualiter & quando 17. extr. de accus. fall. 4. n. 14. Andr. Gail. lib. 1. obs. 131. n. 4. † Sed non video, quomodo inde opinio Berlichii probetur, cum latâ instantiâ in judicio Appellationis, causâque ad judicem inferiorum remissa, finita sit Appellatio & sublata inhibito, c. ut debitus honor. 59. vers. fin. extr. de appellat. adeoque cessante ea, cesset quoque suspensio jurisdictionis judicis inferioris, ut nihil ulterius obstat, quod minus in causa procedere & probationes statim suscipere queant litigantes in judicio inferio-

ri. † Quin potius id præcisè facere obstricti sunt, 6 quia prior sententia vires rei judicatae accepit, à quo tempore terminus probatorius currere incipit, Ord. process. jud. Elec. Saxon. tit. 20. in pr. Chil. König. in process. c. 71. n. 3. Matth. Col. part. 1. decis. 121. num. 3. † Quo jure etiam in casu præsenti standum, 7 erit, cum de hoc nullibi aliud dispositum reperiatur, arg. l. ab ea parte 5. ff. de probat. l. diffidentes 5. C. de repud. † Idque è magis, quod finitâ secundâ instantiâ, etiam ante remissoriales impetratas, juramentum præstare jussit Serenissimus Elector in casu, quo alicui juramentum fuerit delatum in Ordin. proc. nov. judic. tit. 18. §. Wenn nun also. vers. Dies selben aber. † Quidni ergo idem dicemus de probatione, cui terminus idem est præfixus, supr. Const. Elector. 12. junct. Constit. b. 16. & bene argumentari licet à juramento ad probationem, † quia, 10 & illud probatio est, si non ordinaria, attamen subfidiaria saltem & privilegiata, argum. l. ult. §. licentia 10. de jur. deliber. l. admon. 31. & l. 38. ff. de jure-jur. Andr. Rauchb. part. 1. q. 9. n. 24. Moll. lib. 3. se- 11 meß. 38. num. 3. Wefenb. part. 1. confil. 36. n. 37. † Nec i obstat, si dicere velis cum Berlich. dict. loc. n. 9. ju- 12 risdictionem inferioris judicis non nisi per expres- 13 sam & realem remissionem, adeoque post impetratas literas remissoriales reviviscere ac resuscitari; Ne- 14 alias hisce denegetur effectus, ac per id frustratorii prorsus sint Remissoriales † contra id quod vulgo 15 dicitur, actum frustraneum haud præsumi, arg. l. 17. §. 1. ff. Ut legator. seu fideicommiss. servand. l. quoties 16 59. ff. de V. O. † Est enim hoc ipsum quod nego, 13 & nullibi remissorialibus sive remissioni reali hæc efficacia tribuitur, quin potius manus judicis inferioris per inhibitionem ligatas, per solam verbalem remissionem in sententia factam resolvi, probat dict. cap. ut debitus 59. extr. de appellat. † Nec tamen, 14 remissoriales literæ effectu destituuntur; Quippe per hasce demum certior redditur judex, ut in pro-cessu liberius progredi queat. † Nihilominus in- 15 terim partes, quæ ex publicatione sententiae remissio- 16 nem cognoverunt, probationes expedire debent, si non jure probandi & causâ cadere velint. † Ni- 17 mirum remissoriales solius judicis causâ, quod notiti- 18 am certam remissionis consequatur, dari solent, † adeoque ipsos litigantes non juvant, nec à mora, 17 excusant. † Quin potius culpæ & negligentie ipso- 18 rum imputandum est, quod remissoriales non petierint, ac probationes acceleraverint, ut vel solum propter illam negligentiam probationibus suis pri- 19 vari debeant, † cum jura vigilantibus, non dormi- 20 entibus scripta sint, l. pupillus 24. §. ult. in fin. ff. quæ in fraud. Creditor. † Idque è magis, quod termi- 21 nus probatorius sit exclusivus & peremptorius, Chil. König. in process. c. 71. n. 4. Felin. in c. licet cau- 22 sam 9. extr. de probat. num. 17. Matth. Coler. de- 23 process. exec. part. 1. c. 2. n. 33. Minus obest favor pro- 24 bationum, quæ etiam urget D. Berlich. dict. decis. 99. n. 12. † quippe hic tantus non est, ut poenam neglig- 25 gentiæ tollere queat, & favorem hunc facilimè su- 26 perat favor litium abbreviandarum, qui ipse nostram sententiam haud parum videtur juvare, arg. l. ff. quis 1. C. de temp. appell. Johan. Petr. Surd. decis. 120. n. 8. Vent. de Valent. in partben. litig. lib. 1. c. 2. n. 12.

Ita Domini in causa Andrea Kindlers zu Zethen / Mensa Decembr. A. 1610. (Verba sententia: Habe ich von dementsagen Urtheil/darinnen Klägern der Beweis auferlegt worden/ an das Erbfürstliche Sachsische Ober-Hof-Gerichte alhier appelliret/allda aber voriges Urtheil confirmiret/und die Saache hinwiederum remittiret werden. Wenn nun gleich keine Re-

Remissoriales noch zur Zeit ergangen / so gebühret doch Klägerinnen Sächs. Frift / so à tempore rei iudicata im Ober-Hoff-Gerichte anzurechnen/seinen Beweis zu führen/und wenn er solches nicht thut/macht er sich dessen/unangesehen keine Remissoriales noch zur Zeit ergangen/ verlustig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Terminus reprobatorius currere incipit à die insinuata citationis ad publicandam probationem, & an dies ille computetur in terminum.*

- 1 **S**icut probatorius, ita etiam reprobatorius terminus est sex septimanarum atque trium dierum, intra quod tempus is, qui reprobatione fungi velit, non tantum animum suum declarare, sed etiam articulos reprobatorios & nomina testium offerre, ac insuper omnem diligentiam adhibere debet, ut ante elapsum terminum reprobatorium reprobationes 2 deducantur & perficiantur: † Quod si non fecerit, terminus reprobatorius pro elapsio habetur, nec ulteriori reprobationi locus datur, b. Constit. 16. §. Wenn auch das Gegentheil, ubi Dan. Moller. n. 11. & 16. Ordin. process. judic. tit. 21. in pr. Matth. Coler. ad c. 3 cum venerabilis 6. extr. de except. n. 67. † Currere autem incipit terminus hic reprobatorius ab eo tempore & die, quo parti citatio ad publicandam probationem adversarii est insinuata, b. Constit. 16. vers. Von der Zeit an/als ihm die Citation zu der Publication der Beweisung zufommen. Ord. proc. jud. dict. 4 tit. 21. in pr. Dan. Moller. bic. n. u. † Nisi reproducens citationem præveniat, reprobationeque fungi velit prius, quam ad publicandam probationem citatus fuerit, quod bene facere potest, dict. tit. 21. §. Jedoch 5 wollen wir. † Quo casu terminus reprobatorius currat ab eo ipso tempore, quo ad reprobandum se obtulit, etiamsi citatio ad publicandum nondum emissâ fuerit, ut docet post Autor. Consult. Saxon. tom. 3. part. 3. q. 81. Matth. Berlich. part. 1. concl. 38. 6 n. 5. † Planè, in terminum reprobatorium non computari diem factæ insinuationis ad publicandum, tradit Matth. Berlich. dict. concl. 38. n. 4. post 7 Dan. Moller. bic. n. 131. † Quod ego asserere non ausim, siquidem notissimum est, terminum hunc currere de momento in momentum, ut dixi *supr. Definit. 8.* † At hoc quando fit, dies termini computandus est in termino, ut post Andr. Gail. lib. 1. obser. 139. num. 5. docet Andr. Rauchb. part. 1. q. 3. n. 16.

Ita Domini in causa Ernst Beders contra Heinrich Schillings Erben zu Leipzig/ M. Okt. A. 1620. ( Verba sent. Dass gedachte Heinrich Schillings Erben an ihrem Gegen-Beweis sich noch zur Zeit nicht versäumet/ sondern binner Sächsischer Frift damit nochmals zulässlich/ B. R. W.)

Et in causa Andréa Ratis contra Joh. Baptiste Wittib/ M. April. A. 1631.

## DEFINIT. XIII.

*Probatione factâ per documenta, à quo tempore currere incipiat terminus Reprobatorius.*

- 1 **F**actâ autem probatione per instrumenta, & literaria documenta, quo casu publicatione opus haud est, currere incipit terminus reprobatorius non à tempore recognitionis, vel sententia super recognitione latæ, sed à die insinuata citationis ad procedendum super probatione Ord. proc. judic. Elect. 2 Saxon. tit. 21. §. Wenn aber der Beweis/ ic. † Nisi sententia illi, quæ super recognitione latæ est, inserita fuerit clausula hæc (dass mit der bedingten Gegenbeweisung billisch verfahren werde;) quo casu terminus reprobatorius à die iudicati currere incipit. dict. 3 tit. 21. vers. Es wäre dann Sach. † Quamvis clausula illa sententia inferri non debeat, nisi in actis petatur, disponente ita Elect. Serenissimo in dict. tit. 21.

vers. Solche Clauſul aber. † Planè, et si Reus de reprobatione soleaniter non fuerit protestatus, nec reprobatio ipsi in sententia expresse reservata, quin tantum ad reprobandum admittatur, ambigendum non est, dict. tit. 21. in pr. vers. Wann ihm auch gleich/ ic. † Siquidem reprobatio est species defensionis, quæ nemini deneganda est, quin & ipso jure competit, ut de novo à judge eam impetrari haud necesse sit, arg. l. i. vers. ut superfluum C. de thesaur. lib. 10. Reinhard. Rosa ad Moll. bic n. 13. Hartm. Pistor. part. 2. q. 2. n. 46. Jac. Schult. part. 1. q. 49. n. 12.

Ita Domini in causa Georgii und Hansen der Wassen contra Balthasar Brottforben zu Wurzen/ M. Jun. A. 1617.

## DEFINIT. XIV.

*Reprobatorii reprobatoriorum regulariter in foro Saxonico non admittuntur, nec valet actor contra reprobationem Rei novos articulos exhibere.*

**E**T si de jure communi, quo certus terminus probationis præfixus non est, *supr. Defin. 4. n. 1. 2.* actor contra reprobationes Rei aliis Reprobatorialibus uti, novosque articulos exhibere non prohibetur, cap. licet dilectus ap. extr. de test. Felin. in c. extenore 35. extr. ead. tit. † Secùs tamen res se habet in foro Saxonico, ubi certus terminus est præstitutus, intra quem probationes debent expediri, quia terminus est peremptorius & exclusivus, eoque elapsio, actor amplius non auditur, b. Constit. 16. Chil. König. in process. c. 71. n. 4. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 33. Felin. in c. licet causam 9. extr. de probat. n. 17. Christoph. Zobel. part. 1. diff. 36. † Ergò nec contra reprobationes Rei post terminum 3 elapsum, aliis reprobatoriis uti poterit, Ordin. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 21. §. Da auch der Beklagte. vers. Wie auch der Kläger in solchein Fall/ ic. Matth. Berlich. decif. 50. † Nec habet actor, quod de facultate exceptiones Rei invertendi sibi præcepta conqueri possit, † cum Reus exceptiones peremptoriarum litis contestationi in hunc finem annexatae teneatur, quod adversus eas actor probationes suas dirigere queat, dict. tit. 21. §. Da auch der Beklagte. in pr. Si tamen ex postfacto aliquæ exceptiones peremptoriarum noviter supervenerint, quas tempore litis contestatae se ignorasse Reus juratò affirmat, actori contra exceptiones illas, reprobatoriis reprobatoriorum uti omnino permisum erit, dict. tit. 21. vers. Es wäre dann. Matth. Berlich. dict. decif. 50. in fin.

Ita Domini in causa Hansen Cobens contra Martin Neubergen zu Bodenitz/ M. Jun. A. 1631. ( Verba sent. Dass Kläger mit seinen neu übergebenen Beweis-Articulis und Urkunden wider Beklagten Gegen - Beweis nicht zulässlichen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Prorogari potest terminus probatorius etiam secundâ vice, modò prorogatio ante terminum elapsum petatur.*

**N**unquam tam stricte & præcisè observari debet 1 terminus probatorius, quin ex justâ causâ quandoque ad instantiam partis a judge prorogari possit, † id quod etiam secundâ vicè ipsi facere concessum est ab Illustrissimo Saxon. Electore, in Ord. process. judic. tit. 20. §. Wir lassen auch/ ic. Dan. Moller. bic n. 5. 6. 7. & seqq. Christ. Zobel. part. 1. differ. 36. n. 6. & 9. Matth. Coler. part. 1. decif. 121. n. 5. & seq. Andr. Gail. lib. 1. obser. 91. n. 2. & seq. Ubi notandum: † Primò: Prorogationem tūm demum concedendam, si intra terminum probatorium adhuc currentem, licet in ultimo termini momento petita fuerit; † Elapsus

- 4 † Elapsus enim termino, prorogatio amplius non conceditur, l. orat. 7. ff. de fer. l. sed si man. 5. in pr. & §. 1. ff. de prec. l. 21. §. 5. ff. de rer. arbiter. dict. proc. jud. tit. 20. §. Wir lassen aber auch. vers. jedoch daß solche Prorogation, &c. Reinhard. Rosa ad Moll. bīc n. 10. Gail. dict. obf. gr. n. 20. Matth. Col. de process. exec. 5 etat. part. 1. c. 2. n. 34. Secundò: † Concessa prorogatione, currit terminus à tempore indulxæ dilationis, Chil. König. in process. c. 71. n. 3. nisi forsitan per sententiam interlocutoriam prorogatio ad lapsum primi termini expressè fuerit restricta, (velut si: Daz dem Kläger zu Verhölung seines Beweises noch eine Sächsische Frist / nach Verhölung der ersten/billich gegeben wird) † quo ceterum prorogatum non à tempore indulxæ dilationis, sed à lapsu primi termini currere, docet usus practicus, 7 Matth. Berlich. part. 1. concl. 38. n. 70. Tertiò: † Durante termino prorogato, is cui probatio injuncta fuit, priores articulos mutare, augere, & plures aliosque testes producere non prohibetur, dict. tit. 20. §. Wir lassen aber auch. vers. in welchem Fall. Berlich. dict. concl. 38. n. 73. Ant. Tessaur. decis. 8. n. 1. Non aliter tamen hæc procedunt, quam si impedimentum legale in continentia demonstretur, Ref. Grav. de An. 1661. Tit. von Justiciens Sachen. §. Nachdem auch zum Ein und Zwanzigsten.

Ita Domini in causa Annae Schmidens zu Meissen/ M. Mart. An. 1601. (Verba sentent. Ob nun gleich Kläger solche Sächs. Frist gedoppelt versetzen lassen/ und seine Beweis-Artikel weder in der ersten noch andern Frist nicht eingebraucht; Dieweil ihr aber dennoch selbsten berichtet / daß er vor Verhölung des Termins ihu dessen Prorogation angehalten/ und dieselbe zu zweyen unterschiedenen mählten erhalten/ und darauf im dritten Termine seine Beweis-Artikel gebührliehen übergeben/ ic. So wird er danach nochmals billich zugelassen/ und demnach mit Verendung und Abhörunge der Zeugen gehörlichen verfahren/ V. R. W.)

Et in causa Hæredum Heinrichi von Brederlohens/M. Sept. An. 1632.

#### DEFINIT. XVI.

*Post terminum probatorium admittitur demonstratio (die Bescheinigung) actori vel Reo injuncta.*

- 1 Epè accedit, ut judex justa ratione commotus ad sevitandas forsitan ambages & difficultates probationum legitimarum, in causis præsertim favorabilibus, non probationem, (den Beweis) sed duntaxat Ostensionem vel Demonstrationem aliquam (eine Bescheinigung) injungat; † Ubi fallunt omnino, qui hæc duo confundere, adeoque demonstracionem etiam ad terminum probatorium adstringere conantur: Sicut enim hæc nomine differunt, & yoculis diversis appellantur; † ita & illorum diversa ratio in modo probandi subesse videtur, l. si idem 7. C. de Codicilli. † Scilicet quia *Constitutio b. Electoralis & jura Saxonica* de probatione solenni differt loquuntur, eique certum terminum præsigunt, 5 † utique dispositio ea ad probationem extraordinariam, qua demonstratio vocari solet, (die Bescheinigung) neutiquam extendi debet, arg. l. in his 15. & l. seq. ff. de LL. † Quid ergo obstat, quod minus post elapsum etiam terminum probatorium Demonstrationem impositam (die Bescheinigung) admittendam arbitremur, † si non constet de malitia vel negligencia litigantium, cui haud indulgendum erit, arg. l. absentem 5. ff. pæn. Anton. Fab. in C. lib. 1. tit. 12. defin. 11. n. 2.

Ita Domini in causa Caspari Werners & Consort. contra Joachimum Schlauderbachen/ ventilaria in Praetorio Lipsiensi, M. Febr. A. 1618. (Verba sent. Ob wol wider die eingegebene Bescheinigung vorgetwendet wird/dass sie allererst post Lapsum Terminii Probatorii den Gerichten überreicht werden; Dieweil aber dennoch Klägern in seinem Urtheil keine ordentliche

Beweisung/ sondern nur allein gebührende Bescheinigung desjenigen/ was ihm zu Ergründung der allegirten Competentia profundanda Jurisdictione vonnöthen/aufserleget worden/ ic. Als erscheint daraus so viel / dass Kläger an der auferlegten Bescheinigung noch zur Zeit sich nicht verführen/ sondern das mit billich zugelassen/V. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Adversus omissam probationem ex causa paupertatis, datur Restitutio in integrum.*

M Inorem adversus omissam probationem in integrum restituui, extra dubium est, propter text. in l. minor. 18. §. sis autem 1. & l. minor. 36. ff. de minor. c. auditis 3. extr. de integr. restit. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 20. §. Und dieweil. vers. Es würde dann. Hartm. Pistor. part. 1. q. 12. Anton. Tessaur. decis. 240. n. 3. † in tantum, ut beneficium hoc restitutionis prosit etiam majoribus, si unam eandemq; causam cum minoribus habeant communem & simul institutam, Matth. Col. part. 2. decis. 273. † Sed num etiam majores soli litigantes ad hoc beneficium adversus probationem omissam configere poterunt? † Non certè arbitror, siquidem specialiter id minoribus fuit indulxum, ut patet ex juribus modò allegatis. † Nihilominus, si majores causam aliquam rationabilem omissa probationis prætendere queant, iniqvum certè foret, Restitutionem 6 ipsiis denegari, arg. l. 25. ff. de minor. † Existimavere itaque Domini, † adversus omissam probationem ex causa paupertatis, litigantibus Restitutionem in integrum concedendam esse, juxta tradita Marant. in prax. part. 6. n. 101. & Andr. Gail. lib. 1. obf. 142. n. 1. † Semper enim difficultas excusat à 8 mora, Gloss. in l. quod te 5. ff. si cert. petat.

Ita Domini in causa Elsbethen Hegeners zu Zwicau/M. Mart. A. 1634. (Verba sent. Ob nun wohl soicher Abschied Kraft Rechens erreicht/ und inmittels die Beweisungs-Frist längsten verschlossen; Da ihr aber dennoch/ dass ihr aus Armut die Sache nicht treiben/ noch verständige Leute zu Rath nehmen können/ zu bescheinigen/ und die Kosten darauff wenden wollen/ ic. So wäre euch deswegen eine Restitution-Klage anzustellen unbenommen/V. R. W.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Non facile mulier à probatione dotis illata arconda est propter elapsum terminum probatorium.*

N On putandum est, terminum probatorium ita constringi, quin post hujus lapsum in causa favorabili, in quā alias de æquitate proceditur, ulterior admittatur probatio: † Ex quo etiā post publicatas attestations, in causis mercatorum probationes recipi, tradit Felin. in c. licet. causam 9. extr. de probat. n. 18. Bartol. in l. si fidej. 29. §. quedam 1. ff. mand. n. 1. † Sanè, non minor favor est mulierum ad dotem consequendam in judicio procedentium, quam ipsis salvam integrumq; servari publicitus interest, l. i. ff. solut. matrim. † Quis non ergo post elapsum etiam terminum probationem dotis illata admittendam existimaverit, † cum favorabili probationi succurri æquum sit, ne poreat, l. current. 22. ff. de testib. Ant. Fab. in C. lib. 1. tit. 10. defin. 22. n. 4.

Ita Domini in causa Jacobi Heinrichs contra Johann. Ammanns Wittben zu Lüzen/ Mense Decembr. Anno 1614. (Verba sentent. Dass des Stadt-Schreibers Wittib an Beweisung ihres Einbringens der 225. fl. noch zur Zeit/ gestaltete Sachen nach/ sich nicht verläumet / sondern es wird ihr ex abundanti noch eine Sächs. Frist / damit sie sich überhauptens nicht zu beschweren / darzu nochmals billich angesetzt / mit der Verwarnung/dass/mo sie binnen solcher Zeit und Frist den Beweis wegen ihres Einbringens nicht verführen wird/ sie als sodann ferner damit nicht gehört und zugelassen werden soll/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Nec universitas ob terminum praterelapsum probatio-  
nibus suis statim est privanda.*

- C**um universitas gaudeat iisdem ferè privilegiis, quæ minoribus concessa sunt, haud certè mirum est, quod adversus omissam probationem, non minus universitatibus, quam minoribus beneficium Restitutionis in integrum concellerit Elector Saxoniae Illustrissimus in Ordin. process. judic. tit. 20. §. Und dieveil die zur Beweisung, vers. Es würde dann in causis minorum & universitatum vermittelst des beneficii restitutionis in integrum ein anders erhalten. **†** Quin & non semper beneficio restitutionis opus habere Universitatem, sed quandoque post terminum elapsum ejus probationes admittendas existimaverim, modò causam excusationis leviusculam, pretendere queat, **†** quia scilicet interest Universitatis, res ejus non relinquendi desertas, ut tradit Matth. Welenbec. in parat. ff. quod cuiusq; univ. nom. n. 4. in fin.

Ita Domini in causa Adam Bergers & Consortium contra die Gemeinde zu Grubnig / ventilara in Praefectura Dahleni, M. Julio A. 1615. (Verba sentent. Das Beklagte mit dem ihnen nachgelassenen Beweis nach Gelegenheit dersfalls / in Sächsischer Frist / nochmals zu hören und zugelassen / V. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Intraterminus probationes suas producere impeditus  
post terminum est audiendus.*

- E**t si probationibus certus terminus fuerit praefinitus in foro Saxonico, supra Definit. 1. quin tamen certis casibus post tempus illud elapsum, probationes quoque admittantur, dubitanq; non est, vel saltem propter verba Illustrissimi Elect. in Ord. process. jud. tit. 20. §. Und dieveil die zur Beweisung, vers. In welchem Pausa wir es bey Verordnung gemeiner Rechte / so wol in etlichen andern Fällen bey der Observanz bewenden lassen. **†** Causa hosce si scire cupias, vide Andr. Gail. lib. 1. obs. 105. & obs. 107. n. 5. Felin. ad c. licet causam q. extr. de probat. n. 18. Hart. Pfl. part. 1. q. 12. n. 8. & seqq. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cent. 2. cas. 118. Andr. Rauchbar. part. 2. q. 3. n. 18. Matth. Berlich. part. 1. concl. 14. ubi causus 39. refert, in quibus post publicatas etiam attestations, multò magis ergo post terminum probatorium elapsum, testes & instrumenta producere licet. **†** Sanè, quævis causa probabilis ad excusandum à mora sufficiens haberi poterit, putamorbus sotticus, pestis, bellum, quibus si intra terminum litigantes probationes suas producere impediti fuerint, post terminum omnino audiendi erunt, arg. l. si procuratorem 8. §. si ignorantes 7. ff. mandat. 4. c. licet 4. de censib. **†** Difficultas siquidem & impedimentum à mora excusat Gloss. in l. quod te 5. ff. si cert. petat. & ibid. Jas. n. 30. **†** Ergo etiam à poena moræ, quæ est amissio probationis, Chil. König. in process. c. 71. n. 4. supr. Defin. 1.

Ita Domini in causa Michael Eßners contra Ludolf Prob. Steinem zu Leipzig/M. Dec. A. 1619. (Verba sent. Würde Beßlags Principal vermittelst seines leiblichen Endes erhalten/dass er bey anwesendem Kriegsvolk in Halberstadt zu seinen Brießlichen Urkunden nicht kommen könne/ sc. So hätte er sich an seinem Beweis noch zur Zeit nicht versäumet/ sondern er wird damit in Sächs. Frist nochmals böhlich zugelassen; Er ist aber binnen solcher Frist seinen Beweis/bey Verlust des selben/zu versöhnen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Confessio extrajudicialis à parte adversa acceptata  
plenam facit probationem.*

- C**onfessio partis extra judicium facta saltem semplenè probat, Bartol. in l. admonendi 31. ff. de jurej. Felin. in cap. Et si clerici 4. extr. de jud. **†** Ex

#### DEFINIT. XLII.

*Varietas seu discrepancy testimoniū modica non obstat, quō minus corundem depositio plenam faciat probationem.*

**T**estium dicta ita sunt interpretanda, quantum fieri potest, ut testes ad concordiam redigantur, Papiens. in form. op̄ pos. contrat. st. post publ. vers. 2. ac etiam varii n. 4. † Idque in perpetuum obser- vare judex debet, ne dicta testimoniū per cavillationem 3. & calumniam malè accipi patiatur, † quæ potius be- nigne sunt adjuvanda favore probationum, l. cu- rent 22. ff. de testib. l. in lege 40. ff. ad Leg. Aquil. mo- do testis talis persona sit, cui non minus quam ejus testimonio fidem adhibere oporteat, ut loquitur Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. definit. 59. n. 5. † Ergo si testes de diverso tempore deposuerint, p̄tā unus de sex, alter de septem annis: non discordes habendi erunt, quia ille testis, qui dixit de sex annis, non negavit de septem, & idem convenienter in minori 5. tempore, Prosp. Farin. de testib. q. 65. n. 251. † Et cum in probatione Rapinae unus testis hora nona, equum ablatum dicebat, alter vero hora duodecima ejusdem dici id factum asserbat, haud ipsis tiderē denegandam existimavere Scabini, † quia testes in viā publicā ambulantes nec audientes pulsum campanę, in temporis momento facillimē errare potuit- 7. sent: † Nec etiam in substantialibus modica varie- tas testibus fidem tollit, Bösl. in tit. de tort. test. n. 32. Corrad. in præl. tit. de testib. Rubr. de contrar. test. fol. 122. n. 14. Prosp. Farin. de testib. q. 64. n. 36.

Ita Domini in causa VVolfgangi Hessens contra Mortiz Müllern zu Leipzig / Mensl. Jan. Anno 1635. (Verba sentent. Daraus so viel zu befinden/dass Kläger dasjenige/so ihm zu beweisen auferlegt/und er sich angemahnt/ zur Nothdurft er- wiesen und beibracht habe/B. R. W.)

#### DEFINIT. XLIII.

*Testibus inter se discrepantibus, credendum est potius juratis quā non juratis.*

**Q**uando testes inter se discrepant, sive ab una parte, sive ab utraque sint producti, necesse est, ut iuxta ingenii sui lumen ostendat, testimoniū dicta diligenter ponderet, personas comparet, quantā au- thoritate, quantā fide, quantaque religione quisque 2. dixerit, accurate perpendat, † quā in re judicem, certis præscriptis Regulis, bene instruunt, Prosp. Farin. de testib. q. 95. n. 107. & multis seqq. & Justus Reuber. de testib. part. 3. num. 149. & seqq. † Nimirum ante omnia judex videat, num testimonia, benigna quādam interpretatione adhibita, conciliare

& ad concordiam reducere possit, quo perjurii su- spicio evitetur, e. cum tu fili 16. extr. de testib. arg. l. item veniunt 20. §. 1. l. illud 40. ff. de petit. heredit. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. defin. 30. n. 6. Sin ve- ro testimonia ita inter se dissident, ut conciliatio lo- cuna habere nequeat, † ante omnia judex persona- rum collationem diligentem instituat: Creditur si quidem magis senioribus quam junioribus, hono- ratis & dignioribus, quam minus dignis, masculis quam foeminis, peritis & Doctoribus, quam imperitiis & plebejis, de negotio informatis, quam istius ignarisi, Clericis quam Laicis, hominibus probatae si- dei & existimationis, quam levis conditionis & vitæ reprehensibilis, l. testim. 3. in pr. ff. de testibus l. ult. ff. de fide instr. l. si plures 16. ff. de accusatione l. non debet u. ff. de dolomalo l. in multis 9. ff. de statu hom. Reuber. de testib. dict. part. 3. num. 150. Farin. dict. q. 65. num. 114. & seqq. † Idque non solum, quando honestiores reliqui sunt pares, sed etiam, quando sunt pauciores; † quia non tam multitudo confide- randa est, quam fides & autoritas testimoniū, l. ob car- men 21. in fin. ff. de testib. Reuber. dict. loco n. 151. † Pla- nè discrepantibus inter se testibus, semper potius credendum est juratis quam non juratis testimoniū, eum testamentum vis atque potestas dependeat ex testimoniū jurejurando, ita ut nec aliter fidem faciant, quam si jurate sint, l. jurisjurandi 9. C. de testib. c. nupersi. t. quoniam 5. c. licet universis 23. extr. eod. tit. Anti. Fab. in Codic. lib. 4. iii. 14. defin. 8.

Ita Domini in causa Nicolai Nestlers contra Martin Stechern zu Nossen/Mensl. Mayo Anno 1631. (Verba sentent. Dass Nicol Nestler das Eigenthum des ihm aus der Strassen ab- raubeten und bei Martin Stechern angetroffenen Pferdes durch die von ihm angegebene und vermittelte Eyde abgehörte Zeugen zur Nothdurft erwiesen/derowegen Stecher seines Vorwenders/und der von ihm angegebenen und ohne Eyde ab- gehörten Zeugen ungeachtet/ihme dasselbe ohne Entgelt ab- folgen zu lassen schuldig; Es ist aber Stechern an seinem Ver- läuff sich seines Schadens zu erhalten unbenötigen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XLIV.

*Credendum magis est testibus deponentibus verisimili- ora ratione negotii, vel accidentis aliquis pra- sumptionis, quam aliis.*

**S**i judex testibus discrepantibus ex personarum comparatione statuere nequeat, quid sequendum sit, ipsa testimonia examinet eaque diligentissime ponderet, ut videat, quæ naturæ negotii magis con- veniant. † Nam testibus deponentibus verisimilio- ga potius credendum est, quam deponentibus inversi- similia, l. ob carmen 21. §. si testes 3. ff. de testibus. Felin. in c. in nostra 32. n. 3. extr. de testibus. Anton. Gabriel. tit. de testib. concl. 4. n. 28. lib. 1. Prosp. Farin. de te- stibus quæst. 65. num. 128. & seqq. ut hoc multis am- pliationibus & limitationibus declarat Joseph. Ma- scard. de probat. vol. 3. conclus. 1364 n. 8. † Et vero proximiora videntur, quæ negotiō ipso, de quo agitur, sunt aptiora & convenientiora, accedente præsertim probabilia quā præsumptione, dict. l. ob carmen 21. §. si testes 3. in verb. credendum est, quod na- ture negotii convenit. Just. Reuber. de test. part. 3. n. 153. † Ex quo ipso etiam fit, quod testibus in specie deponentibus magis credatur, quam deponentibus in genere, † & magis deponentibus cum ratione & redditione causæ, quam deponentibus sine causâ & ratione, secundum Bald. in l. presbyteri 8. n. 14. C. de Episcop. & Cleric. Felin. dict. loc. n. 10. quia nempe dicta in specie & cum ratione videntur veriora, Farin. dict. q. 65. n. 170. & 172. † Veriora quoque censentur, quæ sunt contra commoda testimoniū, cum memo

*nemo facilè censeatur velle jactare suum, l. cum de indebito 25. ff. de probat. † nec pejerässe quisquam præsumitur, si nullum ex testatione suâ sentiat commodum l. ult. C. de ad leg. Jul. repet. † Ergò in dubio longè magis credendum testibus adversus propria commoda testificantibus, Bald. in l. omnibus 10. n. 5. C. de testib. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. defin. 42. n. 1.*

*Ita Domini in causa Martini Böttigers contra Jacobum Schlegelin zu Rochsburg/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ist zwischen Martin Böttigern und Jacob Schlegelin wegen einer Kuh Streitigkeit entstanden / indem iedweber zu derselben sich als Eigentums-Herr angegeben / und zu Bezeichnung des Eigentums gewisse Zeugen vorgestellt/derer etliche berichten/dass besiemte Kuh Böttigern gehörig/ hervor gegen andere standhaftig aussagen / dass solche Kuh Schlegelin eigenthümlich zuständig sey / und von ihm auferzogen worden. Ob nun wohl bender Theil Zeugen auff ihrer Deposition beruhen/ auch solche endlichen zu erhalten erbietig seyn; Dieweil aber dennoch auff Schlegels Seiten über der Zeugen Aussage auch dieses sich ereignet/dass/als die streitige Kuh auf seine Eröffnung getrieben worden/sie alsbald nicht allein den Vieh-Weg/wo Schlegels Kuh aus- und eingehen/getroffen/sondern auch in seinen Hof gegangen / und sich in den Stall zum Strick und Ort/da sie zuvor gestanden seyn soll/gesunden/wogegen sie sich aber auf Böttigers Eröffnung stremmde gestellt / und zu keinem gewissen Ort finden wollen/ic. So wird solche Kuh/ iedoch wo zuvor Schlegels Zeugen solche Aussage nochmahlis endlich wiederholen / immassen sie zu thun schuldig / mehrgegen dem Jacob Schlegelin / als dem rechten Eigentums-Herrn/ vor Böttigern überlassen / und werden die in dieser Sachen ausgewendete Uukosten von ihnen benden zugleich/auf Ermäßigung/billig abgestattet/B. R. W.)*

*Et in causa Hieronymi Kirchners contra Heinrich Lewen zu Leipzig/Mens. Maj. Anno 1634.*

#### DEFINIT. XLV.

*Testibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores.*

*1 Quid autem, si testes ejusdem sint existimationis & fidei, itemque testimonia æquè convenientia? 2 Procul dubio tū secundum majorem † testium numerum pronunciandum erit; Et testibus hinc inde contrariis, plures numero vincunt pauciores, c. in nostra 32. ubi Felin. in summ. extr. de testib. C. licet causam q. extr. de probat. Prosp. Farin. de testib. q. 65. n. 107. Just. Reuber. de testib. part. 3. n. 145. Joach. 3 Mynsing. cent. 4. obser. 38. Nam ubi major est numerus, ibi major præsumitur veritas, c. Ecclesia 4 strasb. extr. de elect. † Et integrius judicium esse solet, quod plurium sententiis confirmatur, c. prudentiam 21. extr. de offic. delegat.*

*Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Kircheligen contra die Gemeinde zu Blankenburg/ventilata in Prefectura Saltensi, Mens. April. Anno 1622.*

#### DEFINIT. XLVI.

*Discrepantibus inter se testibus judex pronunciabit pro Reo.*

*1 Accidit tamen quandoque, ut discrepantibus inter se testibus, omnia in unam æqualitatem concurrant, & neque ex personarum, testimoniorumque comparatione, neque ex numeri inæqualitate judex habeat, quid sequatur? † Tūm certè judex dabit sententiam secundum Reum, ex communione Dd. sententiæ, quam multis autoritatibus tueretur Prosp. Farin. de testib. q. 65. n. 152. Just. Reuber. de testib. part. 3. n. 155. † quia rei partes sunt favorabiles, quam actoris, l. favorabiliore 125. ff. de reg. jur. Andr. Gail. de pignor. observat. 22. n. 1. † Et facilior esse debet judex ad liberandum reum quam ad condemnandum l. Arrianus 47. ff. de O. & A. Quamvis nec hoc indifferenter verum existimaverim: 5 † Quid enim, si causa actoris ex ratione speciali sit, magis favorabilis, qualis est causa matrimonii, do-*

*tis, libertatis, testamenti, Vnuarum, pupillorum pauperum & similium? Nec sanè prævalebit tum favor Rei; † Sed pro actore erit pronunciandum, l. inter pares 38. ff. de re judic. l. 24. ff. de manumiss. l. 1. in pr. ff. solut. matr. l. 4. ff. de inoffic. testam. l. un. C. quand. Imp. int. pup. & vid. l. 19. C. de SS. Ecclesiis. Reuber. dict. part. 3. num. 156.*

*Ita Domini in causa Martin Krügers contra Georgen von Stutterheim zu Doberlücke/ Mens. Mayo 1635. (Verba sent. Dass Beklagter das Eigenthum des in Anspruch genommenen Pferdes zur Nothdurft erwiesen/derowegen ist klarer ihm dasselbe wieder abfolgen zu lassen / und die außgewandten Untosten auf Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/B. R. W.)*

#### DEFINIT. XLVII.

*Testis invitus ad testimonium perhibendum certæ multæ compelli potest.*

*1 Ndubitati juris est, quod quis invitus testimoni. 1 um dicere teneatur, l. current. 22. ff. de testib. l. 6 quando 19. C. eod. tit. Welenb. in parat. ff. eod. n. 2. † Non solum quia ferre testimonium, manus publicum est, ad quod invitus etiam quis cogitur, l. si quis magistratus 9. ff. de mun. & honor. Anton Go. metz. de delict. c. 12. Rubr. de probat. delict. num. 24. Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 100. num. 2. † Sed etiam 3 quod publicè intersit, veritatem non occultari, si quidem veritatem celare peccatum mortale est, † ac 4 propterea, qui se à testificando subtrahit, peccatum mortale committit, c. quisquis 11. q. 3. Felin. in c. 1. n. 2. extr. de testibus. Sed quo medio testis cogi poterit? † Procul dubio inductione certæ multæ 5 poenæ, quæ cum de jure definita non sit, arbitrio judicis relista censetur, Felin. in c. dilectorum 10. extr. de testib. cog. n. 4. Jacob. Menoch. lib. 2. arbiter. jud. q. cent. 2. cas. 280. num. 2. & cent. 4. cas. 381. nam. 32. Rutger. Rußland. de comiss. 2. lib. 2. r. 7. num. 10. † In Electoratu tamen Saxoniz hodie poena est definita, nempe decem aureorum Rhenenium, pro dimidiâ parte judicii, pro altera dimidiâ parte producenti applicandorum in Ordin. process. judic. tit. 22. in pr. † Quæ poena toties, quoties testimonium quis recusat, imponi & exigi potest; Nec tamen invitus à testimonio ferendo per id liberatur, † quin potius arctiori multæ ad hoc compelli debet, dict. tit. 22. vers. Und da er gleich solche/ic.*

*Ita Domini in causa Jonas Ludwigis contra Heinrich Hansen und Jobstien die Müllerg ad requisitionem Cesaris à Wittenbach zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1585. (Verba sentent. Dass Jonas Ludwig/seines Vorwendens ungeachtet/auff vorgehenden Zeugen-End in Sachen gedachte Müllere Beklagte/ und Hansen Zuckman Klägern belangende/ Zeugniß zu geben schuldig/und in Verweigerung wird er darzu durch gebührliche Mittel und Ansezung einer gewissen Straffe billich gezwungen/B. R. W.)*

#### DEFINIT. XLVIII.

*Parentes pro filiis & econtra idonei testes non sunt.*

*1 Expediti juris est, quod pater pro filio, & filius pro patre testis idoneus non sit, l. testis idoneus 9. ff. de testib. c. si testes vers. item testis idoneus 4. q. 2. & 3. † Imò, nec ad testificandum admittatur, l. 2 parentes 6. juncta Gloss. in verb. adversus se, & Salyacet. in summario C. eod. tit. † Nempe, quia pater & filius censetur una eademque persona, & vox unius est vox alterius, Prosp. Farin. de testib. q. 54. n. 145. † Et fieri vix potest, ut ex causa filii vel patris ad testes commodum aliquod non redundet, quod quando accidit, testimonium haud licitum habetur, l. omnibus 10. Codic. de testibus. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 25. Definit. 30. num. 2. † Quamvis & sola affectio inter parentes & liberos ejusmodi testimonium prohibeat. † Ex quo nec matrem contra liberos 6 nec ecoatra ad testimonium admitti putaverim, quia scili-*

scilicet eadem affectio, qua est in patre erga filios, militat quoque in matre & forsitan major, † cum mulieres sint faciliiores ad amandum & etiam faciliores ad pejerandum, Anton. Gabriel. tit. de testib. concl. 17. n. 4. Joseph. Mascard. de proba. vol. 3. concl. 1148. num. 4. Crot. de testib. part. 4. num. 210.

Ita Domini in causa Georgii Grubers zu Plauen/Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Eure Kinder aber seyn vor euch Zeugniß zu geben nicht zulässlichen/ B. R. W.)

Eti in causa Heinrici Zippels contra George Walten zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sententia. Dass Klägers Sohn Heinrich Zippel der Jüngere in dieser Sachen zum Zeugen nicht zulässlichen/ ic.)

## DEFINIT. XLIX.

*Admittitur tamen parentum testimonium in causâ matrimoniali ad favorem filiorum.*

**N**ihilominus multis modis parentes pro liberis & vice versa liberi pro parentibus testimonium perhibere valent, ut sic assertio in *Defin. preced. tradita*, neutiquam excludat certas exceptiones, de quibus vide latè Prosp. Farin. de test. q. 34. n. 177. & seqq. † Veluti in probatione ætatis filiorum, parentum ac imprimis matris testimonium habetur legitimum secundum Bartol. in *I. parentes 6. in pr. C. de testib.* Anton. Gabr. in *tit. de testib. concl. 17. n. 9.* Grammat. *decis. 48. n. 13.* Crot. de *testib. part. 4. n. 3. iii.* † Pariter in causa matrimoniali parentum testimonium recipitur ad favorem filiorum, c. videtur 3. abi Gloss. in verbo *conjugendo*, extr. qui *maritum. accus. poss.* Anton. Gabr. *dicit. concl. 17. n. 16.* Jof. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1148. n. 23.* † Nec enim alii, quam parentes, hujus rei exactiorem scientiam habere presumuntur, ut vel propterea eorum testimonium rejiciendum haud sit, per text. in *dicit. c. videtur.* Prosp. Farin. *dicit. q. 54. n. 194.* Gabr. *dicit. concl. 17. num. 8.*

Ita Dorpini in causa Hansen Gunters zu Zwickerau / Mens. Mayo Anno 1634. (Verba sent. Ist eure Tochter Catharina geschwängert worden/ und hat H. S. welcher ihr auch die Ehe versprochen haben soll/zum Zeugen angegeben/ nachdem aber dieselbe der Klagen nicht geständig gewesen/ ist gedachte euer Tochter solche zu beweisen/ vermittelst eines Abgieds/ außerleget worden/ und weil sie solches durch niemand anders/ als euch/euer Ehereib und andre Kinder/als durch ihre Eltern und Geschwister/ herzubringen vermag/ ist sie euch zu Zeugen anzugeben gemeinet/ ic. So werdet ihr nach Gelegenheit dafalls vor eure Tochter Zeugniß zu geben billich zugelassen/ und möget vom Beklagten beständiger Weise nicht verworffen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. L.

*Nec contra parentes vel liberos admittendum est testimonium.*

**C**ulm affectio & spes alicuius lucri prohibeat testimonium pro parentibus vel liberis, l. omnibus 20. *C. de testib.* Ant. Fab. in *C. libr. 4. tit. 15. Defin. 30. n. 2.* † Saltem contra parentes vel liberos testimonium admitti dixeris? † Sed & hoc improbat *Imp. Dioclet. & Maxim. in l. parentes 6. ibi.* Parentes & liberi invicem adversus se nec volentes ad testimonium 4. admittendi sunt *Cod. de testib.* † Multo minus ad id cogi poterunt, *Saly. in dict. l. parentes 6. vers. nota, quod cogi non debent*, Prosp. Far. de *testib. q. 54. n. 170.* † Obstat siquidem reverentia naturalis, quo minus liberi contra parentes testimonium ferre queant. † Parentes vero amor erga liberos, & inde nata perjurii suspicio a testimonio repellit. † Planè in casu, quo veritas aliter haberi non potest, praesertim in probatione delicti, etiam contra parentes vel liberos testes admittendos, non multum reclamaverim, secundum tradita Prosp. Farin. *dicit. q. 54. n. 171.* & Anton. Go-metz. *tom. 3. variar. resolut. c. 12. n. 24.* † Quamvis *Jul. Clar.* etiam in delicto atro dicem ab examinatione horum testimoniū abstinere moueat, in *pract. §. ult. q. 24. pers. scias tamen in fin.*

*Carpz. Definit. Vol. I.*

Ita Domini in causa Georgii Kreuels contra Georgie Schilbachen zu Schwarzenberg/Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Dass Beklagter seinen Beweis bei Verlust desselben bilden Sachsischer Frist gänzlich zu verführen schuldig/ und es mag Klägers Tochter/ Christoff Georgens Ehereib/ wider Klägern ihren Vater Zeugniß zu geben/ beständiger Weise nicht gedrungen werden/B. R. W.)

In causa Simon Closemans contra Augustum Ringen zu Torgau/Mens. Aug. Anno 1605. (Verba sentent. Dass Beklagte wider Klägern ihren leiblichen Vater Zeugniß zu geben nicht schuldig/B. R. W.)

Eti in causa David Walters contra die Gulmänner/ ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Novembre. Anno 1635.

## DEFINIT. LI.

*Uxor pro marito testis esse non potest, contra Maritum potest, sed non cogitur, nisi veritas aliter haberi nequeat.*

**F**oeminam quidem testimonium dicere nihil prohibet, praterquam in causa testamenti, l. qui testamento 20. §. mulier 6. ff. qui *testam. fac. poss.* Anton. Fab. in *C. l. 4. tit. 15. defin. 58. n. 2.* † Attamen pro marito uxoris esse nequit, quia testimonium hoc est set domesticum, §. item is qui *edium 2. vers. & cum Uxore. In his. de usu & habit. l. quicunque 10. C. de remilitar. lib. 12. l. ediles 25. §. familia 2. ff. de adit. edit.* † Ideoque prohibitum; l. 3. C. de *testib.* Crot. de *testib. p. 4. num. 122.* Prosp. Farin. de *testib. q. 54. num. 210.* Hippolyt. de *Marit. in l. 1. §. ad questionem 3. ff. de question.* Joseph. Mascard. de proba. vol. 3. concl. 1420. † Contra Maritum, autem quin Uxor testimonium dicere possit, nullâ lege prohibitum est, cur non ergo admitteretur, se velit? arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. † Nam invita ut cogatur, nimis durum est, Ant. 5 Fab. in *C. lib. 4. tit. 15. defin. 1. n. 4.* Prosp. Farin. *dicit. q. 54. n. 219.* † non solum propter reverentiam, quam 6 Uxor debet Viro suo, l. alia 14. in *fin. ff. solut. matrim.* † Sed & quod cum ipso sit una caro, unumque corpus, & una anima, *Genes. c. 1.* Sed hoc ita, si veritas aliter haberi nequeat. † Ceteroquin, ne veritas occultetur, quod peccatum esset mortale, c. quisquis 2. 9. 3. in defecitu aliorum testimoniū Uxor ad testimonium contra maritum omnino compelli debet, Farin. *dicit. loc. 221.* † Sancte maritum indifferenter cogi ad testificandum contra Uxorem tradit Aym. de *Antiquit. temp. part. 1. sect. Viso de fama, n. 17. vers. licet secus à marito, allegatus à Farin. dicit. q. 54. n. 220.* quia scilicet in Marito deponente contra Uxorem non immisit ratio periculi, sicuti in Uxore deponente contra maritum.

Ita Domini in causa Christophori & Mathei der Kargasse contra Martin Rehmanns Ehereib zu Schueberg/Mens. Jul. An. 1632. (Verba sentent. Dass Martin Rehmanns Ehereib/ ihres Vermendens ungeachtet/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/B. R. W.)

Eti in causa Heinrici Zippels contra George Walten zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Die hinterstellige Zeugen aber/wie auch Beklagtens Ehereib mögen/ gestalten Sachen nach/nicht verworffen werden/sondern sie seynd in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. LII.

*Admittitur etiam uxor testis contra Maritum in criminalibus.*

**N**on magis in causâ criminali, quam civili, Uxor contra Maritum testimonium dicere prohibetur, si velit, Anton. Fab. in *C. lib. 4. tit. 15. defin. 1. num. 2.* † Sed & ipsam ad hoc cogi posse putaverim propter bonum publicum, ne scilicet delictum maneat impunitum, l. 5. vers. estimatio. ff. ad leg. Aquil. † Idque eo magis, si delictum sit difficilis probatio-nis, in quo exactius scit verisimiliter Uxor veritatem, quam alii; † quo casu etiam conjuges pro conjugibus ad testificandum admissi, tradunt Dd.

R

Per

per text. in l. consensu 8. §. i. C. de repud. Anton. Gabr. tit. de testib. concl. 16. num. 7. Prosp. Farin. de test. q. 54. num. 227. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1420. n. 13.

Ita Domini in causa Matthes Gossewigens an Dieterichen von Berkersroda/Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl inquisit solche Verbrechung nicht geständig seyn will; Da aber sein Ehemal ist ihre Aussage vermittelst gewöhnlichen Zeugen Endes wiederholen würde/immaßen sie zu thun pflichtig/ic. So erscheinet datque so viel/dass inquisit vermittelst seines Endes sich zu reinigen/und dass er nicht das Eiche in Pulver-Sack gesteckt/noch die Feuers-Brunst aus lauter Muthwillen und Greuel verursachet/zu schweren schuldig/er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff ferrier was recht ist/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LIII.

*Frater aut soror pro fratre aut sorore admissi maxime probant, si aliorum concurrunt testimonia.*

1 F rater aut soror pro fratre vel sorore in causa civili testimonium dicere valet, cessantibus dummodo hisce tribus, † patria potestate, bonorum communione & cohabitatione, Gloss. in l. parentes 6. ubi Bartol. n. 4. C. de testib. Felin. in c. literas 14. num. 4. extr. de presump. Hippol. de Marsil. in l. i. §. ad questionem 3. n. 8 ff. de quest. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defin. 24. n. 1. Camp. de testib. reg. 6. in pr. Menock. de arbitr. judic. q. cas. 104. in pr. & lib. 2. pres. 53. n. 4. 3 † Nec enim ullo juris loco prohibitum est, ut frater fratri sit testis: Atqui permissum censetur, quod prohibitum non est, arg. l. mutus 43. §. i. ff. de proc. junct. 4 l. questionem 13. ff. de test. † Nec obesse potest suspicio, quæ oritur ex consanguinitate, quippe quæ tollitur per præsumptiones contrarias, quæ oriuntur præstito juramento de veritate dicenda, quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ, † ac nunquam præsumitur delictum aut perjurium, maximè si testis alias sit homo nobilis, aut probatæ fidei & honestæ vitæ. Eleganter Modest. Pistor. part. 1. qu. 46. Hippol. de Marsil. sing. 273. num. 10. Anton. Corset. sing. 16. † Quod si maximè arctissimam conjunctionem & inde præsumptam affectionem urgere velis, dubium certe amplius nullum restabit, † si akius accedit testis, de cuius fide ac probitate dubitari non potest, l. si quis ex argentariis 6. §. i. ff. de edend. † Nam & evenit plerumque, ut minus idonei testis testimonium per eum, qui omni exceptione major est, repleatur, dict. l. si quis 6. §. i. Ant. Fab. dict. defin. 24. 9 n. 5. Bartol. in l. admonendi 31. ff. de jure jur. † planè sicut causa, de qua in judicio disceptatur, sit magni momenti & valde præjudicialis, fratrem pro fratre ad testificandum non admitti, post multos alios, quos allegat, docet Prosp. Farin. de testib. q. 45. n. 114.

Ita Domini in causa Michael Voigtens contra George Nummelin an die Land-Herren zu Leipzig/Mens Jun. An. 1632. (Verba sentent. Dass Sabina Griebergers / so Klägerin Schwester ist/ als eine untüchtige Zeugin nicht zu verwerfens/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LIV.

*Famuli admittuntur ad testificandum pro domino de iis que domi sunt, quæque non nisi per domesticos probari queunt.*

1 D omestica testimonia sicuti regulariter prohibentur, l. etiam 3. ubi Dd. C. de testib. l. i. §. ad questionem 3. ubi Hyppolit. de Marsil. ff. de quest. l. 2 testes eos pen. ff. de testib. † Ita nec famuli, servi aut ancillæ ad testificandum pro domino admittuntur, 3 c. in literis 24. extr. de testib. † quia (scilicet) famuli consverunt obedire domino suo per fas & nefas, arg. c. cum ad sedem. 15. de testit. spoliat. & l. i. C. de rap. virgin. Specul. in tit. de teste §. i. n. 14. vers. sunt etiam domestici. Prosp. Farin. de test. q. 55. num. 135.

† Attamen si probandum id sit, quod nisi per famulos ac domesticos probari haud potest, nihil de horum testium fide ob id solidum, quod domestici fuerint, detrahatur, l. consensu 8. § servis etiam 6. C. de repud. † ne vel repellantur ii, qui de negotio controverso melius sunt informati, quam alii, Farin. q. 55. n. 163. † vel ad impossibilis probationis necessitatem nimia juris severitas litigatores adigere videatur, ut pulchre loquitur Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 55. defin. 60. n. 9. † Nam & testes minus idonei probant, quando veritas aliter haberi non potest, Camp. de testib. regul. u. in 17. fallent. Anton. Gabriel. tit. de concl. 10. n. 47. Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 124. num. 48. † Nec rejiciendum est famulorum testimonium, si aliorum testium, qui omni exceptione maiores sunt, fides consentiat cum domesticis, quia absurdum non est, unius testis fidem per alium suppleri, l. si quis ex argentariis 6. §. i. ff. de edendo. Anton. Fab. dict. defin. 60. num. 7. † Ceterum intellecta hæc velim de famulis, qui revera tales sunt; Nam famuli non habentes salaryum pro Domino testes esse haud prohibentur, Specul. in dict. tit. de teste §. i. n. 13. Farin. dict. q. 55. n. 138. Crot. de test. n. 127. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 758. num. 7.

Ita Domini in causa Jacobi Engelschalcis zu Tauche/Mens. Novembr. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr euer Kind-Vieh durch eure Magd vor den gemeinen Hirten desselben Orts treiben lassen/ uno als auff den Abend das Vieh wiederum eingetrieben worden/ und eurer Kuh eine nicht mit nach Hause kommen/habt ihr dieselbige und den Hirten suchen lassen/ da denn folgends Morgends die Kuh im Wasser bei der Weide tott gefunden worden/worauff ihr den Hirten/ als durch dessen Unachtsamkeit die Kuh ertrunken/ um Abtrag gerichtlichen verklaget/dieweil ab. r. Beklagter/dass die Kuh ausgetrieben worden/nicht geständig seyn wollen/ ist euch der Beweis/ dass ihr nemlichen die verlorne Kuh selbigen Tages mit vor den Hirten gerrieben/aufserleget worden/darauff ihr eure Magde zu Zeugen angeben/ic. So werden dieselben/gestalten Sachen nach/weil sie hierum die beste Wissenschaft haben/ als Zeugen bisslich zugelassen/ und mögen in dieser Sachen nicht verworfen werden/B. R. W.)

Ita in causa Georgii Grubers zu Plauen/Mens. Julio Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl die hinterlassene Erben an solcher Schuld nichts geständig seyn wollen/ ihr auch dieselbe mit keiner Handschrift zu beweisen habet; Da aber dianoch unter eurem Gesinde zwey/ dass ihr thine beydes die Gerste und das Stroh geliehen/ und durch euer Gesinde entrichten lassen/ vor Gerichte endlichen erhalten/ und ausgesaget hätten/ oder solches nochnahls thun würden, So wären des Schuldner's Erben euch berührte Gerste und Stroh wieder zu geben/oder dem ickeigen Werth nach zu bezahlen schuldig.)

Et ad requisitionem praefecti Rochlicensis. Mens. April. anno 1636.

#### DEFINIT. LV.

*Pubes non prohibetur testificari de iis, quæ vident in pupilli atate.*

E Tsí pupillus in causa civili testis esse nequeat, l. i. §. lege Julia 5. ff. de test. can. parvuli, & can. pueri 22. q. 5. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defin. 12. n. 1. † attamen puber factus non prohibetur testificari de iis, quæ vident in pupilli atate, Gloss. in dict. l. i. §. lege Julia 5. verb. impubes, ubi etiam Bartol. n. 2. Felin. in cap. cum vobis 14. n. 9. extr. de prescript. Campeg. de testib. regul. 112. num. 1. fallent. Farin. de testib. q. 58. n. 53. † modo deponat de iis, quæ tempore pupillaris atatis cadere potuerunt in sensum & intellectum pupilli, † isque eo tempore habuerit aliquam discretionem, ut post alios declarat Farin. dict. loc. n. 58. 60. & 6. ubi dicit. Si pupillus factus pubes deponat, se vidisse in pupilli atate, fabricari falsam monetam, ejus testimonium minime fore recipiendum; † quia non præsumitur in ea atate habuisse intellectum cognoscendi falsam mon-

tam;

**6** tam, l. i. vers. impuberes C. de fals. monet. + Eā de causa nec valebit testimonium puberis de iis, quæ videntur in infantia, Bartol. in dict. l. 3. s. lege julia s. n. 1. per text. in l. excipiuntur 14. ff. de Syllan. Camp. de testib. regul. 250. vers. secundo. Farin. dict. q. 58. n. 61.

Ita Domini in causa Michael Vogtens contra George Rummel zu die Land-Herren zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Dass Sabina Griebergers in dieser Sachen / so in ihrer Unmündigkeit geschaffen / gestalten Sachen nach / als eine unschuldige Zeugin nicht zu verwerfen/it.)

## DEFINIT. LVI.

*Non rejiciendas est testis ob inimicitiam, quando utriusque partis inimicus est.*

**7** **D**ubium non est, quin inimicus à testimonio sit repellendus, l. 3. ubi Dd. commun. ff. de test. l. 1.

**8** **S**ed præterea 24 ff. de quæst. + cum naturale sit, ut inimicus inimicum odio habeat, eique male cupiat, ut ait Aristot. lib. 4. Polit. c. 11. eaque est natura inimicitia, ut inimicus inimicum querat offendere, modo quo-cunque, Angel. Consil. 261. Col. 3. in fin. vers. secundo

**9** **q**uius. + Ex quo etiam sit, quod inimicitia ab accusando aliquem repellat, c. repellantur q. c. cum oporteat 19. c. meminimus 13. extr. de accusat. c. 2. & c. Suspen-

**10** **E**bus 3. q. 5. + Non vero admittitur ad testificandum, qui nequit accusare, & vice versa, c. super prudentia 14. q. 2. c. ipsi Apostoli, Eccl. testes 2. q. 7. Tibet. Decian. in tract. ver. crimin. lib. 3. c. 26. n. 1. & seqq. Anton. Gometz. tom. 3. var. resolut. cap. 12. num. 14. Prosp. Farin. de testib. q. 53. num. 3 Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 899. n. 1. Crot. de testib. part. 3. n.

**11** **97.** + Nolo tamen hæc aliter accipi, quam si testis unius saltem pannis, contra quam ad testificandum

**12** **p**roducitur, sit inimicus; + Secus vero, si utriusque partis inimicus habeatur; Nam sicut pars affectio, testem non repellit, secundum Bartol. in l. non so-

**13** **lum** 67. s. 1. ff. de ritu nupt. + Ita nec eum repellat par odium, Hippolyt. de Marsil. in l. 1. s. cum quis latrone 26. n. 28. & 29. ff. de quæ. Farin. dict. q. 53. num. 66. Anton. Gometz. dict. c. 12. num. 14.

Ita Domini in causa Georgii Friderici à Ritenstein, Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Dass die Räuberlichen Soldaten und Reuter in dieser Sachen Zeugnis zu geben zulässlich/ und es mag ihr Zeugnis von mehr berührem von Wildenstein als testimonium inimicorum capitalium, weil dieselbe nicht allein seine/sondern auch eure und unser allerseits Feind. De seynd/nicht verworfen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. LVII.

*Tutor vel Curator, durante tutela aut curatela, non admittitur testis.*

**14** **N**on potest esse testis tutor in causa pupilli sui, durante tutela, ex recepta omnium Interpp. sententia, Bartol. in l. omnibus 10. n. 6. vers. tertio modo C. de testib. Alber. de Malet. de testib. c. 4. num. 53. Campeg. de testib. Reg. 78. & Reg. 83. Jodoc. in pract. crimin. c. 50. n. 12. Prosp. Farin. de testib. quæ. 60. num. 272. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1357. n.

**15** **30.** + Quia tutor largo modo dicitur habere pupillum in potestate suâ, siquidem tutela est vis & potestas in pupillo, l. 1. ff. de tut. & habetur loco Domini, l. qui fundum 7. s. si tutor. 3. ff. de usucap. pro-

**16** **3** empt. Joh. Crot. de testib. part. 4. n. 171. + Sed opus non est, ut anxiæ in rationem prohibitionis inquiramus, cum neminem fugiat, testificationem tutoris in causa pupilli, in qua ipse actoris vices gerit, & causam quasi propriam agit, facile ipsius tutoris commo-

**17** **d**o vel incommode cedere posse, + quæ sola ratio efficientis est, ut à testimonio quis repellatur, l. omnibus 10. C. de testib. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. defin. 30.

**18** **5** num. 2. + Quia nec curator in causâ minoris vel mulieris, siæ curandæ, in qua ipse actoris vices gerit, vel alium actorem constituit, ad testificandum admittitur dict. l. 10. C. de testib. vel saltem propter affe-

ctionem, quam erga minorem aut curandam habere præsumitur, Joh. Campeg. de testib. regul. 83. Jodoc. Damhoud. de testib. Rubr. de reprobat. test. n. 12.

Ita Domini in causa Curatoris Reginae, uxoris Caspari Reinhardi contra D. Christian Becken zu Meissen/Mens. April. Anno 1632 (Verba sent. Dass es/ eingewandter Leutering ungeachtet/ bei vorigem Urteil nochmals bisch verdiebt/ und mag Paul Seifried/ als belagter Principalia Curator, nach Gelegenheit diffidat/weil er als Vormund mit in iure und einen Actorem hierzu constitueret, wider seine Pflege-Frau in dieser Sachen Zeugnis zu geben nicht gedrungen werden/V. R. W.)

In causa cur. rooris Wenzel Weissens Wittben contra Curatorem Margarethen Christoff Weissens Wittben an die Land-Herren zu Leipzig/Mens. Novemb. Anno 1634 (Verba sent. Dass angegebene Curatores ihre Curatoria ad acta pli brüggen schuldig/ und erscheint sousten aus dem Einbringen so viel/dass die angegebenen Zeugen / gestalteten Sachen nach/nicht zulässlich/V. R. W.)

Et in causa Johannis Ebenn contra heredes Hermanni Hütten zu Leipzig/Mens. Julio Anno 1632. (Verba sent. Dass Vormünder Hermann Hütten Erben/gestalteten Sachen nach/weil sie in diesem Proces, wegen ihrer Mündlein/Klägers Stelle halten/ zu Zeugen nicht zulässlich/V. R. W.)

## DEFINIT. LVIII.

*Nisi causa pupilli vel minoris agitur per actorem, à judice vel contatore constitutum.*

**S**ed hoc ita, quando ipsem tutor vel curator actoris vel rei vices in judicio gerit, aut etiam auctorem ad litem suo periculo deputavit, qui propterea repellitur à testimonio dicendo, quod Dominus litiis factus sit, & in re propria testimonium ferre censatur, l. omnibus 10. C. de testib. Defin. preced.

+ Cateroquin, si causa minoris, pupilli, vel Curandæ ventiletur in judicio per actorem ad lites, non à tutore vel curatore, sed à judice vel contatore deputatum, ratio prohibitionis & periculum tutoris atque curatoris cessat, + adeoque nihil impedit, quo minus testificatio ejus sit admittenda, ut est communis Dd. sententia Campeg. de testib. reg. 78. Alber. de Malet. de testib. c. 4. num. 53. Lanfranc. de testib. num. 70. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1357. num. 32.

Ita Domini in causa Christophori Weilichens contra Casparum Böhmen/ ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Octobr. Anno 1627. (Verba sent. Dass Weichberger Seines Vorgebens ungeachtet/vermittels Egoes/ Zeugnis zu geben schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. LIX.

*Nec Advocatus nec Procurator potest esse testis in causa Clientis sui, in qua est Advocatus aut Procurator.*

**P**rocurator aut advocatus in causâ clientis sui, in qua vel procurator vel advocatus est, propter præsumptam affectionem testimonium ferre non potest, nec prouide ad id cogendus erit, c. si testes omnes s. testes, quos accusator 4. q. 3. c. ult. de testib. in sexto. ult. ff. de testib. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defin. 19. Prosp. Farin. de testib. q. 60. n. 155. Matth. Colet. part. 2. decif. 24. n. 1. Specul. in tit. de teste s. n. 74. Nell. de testib. n. 13. Campeg. de testib. regul. 58. + In alia tamen causâ vel articulo saltem, in quo non advocavit, nil prohibet, quo minus testis admittatur, Gloss. in l. fin. in fin. ff. de testib. Anton. Fab. dict. defin. 19. n. 3. Farin. dict. q. 60. n. 178. + Sicut nec finito advocationi officio, à testimonio repellli debet, Col. dict. Decif. 24. n. 2. quamvis hoc aliter limitet Farin. dict. loc. n. 157. & seqq.

Ita Domini in causa Michael Vogtens contra George Rummel zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sentent. Heinrich Zippel aber als Bellagten Advocat ist in diesen noch schwedenden Proces zu zeugen nicht zulässlich/it.)

Bei causa Gabriel Hilleson contra Hansen Rudolff in ventilata in Praetorio Lipsiensi Mens. Jun. Anno 1621. (Verba sentent. Dass M. Abraham Gießbach in dieser Sachen / nach Gelegenheit/diffidat Zeugnis zu geben nicht gedrungen werden mag/V. R. W.)

## DEFINIT. LX.

*Validum est testimonium Advocati in causâ clientis, quando ex defectu testimoniū veritas aliter non potest haberi.*

- 1 **N**on tamen semper repellendus est advocatus à testificando in causâ clientis sui, ut patet ex limitationibus traditis à Prosp. Farin. de testib. q. 60. n. 170. & multis seqq. Sane, cogitur Advocatus ad testificandum, † si ob eam causam, ne scilicet testis admittetur, in fraudem captatum ipsius patrocinium probetur, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. sit. 14. def. 19. n. 2. † nempe, quod consilium fraudulentum consulti suo damnosum, non utile esse debet, l. 3. §. scio 2: ff. de minor. l. procurator II. §. 1. de dol. mal. except. Pariter quoque advocatus testis existit idoneus in causâ clientis sui, † si veritas aliter probari nequeat; Nam quando agitur de probando actu, in quo alii testes non intervenierunt, tunc saltem in subsidium advocati testimonium recipitur, secundum communem sententiam, † a quâ in judicando non est recedendum, ut dicit Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 4. n. 6. Lanfranc. de testib. n. 67. Campeg. de testib. regul. 58. n. 5. fallent. Farin. dict. q. 60. num. 188. Joseph. Mascard. de probat. vol. I. concl. 66. n. 14.
- 2 † Eaque generaliter vera est, sive alii testes intervenire potuerint, sive non, modò non intervenient, nec corùndem depositio haberi queat, ut bene declarat Prosper Farin. dict. q. 60. n. 190. † Nec jure probata est limitatio Matth. sing. 188. n. 2. valere scilicet advocati testimonium pro clientulo suo, tunc defnum, si questionis fuerit subjectus: Quam meritò rejicit Farin. dict. q. 60. n. 192.

*Ita Domini in causa Andrea Müllers contra Sybillen Matches Krügers Wittben zu Dresden/ Mensl. Jul. Anno 1635. (Verba sentent. Daraus allenthalben so viel zu befinden/ daß D. Zacharias Schiltz nach Gelegenheit dñsfalls und in subsidium in dieser Sachen Zeugniß zu geben billich zugelassen wird/B. R. W.)*

## DEFINIT. LXI.

*Judex ne quidem causâ finitâ cogitur testimonium ferre super iis, quæ respiciunt justitiam vel in justitiam sue sententie.*

- 1 **E**t si judex in causâ coram se vertente nequeat testimonium ferre, tunc propter præsumptam affectionem, tunc quia absurdum est, quod quis in unâ eademque causâ duplice fungatur officio, judicis nempe atque testis, arg. l. quisquis 6.C. de postuland. can. 1. 4. q. 4. Speculat. in tit. de teste §. 1. n. 74. Felin. in c. cum à nobis 28. n. 6. extr. de testib. Lanfr. de testib. n. 69. Prosp. Farin. de testib. q. 6. n. 89. Joseph. Mascard. de probat. vol. I. concl. 124. n. 2. & vol. 2. concl. 950. n. 1. † Aliud tamen dicendum putaverim post causam finitam & item determinatam, cessante nempe tunc causâ prohibitionis, † maximè, si ex depositione suâ non habeat expectare aliquod commodum vel incommodum pecuniae aut honoris, Alb. de Malet. de testib. c. 4. num. ii. † Quo & facit text. in Landr. lib. 2. art. 22 ubi Gloss. n. 4. Denn das Gericht ist von dem/ was vor ihnen gehandelt / Zeugniß zu geben schuldig/ Weichbild/ art. 11. ante fin. Matth. Coler. part. 2. decis. 241. † Sed hoc cum micâ salis accipi velim, ut nempe judex causâ finitâ cogatur ad testificandum super iis, quæ respiciunt solum processum.
- 2 † Cæteroquin si testimonium ferendum esset super iis, quæ respiciunt justitiam vel in justitiam sententia, tunc nullatenus judex ad testificandum admittitur, ut bene limitat Prosp. Farin. dict. q. 60. n. 93. post. Bartol. in l. ne in arbitris 4. num. 6. C. de arbit.

*Ita Domini in causa Hansen Buschitzens contra Hlob Magdebergen zu Weimar/Mensl. Mart. Anno 1593. (Verba sentent. Dass Andreas Caspar von Ebeleben nach Gelegenheit dñsfalls in dieser Sachen wider seinen Willen Zeugniß zu geben nicht mag gedrungen werden/ ic.)*

## DEFINIT. LXII.

*Non cogendus est judex ferre testimonium in causâ, quâ impugnatur testamentum ex defectu solennum à judice non exhibitorum.*

**H**ocque ipsum commovit Dominos, † ut responderent, non esse cogendos judicem ejusque assessores, ferre testimonium in causâ testamentariâ, cum hæres ab intestato testamentum judiciale ex eo capite impugnare conabatur, quod judex & assessores ad hoc requisiti solennia debita non obseruantur. † Nec enim negari poterat, hoc casu testimonium exigi super iis, quæ judex & Scabini ratione officii fecissent, aut saltem facere debuissent: † Id quæ eo minus, quo majus periculum vel dedecus ipsis ex depositione accederet: Notissimi vero juris est, † non posse judicem de gestis coram se testificari, quando ex suâ depositione vel dedecus fugiat, vel honorem consequatur, Campeg. de test. reg. 60. 100. Joseph. Mascard. de probat. vol. I. concl. 124. num. 5.

*Ita Domini ad requisitionem Questoris zu Steyburg/ Mensl. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Hat eine Person/ von welcher eure Frage meldet/ vor deren hierzu ernannten Gerichts-Personen und Notario ihren letzten Willen auffgerichtet/ und es ist derjenige/deme solche Verordnung widrig und nachtheilig ist/ angeregtes Testament zu fechten und umgestossen gemeinet/ mit Vorgeben/ daß bei dessen Auffrichtung von den Gerichten nicht allerdings richtig procediret, und die gebührenden Solennia in acht genommen worden; Wann er nun gleich dasselbe erweisen und beybringen/ auch zu solchem Ende vorgedachte Gerichts-Personen zu Zeugen angeben wolte/ ic. So möchten doch dieselben/ gestalten Sachen nach/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben nicht angehalten werden/B. R. W.)*

## DEFINIT. LXIII.

*Neque Notarius compelli potest ad testificandum de gestis coram eo, tanquam Notario.*

**A**lia certè ratio non est Notarii, † qui licet nul-  
libi prohibeat ferre testimonium in causâ, cui  
tanquam Notarius fuit exhibitus, ut proinde cum  
pro teste legitimo habendum dixeris, arg. l. mutus  
43. ff. de procurat. junct. l. quæ situm 33. de test. † Atta-  
men si gesta coram eo tanquam Notario impugnat-  
ur, neutiquam ad testificationem ipsum cogendum  
putavorem, ut ad sui commodum & exoneracionem  
seu avertendum dedecus deponere censeatur, arg. l.  
omnibus 10. C. de testib. † Nec enim Notario, qui  
forsitan scriptis, testatorem, quo tempore supra-  
ordinabat, sanæ mentis fuisse, usque adeò creditur,  
quoniam probari contrarium possit citra falsi accusatio-  
nem, Bald. in l. 1. ff. de confess. & in rubr. C. de fide in-  
strum. Salycet. in l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss.  
Quid enim si Notarius (ut sapienter videimus) clau-  
silam illam ex vulgari Notariorum Stylo potius  
quam ex proposito adscripsisset? † Quid etiam, si in  
aliâ causâ Notarius dixerit, certioratam à se mulie-  
rem de vi & potestate Senatus consulti Vellejani, cu-  
jus exceptioni renunciaverit? † Non enim creditur  
ei nisi haec tenus, ut in mulierem contrarium afferen-  
tem probandi onus transferatur. Anton. Fab. in C.  
lib. 4. tit. 14. defin. 26. n. 6. † Quod & de aliis clausu-  
lis, quibus exprimere notarii solent, nec vi, nec me-  
tu, nec dolo factum quicquam fuisse, afferendum  
est; † Nunquam enim excludit ea res probationem  
interventionis violentia, metusve aut deli, tametq.  
is, qui vim aut metum, dolumve allegat, de falso  
Notarium accusare nolit; † Quia præsumptio cedit  
pro-

probationi, ut supersit locus veritati, *l. si Chirographum 24. l. 29. in fin. ff. de probat.* Anton. Fab. dict. defin. 26. num. 4.

Ita Domini in causa Michael Voigts contra Georgium Rümmelin zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. In massen denn auch Michael Sorge/als Notarius, gestalten Sachen nach/Zeugniß zu geben nicht gebrungen werden mag/et.)

Et in causa Hansen Georgs contra Hansen Bevers Witwen zu Dresden/Mens. Jan. Anno 1612.

## DEFINIT. LXIV.

*Subditi quatuor in causâ Dominorum legitimi habentur testes.*

- 1 **C**larum est responsum Licinii Rufini, quod idonei non sint testes, quibus imperari potest, *in l. idonei 6. ff. de testib.* Non ergo subditorum in causa Domini sui, testimonium valere dixeris: *† Nam licet interpp. communiter textum illum de iis exaudient testibus, quibus imperari potest vel ratione patriæ potestatis, vel ratione particularis & privatæ jurisdictionis, ut est jurisdictionis Dominorum contra servos, non autem ratione universalis jurisdictionis, quam Princeps aut Nobilis habet in subditos suos, Cyn. in l. eos 5. in fin. C. de testib.* Prosp. Farin. de testib. q. 55. num. 203. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. ad questionem 3. n. 2. ff. de quest. Specul. in tit. de teste §. 1. n. 18. *† Attamen restrictionem hanc textui minime convenire, appetet vel saltem ex vocula (imperari) quæ propriè denotat potestatem eam, quam & imperium appellamus, l. pot. 215. ff. de V. S. ut bene animadvertis Modest. Pistor. vol. 1. confil. 7. n. 25.*
- 2 **Q**uicquid sit, *† observantia contrarium docet, admitti nempe subditos in causa Dominorum, remitto ipsis hâc in re juramento, quo alias domino sunt obstricti, † prout testatur Modest. Pistor. dict. loc. num. 26. vers. 3.* Aber in practica habe ich observert, daß man in solchen Sachen die Unterthanen der Pflicht/damit sie dem Herren verwand/loßgezahlt/ so viel das Zeugniß belanget/däß sie ohne Scheu derselben die Wahrheit bekennen mögen; und in solchem Fall werden gemeinen Brauch nach die Unterthanen auch in Sachen ihre Herren belangende zu Zeugen zugelassen/Et hoc jure utimur. *† Idque ed magis verum puto in casu, quo veritas aliter haberri non potest: Nam qui alias non admittuntur ad testificandum, coguntur etiam testes esse, si veritas aliter haberri nequeat, Host. in c. 2. ext. de test. cog. & ibi. Felin. num. 8. Matth. Coler. part. 2. decif. 141. n. 6.*
- 3 Ita Domini in causa Hansen Georgen von Hessen contra Matthes Müllern und Martin Wagner/ ventilata in Praefatura Coldicensi, Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sent. Dass Matthes Müller und Martin Wagner/ gestalten Sachen nach/der Wahrheit in Steuer/ in dieser Sachen Zeugniß zu geben schuldig/ V. R. W.)
- 4 Et ad requisitionem praefecti Rochlicensis, Mens. April. Anno 1636. (Verba sent. Inmassen denn auch die angegebene bende Zeugen/als des Klägers und producenten Unterthanen/ jedoch wenn sie ihrer Pflicht zuvor loßgezahlet/ gestalten Sachen nach/nicht verworfen werden mögen/V. R. W.)

## DEFINIT. LXV.

*Testes de universitate non admittuntur in causâ, quæ commodum & utilitatem singulorum respicit.*

- 1 **C**ommunis equidem est Dd. conclusio, quod testis de universitate admittatur ad testificandum pro sua universitate, Felin. in c. insuper 6. n. 1. extr. de testib. Specul. in tit. de teste §. 1. n. 2. Salycet. in L. parentes 6. n. 10. C. de testib. q. 60. n. 450. Crot. de test. n. 129. Alber. de Malet. de testib. c. 4. n. 71. *† Tamen quia singuli de collegio vel universitate non dicuntur ferre testimonium in propriâ causâ, † cum aliud sit universitas, & aliud singuli de universitate, l. sed*
- 2 *si hac 10. §. qui manumittitur 4. ff. de in jus voc. + Tum, 4 quia singulorum nihil interest, causam pro universitate tractari. Quod vel inde appetet, quia singuli suo nomine non possunt agere, nec excipere, atqui illius saltem dicitur interesse, qui suo nomine agere vel excipere potest, l. sed si unius 17. §. procur. 15. ff. de injur. Felin. dict. loc. *† Attamen restringenda omnino est hæc conclusio ad ea, quæ respiciunt communum & utilitatem universitatis, non autem singulorum: *† Nam super iis, quæ singulorum communum & utilitatem respiciunt, putâ, quando agitur de jure pascendi, pescandi, &c. singuli de universitate ad testificandum neutquam admittuntur, uti post alios, quos copiose allegat, docet Prosp. Farin. dict. q. 60. n. 596. & seqq. *† ubi eleganter quoque per certas conclusiones declarat, quando dicatur causa respicere vel non respicere singulorum utilitatem, Modest. Pistor. part. 3. q. 103.****
- 3 Ita Domini in causa Herrn Heinrich des IV. Krüzen/Herrn von Plauen contra Syndiken der Gemeinde zu Elsberg / & Consort. ventilata in praefectura Zwickavensi, Mens. August. Anno 1630. (Verba sent. Dass Beklagteus s. angegebene Zeugen/ Paulus Peter/ George Heym/ Wolff Becke/ Valentini Schöff/ Hans Herman/ Hans Zwicker/ Hans Hessel und so. Ortel nicht zulässlich/et.)
- 4 Et in causa der 3. Schul-Collegen und sämtlichen Musizierantem zu Laucha/Mens. Jun. Anno 1635,

## DEFINIT. LXVI.

*Denunciator in processu inquisitionis ad testificandum admittitur debet.*

- 1 **Q**uemadmodum accusator, *† ita etiam denunciator testimonium ferre prohibetur in causâ, in qua denunciavit, Dd. in l. ea quidem 7. C. de accus. Alber. de Malet. in tratt. de test. c. 3. n. 60. Joh. Campeg. de test. regul. 103. in pr. *† Sed hoc ita, si aliorum testium assertio & testimonium non concurrat: Et ponit Campeg. dict. loc. *† alias adhuc limitaciones, quibus denunciatoris testimonium admittendum assertit: *† Putâ, si denunciator sit persona publica, & deponat de facto sibi commissio, ut si dicat, se citâsse aliquem, vel aliquid fecisse ex mandato judicis, Cyn. in l. ea quidem 7. C. de accusat. *† Aut, si denunciata fuerint maleficia levia, veluti, si denunciator dixerit, se invenisse vel portantes arma aut similia, Bartol. in l. Divus 3. ff. de custod. Reor. Farin. de testib. q. 60. n. 75. *† Quin, eti non agatur in processu ordinario, sed judex super denunciatione procedat per inquisitionem, denunciator omnino examinari debet, Bartol. in dict. l. Divus. Campeg. dict. Regul. 103. vers. 5.******
- 2 Ita Domini sed requisitionem Adolphi à Görsdorff/Mens. Sepebr. Anno 1621. (Verba sent. Wird Heinrich Becke ein Eicher von einem Soldaten folgender Begünstigung beschuldigt/der er aber nicht geständig seyn will/et. So wird gedachter Soldat neben den andern Personen als Zeugen/ vermittelets gewöhnlichen Zeugen-Eides/ hierüber abgehört/ und ihrer allerseits Aussage in eine ordentliche Registratur brachte/ daranff dann des inquisiti Person und verwürkten Straffe wegen ergehet was recht ist/V. R. W.)
- 3 Et in causa Questoris Dresdenensis contra George Rudolphen von der Sahle zu Dresden/Mens. Aug. Anno 1633.

## DEFINIT. LXVII.

*Creditor est testis idoneus in causa debitoris, non vice versa debitor in causa creditoris.*

- 1 **N**ullibi creditor pro suo debitore testimonium ferre prohibetur; Quidni ergo in causa debitoris ceu testis idoneus admittendus esset? *† Nain. quod prohibitum non est, hoc ipsum censetur permisum, arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. junct. l. questionis 13. ff. de testib.* Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defin. 24. num. 2. veluti etiam Dd. communiter
- 2 *sen-*

sentiunt ac plenam fidem creditoris dispositioni tribuunt, Felin. in c. insuper 6. n. 15. infin. extr. de testib. Campeg. de testib. regul. 102. in tert. fallent. Prosp. Farin. de testib. q. 60. n. 316. Crot. de testib. n. 3. 185. † modò creditoris commodum vel utilitas nulla interveniat, † veluti in causâ pignoris, qua propria videtur ipsius creditoris causa, l. ab executor. 4. §. alio 2. ff. de appellat. l. 2. §. Sed si alius 1. ff. quan- 5 do appellat. sit. † At nemini in re propriâ dicendi testimonii facultas concedenda est, l. omnibus 10. C. de testib. Campeg. dict. reg. 102. Farin. dict. q. 60. n. 318. † Planè Debitor pro Creditore testimonium ferre non potest, & si ferat, suspectus est, cum ratione debiti subditus quodammodo creditoris, ut vulgo dicitur, & servus reputetur, per Gloss. in l. si- deicommis. 11. §. si rem 12. in verb. non. accipere ff. de legat. 3. Campeg. dict. regul. 102. Prosp. Farin. dict. q. 60. n. 321.

Ita Domini in causa Valentini Kirstens zum Hoff/ Mens. Mayo, Anno 1632. (Verba sent. Und weil der Schuldnier nicht zahlen können/ habt ihr zu eurem Theil ihm 35. fl. abzetteln und bezahlen müssen/deßwegen ihr Matches Schindlers/ als des genesenen Oberbürgena Erben hinwiederum belangen. Ob nun wohl dieselbe der Oberbürgschafft/ und daß sich Schindler gegen euch hinwiederum verpflichtet/ nicht geständig seyn wollen. Da aber dennoch der Creditor Andreas Schuster welcher in dieser Sachen zu zeugen zuläßigen) dasselbe eydlich aussagen/ und ihr nachnahis solche seine Aussage/ vermitteß eures Eydes/bstärken/ und das Juramentum in supplementum schweren würdet/ ic. So hättet ihr euer Vorgeben zur Nothdurft benbracht/ und seyn euch auss solchen Fall die Schindlerische Erben die Wiedergzahlung der 35. fl. benebens dem landüblichen Interesse zu lassen schuldig. Der Debitor aber Donat Kreßschmar ist in dieser Sachen zum Zeugen nicht zulässlich/ inmassen auch durch den Schein sub A. eure Forderung/ wie recht/nicht erwiesen wird/ B. R. W.)

Et in causa hereditati Christophori Drechsler des ältern contra Hansen Drechsler's Kinder zu Halle/ Mens. Mayo, Anno 1633.

#### DEFINIT. LXVIII.

*Venditor pro emptore in causâ rei venditæ non est testis idoneus, quando tenetur de evictione.*

1. Venditor pro emptore in causâ rei venditæ testis esse nequit, propter periculum evictionis: Evidet namque te venditâ, tenetur ipse de evictione, 2. † & sic propter interesse à testimonio repellitur, arg. l. omnib. 10. C. de testib. Lanfranc. de testibus num. 66. Crot. de testib. 164. Prosp. Farin. de testib. q. 60. num. 325. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 157. n. 3. n. Alb. de Malet. de testib. c. 4. n. 42. † Ex quo sequitur, Venditorem ad testificandum admitti, si certâ ex causâ, neque de evictione, neque ad pretii restitucionem teneatur, cessante nimis prohibitionis ratione, Felin. in c. insuper. 6. n. 12. extra de testib. Alb. de Malet. dict. c. n. 4. Prosp. Farin. dict. q. 60. n. 126. & n. 328. Crot. dict. loc.

Ita Domini in causa Hieronymi Richners contra Heinrichum Löwen/ventilitat in Praetorio Lipsiensi, Mens. Maj. Anno 1634.

#### DEFINIT. LXIX.

*Clerici etiam in causis Laicerum, mediante juramento, ad testificandum compelluntur.*

1. Etsi de jure sacerdos cogi nequeat, † ut coram judice Laico perhibeat testimonium, ne persona oneretur & dignitas Sacerdotii exempta confundatur, juxta constitutionem Imp. Theodosii in l. nec honore 7. C. de Episcop. & Cleric. † Attamen cum jure consuetudinario nulla ducatur ratio personarum secularium & religiosarum, minimè concedenda ipsis erit exemptio, sed perinde ac laici ad testificandum hodiè Clericis sunt compellendi, ut multis tuerit Virgil. Pingitz. quest. 35. Matth. Coler. part. 1. decif. 211. & part. 2. decif. 241. † Nam quo major alicujus est dignitas, eo minus debet se sub-

trahere à testificando & perhibitione veritatis: Præsumitur siquidem contra testem eo ipso, quo testificari recusat, quod velit libenter tacere veritatem. Gloss. in c. 2. extr. de testib. & ibi Felin. n. 9. † Quamvis hoc ipsum ad eum solummodo casum ab aliis restringatur, quo veritas aliter haberi nequit, ut tumdem coram judge saltem Ecclesiastico Clericus testimonium dicere cogatur, Andr. Gail. l. 1. obser. pat. 100. n. 16. † Quia etiam privilegiati, qui alias non possunt compelli ad testificandum, non gaudent privilegio, sed coguntur testes esse, quando veritas aliter haberi non potest, Felin. dict. loc. Matth. Coler. dict. decis. 241. num. 6. † Sed num etiam ad præstationem juramenti hoc casu clerici erunt cogendi? Omnipotens; Quia testis injuratus nullam fidem facit, & consistit tota substantia depositionis testium in juramento, l. jurisjurandi 9. §. 1. C. de testib. can. bortamur 20. caus. 3. q. 9. c. tuis 39. extr. de testib. Bald. in l. milites 3. C. de re milit. Andr. Gail. lib. 1. obser. 101. num. 1. Coler. dict. loc. n. 7. Hipp. de Marsil. sing. 241. n. 7. † Etsi enim quis maximè sit religiosus, tamen ei nisi jurato non creditur in præjudicium alterius, quia juramentum istud, quod testis præstat, necessarium est usque adeo, ut nisi ipse, antequam testimonium perhibeat, juraverit, planè irrita sit ejus depositio, quantumvis postmodum ex intervallo juramentum præstiterit, Felin. dict. c. 2. de testib. n. 56. c. fraternitatis 17. n. 4. de testib. † Atque in specie de Clericis, ut juramentum ante depositionem subeant, præcipitur in c. nuper nobis 51. extr. de testib. Prosp. Farin. de testib. qv. 74. n. 66. Et cur juramentum rennere vellent Clerici, cum hoc per se malum non sit, sed saltem confirmatio veritatis, c. eti. Christus 26. circa fin. extr. de jurejur. can. 3. caus. 22. q. 1. & species cultus divini, Setser. de juram. lib. 1. c. 1. n. n. † Verissimè quoque de Clericis scripti. 9 Matth. Coler. quod hoc genus hominum non minus affectibus regatur, quam alii privati, ut sic periculosem sit, remittere ipsis juramentum, dict. decis. 241. n. 7. Virgil. Pingitz. dict. q. 35. † Nec obstet textus in Autb. Sed iudex C. de Episc. & Cler. in verb. Sacerdotes dicant ea, quae noverint, non tamen jurent &c. † Tum quia verba haec (Non jurent) in Novell. 123. c. 11. 7. ex quâ dict. Autb. ab Irnerio est desumpta, non repe- riuntur, Borch. de jurejur. c. 4. n. 13. † Tum quod dict. Autb. agat de Episcoporum privilegio, quibus eatenus videtur indulsum, ut non tactis, sed saltem propositis SS. Evangelii jurent, c. cum in causâ 7. extr. de juram. column. Conrad. Rittershus. ad Novell. p. 1. c. 7. num. 82. & Matth. Steph. ad Novell. 123. num. 23.

Ita Domini in causa Jacobi Reinsteins zu Scheuditz/ Mens. Sept. Anno 1632. (Verba sent. Würde der Pfarrer zu Börschen M. Joh. Löbner seine gethane Aussage/ vermittelst gewöhnlichen Zeugen. Eydes/ wiederholen und bestärken/ inmassen er zu thun schuldig; So erscheinet aus den Acten so viel/ daß Jacob Reinstein dasjenige/ so ihm zu beweisen auferlegt/ und er sich angemessen/zur Nothdurft erwiesen und benbracht hat/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LXX.

*Non tamen tenetur sacerdos revelare confessionem sibi factam.*

Nolo tamen, hoc extendi ad confessionem auri- 1 cularem; † Nam sacerdos neque cogi potest à superiore, ut confessionem sibi factam propalat, neque si id faciat, fide dignus habetur, vel quicquam testimonium hoc operatur, Anton. Gometz. tom. 3. var. resolut. c. 13. n. 9. Andr. Gail. lib. 1. obser. 100. n. 8. Mynsing. cent. 5. obser. 41. n. 4. Frid. Ptuckmann. vol. 2. consil. 16. n. 77. Jac. Menoch. lib. 1. presumpt. q. 89. n. 26. & 27. Decian. in tract. crimin. lib. 2. c. 14. n. 5. Jo.

Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 377. num. 1. 5.  
**3** Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 15. Def. 38. † Tum, quia  
 Mlicitum hoc esset testimonium, contra leges sacros-  
 que canones datum, c. sacerdos 2. de panis. distincti.  
 6. c. si sacerdos 2. extr. de offic. judic. ordin. c. dilectus  
 13. extr. de excess. pralat. c. omnis 12. vers. caveat au-  
 tem extr. de panit. Idcirkò siquidem dicitur secre-  
 tum confessionis, quia divulgandum non est; ut in  
 simili dicit Ulpian. in l. 1. §. si quis tabulas 38. ff. depo-

**4** st. † Tum, quod non scire deceat sacerdos tanquam  
 homo ea, quæ illi, ut vices Christi summi sacerdotis  
 gerenti, explicata fuere, dicit. c. si sacerdos 2. c. dilec-  
 tus 13. ubi Pastor mit. extr. de excess. prafat. Fab. dicit.  
 defini. 38. n. 2. Ripa ad fin. tract. de peste n. 59. & seqq.

**5** † Et complacuit etiam hæc sententia D. Luthero in  
 colloq. german. c. 14. fol. 191. b. m. Jenens. ibi: Sie  
 hat mir nichts gebeicht / sondern dem HErrn Christo/  
 und weiß es Christus heimlich hält / so soll ichs auch  
 heimlich halten/und strack's sagen: Ich habe nichts ge-  
 höret/hat Christus was gehöret/so sage ers. Et pa-  
 ïo post: Ich sie absolviret, da weiß ich D. Martinus  
 nichts um/sondern Christus weiß es / mit welchem sie  
 geredet. Dann ich höre nicht Weichte/absolvire auch  
 nicht/sondern Christus/ic.

Ita Domini in causa M. Johannis Weidners / Pastoris zu  
 Wirschen/Mensl. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Hat unter eu-  
 ren Pfarr-Kindern eine ledige Weib-Person einen Wittber  
 zugesagter Ehe wegen in Consistorio beklagt und in Anspruch  
 genommen / und als Beklagter auf die erhobene Klage mit  
 Nicht-gestehen geantwortet/und einiger Zusage nicht gestän-  
 dig gewesen/ist solche zu erweisen der Klägerin afferget vor-  
 den. Ob sie nun wohl unter anderu auch euch/ geg: n deme/als  
 seinem Bricht-Vater/ er in der Beichte sich zu det vermenten  
 ten Zusage bekannt hätte/zum Zeugen angeben/ic. So send  
 ihr doch disfalls Zeugniß zu geben nicht schuldig / indget auch  
 darzu nicht angehalten werden; Und wenn ihr es gleich thun  
 wollet/würdet ihr doch darmit nicht zu hören / noch zugelassen/  
 (B. R. W.)

## DEFINIT. LXXI.

*Spuriis & Naturales à testimonii dictione baud sunt  
 repellendi.*

**1** Negari nequit, in quæstione testium admitten-  
 dorum vel repellendorum, multum arbitrio  
 ac discretioni judicis esse tribuendura, an scilicet ad  
 sui commodum & exonerationem, vel in favorem  
 partis testimicari presumantur, l. omnibus 10. C. de-  
**2** testib. † Ex quo fit, quod etiam Proxeneta seu me-  
 diatores testes esse prohibeantur, super iis contracti-  
 bus, qui coram eis gesti sunt, Dd. in c. dilectorum 10.  
**3** extr. de testib. cogend. † Quod nec iure Saxonico im-  
 mutatum fuisse, demonstrat Matth. Col. part. 1. de-  
**4** cis. 197. n. 4. † Quandoque etiam qualitas personæ  
 à testificando eam repellit: Ex quo, Judæus contra  
 Christianum perhibere testimonium non valet, c.  
 placuit i. extr. de testib. c. non potest 24. casu. 2. q. 7.  
**5** Jason. in rubr. ff. de just. & jur. n. 14. † quamvis hoc  
 Jure Saxonico eatenus sit restrictum, ut Judæi à testi-  
 monio adversus Christianum nequeant repelli, si  
 cum eis alius insuper Christianus testificeatur, ut no-  
 nat ex text. Weichbild. art. fin. in fin. Matth. Coler.  
 part. 1. decif. 127. Sed quid de spuriis & naturalibus  
**6** bæbendum? † Etsi afferere vix poteris, hosce infamia  
 omnis vel saltem ejus, quæ facti dicitur, expertes  
 esse, non quidem ex facto suo, sed propter illegiti-  
 mos Natales, & quia ex putrido sanguine fuere  
 procreati, Anton. Fab. in C. lib. 9. tit. 28. defini. 20. q.  
**7** 3. Joach. Mynsing. cent. 4. obseruat. 31. † Attamen  
 propterea à testimonii dictione arcendi non sunt,  
 quia infamia facti, ut maximè existimationem mi-  
 nuat apud bonos & graves viros, neminem tamē à  
**8** testimonio dicendo repellit, † Sed sola infamia juris,  
 l. 3. §. lege Jul. 5. ff. de testib. l. is cui lege 18. §. 1. ff. qui

testam. facer. poss. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 15. de-  
 fini. 45. num. 1. † Quicquid etiam in contrarium  
 dicat Petr. Heig. part. II. q. 21. n. 7:

Ita Domini in causa Heinrichi Bippels contra Georgium  
 Walten zu Leipzig/Mensl. Oct. Anno 1619. (Verba sent. Die  
 hinterstellige Zeugen aber/wie auch beklagtes Ehe-Weib mö-  
 gen gestalten Sachen nach nicht verworffen werden/sondern sie  
 seyn in dieser Sache Zeugniß zu geben schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. LXXII.

*Reus de jure braxandi Cerevisiam à se pretenso con-  
 ventus, intra duos menses id probare tenetur.*

**E**t si de jure Saxonico terminus sex septimanarum  
 atque trium diērum probationibus fuerit prefi-  
 xus b. Const. 16. & Ordin. Nov. process. judic. tit. 20.  
 † non tamen ad omnes indifferenter probationum  
 casus, terminus hic est extendendus: † Quid enim,  
 si Reus conventus de facultate braxandi cerevisiam,  
 haric sibi competere afferat, earique probate velit?  
 Non certè hic adstrictus est ad sex septimanas & tres  
 dies, sed terminum probatorum specialem, nimi-  
 tum duorum mensium ipsi indulget Ordinat. pro-  
 vincial. Saxon. de Anno 1555. Rubr. Brauen / Schen-  
 ken/und andete Bürgerliche Handthierung/ ic. vers.  
 Aber ~~an~~ ~~an~~ ~~an~~ Fall/ ic. † Rationem specialitatis  
 si queras, dico favorem Rei in quasi- possessione juris  
 braxandi cerevisiam constituti, terminum probandi  
 longiori exposcere, † cum & alias possessor qui-  
 libet ita sit privilegiatus, ut onere probandi planè  
 non debeat gravari, c. ex literis 3. extr. de probat.  
 † quia probatio regulariter actori incumbit, non  
 Reo vel possessori, l. 2. ff. de probat. l. 21. ff. cod.  
 tit.

Ita Domini isti causa der Gemeinde zu Steinbahr contra  
 Friderich Spiegelius/Mensl. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Dass  
 Beklagter seine angemessene Brau - Gerechtigkeit vermöge  
 Churf. Sächs. Landcs. Ordnung binnen 2. Monaten/vie recht/  
 zu erweisen schuldig/darwider Klägern ihre rechtliche Noth/  
 darf bislich vorbehaltet wird/ ferner darauf zu beschieden/  
 was recht ist/B. R. W.)

## DEFINIT. LXXIII.

*Veritatem aliter haberi non posse non dicitur ex eo,  
 quod alii testes actu non intervenerint, nisi ei-  
 iam habitu intervenire baud  
 potuerint.*

**N**ihil ferè vulgatus est advocatis & litigantibus in  
 productione testiū inhabilium, quām ut ad prez-  
 sidū difficillimā probationis configuant: † Veritatē  
 nimirum aliter haberi non posse, ex eo quod nulli alii  
 testes adsint vel actui litigioso intervenient; existi-  
 mantes, satis sibi per id prospectum esse, nec excepti-  
 onem inidoneitatis locum ulterius habere. † Sed er-  
 rant mehercùl non intelligentes, quando dicatur, ve-  
 ritatem aliter haberi non posse: † Et enim si hoc acci-  
 pere velis de eo casu, quo testes alii actui non inter-  
 venient, haud efficies, ut testes minus idonei aut su-  
 specti admittantur, † Sed dūm demum veritas non  
 aliter haberi posse dicitur, si negotium, de cuius  
 probatione agitur, sit difficilis probationis de sui na-  
 turā, hoc est tale, † ut vel ratione loci, vel temporis  
 verisimiliter alii testes habitu intervenire non potu-  
 erint, tap. ule. ext. de testib. cogend. c. tertio loco 5.  
 extr. de probat. l. consensu 8. §. servis 6. C. de repud:  
 † prout est in criminalibus: Conjuratio, Conspira-  
 tio, hæresis, furtum, adulterium, partus suppolitus,  
 Jacob. Menoch. de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 116. & de  
 presumpt. lib. 1. q. 58. Prosp. Farin. de testib. q. 62. n.  
 62. † In civilibus autem: gesta in collegio, loco oc-  
 culto, capitulo & congregatione Canonicorum, in  
 quā soli Canonici intervenire solent; dicit. cap. tertio  
 loco 5. dicit. l. consensu 8. §. servus 6. † Et hæc est veri-  
 fima

sima omnium Dd. sententia & explicatio ejus, quod vulgo dicitur, veritatem in hoc vel illo facto aliter haberi non posse, † veluti infinitis ferè auctoritatibus Interpp. confirmat Prosp. Farin. dict. loco. Ant. Gometz. tom. 3. var. resolut. c. 12. n. 21. Felin. in dict. c. tertio locos. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1359. num. 9.

Ita Domini in causa Severi Beckers contra Paul-Jacob Böhm zu Leipzig/Mens. Maj. Anno 1636.

**DEFINIT. LXXIV.**  
*Quomodo probanda sit prescriptio temporis immemorialis.*

1 Variant admodum Interpp. in definiendâ præscriptione temporis immemorialis. † Vel enim centum annos ad hanc requirunt, Bald. de præscript. 2. p. 3. princip. q. 6. Carol. Molin. in consuet. Paris. S. 5. n. 63. Mynsing. consil. 13. num. 21. Guid. Papæ. q. 3. 575. † Vel minorem eam præscriptione centenariâ afferunt, Gloss. in c. audit. 13. verb. cent. extr. de præscript. Cravett. in tract. de antiqu. temp. p. 4. §. ab. 4. solutis in pr. † Vel etiam præscriptionem immemorialem majorem centenariâ præscriptione dicunt, Felin. in c. ad audiencem 13. n. 28. extr. de præscript. Jac. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. quest. cas. 3. num. 7. 5. † Et quidem Cravetta opinionem suam argumentis probat desumptis à præscriptione Ecclesiæ Romanae, aliarumque Ecclesiærum, ex c. si diligent. 17. extr. de præscript. Autb. quas actiones C. de SS. Eccles. 6. † Quæ tamen refellit Didac. Covarr. in c. possessor. 2. 7. p. 5. num. 9. Sed neutra placet opinio. † Nam si centum anni sufficient, vel necessariò requirerentur, jam nulla esset ratione temporis differentia inter immemorialem & centenariam præscriptionem, 8. quod tamen falsum est. † Cur enim una diceretur centenaria, altera non centenaria? † Habent scilicet hæc præscriptiones diversa nomina, diversosque tractatus & diversa tempora, arg. l. si idem 7. C. de jur.

Codicill. Joh. Schneidew. ad tit. inf. de usucap. rubr. quot sunt species prescript. n. 35. Matth. Steph. de jurisd. Imper. Rom. lib. 2. part. 1. c. 7. num. 25. † Né que minorem esse præscriptionem temporis immemorialis præscriptione centenariâ, vel inde apparet, quod non sufficiat centum annorum probatio ad immemorialem præscriptionem adstruendam. † Quia immemoriale dicitur, cujus memoria non est in contrarium. † Fieri autem potest, quod ejus, cuius non est memoria in contrarium à centum annis, sit memoria in centum & decem, vel viginti, &c. Matth. Steph. dict. loc. n. 157. † Et rursum accedit quandoque, ut memoria terminetur ab octuaginta vel nonaginta annis. † Ex quo præscriptionem centenariam rectissime dixeris majorem præscriptione immemoriali, Joh. Schneidew. dict. loc. † Nimirum præscriptione immemorialis omnem terminum excludit, atque initium memorie omnium hominum, cap. 1. de prescr. in 6to. Matth. Stephan. dict. loc. n. 161. † Adeoque non sufficit, testes in probanda præscriptione de sua memoria saltem deponere; † Sed requiritur, ut afferant, non solum se vidisse semper ita fieri & nunquam vidisse contrarium actum; † Sed etiam à majoribus & senioribus se audivisse, ita factum fuisse, nec unquam maiores & seniores aliter audivisse & vidisse, sed semper se à majoribus id audivisse, † atq; hujus rei publicam es- se famam & opinionem apud eos, qui rei cognitio- nem habent, Gloss. in Cap. 1. de prescr. Cæpoll. in tract. de servit. urban. præd. c. 19. n. 15. Bald. de præscript. 2. p. 3. pr. q. 6. Covarr. dict. §. 3. n. 7. Matth. Stephan. dict. c. 7. n. 158. Joh. Schneidew. dict. loc. n. 37. Joseph. Mascard. de probat. concl. 1041.

Ita Domini in causa H. H. ab H. & S. à B. nach Freiburg/Mens. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Daraus zu besindern daß H. H. von H. und S. von B. die angezogene præscriptiōnem immemorialem, so ihnen zu beweisen obgelegen/ und sie sich angemessen/wie recht nicht erwiesen/B. R. W.).

## CONSTITUTIO XVII. PARTIS PRIMÆ.

### Von brießlichen Urkunden.

**S**ätte Zeugführer intra terminum Co-  
peyen brießlicher Urkunden überge-  
ben uñ eingelegt/und würde dieselbige  
post terminum folgends mit den Ori-  
ginalien stärcken/so soller damit zuge-  
lassen/ und solches zur Beweisung erheblich und  
relevant gesprochen und erkannt werden.

### DEFINITIONES.

1. Probationibus suis cadit, non solum qui instrumentum intra terminum probatorium offerre neglit, sed & qui intra eundem terminum articulos formare iusque tenorem instrumentorum inferre emitit.
2. Post terminum non valet actor producere instrumenta, etiamsi intra terminum superius producendis fuerit protestatus.
3. Non minus private scripture quam publica instrumenta intra terminum probatorium sunt producenda.
4. Instrumentum ad aliud se referens, absque productione relatæ instrumenti nil probat.
5. Non semper producendum est necessario integrum.

**S**i quis fundamentum intentionis suæ probaturus intra terminum copiam literariorum documentorum exhibeat, illorumque originalia post terminum producat, admitti illa, & tanquam ad probationem utilia relevan- tiaque in judicando attendi jubemus.

### De Literariis documentis.

1. instrumentum, sed sufficit quandoque partem instrumenti, que ad probationem facit, produci.
2. Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, quod est penes adversam partem, non statim probationis jure privandus est, ex eo quod copiam non produxit.
3. Efficit protestatio producentis, velle se instrumento saltem uti, in quantum pro eo faciat, ut illud pro adversa parte nil probet.
4. Nisi pars adversa etiam presens sit, idemque instrumentum pro se producat.
5. Nihil efficit actor producendo instrumenta una cum exhibitione libelli, sed post item contestata ea in vim probationis reproducere tenetur.

10. Instrumenta sicutem, que paratam habent executionem, validè ante litis contestationem producuntur ac statim recognosci debent.
11. Originalia instrumentorum etiam post publicatas attestations quandoque produci possunt, modò debito tempore fuerint copia exhibita.
12. Adversarius instrumenta contra se producta vel absque juramento recognoscere, vel mediano iuramento diffiteri tenetur.
13. Alioquin documenta producta pro recognitis habentur.
14. In arbitrio producentis est, an documenta contra aliquem productae ejus dissensioni jurata submittere, an vero bac per testes recognoscere facere velit.
15. Scriptura defunditorum quando nemini cognita est, comparatio literarum in locum recognitionis succedit.
16. Protestatio de non recognoscendo ad eius recognitioni non facit, quod minus instrumentum pro recognito habeatur.
17. Ex causa senectutis, adverse se valetudinis, dignitatis, &c. subfistit recognitio extra judicis locum in domo recognoscens facta.
18. Per Procuratorem quoque & Curatorem fieri potest Recognitio documentorum.
19. Dissensio autem jurata per ipsum principalem fieri debet, nec admittitur Curator vel Procurator.
20. Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico absque recognitione nihil probat.
21. Recognosci debet instrumentum ex eo solo, quod sigillum est appositorum, licet manu signantis nec scriptum nec subscriptum fuerit.
22. Instrumentum etiam non signatum recognosci debet.
23. Non probat instrumentum absque recognitione, etiam si huic expresse in instrumento fuerit renunciatum.
24. Probat tamen instrumentum obligationis absque recognitione debitoris, quod subscriptum est a consiliis.
25. Recognitione vel sacramentali dissensione documentorum nemo gravandus est, quando ea contra ipsum nihil probant.
26. Instrumenta Communia vel in duplicibus judiciis, Rebus quoque auctori edere tenetur.
27. Instrumenta, que propriè ad auctorem pertinent, Reus semper edere obstrictus est.
28. Instrumenta edere iussus, si neget, eas habere, iumento id obtinere debet.
29. Jussus à Judice edere documenta, non potest petere, iumentum calunia à parte adversa, nisi ei in processu ordinario iumentum super editione fuerit delatum.
30. Detractans editionem & iumenti præstationem, si auctore est, causa cadit, sin Reus, instrumenta proditis & recognitis habentur.
31. Quandoque etiam indictione multæ arbitrarie ad edendum instrumenta, vel jurandum Reus compellitur.
32. Ex instrumento etiam continente debitum in diem, quandoque ad paratam executionem cogitur.
33. Cessionarius ex instrumento cesso executionem paratam non habet, priusquam de cessione sibi facta doceat.
34. Scriptura privata velliber rationum proscribente non probat.
35. Libri Mercatorum quando semiplene probant, & iumento suppletorio confirmantur.
36. Plenè probant Libri mercatorum, quando unius epis depositio concurredit.
37. Mercatorum Libri saltem in iis rebus probant, quæ ad commerciorum & negotiorum materiam spectant.
38. Plenè probat Exemplum seu conceptum alicuius instrumenti, in archivis publicis repertum.
39. Obligatio seu instrumentum, causam debiti non exprimens, nihil probat nec paratam executionem habet.
40. Confessio debiti judicialis etiam absque cause expressione facta probat, & confidentem obligat.
41. Ad reaffirmationem processus non admittitur procurator absque speciali mandato ad reaffirmandum sibi dato.
42. Charta blanca, vulgo Blanquet, subscribentem & signantem obligat ad hoc, ut executive contra eum agi possit.
43. Recognitio documentorum speciale desiderat Procuratoris mandatum.
44. Protocollo Notarii major fides habetur, quam instrumento.

## DEFINIT. I.

Probationibus suis cadit, non solum qui instrumenta intra terminum probatorium offerre negligit, sed & qui intra eundem terminum articulos formare, iisque tenorem instrumentorum inferre omisit.

1. Cum terminus probandi (qui † de jure communia arbitrarius est, c. inducia 4. §. spacium caus. 3. q. 3. l. 1. C. de dilat. Andr. Gail. l. 1. obj. 53. num. 20.) in foro Saxonico, † ad certum temporis spatium, scilicet sex septimanarum atque trium dierum, fuerit restrictus, Const. preced. Defin. 1. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 53. & seqq. Modest. Pist. part. 4. q. 132. n. 10. sub fin. multum quondam discessabatur: † An etiam intra terminum eum probatorium, copia instrumentorum, si hisce forsitan actos intentionem suam probare velit, essent producendæ? † Nam & post terminum, productionem instrumentorum admitti, docent Matth. Coler. part. 1. decif. 121. n. 10: & seqq. Matth. Wesenb. in part. ff. de fiduc. instrum. num. 5. Attamen res decisa hodie est: † Copias saltem instrumentorum intra terminum probatorium Saxonicum necessariò offerendas, ac postea demum originalia producenda esse, b. Cons. 17. & Ordin. Process. Judic. Elect. Saxon. Capz. Definit. Vol. I.

tir. 24. in pr. Dan. Moll. bic n. 3. Hartm. Pist. obj. 183. 6  
n. 4. † Nec tamen sufficit instrumenta produci, sed & intra terminum eundem, in certos articulos probatorios hæc redigi, eorumque tenor induci debet, quo Reo de intentione actoris constare queat. † Quæ si non observaverit actor, probationum jure cecidisse censebitur, dict. tir. 24. in pr. vers. Sein intent um besserer Nachrichtung willen/rc.

Ita Domini in causa Curatoris Annen Moserini contra Petrum Pöhlern zu Arnshauke/ Mens. Mart. An. 16.5 (Verba sent Dass sich Kläger an seinem Beweis versteuert/ und damit ferner nicht zulassen/derowegen Beklagter von angestalter Klage batisch entbunden und losgezehlt wird/B.R.W.)

DEFINIT. II.

Post terminum non valet producere auctori instrumenta, etiam si intra terminum super iis producendis fuerit protestatus.

Non ergo satis est instrumenta realiter vel originaliter in judicio produci, quod etiam post terminum probatorium clapsum fieri potest, b. Const. 17. vers. und würde dieselbe post terminum. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tir. 24. §. desgleichen wenn einer: si non prius intra terminum eundem copia exhibita ac parti datæ fuerint, Defin. preced. † Absque eo enim producta non dicuntur, & consequenter non probant, Laut. ubi Salycet. C. de fid.

- fid. instrum. Spec. in tit. de instrum. edit. §. videndum.*  
*ubi Joh. Andr. in addit. num. 10. Dan. Moll. bīc n. 9.*
- 3 *† in tantum ut termino elapsō, nec copia postea admittantur, sed actor jure probandi cadat, etiam si de pluribus instrumentis producendis termino adhuc durante protestatus fuerit, Ord. process. judic. tit. 24.*
- 4 *in pr. vers. well auch derselbe terminus. † Nil enim efficere potest protestatio contra solennem probationis formam adjecta, Dan. Moll. lib. 4. semestr. 36. n. 1. & seqq. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 36. num. 11. Matth. Col. de process. execut. part. 3. c. 8. in fin. Andr. 5 Gail. l. 1. obs. 108. n. 15. & seq. † Planè si instrumenta post terminum probatorium elapsum noviter fuerint reperta, non prohibendi sunt litigatores, ea post 6 terminum producere, † dummodo ante in articulis eorundem mentionem fecerint, vel notitiam horum se non habuisse, juramento suo confirmaverint, dict. sit. 24. in pr. vers. Es wäre denn Sach. Vid. præc. Const. defin. 6.*

Ita Domini in causa Heinrich Perez zu Deisen / Mens. Nov. Anno 1631. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einen und Martin Voigten Beklagten andern Theils belangende/euch der Beweis zuerkannt worden/welchen ihr mit instrumenten und andern brießlichen Urkunden zu führen erbtig seid. Da ihr nun binnen Sachsischer Frist / derer Eopeyen nebenst den Beweis-Articulen/allermassen euch zu thun gebühret/nicht überreichtet hättet/ie. So wäret ihr nun mehr/wenn ihr auch gleich vor Verflassung des Termins euch solche zu produciren bedinget und vorbehalten/damit ferner nicht zulässlich/sondern hättest euch an eurem Beweis verseumet/ie.)

#### DEFINIT. III.

*Non minus private scripture quam publica instrumenta intra terminum probatorium sunt producenda.*

- 1 *Etsi juxta usum loquendi privata scriptura non sit instrumentum, l. i. in pr. C. de jurejur. propt. Calum. dando. Attamen, si litigatores privata ejusmodi scripturā intentionem suam probare velint,*
- 2 *† quin & copia hujus intra terminum probatorium Sax. produci debeat, ambigendum non est, Dan. Moll. bīc n. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 43. n. 6.*
- 3 *† Tum, propter generalitatem b. Const. 17. quæ non modo de instrumentis, sed generaliter de literariis documentis loquitur, von brießlichen Urkunden/*
- 4 *† quoru appellazione etiam privatas scripturas contineri, nemo dubitat, l. 4 ff. de pignor. l. 20. & Autb. seq. C. de fid. instrum. † Tum, per text. in l. injur. 5. C. de probat. † Tum, quia privata etiam scriptura causam instruit, quo respectu instrumento si milima est, nec absurdè instrumentum vocari potest, Bart. in dict. l. 1. C. de jurej. propt. cal. dand. n. 2.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem und Martin Voigten anders Theils belangende/euch der Beweis zuerkannt worden/welchen ihr mit instrumenten, so wohl etlichen privat-Missiven und andern brießlichen Urkunden zu führen erbtig seid / da ihr nun binnen Sachs. Frist derer Eopeyen/nebst den Beweis Articulen/allermassen euch zu thun gebühret/ nicht überreichtet hättet/ so wäret ihr damit ferner nicht zulässlich/sondern hättest euch an eurem Beweis verfäumet/B. R. W.)

#### DEFINIT. IV.

*Instrumentum ad aliud se referens, absque productione relati instrumenti nil probat.*

- 1 *Sæpe accedit, ut quis intra terminum probatorium producat copiam instrumenti, ad aliud instrumentum se referentis (hisce forsitan verbis, Vermöge einer darüber ausgerichteten Kauf-, Vererbung/) quod relatum tamen, putat, instrumentum super contractu venditionis confectum non producitur, ubi disceptari solet, † an per instrumentum referens contractus in instrumento relato celebratus probetur? Etsi vero concesserim, † producentem hoc casu non privandum esse facultate proban-*

di, ob non productum instrumentum relatum, quia termino probatorio non excidit is, qui suam diligentiam adhibuit, intraque terminum aliquid fecit, licet non legitime & sufficienter, ut demonstrat Modest. Pastor. vol. 1. consil. 68. n. 19. & seqq. † Contractum tamen in instrumento relato celebratum per instrumentum referens probari non dicere ausim, † Quia instrumentum referens absque relatione non probat, Auch si quis in aliquo. C. de edend. ubi Bald. num. 7. Quid enim si instrumentum, ad quod fit relatio, cancellatum aut alias ita vitiosum esset, ut productum non probaret? † Certè per instrumentum referens defectus ille neutiquam possit suppleri, Dan. Moll. bīc n. 5. † Sed hoc ita, si inter alias personas probatio fiat. Nam instrumentum referens se ad aliud, inter easdem personas, inter quas confectum est, probat etiam absque relatione productione, l. optimam 14. in med. C. de contr. & comon. stipulat. † Quin & inter alias personas probat instrumentum referens, si continet claram facti narrationem, in instrumento relato contentam, Fe. lin. in c. ex epistole verbis l. extr. de probat. n. 26. & seqq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 43. num. 14. Dan. Moll. bīc n. 5. & 6. Matth. Col. de process. execut. part. 3. c. 1. n. 56. & seqq. ubi plures ponit limitaciones. † Planè in instrumento quoque ultimæ voluntatis aliter se rem habere, docet Dan. Moll. lib. 5. semestr. 84.

Ita Domini in causa Hansen Seelmanns contra Heinrichem Hain zu Niemberg/ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Sep. Anno 1604.

#### DEFINIT. V.

*Non semper producendum est necessariò integrum instrumentum, sed sufficit quandoque partem instrumenti, qua ad probationem facit, produci.*

Si in instrumento quædam continentur, quæ pro 1 Sparte adversa facere evidenter, & vereatur producens, ne adversarius instrumento producto in sui favorem contra producentem utatur; † poterit dun- 2 taxat partem instrumenti, quæ pro se facere videtur, originaliter producere, nec cogi debet, ut integrum producat instrumentum, l. argentarius 10. S. 2. ff. de edendo l. 11. C. de pacl. cap. contingit 5. extr. de fid. instrum. Praet. Papiens. in formâ petendi copiam instrum. S. cum anno n. 18. Jas. in rubr. de nov. oper. numerat. n. 8. Andr. Gail. lib. 1. observ. 106. n. 10. Felin. in c. 1. extr. de probat. num. 29. Specul. lib. 2. part. 2. tit. de instrum. edit. §. videndum restat. 6. n. 19. † Quamvis hoc ipsum non semper verum, sed arbitrio judicis relinquendum existimet Dan. Moll. bīc n. 10. quando nempe productio partis instrumenti ad probandum sufficere videatur, † quia judici dicuntur fieri 4 probations, l. quingenta 12. ff. de probat. l. eos 5. l. si quando 19. C. de testib. † Limitationes quoque prædictæ assertionis ponit Felin. loc. alleg.

Ita Domini in causa Jacobi Brauns contra Solomon Wörpfenning zu Leipzig/Mens. April. Anno 1632. (Verba sentent. Nunmehr aus den Acken so viel zu befinden/ würde Kläger den producitteren Extract des Vertrages sub Signo ♀/ und die in Gerichten vorhandene 31. Stücke Wahren gebührlichen recognosciren, immassen er zu thun schuldig/ so verblebet Kläger mit ferner Production und auferlegtem Beweis blöß verschont/B. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Intra terminum probatorium se referens ad instrumentum commune, quod est penes adversam partem, non statim probationis jure privandus est ex eo, quod copiam non produixerit.*

Tenetur producens intra terminum probatorium Saxonum, copiam instrumenti, quo pre-

probare vult, producere & unà cum articulis exhibere, † Supr. Defin. 1. Sed hoc ita, si illud habeat in sua potestate; Quid enim si producens le referat ad instrumentum commune, quod est penes partem adversam, judicisque officium imploret, quo parti adversae productionem instrumenti illius in termino no, ejusque recognitionem injungat? † Satisfecisse omnino videtur suo officio, nec propter non factam productionem Copia instrumenti illius, quod non habebat, jure probationis privari debet, ut vindetur sensisse Elect. Saxon. Illustrissimus in Ord. process. judic. tit. 24. in pr. vers. Es wäre denn Sache. † Censetur namq; producens satis diligentiam suam adhibuisse, quod se ad instrumentum, apud partem adversam existens, retulerit, illudque ab eà edi & recognosci petierit, ut proinde jus probandi neutrum ipsi sit auferendum, † vel saltem ob favorem probationis, quæ potius amplianda, non coangusta est, l. quoniam 21. sub fin. C. de Doret. Et Machich. l. cum quidam 19. de lib. Et postb. l. hoc modo 64. §. 1. ff. de condit. Et demonstr. Ant. Fab. in C. l. 4. tit. 14. defin. 1. num. 1. Et 2.

Ita Domini in causa Melchior Werners contra hæredes Hansen Schwendendorffers zu Leipzig/Mens. Sept. An. 1631.

## DEFINIT. VII.

*Efficit protestatio producentis, velle se instrumento saltem, ut in quantum pro eo faciat, ut illud pro adversa parte nil probet.*

**E**xtra dubium est, quod omne productum in iudicio censeatur per producentem approbatum, Carol. Mol. in consuet. Paris. part. 1. §. 1. n. 36. Felin. in c. examinata 15. n. 2. extr. de jud. Matth. de Afflict. decis. 14. Et 25. Dan. Moller. lib. 1. semestr. 22. 2. in pr. † Caveant ergo litigatores, ne instrumenta producant, quæ ex parte sibi contrariari videantur & partem adversam juvare queant: † aut si pro obtinendo jure suo ea producere necesse habeant, protestentur, se velle iis uti, non aliter quam in quantum pro se faciant. † Quæ protestatio Advocatis est usitatissima & reservat jus salvum protestantis, idque efficit, ut in favorem partis adversæ instrumentum productum fidem haud faciat, Dan. Moll. dict. c. 22. n. 5. Felin. in c. imp. 13. extr. de fide instrum. Matth. Col. de process. execut. part. 3. c. 8. n. 62. Pract. Papiens. in form. produc. instrum. §. in illis casibus n. 1. Jac. Menoch de presumpt. lib. 2. praf. 45. num. 21. 5. † Nempe, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem, l. non omnis 19. ff. scert. perat. l. si cum argentum 21. ff. de except. rei jud. l. quoties 9. ff. de bered. inßt. l. multum. interest. 6. C. si quis alt. vel sibi l. sive emancipatis 17. C. de donat. Ant. Fab. in C. lib. 6. tit. 5. defin. 4. n. 2.

Ita Domini in causa Valentini Böttigers zu Deizsen/Mens. Oct. An. 1633. ( Verba sent. Habt ihr zu Folge des euch aufgeslegten Beweises unter andern eine Vergleichung / so ihr mit Gegenheiligen Andreas Barten getroffen / produciret, welche Vergleichung er auch vor sich anzuziehen und zu gebrauchen gemeint; Ob ihr nun wohl bei derselben Vorlegung ausdrücklich protestirret, daß ihr dieselbe weiter nichts/ als so viel sie euch dienlichen produciret haben wolltet/ dergleichen protestatio auch sonst von kräftig/ wird dem producenten dienlichen gehalten/uc.)

## DEFINIT. VIII.

*Nisi pars adversa præfens sit, idque instrumentum pro se etiam producat.*

**N**olo tamen id aliter accipi, quam si unus ex litigatoribus, altero absente, instrumentum aperte cujusmodi protestatione producat, † exteroquin, si pars adversa præfens esset, eademque iuria produceret pro se, & quatenus ejus favorem concernerent, tum hæc, non obstante predicta prote-

statione, pro ea quoque fidem facere, dixerim † per text. in l. si ita stipulatio 39. in fin. ff. de oper. libert. l. cum queritur 16. ff. de administr. tutor. cum Petr. de Ferrar. Papiens. in praet. aurea, tit. de forma productionis instrumentorum. §. in illis passib. n. 2.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Da aber dennoch Gegenheit bei der Producturung gegenwärtig gewesen / und berührtre Vergleichung vor sich gleichfalls angezogen und sich daraus berufen hätte/davor sichs aus eurer Frage anschein läst/ ic. So wäre er dieselbe zu seinen Behuff zu gebrauchen und sein Recht daraus zu bescheinigen und zu beweisen wohl befugt/ B. R. W. )

## DEFINIT. IX.

*Nihil efficit albor producendo instrumenta, una cum exhibitione libelli, sed post litem contestatam in vim probationis reproducere tenetur.*

**A**nte litem contestatam instrumenta producere non licet ad hoc, ut super iis cognoscatur & definitivè pronuncietur; Nec quicquam producentem relevat, † si una cum libello ea exhibeat, Ord. 2 procell. judic. Elect. Sax. tit. 24. §. Wenn auch einer gleich briefliche Urkunden/Felia. in c. causam que ii. extr. de sej. Et attest. n. 6. † Est enim productio instrumentorum pars quædam & requisitum probationis, quæ post litem demum contestatam secundum formam præscriptam fieri debet, ad unguem siquidem & præcisè hæc forma est observanda, † nec per æquipollens adimpleri potest, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 4. q. 155. num. 8. Et seqq. † Quare si actor productioni instrumentorum ante litem contestatam factæ acquieverit, efficit omnino nihil, ac pessimum ex defectu probationis Reus absolvendus erit, Hippolyt. de Marsil. singul. 170. n. 1. † Nisi post litem contestatam eadem instrumenta in vim probationis reproducat, quod facere ipsi fas est, Felin. in cap. licet causam 9. extr. de probat. n. 28. Hippol. de Marsil. dict. sing. 170. n. 1. disponente ita Electore Serenissimo, in dict. tit. 24. §. Wenn auch gleich einer. ver. Es wäre denn Beklagter juvorn den Krieg Nochmens befestiget/und Kläger solche documenta in vim probationis reproducere. † Nec sufficiet tūm nuda & verbalis reproductio, quæ producens le refert ad instrumenta ante litem contestatam una cum libello exhibita, sed denuò realis hoc caſu instrumentorum oblatio requiritur, ita, ut actor post litem contestatam intra terminum probatorium non solum articulos, sed etiam copias de instrumentis prius productis una cum articulis exhibeat, & parti adversæ transmitti petat. † Quia reproductio legaliter & cum effectu fieri debet, l. i. §. 1. ff. quod quisque jur. † Veluti hoc multis persequitur, & præjudicio ex Appellatione Electorali Dresdeni confirmat. Matth. Berl. part. 1. concl. 43. n. 39.

Ita Domini in causa Jacobi de Bocquoy contra Johannem Neerhoffen, ventilatā in Prætorio Lipsieni, Mens. Nov. Anno 1630. ( Verba sent. Dieweil Beklagter auf die wider ihn erhobene Kummer-Klage geantwortet / und solcher nicht geändigt/so ist Kläger den Grund derselben/und was ihm sousten daran verneinet/hinnehmen Sächs. Frist/ mit Recht / zu beweisen schuldig/darzu denn ihne die zuvor allbereit ben Übergebung der Klage produciret Urkunden aniego nochmals in vim probationis zu reproduciren, und in forma probante zu gebrauchen unbenommen/davider Beklagten seine Nachdurft rechtlich vorbehalten wird/erner darauff zu beschließen/ was recht ist/B. R. W. )

## DEFINIT. X.

*Instrumenta tamen, que paratam habent executionem, validè ante litis contestationem producuntur ac statim recognosci debent.*

**E**tsi productio instrumentorum, ante litis contestationem facta nil juvet producentem, sed hic

post litem contestatam ea denuò in vim probationis  
reproducere teneatur, *Defin. præc.* † Fallit tamen  
id ipsum duplice in casu, i. si instrumenta ad litis in-  
gressum impedient producantur, ex iisque exce-  
ptione litis ingressum impediens probata fuerit, Ord.  
Proc. judic. Elect. Sax. tit. 24. §. wenn auch gleich.  
3 vers. oder es wäre mit dergleichen *Originalien*. † Est  
enim effectus harum exceptionum, ut litis contesta-  
tionem excludant, nec Reus ad institutam actionem  
respondere teneatur, Ord. Process. judic. tit. 11. §.  
wenn nun also die *exceptiones*. Jac. Schult. *observ. 7.n.*  
27. Matth. Col. in c. cum *venerabilis extr. de except.*  
n. 40. *Vid. supr. Const. Elect. 3. defin. 15.* Ergò dif-  
ferenda non erit usque post litis contestationem. 2.  
† Quando executivè agitur & talia producuntur in-  
strumenta, quæ paratam habent executionem; Quo  
certè casu, unà cum litis contestatione, si quæ ne-  
cessaria est, (*de quo vid. supr. Const. 10. defin. 11.*)  
5 † etiam *Recognitio instrumentorum* Reo est injun-  
genda, *dicit. tit. 24. §. wenn auch gleich. vers. Es wären*  
6 denn solche Urkunden/rc. † *Quia hoc casu Recognitio*  
est loco litis contestationis, nec in executivis ad in-  
strumentum ipsum alia requiritur litis contestatio,  
1. *cum de indebito 25. §. ult. ff. de probat. l. plures 19.*  
7 *C. de fide instrum.* † ut proinde recognitio usque  
post litem contestatam differri non debeat, *Vid. supr.*  
*Const. Elect. 10. defin. 10. & 11.*

Ita Domini in causa Petri Heniers contra Viduam Antonii Kaphans Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. So ist Ver-  
klagter außerhobene Klage zu antworten / und litem zu con-  
testiren/ auch die producirte Handschrifft gebührlichen zu re-  
cognosciren, oder aber seine Pflege-Frau dieselbe eydlichen zu  
diffidiren schuldig/ ferner darauff zu beschehen / was recht ist/  
B. R. W.)

Et in causa Jeremij Baudevveins contra Herman Hesing/  
Mens. Febr. Anno 1633.

#### DEFINIT. XI.

*Originalia instrumentorum etiam post publicatas at-  
testationes quandoque produci possunt, modo  
debito tempore fuerint copia exhibi-  
tive.*

1. *Q*uemadmodum in productione testium neces-  
se non est, ut realiter intra terminum proba-  
torium producantur, sed sufficit horum nomina-  
tantum offerri, modo testes post terminum elapsum  
producentur, ita quoque in documentis literariis  
2 haud necesse est, † intra terminum probatorium  
ipsa documenta originalia produci & recognosci,  
sed sufficit, si copia tantum eorum intra terminum  
exhibeantur, originalia vero post terminum de-  
mum producentur, b. *Const. 17. Ordin. process.*  
jud. *Elect. Saxon. tit. 24. §. desgleichen wenn einer.*  
*Moll. b.c. n. 3. Felin. in c. licet causam 9. extr. de*  
*probat. n. 18. Matth. Col. de process. execut. part. 1. cap. 3. n.*  
3 *1. n. 47. & seqq.* † At num etiam post publicatas at-  
testationes originalia poterunt produci? Etsi regu-  
lariter hoc admittendum non sit, † attamen si justa  
& rationabilis causa productionem ante impedierit,  
ne producens citra culpam jure suo defraudetur, au-  
diri omnino debet, si originalia ad recognoscendum  
adhuc producere velit, juxta tradita Hippolyt. de  
Marsil. in *Pract. crim. §. diligenter num 103.* post  
4 alios ab ipso allegatos. † Idque maximè, si sumptus  
adversæ parti restituere paratus sit, quo casu non  
tam magnum incommodum ac dispendium ipsi ac-  
cedere, in aperto est, l. *in creditore 38. in fin. ff. de*  
*evit.* Anton. Faber. in C. lib. 4. tit. 16. *defin. 12.*  
*n. 5.*

Ita Domini in causa Georgii Guttkefens contra Andream  
Riesen & Consort zu Sangerhausen / Mens. O.R. Anno 1595.  
(Verba sent. Das Verklagter Klägerin die Expens von Zeit an

beschegner Kriegs- Befestigung auf richterliche Ermäßi-  
gung erlegen würde/ So wäre er mit der Production des Ori-  
ginalis seines Bruders Testaments/ der Kläger Wiederfechten  
ungeachtet/nochmals zulässlichen/ und wenn Kläger zu des-  
selben Recognition anderweit gebührlichen geladen/ und mit  
ihrer rechlichen Nothdurft/ so sie wider berührtes Testament  
vorzuwenden haben möchten/ gehobet würden/ so erginge dar-  
auf in der Sachen ferner/ was recht ist/B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Adversarius instrumenta contra se producta absque  
juramento recognoscere, vel mediante jure-  
jurando diffiteri tenetur.*

**N**eutiquam fides habenda est instrumentis con-  
tra aliquem productis, antequam hæc debito  
modo ab eo fuerint recognita, nec facit sola scriptu-  
ra privata contra scribentem plenam fidem, l. scri-  
pturas 11. C. qui pot. in pignor. l. 13. l. 14. C. de probat.  
c. 2. extr. de fide instr. † Quid enim, si producens  
falsa instrumenta, adulterina sigilla, fictitiousque scri-  
ptiones sub alterius nomine supponeret: † Fieri  
namque potest, ut alicui suum sigillum clam surripia-  
tur atque ita falsitas cum eo committatur, Bart. in  
dicit. l. scripturas n. 3. † & præbet etiam comparatio  
scripturæ fallax atque debile indicium, cum multi  
reperiantur, qui exactè norunt in scribendo manum  
alterius imitari, Bart. in Autb. si contract. C. de fid.  
instr. n. 6. Marsil. in rubr. C. de probat. n. 318. † ini-  
quum sanè eslet, magnum lucrum, cum alterius ja-  
cturā producentem inde reportare; † Quare reco-  
gnitio præcedat necesse est, l. cum plures 15. §. ult. do  
reb. aut. judic. possid. † Quà facta, adversarius ex  
confessione propriæ tenebitur, ut qui recognoscendo  
instrumentum, contenta in eo fatetur: Ex quo fit,  
† ut Recognitio debitoris vim confessionis habeat,  
cui omnino standum est, l. cum de indebito 25. §. ult.  
ff. de probat. l. plures 19. Cod. de fide instr. & in con-  
fessum, sicut in judicatum, parata detur executio, l.  
post rem 56. ff. de re jud. l. proinde 25. §. fin. ff. ad leg.  
Aquil. Matth. Col. de process. execut. part. 1. cap. 3. n.  
99. Dan. Moll. lib. 4. semestr. 43. n. 1. † Nec reco-  
gnitio juramento confirmari debet, † quia creditur  
confessioni recognoscens contra eum, etiam non  
jurata, ut bene tradit Dan. Moll. dicit. cap. 43. num.  
1. in fin. † At negante eo scripturam, aut recogno-  
scere nolente, aliter fides ipsi non habetur, quam si  
juraverit, Moll. dicit. loc. n. 2. Et sic optimâ ratione  
nititur inveterata illa consuetudo, † quâ in foro Sa-  
xon. quilibet scripturam contra se productam absq;  
juramento recognoscere, vel mediante jurejurando  
diffiteri tenetur, Ord. process. jud. Elect. Sax. tit.  
25. §. weil es auch in den Gerichten & §. desgleichen  
wenn der/rc. † Alia est ratio testium, qui suas vel ali-  
orum scripturas, subscriptiones & sigilla semp̄ me-  
diante juramento cognoscere compelluntur, † quia  
testibus absque juramento deponentibus fides ha-  
benda non est, & consistit vis & potestas attestatio-  
num in testium jurejurando, l. *jurisjürandi* 9. C. de  
test. c. nuper. 51. c. quoniam 5. extr. eod. tit. Ant. Fab.  
in Cod. lib. 4. tit. 14. defin. 8. n. 2. Daniel. Moller.  
dicit. c. 43. num. 1. vers. ego vero. † Quod & disertis  
verbis est approbatum ab Electore Illustrissimo, in  
Ord. process. jud. tit. 25. §. da aber dem producen-  
ten.

Ita Domini in causa Hansen Jacob Pettbiers & Consort.  
contra Hansen Reincken/ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens.  
Jan. Anno 1620. (Verba sent. Das Verklagter auf anderweit  
vorgehende Ladung zu erscheinen und das producirte Docu-  
mentum entweder zu recognoscieren oder eydlichen zu diffidiren  
schuldig/ mit dieser ausdrücklichen Verwarnung/ wofern sol-  
ches von ihm nicht geschicht/ das berührtes Documentum pro  
Recognitio geachtet und gehalten werden solle/B. R. W.)

Ex in causa Tobia Giusingers contra Wölffsen Meissens Wit-  
sib und Erben/ Mens. Aug. Anno 1618.

## DEFINIT. XIII.

*Allioquin documenta producta pro recognitis haben-  
tur.*

- 1 **A**T nonne pars adversa consuetudinem hanc Sa-  
2 xonicam eludere poterit? † Quid enim si docu-  
3 menta contra se producta recognoscere aut diffiteri re-  
4 nuerit? Malitia huic alia consuetudine fori Saxon.  
5 occurritur, † quā judex partem ad recognoscendum  
compellere potest; Aut si parere nolit, & recogniti-  
onem pariter atque diffensionem ex contumacia dif-  
ferat, † documenta pro recognitis & confessatis ha-  
beri debent, Andr. Gail. lib. i. observ. 80. n. 6. Joh.  
Köpp. decis. 46. n. 33. Matth. Col. de process. execut.  
part. 3. c. 1. n. 101. † Quam consuetudinem etiam  
expressa sanctione confirmavit Elector Illustrissi-  
mus in Ord. process. judic. tit. 25. §. Weil es auth.  
vers. Und das ist in widrigen Fall.

Ita Domini in causa der Fünfischen contra Caspar Müllern  
zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1612. (Verba sent. Das nunmehr  
die sub N. 1. 2. und 3. producitur Documenta pro Recognitis zu  
achten und zu halten/B. R. W.)

Item in causa Andred Heidebreches contra Abrahamum  
Drevern zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sent. Und  
wird nunmehr das von Klägern copialiter und sub lit. A. pro-  
ducitur Documentum pro edito und recognito billich gehalten/  
B. R. W.)

Et in causa Melchior Werners contra Hansen Schwenden-  
dörfers Erben zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verba sent.  
So viel aber Mithelagten Franz Schwendendorffers Per-  
son anlangt/ werden selbige Documenta pro Recognitis ge-  
halten/ und wird nunmehr mit der bedungenen Gegenbeweisung  
billich verfahren/B. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*In arbitrio producentis est, an documenta contra ali-  
quem producta ejus diffensioni jurate submis-  
tere, an vero hac per testes recognosci  
facere velit.*

- 1 **C**ommittuntur itaque instrumenta producta ad-  
versae partis, contra quam producuntur, recog-  
nitioni vel jurata diffensioni, Supr. defin. 12. Ex  
quo producentis jura haud parum pericitari existi-  
mabis: † Quid enim si pars adveria de perjurio su-  
specta esset, an & tum producens diffensionem ejus  
juratam admittere obstrictus erit? Neutquam cer-  
te, † sed potest hoc casu testes alios ad recognoscen-  
dum producere, & per eos veritatem documento-  
rum probare, Ord. process. jud. Elect. Sax. tit. 25. §.  
4 Da aber dem producenten. † Attamen testium re-  
cognitio jurata esse debet, ut dixi Supr. defin. 12.  
5 † Quin & hoc casu, parti adversae permittendum,  
contra testes illos, qui ad recognoscendum sunt no-  
mina: i, interrogatoria tam generalia, quam specia-  
lia proponere, ut sancitum est dict. §. Da aber dem  
producenten vers. sollen dieselbe vorher schweren/ ic.  
Quod vero post alios, quos allegat, tradit Da. Moll.  
lib. 4. Semestr. 43. n. 4. † non satis esse, si testis ad re-  
cognoscendum scripturam productus, dicat eam es-  
se hujus vel alterius, addatque rationem, quia no-  
vi manum ejus, nec hujusmodi depositionem pro-  
bare, sed necesse est, ut dicat, se fuisse presentem, &  
vidisse id, de quo queritur, scribi, id certe nunquam  
practicatum memini, † ed putarem, sufficere testifi-  
cationem de manu scribentis; Quod & placuisse  
videtur Serenissimo Electori in dict. tit. 25. §. Da  
aber dem producenten verb. Das ist sie auf die vorge-  
legten Urkunden / wovor sie dieselben halten oder er-  
kennen/die rechte Wahrheit sagen wollen/ ic.

Ita Domini in causa Johannis Siebers contra Ludwigs Fach-  
ser & consort, ventilata coram Senatu Lipsiensi, Mens. Apr.

Anno 1625. ( Verba sent. So viel aber Mithelagten Ludwig  
Fachser betrifft/ derselbs ist die Gerichts-Büchere/ daraus die  
producta sub N. I. K. und L. genommen / nochmals bei vo-  
riger Commination, ob er dieselbe vor richtige Originalia habe-  
te oder nicht / zu recognoscire, oder eydlichen zu difficiere  
schuldig; Es wolle denn Kläger/aussn Fall sich belagter Lud-  
wigs Fachser zu eydlicher Diffession der Gerichts-Büchere noch-  
mals erböte/es darzu nicht kommen lassen/ sondern vielmehr/  
dass es richtige Originalia, durch Zeugen/ oder sonstien bewei-  
sen/damit würde er billich gehöret/B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Scriptura defunctorum quando nemini cognita est,  
comparatio literarum in locum recognitio-  
nis succedit.*

- 1 **A**Cedit etiam quandoque, ut nec Recognitioni, 1  
2 nec jurata diffensioni locus sit, † puta, si scriptu-  
ra negata, propter mortem scribentis vel absentiam  
testium subscriptorum, heredibus aliisque sit inco-  
gnita, ac propterea cognosci haud queat? † Nec 3  
tamen propterea instrumento omnis fides denegari  
debet, quod certe iniquissimum esset, nec sine gravi  
producentis præjudicio id fieri posset. † Succedit 4  
ergo hoc calu, in locum Recognitionis comparatio  
literarum tam ad scripturam, quam ad testium sub-  
scriptionem, & sigilla: † Nimurum, si inveniatur 5  
concordans literarum vel sigillorum similitudo per  
omnia, sola comparatio plenam fidem faciet con-  
tra negantem, arg. Nov. 73. cap. si quis igitur i. vers.  
similia quidem Matth. Coler. de proc. execut. part. 3.  
c. 1. n. 145.

Ita Domini in causa Wölffsen von Lists zu Kasell/Mens. Febr.  
Anno 1591. (Verba sent. Ob gleich die Personen/so die Mis-  
siven, Quittanzen und andere Urkunden mit N. 6. 7. 8. 9. 13.  
16. 17. 18. und 23. in vorbemeldeten Herren signatae / geschrif-  
ten/aus Lode avgangen/da aber dennoch solche Schriften von  
andern beglaubiten Personen/ denen sie tentlichen/ gebährlich  
recognoscire, oder auch durch Vergleichung anderer der abge-  
storbener Personen tentlichere Schriften beglaubigt würden;  
So wäre dadurch/um der beiden abgehörten Zeugen Aussage/  
weil ihnen von beiden Parteien der Zeugen-Eyd erlassen/  
euer Incent zur Nothdurft erwiesen/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Protestatio de non recognoscendo adjecta recognitioni  
non facit, quo minus instrumentum pro re-  
cognito habeatur.*

- 1 **N**on quavis Recognitione plenam fidem tribuit, 1  
2 sed iulta & legitima sit, necesse est, † cuius re-  
quisita ponit Matth. Coler. de process. execut. part.  
3. cap. 1. n. 104. 108. 123. 127. 129. Et 132. † Nimurum, 3  
debet fieri Recognitione coram judice competente,  
bona fide, ita ut debitor, poiquam eam legerit,  
dicat, se recognoscere illam scripturam & sigillum  
pro sua manu atque sigillo, & instrumentum istud  
pro sua obligatione: Quod vero alii imponunt  
recognoscendi, ut dicat sigillum istud cum volunta-  
te sua fuisse appositum: † istud neutquam placet 4  
Colero dict. cap. 1. num. 128. quia recognoscens si-  
gillum pro suo, in contractu cum adversa parte ce-  
lebrato, eo ipso presumitur, vel ipsem illud appo-  
suisse, vel alias de ejus contensu, nisi contrarium  
debitor probare vel.t, Panormit. inc. 2. n. 15. Et ibi  
Felin. num. 37. ext. de fide instrum: † Nam consi-  
gnatio & subscriptio, vel eorum alterutrum dun-  
tata, consentium & obligationem inducit, l. sicut 8. §.  
non videtur, ff. quib. mod. pign. solv. Bartol. in rubr.  
C. de fide instrum. n. 41. † At quid si recognoscens 6  
instrumentum pro vera obligatione, manu sua scri-  
pta, sigilloque suo confirmata, protestetur, se citra  
recognitionem hoc dicere, an protestatio recogniti-  
onem annullabit? ita forsitan dixeris, † quia protesta-  
tio interveniens sollet conservare jus protestantis, l. se-  
7  
§ 3 de-

debitor. 4. §. i. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. l. pro herede 20. ff. de acquir. hered. l. sed. et si quis 14. §. plerique 8. ff. de relig. & sumpt. funer. Ant. Fab. in C. lib. 8. tit. 29. defin. 51. n. 1. Sed concesserim hoc, † nisi protestatio ipsi facto contraria sit, juxta tradita Modest. Pistor. part. 2. q. 88. num. 1. Quid vero magis contrarium, ne dicam ineptius dicere potuisse Reus, quam se recognoscere instrumentum pro sua obligatione, at circa animum recognoscendi?

8. † Non ergo faciet haec protestatio, quod minus recognitio subsistat, ac instrumentum pro verè recognito habeatur.

Ita Domini in causa M. Nicol. Mosshauers zu Leipzig/Mens. Jan, Anno 1634. (Verba sent. Hat einer / von welchem eure Frage meldet/eine Original-Obligation Beklagten zu recognosciren vorgelegt/welcher solche Obligation gelesen/und sich darauff erklärt / daß dieses die rechte Original-Obligation/ auch Hand und Siegel richtig seien/ledoch darneben protestaret, daß er solches circa recognitionem vermeldet haben wolle / ic. So ist vom Beklagten der gehanen protestation ungeachtet/ die producire obligacion richtig recognosciret worden / und mag ihm fernere recognitio nicht auferlegt werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Et causa senectutis, adversa valetudinis, dignitatis, &c. subsistit recognitio extra judicium locum in domo recognoscientis facta.*

1. Inter alia requisita ad recognitionem legitimata
2. Incessaria haud minimum certè est, † quod ea fieri debeat ex judicis mandato, in judicio eo, ubi instrumenta fuere producta, l. prætor. ait 4. §. sed ibi compellitur 5. ff. de edend. Matth. Coler. de process. exec. part. 3. cap. 1. n. 104. & seq. Joh. Köppen. decis. 46. n. 27. † Attamen si instrumenta in alia sint provincia, vel archivo publico, unde non facile
4. apportari possunt, † vel personæ sufficienes à judice ad locum illum, quo instrumenta inspicere, ac de
5. iis fidem facere queant, ablegantur, † vel pars, contra quam documenta producuntur, ad illum locum evocari debet, sumptibus partis producentis, ut ibidem instrumenta recognoscat, l. judices 18. C. de fid. instrum. c. accepimus 4. extr. cod. Iaf. in dict. l. prætor. ait. 4. §. is etiam ff. de edend. num. 8. & Bald. in dict. l. 4. §. sed ibi compellitur. 5. num. 3. † Sed & si per foeminas recognitio fieri debeat, tunc ut in judicio fiat, necesse non est, sed mitti plerumque solet Notarius judicij ad ædes illarum, quo foemina
7. coram illo documenta recognoscant. † Idemque juris est in senibus, valētudinariis, illustribus aliisque egregiis personis, quia nec illæ in judicio documenta recognoscere coguntur, sed ad illarum dominus instrumenta ad recognoscendum mitti oportet, expensis eorum, qui talem missionem postulant, arg. l. ad personas 15. ff. de jurej. Bald. in l. generaliter 12. §. bis de presentibus 4. C. de reb. credit. & jurej. num. 5. Matth. Berlich. part. 1. concl. 44. num. 5.

Ita Domini in causa Curatoris Annen Viduz Balthasaris Freunds und Consort. contra Bernh. Wigleben zu Salze/Mens. April. Anno 1633. (Verba sent. Dass Beklagter das documentum sub B. seines bartwider gehanen. Vormendens ungeachtet/bey Straffe Ungehorsams zu edirea und beneben dem productu sub A. num. 1. & 2. zu Denstadt in seiner Behausung/dahin solcher Actus gestalten Sachen nach billich committiret wird/zu recognosciren schuldig/ic.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Per Procuratorem quoque & Curatorem fieri potest Recognitio documentorum.*

1. Parum refert, an quis ipsem et per alium recognoscat documenta producta, ex regula illa-vulgata, quia ipsem censetur fecisse, quod quis per alium facit, c. qui facit 72. de Reg. jur. in 6ro in

l. is damnum 169. ubi Dec. ff. de Reg. jur. Saly. in l. non ideo minus 5. C. de accus. quest. 6. Ergo non solum per ipsas personas principales, † sed etiam per procuratorem fieri potest recognitio, secundum tradita Dan. Moll. lib. 4. semestr. cap. 43. n. 3. Rutger. Ruland. in tract. de commiss. part. 2. lib. 5. c. 39. num. 3. Matth. Berlich. part. 1. concl. 44. n. 17. † Quod & disertis verbis approbat Elector 3 Saxon. Illustrissimus in Ordin. process. judic. tit. 25. §. Weil es auch vers. oder durch seinen Mandatrum zu recognosciren, &c. † Modò tamen procurator ad id speciale habeat mandatum, ex sententia Rutger. Ruland. dict. c. 39. num. 4. † Eodemque 5 modò, Curatorem in item ad recognoscendum instrumenta ab adversa parte producta admitti, dixerim, † quia inter Curatorem ad item & Procuratorem litis causa constitutum nihil aut parum interest, l. neque tutores 11. C. de procurat. junct. l. 1. C. qui per tut. l. 1. 2. & ult. C. de in lit. dand. tut. Ant. Fab. in C. lib. 3. tit. 1. defin. 29. n. 4.

Ita Domini in causa Petri de Hennins contra Curatorem Viduz Antonii Kaphans, ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Mai. Anno 1631. (Verba sent. Würde Kläger anderer Gestalt bescheinigen / und benybringen / daß Beklagten Pfleg-Frau ihres Mannes Erbin worden/ immassen ihm vor allen Dingen solches zu erweisen oblieget/ so ist Beklagter Curator aufferborene Klage zu antworten/und die producire Hand-schrift von wegen seiner Pfleg-Frauen gebührlichen zu recognosciren schuldig/ ferner darauff zu beschreiben was recht ist/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Diffessio autem jurata per ipsum principalem fieri debet nec admittitur Curator vel Procurator.*

Potest ergo Procurator per recognitionem præ- 1. judicare suo principali, contra quem instrumenta vel documenta producuntur, fatendo scilicet scripturam & sigillum ejus esse, cuius esse contendit, Defin. præced. † At ipsi producenti Procurator vel Curator nocere nequit, ideoque si negetur, se scripturam aut sigillum productum nosse, aut non esse id ejus, cuius pars adversa esse affirmat, non standum est procuratoris aut Curatoris dicto & confessione, † sed Dominus vel mulier ipsa juramento 3. suo documenta producta diffiteri cogitur, Dan. Moll. lib. 4. Semestr. 34. num. 3. vers. si tamen Procur. Matth. Berl. part. 1. concl. 44. num. 20. Rutg. Ruland. de commiss. part. 2. l. 5. c. 39. vers. nam si confitetur. † Tum propter manifesta verba sancti- 4. onis Electoralis, in Ord. process. jud. tit. 25. §. weil es auch. vers. oder in der Person eydlich zu diffieren, daß et nemlich wedet Hand noch Siegel kenne. † Tum 5 quia in foro Saxonico quodvis juramentum in propria persona præstandum est, nec admittitur procurator vel curator alterius nomine jurare volens, etiamsi ad hoc habeat speciale mandatum, art. 46. vers. Wa es aber l. 1. Landr. Matth. Welsenb. in suppl. ad Joh. Schneidew. ad §. item si quis postul. 11. num. 107. lit. a. inst. de action. Andr. Rauchb. p. 1. q. 8. n. 15. † Scil. quia jusjurandum est quid personali- 6. sum, c. veritatis 14. ubi Hostiens. extr. de jurej. † cuiusmodi quæ sunt, per procuratorem fieri non 7. possunt, l. general. 12. §. bis da presentib. 4. C. de reb. cred. & jurej. Ant. Fab. in C. lib. 4 tit. 1. defin. 31. n. 4. Vid. supr. Const. Elect. 12. defin. 38.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. So ist Beklagter auff die erhobene Klage zu antworten / und die producire Hand-schrift von wegen seiner Pfleg-Frauen gebührlichen zu recognosciren, oder aber gedachte seine Pfleg-Frau in der Person dieselbe eydlichen zu diffieren schuldig/ ferner darauff zu beschreiben/was recht ist/B. R. W.)

Ei in causa Tobiz Finsingers contra Wolff Meissens Wit-  
tb und Erben/ Mensl. Aug. An. 1618. (Verba sentent. Und  
wenn Kläger die Originalia selbiger Urkunden nochmals pro-  
ducirent wird/ist Beklagter entweder dieselbe zu recognoscieren,  
oder nebenbei seinen Consorten in der Person endlich zu diffi-  
cieren schuldig/und wird Beklagter nach bestehender Recognition  
oder Confession mit seiner Gegenbeweisung billich zugelas-  
sen/V. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Publicum etiam instrumentum in foro Saxonico abs-  
que recognitione nibil probat.*

- 1 **D**e jure communi recognosci debet solummodo scriptura privata, l. comparat. 20. C. de fide instrum. Ausb. si quis vult caute C. qui potior in pign. Nov. 73. c. si quis sigitur i. † Publicum verò instrumentum recognitione opus non habet, quoniam illud per se plenam fidem facit, satisque probat, l. script. 11. C. qui potior in pign. Nov. 73. c. oportes vero 3 in iis 8. † modo adsint solennia instrumenti publici, saltemque inspectio, & examinatio præcedat, l. ult. C. de edit. D. Hadr. coll. Petr. Heig. p. 2. q. 7. num. 32. Matth. Coler. de process. exec. p. 3. c. 1. n. 92. & seqq. Specul. tit. de instrum. edit. 9. restat. 8. n. 1. & 6. Jac. Menoch. de arbitr. jud. q. 1. 2. cent. 2. cas. 113. n. 8. 4 Rutg. Rul. in tr. de commiss. p. 2. l. 5. c. 39. n. 22. † Sed aliud docet observantia fori Saxonici, in quo nec publico instrumento fides habetur absque Recognitione, teste Petr. Heig. ditt. q. 7. n. 3. Matth. Berl. part. 5 1. concl. 44. n. 31. in fin. † Quod & generalitas verborum probat in Ord. process. jud. Elect. Sax. tit. 25. in pr. alle briesliche Urkunden. Nec sine ratione, 6 † quia nempe recognitione facit confessionem ejus, aduersus quem instrumentum producitur, supr. defin. 7 12. † At nulla firmior videtur esse probatio propriæ confessione, l. generaliter 13. C. de non num. pecun. Si quidem confessus habetur pro judicato, l. si convenerit 26. ff. de re jud. l. 1. & 2. ff. de confess. Anton. Fab. in C. l. 7. tit. 2. n. 8. Matth. Col. ditt. c. 1. num. 99. Addit. Decis. Elect. nov. 74.

Ita Domini in causa Hansen Streibers contra Curatorem Marie Hansen Desertsits Eheweibes/ veatilatā in Praetorio Lipsiensi Mensl. Dec. Anno 1630. (Verba sent. Würde Beklagter Curator die von Klägern sub. N. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. producere Urkunden und instrumenta publica gehörlichen recognoscieren, immassen er zu thun schuldig/So erschiene daraus und sonstien allemhalben so viel / dass Kläger die darunter angesetzte Postea gut Nordhurff erwiesen/et.)

Ei in caus. Syndicem der Gewerken der Kramer contra Michael Hähnen zu Wittenberg/ Mensl. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Würden Kläger eine deutlichere und formlichere Klage anstellen/und das Churf. Sachsis. gaudigste Privilegium, dass auff sie sich gründen thun/in originali vorlegen/immassen sie zu thun pflichtig; So ist Beklagter deutlicher und in specie auff alle puncta mit Ja oder Nein ohne Umschweiff und Anhang sich darauff einzulassen und zu antworten/aus das producito Privilegium zu recognoscieren schuldig/ferner darauff zu behalten/was recht ist/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Recognitione debet instrumentum ex eo solo, quod sigilum eis appositum, licet manu signantis scri-  
ptum nec subscriptum fuerit.*

- 1 **C**um sigilla contrahentium perfectionem contra-  
ctus in instrumento contenti arguant, arg. ejus  
quod norat gloss. in l. contr. 17. verb. absolute C. de  
fide instrum. & Aretin. consil. 159. n. 11. haud incepit  
producens instrumentum recognitionem sigilli pe-  
tit ab adversa parte, cuius signum reperitur apposi-  
tum, † etiam si subscriptio non accederit, nec manu  
signantis instrumentum scriptum fuerit. Scilicet,  
† quia signum etiam absque subscriptione probat,  
præsertim quoties apparat consensu ejus, ad quem  
istud pertinet, appositum fuisse, l. 2. junct. Gloss. C.  
de reb. alien. non alien. Bartol. in l. qua doris 33. ff. se-

lue. mar. Cravett. de antiquir. temp. p. 1. S. queritur etiam n. 44. † Neque dubium est, ex eo solo cont- 4  
trahentes invicem obligatos & devictos esse, cum ex solo consensu nascatur obligatio, tot. tit. inst. de  
oblig. qua cons. perfic. l. 2. ff. de transact. l. 1. in fin. pt.  
ff. de pass. Hartm. Pift. p. 3. q. 27. n. 6. † In casu ta- 5  
men ejusmodi proposito, res propterea anceps visa  
fuit, quod ipse signans jamdudum mortem obie-  
rat, & recognitio ab heredum tutoribus petebatur;  
Sed postquam usū apud nos receptum est, ut ad pe-  
titionem auctoris, Reo passim injungatur recognitio  
scripturæ etiam alienæ, modo verisimiliter appareat,  
ipsum notitiam ejus habere posse, Hart. Piftor. obs.  
197. n. 4. Bursat. consil. 39. n. 23. Scaccia de jud. l. 2. c. 11.  
n. 1070. & seqq. nil certè obstat potuit, quod minus  
etiam signilli recognitio tutoribus injungeretur.

Ita Domini in causa Nicolai Storenkorps & Nicolai Rau-  
chens zu Leipzig/Mensl. Jun. Anno 1593. (Verba sent. Ob gleich  
euer Mündlein Vater weder schreiben noch lesen können; Da  
aber dennoch die Verschreibung/darauff Werner Gerhard sei-  
ne Mahnung angestellt/mit einem Pittschafft/darauff seine Na-  
me geschnitten/gesiegelt; So waret ihr solche Verschreibung  
zu recognoscieren, und euer Vorwenden/ dass er vergleichen  
Pittschafft nicht gehabt/noch gebrauchet/vermittels Endes zu  
erhalten/oder euers Mündleins wegen die Zahlung zu thun  
schuldig/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Instrumentum etiam non signatum recognosci  
debet.*

**S**ed quid in casu converso, si instrumentum profe- 1  
ratur à parte quidem adversa, contra quam produc-  
citur scriptum, vel falsum subscriptum, at non signa-  
tum? Non minus recognosci debet, ac si imprestitum 2  
esset signum, Gloss. & Bart. in l. 2. ff. quem. est. aper.  
Matth. Col. de proc. execut. part. 3. c. 1. n. 90. † Nec 3  
enim alio fine petitur recognitio scripturæ aut in-  
strumenti, quam ut hoc medio extorqueatur confes-  
sio partis adversæ, cum recognitio debitoris vim  
confessionis habeat, cui omnino standum est, l. cum  
de indebito 25. S. ult. ff. de prob. l. plures 19. C. de fide  
instrum. † sed quis nescit obligari etiam debitorem 4  
ex sola scripturæ & conventione sigillo non apposito, l. 1. in fin. pr. ff. de pass. tot. tit. inst. de oblig. qua  
confess. perfic. † ut vel propterea de confessione de-  
bitoris, super ejus scriptura constare, multum inter-  
sit producentis, † præterim, cum scriptura privata 6  
recognita æquiparet publico instrumento, ut no-  
tat ex Zal. vol. 1. consil. 6. n. 8. Matth. Coler. ditt. c.  
1. num. 100.

Ita Domini in causa Hansen Wogasters zum Hahn/ Mensl.  
Febr. Anno 1630. (Verba sent. Habe ich Martin Schmidten  
wegen 16. fl. Mieth-Zins in Anspruch genommen / defroegen  
ihm den Mieth-Contract wider ihn produciret; Ob nun wohl  
derselbe von ihm nicht besiegelt worden/dieweil er aber dem  
noch nebenst euch solchen Contract unterschrieben/et. So ist er  
auch seines Vorwendens ungeachtet angeregten Contract zu  
recognoscieren, und denselben nachzukommen schuldig/et.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Non probat instrumentum absque recognitione, et  
iam si huic expressæ in instrumento fuerit renun-  
ciatum.*

**S**cribit post alios, quos allegat, Matth. Coler. de  
process. execut. part. 3. c. 1. n. 137. Si fuerit con- 1  
ventum inter partes, ut stetur, & adhibeat plena  
fides scripturæ, etiam privatæ non recognitæ, omis-  
sa recognitione executive procedendum esse adver-  
sus debitorem. † Quod certè affirmare ego non au- 2  
sum, nec placuit Sententia Coleri Dominis Scabinis,  
† quia nunquam Scriptura privata plenam fidem fa- 3  
cit contra scribentem, l. scripturas 11. C. qui pot. in-  
pign. c. 2. extr. de fide instrum. l. non epistolis 13. l. non  
nudis 14. C. de probat. l. comparationes 20. C. de fide  
in-

- 4 *instrum.* nisi accesserit recognitio, † que confessio-  
nis vim habet, *l. cum de indebito* 25. §. ult. ff. de pro-  
bat. *l. plures* q. C. de fide *instr.* † Neutiquam ergo tuto  
judex debitorem condemnabit, priusquam debitum  
per recognitionem confessus aut de eo convictus fu-  
erit, arg. c. nos in quenquam i. c. primates 2. q. 1. l. qui  
sentent. 16. C. de pen. Nec contra hoc urgeri poterit  
6 † renunciatio in instrumento facta, ex quo, quod  
juri & favori suo quilibet renunciare valeat, *l. pen.*  
*C. de pact.* *l. pactum* 46. ff. cod. *l. si* judex circumvento  
7 41. ff. de minor. † cum nec ipsa renunciatio non re-  
cognita subsistat, nec renuncianti præjudicare que-  
8 at, *dicit. l. cum de indebito* 25. §. ult. ff. de probat. † Et  
quis non animadvertisit fraudem, quā, stante Coleri  
sententiā, debitor circumveniretur, cum fallax cre-  
ditor eodem pariter dolo, quo scripturam falsam pin-  
git, etiam renunciationem recognitionis addere  
9 posset, † ut vel propterea renunciatio nullius sit mo-  
mentis secundum tradita Dd. in *l. pen. C. de pact.*

Ita Domini in causa Martin Mebusens zu Hatzleben/Mens. Jul. An. 1633. (Verba sent. Habt ihr wider Conrad Schillingen auffklar Brief und Siegel geklagt; Oh nun wohldarinnen dieses pactum zu befinden/ daß dem Brief und Siegel auch ohne vorgehende recognition gezwängt/ und darauff die execution angestellter werden solte/ ic. So mag doch selbiges pactum ungeachtet gedachter Schilling/ehe und zuvor Brief und Siegel von ihme gebührlichen recognosciret wird/ demselben nachzukommen nicht angehalten werden/B.R.W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Probat ramen instrumentum obligationis absque re-  
cognitione debitoris, quod subscriptum est a te-  
stibus.*

- 1 **N**unquam ergo, inquires, instrumento fides baben-  
da erit absque recognitione ejus, contra quem  
2 productur? Omnino, † si nempe testes adhibiti fu-  
erint, illudque subscripterint, juxta tradita Bartol. in  
*Auct.* At si contract. num. 8. C. de fide *instrum.* Matth.  
3 Col. de process. execus. part. 3. c. 1. n. 138. † Non  
solū, quod testium præsentia cessare faciat suspi-  
cionem fraudis atque erroris, Bald. in *l. script.* 11. n.  
5. C. qui pot. in pign. Jas. in *l. admonendi* 31. n. 88. ff.  
4 de jurejur. Sed etiam, † quia testium assertioni  
non minus atque ipsius debitoris confessioni fides  
5 habenda est, c. 1. c. primates 2. q. 1. † modò assertio  
illa sit jurata, *l. jurisjur.* q. C. de test. c. quoties 5. ext.  
6 eod. tit. supr. defin. 12. † ut sic confessione opus non  
sit, ac proinde nec recognitione, *l. cum de indebito*.  
7 25. §. ult. ff. de probat. si modò testes ad minimum  
duo subscripterint, *l. ubi* 12. ff. de test. Attamen hoc  
8 casu, † ipsorum testium recognitio præcedat, necel-  
se ost, ut benē docet Col. dict. c. 1. n. 141. Neque  
enim tūm ipsum instrumentum, sed testes arguunt  
veritatem negotii, quod inter contrahentes astum  
9 est, adeò ut hī scriptura non probet, † sed conten-  
tum in eo probetur, prout in simili de adminiculis,  
ad fidem instrumenti requisitis, loquitur Molin. in  
*consuet.* Paris. tit. 1. §. 5. n. 16. Vid. quoque Anton.  
Fab. in *C. lib.* 4. tit. 16. defin. 22.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es wäre denn/ daß zum wenigsten 2 Zeugen darüber gewesen/ und das Brief und Siegel unterschrieben hätten/ solches auch nochmals eydlicher bezeugen würden/auff solchen Fall wäre des debitoris recognitio unvörrndchen/ und er nichts weniger Brief und Siegel Hol-  
ge zu leisten schuldig/B.R.W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Recognitione vel sacramentali diffessione documento-  
rum nemo gravandus est, quando ea contra  
ipsum nihil probant.*

- 1 **E**ffectus recognitionis, aut diffessionis juratæ  
in eo potissimum consistit, ut pars adversa-  
contra quam documenta producuntur, fateatur ve-

ra esse, vel non eorum contenta. At quid opus est  
anxius in veritatem documentorum inquirere, si  
nihil ex iis probetur? † Non ergo vel recognitio-  
ne vel sacramentali diffessione onerandus, si docu-  
menta producta talia sint, ut nihil probare, nec re-  
cognoscenti præjudicare queant, Ordin. process. ju-  
dic. Elect. Sax. tit. 25. §. Weil es auch. vers. Allein  
ehe es zur Endesleistung gereicht/ ic. † Scilicet ut  
nemo supervacua probatione, ita nec inani recogni-  
tione gravari debet, arg. l. bac. stipul. 14. §. 1. ff. ut leg-  
at. seu fidei serv. caus. cav. multò minus sacra-  
mento frustaneo astringi, † cum metu auminis divini,  
nemo facilè jurare velle credatur, *l. que sub condit.*  
8. ff. de condit. *inst.* *l. cum quidam* 2. C. de fide *instr.*  
Ant. Fab. in *C. lib.* 4. tit. 1. defin. 8. n. 4.

Ita Domini in causa Curatoris Annen Viduz Balthasaris  
Freunds/ contra Bernh. Wigleben zu Salze Mens. April.  
Anno 1633. (Verb sent. Die andere documenta aber sub E.  
G. H. I. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. und Ee. weil dadurch wider Vor-  
flagten nichts erwiesen werden kan / mag er zu recognit. iren  
oder eydlichen zu diffitire nicht angehalten werden/B.R.W.)

Et in causa Joach. Gertngs contra hæredes Leonhardi Lass-  
bens/ ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Oct. Anno 1636.

#### DEFINIT. XXVI.

*Instrumenta communia vel in duplicibus judiciis Ra-  
us quoque actori edere tenetur.*

**A**ctor indistinctè omnia instrumenta Reo postu-  
lanti edere tenetur, *l. non est nov.* 5. *l. just.* 6. *l. ult.*  
*C. de edend.* † non solū rationes, de quib. prædicti  
textus propriè loquuntur, sed etiam quævis alia in-  
strumenta & documenta, † quæ ad fundandam in-  
tentioñ rei idonea censentur, Bald. in *dict.* *l. ult.*  
*C. de edend.* Hart. Pistor. obseruat. 218. n. 5. & seqq.  
ubi hoc eleganter probat Fulv. Pacian. de probat. lib.  
63. n. 118. & seq. sive instrumenta communia sint sive  
non; Et sive actor illis usurpus est in judicio sive non,  
Hart. Pistor. dict. obseruat. 218. n. 3. num. 12. & seqq.  
† Quamvis & quibusdam in casibus actor ad editio-  
nem cogi nequeat, quos post alios refert Matth.  
Berlich. part. 1. concl. 45. n. 15. & seqq. † Sed contra,  
5 Reus actori regulariter instrumenta atque docu-  
menta edere non tenetur, *l. i. C. de edend.* *l. qui ac-  
cusare* 4. *l. ult.* *C. cod.* tit. Matth. Welenb. in *parat.* ff.  
de edend. n. 12. Hartm. Pistor. dict. obseruat. 218. in *pr.*  
Andr. Gail. lib. 1. observat. 106. n. 1. & seqq. Fulv. Pacian.  
dict. lib. 1. cap. 6. n. 48. & seq. † Nisi in certis casi-  
bus, quos distinctè post alios refert Matth. Berlich.  
dict. concl. 45. n. 28. & multis seqq. Sæpissimè au-  
tem actor à Reo exigit editionem instrumentorum  
communium, † quæ ipsi omnino injungi debet, *l. si*  
qua sunt 5. ff. famili. eric. l. procurator. 7. *C. de eden-*  
do. Andr. Gail. dict. loc. n. 3. Pacian. dict. c. 63. n. 143.  
† Quod & discribè approbat Serenissimus Saxon. 8  
Elector. in Ordin. process. judic. tit. 26. in *pr.* vers.  
Oder ihnen beyden gemein scy. Qualia sunt instru-  
menta Emptionis. Venditionis, Locationis. Condu-  
ctionis, &c. † Pariter, & in duplicibus judiciis te-  
netur Reus ad editionem instrumentorum, scilicet,  
quia in hisce judiciis † Reus etiam actoris vices su-  
stinet, Bald. in *l. instrumenta* 24. *C. de fideicommiss.*  
n. 7. Pacian. dict. c. 63. n. 129. Jac. Menoch. lib. 2.  
arbitr. judic. quest. cent. 5. eas. 499. n. 85.

Ita Domini in causa Hausen und Matthiä der Clausse &  
Consort. contra Michael Peßchmannen vent laet coram Se-  
naru Lipsiensi Mens. Nov. Anno 1616. (Verba sent. Das Ver-  
flagter nochmals den Original Rauff-Brief/ und die Quittung  
mit lit. D. signatet, zu ediren, und auszumotoren schuldig/  
x.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Instrumenta, que propriè ad actorem pertinente, Reus  
semper edere obstrictus est.*

**N** genere autem tenetur quoque Reus instrumenta & documenta edere actori, si veritas aliter haberi nequeat, ut quia facultas probationum absque culpâ actoris perit, vel is instrumenta sua amittit, aut originalia perdidit, Specul. lib. 2. part. 2. tit. de instrum. edit. §. videndum refat. 6. n. 17. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 63. n. 153. & seqq. Jacob. Menoch. lib. 2. arbitr. judic. q. cent. 5. cas. 499. n. 55. &

2 seqq. † maximè vero, si rationes vel instrumenta sint inutilia Reo, actori vero possint esse utilia, Pacian. dict. c. 63. n. 136. & seq. Matth. Berlich. part. 1.

3 concl. 45. n. 53. Menoch. dict. cas. 499. n. 88. † Planè, semper imponenda est Reo editio instrumentorum eorum, quæ propriè & quasi dominii jure ad actorem pertinent, Pacian. dict. c. 63. n. 142. & seqq. Menoch. dict. cas. 499. num. 75. † Quod & placuit Saxonii Serenissimo, in Ord. process. judic. tit. 26. in pr. vers. Als da seyn die Brieße/welche dem/der Edition suhet/zugehören.

Ita Domini in causa Melchior Werners von Hamburg contra Hansen Schwendendorffers Erben ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Apr. Anno 1632. (Verba sent. Dass Beklagter Schwendendorffersche Erben den lib. litten Wechsel-Brieß zu Klägers Nothdurst zu ediren, und vorzulegen schuldig/ie.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Instrumenta edere jussus, si neget se ea habere, juramento id obtinere debet.*

1 **A**tqui, inquides, facillime actor sive Reus documenta edere iussus editionem avertere poterit, negando scilicet, se ea penes se habere? Sed contra hanc malitiam ad inventa est sacramentalis purgatio:

2 **tio:** † Usu enim & consuetudine receptum fuit, ut iussus exhibere instrumenta vel documenta, ea vel edere vel jurare debeat, se illa documenta non habere, nec dolosè vel malitiosè habere desisse, l. ult. C. de fide instrum. Anton. Tellausr. decis. 171.

3 Rutg. Ruland. de commiss. part. 2. lib. 5. c. 25. † Quod & approbavit Illusterrimus Saxon. Elector. in Ordin. process. judic. tit. 26. in pr. vers. Ist durch üblichen

4 Brauch der Gerichte, ita tamen, ut antequam alicui editio vel Sacramentalis purgatio imponatur, præsumptio vel suspicio sit contra illum, quod rationes vel instrumenta ea, quæ edi petuntur, penes se habeat, dict. tit. 26. §. Es soll auch ferner. † velut, si

5 instrumentum fuerit penes defunctum, tunc enim ad hæredem quoque pervenisse videtur, aut si conventus habuerit causam à petente, vel ab initio instrumentum renuerit, Rutg. Ruland. dict. lib. 5. cap. 12. n. 4. Matth. Berlich. part. 1. concl. 45. n. 74. † Nec injuncta alicui instrumentorum editione, confessim ad juramenti præstationem properari debet, sed si iussus edere certa aliqua instrumenta, omnia sua documenta, quæ penes se habet, ad inspicendum & perlustrandum exhibere velit, prius audiri debet, antequam juramento gravetur, Ordin. process. judic. dict. tit. 26. Da aber gleich. Anton. Tellausr. decis. 171.

Ita Domini in causa Hansen und Matthiæ der Claussen und Consort. contra Michael Pätzschmar zu Leipzig Mens. Nov. Anno 1616. (Verba sent. Dass Beklagter nochmals den Original Kauf-Brieß und die Quittung mit lit. D. signaret, zu ediren und auszuhören schuldig; Er könnte sich denn vermittelst seines leiblichen Endes reinigen und schweren/dass er solche bende documenta nicht bei sich/ dieselbe auch zu seinen Händen oder in seine Verwahrung niemals empfangen/nach dass er solche dem Kläger vorsätzlich vorenthalten thalte/mie solchem Ende würde er gestalten Sachen nach billig gehöret und zugelassen/Er thue nun solches also oder nicht/so ergibt het darauff ferner in den Sachen/was recht ist/B. R. W.)

Item in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendorffers Erben zu Leipzig/Mens. Sept. Ann. 1634. (Verba sent. Dass Beklagter vorigem Urtheil zu Folge/ entweder

den geforderten Wechsel-Brieß zu Klägers Nothdurst nochmals vorzulegen/oder dem Erbieren nach/ungefein/ und ohne ferner Verschleiß/ das Juramentum solcher Gestalt/ das sie den libellirten Wechsel-Brieß bey sich nicht gehabt/ noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen/ zu leisten und zu schweren schuldig/ B. R. W.)

1 Et in causa Johannis Cornelii contra Heinrich Migen/ ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Mart. Anno 1636.

## DEFINIT. XXIX.

*Jussus à judice edere documenta, non potest pepercere juramentum calumnia à parte adversa, nisi ei juramentum in processu ordinario super editione fuerit dela-*

*tum.*

**E**T si de jure communi is, qui editionem documentorum ab adversa parte postulat, juramentum calumnia prætare teneatur, l. si quis ex argenteriis 6. §. exigitur 2. l. quædam 9. §. caterum omnibus 3. ff. de edend. Salyceet. in l. 1. C. eod. n. 6. Fulv. Pacian. de provat. lib. 1. c. 64. n. 76. † Hodie tamen in fôro Saxonico aliud receptum est, nec iussus jurare, quod instrumenta penes se non sint, ab adversa parte juramentum calumnia petere valet, Ord. process. judic. Elector. Saxon. tit. 26. in pr. Matth. Welenb. in part. ff. de edend. n. 13. vers. sed hoc non multum. † Tum quod præsumptio calumnia non cadat in eum, qui juxta dispositionem juris petit editionem, l. nullus 55 l. nemo. 151. ff. de Reg. jur. † Tum quia juramentum hoc calu non a parte, sed legi & consuetudine defertur, l. s. l. C. de fide instrum. dict. tit. 26. in pr. ubi juramentum calumnia locum non habet, supr. Constat. Elect. 12. defin. 24. & 25. Andr. Rauchb. part. 1. q. n. n. 36. & seq. Dan. Moll. lib. 2. Semestr. 14. † Sed hoc ita, nisi quis jure ordinariae actionis petat 5 editionem instrumentorum, ac super cā parti adversa deferat juramentum; Quo casu actor a præstatione juramenti calumnia haud liber est, dict. tit. 26. §. Es soll auch ferner. vers. Es wolle denn der. Nec enim tum à lege, sed à parte juramentum defertur, † ubi tempore deferens ad præstationem juramenti 7 calumnia est obstrictus, supr. Constat. Elect. 12. † Utroque tamen calu, sive à judice sive à parte juramentum hoc defertur, illud præcisè præstandum est, nec relationi nec probationi ad exonerandam conscientiam locus datur, dict. tit. 26. in pr. & §. Es soll auch ferner. in fin. † Quia scilicet ipsam partis 9 notitiam concernit, quo casu cessat relatio juramenti, ut dixi supr. Constat. Elect. 14. defin. 11. † Probatio autem ad exonerandam conscientiam propter ea censetur prohibita, ne processus summarius vel executivus, in quo plerumque editio instrumenti & obligationis petitur, per ordinarias probationes in processum commutetur, ut dixi supr. Constat. 14. defin. 28.

Ita Domini in causa Martin Böttigers contra Hansen Heinen zu Leipzig/Mens. August. Anno 1612. (Verba sent. Daraus alleuthalben so viel zu befinden/ dass Kläger auf vorheriges des Beklagten End vor Gefahrde den deferirten End zu schweren/ und daher das geforderte Handels-Buch und Wechsel-Brieß nicht habe/ noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen/ zu schweren schuldig/ ferner darauf zu beschreiben/ was recht ist/B. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Deficitant editionem & juramenti præstationem, si actor est, causa cadit, si reus, instrumenta pro editis & recognitis babentur.*

**A** T quid, si jussus edere instrumenta, vel jurare, 1 obediens nolis, & editionem pariter atque jura-

T

men-

menti præstationem detrectet? Nec tūm medium compellendi deest: † Etenim, si Reus est, qui edere vel jurare renuit, instrumenta petita pro editis & recognitis haberi debent, Ord. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 26. §. Würde sich aber temands. vers. eder wenn es Bellagter wäre. † Sin verò actor, causā cadit & ulterior audience vel actio ei denegatur, dict. §. Würde sichs aber vers. oder auto da es Klägers. Felin. in cap. 12. extr. de fid. instrum. num. 13. Matth. Wesenb. in parat. ff. de edend. n. 14. Fulv. Pacian. de probas. lib. 1. c. 66. n. 174. † Quo ipso parti aduersa satis prospectum videtur, † cui insuper etiam competit actio ad interesse, quanti scilicet ejus interfuit, editionem debito modo & tempore factam fuisse, l. 6. §. ex hoc edito s. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. §. 2. ff. de edend. Wesenb. dict. loc. n. ult. in fin. Pacian. dict. c. 66. n. 139. & seqq.

Ita Domini in causa Andrei Heidenreichs contra Abramum Drauern zu Leipzig/Mens Jun. Anno 1631. (Verba sent. Und wird nunmehr das von Klägern copialiter und sub lit. A. producitur documentum pro edito & recognito billich gehalten/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XXXI.

*Quandoque etiam indictione multe arbitaria ad edendum instrumenta vel jurandum Reus compellitur.*

Non tamen semper hoc medio actori petenti instrumentum prospectum videtur; Quid enim, si de contentis instrumentorum non constaret? Fateor, non juvari actorem ex eo, † quod ejusmodi instrumenta, de quorum contentis non appetet, pro editis & recognitis habeantur. † Nec enim condemnare potest Reum judex, si nesciat, ad quod ex instrumento obligetur, in quo editionis pariter instrumenti atque recognitionis effectus existit, l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de prob. l. plures 19. C. de fidei instr. † Quid etiam, si editio instrumenti, cuius certè contumacia ei, qui in instrumento nominatus est, nocere nequit, quia poena non debet egredi suos autores, l. sancimus 22. C. de pan. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 9. defin. 2. n. 4. † Alia itaque via hoc casu procedendum erit adversus Reum contumacem; † Nimirum, multe arbitriā ad edendum vel jurandum compelli debet, disponente sic Electore Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 26. §. Würde sich aber temande. Andr. Gail. lib. 1. observ. 134. n. 11. Rutg. Ruland. de commiss. part. 2. lib. 5. c. 26. num. 3.

Ita Domini in causa Melchior Werner's contra Hansen Schwendendorffers Erben zu Leipzig/Mens. Apr. Anno 1632. (Verba sent. Das bellagte Schwendendorffersche Erben nochmals und bey Straffe 100. Goldfl. den libellirten Wechsel-Brief zu Klägers Nachdurft entweder vorzulegen/oder da sie denselben bey sich nicht gehabt/noch gefährlicher Weise von abhanden kommen lassen/bey schweren schuldig/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XXXII.

*Ex instrumento etiam continente debitum in diem, quandoque ad partam executionem agitur.*

Ts regulariter obligationes sive instrumenta, quantumvis fide digna, non habeant paratam executionem, sed ab actore processus ordinarius inchoari debeat, l. 1. & 2. C. de execut. rei judic. l. regantes. 9. C. de oblig. & action. l. un. C. de probib. sequestr. † Attamen multi existunt casus, ubi à Regula illa receditur, quos latè refert ac tractat Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 2. n. 3. & multis seqq. Imprimis verò fallit hæc Regula † in instrumentis, quibus ex statuto vel consuetudine loci tribuitur parata executio, quia consuetudo facit instrumentum

tum authenticum, quod alias non foret authenticum, Felin. in c. 2. extr. de prob. Matth. Col. dict. 2. n. 7. Eleganter Petr. Heig. pars. 2. q. 7. num. 7. & n. 21. & seqq. † Veluti in provinciis Saxonici, 4 super instrumentis liquidis non habentibus a iquod vitium visibile, quatenus non continent pactum turpe, contra debitorem præcisè fieri debet executio, ex Ord. provincie. D. Augusti Elect. Saxon. de Apno 155. tit. Versat. Brief und Siegel. † Sed num hæc facit? Etio etiam in instrumento locum babeat, quod continet debitum conditionale vel in diem, que nondum venit, disceptari solet? Quod rectè negant Dan. Moller. lib. 2. seimestr. 23. & Hartm. Pistor. observ. 209. num. 12. † Nam cum ex hoc agi nequeat, multò minus executio peti poterit, l. cedere diem. 213. ff. de V. S. I. quod in diem. 7. ff. de compensat. Bartol. in l. ita stipulatus 125. ff. de verb. obligat. l. §. ult. ff. quando dies Ussusfr. leg. ced. † At si conditione pendente, vel ante quam venerit dies solutionis, facultatibus labatur debitor, aut de fuga suspectus sit, non video, cur prohibeti debeat Creditor petere executionem, † talitem in eum finem, quo jus reale in bonis debitoris coniequatur, si alias sufficenter ipsi cautum non sit, prout docet Moll. dict. cap. 23. † Cum & hoc in casu, ante diem vel conditionis eventum, cogi posit debitor, ut pignoribus vel fidejusloribus caveat Creditori, l. quasitum 14. ubi Gloss. & Bartol. ff. de pin- gnor. Moll. dict. loc. num. 2.

Ita Domini in causa Martini Zoppens zu Merseburg/Mens. Sept. Anno 1626. (Verba sent. Seyd ihr ex jure cesso wider Hansen Bernharden auf Brief und Siegel zu klagen gemeinet / immassen ihr euch auch solches albereit gegen gedachten Bernharden verlauten lassen/darwider er aber vorwendet daß der in der Obligation zugesagte Zahlungs-Termin noch nicht herben kommen; Ob nun wohl sonst in dem Fall/wenn der Schuldner in Absall seiner Nahrung kommt/ auch vor der Zahlungs-Frist/die Executio auf klar Brief und Siegel zu Ver sicherung des Creditoris angeordnet werden mag/ ic.)

*Cessionarius ex instrumento cesso executionem partem non habet, priusquam de cessione sibi facta doceat.*

Dubium equidem non est, vigore Ordinat. Provincial. instrumenta obligationū liquida ad instantiam cessionarii non minus, quam ad petitionem Creditoris cedentis executioni mandari, † cum & 2 is verè ac propriè Creditor dicatur & ex cedentis jure experiri censeatur, l. qui stipendia 2. C. de procur. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 29. definit. 16. n. 3. † Attamen hoc ita demum, si de cessione legitima 3 constet, de qua ante omnia Cessionarius idem facere debet, ut eleganter docent Nicol. Boer. decisio. n. 1. & 2. Anton. Fab. in Codic. dict. tit. 29. defin. 10. n. 2. Dan. Moll. lib. 2. seimestr. 20. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 2. num. 58. † Nec sufficit, 4 produci instrumentum obligationis, in quo non saltem Creditori ejusque hereditibus, sed & quibuslibet bona fidei possessoribus ac debitoribus instrumenti prospectum est, allen treuen Briefs & Inhabern. † Quid enim, si cessionarius istud furatus 5 fuisset? Et unde constabit, cessionarium esse bona fidei possessorem vel detentorem instrumenti producti? Ergo necesse est, titulum traditionis doceri, 6 quo instrumentum devenerit ad exhibentem de voluntate Domini. Nunquam enim ex nuda traditio ne præsumitur vel donatio vel venditio, vel alias titulus ad translationem Domini habilis, † nisi probetur, quod talis titulus præcesserit, & in ejus executionem traditio subsecuta fuerit, l. nunquam nuda. 31. ff. de argv. rer. domin. † Antequā hoc fecerit Cessio-

narius, non obtinebit paratam executionem, ut pluribus firmant Coler. & Dan. Moll. dict. loc. ubi etiam ad textus contrarios respondent.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch / eurem Ansehen nach durch Vorlegung richtiger Cession, oder sonst nicht beibringen möget / welcher Gestalt ihr vorgedachte Obligation, so auf Andreas Normans Namen gerichtet / überkommen / und an euch bracht / ic. So mag auch / che u. zuvor solches vor euch geschicht / die Execution wider Hansen Bernhardē nicht angestellet werden / B.R.W.)

Item in causa Domini Francisci Alberti, Ducis Saxon. contra Samuel de Conte zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sent. Das Kläger vor allen Dingen / welcher gesetzt / und quo Titulo Beklagteas Obligation zu seines gnädigen Herrn Principalen Händen kommen / zu bescheinigen und benzubrugen pflichtz; Ehe und zuvor solches geschicht / ist sich Beklagter mit ihme ferner einzulassen / oder die Zahlung zu leisten nicht schuldig / B.R.W.)

## DEFINIT. XXXIV.

*Scripura privata vel liber rationum pro scribente non probat.*

1. **C**ontra scribentem scripturam vel Epistolam probare expeditum est, per text. in C. extr. de fide instrum. l. Publica. 26. §. 2. in fin. deposit. + etiam si penes defunctum fuerit reperta, nec data ei, ad quem scripta fuerit, ut disputat Dan. Moller. lib. 14. semejstr. cap. 44. num. 4. & seqq. + At pro scribente vel proferente, Scriptura privata vel liber rationum nunquam probat, l. rationes 6. l. exemplo. 7. l. instrumen- ta. 5. C. de probat. l. ult. C. de Conv. fisc. debitor. lib. 4. 19. + præsertim, si agatur de præjudic. tertii, ut notant Dd. in l. admonendi 31. ff. de jure. ubi Jason. num. 76. Felin. in cap. 2. num. 2. extr. de fide instru- ment. & in c. cum causam 13. extr. de probat. Andr. Gail. lib. 2. observat. 20. num. 1. Joh. Schneidew. in- sit. inst. de liter. obligat. n. 14. Non enim quisquam in causâ propriâ testis esse potest vivâ voce, l. omnibus 10. C. de testib. Ergo, neque scripturâ privata, Nov. 73. c. 3. Petr. Aug. Morla in Empor. tit. 8. de reb. Cred. quest. 17. num. 12. Quod tamen vulgo limitant, + si is, ad quem Epistola scripta est, eam tacitus acceptet, nec quicquam contradicat, quia tum fidem eius approbare censeatur, Bartol. in dict. l. admonen- di 31. n. 30. Dan. Moll. dict. c. 44. n. 2. + Aut, si duo connexa continet scriptura vel epistola, unum pro scribente, alterum contra eum, & is ad quem scribi- tur, ea, quæ in favorem ipsius scripta sunt, acceptet, 7 atque probet, + quo ipso alteram quoque partem pro scribente facientem probare censeatur, Joseph. Mascard. de probat. concl. 626. num. 20. Dan. Moll. dict. cap. 44. num. 3.

Ita Domini in causa Hieronymi von Errege zu Annaberg/Mens. Mai. Anno 1635. (Verba sent. Wenn gleich euer Ehdam berührte Post der 400. Golden den euch zu fordern berechtigt wäre / ic. So wärer ihr ihm doch die Zahlung / ehe und zuvor er solche seine Forderung entweder durch eures Sohnes Hand und Siegel / oder sonst gebührlichen / und anderer Gestalt / als durch sein Hand-Buch und eigene Schrift / bescheinigt und beibringt / zu leisten nicht verpflichtet / B.R.W.)

## DEFINIT. XXXV.

*Libri Mercatorum quando semiplene probent, & ju- ramento suppletorio confirmantur.*

1. **Q**uid autem de libris mercatorum & camporum habendum? + Sanè, quia libri h. etiam privatae sunt scripturæ, proscribente & proferente eos fidem non facere, dixerit quis cum Gloss. in l. quedam. 9. S. nummularios 2. verb. decurrunt. ff. de edendo. Com- muniter tamen Dd. in sententiam hanc iverunt, + ut libros mercatorum, deficiente aliâ probatione, in subsidium saltem semiplene probare existimaverint, ita ut proferenti iugementum suppletorium deferri possit, Bartol. in l. admonendi 31. ff. de jure. n. 26. &

ibidem Jason. num. 127. Felin. in c. 2. de fide instrum. n. 21. Andr. Gail. lib. 2. observat. 20. n. 2. Hartm. Pift. ob- servat. 86. Cravett. in tract. de antiqu. tempor. part. 1. §. quarto limitatur n. 24. Joh. Sichard. ad l. 3. num. 33. C. de reb. credit. Casp. Klock. de contrib. cap. 20. n. 420. Hering. de fidejuss. c. 20. §. 1. n. 71. + Tum quia in cau- sis mercatorum non disputandum de apicibus juris, sed tantum de æquitate & bona fide, l. si fidejuss. 29. §. quadam 4. ff. mandat. l. etsi non cognitio. 4. C. si contrajus vel util. publ. Andr. Gail. dict. observat. 20. num. 5. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 27. defin. 3. n. 2. Matth. Wesenb. consil. 10. num. 40. + Tum, quod mercatores quibusvis mercium suarum emptoribus sine Chirographo fidem habere soleant, ut tanto æquius sit, ex adverso quoque plus fidei illorum li- bris adscribi, Reinh. Bachov. in not. ad Treutel. vol. 2. disp. 4. tb. 2. lit. B. in fin. + Quod tamen non alio- ter accipi velim, quam tribus hinc conjunctim con- currentibus, Primo: si mercator proferens libros sit bona fama, & persona honesta ac fide digna, verita- temque scribere conseyverit, l. vel universorum 12. ff. de pignor. act. l. qui semiffe. 13. §. 1. ff. de Usur. l. 5. §. à barbaris 6. ff. de re milit. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 63. num. 20. Casp. Klock. de re c. 20. num. 417. Wetenb. consil. 36. num. 23. + Secundo: Quod causa debiti sit expresa, l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de pro- bat. Pacian. dict. loc. n. 22. Quia sola scriptura non est modus constituendi obligationem, sed inducit saltem presumptionem obligationis ex causa, quæ allegatur præcessisse Sichard. in dict. l. 3. num. 36. C. de Reb. Credit. + Tertio: Ut liber rationum conti- neat data & accepta cum designatione dierum, l. cum servus 82. ff. de condit. & demonst. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 16. defin. 5. num. 1. Hartm. Pistor. dict. ob- serv. 86. Joh. Köpp. decis. 46. num. 55. Quod vero Andr. Gail. dict. loc. num. 3. + in iuper addit librum mercatoris eatenus rationes propria manu merca- tor conscriperit, per text. in l. generaliter 13. C. de non num. pecun. id certe ex textu illo non probatur, + nec in practicâ fori Saxonici receptum est, sed suffi- cit, rationes saltem ab administratore, vel institore, aliave certâ personâ, honestâ & fide dignâ fusse con- signatas, Hart. Pift. dict. observat. 86. num. 15. vers. se- quidem ab administratore &c.

Ita Domini in causa Georgii Cramers zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1578. (Verba sent. Hat Christopher Weidner eine Zei- hero mit euch gehandelt / und ist euch vermöge des Auszugs 869. Gulden/ 14. Groschen 4. Pfennige schuldig blieben; Ob er nun gleich euch darüber keine Handschrifft gegeben / da ihr aber dennoch oder euer Handels-Diener / so die Posten des Auszugs in euer Handels-Buch geschrieben / dasselbe mit sei- nem leiblichen Eyde bestärken würde / ic. So würde euch die Zahlung des Restes aus seinen Gütern billich gefolget / B.R.W.)

In causa Hansen Salzwedel contra Matthes Clemmen/ Ampfchöffer zu Meissen/Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sentent. Hat Churfürstl. Durchl. zu Sachsen/ unser gnädigster Herr/auff eingeschickten euren unterthänigsten Bericht/ gnädigst befohlen / wofern klager Salzwedel seini Handels- Buch mit einem leiblichen Eyde bestärken würde / so sollet ihr in Verbleibung gütlicher Zahlung ihm wider Beklagten dar- zu gebührlichen verhelfen / und es ist Salzwedel solchen Eyd durch seinen Diener / so die Bücher gehalten/ ablegen und leis- sten zu lassen erbötig / ic. so wird er damit billich gehört und zu- gelassen / B.R.W.)

In causa Georgii Wincklers contra Christoph Bishlers Er- ben/ventilitat coram Senatu Lipsiensi, Mens. Oct. Anno 1635. (Verba sent. Würde nun Kläger sein Handels-Buch in Per- son oder durch den Handels-Diener / welcher dasselbe gehalten / und die verzeichnete Posten eingeschrieben / mit einem leibli- chen Eyde bestärken / umassen ihne zu thun oblieget / so seyn auch Beklagte die im andern Auszuge nahmhaft gemacht / Po- sten ihres Vorwendens ungeachtet abzustatten pflichtig / B. R. W.)

Et in causa Martini Michaels zu Frankenberge / Mens. Jan. Anno 1636.

## DEFINIT. XXXVI.

*Plenè probant Libri mercatorum, quando unius testis depositio concurrit.*

**S**emiplenè igitur probant libri mercatorum pro scribente & proferente eos; concurrentibus requisitis, de quibus dixi *Defin. preced.* Ex quo sequitur, plenam ejusmodi libris fidem habendam, nec juramento scribentis eos confirmandos esse, † si unius saltem testis depositio concurrat. Scilicet, † quia duæ semiplenæ probationes unam plenam probationem faciunt, per text. in *l. instrumentis C. de probat. l. qui sententiam 16. C. de pén. c. præterea 27. extr. de testib. & attest. c. ult. exir. de success. ab intest. Pract. Papiensi. in præt. forma responsionis rei conveni. §. jurisjur. n. 4. Salycet. in *l. bone fidei. 3. C. de reb. Credit & jurefūr. Joh. Campeg. in tr. de testib. reg. 303. & veluti hinc privata scriptura & testis unus, vel fama, quæ sunt semiplenæ probationes diversi generis, conjunguntur ad plenam probationem, c. cum causam 13. extr. de probat. † Quidni ergo etiam libri mercatorum cum unius testis depositione plenam facerent probationem, cum libris ejusmodi longè major fides habenda sit, quam privatæ scripturæ, Bartol. in *l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 48. Defin. preced.***

Ita Domini in causa Georgii Guldens zu Annaberg/Mens. Apr. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wohl solche Schuldforderung mit keiner Verschreibung zu belegen; Da aber dennoch der kriegische Vorwund als ein Zeuge vermittelte Eydess aussagen würde/ daß Christoff Haucke euch die geklagte Forderung schuldig worden/ ihr auch hierüber mit euren Handels-Büchern die Schuld richtig belegen und herbringen würdet/ ic. So wäre solche eure Schuld zur Nothdurft erwiesen/ und wären demnach Christoff Hauckens Erben euch dieselbe zu bezahlen und abzustatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXVII.

*Mercatorum libri saltem in iis rebus probant, quæ ad commerciorum & negotiationis materiam spectant.*

**Q**uod dixi, libros mercatorum semiplenè probare, etiam pro scribente & proferente eos, Supr. *Defin. 35.* † illud notabiliter restringendum est ad causas eas, quæ ad commerciorum & negotiationis materiam spectant; creditur enim libris mercatorum saltem in iis, quæ pertinent ad artis exercitium, & non aliter, l. 3. §. cod. modo 2. ff. naut. cap. stabul. Hippolyt. singul. 560. n. 1. Jaf. in *l. age cum Geminiano 3. num. 3. C de transact.* † Ergo, si scripsisset mercator in libris suis domum meam ad se pertinere, aut me in tali re damnum dedisse, nulla prorsus fides libris esset habenda, per notata Joh. Andr. *ad Specul. tit. de instrum. edit. §. nunc dicendum num. 4. ad verb. si æconomus. Andr. Gail. lib. 2. 4 observ. 20. num. 8.* Hocque est, † quod causa debiti necessariò exprimi debeat in libris mercatorum, ad hoc, ut fides aliqua ipsis tribuatur, l. *apparatores 5. C. de exact. tribut. lib. 10. l. neminem. 4. C. de suscep. prepos. & arcar. lib. 10.* Anton. Fab. in *C. lib. 4. tit. 16. 5 defin. num. 3.* † Planè mercatoris confessio, in libro suorum rationum scripta, probat plenè contra ipsum mercatorem, etiamsi absente debitore facta sit, adeoque etiam post mortem mercatoris, ut consulit Hippol. singul. 457. num. 2. Andr. Gail. dict. *observ. 20. num. 10.* Vid. quoque Dan. Moll. lib. 1. *Semestr. 44.*

Ita tractatum in eadem causa Georgii Guldens zu Annaberg/Mens. Apr. Anno 1630.

Et in causa Martini Michaels zu Gräfenberg/Mens. Jan. Anno 1636.

## DEFINIT. XXXIX.

*Plenè probat Exemplum, seu conceptum alicujus instrumenti, in archivis publicis reportum.*

**I**nstrumentum, quod nec scriptum nec subscrip-  
tum est à Notario, fidem nullam facere potest,  
licet repertum sit in Notarii protocollo, † quia  
subscriptione Notarii unum est de essentialibus in-  
strumenti, l. generali. 3. ubi Dd. C. de tabell. lib. 10.  
Anton. Fab. in *C. lib. 4. tit. 16. definit. 21. num. 1.*  
Aliud dicendum, † si ejusmodi instrumentum im-  
perfectum, vel potius exemplum sive conceptum  
instrumenti repertum fuerit in archivis publicis.  
† Nam si scriptura vel Apocha privata in actis re-  
pertis plenam probationem facit, l. ne in arbitris 4.  
§. si igitur 1. C. de recept. arbitr. Jason. in *l. admoni-*  
*nendi. 31. ff. de jurejur. n. 93. & 97.* † Cur non  
multò magis scriptura vel instrumentum, quod in  
archivis publicis reperitur, plene probabit? Cum  
probationes, † seu libri ex archivis publicis desum-  
pti, plenam fidem mereantur, Autb. ad *hac vers.*  
item & *Charta C. de fide instrum. l. census 10. ff. de*  
*probat. Pract. Papiensi. in forma productionis instru-*  
*menti §. exhibens & producens num. 12. Felin. in c.*  
*cum causam 13. extr. de probat. num. 7. Matth. Col.*  
*de process. execut. part. 3. cap. 1. num. 53. & seqq. Joh.*  
*Köppen. decis. 40. num. 11. & seq.* † Plana fa-  
cit quoque Conventio seu pactum inter partes con-  
trahentes de stando privatæ alicujus scripturæ, vel  
instrumento, ut id plenè probet, Bartol. in *l. ult. ff. de*  
*prætor. stipulat.* Petr. Heig. part. 2. quæst. 3. num.  
15. † non quidem, ut privata illa scriptura vim ha-  
beat publici instrumenti (quod in potestate partium  
non est, l. si forte 8. ff. de *Castrenſ. pecul.*) sed ut ple-  
nam fidem inter pacificentes obtineat, † saltem ex  
conventione, quæ facultatem probandi alterare &  
minuere potest, Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 5. n. 15.*  
& seqq. Joseph. Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1294.*  
num. 13. 14. modò non dolue sublit, † qui à partibus  
contrahentibus remitti nequit, ut maximè aliae fo-  
lennitatis remittantur, Felin in *cap. 2. n. 13. extr. de*  
*fide instrum. Jacob. Menoch. de *presumpt. lib. 5. pre-*  
*sumpt. 3. num. 10.* & seqq. † de quo tamen vide omni-  
nō Petr. Heig. qu. 3. num. 19. & seq.*

Ita Domini in causa Thoma Börners / ejusque Conjugis zu Nöchitz/Mens. Jul. Anno 1600. (Verba sent. Ob gleich die Vergleichung/davon die übersandte Copie melden/dem Amts-Büche nicht einverleitet/ und also authentifiziert worden; Die-  
weil aber dennoch das erste Concept solcher Vergleichung dem vorigen Amt-Schöffer zugestellt/er auch dasselbe mit ei-  
gener Hand corrigiret und verbessert/ und es hernach zu etli-  
chen andern Aeten gebunden und begelegt/alda solches auch  
in der Amt-Stuben befunden worden/ ic. So wird durch  
solches begelegte Concept obberührte Vergleichung und der-  
selben Inhalt zur Nothdurft erwiesen/ ic.)

DEFINIT. XXXIX.

*Obligatio seu instrumentum, causam debiti non ex-  
primens, nihil probat, nec paratam execu-  
tionem habet.*

**Q**uamdiu de quantitate & causa debiti non ap-  
paret ex obligatione seu instrumento, tamdiu  
executioni semper opponi potest, quod debitum  
non sit liquidum, quæ exceptio remoratur paratam  
executionem, Jason in *pr. Superest. num. 86. inst. de*  
*action. Bartol. in l. proinde 25. §. notandum 2. num. 3. ff.*  
*ad Leg. Aquil.* † Vocatur enim debitum liquidum,  
quod est certum, hoc est, de quo apparet, quid, qua-  
le, quantum è sit, arg. l. certum 6. ubi Bart. & Jason.  
ff. si cert. petat. l. ubi autem non apparet 75. ff. de Verb.  
Obligat. † Ergo, si de causâ debiti ex instrumen-

to

to vel obligatione non appareat, in effectu nihil probatum est, nec cautio obligatoria sine expressione causæ efficax erit; etiam si stipulatio intervenerit, & desuper instrumentum confectum fuerit, per text. in l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de probat l. 13. C. de non num. pecun. l. ult. ibi: Si causa liquida sit C. de compensat. cap. si cautio. 14. exer. de fide instrument. Andr. Gail. lib. 2. obser. 13. n. 9. Matth. Col. de processus executio. part. 3. cap. num. 7. & seqq. Hartm. Pistor. observat. 39. Johan. Schneidew. ad tit. instr. de

- 4 lit. oblig. num. 14. † Neque enim subsistere potest debitum vel obligatio absque causa debendi, cui semper obstat doli exceptio, l. 2. §. circa 3. vers. si quis sine causa ab alio stipulatur ff. de condit. fin. caus. l. 26. de donat. l. instrumenta. §. C. de probat. 6 † Atqui paria sunt, causam nullam habesse, aut eam, quæ est, non exprimi seu ignorari, arg. l. annus 6. ff. de calumniat. l. pen. §. ult. ff. de Vogat. & excus. st. mus. Anton. Faber. 7. in C. l. 3. tit. i. defin. 2. 7 num. 3. † Sufficit tamen, si de causâ debendi per conjecturas saltem constet, ut tradit Felin. in dict. cap. 41. si cautio. num. 13. extr. de fide instrum. & Mascar. de probat. concl. 345. num. 51. vol. 1. puta, si in obligatione fiat mentio acceptæ pecunie, des eius 8 pfarigenen Geldes; † Censetur enim verbum mutationis errore scriptoris omissum, quod omnino superplendum, quia ubique magna pecunia quantitas absque causæ adjectione alicui datur, videtur in dubio data ex causâ mutui, Gloss. in l. cum quid 3. 9ff. sc. cert. petat. † prout à Scabinis observatum meminit Hart. Pistor. dict. obser. 39. num. 2. in fin.

Ita Domini in causa Daniel Zobels zu Schneeberg/Mens. Oct. Anno 1609. (Verba sent. Ob iht nun wohl zu Behauptung derselben Schuld eine Obligation producere, darinn Jacob Seelrich sich zur Zahlung anerboen/dieweil aber dennoch dabey keine causa debendi zu finden/ so mag auch solche Obligation vor richtig nicht gehalten/noch dadurch obverührte Schuld/wie zu rechte erwiesen/und den Seelrigischen Erben die Zahlung zu leisten/beständiger Weise auferleget werden/ V. R. W.)

Item in causa Matchzi Stambler zu Podelwitz/Mens. April. Anno 1619. (Verba sent. Ob sie nun wohl zu Becheinigung solcher Forderung ein Instrumentum eines erscheilten Consensus, so vor 27. Jahren ausgehändiget worden/producere: Da aber dennoch euerem Bericht nach/darinnen ganz keine causa debendi zu befinden/noch auch sonst eine Obligation vorhanden wäre / daraus zu vernehmen/ wo die Schuld eigentlich hertrühet/ ic. So wäre angeregter Consens zu Recht nicht beständig/derwegen ihr auch die Zahlung zu thun nicht angehalten werden möchte/ ic.)

Et in causa Hansen Flory von Prague contra Dominum Baronem zu Schönburg/ventilata in Praefectura Zwickaviensis, Mens. Julio, Anno 1631.

#### DEFINIT. XL.

*Confessio debiti judicialis etiam absque causa expressione facta probat, & confidentem obligat.*

Pacian. de probat. lib. i. cap. 5. num: 15: & seqq. docet Petr. Heig. part. 2. quest. 3. num. 14:

Ita Domini in eadem causa Matthæi Stambler zu Podelwitz/Mens. Apr. Anno 1619. (Verba sent. Es wäre denn/ daß ihr angeregte Schuld gerichtlich gestanden/ auf den Fall wäret ihr/unangesehn keine causa debendi darben gedacht worden/die Zahlung zu leisten pflichtig/V. R. W.)

#### DEFINIT. XLI.

*Ad reassumptionem processus non admittitur procurator absque speciali mandato ad reassumptionem sibi dato:*

Instantia equidem à defuncto inchoata morte ejus non perit, sed ipso jure transit in hæredes, l. si cum 33. ff. de fiajuss. † Adeoque nec opus est, ut novus processus cum hærede instituatur. † Attamen realiumendus est processus defuncti ab hærede per declarationem expressam, quæ fieri nequit à Procuratore, † nisi speciale ad reassumptionem mandatum exhibuerit, ut bene sentiunt Andr. Gail. lib. 1. obser. 109. num. 6. Joach. Mytaling. cent. 1. observat. 55. Matth. Welenb. part. 7. consil. 332. num. 115. Matth. Berlich. part. 1. concl. 27. num. 21. † Tum, quia mutata persona per mortem defuncti, lis & causa etiam mutata, † nec procurator defuncti, ulterius litis Dominus censetur, l. & an eadem. 14. l. cum de hoc 27. ff. de except. rei judic. Tum, † quia per reassumptionem processus, domino haud leve creatur præjudicium, ut vel propterea etiam non sufficiat mandatum cum liberâ, nec hoc in causa æquiparetur mandato speciali, arg. l. si quis 25. & 5. ff. de acq. habredit. † Tum, quia mandatum est stricti juris, & cum defuncto exspirat, nec ad personas alias extendit, c. 32. in fin. extr. de offic. & post. judic. delegat. † Quid ergo mirum, ut novum ac speciale requiratur mandatum ad reassumptionem litis à defuncto jam copta, Vant. de nullit. ex defect. inhabili. num. 85. Welenb. dict. consil. 332. num. 149. & 144.

Ita Domini in causa Andrea Gerlachens contra Martin Feigens Erben zu Schneeberg/Mens. Jan. Anno 1618. (Verba sent. Dass angegebener actor wegen Martin Feigens Erben anderer Gestalt und mit Vorliegung eines richtigen und special-Mandats zu legitimiren, und nachmals den Processus bührlichen zu realiumire schuldig/V. R. W.)

#### DEFINIT. XLII.

*Charta blanca, vulgo Blanquet, subscriptem & sigillantem, obligat ad hoc, ut executive contra eum agi possit.*

Expediti juris est, quod instrumentum subscriptio & sigillo munitum paratam habeat executionem, præterim in foro Saxonico, ex Const. Elect. provinc. de Anno 1555: Rabr. Versetz Driess und Siegel / Novæ Ordin. procœl. jud. tit. 25. §. Wan. auch gleich einet. † Quidni ergo eandem iuris efficaciam chartæ blancae vulgo Blauquet, a Reo convento subscriptæ & sigillatae tribueremus, contra que eum paratam dari executionem assiceremus? † cum Matth. Coler. de processus executio. part. 3. cap. 1. num. 130. & Franc. Pfeil. consil. 39. Nec enim metuendum erit, † quod contra ignorantem & non consentientem procedatur ex eo, quia tradens chartam vacuam, atque tenorem scripturarum subsecutus haud inspiciens ignorat id, quod ibi scriptum est, † qui certè nec consensisse, nec obligatus esse dicetur, l. filius fam. 8. §. 1. ff. de procurat. l. disstrahente. 2. C. de reb. Alien. non alienand. † Siquidem præsumptio est contra scribentem vel sigillantem. Nam ex quo hic inspiciendi ac cognoscendi habuit facultatem, cognovisse etiam atque ita approbasse præsumitur instrumentum. arg. l. 2. §. inspectio. 5. ff. testam. quemadmodum aper. † Quin & eo ipso, quo quis & pas-

- sus est alterius scriptione repleri chartam blancom à se subscriptam, suoque sigillo munitam, inscriptio-  
nem illam omniaque contenta consensisse, eaque  
8 approbasse censetur, † quia patientia consensum  
& ratihabitionem inducit, *L alienationis 28. in pr. ff.*  
9 *de V. S.* † At inquires, hac ratione Reo denegabitur  
remedium detegendi actoris falsitatem & do-  
lum, si forte contra datam promissionem & inten-  
tionem Rei in charta blanca subscripta & signata  
10 quid notaverit? † Non certe hoc sequitur, sed dif-  
fertur saltem facultas dolum actoris arguendi us-  
que post finitam executionem paratam, atque in  
11 Reconventionem rejicitur. † Etenim si Reus post  
executionem docere velit, quod fuerit acceptus &  
non legerit instrumentum, audiendus omnino erit  
in reconventione, *Matth. Coler. dict. c. 1. num. 130.*  
12 † Non enim instrumentum subscribens & non rele-  
gens obligatur, *I. si falsum s. C. plus val. quod agit.*  
13 *Matth. Berlich. part. 1. conclus. 44. num. 11.* † nec er-  
rantis ullus est consensus vel obligatio, *I. si per erro-  
rem 15. ff. de jurisdict. l. 8. C. de jur. & fact. ignor.*  
14 † interim antequam error & dolus actoris probetur,  
standum est instrumento, *I. 2. C. plus val. quod agit.*  
*Col. dict. loc.*

Ita Domini in causa Christophori Hempels & Danielis Schneiders zu Eisleben/Mensl. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wohl N. M. sich mit der Wittwen in Vergleichung eingelassen nicht befähigt gewesen; Da aber dennoch die Blancquer unvermiedet/worzu sie gebraucht werden sollen/von des verstorbenen Testatoris Freunden und Erben vollzo- gen worden/ sc. So würde die Witwe bei der auffgerichteten Vergleichung/ und darauff ihr eingeräumten Erbschaft/bis sie im Stande des Rechtens ordentlicher Weise daraus wiederum entzogen/billich geschädigt/ und es möchte ihr unterdessen an Verwaltung der Erbschaft einiger Innhalt beständiger Weise nichts gehan werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XLIII.

*Recognitio documentorum speciale desiderat Procura-  
toris mandatum.*

- 1 Non admittitur Procurator ad recognoscendum  
documenta originalia, priusquam mandatum  
2 specialiter ad hoc sibi concessum exhibuerit, † ex  
communi Interpp. sententia, *Matth. Berlich. part.  
1. conclus. 44. num. 18. Mindan. de mandat. jud. lib.  
2. cap. 75. num. 8. Ruland. de commiss. part. 2. lib. 5.*  
3 *cap. 39. num. 4.* † Quæ & in Curia Electorali supre-  
mâ, observantia fuit recepta. Rationem si petas,  
4 dico, † Recognitionem documentorum propterea de-  
siderare mandatum speciale, quia res est magni præ-

judicii, † quippe recognitione facta, statim executi-  
vè procedendum est, ex Ordin. provinc. de An. 1555.  
tit. Versetzt Vriesen Siegel. & Process. jud. cit.  
24. §. Wenn auch gleich. & cit. 39. §. Wenn aber  
das Urtheil, † Atqui in casibus magni præjudicij  
non admittitur Procurator absque speciali manda-  
to, *arg. l. si quis 25. §. sed utrum. 5. ff. de acquir. beret.*  
*dit. Jafon. ad l. jurjurandum 17. §. procurator. 3.*  
*num. ff. de jurejur.*

Ita Domini in Causa Curatoris Annae Mosten contra Paul  
Gebharden zu Sondersleben/Mensl. Aug. Anno 1626 (Verba  
sent. Das Verklagte Univald zur Recognition der pro-  
ducirten Documenten, seine Person durch Vorlegung eines  
sonderbahren hierzu ertheilten Mandats zu legitimiren schul-  
dig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XLIV.

*Protocollo Notarii major fides habetur, quam in-  
strumento.*

Sæpe accidit, ut instrumentum, quantumvis vi-  
stium visibile non habeat, in dubium vocetur; Ni-  
mirum, si Adversarius paratus sit, ex protocollo No-  
tarii aliud probare: Anne admittendus, & proto-  
collo major fides, quam ipsi instrumento habenda-  
erit? Omnipotens certe, per text. in *I. si quis ex argen-  
tarii 6. §. pen. & §. ult. ff. de edendo.* Bartol. in *I.*  
*Seproni 47. num. 3. ff. de legat.* 2. Anton. Faber.  
in *C. lib. 4. cit. 16. defin. 24. num. 5.* Joseph. Ma-  
scard. de probat. vol. 3. conclus. 1243. num. 2. ubi  
plures allegat. † Nam cujusque rei origo est spe-  
cunda, à qua velut à fonte cætera omnia profluunt.  
Ex quo etiam fit, ut sicuti standum potius est pro-  
tocollo, quam instrumento, † ita & magis origina-  
li & matrici scripture potius, quam protocollo,  
Anton. Fab. dict. defin. 24. n. 5. † Ast non aliter hoc  
verum putaverim, quam si protocollo omnia ha-  
beat requisita, quæ requiruntur in instrumentis ipsis  
ad effectum probandi, † videlicet: subscriptionem  
Notarii, signum ipsius, rogationem, publicationem,  
locum & tempus celebrati actus, prout post alios  
multos, quos allegat, eleganter hoc limitat & de-  
clarat Joseph. Mascard, dict. concl. 1243. n. 26. & seqq.  
Addit. Decis. Elect. noviss. 20.

Ita Domini in causa Clemens Hauckels Erben zu Meissen/  
Mensl. Octobr. Anno 1634. (Verba sent. Ob sie nun wohl  
sich auf das Inventarium berufen thun; Da aber dennoch/  
eurem Bericht nach/ ihr in des Notarii Protocollo nachsuchen  
lassen/und sich darinnen solcher Rest nicht befinden thate/ sc.  
So würde dem Protocollo, wofür solches vom Notario righ-  
tig gehalten worden/mehr Glaubey/ als dem Inventario zu-  
gestellt/und ihr möchte deinnach obgedachte 100. fl. zu gib-  
sen nicht angehalten werden/B. R. W.)

## CONSTITUTIO XVIII.

### P A R T I S P R I M Æ.

Von Gesetzen und Producten, so  
nach der Publication der Beweisung und  
Gegenbeweisung einzubringen.

**M**it die Beweisung und Gegen-  
Beweisung eröffnet/ sollen die  
Partheyen darauff ohne weitere  
Verfassung/Kraft dieser unsrer  
Constitution schuldig seyn/ von  
Zeit an der erlangten Abschrift/so ihnen aus dem  
Gericht sonderlich und zum längsten innerhalb  
zween Monaten gefolget werden soll/von Sechs-  
wochen zu Sechswochen/ihrer Exception, dupli-  
ca, replica und triplica einzubringen/und also

De disputationibus partium, post  
publicatas attestations.

**D**uplicatis probationibus strinque-  
deductis, litigatores nullà alià  
prescriptâ à judice procedendi  
formâ expectata, vigore hujus  
Constitutionis nostræ, à tempore acceptæ  
copiæ, quam ad summum intra duos mem-  
ses à judice illis dari volumus, excipiendo,  
duplicando, replicando, & triplicando, &  
sic alternis duabus vicibus, nec pluribus,  
interjecto spacio sex septimanarum, jus suum  
su-

mit zweyen Säzen Wechsels-Weise zum End-Urtheil zu beschließen / und mit keinen fernern Säzen zugelassen werden/ es soll aber auch eine iegliche Part seine Exception und Replica auf die Beweisung und Gegen-Beweisung in einem Sag mit einander zugleich einbringen/das mit Vielheit der Säze verhüet/ und desto schleier niger zum Urtheil geschlossen werde.

super probationibus in scriptis deducentes, judicisque definitivæ sententia se submittentes, concludant, sed ita ut quilibet illorum Exceptionem & replicam suam in uno & eodem scripto simul proponat, quo minus acta multiplicantur, coque citius in causa concludatur.

## DEFINITIONES.

1. *Testium qualitates & depositiones post publicatas demum attestations impugnari solent.*
2. *Admittuntur etiam disputationes attestationum vel documentorum in Processo summario.*
3. *In processo etiam criminali ordinario disputari possunt attestata testium.*
4. *Disputationes attestatorum in scriptis proponuntur in foro Saxonico, nec orerentus eas præferri necesse est.*
5. *Litigatores post publicatas attestations jura sua alternis vicibus, interjecto semper spacio sex septimanarum, proponere tenentur.*
6. *Spacium hoc sex septimanarum à tempore accepte copie publicatarum attestacionum currere incipit.*
7. *Facta autem probatione per documenta, fatale, scx septimanarum ad exhibendam primam positionem, à tempore rei judicata currere incipit.*
8. *In foro Saxonico disputationes attestationum duas alternativis dispositionibus finiri debent, nec ulterior disputatione admittitur.*

### DEFINIT. I.

*Testium qualitates & depositiones post publicatas demum attestations impugnari solent.*

1. *Sæpiissime per disputationes attestationum, lites multum ab Advocatis protelantur, non alio fine quam ut majora à litigantibus elicant honoraria, suaque impleant marsupia? ut rationabiliter quis existimare posset, t longè utilius fore, absque ultra disputatione attestations testium publicatas iudicis cognitioni statim subjictere, juxta tradita Rutg. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 6. cap. 3. & Anton. Fab. in C. lib. 9. tit. 22. art. 33. t Nec enim judices verbositatem & prolixitatem Advocatorum, aut allegatorum farraginem perpendere solent, sed potius omnia rimantur, ac ea, quæ ad probationem negotii & decisionem causæ faciunt, ipsimet ex attestacionibus testium extrahunt, prout experientia const. pertum habeo. t Nihilominus ejusmodi disputationes & allegationes super testibus & actitatis, arbitrio litigantium relinquuntur, Novell. 90. cap. 4. Aut. si testis productus C. de test. c. in causis ecclesiasticis 15. sub fin. extr. eod. tit. c. inter delictos 6. extr. de fide instrum. Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 87. num. 5. & seq. Rutg. Ruland. dict. 5. c. 3. t Quid enim, si Reus contra personas testium ab auctore productorum, exceptere, eorumque idoneitatem impugnare velit, putata, quod sint infames, minores, domestici, affines, consanguinei, aliave ratione suspecti? t Quid item, si eorum attestations & dicta tanquam falsa & minus concludentia examinare atque refutare cupiat? t Nunquam certè commodius, quam post publicatas attestations id fieri posse creditur, ut propterea disputationes attestatorum merito admittendas existimaverit Elector Saxon. Illustrissimus, b. Const. 18. ubi. Dan. Moll. Specul. lib. 2. part. 2. tit.*

9. *Is, contra quem probatio suscepta est, primam positionem exhibet, nempe exceptionem.*
10. *Probationes & reprobationes in uno & eodem scripto sunt disputanda & proponende.*
11. *Disputante licet una parte probationes & actitata, altera tamen pars disputationibus bene renunciare valer.*
12. *Perdita licet exceptione post terminum praefitum preterlapsum, admitti nihilominus debet duplica Rei.*
13. *Replicâ auctoris propter contumaciam quantumvis rejectâ, admittitur tamen ejusdem triplica.*
14. *Duplici autem vel triplici intra spatum legitimum non propositâ, concludendum est in causa principali.*
15. *Nec exceptio, nec replica aliave positio, ultimâ saltem termini die in iudicio exhibita, rejici, neque Sanctio Electoralis de sex septimanis inferendis disputationibus præfinitis, ad terminum Saxoniam trahi debet.*

*de disput. & allegat. advocat. §. post hoc autem 4. n. 1. & seq.*

Ita Domini in causa Syndicen der Gemeinde zu Bernsdorf & Consort. contra Hansen Heinrichen von Schönberg auff Limbach/Mensl. Jul. An 1608. (Verba sene. Es ist euch aber nach eröffnetem Gezeugniß/was ihr beydes wider der Zeugen Person und Aussage vorzuwenden habt/ gebührlichen einzubringen unbenommen/B. R. W.)

In causa Balum Bernhards contra Franz Rizen zu Leipzig/Mensl. Octobr. Anno 1620. Verba sene. Dass die von Riesen angegebene Personen zu Zeugen zulässlichen seyn/es ist aber Beklagten/ was er wider eines oder des andern Person und Aussage vorzuwenden hat/nach Eröffnung des Gezeugniß/ gebührlichen einzubringen unbenommen/B. R. W.)

Et in causa Jacobi Stephans contra Viduam & Heredes Matthes Meyers zu Leipzig/Mensl. Sept. An. 1620.

### DEFINIT. II.

*Admittuntur etiam disputationes attestationum vel documentorum in Processo summario.*

**N**on admittit generalitas hæc Constit. 18. ut disputationes attestationum ad processum ordinarium restringantur, cum nullibi causæ summariae reperiantur ab hæc dispositione exceptæ, t quas potius verba generalia comprehendunt, arg. l. 1. § generaliter 1. ff. de legat. praefand. l. præses. 3. in fin. ff. de offic. prefid. l. ut nullo. 28. C. de usu. t Nec movet quicquam, quod in processu summario absque strepitu iudicii, sola facti veritate inspecta, procedatur & pleraque alia, quæ in processu ordinario obtiverari solent, in summario iudicio negligantur, solum Zang. de except. part. 1. c. 2. num. 3. t Siquidem hoc verum est saltem quoad solennia processus a jure civili inducta, sicut vero in substantialibus iudiciorum, quæ iure naturali nituntur, Joh. Andr. in cap. sep. de V. S. Bartol. in Extravagantia reprimendum verb. figura. num. 4. t Inter quæ etiam referenda sunt disputationes attestatorum, juxta tradita Bartol. dict. loc. t quamvis aliter sentiat Vant. in tract. de nullit. 6 sensu

*Sentent. iir. ex defect. process. num. 40. & Andr. Gail. lib. i. obser. 105. in pr.*

Ita Domini in causa Hæredum Henrici à Brederlo-hens. Mens. Apr. Anno 1635. (Verba sent. Da nun Beklagter nach geführten Beweis und Gegenbeweis seine Nothdurft, und Disputation-Gesetze gebührlichen einbringen wolte/rc. So wird er damit auch in diesem summarischen Proces billich gehöret und zugelassen/rc.)

**DEFINIT. III.**  
*In processu etiam criminali ordinario, disputari pos-sunt attestata testium.*

- E**ademque generalitas hæc Constit. 18. comprehendit quoque causas criminales, quæ in processu ordinario agitantur, ut propterea in hisce non minus ac in causis civilibus disputationes attestatorum admittendas existimaverim, arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præstat. l. 8. ff. de public. in rem att. 2. † Idque eo magis, quia processus ordinarius in criminalibus eodem ferè modo agitur, per accusacionem nempe, litis contestationem, exceptiones, probationes, &c. quo in civilibus agitari solet, † ita, ut processus criminalis ordinarius à judicio civili parum differat, l. 2. C. de cust. reor. l. qui accusare 4. C. de edendo. l. adulterii. 33. C. ad Leg. Jul. de adultr. l. si maritus 15. §. prescriptiones 4. ff. cod. tit. Matth. We-senb. in parat. ff. de accusat. num. 12. † Et cum in causis criminalibus probationes atque reprobationes admittantur, uti expeditum est, & dixi in præst. crimi-nal. part. 3. qv. 106. num. 80. cur non disputationes quoque attestatorum admitterentur?

Ita Domini in causa der Bodenheuffischen Echens-Erben constituirten peinlichen Anwältes contra Valentini Möhren zu Wittenberg/Mens. Jau. Anno 1634. (Verba sent. Daß nach Gelegenheit dieses peinlichen Processus, Angeklagten nach eröffnetem Beweis und Gegen-Beweis seine Exception- und Salvation-Schriften gebührender massen einzubringen/und datieren die Antestata Testium zu disputationen, und seine Nothdurft allenfalls auszuführen billich verstattet und nachgelassen/ dagegen aber Anklägern seine Replica und Gegennothdurft vorbehalten wird/B. R. W.)

**DEFINIT. IV.**  
*Disputationes attestatorum in scriptis proponantur in foro etiam Saxonico, nec ore tenus eas pro-ferre necesse est.*

- E**T si in foro Saxonico litigantes jura sua ore-tens proponere sint obstricti, non solum ante, sed & post litis contestationem, Supr. Const. Elect. 1. & 9. ubi defn. 1. nec audiuntur scripta offerentes, ne scilicet per apices juris & subtilitates Legum domi excogitatas atque in scriptis conceptas, lites protrahantur, quas potius finiri & abbreviari publi-citatis interest, l. properandum 13. C. de jud. Andr. Rauchb. part. 1. q. . n. 4. & seq. Ventur. de Valent. 2. in parth. litig. lib. 1. c. 2. n. 30. † Attamen circa disputationes & allegationes super testibus & actitatis, rigor hic juris Saxonici litigantibus est remissius, ac concessum, disputationes post publicatas attestationes multis scriptis proferre, ab Illustrissimo Sa-xon. Elect. in Ordin. process. judic. tit. 29. in pr. 3. † Nempe, quia disputationes hæc, merita causarum concernentes, aliquantò plus laboris & temporis requirunt, quam reliqua partium jura & tractationes, Dan. Moll. hic num. 1. Andr. Gail. lib. 1. obser. 105. num. 17. Rutg. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 6. c. 3. num. 3.

Ita Domini in causa Heinrich Brederlo-hens Erben / Mens. Apr. Anno 1633 (Verba sent. Da nun Beklagter nach geführten Beweis und Gegen-Beweis seine Nothdurft und Dispu-tation-Gesetze gebührlichen einbringen wolte/rc. So würde er damit billich gehöret/und solche in Schriften in Gerichten einzubringen zugelassen/rc.)

**DEFINIT. V.**

*Litigatores post publicatas attestaciones, jura sua al-ternis vicibus, interjecto semper spacio sex se-pimanarum, proponere tenentur.*

**A**T, inquires, hæc ratione multum altercandi & protelandi litem occasio & ansa dabatur advo-catis? † Fateor equidem, eos, quibus volupe est li-tes protrahere, malitiam suam hæc constitutione palliare posse: Attamen, quo temeritatem hæc compesceret † Illustrissimus Saxoniæ Elector, omnem in conficiendis disputationibus attestato-rum prolixitatem vitare iuslit advocatos, in Ordin. process. judic. tit. 29. §. Es soll aber auch simulque nova documenta actis inseri, nec non tertium di-cta cavillare, vel in perversum sensum retorquere, atque priora acta sinistrè allegare prohibuit, † sub 4 comminatione mulctæ arbitriæ, à judice per sen-tentiam imponendæ, dict. tit. 29. §. Es sollen aber auch. † Quin nec protractio temporis metuenda est, quia litigatores post publicatas attestaciones, ju-ra sua & disputationes alternis vicibus excipiendo, replicando, duplicando & triplicando, interjecto semper spacio sex septimanarum, proponere tenen-tur, b. Constit. 18. vers. von Sechs-Wochen zu Sechs-Wochen. ubi Dan. Moll. n. 1. † nisi invicem de alio termino expressè convenerint, quod in ipso-rum arbitrio positum videtur, Ordin. process. jud. dict. t. 29. in pr. vers. Wechsels: Weise von Sechs-Wochen zu Sechs-Wochen/ rc. Adde Resol. Grav. de Anno 1661. Tit. von Justitiæ, Sachen. §. ingleichen auch zum zwey und zwanzigsten / vers. und also ist es auch zu halten. & seqq.

Ita Domini in caula Hansen Boltrathis zu Belgern/Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem und Peter Mebusen anders Theils/Beweis und Ge-genbeweis geführet worden/ u. welches Gezeugniß ihr und Ge-genpart zu disputationen geweyhet seyd/rc. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun/ und von Sechswochen zu Sechs-wochen Wechselseitig gegen einander zu verfahren/ und eure Nothdurft einzubringen übernommen/ rc.)

**DEFINIT. VI.**

*Spacium hoc sex septimanarum à tempore accepta copie publicatarum attestacionum currere incipit.*

**A**lterius igitur vicibus, interjecto semper spacio sex septimanarum, litigatores jura sua post pub-licatas attestaciones proponere tenentur, Defin. præ-ced. † Quod temporis spaciū currere incipit à tempore acceptæ Copiæ publicatarum attestatio-num, hæc Constitut. 18. vers. Von Zeit an der erlang-ten Abschrift/ ubi Moller. num. 1. † obstrictus siqui-dem est judex, copias attestacionum publicatarum statim & ad summum, intra duos Menses partibus tradere, b. Constit. 18. in pr. vers. So ihnen aus dem Gerichts förderlich. Et si partes copias exigere ne-gligant, † judici porrò incumbit terminum certum, 4 octo nempe, vel quatuordecim dierum, aut etiam integri mensis, pro ratione circumstantiarum & di-stantia locoru, ad redimendas copias, tempore pub-licationis semel petitas, præfigere; † Quo elatio, 5 spaciū prædictum sex septimanarum currere inci-pit, quod sub poena desertionis postea præcisè debet observari in juribus & disputationibus proferendis; † Sanciente id Electore Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 29. §. Weil aber solche Trist. Matth. Berlich. part. 1. concl. 48. n. 17.

Ita Domini in eadem causa (Verba sententia). So ist auch das-selbe gebührender massen zu thun/ und von Sechswochen zu Sechswochen/von Zeit der erlangten Abschriften des Gezeug-nis

nisi anzurechnen / (welches euch zum längsten binnen gedoppelter Monats-Frist aus den Gerichten zu ertheilen) Wechselseitige gegen einander zu verfahren/ und eure Nothdurft einzubringen unbenommen/B.R.W.)

## DEFINIT. VII.

*Facta autem probatione per documenta, fatale sex septimanarum ad exhibendam primam positionem, à tempore rei judicatae curreat.*

re incipit.

- 1 **S**ed hoc ita, si probatio per testes fuerit facta. Sin overò expediatur per documenta literaria, ubi publicatione opus non est, distingvi omnino debet, an causa ipsa sit celeris expeditionis, an vero altiorem disquisitionem requirat, & documenta sint
- 2 bene multa producta atque recognita: † Priori casu, super ejusmodi probatione saltem, retentus procedendum est, illaque pars, contra quam probatio est suscepta, citationem impetrare, suisque exceptionibus initium facere debet, Ordin. process. judic. Elector. Saxon. tit. 29. §. Wann aber Beweis und Gegenbeweis. † At casu posteriori, in causā nempe ardua, & quando multa documenta fuere producta, ad instantiam & petitionem partis, de admittendis disputationibus in scriptis factam, statim post recognitionem documentorum, iudex per sententiam
- 4 desuper interloquitur, † & admissis disputationibus in scriptis proponendis, fatale sex septimanarum ad exhibendam primam positionem à tempore rei judicatae currere incipit, dict. tit. 29. §. Wann aber Beweis / vers. Sonsten aber/da die Sache richtig/ic.

Ita Dominii in causa Hæredum Henrici à Brederloheni Mens. Apr. Anno 1633. (Verba sent. Diesen nach ist von beiden Theilen Beweis und Gegenbeweis mit Documenten und briefflichen Urkunden geführet worden; Da nun Beklagter seine Nothdurft und Disputation-Geschehe gehörlich einbringen wird / so wird er damit billich gehobet / und solche gestalten Sachen nach / weil die Sache wichtig und eine grosse Summa Geldes betrifft/der Documenten auch eine ziemliche Anzahl vorhanden/in Schriften in Gerichten einzugeben zu gelassen/und binnen Sechswochen à Tempore Rei Judicatae, nachdem hierüber erkant/damit der Anfang gemacht/ie.)

## DEFINIT. VIII.

*In foro Saxonico disputationes attestacionum duabus alternativis positionibus finiri debent, nec ulterior disputatio admittitur.*

- 1 **E**t si de jure communi certus numerus præfinitus haud sit exceptionibus, replicationibus, duplicationibus, triplicationibus, quadruplicationibus, sed partes pro lubitu multiplicatis disputationibus progredi valeant, §. 2. §. 3. inst. de replicat. l. 2.
- 2 §. sed & contra. 3. ff. de except. † nisi iudex certum numerum positionibus præfinierit, Aut. jubemus de judic. Novell. 115. c. 2. Matth. Col. in rubr. ext. de except. n. 6. Matth. Wesenb. in supplem. ad Joh.
- 3 Schneidew. inst. de replicat. num. 3. † Attamen in foro Saxonico paulo aliter res se habet, & disputationes attestacionem duabus alternativis positionibus (nisi zweyen Sägen Wechselsweise) pùtā exceptione, replicatione, duplicatione & triplicatione finiri debent, † quibus in sententiā omnino concludendum, nec ulterior disputatio admittenda est, b. Const. 18. vers. Ihre Exception, duplia, &c. Ordin. process. judic. Elect. Sax. tit. 29. in pr. vers. von beys den Theilen nur zwey Sägen Wechselsweise/ ic. Dan. Moll. hic n. 1. sub fin. † Idque eo fine, ut lites ceterius finiantur, quas abbreviari, publicitus interest, Joh. Petr. Surd. decif. 120. n. 8. Ventur. de Valent. in partibus. litigios. lib. 1. cap. 2. num. 12.
- 5 Ita Domini in causa Hansen Volstrahs zu Belgerw/ Mensl. Mart. Anno 1630. (Verba sent. Ist in Sachen euch Kläger an einem / und Peter Mebusen anders Theils / Beweis und

Gegenbeweis geführet worden / welches Gezeugniß beyderseits zu disputiren gehynet send/ie. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun/und von Sechswochen zu Sechswochen/von Zeit der erlangten Abschrift des Gezeugniß anzurechnen/. (welches euch zum längsten blinen gedoppelter Monats-Frist aus den Gerichten zu ertheilen) einem ieden mit zweyen Sägen/als der Exception, Replica, Duplica, Triplica und ferner nicht/Wechsels-Weise gegen einander zu verfahren/ und eure Nothdurft einzubringen unbenommen/B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Is, contra quem susceptra est probatio, primam exhibet positionem, nempe exceptionem.*

**S**ed, quisnam litigatorum initium disputandi faciet? † Sanè, de jure communi prius semper actor incipere, suamque actionem proponere solet, cui postea Reus excipiendo respondet, quam exceptionem denuò actor replicando elidit & sic consequenter, §. 1. & seqq. Inst. de except. l. 2. §. 1. & seqq. ff. eod. tit. Specul. lib. 2. part. 3. tit. de disp. & allegat. advo- cat. §. nunc breviter. 2. vers. quod actor prius debet proponere. † At de jure Saxonico Reus, vel is, contra quem probatio fuit suscepta, incipere debet exceptionem actoris intentionem, probationes & attestations infringere, instrumenta producta impugnare, atque alia, quæ contra se facere videntur, refutare, Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 29. in pr. vers. der Anfang aber von dem/wider welchen der Beweis verfühet/gemacht werden/ Jacob. Thoming. consil. 17. Dan. Moller. hic num. 4. † ubi bene monet, in ultima positione, nempe in triplica, in dem Schluss-Sage/nil novi afferendum esse, quod antea non fuerit deducatum, aut si aliud fiat, judicem in concipiendo id non attendere debere, juxta Const. Elect. i. b. part. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So ist euch dasselbe gebührender massen zu thun/u. von Sechswochen zu Sechswochen/von Zeit der erlangten Abschrift des Gezeugniß anzurichten/einem ieden mit zweyen Sägen Wechsels-Weise also/ daß nach Gelegenheit doppfalls/weil ihr als Kläger den Beweis geführet/Beklagter excipiendo den Aufang mache/ gegen einander zu verfahren/ und eure Nothdurft einzubringen unbenommen/B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Probationes & reprobationes in uno eodemque scripto sunt disputande & proponenda.*

**C**um Reus ad reprobationes, non minus atque actor ad probationes admittatur, ex quo in suo genere nihil aliud sint, quam veræ & legitimæ probationes, eodem modo, termino ac tempore pariter reprobationes sint proponendæ, ut dixi Supr. Constit. Elector. 16. defin. 12. dubitari potest: † An. non eodem quoque modo reprobationes disputari, & qua hactenus dicta fuere de modo disputandi provocationes, ad reprobationes etiam extendi debeant? Quod omnino dicendum. † Attamen ne acta multiplicantur & lites protrahantur, sed ut celerimè in causā concludatur & lis finiatur, l. properandum 13. C. de judic. constituit Elector Saxonie Illustrissimus, † ut tum probationes simul in uno eodemque scripto disputatione ac proponantur, hac Const. 18. vers. Es soll aber auch. Ord. Process. judic. tit. 29. in pr. vers. s. 1. auch Beweis und Gegen-Beweis/ie.

Ita Domini in causa Andree Gärtner & Consort. contra Wenkel Gärtnern/ventilatæ in Praetorio Lipsiensi, Mens. Nov. Anno 1621. (Verba sent. Und erscheint aus den Acten so viel/ daß sich Beklagter an seiner Exception- und Salvation-Schrift/ so er zugleich in einem Product und auf einmal einzubringen schuldig gewesen/nun mehr verdammt/ie.)

## DEFINIT. XI.

*Disputante licet una parte probationes & attitatem, altera tamen pars disputationibus bene renunciare valer.*

- D**isputationes attestatorum procul dubio jura partium concernunt, † ex quo dubium non est, quin iis à litigitoribus renunciari possit, arg. l. pen. C. de pæt. veluti etiam horum arbitrio relictum est, † an terminum disputationibus proponendis definitum immutare & coarctare velint, Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 29. in pr. vers. Da sich die Parteien beiderseits nicht eines andern terminus willführlichen vergleichen. † Neque in disputationibus super documentis productis litigitorum arbitrium videtur exclusum, dict. tit. 29. §. wenn aber Beweß. vers. wie und auf was Maß sie zu verfahren bedacht/ sich erklären. † Quin & disputante licet parte una attestiones & actitata, alteram juri suo renunciare posse eo minus dubitaverim, quo citius hac ratione in causâ totâ concludatur, † in quo non minimum utriusque partis, nedium Reipublicæ interesse versatur, l. properandum 13. C. de judic. Anton. Fab. in C. lib. 9. defin. 22. in pr. Matth. Welenb. incompl. ad Joh. Schneidew. Inst. de Replicat. n. 3.

Ita Domini in causa Hæredum Heinrici à Brederloheas Mens. Apr. Anno 1633. (Verba sent. So wird er mit solchen Disputation Gesetzen blich gehöret / und zugelassen; Aber euers Theils möget ihr das Gezeugniß zu disputationen wider euren Willen nicht gedrungen werden / sondern es ist euch der Exception Schrift und fernern Duplizien zu renuncieren, und derselben euch zu begeben unbenommen/B.R.W.)

Et in causa Hansen Jacob Bethbiers & Consort. contra Hansen Rentzen zu Leipzig/Mens Nov. Anno 1621. Verba sent. Dieweil aus den Acten nicht zu befinden / daß die Parteien nach erlangter Abschrift der eröffneten Beweisung mit ihren Gesetzen und Producten gebührlichen verfahren / oder ob sie die Einbringung derselbigen verbleiben / und auf vorberührte Beweisung alsobald definitive erkennen lassen wollen/ sich erklärt/ so geschicht solches aufs förderlichst nochmals blich/und ergehet alsdenn in dieser Sachen ferver/ was recht ist/B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Perdita licet exceptione post terminum præstitum preterlapsum, admitti nibilominus debet Duplica Rei.*

- N**eutquam pro llibitu retardare licet disputationes attestatorum, sed intercedente semper spatio sex septimanarum excipiendo, replicando, duplicando & triplicando jura litigitorum sunt proponenda, Supr. Defin. 5. Idque sub poenâ desertonis, Ordin. process. jud. Elect. Saxon. tit. 29. §. weil aber solche. in fin. vers. Sie sich hieran ipso facto versäumet haben/ce. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moll. bit. n. 1. ita tamen, ut sine præcedente accusatione contumacia nudæ relationi nuncii fides habecatur, Resol. Grav. de Anno 1661 Tit. von Just. Sachen §. 2. Da sich auch zum drey und zwanzigsten. † Sed num Reus, qui post publicatas attestaciones intra terminum præstitutum jura sua non proferens exceptionem perdidit, adhuc audiendus erit cum duplicâ suâ 3 contra personas testium eorumque attestata? † ita certè est, prout disposuit Elect. Saxon. Illustrissimus in Ordin. process. jud. in dict. tit. 26. §. würde aber nach beschehener Ankündigung. vers. Goss gleichwohl der / welcher sich an seiner exception versäumet/ mit der duplizie in der dazu nachgelassenen Frist gehobet werden. † Ratio hujus sanctionis manifesta est, quia Reus in eo solummodo peccavit, quod intra terminum præfinatum exceptionem suam confere neglexerit; Hanc ergo solam per contumaciam perdidit, neque ulterius privationis poena ad duplizam extendenda exit, † cum poena debeat correspondere delicto, l. sancimus 22. C. de pæn. l. quoniam multa 6. C. ad Leg. Jul. de vi publ. & privat. l. si quis aliquid ex metallo. 38. §. autores seditionis 2. ff. de pæn. l. in hoc 10. ff. deferv. corrupt.

Ita Domini in causa Jacobi Stephans contra Matthæus Meyers Erben/ventiatâ in Prætorio Lipsiensi, Mens Januar. Anno 1622. (Verba sent. Das Beklagter sich an seiner Exception-Schrift nyumehr versäumet / Es ist ihm aber seine rechtliche Nothdurft/was er wider der Zeugen Person / und derselben Aussage vorzuwenden hat/ in seiner Duplizien zu suchen unbenommen/ce.)

Et in causa Andreæ Gærtneris & Coasort. contra Wenzel Gærtner zu Leipzig/Mens Nov. Anno 1621. (Verba sent. Das gebachter Baltasar Lindner und Wolff Albrecht durch Einbringung der Tutorien und Vollmacht zu den acten ihre Person gebührlichen zu legitimiren schuldig / und erscheinet sonst aus den acten so viel/dass sich Beklagter an seiner Exception-Schrift nyumehr versäumet ; Es ist ihm aber dasjenige/was er wider der Zeugen Person und Aussage eingubringen hat/in der Duplizien anzuführen unbenommen/B.R.W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Replicâ actoris propter contumaciam quantumvis rejectâ, admittitur tamen ejusdem Triplicâ.*

**E**ademque ratio facit, ut licet actor terminum Saxonicum elabi patiatur, & nihil contra exceptionem Rei proferat, ac per id Replicam suam perdat, nihilominus cum triplicâ admittatur, & sic in vim triplicâ exceptiones Rei refellere & contra testimonia personas eorumque attestata jura sua propone valeat. † Ne scilicet poena excedat delictum, l. sancimus 22. C. de pæn. ut dixi Defin. præced. † Quo tamen casu Reus id commodi consequitur, ut contra actoris positionem in vim triplicâ factam duplicare posit, atque ita ultimam positionem, seu conclusionem finaliem in causa habeat, cum alias actor, si legitimè comparuisset & respondisset, in causa concludere debuisset, Ordinat. process. jud. elect. Saxon. tit. 29. §. würde auch nach beschehener. vers. dass dem andern nichts desto minder. Matth. Berlich. part. i. conclus. 48. n. 33. † Quis enim non animadvertisse aliter dicemus, haud parum Reo præjudicari ex negligentia & culpâ actoris, dum facultas respondendi ad jura actoris ei prorsus adimeretur, contra id quod vulgo dicitur, † unius negligentiam alterius non nocere, l. pupillus 24. ff. que in fraud. creditor. Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 32. defin. 20. n. 9.

- 1 Cum judex super accusatione confumaciaz pronunciasset, ac Leuteranti novum terminum ad prosecutionem Leuterationis præfigere per sententiam jussisset, Leuterans vero à die publicata sententiaz intra sex septimanas & tres dies citationem non impetraverat, dubitabatur, an non Leuteratio pro deserta esset habenda? † Etsi vero Leuterans ad judicis pronuntiatum supertermino novo præfigendo se referebat, ejusque executionem præcisè urgebat,
- 2 † Placuit nihilominus, Leuterantem ulterius non audiendum, sed Leuterationem pro deserta habendam esse, propter moram ac negligentiam in citatione impetracione commissam, † quam Constitutio
- 3 b. potissimum coerceri voluit. † Quæ sententia

tanto æquior videbatur, quanto citius per eam lites finiuntur, quas abbreviari publicè interest, l. prop. randum 13. C. de judic. l. 2. C. de re jud. l. 10. C. de transact. l. cum quis 13. in fin. C. de reb. credit.

Ita Domini in causa Zacharia Schönen Wittben contra Georg Sandrittern / ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Septembr. Anno 1634. (Verba sent. Dass die eingewandte Leuterung nunmehr desert und erloschen; Und ist Beklagter Kläger die Unkosten dieser Verhörs auf unsere Ermäßigung zu erstatten schuldig / V. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Non deserit Leuterationem, qui causā quādam rationabili impeditus intra sex septimanas & tres dies citationem impetrare nequivit.*

Pro forma leuterationis requiritur, ut intra spaciū sex septimanarum & trium dierum leuterans impetraret citationem ad leuterationis prosecutionem; Quā formā præcisè non observata, leuteratio pro deserta habetur, † etiamsi contumaciaz accusatio non præcesserit, ac demum post terminum effluxum, leuterans citationem impetraverit, teste judiciorum in hisce provinciis observantia. † Quæ haud obscurè etiam probatur b. Constitut. 19. §. Es leglicher Leuterant. vers. Und da solches von ihm verbliebe / & Ordin. process. judic. tit. 35. §. Nachdem auch in vielgedachter vers. Und wenn solches verbletschet/fich hieran versäumet haben/re. † At quid, si leuterans impeditus intra spaciū præfinitum citationem impetrare nequiviter? Non puto, hoc casu leuterationem pro deserta habendam, † modò justum & sufficiens impedimentum probetur, quod semper à mora ejusque poena aliquem excusat, Gloss. in l. quod te s. ff. si cert. petat. & ibi Jason. num. 30.

Ita Domini in causa D. Hieronymi Günthers contra Abrahām Rüttgen & Consort. zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1583. (Verba sent. Dass der Beklagten Leuterung nunmehr erloschen / sie möchten denn die angezogene Verhinderung wie recht erweisen/oder endlichen erhalten / auf den Fall würden sie mit Prosecution berührter ihrer Leuterung nochmals bislich zugelassen/und ergiengen also denn ferner in der Sachen / was recht ist / V. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Non præjudicatur leuteransi ex eo, quod judex terminum prosecutionis posuerit ultra tres menses.*

Equitur etiam ad formam leuterationis, ut judex à petita citatione ad prosecutionem, intra tres menses (gedoppelte Sachs. Trifft) certum terminum prosecutioni leuterationis præfigat, b. c. Constit. 19. §. Es soll auch ein leglicher Richter / ubi Dan. Moll. b. c. n. 32. Sed num etiamp intra hunc terminum prosecutio realiter expedienda erit? † Negari sane nequit, æquissimè judicem procedere, si citationem emittens terminum prosecutionis ultra duos illos menses non extendat, sed eum litigantibus terminum statuat, quo ante lapsos tres menses à petita citatione, prosecutio etiam leuterationis fieri queat, † cum mens fuerit Illustrissimo Electori lites contrahere atque prospicere, quo processus celeriter expeditatur, ut appareat ex verbis b. Constit. 19. dit. 5. §. Es soll auch /c. Attamen si hoc judex non observaverit, † tantum abest, per id leuteranti præjudicari, ut nulla etiam ipsi culpa ex facto judicis imputari debet, arg. l. pupillus 24. ff. que in fraud. credit. † Minus vero nocebit leuteranti, si intra hosce tres menses acta ad decidendum haud transmittantur, † nec sententia publicetur, cum transmissio auctorum non præcisè sit astricta ad hunc terminum, ut cuivis perpendiculari verba b. Constit. 19. §. Es soll auch ein leglicher obviat est, † quamvis aliter sentiat Matth. Berlich, part. 1. concl. 49. n. 37.

Ita Domini in causa Melchior Glosius zum Hayn/Mens. Bepe. Anno 1634. (Verba sent. Ist in Sachen euch Kläger an einem / und Peter Haberlanden Beklagten andern Theils ein Urtheil eingeholt und eröffnet worden / und demnach ihr auch dadurch beschweret befunden/habt ihr darwiderteuerung eingewendet/auch binnen 6. Wochen und 3. Tagen um Citation zur Prosecution angehalten; Ob nun wohl hierauf der Richter nicht binnen 3 Monaten/inmassen ihm zu thun obgelegen / sondern allererst 4. Monat hernach den Termin angesetzt/et. So mag auch doch solches an euren Leuterungs-Blechen nicht nachtheilig seyn/sondern ihr werdet mit Prosecution eurer Leuterung auf den angesetzten Termin nochmals billich zugelassen/et.)

DEFINIT. XXI.

In prosecutione Leuterationis ab interlocutoria interposita, duabus saltem alternis positionibus ad sententiam est concludendam.

- P**otest illud pro forma leuterationis requiritur, ut prosecutio ore tenus & non in scriptis fiat, atque gravamina non ex charta, sed ex ore dictentur, b. Constit. 19. §. in der prosecution. ubi Dan. Moll. num. 29. Frider. Pruckm. vol. 1. consil. 33. num. 25. 2. † non alio fine, quam ut lites citius determinentur ac finiantur, non etiam per apices juris & subtilitates Legum domi excogitatas atque in scriptis conceperas protrahantur, juxta tradita Andr. Rauchb. part. 1. quest. 1. num. 6. & seq. Joh. Schneidew. ad §. omnium 3. num 1. num. 99. Inst. de action. Qua de causa etiam prosecutionem leuterationis, à sententiâ interlocutoriâ factâ, duabus duntaxat positionibus pertrahari & ad sententiam concludi, voluit Elector Saxon. Illustrissimus in Ord. process. jud. tit. 35. §. Dieweil aber sonderlich vers. Wie denn auch in den Leuterungen ab interlocutoriis, † licet alias in prosecutione leuterationis, à definitivâ interpositâ, regulariter tribus alternis positionibus procedatur, b. Constit. 19. §. in der prosecution, vers. und mit Beschlüssigung zum Urtheil durch 3. und 3. Sätze Wechselsweise procediret und verfahren werden.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Sondern ihr werdet mit Prosecution eurer Leuterung auf den angesetzten Termin nochmals billich zugelassen/ihr send aber gleichwohl/ dafern nur eine interlocutoria geleutert worden/mehr nicht als mit zweien abgewechselten Geschen mit Geaccheilen zu verfahren/und zum Urtheil zu beschließen schuldig/ B.R.W.)

DEFINIT. XXII.

Protestatio cum demum vim Leuterationis habet, quando sententia verbis expressis suspenditur à viribus rei judicatae.

- N**ihil ferè est frequentius Rabulis ac procuratoribus imperitis, quam ut contra sentiam latam protestentur, persuadentes sibi, omne periculum, quod ex sententiâ lata Clientulis suis imminere videtur, per id declinari, ex vulgata illa theoretica, 2. † quod protestatio conservet jus protestantis, l. si quis in principio testamenti 22. ff. de legae. 3. l. ut si quis 14. §. plerique 8. ff. de religios. & sumpt. funer. l. Nesciens 34. ff. de negot. gest. c. cum M. Ferrariensis 9. extr. de constit. Matth. Coler. part. 2. decif. 289. 3. ubi multis effectum protestationis perstringit. † Sed falluntur omnino, quia effectus judicati non à potestate hominis, sed dispositione legis dependet, ut dicit Oldrad. cons. 307. n. 10. Ergo nec suspensi poterit effectus ille à rei judicatae viribus, nisi per remedia legitima, quæ jura pro formâ suspensionis requirunt, 4. nempe per leuterationem & appellationem, † non etiam per nudam protestationem, l. cum bi 8. §. si prator. 17. ubi Dd. ff. de transact. c. venerabili 37. extr. de offic. & por. jud. delegati. l. non dubium est. C. de legib. Dan. Moll. lib. 1. semestr. 38. † Quod & diserto confirmavit Saxo Illustrissimus in Ord. process. ju-

dic. tit. 35. in fin. vers. So wollen wir/ daß der gleichen protestation. Et r. ist effictum suspensum nicht haben/noch in vim leuteracionum gelten sollen. † Aliud dicendum puto, si protestam verbis dictatis sententiam à viribus rei judicatae suspendat. Quo certe causa protestatio amplius nuda non est, sed in vim Leuteracionis valet, etiam si haec verbis expressa non fuerit. † Non enim quid protestans locutus est, sed quid senserit, potissimum inspici debet, arg. L. divisus 15. §. item Senatus 2. ff. ad leg. Cornel. de fali. L. nominis 6. §. verbum 1. ff. de V. S. l. uvi 19. §. Te rogo .. ff. ad SCrum Trebell.

Ita Domini in causa Baumeister Johanna Wingers Erben contra M. Augustinum Rühren zu Leipzig / Me. l. Ju. Anno 1635. (Verba sent. Daß die Ullinghorians-Beschuldigung nicht statt hat / sondern Kläger mit Prosecution der eingewandren Leuterung billich gehöret und hierzu ein Termin förderlich aufgesetzt wird/B. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

In foro Saxonico à qualibet sententia, sive sic definitiva, sive interlocutoria, etiam post tres conformatas sententias leuterare licet.

**C**um iure Pontificio, quod & apud Saxones observatur, telet Matth. Welenb. in parat. ff. de appellat. n. 8. Chil. König. in process. c. 105. & .06. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 6. n 55. a quacunque interlocutione ex causa, & ab omni gravamine tam judiciali, quam extra judiciali appellare licet, c. cordi l. de appell. in sexo. c. non ita. 18. cauf. 2. quest. 6. c. cum sit Romana 5. c. super eo. 12. c. bona memoria. 51. c. ut debitus sp. extr. de appellat. dubium certe non est, † quin etiam gravatus ab interlocutoriâ sententiâ leuterare posit propter paritatem appellationis & leuterationis, quæ facit, ut ab illa ad hanc rectissime inferatur, Pruckm. vol. 1. Consil. 33. num. 26. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 40. num. 15. Vid. supr. definit. † Quod & diserto confirmatum est b. Constit. 19. impr. vers. Sic seu interlocutoria oder definitiva. Ordin. process. judic. tit. 35. §. Dieweil aber sonderlich vers. Wie denn auch in den Leuterungen ab interlocutoriis. † Ergo in foro Saxonico, indifferenter permisso est appellatio & leuteratio à quibusque sententiis, sive sint interlocutoriae, sive definitivæ, † in tantum, ut, quamvis de jure Civili post tres conformes sententias non liceat victo provocare, sed simpliciter executioni mandanda sint sententiae, tot. tit. C. ne liceat in una eademque sentent. tert. prov. ubi Bald. Ant. Tessaur. decif. 122. num. 1. & seqq. † nihilominus in foro Saxonico, a tribus sententiis conformibus leuteratio & appellatio concedatur, ut tradit Matth. Col. part. 1. decif. 140. & post eum Matth. Berlich. part. 1. concl. 49. num. 10. vers. tamen à tribus. † Ne fraus fiat jurisdictioni superioris judicis, ad quem causa gradatim desertur, Andr. Gail lib. 1. obser. 72. n. 3. Ant. Tessaur. dict. decif. 122. n. 2.

Ita Domini in causa Barthol. Bergens contra Martinus Rnewolff zu Zeitz/Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent. Daß die eingesetzte Leuterung zulässlich / und ist B. Blätter auf anderweit vorzehende Ladung bei Straße Ungehorsams sich darauf einzulassen schuldig/B. R. W.)

DEFINIT. XXIV.

A sententia in summarissimo possessorio lata non licet appellare vel leuterare.

**C**Lara & manifesta est Sanctio Imp. Valent. Theodosii & Arcadii: Quod si de possessione ejusque momento causa dicatur, et si appellatio interposita fuerit, lata tamen sententia effectum fortatur, in l. un. C. si moment. possess. fuer. appell. Ergo, inquietus, nihil operabitur, aut (quod idem est) non valabit appellatio in judicii possessoris? Ita certe est,

& tam quoad devolutionis quam suspensionis effe-  
ctum, in quibusunque possessoris non concedi ap-  
pellationem, inferunt Dd. communiter, quos copi-  
osè allegat & sequitur And. Rauchb. *part. 2. quest. 6.*  
*num. 8.* ubi hanc sententiam communem & magis  
3 communem dicit, † quam etiam probat textus in  
*l. quisquis 6. C. quor. appellat. non recip. l. ult. de ap-*  
*pellar. recip.* Nec rationibus urgentibus destitu-  
4 tur. Neminem siquidem latet, † possessionis cau-  
sam, celeriter & sine ulla cunctatione, mora, veldi-  
latione, & quasi in momento, ne litigatores ad ma-  
5 nus vel arma veniant, expediri debere: † Ergo re-  
motà omni appellatione & compensatione, *dilect. l.*  
*an. C. si de moment. poss. l. ult. C. de compensat.* Nam  
ubi res declarationem non recipit, haud admittitur  
appellatio, *l. fin. de appellat. recip. ne, quod benefi-*  
cio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tar-  
ditatis, Jac. Cujac. *in parat. C. si de moment. poss. fuer.*  
*6 appellat. & lib. 1. observat. 20.* † Neque in causa mo-  
menti ita possessionis fit reformatio, ut non inte-  
gra proprietatis quæstio servetur, *dilect. l. unic. C. si*  
*de moment. poss. fuer. appell.* ut hæc ratione per  
sententiam in possessorio latam minus quis grave-  
7 tur, † velut latius deducit, aliorumque sententias  
refert ac refellit Andr. Rauchb. *dilect. q. 6. num. 2.* &  
*8 seqq. & num. 23. & seqq.* Quod si verum est, † nec  
leuteratio in possessoris erit concedenda, quippe  
quæ pari nititur ratione cum appellatione, juxta  
9 tradita *Supr. defin. 1.* † Nihilominus de jure Pontifi-  
cio provocatio etiam in judiciis possessoris permis-  
sa est, *c. 2. extr. ut lit. non cont. c. cum ad sedem 15.*  
*extr. de resist. spoliat. Clem. 1. de seq. poss. & fruct.*  
*10 & Clem. un. de caus. propr. & poss. † Etsi vero*  
11 *Saxones hoc casu obseruent jus Pontificium, teste*  
*Matth. Wesenb. in parat. ff. de appellat. n. 8.* Chil.  
12 *König. in process. cap. 105. & 106. icilicet, † quia ju-*  
dices facile amplectuntur ea omnia, quibus litium  
modus excrescit, Jac. Cuj. *in parat. C. quor. appell.*  
*13 non recip.* † unde hodiè non modò in foro Saxonico,  
sed etiam in tota ferè Germania, in possessoris ge-  
neratim & regulariter appellationes recipiuntur, te-  
ste Andr. Gail. *lib. 1. obs. 147. n. 9.* Andr. Rauchb.  
*14 part. 2. q. 6. n. 58. & 59.* † Attamen excipiuntur ab  
hac Regulâ possessoria summaria, vel potius sum-  
marissima, ut vocant, in quibus scilicet non jure  
actionis, nec observato juris ordine, sed per implora-  
tionem officii judicis, sine figura & strepitu judi-  
cii absque libello & litis contestatione proceditur,  
Ord. Camer. *part. 2. c. 21. in fin. vers.* Und alsbald  
darauff. Jacob. Menoch. *in remed. ult. retin. num. 34.*  
Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 198.* Gail. *lib. 1. ob-*  
*15 serv. 7. n. 2. & 6.* ( † Quæ enim natura sit summaris-  
simi possessorii & quomodo ab ordinario possessorio  
differat, vid. præ aliis eleganter Rauchb. *dilect. q. 6. n.*  
*16 56. & multis seqq.* ) † In hisce ergo possessoris sum-  
mariis vel summarissimis, ex usu fori appellationes  
non recipiuntur, ut tueruntur Rauchb. *dilect. q. 6. n. 75.*  
Gail. *dilect. obs. 7. n. 7. & obs. 147. n. 6.* Menoch. *in*  
*pralud. recup. n. 33. & in remed. ult. retin. num. 48. &*  
*17 seqq.* † Ergo nec leuteratio licita erit in summaris-  
simis, quia eadem est natura, & ratio appellationis  
atque leuterationis, *Supr. defin. 1.* Fridér. Pruckm.  
*vol. 1. conf. 33. n. 26.* Zobel. *part. 1. diff. 40. n. 15.*

Ita Domini in causa *Hioben von Milkau contra Hansen von Schönfels zu Zwiedau / Mens. Oct. Anno 1616.* ( Verba sent. Dass ermeldter von Schönfels mit seiner eingewanderten Leuterung gestaltete Sachen nach nicht zugelassen/B.R.W.)

#### DEFINIT. XXV.

*In processu criminali inquisitorio nec appellare nec leu-*  
*terare licet in foro Saxonico.*

**E**T si de jure communi, non solum in civili sed t  
etiam in criminali causa appellare licitum sit,  
*l. i. l. addicatos. 29. C. de appell. l. 2. C. si pend. appellat-*  
*mors interv. l. 2. C. quor. appellat. non recip. l. si quis*  
*filio. 6. §. hi autem omnes 8. ff. de injus. rupt. & ir-*  
*rit. fact. test. l. 13. §. ult. ff. qui test. fac. poss. Jul. Clar.*  
*lib. 5. sent. §. ult. q. 94.* Nicol. Reusner. *lib. 2. decis. 23.*  
*num. 14.* Ant. Gometz. *lib. 3. var. resolut. c. 13. num. 31.*  
† Quod etiam in processu criminali ordinario ob-  
tinet in foro Saxonico, ut demonstravi in *Pract.*  
*criminal. part. 3. q. 139. n. 31. & seqq.* † Attamen ex 3  
consuetudine Germania inveterata, in processu in-  
quisitorio appellatio hodiè non admittitur. † Ne 4  
scilicet processus inquisitorius, qui summarius est  
& mox finiendus, in ordinarium processum com-  
mutetur, ut manifestum est ex Recessi Imper. Aug.  
de Anno 1530. §. item, als ictus erliche Zeit. & Ordin-  
nat. Camer. Imper. *part. 2. tit. 28. §. item.* Nachdem  
auch dem alten hergebrachten Gebrauch/ie. & † testan-  
tur de illa consuetudine Dan. Moller. *lib. 4. Semest.*  
*33. Andr. Gail. lib. 1. observ. 1. num. 28. & lib. 1. de*  
*pac. publ. c. ult. in fin. n. 36.* Ventur. de Valent. *in*  
*partb. litig. lib. 1. c. 14. n. 23.* Matth. Wesenb. *confi.*  
*43. n. 80.* Nicol. Reusn. *dilect. decis. 23. n. 2.* † Nec 6  
magis conceditur Leuteratio in processu inquisito-  
rio, quippe quæ palam ab Appellatione differt, quin  
& in effectu nihil aliud est, quam Appellatio,  
Weichbild/ art. 74. ubi *Gloss. n. 3. b. Const. 19. in pr.*  
† Ex quo fit, ut omnia fere jura, quæ de appellatio-  
nibus loquuntur in foro Saxonico, in Leuteratio-  
nibus etiam Locum habeant, Moller. *lib. num. 7.*  
Andr. Rauchb. *part. 1. q. 12. num. 17.* Christoph. Zo-  
bel. *part. 1. differ. 40. n. 5.*

Ita Domini in causa Christiani Seumanns zu Sangerhausen Mens. Aug. Anno 1603. ( Verba sent. Dass die eingewanderte Leuterung nach Gelegenheit dieser Sachen nicht zulässlich/ sondern es wird derselben ungeachtet/ wider überwehnten Gefangen/ mit dem angestalteten Inquisition - Proces, Vermöge unsers vorigen Urheils billich verfahren/B.R.W.)

Et in causa B. M. zu Lüben/Mens. Nov. Anno 1635. ( Verba sent. Wann nun gleich wider solches Urtheil nach Gelegenheit dieser Sache/ weil man im Inquisition-Proces verfret, keine Leuterung zulässlich/ie.)

**D E F I N I T . X X V I .**  
*Loco tamen appellationis vel leuterationis in processu*  
*inquisitorio admittitur defensio*  
*inquisiti.*

**S**ED rejecta Appellatione & Leuteratione in pro-  
cessu inquisitorio, † nonne per consequentiam  
defensio etiam inquisito denegabitur? Quod certè  
esset contra rationem juris naturalis, ipsumque Rei-  
publicæ commodum, quam hominum conservatio-  
ne augeri & ampliari, publicè expedite, *l. ff. solut. ma-*  
*trim. l. cum ratio. 7. §. si plures 3. ff. de bon. damnat.*  
† Satiisque est, impunitum relinqu facinus nocen-  
tis, quam innocentem condemnari, *l. Arrianus 47.*  
*ff. de O. & A. absentem 5. ff. de pæn.* † Hoc ne inferatur,  
vel innocentiae inquisiti quicquam præjudicetur, au-  
diendum esse puto inquisitum, si gravamen ex sen-  
tentia sibi proveniens, per modum defensionis de-  
ducendæ avertere atque innocentiam suam probare  
velit, † ut sic defensio & deductio innocentiae hoc ca-  
su loco appellationis & leuterationis successerit,  
prout demonstravi in *Pract. crim. part. 3. q. 139. n. 37.*

Ita Domini in causa Georgii Kestners zu Grimme/Mens.  
Nov. Anno 1600. ( Verba sent. Dass solche Leuterung nach  
Gelegenheit díssfalls nicht zulässlichen/es wird aber gleichwohl  
gedachter Kestner mit Ausführung seiner angezogenen Un-  
schuld/dadurch er sich von dem / thare von wegen der an Hans-  
sen und Peter der Henseli Brüder begangener Beschädigung/guerkantnen Juramento Purgationis zu entledigen ver-  
meynet / in Sachsis. Frist billich gehört / und ergehet darauf  
alsdann ferner/ was recht ist/B.R.W.)

Ex in causa B. M. zu Lübeck/Mens. Nov. Anno 1635. ( Verba sent. ) Wenn man gleich in diesem Inquisition-Procesc die Leuterung nicht zulässlich/so ist euch doch per Modum Defensionis eure Gravamina einzuhwenden / und gebührender mas- sen auszuführen unbekommen / und ihr werdet darmit/un- ergeschoren iher alberet zuvor auch eure Defension gefährdet / nochmals billich gehöret und zugelassen/V.R.W.)

DEFINIT. XXVII.

*Nec consanguinei sententiam in processu inquisitorio contra consanguinum latam leuerare valent, licet ejus defensionem deducere non prohibetur.*

**N**on tantum parentibus, sed etiam fratribus, aliisque conjunctis personis inquisiti Consanguinei sui defensionem allegare ac deducere licet, art. 47. Ordin. Crim. Carol. Joh. Zanger. in tratt. de q. & sort. c. 3. n. 2. Decian. in tratt. crim. lib. 5. c. 2. 36. n. 4. † Quia publice interest, innocentium causas defendi, l. servum. 33. §. publice 2. ff. de procur. † Quanto magis ergo cognatis atque conjunctis personis facultas hæc concedenda erit, ut quas liti alterius nomine se offerre posse constat, l. . . §. ult. ff. de postul. l. sed & ba persona 35. ff. de procur. l. Si quis 3. & sed & si 3. ff. jud. solv. e si duu & §. ult. de procur. 4. in oto. † Nimirum favor defensionis efficit, ut contra regulas processus multa admittantur: Ex quo etiam fit, † ut ipsemet judex ex officio defensiones Rei querere, easque supplere & quoquo modo adjuvare debeat, quamvis Reus id non petat, l. si non defendantur. 19. ubi Bartol. ff. de pœn. l. . ff de quest. Wesenb. in parat. ff. de accusat. num. 12. Ni- 6 col. Reusner. lib. 2. decif. 10. num. 13. † Sed non plus juris competit Consanguineis & conjunctis perso- 7 nis, quam ipsi inquisito competenteret: † Ergo nec ii leuterare valebunt, cum hoc ipsi inquisito haud sit permisum, supr. defin. 25. Nihilominus si ex sententiâ in processu inquisitorio latâ Reum grava- 8 tum Consanguinei deprehendant, † loco appellatio- nis vel leuterationis defensionem inquisiti doce- re volentes, audiendos eos existimaverim, cum & ipsi inquisito id facere liceat, prout dixi in Pract. crim. part. 3. q. 115. numer. 35. & seq. Nicol. Reusn. lib. 3. consil. 4. n. 7.

Ita Domini ad Consultationem Hansen Christoffi von der Oßnig/Mens. Nov. Anno 1600. ( Verba sent. ) Dass die von Simon Töppfers Freunden wider unser voriges Urtheil/darinnen ieso gedachten Töppfern von wegen der am Schulterssen zu Nudelsdorff und seiner Tochter begangenen Beschädigung die scharfe Frage zuerkannt / eingewandte Leuterung nicht zulässlich; Da sie aber / oder der Gefangene selbst/noch-mals etwas zu seiner Entschuldigung / dadurch er sich von der scharfen Frage zu entledigen vermeynet/vorzuwenden hätte/ würde er damit billich gehöret / und ergienge also denn dar-auff ferner / was recht ist/ V.R.W.)

DEFINIT. XXIX.

*Admittitur tamen Leuteratio in processu etiam inquisitorio, si de levi agitur criminis, quod pœna haud corporis afflictiva coer- cerur.*

**Q**uod vulgo dicitur verissime, ex inveterata Germania confuetudine non admitti Appellatio- nea vel Leuterationes in processu inquisitorio, Supr. defin. 23. Dan. Moller. lib. 4. Semestr. 33. Wesenb. consil. 43. num. 80. Nicol. Reusn. lib. 2. decif. 23. num. 2. † Id videtur restringendum ad causas eas crima- les, in quibus poena corporis afflictiva inquisito est infligenda, uti probatus ex Recess. Imp. de An. 1530. §. item als ietzte erliche Zeither von peinlichen Sachen an unser Kaiserlich Kammer: Gerichte vielfältig ap- polliret worden / & Ord. Camer. part. 2. tit. 28. in-

verb. Dass hinsünder in peinli. en Sachen / die leis bes. Straffen aufzuhauen tragen / keine appellation ans genommen werden soll. † Quibus coniequens est, 3 Appellationem, ac proinde etiam Leuterationem (quæ hoc cau parum ab Appellatione differt, Denn. 15.) non nisi in causis criminalibus pœnam corporalem concernentibus prohibitam esse. Etsi vero processu inquisitorio, contra aliquem formato, incertum adhuc sit, an poena corporalis vel mitior aliqua inquisito adjudicabitur, † ac proinde propter aptitudinem & incertum eventum nunquam concessa videatur Appellatio vel Leuteratio in processu inquisitorio, ut dixi in Pract. criminal. part. 3. q. 139. num. 24. Atamen si forsan accidat, † ut jasa mi- tor poena, veluti carceris aut mulcta pecuniaria, Reo indicta fuerit, quâ is se nihilominus gravatum existimat, quin audiendus sit, leuterationem à ten- tentia interponens, vix dubium esse potest, † cum jam certò constet, causam pro criminali (peinlich) non habendam esse, præterim si delictum perpe- tratum jus partis læse potius, quam interest Rei-publicæ concernat, † veluti in causis injuriarum, in quibus inquisitorius quandoque processus locum habet; nec enim tūm favor publicæ disciplinæ, qui alias remedia suspensiva excludere videtur, ut dixi in Pract. crimin. dict. q. 139. num. 18. considerari do- bet.

Ita Domini in causa Simon Walters zu Roßlitz / Mens. Dec. Anno 1602. ( Verba sent. ) Dass redacten Simon Wal- ters eingewandte Leuterung zulässlich/und seyn die bünden Bürgermeistere zu Seithen/M. Johann Benitzsch und Sigismund Schmidt/weil auff ihr Ansuchen dieser Inquisition-Pro- cess angestellt/auff Simon Walters Leut rungs-prosecution gebührlichen zu versahen schuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. XXX.

*Rejici potest Leuteratio absque sufficienti gravamine interposta.*

**H**Aud raro fit, ut litigatores beneficio Leuterationis ad protrahendas lites abutantur, leute- rantes haud per sententiam gravati, sed alios gra- vantes, contra atque utilitas Reipublicæ ivadet lites cito finiri & abbreviari, l. properandum 3. C. de u- dic. l. 2. C. de rejudic. l. 10. . ae transact. l. cum quis 13. in fin. C. de reb. credit. † Quibus prudens judex facile occurrere potest, gravamina leuterantis exa- cete perpendendo, & si momenti alicujus ea non de- prehenderit, Leuterationem rejiciendo. † Nec enim 3 judex malitia litigantium indulgere, nec ambagi- bus processus connivere debet, Jason. in l. ult. num. 5. C. de edict. div. Hadr. tollend. Wesenb. consil. 14. n. 51. & seq. Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. c. 15. num. 36. † Quod & placuisse videtur Illustrissimo 4 Saxoni in Ordin. process. judic. tit. 35. §. Dieweil aber sonderlich das Mittel / vers. Sondern auch. † Quin etiam pro ratione circumstantiarum Judex 5 leuteranti juramentum malitia imponere valeat; ut nempe juret, se non calumniz aut litis differenda gratia leuterationem interponere, dict. tit. 35. §. Dieweil aber sonderlich vers. oder zum wenigsten. Ad- inventum siquidem est hoc juramentum malitia sive calumniz, † ut timore sacramenti contentiosa litigantium malitia compescatur, Resolut. Grav. de Anno 1661. Tit. von Justitien: Sachen. §. Es ist zwar zum vier und zwanzigsten. l. 1. ubi Gothofr. C. de ur. prop. calum. Joh. Sichard. ibid. num. 9. Vent. de Valent. in parthen. litig. lib. 2. c. 6. n. 17.

Ita Domini in causa Hansen Nebelers contra Martin Groftman/Maj. Maj. Anno 1621. ( Verba sent. ) Dass die ein- gewandte Leuterung nicht zulässlich/ V.R.W.)

## DEFINIT. XXX.

*Temerè Leuterans in expensas retardati processus condemnatur.*

- 1 **A**d compescendam temeritatem leuterantis aliud præterea remedium in promptu est, ut scilicet in expensas retardati processus condemnetur;
- 2 † Etsi enim refusione expensarum gravandus haud sit, qui justa ratione commotus leuterationem interponit, maximè si vel correctionem vel saltem declarationem prioris sententiaz obtineat b. Constit.
- 3 *19. in fin. vers.* So aber die Leuterung erheblich/tiniquum siquidem esset, ullo modo gravari eum, qui justam litigandi causam habet, l. qui solidum. 78. S. etiam *Respubl. 2. vers. nec aliud servabitur ff. de legat. 2. l. 79. ff. de judic.* Hartm. Pst. part. 1. qu. 11. num. 1.
- 4 Andr. Gail. lib. 1. obser. 151. num. 23. † Attamen si quis temere & sine justa ratione atque gravamine, tantum ad protrahendam litem beneficio leuterationis usus fuerit, restitutione expensarum retardati processus eum coerceri, ecquis non æquissimum judicaverit, hæc Constit. 19. §. Es sollen auch/ubi Moll. num. 14. & lib. 1. Semestr. 8. num. 1. Frider. Pruckm. vol. 1. consil. 33. num. 8. & seqq. † in tantum, ut judex hoc nomine etiam à parte adversa non imploratus ex officio frivole leuterantem ad refusione expensarum condemnans, non à vero aberret, licet hoc casu, quo petitæ non fuerint expensæ, id facere jure obstrictus haud sit, juxta tradita Moll. bīc num. 18. & dīt. lib. 1. Semestr. c. 8. Pruckm. dīt. loc. Andr. Gail. lib. 1. obser. 151. num. 11. & seqq.

Ita Domini in causa M. Conradi Beyers contra die Buchdruckere zu Leipzig/ Mensl. Dec. Anno 1622. ( Verba sent. Dass es eingewandter Leuterung ungeachtet / ben jüngstgesprochenem Urtheil billich verbleibet / und seyn Beklagern die Expensas retardati Procesus auffrichterliche Ermäßigung zu erstatten pflichtig/B. R. W.)

Item in causa Matthæi Fleischers contra Sebastian Geiringen zu Leipzig/ Mensl. Oct. Anno 1625. ( Verba sent. Dass es eingewandter Leuterung ungeachtet / ben jüngstgesprochenem Urtheil nochmals billich verbleibet / und ist Kläger Beklagtem die Expensas retardati Procesus auffrichterliche Ermäßigung zu erstatten pflichtig/B. R. W.)

Et in causa Wolff Ullmans Erben contra die Scheiben und Consort. Mensl. Apr. Anno 1628. ( Verba sent. Dass es eingewandter Leuterung ungeachtet / ben unserm jüngstgesprochenem Urtheil nochmals billich verbleibet / und seyn Kläger Beklagtem die Expensas retardati Procesus auffunsere Ermäßigung zu erstatten schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*Contra Leuteratum contumacem non proceditur ad legitima impedimenta, & amissionem cause, sed injungitur ei primâ vice responsio ad prosecutionem Leuterationis, quandoque etiam simul refluxio expensarum.*

- 1 **Q**uondam in foro Saxonico, æquè contra appellatum vel leuteratum contumacem, arque Reum in primâ instantia procedebatur; Nimirum, contumax Appellatus vel Leuteratus primo usque ad legitima impedimenta, bis auff Ehēhafft / & deinde in causa principali, in die Hūsse / condemnabatur, Chil. König. *in process. c. 115. n. 4. vers.* Aber dennoch das unangeschen/ Hart. Pst. part. 1. q. 3. n. 17. & seqq. Christ. Zobel. part. 1. differ. 16. n. 16. † Sed rigorose nimis: Quia contra Appellatum vel Leuteratum, qui sententiam pro se habet, non tanta militat præsumptio injustitiae, ac contra eum, qui ab initio contemnit judicem, dum ipsi de causa planè nihil adhuc liquet, Modest. Pst. part. 3. q. 119. n. 3. † Quin & in secunda instantia simul de iniunctitate prioris judicis agitur, c. *interposita 70. S. sanè extr. de appell.* quem ex contumacia Rei injustitiae insimulari non satis 4 æquum videtur, † ut prōinde magna inter causam.

Leuterationis vel Appellationis, & primam instantiam apparet diversitas, Hartm. Pst. dīt. q. 3. n. 18. † Seposita ergo hæc severitate, Appellatum vel Leuteratum, si opus fuerit, adhuc audiri, eique responsum ad Appellationis vel Leuterationis prosecutio injungi, vult Sereniss. Saxon. Elector in Ordin. proc. jud. tit. 10. §. Wenn aber der appellat. in fin. vers. oder wenn man befindet. Quod si dixeris, contumaciam Leuterati vel Appellati hæc ratione planè non puniri & Respondeo, † non propriè eum dici possit contumacem, quia non tenebatur præcisè comparere, sed potuisse simpliciter allegare acta primæ instantiæ, & petere, ut super iis, non obstantibus, quæ per actorem proponebantur, procedatur, ac juxta ea pronuncietur, Matth. Col. part. 1. decis. 104. n. 26. Hartm. Pst. part. 1. q. 3. n. 18. † Quamvis & judex, si hoc ipsi æquum fuerit visum, leuteratum vel appellatum hoc casu ad refusione expensarum condemnare non prohibeatur, † quia hæc poena contumacia est, ut nunquam audiatur contumax, nisi refusis expensis, l. *sancimus 15. C. de jud.* Anton. Fab. in C. lib. 7. tit. 16. defin. 7. num. 1.

Ita Domini in causa Matthes Lorenzens Erben contra Hans Reinharden und dessen Eheweibes Curator, ventilatæ in Praetorio Lipsiensi, Mensl. Aug. An. 1631. ( Verba sent. Dass Kläger auff anderweit vorgehende gebührende Ladung bey Strafe Ungehorsams zu erscheinen/und auf die von Beklagten eingebrachte Leuterungs-Prosecution mit ihrer rechtlichen Nothdurft sich einzulassen / und gebührlichen zu verfahren / auch weil sie solches Iego nicht gehan/Beklagten die Uukosten dieses Terrors auff richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/B. R. W.)

Item in causa Eustachii Müllers contra Heinrich Schädel Mensl. Aug. Anno 1634. ( Verba sent. Dass Kläger auff die vom Beklagten prosequire Leuterung sich einzulassen und zu verfahren schuldig/B. R. W.)

Et in causa Syndicen des Fleischer- Handwerks contra Martin Breuern und dessen Eheweib zu Leipzig/ Mensl. Mai. Anno 1633.

## DEFINIT. XXXII.

*Si Leuteratus in contumacia perseveret super graveminibus per Leuterantem deductis, judex ex aetate prima instantia informatus cognoscit.*

Quid autem si leuteratus vel appellatus nequidem denuò citatus apparet, & adjutoriationem Appellationis, vel prosecutionem Leuterationis respondeat? † Nec tum judicis arbitrium plane exclusum existimaverim, qui pro ratione circumstantiarum, etiam secundâ atque tertiatâ vice contumacem ad respondentem adigere poterit, † condemnato simul eo ad refusione expensarum, ut saepius factum memini. † Attamen si per appellantem vel leuterantem gravamina non multum dubia nec altioris indagationis proponantur, aut Leuteratus vel Appellatus in contumaciâ perseveret, † cur judex super gravaminibus, per appellantem vel leuterantem deductis, ex actis primæ instantiæ satis informatus cognoscere non valeat, haud certè video; † Quin potius ipsum hoc facere oportet, quod lis finiatur, cum de justitia cause ex actis antea deductis satis constare possit, l. *per banc 4. C. de temp. & repar. appell. c. per tuas 58. c. interposita 70. S. fin. extr. de appell.* Hartm. Pst. part. 1. quest. 3. n. 18. † Quod & placuit Illustrissimo 7 Saxoniæ Electori in Ordin. process. judic. tit. 10. §. Wenn aber der appellat. circa fin. vers. Sondern auff Appellantens Vorbringen.

Ita Domini in causa Georgii Rothens contra Heinricum Krahmern/ventilatæ coram Senatu Lipsiensi, Mensl Decembr. Anno 1585. ( Verba sent. Dass Kläger billich noch einstet vor geladen wird/auff Beklagten Leuterungs-Prosecution gebührlichen zu verfahren/Ertheue nun solches oder nicht/ So ergibt alsdenn auff des gehorsamen Theils Vorbringen ferner/ was recht ist/B. R. W.)

Iem in causa Jobst von Eßens Wicche und Eben contra  
Job. de Four & Confortes, Mensl. Mart. Anno 1631. (Verba  
sent. Dass es eingewandter Leuterung ungeachtet/bey vor-  
gem Urtheil allenfalls nochmals bishlisch verbleibt / V.  
R. W.)

Et in causa Urbani Frölichs Rindere contra Tobiz Zor-  
tens Wicche zu Leipzig/Mensl. Dec. Anno 1631.

## DEFINIT. XXXIII.

*Leuterante in termino contumaciter emanente, Leu-  
teratio pro deserta habe-  
tur.*

**E**T si auctor, qui in primâ instantiâ termino præ-  
fixo non comparet, haud mox causa cadat, sed  
Reo ab instantia absolute teneatur tantum refun-  
dere expensas & cavere de lite prosequendâ, cap. 1.  
de dol. & concur. in ero Sup. Constit. Elector. g. de-  
fin. 22. † Attamen, si leuterans vel appellans in ter-  
mino ad justificationem Appellationis, vel Leute-  
rationis prosecutionem præfixo non comparuerit,  
appellatio vel leuteratio pro deserta habetur, eo-  
que ipso judicatum confirmatur, Ordin. process. ju-  
dic. Elector. Saxon. tit. 10. §. Da aber in appellatio-  
nibus. Hartm. Pistor. obser. 176. nam. 2. Matth.  
Coler. part. 1. decif. 104. num. 24. Anton. Fab. in Co-  
dic. lib. 7. tit. 26. defn. 7. num. 4. † Nec immerito,  
quia publicè interest, res judicatas effectum habere,  
L. serv. 65. §. cum prator. 2. ff. ad SCum Trebell.  
† scilicet, ut sit aliquis litium finis, l. 1. ff. de re judic.  
5. l. singularis 6. ff. de except. rei judic. † Ideoque pu-  
blica utilitate certante, cum appellantis vel leuteran-  
tis juro, licet forsitan ex actis appareat, justam fuisse  
appellantur vel leuterandi causam, potior tamen pu-  
blica utilitatis, vel saltem in poenam contumacie  
ratio habebitur, l. 51. ff. ad Leg. Aquil.

Ita Domini in caula Hansen Hammers contra George  
Raubholzen zu Leipzig/ Mensl. Mart. Anno 1631. (Verba sent.  
Dass die von Klägern eingewandte Leuterung desert und erlos-  
chen / und ist derselbe Beklagten die Expensas retardati Pro-  
cessus auf vorgehende Liquidation und richterliche Ermdig-  
gung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

It. in caula Andreæ Reuters contra Peter Altnera/ Mensl.  
April. Anno 1634. (Verba sent. Dass die von Beklagten ein-  
gewandte Leuterung desert und erloschen/und ist derselbe Klä-  
ger die Expensas retardati Processus auf vorgehende Liquida-  
tion und Richterliche Ermdigung zu erstatten schuldig / V.  
R. W.)

Et in causa Caspari Gebhardi contra Peter Altnera/Mensl.  
Jun. Anno 1629. (Ve. ba sent. Dass die eingewandte Leuterung  
desert und erloschen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXIV.

*Quandoq. tamen justâ causâ apparente, alias termi-  
nus ad prosecutionem Leuterationis prefigitur.*

**N**Olo tamen judicem ad leuterationis vel appelle-  
rationis desertionem præcisè astringi, † ita ut  
nullo modo Leuteranti vel appellanti indulgere,  
aut veniam contumacie largiri queat; † Quid enim,  
si Leuterans vel Appellans dilationem petiasset, vel  
in scriptis aliquod impedimentum allegasset, aut  
saltem exceptionem non insinuata citationis, vel  
terminum legitimum non continentis opposuerit?  
† Sunt certè hæc exceptiones taliter qualificatae, ut  
omnino appellanti velle leuteranti aliquo modo si-  
connivendum: † Quare, si judex hoc casu ad pro-  
secutionem Leuterationis vel Appellationis justifi-  
cationem, alium præfixerit terminum, ac simul leu-  
terantem vel appellantem in expensas condemnave-  
rit, rectè judiciale censebitur. † Cum hæc in re  
nunquam fere arbitrium judicis sit exclusum, ut di-  
xi Supr. Const. Elect. g. definit. 20. Andr. Rauchb.  
part. 1. q. 1. num. 18. Matth. Coler. de process. execut.  
part. 1. c. 2. n. 17. & seqq. † Quod & placuisse vide-  
tur Serenissimo Saxonii in Ordinat. process. judic.  
tit. 10. §. Da aber appellant.

Ita Domini in caula Andreæ Johns contra Philippum  
Landgraffen / ventilitâ in Praetorio Lipsiensi, Mense Julio,  
Auno 1612. (Verba sent. Dass Beklagten zu Prosecution setz-  
ter eingewandter Leuterung ein ander Termin förderlichst  
bischlisch ernannt und angezeigt wird; Er ist aber also dann sei-  
ne eingewandte Leuterung bey Verlust derselben zu prosequi-  
ren schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Michael Pernelli contra Caspar Auekelman/  
Mensl. Jun. Anno 1635. (Verba sent. Dass Beklagtem ein  
ander Termin zu Prosecution seiner eingewandten Leuterung  
förderlichst benent und angezeigt wird; Er ist solche also  
dann bey Verlust derselben zu prosequiren; auch weil er solches  
tego nicht gehabt/ Klägern die Unkosten dieses Terminus auff  
richterliche Ermdigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Item in caula Hansen Anshelms contra D. Paul Spiegeln/  
Mensl. Oct. Anno 1624. (Verba sent. Dass Beklagter Klä-  
ger dieses Termins Unkosten auff richterliche Ermdigung  
zu erstatten/ und auff anderweit vorgehende gebührende Leu-  
terung zu erscheinen/ und seine eingewandte Leuterung bey Ver-  
lust derselben zu prosequiren schuldig/ V. R. W.)

Et in caula Jobst Olinumers contra Jacob Schenck/  
Mensl. Jul. Anno 1630. (Verba sent. Dass Beklagtem zu Pro-  
secution seiner eingewandten Leuterung ein ander Termin, so  
vollkommen Sachische Frist in sich hält / förderlichst bishlisch  
benent und angezeigt wird; Es ist aber so dann Beklagter  
solche seine Leuterung bey Verlust derselben zu prosequiren  
schuldig/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XX.

## PARTIS PRIMÆ.

Ob die Appellation, so vor Notarien  
und Zeugen geschehen / anzuneh-  
men?

**M**ewohl es nicht ohne/ dass in ges-  
meinen Rechten die Appellation  
vor Notarien und Zeugen ohne  
Unterscheid nicht gestattet / son-  
dern allein angenommen werden  
soll/ wenn der Appellant den Richter nicht has-  
sen kan/ oder aber er hätte sich von ihm zu  
befahren/ so halten doch etliche/ dass es auch  
dieser Dörper soll zulässlich seyn / Damit nun

Appellatio coram Notario & testibus  
interposita, num recipi-  
enda?

**T**Si non desint, qui jure com-  
muni coram Notario & testibus  
Appellationes non passim ad-  
mittendas existimant, sed tūm  
demūm, ubi vel copia judicis  
deest, vel tutò is adiri non potest. Nos tamen  
contrariam opinionem probantes, etiam co-  
ram solo Notario interpositæ appellatione de-  
ferri mandamus.



derwegen auch Gewissheit sey / so wollen wir / daß die letzte Meynung gehalten / und den Appellationen / so gleich auch für Notarien allein geschehen / deserirt werden solle.

## DEFINITIONES.

1. *Valeat indistinctè in foro Saxonico appellatio eorum Notario & testibus interposita , etiam absque insinuatione.*
2. *Coram solo tamen Notario absque testibus valida haud est appellatio.*
3. *Subsistit etiam jure Leuteratio coram Notario & testibus interposita.*
4. *Admittuntur quoque appellationes in provinciis Saxonici ad Questores prefectoriarum, quando bis sunt judices superiores.*
5. *Etiam in foro Sax. non tantum vivâ voce statim post latam sententiam, sed etiam intra decendum in scriptis admittitur Appellatio.*
6. *Judice inferiore appellationem recipere nolente, appellator judicem superiorum de super implorare potest.*
7. *Deserta est appellatio, si praeceps intra 30. dies à tempore latæ sententie non fuerint petiti Apostoli.*
8. *Habenda etiam est appellatio pro deserta, quando appellans in termino, ad Apostolos accipiendoſ ſibi assignato, contumaciter emanet.*
9. *Introducenda est appellatio in foro Sax. intramensem à die, quo Apostoli datū fuere, quo tempore negletto, appellatio habetur pro deserta.*
10. *Deserta porro est appellatio, si non fuerit iustificata intra annum, vel iustis ex causis intra biennium.*
11. *Etiam in foro Saxonico intra annum civilem iustificari debet Appellatio sub pena desertionis.*
12. *Non solum à definitiva, sed etiam ab interlocutoria sententia in foro Saxonico appellare licet.*
13. *Rejicienda est appellatio ab executione ex instrumento & debito liquido factâ.*
14. *Non habent jus appellandi Appellationum defractores.*
15. *Appellatio unius ex litis confortibus prodest etiam ceteris, qui non appellârunt, si eadem bonum omnium est ratio, non diversa.*
16. *Revisio locum habet, sublatâ licet appellacione.*
17. *In causa appellationis iudex superior partes litigantes, inferiori judice irrequiso, citare potest.*
18. *Super reassumptione litis & causâ appellationis simul potest pronunciari.*
19. *Admittitur etiam appellatio in processu criminali ordinario.*
20. *In processu verò criminali inquisitorio appellare non licet.*
21. *Judex appellationis super usurpis etiam pronunciare potest, licet de his nihil dictum fuerit in priori sententiâ.*
22. *Appellatio pro expensis salem interposta non devolvit negotium principale ad judicem appellationis.*
23. *Neque ab Electore Serenissimo, neque à reliquo Ducibus Saxonia ad Cameram Imperialem provocare licet.*
24. *Haud obstante privilegio de non appellando, Subditi Ducum Saxonia super nullitate sententia in Camera Imperiali conqueri possunt.*
25. *Privilegium de non appellando haud tollit supplicationem ad Superiorum.*
26. *Sententia in appellationis judicio reformata, tota causa principalis ad judicem appellationis devolvit, nec locum habet remissio.*
27. *Sed confirmatâ sententiâ in judicio appellationis, causa ad judicem à quo remittitur.*
28. *Licet iudex appellationis remissionem disertis verbis in sententia exprimere haud obstrictus sit.*
29. *Hodie in foro Saxonico nulla est alia pena temere appellantis, quâd ut in expensas condemnatur.*
30. *Non habetur appellatio introducta pro deserta, priusquam coram judice appellationis contumacia appellantis propter non factam iustificationem fuerit accusata.*
31. *At super desertione appellationis nondum introducitur ad judicem superiorum, iudex inferior à quo pronunciat.*

### DEFINIT. I.

*Valeat indistinctè in foro Saxonico Appellatio coram Notario & testibus interposta etiam absque insinuatione.*

- Q**uisque, qui se gravatum & injuriâ affectum putat, ad potentiores, adeoque etiam superiores configere solet, ex quo jus appellandi natum putat Reinh. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 33. th. 1. lit. a. † Quod nec de jure divino incognitum, Act. c. 25. v. 11. † Et jamdudum à Moyse probatum fuit, qui Exod. c. 18. ex consilio socii sui constituit judices, qui deciderent causas & controversias leviores, maiores verò ad se referrent, ubi non dubitandum, inquit Bachov. quin permisum fuerit populo, si se injuriâ à judicibus illis affectum putaret, Moysen interpellare. † Non tamen admittitur appellatio, nisi coram judice competente interponatur, puta coram eo, qui sententiam tulit, l. 1. ff. quis & à quo appelleat. † Nisi copia judicis haberi nequeat, quo casu etiam coram Notario & testibus licet appellare, c. si justus 73. extr. de appellat. l. cum quidam. 7. ff. eod. rit. Ordin. Camer. part. 2. rit. 29. §. 5. Pract. Papiens. de form. appellat. à sent. definit. §. coram vobis n. 11. vers. sunt tamen aliqui. Specul. lib. 2. part. 1.

tit. de primo decreto. §. jam de effectus. n. 29. Myns. 6 cent. 4. obs. 44. & 45. † At jus Saxonum hodiè appellationem coram Notario & testibus indifferenter admittit, sive judicis copia haberi queat, sive non, b. Const. 20. ubi Dan. Moll. n. 1. Joach. à Beust. ad rubric. ff. de jure, ur. n. 97. † etiamsi canon fuerit judici insinuata, modò in scriptis fiat & schedula appellationis instrumento Notarii inseratur, juxta tradita Dan. Moll. hic n. 13. Mynsing. dict. cent. 4. observ. 45. † Quantumvis tutius sit, propter revocationem atque tentatorum appellationem, coram Notario & testibus factam, judici insinuari, quia haud facta insinuatione, iudex ad instantiam partis appellatae in executione procedere non prohibetur, ante instantiam subsecutam, Moller. hic n. 11. † Planè in judicio, Curiali harum provinciarum non admitti appellationem coram Notario & testibus consuetudine obtinuit, de qua testatur Auth. Consult. Conf. Sax. tom. 3. part. 3. q. 70. Nuperim etiam constitutum repetitur, non aliter recipiendam esse talem appellationem, quam si appellantem à judice inferiore nullos Apostolos accipere potuisse, demonstratum fuerit, Resol. Grav. de Anno 1661. Tit. von Justitien Sachsen §. Und weil zum dreifigsten/ 26.

Ita Domini in causa Melchior Kornemans zu Freyberg; M. Jun. Anno 1631. (Verb. sent. Ist in Sachen euch Klägern an einem und Martin Richtern Beklagten anders Theils/von dem Gerichte des Orts ein Abschied ertheilet worden/dadurch ihr euch höchlichen beschweret befunden. Da ihr nun eurem Andeuten nach für Notarien und Zeugen von solchem Abschied gebührender mögen appelliren würdet/ie. So wäre die Appellatio, ob schon sie auch bey dem Gerichte nicht insinuaret wärde/zu Recht beständig/V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Coram solo tamen Notario absque testibus valida  
band est appellatio.*

**Q**uid autem, si gravatus coram Notario appellat, nullus adhibitis testibus? † Nihilominus appellationem valere existimaveris, propter verba h. Constit. in fin. Von den Appellationen/ so gleich auch für Notarien allein geschehen/ deferit werden solle. † Sed non putandum eit, Illustrissim. Constituentem dictione illâ Allianc) testes excludere voluisse, quin potius id sancire videtur, ut valeat appellatio coram Notario & testibus, etiam si judex adsit, nec tamén ei appellatio insinuata fuerit. † Idque non modo apparer ex Rubrura h. Constit. quæ de testibus simul agit. Ob die Appellation, so vor Zeugen uno Notarien geschehen, annehmen. † Sed etiam convenient hoc ipsum Camer. Imper. Ordin. in part. 1. tit. 29. §. item so soll etiam teden. Matth. Welenb. consil. 1. n. 2. † Nec enim soli scriptura Notarii absque testibus creditur, Nov. 44. in prefat. & Novell. 73. c. sed & si instrumentum. Dd. in l. generali 3. C. de tabular. & scrib. lib. 10. ut vel propterea saltem testes adhiberi necesse sit, Dan. Moll. 1. c. 19. n. 2. & seqq.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da ihr nun/eurem Andeuten nach / für Notarien und Zeugen (so bisfals notwendig darby denn müssen)) von selbigem Abschied gebühren, der mögen & eihren würdet; so wäre die Appellatio zu Recht beständig/V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Subsistit etiam jure Leuteratio coram Notario  
& testibus interposita.*

**Q**uum Leuteratio parum differat ab appellatione, quin & in effectu nihil aliud sit, quam appellatio. Weichbild art 74. ubi Gloss. n. 3. ita ut omnia fere iura, quæ de appellatione loquuntur, in foro Saxon. etiam in Leuterationibus locum habeant, Andreas Rauchb. part. 1. q. 12. n. 17. Christoph. Zob. part. 1. diff. 40. n. 5. † Inferre hinc licet, non minus Leuterationem quam appellationem, coram Notario & testibus interpositam, subsistere, juxta tradita Defin. 1. quod & placet Matth. Welenb. & Dan. Moll. b. c. 1. 7. † Et si hoc non concederetur, haud certè video, quomodo consulendum est in euteranti eo casu, quo iudicis vel aliorum copia haberi nequit, † ut vel tum saltem coram Notario & testibus Leuteratio interposita valida jure haberi debeat, prout animadvertisit Dan. Moll. ad Consil. Elect. 19. n. 9. part 10.

Ita Domini in causa Abel Gottlers zu Eucca/ Mens. Jan. An. 1634. V. ch. sent. Ist in Sachen auch an einem und Barthel Hertels am andern Theil/ ein Abschied ertheilet worden/ darüber ihr euch höchstlich beschweret befunden; Denn nach ihr aber binnen dem Decessio der Gerichten nicht indectig seyn können/ habe ihr wider vorgedachten Abschied vor Notarien und Zeugen eine Leuterung eingewendet/ und darüber ein Instrumentum auffrichten lassen/ ic. Da ihr nun solches Instrumentum den Gerichten gehörlich insinuiren würdet; So möchte euch ein Termin zur Protection solcher Leuterung nicht abgeschlagen werden/ sondern ihr würdet damit billig zugelassen/V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Admittuntur quoque appellationes in provinciis Saxonice ad Questores prefectorum, quando hi sunt judices superiores.*

**N**on sit appellatio, nisi ad judicem superiorem, quoniam reformatio sententia, quæ non raro sit Carpz. Definit. Vol. I.

in secundâ instantiâ, non potest contingere, nisi vi potestatis majoris & superioritatis. N que à pari vel minori judice inhibitiones compulsoriales & alia id genus decerni queunt: † Quidpi ergo admittetur appellatio ad Questores prefectorum in provinciis Saxonice, tum scilicet, quando hi judices existunt magistratum eorum, à quibus provotatur. † Nec enim statim ad Principem configere licet, sed appellatio gradatim à judice inferiore ad superiore, nullo intermedio omissa, fiat necesse est, c. dilecti 66. extr. de appellat. l. appellandi i. §. si quis 3. l. Imperatores 21. ff. eod. tit. l. precipimus 32. C. eod. tit. Ordin. Camer. part. 2. tit. 29. §. 1. Ordin. appellat. Elect. Saxon. tit. Wer vor unser Appellation-Gericht post pr. vers. Ich doch weil in der Landes-Ordnung/ Andr. Gail. lib. 4. obseru. 19. n. 2. † ne scilicet confundantur iudicitiones, l. nemo 4. C. de jurisd. omn. iudic. c. pervenit 39 caus. 11. quest. 1. Gvid. Pap. dec. 436. n. 3. Matth. Welenbec. in parat. ff. de appell. n. 9. † licet hoc quibusdam in casibus fallat, ubi omissionis etiam intermedis judicibus, statim provocatur ad superiore, de quibus vid. Sigism. Scacc. de appellat. quest. 7. n. 36. 52 & seqq. n. 88. & seqq. & Matth. Berlich. part. 1. concil. 50. n. 68. & seqq. † imprimis vero licet cont fugere ad superiore, si judex intermedius denegat iustitiam, Ord. Camer. dict. tit. 20. §. 1. in med. vers. Es wäre denn daß der nächste Unterrichter. Gail. dict. obseruat. 119. n. 2. & lib. 1. obseruat. 28. n. 3. Ludolph. Schrader. de feud. part. 10. dict. 4. n. 138. & seqq. Dan. Moller lib. 2. Semper. 30. in pr. & n. 11. Jacob. Meinoch. lib. 1. arbitr. jud. quest. 70. n. 15. & seqq. † Non solum expresse, sed etiam si alterutri parti inanibus subterfugiis, item malitiosè protrahenti, nimis indulget, Moller. & Schrader. dict. loc. † Semper tamen iustitia denegatio prius est docenda, antequam intermedio excluso, ad superiore devehiatur, nec creditur nudis narratis partium, de quo vid. omnino Andr. Gail. dict. obseru. 28.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Raucha & Conforta contra Gottfried von Nischwitz/ venti. atq. in Praefectura Miseni, Meni. Sept. Anno 1601. (Verba sent. Dass die eingewandte Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beständig/ und daher diese Sache zu gewöhnlicher Rechtsfertigung auf euch den Schösser erwachsen/ der Materialien halben aber erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ daß in erster Instanz wohl gesprochen/ und übel davon appellaret/ derowegen diese Sache an den vorigen Richter billig remittitur wird/V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Etiam in foro Saxonico non tantum vivâ voce statim post latam sententiam, sed etiam intrâ decenditum in scriptis admittitur appellatio.*

**S**ufficit sola vocula (Appello) vivâ saltēm voce statim post latam sententiam in continentia prolatā, ut ad judicem appellationis cognitio cause devolvatur; † quia vocula hæc vim deolutivam & suspensivam habet, l. 2. ff. de appellat. Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 12. num. 1. † Potest tamen etiam intrâ decenditum in scriptis appellari, si vivâ voce in continentia ligatores appellare noluerint, l. 6. §. pen. l. litigatoribus. Autb. bodie C. de appellat. Matth. Coler. part. 1. decisi. 130. num. 1. Andr. Gail. lib. 1. obseru. 19. n. 1. Mynsing. cent. 2. obseru. 12. & cent. 3. obseru. 15. Hostiens. in summar. ext. de appellat. n. 6. At numeri etiam in foro Saxonico? † Certè hoc jure semper in continentia & statim post latam sententiam vivâ voce appellatione fieri, auf frischen unverwandten Fuß mit lebendiger Stimme/ probatur per text. in art. 6. circa fin. lib. 2. Landr. Gloss. Weichbild. art. 14. post pr. junctis iis, quæ tradit Chil. König. in processu c. 106. num:

- num. 4. &c. 124. Christ. Zobel. part. 1. differ. 41. num. 5. & seqq. † Sed de consuetudine hodiernâ aliud obseratur, & nihil frequentius est in foro Saxonico, quam ut in scriptis, saltem intra decendium appellatio-nes recipientur, Zobel. dict. loc. Matth. Coler. dict. de-cis. 130. num. 5. Matth. Wesenbec. in parat. ff. quando appellat. sit num. 3. Georg. Rotschitz. in process. part. 6. c. 38. n. 11. & seq. † Quam consuetudinem etiam disertè approbat Elector Serenisimus in Ordinat. Appellat. tit. Von Appellationen wie die angenommen. 7. † Quin & si ab interlocutoria sententia appelletur, præcisè appellationem esse interponendam, nec vivâ voce fieri posse, nisi habeat vim definitivæ, non male quis dixerit, per text. in cap. 1. extr. de appellat. in 6to. Ordin. Camer. part. 2. tit. 29. §. 3. & seq. Wesenb. in parat. ff. de appellat. n. 9. Andr. Gail. lib. 1. obs. 130. n. 1. & seq. Myns. cent. 1. observ. 66. in pr. & cent. 3. obs. 15. n. 3. & seqq. Currit autem in appellationibus perinde ut in leuterationibus † Deceadium à die latæ sententia, à momento in momentum, Ord. Camer. part. 2. tit. 29. §. So sollen auch. Andr. Gail. lib. 1. observat. 139. n. 6. Mynsing. cent. 2. observat. 68. † Etiam ignoranti, l. 1. §. ult. ff. quando appellat. sit. Hart. Pistor. part. 1. quest. 36. n. 3. Felin. in cap. quod ad consulta-tionem 15. extr. desent. & rejudicat. n. 34. † Sufficit tamen ultimâ saltem horâ interponi appellationem, Salycet. in Aut. hodie C. de appellat. perinde ut de leu-teratione dixi Constat. preced. Defin. 1. 7.

Ita Domini in causa Curatoris Viduz Valentin Hünerfelds contra Syndicen des Raths zu Friederichroda / Ventilata in au-la Ducum Sax. Vinariens. M. Sept. A. 1613.

Et in causa Hansen Calixtens Wittiben contra Martin Windlers Wittiben und Tochter zu Dresden / Mensl. Jun. Anno 1601.

#### DEFINIT. VI.

Judice inferiore appellationem recipere nolente, ap-pellator judicem superiorem de super imple-mere potest.

1. Quid verò, si judex inferior appellationem intra-decendium coram se interpositam recipere no-lit, sed tanquam frivolè interpositam rejiciat? Dupli-ci modo tūm appellanti prospectum est: † Vel enim coram Notario & testibus appellare valet, Supr. Defin. 1. † Vel potest adire judicem superiorem, eique supplicare, ut recipiat appellationem, l. à proconsuli-bus 19. C. de appellat. ubi Bartol. n. 4. vers. quandoque ejus appellavit frustratoriè. Matt. Berlich. part. 1. concl. 4. 50. n. 10. † Quin & si judex inferior ob non receptam appellationem, appellanti det Apostolos refutatorios, propterea tamē res statim perdita non est, sed hoc etiam casu, appellator judicem superiorem adire, ei-que causas & gravamina appellandi psonere, atque simul inhibitionem petere potest. † Sapientius enim tūm appellantem à judice superiore inhibitionem impe-trasse & ad justificationem appellationis admissum fuisse compertum habemus, veluti quoque id practicari in Camerâ Imperiali, testatur Joach. Mynsing. cent. 3. observat. 55.

Ita Domini in causa Jacobi Henniders Beklagten/ und Appellantem an einem/ Ernst Wagenwicens Klägern und Ap-pellantem anders Theils/ veniunt in aula Anhaltina Dessvi-enst. M. Jun. A. 1601. (Verb. sent. Dass die Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beständig/ ic.)

Et in causa Jönd Lappens contra Ludolff Probsteinen / M. Maj. A. 1631.

#### DEFINIT. VII.

Deserta est appellatio, si præcisè intra triginta dies à tempore late sententia non fuerint peti-ti Apostoli.

1. Etsi sola etiam Vœula (Appello) sufficiens sit ad id, ut ad judicem appellationis cognitio causa de-

volutatur, & consequenter, ne quicquam in applica-tionis præjudicium attentari debat, l. 2. ff. de appellat. l. 1. & tot. tit. ff. nihil innovar. appellat. interpr. Supr. Defin. 5. † attamen nequaquam sufficiet, nec scriptis etiam interposita appellatio ad hoc, ut satis introducta censeatur, nec deserta videri posit, ni appellans quo-que intra triginta dies Apostolos petierit, l. judicibus 24. l. eos qui 6. §. ult. C. de appell. l. un. ff. de libell. di-miss. c. ult. §. judicib. caus. 2. qu. 6. Clem. quamvis de appell. Matth. Wesenb. in parat. ff. de appell. n. 4. Joh. Zanger. de except. part. 2. c. 20. n. 3. Andr. Gail. lib. 1. observ. 139. n. 15. Joach. Mynsing. cent. 4. obs. 36. in pr. Specul. l. 2. part. 3. tit. de appell. §. qualiter autem appellatio 6. n. 15. † Quod nec in foro Saxonico aliter obseratur, ut patet ex Ordin. appellat. E-lect. Sax. tit. Von Appellationen/ wie die angenommen. post pr. Christ. Zobel. part. 1. differ. 41. n. 10. Georg. Rotschitz. in process. cap. 39. n. 2. & seqq. Reinh. part. 4. differ. 51. sub fin. † Et currere incipit hoc tempus 4 triginta dierum, non à die interpositæ appellationis, ut putat Hostiens. in cap. cordi. 1. de appell. in sexto. Rotschitz. dict. cap. 39. num. 4. & 8. † Sed à die latæ 5 sententia, ita ut in his triginta diebus contineatur et-iam decendium illud, intra quod appellatio interponi debet, dict. l. 24. C. de appell. cap. ult. §. judicib. caus. 2. qu. 6. Wesenb. dict. num. 4. Matth. Col. de pro-cess. execut. part. 3. cap. 8. n. 51. Joh. Zanger. dict. cap. 20. n. 2. in fin. nisi forsitan appellans ignoraverit senten-tiam esse latam, † quo casu spatiū 30. dierum non 6 nisi à die scientiæ currit, Zang. dict. loc. n. 3. Wurmbf. lib. 1. observ. tit. 24. obs. 23. n. 4. † Quamvis tutius 7 agat appellator ad omnem disputandi occasionem e-vitandam, statim in ipsa appellatione apostolos peten-do, quod facere potest, dict. Clem. quamvis 2. post pr. de appell. Rotsch. dict. cap. 39. n. 4. & 8. † Planè, 8 in appellatione cotam Notario & testibus interposita, ejusmodi Apostolis reverentialibus opus non est, sed sufficiunt testimoniales, qui à Notario dati una cum appellatione transmittuntur, licet eæ non statim, sed re prius cognitâ, cur nempe judex inferior appella-tionem denegaverit, recipientur, juxta Ordin. appell. E-lect. Sax. tit. Von Appellationen/ wie die angenommen und justificaret werden sollen / vers. Dieweil aber quid/ ic. teste Dan. Moll. bic n. 16.

Ita Domini in causa Melchior Werners contra Hansen Schwendendorffers Erben / ventilata in Praetorio Lipsiens. M. Sept. A. 1632. (Verba sent. Dass die Appellation desert und erloschen/ und seyn Beklagte Klägern die Expensen retardati processus auf Richterliche Erwidrigung zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

Habenda etiam est appellatio pro deserta, quando ap-pellans in termino, ad Apostolos accipiendo sibi affi-gnato, contumaciter emanet.

I Ntra hosce quoque triginta dies, (qui parti petenti 1. Apostolos & judici eosdem concedenti sunt com-munes) judex hoc nomine requisitus terminum ad dandos apostolos petitos præfigere debet, l. 6. §. ult. l. 24. C. de appell. Nov. 126. cap. 3. in fin. c. ult. §. judic. caus. 2. qu. 6. Georg. Rotschitz. in process. part. 1. cap. 59. n. 9. & seq. Pract. Papiens. in forma responsionis ju-dic. à quo appelletur. §. statuit & assignavit n. 2. † At 2 nonne etiam parti haud petenti judex Apostolos dare tenebitur? Ita quidem videtur dispositum in dict. l. 6. §. ult. C. de appell. † Sed nimis officio judicis in-3 cumbere Imperatores voluerunt, statim deserte ap-pellationi, & oblatione Apostolorum etiam partem prævenire, idque sub comminatione poenæ, ut com-muniter statuunt Dd. in l. 24. C. de appell. † & ta-4 men si judex in officio faciendo esset, partem ipsam.

Apo-

Apostolos petere oportebit, nisi appellationem pro deserta haberi velit, *Defin. preced.* † quoniam negligentia judicis non excusat partem appellantem, in cuius potestate fuit Apostolos petere, & ut ait Castrensi, *dict. l. 6. §. ult.* major est negligentia partis non pertinentis, quam judicis non offerentis. † Licet existimat *Jac. Cujac. ad Paul. 5. sent. 34. Imp. in dict. l. 6. §. ult.* aliquid novi constituisse. † Cæterum diligenter appellans attendere debet, ut in termino sibi ad Apostolos accipiendos assignato compareat, ne alias appellatio pro deserta habeatur, *c. ab eo 6. de appell. in oto. Clem. quamvis 2. eod. c. ad aures 33. extr. eod. tit. l. preses 5. l. quoniam 18. C. eod. tit.* Felin. in *e. personas 4. extr. eod. n. 1.* Pract. Papient. *dict. §. statuit & assignavit. Mynsing. cent. 3. observat. 22. n. 4. Vide Resolut. Grav. de Anno 1661. tit. Von Justitiæ Gaschen. §. zum neuen und zwanzigsten/ ic.*

Ita Domini in causa Curatoris Annæ Viduæ Joh. Kellneri contra die Opperbarische und Neandrische Erben zu Heringen/ M. Sept. A. 1634. (Verba sent. Dass die von Klägern eingewandte Appellation desert und erloschen/ ic.)

#### DEFINIT. IX.

*Introducenda est appellatio in foro Saxonico intra mensem à die, quo Apostoli dati fuere, quo tempore neglecto, appellatio habetur pro deserta.*

1 Pro forma appellationis requiritur etiam, ut judex, a quo appellatur, appellanti certum & congruum tempus statuat, intra quod se cum Apostolis Reverentialibus, praesentet judici ad quem, & coram eo appellationem introducat ac inhibitionem ad judicem a quo impetrat, *l. preses 5. C. de appellat.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 5. cap. 8. n. 51.* Andr. Gail. *lib. 1. obser. 140. num. 11. & seqq.* Georg. Rotschitz. *in process. cap. 39. n. 12.* † Etsi vero de jure communis tempus hoc introducenda appellationis haud certum, sed judicis arbitrio commissum sit, *dict. l. 5. C. de appellat. c. personas 4. & cap. seq. c. oblate 57. extr. eod. tit.* † Vel quia Lex, quæ ignorabat distantiam loci, ad quem appellatur quis esset, non potuerit certum præscribere terminum, ut putat Salycet. *in dict. l. 5.* 4 Vel quod verius videtur, † quia leges id relinquere voluerunt officio judicis, qui dat Apostolos, ut hic simul definiret spatium, intra quod judici superiori Apostoli presentarentur, *juxta gloss. in dict. l. 5.* † Attamen in foro Saxonico certum tempus introducendi Appellationis præfinitum est, nemirum Mensis unus à die, quo Apostoli dati fuere, computandus, Ordin. Appellat. Elect. Saxon. tit. *Von Appellationen / wie die angenommen/ post pr. vers.* Auch darinne den Appellantem eine Monats-Frist. † Quod tempus tam præcisè est observandum, ut si appellans hoc omisit, appellatio pro deserta habeatur, *dict. tit. Von Appellationen/ wie die angenommen.* Bafd. *in dict. l. 5. C. de appellat. n. 1.* Matth. Col. *dict. cap. 8. n. 51.*

Ita Domini in causa Actoris Curatoris Magdalenen Viduæ Johannis Ullmanni / contra Michael Ullman & Consortem zu Dresden/ M. Aug. A. 1635. (Verba sent. Dass die Appellation desert und erloschen / und ist Beklagter Klägerin die Unkosten retardati processus auf vorhergehende Liquidation und Reichliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. N. W.)

#### DEFINIT. X.

*Deserta porro est appellatio, si non fuerit justificata intra annum, vel justis ex causis intra biennium.*

1 Prosequenda sive justificanda appellationis tempus est hodiè annus, & ex justa causa biennium, *l. ult. §. illud 4. C. de temp. & repar. appell.* Nam post Carpz. *Definit. Vol. I.*

quam appellans intra decendum appellationem interposuit, Apostolos reverentiales petiunt, & se intra legatum terminum judici superiori presentavit, † necesse porro est, ut appellationem sic introductam sub pena desertionis profequatur & justificet, intra annum, vel si ex justis causis impediat, intra biennium, *dict. l. ult. §. 4. & Antb. ei qui C. de temp. & repar. appell.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. quando appellat. n. 6.* Georg. Rotschitz. *in process. part. 1. cap. 40. n. 1. & seqq.* Christ. Zobel. *part. 1. diff. 4. n. 6.* Dan. Moller. *lib. 4. Semest. 3. n. 1.* Andr. Gail. *lib. 1. obser. 141.* Joh. Zanger. *de except. part. 1. cap. 1. n. 68.* † Quod tempus currere incipit non à die introductæ, sed interposita appellationis, ita ut in hoc anno triginta dies, intra quos Apostoli petendi sunt, & simul mensis introducenda appellationis continetur, *l. 2. & 3. C. de temp. & repar. appell.* Matth. Wesenb. Gail. & Rotschitz. *dict. loc.* † Ideoque vult Constitutione *dict. l. 3.* ut gesta & acta primæ instantie nature edantur judici Superiori, quo idoneum tempus decidenda cause habere possit, Reinh. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. diff. 33. tb. 8. lit. K. verb. Hoc tempus à die appellationis.* † Sancte, in judicio Appellationis Electoralis Saxonico, quod singulis semestribus Dresdena habetur, hoc specialiter receptum est, ut appellatio in proxime sequenti termino debeat justificari, Ordin. Appell. Elect. Saxon. tit. *Von Appellationen/ wie die angenommen werden.* §. *Vann nun also die Appellation.* Dan. Moll. *dict. c. 32. n. 2. & 3.* † modo à tempore introducendi appellationis ad proxime sequentem terminum tantum tempus (puta sex septimanarum ac trium dierum) restet, ut citatio legitimo modo potuerit impetrari: † Cæteroquin si tantum temporis non supersit, appellans excusationem meretur & appellationem in altero proxime sequenti termino prosequi debet, *dict. tit. Von Appellationen / wie die angenommen.* §. *Darum wenn der Appellant post pr.*

Ita Domini in causa Friedrich Senfrieds von Pönidau contra Abraham Herbsten zu Weissenfels/ Mens Sept. Anno 1634. (Verba sent. Dass die Appellation desert und erloschen/ V. N. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Etiam in foro Saxonico intra annum civilem justificari debet Appellatio sub pana desertionis.*

R egulariter ergo justificationi appellationis præscribitur spacio unius anni *defin. preced.* At cum in foro Saxonico præscriptio annalis contineat annum Saxonum, nempe trecentos, sexaginta quinque dies, sive annum civilem, una cum sex hebdomadis & tribus diebus, *Landrecht. lib. 1. art. 38.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 24. n. 34.* Matth. Wesenb. *in parat. ff. de usucap. n. 7.* queri posset, † an non sufficiat in foro Saxonico justificari appellationem post effluxum annum civilem, saltē intra sex illas septimanas & tres dies à jure Saxonico anno Civili additas? † Quod affirmat Matth. Col. *part. 1. decis. 140. n. 4.* quem sequitur Matth. Berlich. *part. 1. concil. 50. n. 152.* persiculum nempe sibi habent, † præscriptio nem annalem indifferenter in foro Saxonico esse anni & diei, h. e. Ein Jahr/ sechs Wochen und drei Tage prout multis textibus ex jure Saxonico tueri conatur. D. Berlich. *in decis. 115.* † Sed nimirum, hoc verum est duntaxat in regularibus seu decretivis, & in iure Saxonico ad inventis præscriptionibus, annali scilicet bonorum mobilium & triennali immobilia atque jurium incorporalium. † Secus vero in præscriptionibus juris Civilis specialibus & singulatibus in foro

foro etiam Saxonico usitatis, ut est biennii, quinquennii, vicennii, &c. quippe quæ juri communi fuere relictæ. † Neque enim existimandum est, Saxones definitione sua duorum temporum totam observationem præscriptionum tantis vigiliis excogitatae voluisse everttere, l. si quando 35. in pr. C. de inoff. testim. Petr. Heig. part. 1. qu. 16. n. 47. † Proinde, cùm etiam præscriptio annalis in appellationis justificatione specialiter de jure civili fuerit statuta & adinventa, l. ult. §. illud 4. C. de temp. & repar. appell. nec quicquam in hac de jure Saxonico expresse immutatum reperiatur, † etiam in foro Saxonico, intra annum civilem, qui continet saltem trecentos sexaginta quinque dies, justificationi appellationis præscribi, rectissimè quis dixerit cum Reinh. part. 4. diff. 1046. † Idque eo magis, quod prosecutio appellatio- nis, quo lis non parum protrahitur, restringenda potius, quam amplianda sit, c. odia 15. de Reg. jur. in- 11 Sexto. † Quin neque ex statuto Saxonico, quò breviore sunt præscriptions, videri debent prorogatæ, sed quæ longiores erant, autoritate & intellectu statuti contractæ, arg. l. sicut. vers. ha autem l. omnes 4. in pr. C. de præsc. 30. vel 40. annor. l. in omnibus 13. ff. de divers. temp. præsc. Petr. Heig. dict. qu. 16. n. 53. No- viter constitutum est, quod appellationes in proximo termino Dicasteriorum supremorum justificari debeant, Ref. Grav. de Anno 1661. tit. Von Justitiens Sachen. §. und damit güm acht und zwanzigsten.

Ita Domini in causa Ambrosii Sommers contra Hieronymum Händern und Consorten / Mense Mayo, Anno 1627. (Verba sententia: Daß die eingewandte Appellation desert und erloschen/ und seyn Belagte Klägern die Unkosten retardati processus auff unsere Ermäßigung zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Non solum à definitiva, sed etiam ab interlocutoria sententia in foro Saxonico appellare licet.*

¶ **E**t si de jure communi, regulariter duntaxat à sententia definitiva, non etiam ab interlocutoria, 2 † nisi in casibus quibusdam (de quibus vid. Sigism. Scacc. de appell. qu. 17. n. 81. & seqq. & Matth. Berlich. part. 1. concl. 50. n. 41. & seqq.) appellatio recipiatur, l. si Clericus 2. C. de Episc. audient. l. 2. ff. de appellat. recip. l. ante sententia 7. C. quor. appell. non recip. Matth. Wesenb. in parat. ff. de appell. n. 8. Hoftiens. in summer. extr. de appell. n. 5. Matth. Col. part. 2. decif. 269. n. 1. & ibid. in addit. Frider. Pensold. Christ. Zobel. part. 1. diff. 41. n. 9. † Attamen, de jure Canonico à quocunque gravamine & quavis sententia, etiamsi sit interlocutoria, appellare licet, c. super eō 12. c. ex parte 47. c. cum ceffante 60. extr. de appell. Wesenb. dict. loc. Andr. Gail. lib. 1. observ. 120. n. 2. & observ. 129. num. 1. Joach. Mynsing. cent. 4. observ. 43. † Quod jus Pontificium hoc in casu etiam Saxonese sequuntur, ita ut in foro Saxonico, à quacunque interlocutione & ab omni gravamine, tam judiciali quam extrajudiciali, appellare liceat, teste Andr. Rauchb. part. 2. qu. 6. n. 55. Matth. Col. dict. decif. 269. n. 2. Wesenb. & Zobel. dict. loc.

Ita Domini in causa Abel Harladens zu Herzberg/ Mense Sept. A. 1634. (Verba sent. Ist in Sachen euch Klägern an et nem/ und Martin Kolben Beklagten anders Theils/ eti interlocut Urtheil gesprochen worden. Und dennoch ihr euch das durch beschwert befindst/ sendt ihr davon zu appelliren vorhabens; Ob nun wo: sonst auf Sachs. Boden auch die Appel- lation in dergleichen Fall statt hat/it.)

#### DEFINIT. XIII.

*Rejicienda est appellatio ab executione ex instru- mento & debito liquido facta.*

¶ **E**leri vix potest, ut non frivola habeatur appellatio, quæ sit ab executione ex instrumento ac debi-

to liquido & confessato, ut proinde ipsi deferendum non sit. † Quia nunquam recipiendæ sunt frivole & frustratoriaæ appellationes, c. cum appellationibus 5. de appell. in sexto. junct. c. constitutis 46. extr. eod. tit. veluti rectissimè concludit Matth. Col. de process. ex- ecut. part. 4. cap. 2. n. 33. † Nam operatur probatio instrumentalis propter recognitionem, vim confes- sionis, l. cum de indebito 25. §. ult. ff. de probat. l. plu- res 19. C. de fide instrum. At contra propriam Confessionem prohibita est appellatio, l. 2. C. quor. ap- pell. non recip. Dec. in c. cum speciali 61. §. porro de ap- pellat. † Et sanè, quia judicium executivum non admittit exceptiones vel contradictiones, requirentes longam vel altiorem indaginem, frustra provocatur ad cognitionem plenariam, l. ult. C. de compensat. l. 2. C. de editi. D. Hadr. toll. l. ille à quo 13. ff. ad Sctum. Trebell. l. in hāc 3. §. ibidem 3. ff. ad exhib. Coler. dict. loc. n. 32.

Ita Domini in causa Hansen Witzers contra Barthel Henning zu Lüzen/ M. Mart. A. 1633. (Verba sent. Daß die einge- wandte Appellation, gestalten Sachen nach/ nicht zulässlich/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Non habent jus appellandi Appellationum desertores.*

**C**um in foro Saxonico non minus à sententia in- terlocutoria, quam definitiva, imò & à quoconque gravamine tam judiciali quam extrajudiciali liceat appellare, Supr. Defin. 12. † non male forsitan pu- taveris, provocari quoque posse à sententia, in qua ap- pellatione interposita deserta pronunciatur: prout sen- tit Andr. Gail. lib. 1. observ. 138. † Sed manifestæ ap- pellatorum contumacia neutiquam favendum, ne ap- pellationem à desertionis declaratione recipiendam esse, tradunt Dd. communiter, per text. in cap. perso- nas 4. cap. cum sit Romana 5. ubi Panormit. n. 18. & 19. extr. de appell. Marant. de Ordin. judic. part. 6. de appell. n. 102. Andr. Rauchbar. part. 1. qu. 14. n. 14. † Nam & in prima instantia manifesti & veri contu- maces, & qui ex eremodicio condemnantur, Imperiali autoritate appellationis auxilio indigni habentur, l. 1. C. quor. appell. non recip. l. ex consensu 23. §. fin. ff. de appell. l. properandam 13. §. fin autem 3. C. de jud. † Quidni ergò multo magis in secunda instantia de- sertores litis ab appellationis beneficio excluderentur? maximè, cum nefas sit, † lites in infinitum extendi, l. 6 aperiissimi 16. C. de judic. multisque appellationibus protrahi, l. oportet 36. C. de appell. & litem alteram ex litis primæ materia admitti, l. terminato 3. C. de fru- cit. & lit. expens. † Nec movet in contrarium, 7 quod dicitur in c. direkte 39. extr. de appell. provoca- re posse eum, qui deseruit appellationis causam; si- quidem diversa ibi fuere gravamina, & non à deser- tione appellationis, † sed ab alio & diverso atque, 8 novo gravamo de imò provocare conceditur, ut he- ne explicat Rauchb. dict. qu. 14. n. 16.

Ita Domini in causa Abel Harladens zu Herzberg/ M. Sept. A. 1634. (Verba sent. Da ihr aber dennoch hiebevor alberet appellaret hättest/ und im jüngsten Urtheil selbige Appellation für desert erkant worden wäre/ dafür sichs aus eurer Frage es- schen lässt; So waret ihr von solchem Urtheil anderweitig ja appelliren nicht berechtigt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Appellatio unius ex litis consortibus prodest etiam cate- ris, qui non appellarunt, si eadem omnium horum est intio, non diversa.*

**Q**uod constitutum est, ut uno ex pluribus ejus- dem litis consortibus appellante, debeat appella- tio prodest etiam iūs, qui non appellarunt, ad impe- diendam interea judicati exceptionem, l. 1. & 2. C. fin. ex plurib. appellav. l. si qui separatum 10. §. ult. ff. de

- f. de appellatione.** lib. 1. Cap. de divers. rescript. c. una sententia 72. extr. de appellatione. † Id locum habet non solum in dividuis rebus, sed etiam in individuali. † Quia sententia prius lata, de qua potissimum agitur in appellationis instantia, suam vi individualia esse censetur, l. in iudicio 47. ff. famil. creiſt. ut & tam in his, qui in solidum obligati fuerunt, † quam etiam in iis, qui pro virili saltem, ex communione tamen causa tenentur, dict. l. si quis separatis 10. S. quoties 2. junct. S. ult. ff. de appell. Salycet. in d. l. 1. C. si unus ex pluribus. Hart. Pist. part. 1. q. 47. n. 5. † Sed nunquam aliter, quam si una eademque fuerit condemnationis & appellationis causa inter plures, dict. l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus appell. Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 31. defin. 1. num. 2. Hart. Pist. quæſt. 47. n. 17. † Dubito itaque, an recte senserit Andr. Rauchbar. appellationem debitoris non prodelle fidejussori part. 2. quæſt. 7. cum una eademque horum sit causa & ratio, Cujac. in par. 1. C. de fidejuss. Valent. Franc. de fidejuss. c. 1. n. 10. † ac propterea exceptio-nes debitoris, ipsam obligationem concorrentes, pro-sint etiam fidejussori, l. n. 10. C. de fidejuss. l. cum duo 2. l. pen. ff. de duob. reis l. mora 32. S. pen. ff. de usur. l. centum Capue. 8. ubi Donell. n. 8. ff. de eo quod certo loco. † Quamvis hoc eatenus largiat Rauchb. qua-tenuis ex diversa causâ contra fidejussorem vel debito-rem principalem agatur, de quo casu loqui videtur. dict. quæſt. 7. ut appareat ex traditis n. 17. & 18. † Ce-terum quando appellatione unius reliquis litis consor-tibus non proficit, per limitationes tractat ad amulsum. Hart. Pistor. dict. qu. 47. n. 16. & multus seqq. Ita Domini in causa Jacobi Hentigens contra Ernestum Wa-genitz zu Dessau/ M. Jun. A. 1601.

## DEFINIT. XVI.

Revisor locum habet, sublatâ licet ap-pellatione.

- P**rohibitâ licet appellatione, nequaquam tamen. Revisionem actorum, sicut nec supplicationem, prohibitam censi, tradunt Dd. communiter, quos allegat Petr. Heig. part. 1. qu. 10. n. 49. Vinc. Franc. decif. 148. n. 3. Rol. à Valle consil. 29. n. 48. & seq. lib. 1. Natta. lib. 1. consil. 172. n. 9. & seq. † cum hoc casu Revisor potius loco appellationis succeſſerit, secundum Hippol. de Marſil. sing. 88. in fin. Jac. Cujac. ad iur. C. ne licet in una eademque causa. Rol. à Valle. lib. 1. consil. 94. n. 9. & seq. Jac. Menoch. de arbitr. jud. qu. lib. 1. qu. 71. n. 18. † Quo argumen-to in Gallia, Hispania, Regno Neapolitano & Ducatu Pedemontano, Supplicationis & Revisionis usus in-valuit. † Quin & in Germanico Imperio supra Imperialia cameram, placuit constitui aliud Tribunal superius pro Revisione actorum, Ordin. Camer. part. 9. tit. 53. Petr. Heig. dict. qu. 10. n. 51. Ventur. de Val-let. in partib. litig. lib. 2. cap. 14. n. 13. † Sicut ergo per appellationem, ita etiam per Revisionem, execu-tio judicati suspenditur, ut multis rationibus tuerit. Heig. dict. qu. 10. n. 63. & multis seqq. Et sicut non admittitur appellationis appellatio; † Ita nec revisionis revisio, l. si quis. C. de prec. Imp. offer. Afflict. decif. 231. n. 5. Heig. dict. qu. 10. n. 84. Ventur. de Val. dict. 6. 14. n. 16. Franch. lib. 1. dec. 135. n. 3. Mod. Pist. part. 7. 4. qu. 157. & ibi in addit. Jac. Schult. † Planè, quia in Summo Elector. Sax. Tribunalis causa per Leuterationem & oberleuterationem tractantur, in inferioribus autem judiciis Leuterationibus & appellationibus ut licet, merito in provinciis Electoratus Saxonici cessat Remedium Revisionis, ne in infinitum lites pro-trahantur, † nec unquam Revisionem in aula Electro-rali impetrari potuisse, testatur Heig. qu. 10. n. 52. quem

vide, ut & Vent. de Valente. dict. loco si plura de Revi-sionibus scire cupias.

Ita Domini in causa der Klingenburgere/ contra Antonium Fürstenau zu Herford/ M. Mayo, A. 1634. (Verba sent. Auf gebetene revision und beggefügte Urtheil in Sachen/ c. S. W. Dass es den vorigem publicirten Decret nochmals bissch verbleibt/ B. N. W.)

## DEFINIT. XVII.

In causâ appellationis judex superior partes litigantes, inferiore judice irrequsito, citare potest.

- O**btinuit hodie, ut partes litigantes in causâ appelle-lationis à judice superiore, irrequsito etiam ju-dice inferiore, citati comparere tentantur, nec opus sit hoc casu citationem per subsidium judicis inferioris insipiari. † Quod &c in supremo Consistorio Appel-lat. Electorali & judicio Curiali sic practicari, compre-tum habemus, Modeſt. Pist. part. 2. q. 53. & ibi Jacob. Schult. in addit. † Rect. illam sane, non quidem propterea, quod jurisdictione Vasallis inferioribus judi-cibus accumulativè concessa sit, ut putat Andr. Rauch-bar. part. 1. q. 13. n. 13. † Id enim quoad statum Rei-publicæ præsentem falsum esse, ac propterea Domini-num superiorem irrequsito Vasallo, subditos ejus ad testimonium dicendum citare non posse, probavi Sup. Conſtit. 16. Defin. 29. & latius in pract. crim. part. 3. qv. 109. n. 98. & seqq. † Sed quia per appellationem causa, ad judicem superiorem devoluta, & judici. infe-riori per inhibitionem jurisdictione interdicta censetur, non solum quoad causam, sed etiam quoad personas, eatenus saltem, quatenus de causâ, per appellationem devolutâ, in judicio superioris Domini tractatur. † Id que est quod vulgo dicitur, judicem appellationis suc-cedere in locum judicis à quo, arg. l. 20. ff. judic. solv. Jason. in l. imperium 3. n. 29. ff. de jurisd. † Et certè, si aliter diceretur, præsertim in casu, quo judex, à quo esset potens, & non libenter vellet retractari senten-tiam suam, periculum omnino subesset, ne ipse in-subsidium imploratus citationem non exequatur, Modeſt. Pistor. dict. qu. 52. n. 2. vers. uerum si index.

Ita Domini in causa Hansen Melberg zu Halle/ M. Sept. A. 1628. (Verba sentent. Dass nach introducitter Appellation der Ober-Richter die Parthenen für sich und ohne Zuthun des Unter-Richters / von dessen Urtheil oder Abschied appellirt werden/ zu citiren wohl befugt/ und es hat sich gedachter Un-richter darüber nicht zu beschweren/ B. N. W.)

## DEFINIT. XVIII.

Super reassumptione litis & causâ appellationis su-mul potest pronunciari.

- U**bique locorum hodi est receptum, ut Meredes ad processum continuandam non admittantur, pri-usquam illum legitimè reassumpserint, Andr. Gail. lib. 1. ob/erv. 109. n. 5. Dubium ergo non est, † quia post introductam appellationem, defunctis litigantibus, etiam in causâ appellationis heredes teneantur instan-tiam live processum allumere. Idque èo magis, † quod tempore quo cunque processus, etiam ante litis con-testationem, opus sit reassumptione, ut dixi Supr. Conſtit. El. 11. Def. 16. Cur non ergo etiam in appella-tionis instantia, ubi ad executionem prop̄ deventum est, Jacob. Schult. qu. 52. n. 1. & 2. † Non tamen, propter reassumptionem processus appellationis sus-penditur, sed uterque punctus reassumptionis & ap-pellationis, in judicio simul ventilar, ac super utroque conjunctim pronunciari potest ac debet. † Idque vel propterea, quod hoc medio lites citius finiantur, nec litigatores in anibus sumptibus divergentur, l. qui-dam existimat 21. in fin. ff. si cert. petat. c. non nulli 28. S. cum autem lites extr. de rescript. Jacob. Schult. ob/serv. 7. n. 34. Vid. supr. Conſtit. 12. Def. 18.

Ita Domini in causa Daniel Gölicens & Consort. contra die Sämtlichen von Wedel zu Eüstrin / M. Apr. Anno 1635. (Verba sent. Dass wegen Hansen von Wedels Erben / lis pro reassumpta und wegen der sämtlichen Appellaten / causa pro conclusa nunmehr billich gehalten und angendommen wird / und ist die Appellation in ihren Formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an Churf. Durchl. zu Brandenb. ic. erwachsen. Die Materialia belangend erscheinet aus den Acten so viel dass in erster Instanz wohl verabschiedet ic.)

## DEFINIT. XIX.

*Admittitur etiam appellatio in processu criminali ordinario.*

- 1 **I**n omnibus causis, non tantum civilibus, sed etiam criminalibus appellare licet, l. addic̄tos 29. l. si quis provocatione 30. sub fin. C. de appell. l. non tantum ei 6. ff. eod. t. l. addic̄tos C. 6. de episc. audienc. l. observare 2. C. quor. app. non recip. Andr. Rauchb. part. 2. q. 8. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 94. Ant. Fab. in Codie. lib. 7. tit. 26. defin. 16. & defin. 21. Regn. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7. n. 27. † Quod nec in foro Saxonico aliter obtinet & Reum condemnatum ad Magistratum superiorem provocare posse, patet ex Ord. appell. Elect. Saxon. sit. Wer vor unsrer Appellation-Gerichte geladen/ auch was Sachen daselbst angenommen und gerechtsertiget werden mögen. S. iedoch allein vers. wenn peinliche oder fiscalische Sachen/ ic. Dan. Moll. lib. 4. Semestr. 33. n. 1. & seqq. Andr. Rauchb. dict. qu. 8. n. 45. Nicol. Reusn. lib. 2. decis. 23. n. 21. Vid. pract. meam criminalē part. 3. quæst. 139. n. 31. & seqq. † Quin & in causis criminalibus post elapsum etiam decendum, admittendam esse appellacionem, propter quod gravamen semper duret, l. non tantum 6. ff. de appell. docet Anton. Fab. dict. defin. 16. n. 1. ubi porrò tradit, in ejusmodi causis & hoc singulare jure receprum esse, † ut non liceat ei, qui semel appellavit, renunciare appellacioni, sed quod necessariō de appellacione cognoscendum sit, cum non minus intersit Reipublica, absolvī innocentem, quam nocentem damnari, l. absentem 5. ff. de pæn. † Quod tamen restringendum videtur ad eum casum, quo pœna corporalis per priorem sententiam Reo fuerit indita; Secus si multa pecuniaria esset adjudicata, cum Anton. Fab. dict. def. 16. n. 2.

Ita Domini in causa Martini Rennewolfsen zum Jauer/ M. Aug. Anno 1621. (Verba sent. Ob wol durch Urtheil und Recht / darinnen die scharfe Frage zuerkant) das ertheilte sichere Geleit cassiret und aufgehoben worden. Dieweil aber dennoch bewecktes Urtheil vor Verflüssung des decendii seine Kraft Rechthens nicht erreicht / sondern per appellacionem, oder leuterationem, nach Gelegenheit daffalls / weil man in ordinarii processu verfret / die wohl suspendaret werden können/ ic.)

## DEFINIT. XX.

*In processu vero criminali inquisitorio appellare non licet.*

- 1 **S**ed hoc ita obtinet in processu criminali ordinario: † Ceteroquin non adversus delinquentem per modum inquisitionis procedatur, non admittitur appellatio in criminalibus, ex inverterata saltem Germaniae consuetudine, de qua testantur Dan. Moll. lib. 4. Semestr. 33. Matth. Wesenbec. consil. 43. n. 50. Andr. Gail. lib. 1. observ. 1. n. 28. Nicol. Reusner. lib. 2. decis. 23. n. 2. Vent. de Valent. in partib. litig. lib. 1. cap. 14. n. 23. † Eaque confirmata est in Recess. Imper. August. de Anno 1530. §. item als jetzt etliche Zeit her. vers. So sezen und ordnen wir, & Ord. Camer. Imper. part. 2. sit. 28. §. item Nachdem auch. † Ne scilicet processus inquisitorius, qui sublato (quod dicitur) velo, absque multis ambagibus & circuitionibus expediri debet, Nicol. Reusn. lib. 1. decis. 24. n. 33. in processu Ordinarii commutetur, & sic inqui-

sitione multum protrahatur, haud sine dispendio publica utilitatis, † quæ maleficia confessum svader puniri, l. ita vulneratus 51. §. estimatio autem 2. ff. ad leg. Aquil. l. locatio 9. §. quod illicite 5. ff. de publ. & vedigal. Ventur. de Valent. in partib. litig. lib. 1. cap. 14. n. 24. † Neque aliud in Electoratu Saxoniæ obtinere, manifestum est ex Ord. appell. Elect. Saxon. sit. Wer vor unsrer Appellation-Gerichte geladen/ ic. S. iedoch allein vers. denn so viel die peinliche Sachen anlanget. † Planè, licet in processu inquisitorio ademptum sit jus appellandi, per id tamen facultas deducendæ innocentiae, Reo sublata haud est, sed si prætendat is defensionem, non obstante sententia condemnatoria, denuo audiri, atque interim execu-  
tio sententiae suspendi debet, ut probavi in pract. cri-  
minal. part. 3. quæst. 139. n. 37.

Ita Domini in causa Stephan von Behmens zu Döllisch/ M. Oct. A. 1592. (Verba sent. Dass nach Gelegenheit daffalls des gefangenem Inquisiti Stephan von Behmens eingewandte Appellation nicht zulässlich/ V. N. W.)

Et in causa Petri Willings zu Krimmischau/ M. Maj. An. 1592. (Verba sent. Dass nach Gelegenheit daffalls die eingewandte Appellation nicht zulässlich/ V. N. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Judex appellationis super usuris etiam pronunciare potest, licet de bis nihil dictum fuerit in priori re sententiâ,*

**C**um in sententiâ, à qua debitor condemnatus appellaverat, judex de usuris nihil dixisset, disceptatum fuit: Num judex appellationis super interesse cognoscere ac pronunciare posse? Putaverunt omnino ita Scabini, † modò ex naturâ propositâ actionis usurâ venire deberent in condemnationem, l. tutor. 41. ff. de usur. l. ult. ff. de re judic. l. negotiorum 24. ff. de app. † Quia judicii cuilibet statim, atque judex factus est, incumbit officium rerum omnium, quæcunque in judicio versantur, l. ediles 25. §. item sciendum 8. ff. de editis. edict. Gvid. Pap. qu. 405. † Et quid, si tempore latè prioris sententiae, non nisi paucorum dierum mora intercessisset, ut nihil tūm actoris interesse videtur, postea vero ob protractam sententia executionem, ex culpâ appellantis ceperit interesse, l. intra utile 39. ff. de minor. l. 7. C. de execut. rei judic. Ab hujus restitutione appellantem liberari, iniquissimum certè esset. † Nec enim potest purgari mora, postquam cepit actoris interesse, l. et si posteris 8. ff. si quis cautione l. utiq. 22. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. si ita quis 135. §. Seja 2. ff. de V. O.

Ita Domini in causa Daniel Gölicens & Consort. Appellantum an eum/ die sämtlichen von Wedel Appellates ander Theils zu Eüstrin / M. Apr. A. 1635.

## DEFINIT. XXII.

*Appellatio pro expensis saltem interposita non devolvit negotium principale ad judicem appellationis.*

**S**æpe accidit, ut litigatores saltem ratione expensarum provocent ad superiorem, quo casu iudicet ille, ad quem fuit appellatum, nihil potest constituer in negotio principali, † deficiente scilicet iurisdictiōne ac facultate cognoscendi de causâ principali, l. 2. l. 4. §. ult. ff. de offic. proconsul. l. 1. & tot. tit. C. ff. & non compet. judic. † Quoniam appellatio non devolvit cognitionem causæ ad judicem appellationis, nisi quatenus appellatum est, † ne scilicet latius patet effectus quam sua causa, ut loquitur Ant. Fab. Codic. lib. 7. tit. 26. defin. 45. n. 2.

Ita Domini in causa Hansen Calixtens Wittben contra Martin Windlers Wittben zu Dresden / Mensle Justit. anno 1601.

## DEFINIT. XXIII.

*Negque ab Electore Serenissimo, neque à reliquis Ducibus Saxonie ad Cameram Imperialem provocare licet.*

- 1** Inter alia Principum Electorum privilegia atque Majestatis jura haud minimum est certè, quod ab iis provocatio ad Casarem vel Cameram Imperialem haud concedatur, *tit. ii. Aur. Bull. Peucer. lib. 5. Chr. Jacob. Ayret. in proc. Histor. part. 1. c. 4. observat. 4. num. 22. Petr. Heig. part. 1. qu. 4. num. 30.* † Existimavit nempe Imperator, Electores pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quæ pollent, non aliter, quam ipse met, esse judicatores, ut de præfectis prætorio dicitur in *I. 1. §. 1. ff. de offic. prefett. prator.* quibus Electores 3 æquiparati solent. † Non omnes tamen Electores privilegium de non appellando retinuerunt, sed, excepto Saxonico & Brandenburgico Electore illud non utendo & ex contrariâ consuetudine amiserunt. † Et si enim scribat Heig. *dilect. quest. 4. num. 32.* Brandenburgicum quoque Electorem illud neglexisse, at non ita dudum per concessionem Imperialem recuperasse, 4 quod & probat Dom. Arum. *ad tit. ii. Aur. Bull.* † Attamen falsum id esse, nec unquam Electore in Brandenburgicum Privilegium de non provocando amisisse, manifestum est ex renovatione istius privilegii factâ ab Imper. Rudolpho II. Anno 1586. secundum Petr. Frider. *in tract. de process. & mandat. extrah. in fin. sub rubr. de privil. quor. Imp. stat. pag. 308.* in quâ renovatione inter alia hæc verba habentur: Über hundert und mehr Jahren/ und also weit über Menschen Gedanken eingeführet/ herbracht/ gebraucht/ und behalten worden/ daß niemand von der Churfürsten zu Brandenburg Urtheilen/ Decreten/ Erkäntnissen/ und Abschieden/ ic. an unsern Vorfahren/ unser und des Reichs Cammergericht zu appelliren Macht gehabt: Et vers. hiergegen aber ibi: Seine Liebe/ und der selben ländliche Vor-Eltern wären auch bey solcher Thzter Churfürstlichen Befreyunge bis anhero geruhlich gelassen worden. It. und ob wohl seine Etebe solchen Muthwillen in dero Landen bisshero nicht gesetzet/ auch dasselbe fernet nicht nachzulassen Fug und Macht hätte. Et postea: Daß wir solche der Churfürsten zu Brandenburg hergebrachte Gerechtigkeit des nicht appellirens von ihren Urtheilen/ Decreten/ und Erkäntnissen/ dessen sie/ wie obgemeldt/ ohne das befugt und bisshier unverrückt gehalten/ ic. † Quæ omnia certè luculenter probant, privilegium hoc ab Electore Brandenburgico nunquam neglectum, nec de novo ab Imp. Rudolpho II. concessum, sed potius renovatum & confirmatum fuisse. Non minus quoque Serenissimus Saxo privilegium hoc omni tempore salvum rectumque retinuit. † Quin & reliqui Duxes ac Principes Saxonie eo gaudent, ut appareat ex Constitutione Ferdinandi I. Imper. de Anno 1559. & Rudolphi II. de Anno 1586. † Quod privilegium de non appellando Ducibus Saxonie videtur concessum propter ignorantiam juris Saxonici, quam illi, qui in aula Imp. & Camerâ Imperiali assident, habere præsumuntur, Buxtorff. *ad tit. ii. Aur. Bull. Reg. Sixt. de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 15.* Petr. Heig. *dilect. quest. 4. n. 42.* Gilman. *in symphor. tom. 6. c. 1. §. 6.*

Ita Domini in causa Michael Michaele zu Weissensee / M. Oct. A. 1620.

## DEFINIT. XXIV.

*Haud obstante privilegio de non appellando, Subditi Ducum Saxonie super nullitate sententia in Camerâ Imperiali conqueri possunt.*

- 1** Etsi à sententiis Electorum & Ducum Saxonie provocare non liceat ad Cameram Imperialem, De-

fin. *preced.* querela tamen super nullitate per id prohibita non est, † Sed hoc nomine etiam contra Duxes Saxonie mandata decernuntur, Thom. Michael. *de jurisdic. lib. 26. lit. c. in fin. Compilat. præjud. Camer. tit. de permitt. privil. & conclusum fuisse in Camerâ,* † ut attento haud privilegio de non appellando, citatio super nullitate principaliter deducendâ absque institutione decernatur, testatur Andr. Gail. *lib. 1. obs. 135. n. 4.* † eò, quod appellatio & Nullitas diversa & separata sint remedia. ita, ut uno sublato, aliud adhuc superesse videatur, *C. inter caseras 9. extr. de sentent.* Et re judicat. *cap. licet 14. in fin. de sent. excomm. in 6. l. Divus 24. ff. de testam. milit. l. un. C. si de moment. possess. fuer. appell. Gail. dilect. observ. 135. n. 4.* † At, 5 nonne hæc ratione privilegium de non appellando elusorium reddetur, cum quivis appellare volens, nullitatem prætendere queat? Non certè, † quia sententia, quæ vigore privilegii de non appellando in rem judicatam transit, statim executioni mandatur, quam nullitatis exceptio vel processus non impedit, nisi evidens & notoria foret, *l. ult. C. si ex fals. instr. l. si prætor. 75 vers. Marcellus ff. de judic.* † & sic privilegium de non appellando operatur, quod executio in continent, non attento nullitatis processu, fieri possit, Gail. *dilect. observ. 135. n. 7.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun wö vorgegeben wird/ ob hättet ihr hierdurch wider das Fürstl. Sachs. Privilegium de non appellando gehandelt. Dieweil ihr aber dennoch eure Klage bey dem Känsler. Cammergerichte zu Spener/ davor es sich aus der/ vor beuelten Känsler. Cammergericht an die Fürstl. Beumarische Regierung erhebt/ etw Ciation anschein lässt/ allein per viam simplicis querela und ex capite nullitatis anbracht/ ic. So habt ihr auch nach Gelegenheit disfalls dem obberührten Fürstl. Sachs. Privil. gio de non appellando zuwider nicht gehandelt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Privilegium de non appellando band tollit supplicationem ad Superiorem.*

**E**ademque est ratio supplicationis; nec enim per privilegium de non appellando, superioris auxilium supplicando saltem litigatores implorare prohibentur, præterim ex causa denegate justitiae, Christoph. Besoldus *in tract. de appell. cap. 2. n. 105. & seq. Hartm. Hartmann. tit. de appellat. observ. fin. Henning. Goden. Consil. 62. n. 3.* † Scilicet, quia diversa sunt remedia Appellatio & supplicatio: Ista enim iniquitatis vel imperitiae judicem priorem arguit, *l. 1. ff. de appellat.* † At hæc proprii erroris veniam, vel adversarii circumventionem implicat, *l. 19. ff. de minor.* † Unde & adversus sententiam à præfecto prætorio latam supplicare licebat, *l. un. C. de sent. prefett. prætor. licet ab eadem appellare haud concedebatur.*, *l. 1. ff. de offic. prefett. prætor.* † Et licet regulariter supplicatio fiat ad eundem, qui sententiam tulit, *l. 5. C. de precib. Imp. offic.* † Attamen etiam in Camerâ supplications recipi, testis est Mynsing. *Cent. 6. observ. 15.* † Planè, in aula Electoral Saxon. non admitti supplications contra sententias in eadem aula latas, propter remedium nempe Leuterationis & Oberleuterationis, quo Litigatoribus satis prospectum videtur, testatur Dan. Moller. *lib. 1. semistr. 38.*

Ita Domini in causa Henrici à Gorckenshenn/ Mens. Oct. Anno 1599. (Verba sent. Ob nun gleich die beiden Fürstenkämme Schweiß und Jauer Anno 1511. vom Könige Vladislao dergestalt privilegiert worden/ daß niemand von ihren Urtheilen und Erklärentissen vor J. Kön. Mcj. dero Erben/ nach kommende Könige in Böhmen/ oder andere Rechte ziehen/appelliren oder sich berufen/ sondern alle solche Züge/Appellations und Beruffungen/ wie dieselbe vorgenommen und geschehen möchten/ nichtig und krafftlos seyn sollen/ ic. Dieweil aber dennoch vermöge gemeiner geschrieb. n. u. Rechte auch in denen Gerichten/ da die Appellation nicht zugelassen/ den Partheyen

thehen/ so sich durch ein Urtheil beschwert befinden/ wann sie solcher ihrer Beschwerung erhebliche Ursach haben/ dieselbe an die hohe Obrigkeit supplicandi gelangen zu lassen unbenommen/ ic. So wird auch in ob bemeldten streitigen Sachen solche Supplicatio euch billich gestattet und nachgelassen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Sententia appellacionis judicio reformata, tota causa principalis ad judicem appellacionis devolitur, nec locum habet Remissio.*

- 1 Effectus appellacionis legitimè interpositæ & justificatae potissimum est, ut per eam sententia in inferiori judicio lata vel confirmetur, vel infirmetur & rescindatur, l. *prefecti* 17. ff. de minor. l. i. §. ult. ff. ad *SCium Turpill.* l. i. in pr. ff. de *appellat.* Matth. *Weisenb.* in *patat.* ff. de *appellat.* n. 10. Bartol. in l. i. in pr. ff. de *appellat.* n. 1. † Et si quidem judex appellacionis bene appellatum male judicatum pronunciaverit, tunc causa tota adjudicem appellacionis devolvitur, nec locum habet remissio. † Sed ipsem porro causa principali cognoscere debet, per text. in cap. *ut debitus* 59. in fin. extr. de *appellat.* Andr. Gail. lib. 1. *obseruat.* 131. n. 1. Dan. Moller. lib. 4. *semestr.* 42. Jacob. Schult. in *addit. ad Modest.* Pistor. part. 4. *quaest.* 149. n. 10. & seqq. Joach. Mynsing. cent. 4. *obseru.* 46. 4 post pr. † Quia scilicet is, qui appellantem semel gravavit, presumitur in posterum etiam cum gravare vellet, l. eos 6. ubi Bald. n. 1. C. de *appellat.* † cui alio modo haud commodius subveniri potest, quam omnimoda jurisdictionis inferioris suspensione, ut bene ad vertit Andr. Gail. *dict. obseruat.* 131. n. 2.
- 5 Ita Domini in causa Curatoris Valentini Hünerfelds Wittben contra Syndicen des Raths zu Friederichroda / ventilata in aula Vinariensi Mensis Sept. Anno 1613. (Verba sent. Dass die Appellation ihrer Formalien halber beständig/und an Ihr. Fürstl. Gn. zu gebührender Rechtfertigung erwachsen. Die Materialia belangende/ erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ dass in erster Instanz wohl appelliret/ würde nun Beklagte/ wie recht/ erweisen und darthun/ dass sie dasjenige/ was sie vermöge Churf. Sächs. Befehls/ welcher wegen Verwahrung und Verschließung der Klägerin Behausung an sie abgangen / und was sie sonstigen Amps halber zu thun schuldig gewesen/ gebührlichen verrichtet/ so bleibet sie gestalten Sachen nach mit der zuerkannten Erstattung des Verlusts billich verschont/ V. R. W.)

Et in causa Eckhardi und Siegfrieds von Domizzen contra Wolff Rüllingen zu Eüstrin Mensl. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Dass die Appellation in ihren Formalien beständig/ und zu gebührender Rechtfertigung an Ihr. Churf. Durchl. unsern gnädigsten Churfürsten und Herrn erwachsen; die Materialia belangende/ erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ dass in erster Instanz übel gesprochen und wohl appelliret/ derowegen ist Appellat Appellant die Zinsen von dem Capital der 700. fl. zu entrichten und abzustatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Sed confirmata sententia in judicio appellacionis causa ad judicem à quo remittitur.*

- 1 Si vero judex appellacionis pronunciaverit, bene judicatum male appellatum fuisse, † tunc causa ad judicem inferiorem remittitur pro executione prioris sententiae, cap. *ut debitus* 59. extr. de *appellat.* Andr. Gail. lib. 1. *obseru.* 131. n. 2. Mynsing. cent. 4. *obseru.* 46. Matth. Coler. part. 2. *decis.* 278. n. 3. † Cessat enim hoc casu præsumptio gravaminis in judice inferiore, cuius sententia a superiori confirmata fuit;
- 4 † Qui tamen ulterius in causâ, ad superiori per appellacionem devolutâ, procedere nequit, antequam facta fuerit remissio, Matth. Coler. *dict. loc.* † Quæ & tunc locum habet, quando sententia judicis inferioris in appellacionis instantia saltem explicatur vel de-
- 5

claratur, siquidem declaratio proprius confirmationi quam correctioni accedit, ut in aperto est.

Ita Domini in causa Curatorum Hausen Calixtens Wittben contra Martin Windlers Wittben und Tochter zu Dresden/ Mensl. Jun. Anno 1601. (Verba sentent. Dass die Appellation ihrer Formalien halber zu Recht beständig/ und dahero diese Sache an E. Fürstl. Gn. zu gebührender Rechtfertigung erwachsen/ so viel aber die Materialia anlangt/erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ dass in erster Instanz wohl gesprochen und übel appelliret/derowegen diese Sache billig zum vorigen Richter remittiret und verwiesen wird/ die Unkosten aber dieser Instanz werden aus bewegenden Ursachen gegen einander verglichen und aufgeschoben/ V. R. W.)

1. in causa Brix Mollenstedts contra Jacobum Henischew zu Eüstrin/ Mensl. Jan. Anno 1627. (Verba sent. Die Materialia belangend / erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ dass in erster Instanz wohl verabschiedet und übel appelliret/ derowegen diese Sache an vorigen Richter zur Execution hinwiederum billich remittiret wird; Inmassen wir (nomine scilicet judicis si prænuntiatur) so hiermit dahin remittiren und weisen/ V. R. W.)

Et in causa Daniel Gölticens & consort. contra die familiens von Wedel zu Eüstrin/ Mensl. April. Anno 1635. (Verba sentent. Dass die Appellation in ihren Formalien beständig und zu gebührender Rechtfertigung an J. Churf. Durchl. ic. erwachsen / die Materialia belangende / erscheinet aus den Acten allenhalben so viel/ dass in erster Instanz wohl verabschiedet und übel appelliret/ jedoch mit dieser Enderung/ dass/wofern Appellant den rückständigen Mühlens-Pacht an Körnern abstatten würde / er damit billich zugelassen / derowegen diese Sache an vorigen Richter billich remittiret wird/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Licet judex appellacionis remissionem disertis verbis in sententiâ exprimere haud obstrictus sit.*

1 Sed, num judex appellacionis bene in priori instantia judicatum & male appellatum pronuncians, 2 verbis semper expressis, disertis & conceptis causam ad judicem priorem remittere tenebitur? † Distinxit Andr. Gail. utrum Judex a quo detulerit appellacioni vel non: Et priori casu, si judex causam remittere velit, ut id verbis expressis faciat, necesse esse dicit; secus in posteriori casu, lib. 1. *obseruat.* 131. n. 3. & 4. quem sequitur Matth. Berlich. part. 1. *concl.* 50. n. 202. & Jacob. Schult. in *addit. ad Modest.* Pistor. 4. *quaest.* 149. n. 13. † Sed videtur mihi Gail. distinctione hac 3 rem nimis involvere, nec mentem ejus sati percipere possum. † Existimaverim potius, Remissionem 4 hoc casu nunquam omitti, quia eo ipso, quod judex appellacionis pronunciat, male appellatum, bene judicatum, facultas cognoscendi de causa principali ad judicem a quo revertitur, l. eos. 6. C. de *appellat.* † ut 5 proinde disertâ & verbis expressâ remissione opus non sit, cum nullibi ad hanc judex astringatur, † quantumvis sæpissimè judices illud observare ac remissionem verbis expressis exprimere soleant, Tufza Comm. opin. 23.

Ita Domini in causa Albrechten von Maltz und Consorten contra Dorotheen Hansen von Bombstorffs Wittben/ und Consorten/ an den von Eßen in der Nieder-Lausitz/ M. Febr. A. 1583. (Verba sent. Dass in erster Instanz wohl gesprochen/ und übel appelliret/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Hodiè in foro Saxonico nulla est alia poena temere appellantis, quam ut in expensis condemnetur.*

1 Jure civili appellantem, si in causa succumbat, ob interpositam appellacionem frustratoriam, incurrit poenam, expeditum est, l. eos qui 6. §. ne temere 2 & l. a. proconsulibus 19. C. de *appellat.* † Licet interpp. varient, quænam poena hoc casu veniat irroganda, ut videre est apud Matth. Berlich. part. 1. *concl.* 50. n. 206. & seqq. † adeò, ut plerique temere appellantem

lantem judicis arbitrio puniendum existimant per text. in dict. l. 5. §. 4. C. de appell. Matth. Coler. part. 1. decif. 131. num. 1. Christ. Zobel. part. 1. differ. 41. n. 22. & seqq. Benedict. Reinhard. part. 4. differ. 28.

4 † At dubio hæc res caret de jure Saxonico, ubi temerè appellans primò judici multam arbitriam solvit, deinde Scabinis, quorum sententiam tanquam injustam culpaverat, pœnam 30. solidorum luit, demum tertio in expensas causæ condemnatur, Landrecht. lib. 2. art. 12: vers. Der aber das Urtheil. Weichbild. art. 74. in pr. & ibi Gloss. n. 4. Lehrerecht. cap. 70. Matth. Coler. dict. decif. 131. n. 4. Berlich. dict. concl. 50. n. 212. Zobel. & Reinh. d. loc. † Nihilominus usu hodiè inolevit in foro Saxonico, ut temerè appellans duntaxat in expensas condemnetur, nec ullà alià pœnâ coérceatur, teste Matth. Wesenbec. in parat. ff. de appellat. n. 11. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 117. Johan. Zang. de except. part. 2. cap. 20. n. 9. † juxta dispositionem scilicet juris Canonici, in cap. ut debitus 59. sub fin. extr. de appellat. c. cum appellationibus s. cod. in 6to. Coler. part. 2. decif. 278. n. 2. Matth. Wesenbec. dict. loc. n. 11.

Ita Domini in causa Valentini & Christophori fratum à Wedel contra Christophorū Henningē & Confort. zu Cüstrin M. Mart. A. 1626. (Verba sentent. Wenn gleich die Appellation in ihren Formalien beständig/und zu gebührender Rechtsfertigung an J. Churf. Durchl. erwachsen/so erscheinet doch der Materialien halber daraus allenfalls so viel/ daß in voriger Instanz wohl gesprochen und übel appellaret/ derowegen wird diese Sache an vorigen Richter mit Erstattung der Unkosten dieser Instanz auf desselben Ermäßigung zur Execution bischlich verwiesen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Non habetur appellatio introducta pro deserta, priusquam coram judge appellationis contumacia appellantis propter non factam justificationem fuerit accusata.*

1 **Q**uomodo adversus appellantem & appellatum contumacem procedatur, dixi Constit. Elector. 2 preced. Def. 31. 32. 33. & 34. † Nec enim quoad contumaciā inter appellationem & Leuterationem, ulla existit differentia, ut appareat ex traditis in dict. Definitionibus. Vid. Hart. Pist. part. 1. qu. 1. n. 3. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 42. Modest. Pist. part. 3. quest. 119. Andr. Rauchb. part. 1. q. 1. n. 3. † Nunquam autem appellatio ipso facto absque judicis declaratione pro deserta habetur; Quid enim, si justa causa vel impedimentum legitimum appellanti subveniat, ejusque contumaciā purget? Non certè poena desertionis tūm locum habebit, sed potius aliis terminus ad justificandum, præfigendus erit, Dan. Moll. lib. 4. semestr. 32. n. 3. 4 † Ergo, Cognitio judicis super desertione appella-

tionis, ejusque declaratio præcedat, necesse est, nec Appellatio introducta pro deserta habebitur, antequam coram judge appellationis contumacia appellantis ab appellato in termino ad hoc præfixo accusata, & causâ cognitâ judex appellationem desertam declaraverit, Moll. dict. 32. n. 5. Zobel. part. 1. differ. 16. n. 5. Hart. Pist. part. 1. quest. 3. n. 13. Matth. Coler. part. 1. decif. 104. n. 24.

Ita Domini in causa Gregor Ehrenbergers contra Curatorem Annnd/ Samson Putschers Eheweibes zu Annaberg/ M. Septembr. Anno 1630. (Verba sententiz: Das Kläger vor allen Dingen Beklagtens Ungehorsam im Churf. Sächs. Ober-Hoff-Gerichte gebührlichen zu beschuldigen/und daselbst super desertione appellationis introducta mit ihm zu verfahren schuldig; Ehe und zuvor solches geschehen/ und darüber zu Recht erkannt worden/ mag in dieser Sachen weiter nichts verfahren werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*At super desertione appellationis nondum introducta ad judicem superiorem judex inferior à quo pronunciat.*

Cognoscit ergo tantum judex Superior super 1 appellationis desertione Defin. prec. † Sed hoc ita, si appellatio jam introducta & inhibitio judici à quo insinuata fuerit, quia post factam inhibitionem appellatio ad judicem superiorem devoluta dicitur, † ideoque nemo, nisi is, ad quem spectat causa, de ea cognoscere potest, l. ult. ff. de jurisdict. l. 3. & seq. G. cod. † Cateroquin, si inhibitio judici inferiori 4 nondum insinuata & ita appellatio haud justè introducta fuerit, nihilominus vel ob non justo tempore petitos apostolos, vel præsentationem legitimè haud factam, aliasve ob causas, appellantis contumaciā veniat accusanda, † tunc certè judex inferior, cuius jurisdictione ante inhibitionem suspensa non est, super desertione appellationis cognoscere & pronunciare debet, Clem. quamvis 2. de appellat. Andr. Gail. lib. 1. observ. 137. n. 3. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 118. Matth. Berlich. part. 1. concl. 50. num. 185. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 20. n. 7. & seqq.

Ita Domini in causa Jacobi & Henrici der Nyssel contra Sigismund Becken/ ventilata in Prætorio Lipsiensi, M. Jul. An. 1625. (Verba sent. Das die von Beklagtem eingewandte Appellation desert und erloschen/ und ist Beklagter Klägern die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Item in causa Johann Borckoffs contra Hansen Launingen zu Leipzig/M. Apr. A. 1632. (Verba sent. Das die eingewandte Appellation desert und erloschen/ und Appellant Appellaten die Unkosten dieses Termins auf richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Friderici Seppards von Pöhlau contra Abram Ham Herbsten zu Weissenfels/ Mense Septembr. Anno 1634. (Verba sententiz: Das die Appellation desert und erloschen/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XXI.

## PARTIS PRIMÆ.

## Von der Beweisung in der andern Instanß.

 Ist bisher in unsren Landen in Ubung gehalten/ daß anderweit Beweisung durch Zeugen über die vorigen Artikel/ derowegen in prima instantia Gezeugniß geführet/ oder auch super articulis directò contrariis nicht zugelassen worden. Dieweil dann solcher Gebrauch

Carpz. Definit. Vol. L.



Uod usitatum hoc usque in ditlo-  
nibus nostris fuit, ut ultra pro-  
bationes in prima instantia dedu-  
ctas, super iisdem vel etiam dire-  
ctò contrariis articulis, alii testes non admit-  
terentur, id cum juri tam Saxonico, quam  
Communi conveniat, deinceps quoque in-

Z

ju-

den gemeinen und Sächsischen Rechten gemäß/ judicando & respondendo volumus, ut ob-  
So wollen wir/ daß derselbe auch nochmals ge- servetur.  
halten und also gesprochen werde.

## DEFINITIONES.

1. *Probatio in prima instantia ob terminum elapsum perditam, in secundā Appellationis instantiā denuō suffici nequit.*
2. *Non satis probatā in primā instantia, per alios vel eosdem testes in appellationis instantia probari non possunt.*
3. *Neḡ super articulis prioribus directō contrariis in appellationis instantiā testes examinari queunt.*
4. *Super articulis tamen indirectē contrariis, testes in appellationis instantiā producti admittuntur.*
5. *Per instrumenta probari possunt in appellationis instantia ea, que sufficienter in priori instantia hanc probata fuere.*
6. *Admittitur nova probatio in appellationis instantia super articulis prioribus in causa dotis.*
7. *Super articulis prioribus in appellationis instantia nova admittuntur probationes, adversā parte consenteante.*
8. *In appellationis instantiā proponi possunt nova capitula, modo ab antiquis dependeante.*
9. *Nova capitula ab antiquis dependentia in appellationis instantia proponi & probari queunt, etiamsi consule in prima instantia fuerint permis- sa.*
10. *Exceptiones peremptorie in prima instantia omisse, nequeunt opponi in appellationis instantia.*

### DEFINIT. I.

*Probatio in prima instantia ob terminum preterlapsum perditam, in secundā appellationis instantiā denuō suffici nequit.*

1. **C**oncors equidem est Dd. sententia, in appellationis instantia probari posse ea, quorum probatio in priori instantiā litigatoribus injuncta, sed vel non suscepta, Bartol. Bald. Salycet. & Dd. in l. per banc 4. C. de temp. appell. † vel ob elapsū terminum, à judice præfinitum, deperdita est, Fel. in c. licet causam 9. n. 18. ext. de prob. Hart. Pistor. part. 4. quest. 24. n. 2.
2. **†** Attamen hoc neutiquā extendendum videtur ad eum casum, quo ipso jure municipali probationibus certus est terminus præfinitus, veluti est terminus probatorius in foro Sax. sex nempe septimanarum actuum dierum, Sup. Const. Elect. 16. Landr. lib. 1. art. 62. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 51. † Quo termino in primā instantiā præterlapsō, atque id probatione deperditā, certè in secunda instantiā denuō probatio non admittitur, Hartm. Pistor. dict. quest. 24. n. 4. † Quoniam termino hoc elapsō, fertur sententia, juris ulterius proponendi viam præcludens, à qua non potest appellari, l. si qua pena 244 ff. de Verb. signif. Felin. dict. loc. & in cap. pastoralis 4. n. 29. extr. de except. Nec datur contra terminum juris communis vel municipalis reparatio, † nisi probato impedimento, ut docet Bald. in l. diffamari 5. n. 5. in fin. C. de ingen. manumiss. † Quin & is, qui patitur labi terminum juris, videtur juri sui, quod intra illum terminum exercere poterat, renunciare, l. 1. §. quibus 10. ff. de success. edit. Gloss. in l. sega 24. de neg. gest. ut sic nullo modo in appellationis instantia ad jus probationis redire licet, Hartm. Pistor. part. 4. quest. 23. n. 54. & seq.
6. **†** Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Und wann the auch gleich in voriger Instanz Beweis geführet / und weil ihr dadurch euer Fürgeben wie recht nicht herbracht/antrengt in der Appellation-Instanz anderweit und kräftigern Beweis führen wollet; So wäret ihr doch damit nicht zulässlichen/und möchten weder vorige noch andere Zeugen auf die vorige Sach und Articul abgehört werden/ B. N. B.)

erit, ex constitutione manifesta Pontificis in Clem. ult. de test. Quæ constitutio etiam in foro Communī & Saxonico vigorem habet, quantumvis de jure civili aliud dicendum existimat Interpp. communiter, quos copiosè allegat Hart. Pistor. part. 4. quest. 24. n. 5. † Tum, quia nulla lex civilis expressè disponit, quod in causā appellationis licet super iisdem articulis testes producere: Quidni ergo standum esset dispositione manifesta juris canonici † cum tralatitium sit inter Dd. quoties aliquid secundum juris civilis rationes est controversum, & jure Canonico clarè decisum, quod tunc jure Canonico standum sit in utroque foro, Gloss. & Dd. in cap. 1. extr. de nov. oper. nunciat. Hartm. Pistor. dict. quest. 24. n. 6. † Tum, quia ratio hujus constitutionis Pontificis in dict. Clem. expressa, quod scilicet non minus in appellationibus, quam in causa principali subornatio sit timenda, æquè locum habeat in foro Saxonico, Daniel Moll. hic n. 1. † Tum, quod post publicatas attestations ulterior probatio non admittatur, Const. Elect. 16. part. 1. Hartm. Pistor. dict. q. 24. n. 8. † Tum, per text. clarum, in b. Const. 21. hanc sententiam in foro Saxonico luculenter probantem & confirmantem, quæ etiam ab Interpp. plerisque recepta est, Andr. Gail. obs. 105. n. 2. Matth. de Affl. dec. 216. in pr. Guid. Pap. decis. 14. & dec. 347. Jac. Mynsing. cent. 1. observ. 41. sub fin. Hartm. Pistor. dict. quest. 24. Roll. à Vall. vol. 2. confil. 45. n. 8.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Und wann the auch gleich in voriger Instanz Beweis geführet / und weil ihr dadurch euer Fürgeben wie recht nicht herbracht/antrengt in der Appellation-Instanz anderweit und kräftigern Beweis führen wollet; So wäret ihr doch damit nicht zulässlichen/und möchten weder vorige noch andere Zeugen auf die vorige Sach und Articul abgehört werden/ B. N. B.)

### DEFINIT. III.

*Neḡ super articulis prioribus directē contrariis in appellationis instantia testes examinari queunt.*

7. **N**on solum super iisdem articulis, qui in priori instantia exhibiti fuere, sed etiam super aliis, qui prioribus directē sunt contrarii, testes examinari prohibentur, b. Const. 21. vers. oder auch super articulis directō contrariis nicht zugelassen werden. Dan. Moll. n. 3. Aut. Consult. Conf. Sax. tom. 1. part. 3. q. 12. n. 4. † Rationem si scire cupias, dico, non minus hoc casu subornationem metuendam esse, ac si super articulis testes præsertim iisdem examinarentur, quam rationem potissimum considerat constitutio Pontificia in Clem. ult. de testib. † vel, quod in ap-

### DEFINIT. II.

*Non satis probata in prima instantia, per alios vel eosdem testes in appellationis instantia probari non possunt.*

1. **Q**uid verò, si quis intentionem suam, quam in prima instantia propositam testibus productis non probaverit, in appellationis instantia adeoque publicatis & deductis attestationibus denuō probare, eosdemque vel alias testes super iisdem articulis examinari facere velit? † Neutiquam audiendus

appellationis instantiâ iis tantum assertionibus & exceptionibus uti liceat, quæ, et si novæ sint, ab illis tamen oriuntur & conjunctæ sunt iis, quæ apud priorem judicem fuerunt compositæ, *i. per banc* 4. C. de tempor. appell. † Siquidem judeæ appellationis non potest cognoscere, nisi de quo cognovit prior judeæ, & quod per appellationem ad eum fuit devolutum, Bart. in l. 1. C. si advers. libert. Hartm. Pst. part. 4. q. 23. n. 18.

Ita Domini in causa Jeremid Sandbergers zu Annaberg/M. O&A. A. 1618. (Verba sent. Sendt ihr in Appellation-Sachen euch an einen/und Martin Gebharden andern Theils betreffend/ über gewisse Articul Zeugen abhören zu lassen vorhabens/darwider aber eure Widerpart protestiret / mit Fürmen den/das die übergebene Articul vorigen zuwider seyn. Ob nun wol sonst in der Appellation Instanz super articulis directo contrariis keine Zeugen abgehören/ und gelassen werden mögen/ &c.)

## DEFINIT. IV.

*Super articulis tamen indirecte contrariis, testes in appellationis instantiâ producti admittuntur.*

**N**olo tamen id aliter accipi, quād de articulis directo contrariis: † Cæteroquin, si articuli prioribus illis in prima instantiâ propositis, per indirectum saltem & per quandam consequentiam fuerint contrarii, super iis testes in appellationis instantiâ examinari posse, dixerim omnino cum Dan. Moller. bīc n. 5. † Tum, quia Conſtit. Electoralis b. 21. loquitur tantum de articulis directo contrariis, quod nempe super iis non possint testes in appellationis instantia examinari: Ergo ad articulos indirecte contrarios extendi b. Conſtit. non debet, quoniam Constitutiones Electorales ceu statutariz sunt strictè accipiendo, non verò extendenda, Jacob. Schult. lib. 2. pract. q. 65. n. 32. & seqq. Andr. Tiraquell. de lb. connub. Gloss. 2. num. 23. post pr. † Tum, quod Serenissimus Coſtituens se referat ad jus commune in §. Dietweil denn b. Conſtit. 21. At de jure Communi, super aliis & diversis articulis etiam per consequentiam & indirecte contrariis, in appellationis instantia testes admitti, convenient Dd. plerique, Proſp. Farin. de teſt. q. 75. c. 3. n. 139. & seqq. Johan. Campeg. de teſt. Reg. 269. vers. secundo fallit. Alb. de Malet. de teſt. c. 7. n. 114. † Quinam verò articuli directe aut indirecte dicantur contrarii, docet Specul. lib. 1. part. 4. tit. de teſt. S. fatis utiliter 8. n. 7. & seq. & Malet. dict. loc. n. 120. nempe, si quis probaverit in priori instantia aliquem promisso quid certo tempore in civitate Mediol. & postea in appellationis instantia probare vellet, illo ipso tempore promissorem non Mediolani sed Bononiæ fuisse, quod certè priori probationi per indirectum duntaxat esse contrarium, prout declarat Malet. dict. loc.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba sent. Da aber dennoch eurem Bericht nach/ selbige Beweis-Articul nicht ganz und gar/ sondern nur etwas und per consequentiam widerig warden/ &c. So würdet ihr damit in der Appellation-Instanz billich zugelassen/ und die Zeugen darüber abgehören/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Per instrumenta probari possunt in appellationis instantia ea, que sufficienter in priori instantia haud probata fuere.*

**E**T si super articulis, in priori instantia propositis, iidem vel novi testes nequeant examinari in appellationis instantiâ Supr. Defin. 2. † Attamen si appellator articulos per instrumenta probare velit in secunda instantia, cum admittendum putaverim-

cum Dan. Moll. bīc. n. 5. Marant. de ordin. jūdic. part. 6. de appell. n. 162. Salycet. in l. per banc 4. q. 5. vers. circa predictorum intelligentiam C. de tempor. appell. † Tum per text. cap. cum Johannes 10. exer. de fide instr. † Tum, quia Conſtit. Electoralis b. 21. non admittens novas probationes super articulis in prima instantiâ propositis, loquitur expreſſe de testibus, in verb. Dass anderweit Beweisung durch Zeugen. Secus ergo erit in probationibus, quæ fiunt per instrumenta, † quoniam constitutio statutaria non patitur extensionem, sed secundum literam strictè accipi debet, Jac. Schult. lib. 2. quest. pract. 65. n. 32. & seqq. † Tum, quia ratio prohibitionis, quod nempe in testibus subsit metus subornationis, Clem. ult. de ref. cessat omnino in instrumentis. † At dixeris, post publicatas attestations novæ probationes nec per testes, nec per instrumenta admittuntur, Supr. Conſtit. Elect. 16. Fateor equidem hoc, sed quia Conſtituens Illustrissimus bīc Conſtit. 21. de testibus duntaxat in appellationis instantia non recipientis loquitur, à sanctione d. Conſtit. 16. hoc casu recessisse videtur, † inhærens ea tenus dispositioni juris communis in l. per banc 4. C. de temp. appellat. præſertim cum ad jus commune se referat expreſſe b. Conſtit. 21. in verb. Den gemeinen Sachſischen Rechten gemäß.

Ita Domini in cauſa Georgii Guckesen zu Sangerhausen/M. Jul. A. 1595. (Verba sententia: Dass ihr euer Bruder Bürgermeister Hansen Guckesens Testament bey Prosequirung eurer wider das jüngst gesprochene Urteil eingewandten Appellation zu produciren wol befugt sendt/ und auch wol damit zugelassen werden/ und wenn euer Gegenheil mit seiner Notdurft darauff auch gehört/ und darwider nichts erhebliches vorzuwenden haben würde/ So würdet ihr darauff von desselben Klage und Zusprüchen billich entbunden/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Admittitur nova probatio, in appellationis instantia super articulis prioribus in causa dotis.*

**I**N foro Saxonico super articulis, in prima instantiâ propositis, testes novos in appellationis instantiâ vel propterea non examinare aut novas probationes producere licet, quia regulariter post terminum elapsum & publicatas attestations, probationes novæ non recipiuntur, Supr. Conſtit. Elect. 16. ubi Dan. Moller. n. 15. & seqq. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pst. part. 3. quest. 106. n. 8. † Sed cum multi reperiantur casus excepti, in quibus vel ex exactitate saltem etiam post terminum probatorium & didicita testificata, novæ probationes admittuntur, † veluti, in causa mercatorum, Felin. in cap. licet causam 9. extr. de probat. n. 18. Bartol. in l. si fidejussor. 29. §. quadam 4. ff. mandat. n. 1. aliisque plurimis, quæ copiosè congregavit Matth. Berlich. part. 1. concl. 40. † an non tum etiam in appellationis instantiâ probationes novæ admittendæ erunt? Ita omnino est, † prout bene sentit Dan. Moller. bīc n. 4. ubi in specie hoc tradit de causa matrimonii, in qua sententia contra matrimonium lata, nunquam transit in rem judicatam, quin retractari possit compertia veritate, c. lator. 7. consanguinei 11. extr. de sentent. & re judic. † Eadem pariter ratione, in causa dotis super articulis prioribus in appellationis instantia testes novos examinari, nil prohibet, † quia scilicet post elapsum etiam terminum probatio dotis illata admittitur, ex singulari favore, qui dotem perimi haud permittit, l. 22. ff. de testib. Anton. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 10. defin. 22. n. 4.

Ita Domini in cauſa Jacobi Heinzens contra Johan. Ammens Wittiben zu Lügden/M. Dec. A. 1614.

## DEFINIT. VII.

*Super articulis prioribus in appellationis instantiæ admittuntur probationes, adversa parte conscientie.*

- 1 **E**t si appellans intentionem suam, jam antea in prima instantiæ ventilatam, denuò in appellationis instantiæ probare & super articulis prioribus testes novos examinari facere nequeat, *Supr. Def. fin. 2. & 3.* † Secus tamen res se habet, si adversa pars in novam probationem consenserit, juxta tradita in simili ab Hert. Pistor. part. 1. q. 23. n. 13. † Procul dubio enim prohibitio de non recipiendis novis probationibus in appellationis instantiæ, super prioribus articulis, jus partium concerat. † Quidni ergo huic à partibus renunciari posset *l. pen. C. de paſt. Lpactum 40. ff. cod. tit. l. si judex circumvento 41. ff. de minor. Ant. Fob. in Codic. lib. 4. tit. 13. num. 4.*
- 2 **5** † Quod quando fit, de novo quasi partes in judicio experiri videntur, quod ex conventione sacere nullibi prohibentur.

Ita Domini in causa Jacobi Henigkens contra Ernestum Wagenigen zu Dessau / Mense Jun. Anno 1601. (Verb. sent. Dass die Appellation ihrer formalien halber zu recht beständig/ und weil Kläger und Appellat dabei sich erklärten/ dass er zufrieden/ dass die Sache vor der andern Instanz vorgenommen/ und der Beweis geführt werde/ ic. So wird mit Abhörung der Zeugen billich verfahren/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.I.

*In appellationis instantiæ proponi possunt nova capitula, modò ab antiquis dependeant.*

- 1 **P**eculiare appellationis interpositæ perhibetur beneficium, ut ea, quæ in prima instantiæ prætermissa vel non satis discussa fuerunt, proponere, eademque probare atque adeò non deducta deducere liceat utriusque parti, ex Const. Justiniani Imper.
- 2 **2** in *l. per banc 4. C. de temp. appellat.* † Quod quidem quoad capitula antiqua in priori instantia proposita, in foro Saxonico immutatum est, per h. Const. 21. quæ non permittit super articulos priores, vel intentionem jam antea propositam & ventilatam, ceu post terminum probatorium elapsum, novas fieri probationes, *Supr. Defin. 2.* † Sed super capitulis novis, quæ in prima instantia non fuere proposita, tamen in foro communi, quam Saxonico in secunda instantia novæ probationes rectè admittuntur, Hartm. Pistor. part. 4. qv. 23. Matth. Berlich. part. 1. concl. 51. n. 16. † Quod tamen non aliter intellectum velim, quam si capitula illa nova ab antiquis oriantur & dependeant, atque conjuncta sint illis, quæ apud priorem judicem fuere proposita, ut rescript.
- 3 **5** Imp. in *dict. l. per banc 4. C. de temp. appell.* † quoniam scilicet judex appellationis non potest cognoscere, nisi de quo cognoverit prior judex, & quod per appellationem ad eum fuerit devolutum, Bartol. in *l. 1. C. si advers. libert.* Hartm. Pistor. dict. qv. 38. n. 6 18. † Dicuntur autem dependere ab antiquis omnia illa capitula, quæ ex fundamento actionis, in prima instantia proposita emanant, † veluti si rei vindicatione simpliciter absque mentione tituli domini instituta, in appellationis demum instantia titulus aliquis allegetur & probetur, Bald. in *dict. l. per banc 4. n. 17. 18. & Salycet. n. 13. in fin.* † aut, si expensæ in appellationis instantia petantur, Hart. Pistor. dict. qv. 23. n. 29. † Sed planè nova censentur capitula, quoties in re ipsa, vel in actione diversitas aliqua subest, ut si in prima instantia ex commodato actum fuerit, in appellationis autem instantia appellans ex vendito velit experiri. Qui certè propter novitatem capituli ex fundamento actionis non dependentis, neutiquam audiri debet, *Vid. Hart. Pistor. dict. qv. 23.* ubi id fusius declarat.

Ita Domini in causa Hansen Volerachs zu Wurzen/ Mense April. A. 1624. Verba sent. Ist euch durch Urtheil und Recht auferlegt worden/ Martin Raben das Pferd/darum er euch/ als ob es sein eigen wäre/ in Anspruch genommen/ wieder zu geben/ demnach ihr aber solches allbereit etliche Jahr gehabt/ und daher euch mit der Præscription zu behelfen/ sendt ihr dieselbe bei Justificirung eurer eingewandten Appellation einzuwenden vorhabens. Ob nun wol sonst in der Appellation-Instanz dergleichen Prætensiones, so aus der angefallen Klage herrühren/ oder zu Abwendung derselben dienlichen/vorbrachte und getrieben werden können/ ic.)

## DEFINIT. IX.

*Nova capitula ab antiquis dependentia in appellationis instantia proponi & probari queunt, etiam si consultò in prima instantia fuerint pretermisso.*

**A**nergò appellationis beneficium, quod alias 1 adicitur præsidium innocentiae & relevatio gravaminis, negligientiae & malitiæ litigiorum indulsum existimabimus, quo nempe ea, quæ consultò & negligenter prætermiserunt, beneficio *l. per banc 4. C. de tempor. appell.* in appellationis instantia propone vereant? Quod certè iniquum videtur, † cum 2 quilibet culpæ suæ pœnam pati debeat, arg. *l. qui bona fide 13. §. cum inter 2. ff. de damn. infect.* nec indulgendum sit malitiis *l. in fundo 38. ff. de Rei vendicat.* † Unde nec appellatio rescindit gravamen, quod 3 quis suo facto & negligentia sibi ingerit arg. *l. sed et si suscepit 52. ff. de jud. l. argentarius 10. §. cum autem 3. ff. de edendo.* † Commovit hæc res Interpp. quosdam, ut beneficium *dict. l. per banc 4. C. de tempor. appell.* ad ignoranter prætermissa restringendum putaverint, cum Gloss. in cap. ad audi. i. m. 31. verb. in irritum in fin. extr. de rescript. & Bald. in *l. ita demum 13. n. 2. C. de procurat.* Sed vereor, † ne generalitas 5 *dict. l. per banc 4. C. d. temp. appell.* respuat illam restrictionem: nec enim Imperator in *dict. loc.* distinguat, utrum scienter sive dolosè, an verò ignoranter quis prætermiserit aliquid; Quidni ergo verba Imperatoris generaliter intelligi deberent? *l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præstat. l. 8. ff. de publ. in rem act.* † Quod & facit text. in cap. exceptionem 12. extr. de 6 except. ubi dicitur, malitia in differendo commis- sam non præcludere alicui viam proponendi, sed hanc solam pœnam mereri, ut quis expensas refun- dere teneatur: † Veluti etiam malitiosè in prima instantia prætermissa, in appellationis causa propone posse, docet post Felin. in cap. ad audi. i. m. 31. extr. de rescript. n. 14. aliosque, quos allegat Hartm. Pistor. part. 4. qv. 23. n. 45. & seqq. ubi id latius perse- quirut. † Nec obstat, quod hæc ratione malitiæ ac 8 negligientiae tergiversantis subveniatur, quippe qui restitutio expensarum retardati processus satis co-rectetur, *dict. cap. exceptionem 12. extra de except.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun wol sonst in der Appellation-Instanz dergleichen prætensiones, so aus der angefallen Klage herrühren oder zu Abwendung derselben dienlichen / unangesehen dieselbe wissenschaftlichen zwor verschwiegen werden/vorbrachte / und getrieben werden kön- nen/ ic.)

## DEFINIT. X.

*Exceptiones peremptorie in prima instantia omisse nequeunt opponi in appellationis instantiæ.*

**Q**uod dicitur, prætermissa in primâ instantiâ proponi posse in appellationis instantia, *l. per banc 4. C. de temp. appell.* Defin. præced. Id locum habet duntaxat in his, quæ in prima instantiâ post item demum contestatam proponi potuissent, † non etiam in illis, quæ ante hanc debuissent expediri, ut patet ex *l. ita demum 13. C. de procurat.* † cui conse- quens, dilatorias exceptiones, quas ante item con- testa-

testam opponere necesse est, l. exceptionem 19. C. de probat. l. ſiquidem 9. & l. pen. C. de except. Supr. Conſt. Elect. 3. Si in prima instantia prætermiſſa fuerint, in appellatione non admitti, ut bene docet. Hartm. Pift. part. 4. q. 23. n. 3. † Nempe, quia appellatio reducit causam in eum statum, in quo fuit lite jam contestata, non autem ad eum statum, in quo fuit ante item contestata, ut notant post Bart. Dd. in l. ita demum 13. C. de procurat. Hart. Pift. dict. qv. 23. n. 3. Cravett. confil. 20. n. 6. & confil. 335. n. 3. Andr. Gail. lib. 1. obſerv. 144. n. 1. † Neque aliud dicendum existimaverim de exceptionibus peremptoriis, quippe quæ in ipſa litis contestatione opponi debent, d. l. 9.

vers. habitâ exceptionis contestatione & l. prescriptio- nem 8. C. de except. Ordin. process. judic. Elect. Sax. tit. 11. §. Es foll aber auch. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 26. n. 34. & seqq. † nec poft literi contestata admittuntur, dict. tit. 11. §. Es foll aber auch. Supr. Conſt. Elect. 3. defin. 13. † Ergo multò minus in ap- pellationis instantia poterunt opponi, ut notabiliter scriptit Hart. Piftor. dict. queſt. 23. n. 58.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſen. Die weil aber dennoch die angeführte excepcio præscriptionis peremptoria ist/welche ſo bald bei der litis contestatione hätte ſollen oppo- niert werden/ſo aber von euch nicht geschehen/ie. So ſind ihr auch nun mehr in der appellation-inſtantz euch derselben zu ge- brauchen nicht berechtigt/B. R. W.)

## CONSTITUTIO XXII.

### P A R T I S P R I M Æ.

#### Ob das Juramentum purgationis in cauſis civilibus, ex officio dem Beklagten könne außerlegt werden?

**S**wohl das Juramentum purgationis fürnemlich in peinlichen und in Ehesachen/ aus Richterlichem Amt/ da es gleich nicht gebeten/ dem Beklagten/ wo ein rechtlicher Verdacht wider ihn ausgeführt/ kan außerlegt werden/ So hat es doch Zweifel/ob ſolches aus bewegli- chen Ursachen/ auch in cauſis Civilibus geſche- hen könne? Man hat ſich aber verglichen/ daß iuſta ex cauſa in Civilibus ſolches juramentum ex officio, ein Richter befugt ſeyn foll zu erken- nen/ als wenn der Kläger hätte einen großen Verdacht bewiesen/ und es wären gröſſere Ursachen/ das Juramentum purgatorium als ſup- pleto rium zu ſprechen/ So ſolte dem Beklag- ten dieser End in ſolchen und dergleichen Fäl- len zuerkannt werden/ darbey wir es auch bleiben laſſen.

### D E F I N I T O N E S.

1. Locum habet juramentum purgationis in cauſis cri- minalibus, quando adſunt ſufficientia indicia, nec deveniri potest ad paenam corporis affliſtiām.
2. In actione injuriarum criminaliter intentatā Reo in- jungi potest juramentum purgationis.
3. Sicut etiam in cauſis matrimonialibus.
4. Confefſio ſupri facit indicium ſufficiens ad jura- mentum purgationis.
5. Ex præumptionib⁹ & indicii ſupri, deferri potest juramentum purgationis ſuper ſuprum & ma- trimonio promiſſo.
6. Ignorantia, que in animo alicuius conſiſtit, jura- mentum purgationis probanda est.
7. Emptores verum furtivarum ignorantiam praen- dentes juramento ſe purgare tenentur.
8. Res furto ablata juramento Domini debet aſtimari.
9. Qui negat ſe rem babere, quam tamen babere pre- sumitur, juramento ſe purgare tenetur.
10. Ad excludendam tacitam remiſſionem non creditur conjugi pretendentī ignorantiam adulterii à conji-

- ge perpetrati priusquam jurato eam obtinuerit.
11. Necellaria defenſio quandoq; juramento Rei purga- torio probatur.
12. Peritis in arte ſua non niſi juratis credendum eſt.
13. In cauſis etiam civilibus tuō quandoq; imponitur juramentum purgationis.
14. Succedit juramentum purgationis, quando locus non eſt juramento in ſupplementum.
15. Juramentum purgationis, etiam à parte non peti- tum, ex officio judicis imponitur.
16. Reus, cui juramentum purgationis fuit injunctum, il- lius evitandi cauſa ad probationem admittitur.
17. Præſcio juramento purgationis, Reus definitivè abſolvi debet.
18. Juramentum purgationis Viro & mulieri ſimul in- junctum, prius à Viro præſtari debet.
19. Juramentum purgationis in loco judicii publico de- bet præſtari.
20. Jusjurandum purgatorium novas conorārias pro- bationes ſemper admittit.

### D E F I N I T. I.

Locum habet juramentum purgationis in cauſis cri- minalibus, quando adſunt ſufficientia indicia, nec deveniri potest ad paenam corporis affliſtiām.

gationis, quippe quod in odium hominum maleſico- rum adinventum fuit, ne gravati indicis & præsumptionib⁹, ad condemnandum insufficientibus, prorūſus absolvantur, ſed conſcientiam ſuam per jura- mentum purgare teneantur, c. ult. extr. de jure juri. c. ex tuarum 8. c. ult. extr. de purg. canon. l. ubi 22. C. ad leg. Cornel. de fals. l. ult. C. de abolit. Joach. à Beuſt.

- in l. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 148. Petr. Heig. part. i. quest. 40. n. 25. Welenb. ad Johan. Schneidew. Inst. de publ. judic. in pr. n. 10. Fulv. Pacian. lib. i. de probat. c. 7. n. 14. Quod & disertis verbis probatur.
- 2 b. Constit. 22. in pr. † Attamen non indifferenter. judex properare debet ad juramentum hoc purgationis, alias certe nunquam in criminalibus ad torturam deveniri posset, sed arbitrio & discretioni judicis prudentis committendum, quando hoc mediò ad 3 eruendam veritatem uti tutum existimet. † Quod omnino erit necessarium in criminalibus iis, quorum poena corporis afflictiva non est, nec taliter qualificata, ut tortura, vel territio cum preparatoriis torturæ indicit queat, de quo dixi in Pract. crimin. part. 4. 3. quest. 19. † vel etiam, si indicia ad torturam sufficientia non adsit in criminalibus etiam gravioribus, quæ tamen indicia ad juramentum purgationis imponendum sufficere videntur, Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quest. 63. n. 4. Petr. Heig. dict. quest. 40. n. 32.
- 5 † Nec enim putandum est, absque indicis & presumptionibus deveniri posse ad juramentum purgationis, quin potius ex defectu indiciorum verisimilium Reus absolvendus, quam juramento erit gravandus, b. Const. 22. vers. Wo ein rechtlicher Verdacht wider ihn ausgeführt. dict. c. ex tuarum 8. extr. de purgat. canon. l. ult. §. 4. C. de his qui ad Eccl. confug. Autb. novo jure C. de pan. jud. qui male jud. l. 26. §. ult. in fin. C. de usur. l. ult. §. 10. C. de jur. delib. Johan. Schneidew. ad §. item si quis postulante 11. n. 31. & 32. Inst. de action. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 7. n. 1. & 11. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 34. q. 6. num. 34. Heig. dict. quest. 40. n. 34.

Ita Domini in causa Petri Kinastens zu Schweinitz/ Mense Jun. Anno 1603. (Verba sentent. Ob wohl wider den gefangenen Kleinschmieds. Gefallen von wegen des verdächtigen Diebstahls so viel nicht ausgeführt/dass etwas peinliches wider ihn vorzunehmen. So erscheinet doch aus der Zeugen Aussage so viel/ dass er vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und dass er den artikulierten Diebstahl selbst nicht begangen noch begehen helfen/noch ihm etwas darum bewusst sein/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff seiner Straffe halber ferner was recht ist/ B. R. W.)

Et in causa peinlichen Anklagern des Raths zu Halle/ contra Hansen Niemerten daselbst/ Mense Aug. Anno 1601. (Verba sentent. Dass Ankläger dasjenige/ so ihm zu beweisen auss erlegen/ und er sich angemasset/ wie zu Recht grusam nicht bewiesen hat. Dervorwegen mag auch Angeklagter von wegen der an Sebastian Donathen begangenen Entleibung/ an Leib oder Leben nicht gestraffet werden/ Es erscheint aber sonst aus den acten so viel/ dass er auf vorhergehende Bewilligung der hohen Obrigkeit des Landes ewiglich billich verwiesen wird. Er könnte dann vermittelst seines leiblichen Endes erhalten und schweren/ dass er dem verstorbenen Sebastian Donathen die an ihm befundene Beschädigung nicht zugesetzt/ damit würde er billich gehörer/ und erginge alsdenn darauff ferner was recht ist/ B. R. W.)

#### DEFINIT. II.

In actione injuriarum criminaliter intentat. & Reo injungi potest juramentum purgationis.

- 1 Etsi in actione injuriarum criminaliter ad paliam institutum locum non habeat delatio juramenti judicialis, ut demonstravi in pract. Crimin. part. 2. quest. 95. n. 67. & seqq. Dan. Moller. ad Const. Elec. 42. part. 4. n. 15. & seq. ubi Reinh. Rosa. Matth. Col. part. 1. decis. 141. n. 7. & seq. Ernest. Cothman. 2 vol. 2. consil. 82. n. 98. & seqq. † attamen quin juramentum purgationis Reo injuriarum sive civiliter, sive criminaliter convento à judice imponi queat, dubitandum non est, l. furri accipe 6. §. sed et si jure-jurando 4. ff. de his qui not. inf. l. non damnatos 18. vers. quod si jurejurando C. ex quib. cauf. infam. irrog. Dan. Moll. dict. const. 42. n. 6. vers. de juramento vero

purgationis. Petr. Heig. part. i. quest. 40. n. 33. Andr. Gail. lib. 2. observ. 106. n. 1. & seqq. † Etenim, si in aliis causis criminalibus locus sit juramento purgationis, ut dixi Defin. praeced. non certe video, cur in causa injuriarum criminali aliud debeat obtinere, modo sufficientes contra Reum militent presumptiones & indicia, Petr. Heig. dict. quest. 40. n. 33.

Ita Domini in causa Valentini Zehlfelders zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1597. (Verba sentent. Ob nun gleich vorbeimeldter Zehlfelder solcher injurien nicht geständig seyn wollen: Dieweil aber dennoch Caspar Steiger auf vorgehenden gewöhnlichen Zeugen-End ausgesagt/ dass er angeregte injurien von gebachten Zehlfeldern gehärt/ sc. So erscheinet dar aus so viel/ dass sich mehr erwähnter Zehlfelder vergütet sei. nes leiblichen Endes zu reinigen/ und dass er obbeniente Worte nicht geredet/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches also oder nicht/ so ergehet darauff ferner was recht ist B. R. W.)

#### DEFINIT. III.

Sicuti etiam in causis matrimonialibus.

N On potest deferri juramentum judiciale negativum contra matrimonium, Joh. Schneidewin. ad §. item si quis postulante, n. n. 26. & seq. Inst. de action. Andr. Gail. lib. 2. observ. 94. n. 13. & seqq. Joach. à Beust. ad l. ait prætor. 3. ff. de jurejur. num. 6. & seqq. † ne scilicet in potestate partium sit dissolvere matrimonium, ut dixi Supr. Constit. Elec. 12. Defin. 29. † Nec locus est in causa matrimoniali juramento necessario sive in supplementum, c. mulier. 34. extr. de jurejur. ne Reus nolens volens, si actor ju raverit, in matrimonium detrudatur contra libertatem matrimonii, ut dicam Const. seq. Defin. 10. Jafon. in l. admonendi 31. ff. de jurejur. in repetit. n. 277. Petr. Heig. part. 2. quest. 16. n. 26. & seqq. † Utroque 4 igitur casu succedit juramentum purgationis, ne Reus simpliciter absolvatur, sed deterritus juramento purgationis, matrimonium, quod actor contractum dicit, fateatur atque in illud consentiat, b. Constit. 22. in pr. verb. Ob wohl das juramentum purgationis fürneinlich in Peinlichen und in Ehesachen kan auferlegt werden/ sc. Joh. Schneidew. ad dict. §. item si quis postulante 11. n. 32. Moll. bsc. n. 10. Petr. Heig. part. i. quest. 40. n. 25. in pr. Henr. Göden. consil. 94. n. 12. & consil. 92. n. 10.

Ita Domini in causa Michael Moritzens zu Mühlhausen/ Mense Oct. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch damals eure Schwester die Klage mit solcher Bedingung/ wofern ihr Bruder damit zufrieden wäre/ gestanden/ darauf ein Urtheil publicirt/ und Klägern das Juramentum purgationis auferlegt worden/ sc. So wird er zu solchem Ende nochmals billich zugelassen/ sc.)

#### DEFINIT. IV.

Confessio stupri facit indicium sufficiens ad juramento purgationis.

N Unquam locus est juramento purgationis, si non præcesserint indicia & presumptiones sufficientes, Supr. Defin. 1. † Ergo nec in causa matrimoniali absque indicis ad juramentum purgationis erit properandum, Petr. Heig. part. i. q. 40. n. 25. Sed num solam stupri imprægnationis confessionem sufficiens indicium ad jurandum de non promisso matrimonio existimabimus? † Omnipotens 3 cum Joach. Beust. de spons. c. 47. ubi ait in Proto-Synedrio Dresdensi ita pronunciari. Sicut enim nemo præsumitur jactare vel projicere bona sua, l. cum de indebito 25. ff. de probat. † ita nec virgo 4 censemur stupratori concessisse florem Virginitatis decerpere, absque facta spe de ineundo matrimonio, Alex. Trentacing. lib. 3. resolut. de matrim. num. 2. † Et capienda est conjectura pro matrimonio, quod cognoscens aliquam cognovit eam tanquam futuram uxorem, non causa libidinis,

dinis, ad tollendam fornicationis presumtionem., c. is qui fidem. 30. de sponsal. Andr. Fach. lib. 3. con- 5 trop. 29. † Quin & cum id ipsum in animo stuprato- ris consistat, juramento ejus committendum erit., Nevitz. in sylv. nupt. lib. 2. n. 121. Contrariam sent. amplectitur in Ipr. Const. 1. lib. 3. tit. 4. def. 47. nec non Decis. Elect. nov. 81.

Ita Domini in causa M. filii H. M. zu Großpadden M. Oct. A. 1620. (Verba sent. Ob nun wol beniemter G. S. nicht ge- ständig/ daß er euch iemahls die Ehe versprochen / auch seine Eltern ihren Willen und Consens darzu nicht geben wollen; Dieweil er aber dennoch nicht in Abrede seyn kan/ daß er euch fleischlichen erkannt/ inmassen er sich denn erbosten wegen der Schwangerung und des Kindes Alimenten sich mit euch abzu- finden/ euch auch albereit eine Tasche und Gürtel gekauft/ ic. So erscheinet daraus allenhalben so viel/ daß berührtter Ge- org Schmiedt vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß er euch die Ehe nicht versprochen / zu schweren schuldig; Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff ferner was recht ist/ V. R. W.)

Et in causa C. T. contra I. F. zu Greiz/ M. Sept. Anno 1625. (Verba sent. Ob nun wol Beiflagter J. F. der jugesagten Ehe nicht geständig seyn will/ ic. Dieweil aber dennoch berührtter J. F. nicht in Abrede seyn kan/ daß er mit E. T. fleischlichen zu thun gehabt/ und sie geschwängert/ ic. So ist er vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß er vorgedach- ter E. T. die Ehe nicht versprochen/ zu schweren schuldig; Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Ex presumptionibus & indiciis stupri deferri potest  
juramentum purgationis super stupro simul &  
matrimonio promisso.*

Cum stuprata adversus stupratorem de promisso sibi matrimonio experiebatur, stuprator vero utrumque & stuprum & matrimonii promissionem negabat, propositis ab actrice conjecturis & presumptionibus de dolo stupro ad juramentum purgationis sufficientibus, † placuit Dominis, super utroque stupratori jusjurandum purgationis deferri. Rectissime sancti, si enim confessio sola stupri indicum facit promissi matrimonii accidente stupratæ assertione, ut dixi Def. preced. † certè per consequentiam quandam necessariam, ex indiciis stupri urgentibus promissio matrimonii etiam presumenda erit, ut proinde super utroque Reum ad jurandum adi- 4 re haud absurdum sit; † Idq; eo minus, quo major habetur favor matrimonii ejusque probandi difficultas, quæ facit, ut quandoque etiam leviores presumptiones admittantur, quæ alioquin non admitterentur, juxta tradita Anton. Fabr. in Codic. lib. 14. defin. 8.

Ita Domini in causa E. B. contra H. B. zu Urnshausen/M. Jul. A. 1622. (Verba sent. Daraus so viel zu besinden/ daß Be- flagter H. B. vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß er E. B. weder fleischlichen erkannt / noch die Ehe versprochen/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Ignorantia, qua in animo alicuius constat,  
juramento purgationis proban-  
da est.*

Etsi non negaverim, ex variis conjecturis de- 1 Egnorantiæ alicuius constare posse, quin & in- genere per conjecturas & presumptiones ignorantiam probari, c. si qui à Simoniacis 108. caus. 1. q. 1. & c. sicut 25. extr. de accus. Bald. in l. 1. n. 10. ff. de lib. 2. † probatio tamen hæc plena non est Jos. Mascard. de 3 probat. vol. 2. concl. 880. n. 1. † Æquissime ergo jus- jurandum purgationis imponitur ignorantiam prætententi, deficientibus præsertim conjecturis & præsumptionibus, quo conscientiam suam ab omni sci-

entia liberet atque purget, c. nullig. extr. de elect. in 6to. c. Pastoralis 4. extr. de except. Felin. in c. quos- dam 7. ingloss. 1. extr. de presump. Petr. Heig. part. 1. quest. 40. n. 20. † Habet enim is, qui allegat igno- 4 rantiam, contra se militantem præsumptionem, quæ sola sufficiens videtur ad deferendum jusjurandum purgationis, ut multis docet Heig. dict. quest. 40. n. 4. &c. † Quin & ignorantia in animo consistit, 5 adeoque ex numero est eorum, quæ juramento probari debent, Bartol. in l. inter omnes 46. §. recte 7. n. 2. ff. de furt. Andr. Gail. lib. 2. observ. 48. n. 24. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 881. n. 2. Anton. Gometz. in fin. Inst. de action.

Ita Domini in causa Hansen Salomons von Eisenach zu Sangerhausen/ M. Febr. An. 1607. (Verba sent. So ist des Gefangenem N. N. sein Fürwenden / daß er nemlich nicht gewußt/ daß das gefangene Weib/mit welcher er zu schaffen gehabt/ ein Ehemann gewesen/ sondern er sie vor eine ledige Bettel und gemeine Dirne gehalten/ vermittelst seines leiblichen Endes zu erhalten und zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff seiner Straße halber was recht ist/ V. R. W.)

B. in causa Andreæ Bohmens zu Reichenbach/ M. Sept. An. 1618. Verba sentent. Würde der Gefangene N. N. schweren/ daß er nicht anders gewußt / als daß des verwiesenen Ehemanns Mann tot wäre / und also seine Unwissenheit Endlichen erhalten/ inmassen er zu thun schuldig; So ergiengte darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Emptores rerum furtivarum ignorantiam pre-  
tendentis juramento se purgare te-  
nentur.*

Ex eadē pariter ratione concludendum, † quod 1 Emptores rerum furtivarum, ignorantiam præ- 2 tendentes, jurare teneantur, se non scivisse res em- 3 ptas fuisse furto subtractas, ad hoc, ut poenam eva- 4 dant, † quæ alias emptoribus rerum furtivarum so- 5 let irrogari, l. 2. l. 5. C. de furt. de quæ dixi in Practi- 6 ca criminali part. 2. quest. 87. n. 54. & seqq. † Præ- 7 sumitur enim scientia in mente rem furtivam, præ- 8 sertim si eam clam emerit, Prosp. Farin. part. 7. oper. 9 crimin. qu. 177. n. 25. Joh. Sich. in l. in civilem 2. n. 6. C. de furt. Salycet. in l. civiles 5. n. 5. C. eod. tit. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 831. n. 16. † Con- 10 trarium ergo si emptor asserat & ignorantiam præ- 11 tendat, obstrictus est eam probare, quod solo jura- 12 mento purgationis fieri potest, Defin. preced. Petr. Heig. part. 1. q. 40. n. 11. † quamvis non negem, con- 13 currentibus aliis ac fortioribus indiciis scientiæ, hoc casu emptorem ad eruendam veritatem torturæ sub- 14 jici posse, ut demonstravi in Pract. crimin. dict. quest. 87. n. 68.

Ita Domini in causa Christophori Müngens zu Bernstein M. Jul. A. 1621. (Verba sentent. So ist Christoph Müngze ver- mittels seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß, er die verzeichnete Sachen nicht wissenschaftlich/ daß sie gestohlen gewesen/ an sich gekauft/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet olsdann darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Res furto ablata juramento Domini de-  
bet affimari.*

Juramentum purgationis multum & ad varios ca- 1 sus se extendit † adeo ut generaliter scripsit. 2 Paul. de Castr. allegatus à Petr. Heig. part. 1. quest. 40. quando contra aliquem est suspicio & non urgente conjecturæ; stari ipsius juramento ad purgationem: † Ex quod fit, quod etiam Emphyteuta quan- 3 titatem pretii rei emphyteuticæ venditæ juramento manifestare compellatur, † & qui jure retractus uti 4 vult, jurare, se suo nomine detrahere, ut tradit Petr. Heig.

- 4 Heig. dict. quest. 40. n. 12. & seqq. † Quò & refero estimationem rei furto subtractæ, quam Dominus juramento suo obtinere debet, l. si quando g. C. Unde 5 vi. cap. ult. extr. de bis que vi metusvæ caus. † quod juramentum in effectu jusjurandum purgationis est, quia Dominus eo se purgare videtur ab enormi & injustâ estimatione rei furto subtractæ, cui juramento in dictamine pœnæ præcisè standum est, Aegid. Boss. in tit. de Rapina n. 30. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. furtum n. 18. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 208. n. 2. Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 471. n. 32.

Ita Domini in causa Quæstoris Delitianus, M. Jan. Anno 1626. (Verba sent. Da nun der Buchführers. Geselle mit seinem leiblichen Ende bestärken würde/ daß die ihm gestohlene Sachen/ so viel er angegeben/ ihrem Werth nach würdig gewesen/ ic.)

Et in causa Quætoris in Sachsenberg/ M. Jan. Anno 1612. (Verba sent. Da nun gedachter B. N. seinem im Amt gehaltenen Bericht/ indem er ausgesagt/ daß seine verlohrne 8. Schafwölfer/ darüber 6. tragende Schafe und 2. Lämmer/ zum wenigsten 15. fl. würdig gewesen/ mit seinem leiblichen Ende/ daß neulich dieselbe so viel werth/ und also theuer verkauft/ und gelöst hätten werden können/ beträftigen und erhalten würde/ ic.)

#### DEFINIT. IX.

*Qui negat se rem habere, quem tamen habere presumitur, juramento se purgare tenetur.*

- 1 Quotiescumque ex præsumptione juris constat, ad aliquem rem pervenisse, is verò se eam habere negat, locus est juramento purgationis, quò se à præsumptione illà liberet, Pet. Heig. part. i. quest. 40. n. 4. Ex quò fit, † ut heres ejus, apud quem constabat, rem fuisse, negans possessionem, juramento se purgare obstrictus sit; Nam quia juris præsumptio est, † omnia quæ apud defunctum fuerunt, ad heredem pervenisse, l. i. & seq. ff. de fidejuss. tutor. l. omnia 193. ff. de reg. jur. ad restitutionem heres tenebitur, † nisi per juramentum se purget ab ista præsumptione, Heig. dict. loc. n. 8. & 9. quamvis dissentiant Bartol. in l. omnes 46. §. recte 7. de furt. Anton. Natt. lib. 2. consil. 238. n. 9. 10. Jac. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præf. 77. n. 3. & seq. Pariter, † quando ex suspicione aliquà conjicitur, rem litigiosam ad aliquem pervenisse, isque se eam habere neget, cogitur certè juramento præstito conscientiam suam manifestare, l. presenti 6. §. cum autem 3. vers. sicubi deposita C. de bis qui ad Eccles. confug. l. prætor ait 4. §. sed si servus 3. ff. de edend. Petr. Heig. dict. qu. 40. n. 2. Jacob. Menoch. de præf. lib. 6. præsumpt. 61. n. 7.

Ita Domini in causa Hansen Glixens zu Pforzheim/ M. Junio, Anno 1616.

Item in causa Ottonis à Maschwitzens auff Lössa/ M. Sept. Anno 1595.

In causa Hansen und Wolffen der Spetner zu Leipzig/Mens. April. A. 1576.

Item in causa Andreæ Lehmanns zu Mugeln/ Mens. Octobr. Anno 1601.

Et in causa Andreæ Weidmans zu Schwarzenberg/M. Oct. Anno 1629.

#### DEFINIT. X.

*Ad excludendam tacitam remissionem non creditur conjugi prætendentî ignorantiam adulterii à coniuge perpetnari, priusquam jurato eam obtinuerit.*

- 1 Cum ex copulâ carnali inter conjuges præsumatur remissio adulterii à maritô vel uxore commissi, † multum certè interest conjugis adulteri, post perpetratum delictum copulam conjugalem intercessisse, quò pœnam gladii evitare queat, ut dixi

in Praet. crim. part. 2. quest. 55. n. 40. & seqq. Dan. Moller. ad Conf. Elect. 19. n. 12. part. 4. Virgil. Pingitzer. quest. 57. n. 4. † Quæ tamen copula non justificat adulterum, si innocens conjunx inscius adulterii perpetrati, nocenti cohabitaverit, juxta l. si uxor 13. §. ult. ff. ad leg. Jul. de adult. Nicol. Reusn. lib. 4. decif. 5. n. 106. Virgil. Pingitzer. dict. quest. 57. n. 4. † Neque enim remitti potest delictum ab eo, qui prorsus id ignorat. † Ergo, si ignorantia prætentatur, juramento innocentis conjugis obtinenda erit, secundum tradita Supr. Defin. 6. † ne scilicet facultas contraveniendi facto suo relinquatur conjugi, contra c. in istis 3. distinct. 4. c. dilectissimi 2. caus. 8. quest. 2. c. horrendus 17. caus. 32. q. 5. Nicol. Reusner, dict. dec. 5. n. 107.

Ita Domini ad requisitionem Quætoris Bornensis, M. Mayo, A. 1628. (Verba sent. Dass der Gefangene E. B. wegen solches begangenen u. bekannten Ehebruchs/wofern sein Ehemann vermittelte Endes erhalten wird/dass sie von Zeit an der erlangten Wissenschaft/dass ihr Ehemann eine Concubin und Weyschläfferin hätte/mit ihm ferner nicht zu thun gehabt/noch sich von ihm weiter fleischlichen erkennen lassen/mit der ordentlichen Strafe des Schwerdes vom Leben zum Tode gerichtet werde/ ic.)

#### DEFINIT. XI.

*Necessaria defensio quandoq; juramento Rei purgatorio probatur.*

Probatur quandoq; necessaria defensio solis præsumtionibus & conjecturis, Matth. Wesenbec. part. 1. consil. 19. n. 61. & seq. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. cap. 15. n. 21. & c. 16. n. 22. de quibus dixi in Praet. criminal. part. 1. quest. 33. n. 40. & multis seqq. † At, 2 probatio hæc tantummodo semiplena est & præsumptiva, quæ ad plenam absolutionem consequendam non sufficit, sed ad id saltem prodest, quò Reo pœna mitigetur. † Aliud dicendum, si Reus probacionem istam juramento suo velit supplere, quod jusjurandum dicitur purgatorium, quo se Reus liberat à dolô & proposito occidendi: † Potest namque 4 Judex Reo homicidii justâ ex causâ juramentum hoc deferre, adhibita tamen circumspectione debitâ, ne perjurio detur occasio, † modò etiam conjecturæ 5 ac præsumptiones ad juramentum sufficientes adfint, Jodoc. Damhouder. in prax. rer. crim. c. 76. n. 29 & seqq.

Ita Domini in causa petulichen Antwaldens Rachels Vidum à Schönberg/ contra Melchior Bötticher/M. Mayo, A. 1601. (Verba sent. Da Angeklagter die von ihm angezogene Röthwehr vermitteltes seines leiblichen Endes erhalten würde/ darzu er dann nach Gelegenheit dagegen böhlich gelassen wird/ Es erscheinet daraus so viel/ daß er von wegen der an Jacob Haserten begangenen Entleibung an Leib oder Leben nicht zu straffen sei/ ic.)

Et in causa Nicolai Wertmans zu Leipzig/M. Jan. A. 1601. (Verba sentent. Dass Gefangener vermitteltes seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und daß der Entleibte Inhalt des 15. und 16. Articulus sich nicht allein mit schimpflichen Worten an ihm vergriffen/ sondern auch mit einer Radehauen zu erst auff ihn geschlagen/ zu schweren schuldig/ er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff seiner Straff halber/ oder sonstem ferner was recht ist/ B. N. W. )

#### DEFINIT. XII.

*Peritis in arte suâ non nisi juratis credendum est.*

Talatitium est apud Dd. quod peritis in una- 1 quaque arte seu scientiâ ac disciplinâ, adeoque in omni negotio haud aliter fides habeatur, quâm si jurent super depositione suâ, Felin. in cap. quia judicante g. in pr. extr. de prescript. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quest. 142. n. 11. Prosp. Farin. part. 5. oper. criminal. quest. 127. n. 118. Nicol. Böer. decif. 323. n. 24. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut.

*solut. cap. 13. n. 4. Dec. in cap. proposuisti. 4. num. 51.  
2 extr. de probat. † Quod juramentum partim credulitatis. Jason. in repetit. l. admonendi 31. n. 237 ff.  
3 de jurejur. † partim purgatorium habetur, quo peritus liberat conscientiam ab omni suspicione de-  
4 positionis falsæ ac dolosæ: † Factum inde, ut Medicis sive Chirurgis, super lethalitate vulneris in causa homicidii deponentibus, haud fides habeatur, priusquam depositionem juramento suo confirmaverint, art. 149. Ord. Crim. Carol. V. Imperat. ut demonstravi in Pract. crimin. part. 1. quæst. 26. num. 5 38. & seqq. † Sic etiam obstatum allationi super stupro consummato in puellâ impubere aliter non creditur, quam si juratae deposuerint, Dan. Moller. ad Const. Elect. 31. part. 4. n. 4. Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 47. n. 17. & lib. 2. cap. 2. num. 12. & seqq. Matth. Berlich. part. 5. concl. 42. n. 37. Rutg. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 4. cap. 17. n. 11. & 12.*

Ita Domini in causa Thomä Rothens zu Eulenberg/Mens. Julio, Anno 1630. (Verba sentent. Dass uns vor allen Dingen Bericht zugefertiget werde/wer bei der Besichtigung des todteten Körpers gewesen/auch ob der Barbire oder Bader solche Stiche vor tödlich gehalten/welches er deau vermerkt seines leiblichen Endes/wosfern er sousten zu seinem Ame nicht verendet ist/augzusegen pflichtig/se.)

## DEFINIT. XIII.

*In causis etiam civilibus, tunc quandoque imponitur juramentum purgationis.*

**S**unt ergo plurimi casus, in quibus locum habet juramentum purgationis, de quibus fuisus tractat Petr. Heig. part. 1. quest. 40. ubi in genere concludit, non modo in criminalibus, sed etiam in civilibus causis receptum esse, ut Reus oneratus urgentibus presumptionibus, cogatur se jurato purgare, dict. quest. 40. n. 25. † Quod & placuit Serenissimo Saxonii, hac Constit. 21. vers. man. sich aber verglichen/dass justa ex causâ in civilibus solches juramentum purgationis ex officio ein Richter besugt seyn soll zu erkennen/ & in Ord. processu jud. est. 22. vers. das juramentum purgationis auch in bürgerlichen Sachen nachgelassen. † Et satis prægnans hujus dispositionis ratio habetur: Accidit enim sapientia, ut controversia in judicio proponatur de facto, cuius notitiam exactiorem habet Reus, quam actor, ubi longe æquius ac consultius est, Reo imponere jurandum purgatorium, quam actori juramentum necessarium vel in supplementum, † vel etiam, si aliis ex causis illud indicere judicivis fuerit, prout monet Illustrissimus Constituens, bic vers. Als wenn der Kläger.

Ita Domini in causa VVilhelmi Sensings contra Peter Meyen zu Remmig/Mens. Jun. Anno 1631. (Verba sentent. Daraus so viel zu finden/ dass Beklagter vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/ und dass er Andreæ Plagens Schuld nicht auff sich genommen/noch dieselbe Klägern von dem Scintigen zu zahlen versprochen/zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff ferner was recht ist/ V. R. W.)

Ei in causa Hansen Schwarzen contra Valentin Schwarzen/ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mens. Febr. Anno 1603. (Verba sentent. Aus der geführten Beweisung so viel erscheinet/ dass Beklagter sich vermittelst seines leiblichen Endes zu reinigen/wud dass ihm die streitigen 87. Gilden 9. Groschen nicht bezahlet word:n/zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet darauff in der Sache fern. r was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Succedit juramentum purgationis, quando locus non est juramento in supplementum.*

**P**lurimi certè sunt casus, in quibus haud locum habet juramentum necessarium sive in supple-

mentum, quos congregavit Matth. Berlich. part. 1. conc. 54. An ergo tunc Reum abolvendum existimabimus? Neutquam sancte, quia ex semiplena probatiōne oritur contra Reum præsumptio, licet ad condemnationem imbecillior, † quam Reus per jusjurdum purgationis amoliti debet, l. admonendi. 31. ff. de jurejur. cap. ult. §. fin. extr. de jurejur. † Successit ergo loco juramenti in supplementum, jusjurandum purgationis, quod iis in casibus est imponendum, quibus ad juramentum necessarium vel in supplementum deveniri neguit, Anton. Tellaur. decis. 47. n. 5. Nicol. Boer. decis. 86. n. 5. Petr. Heig. part. 1. qv. 40. n. 24. Joachim. Beust. part. 1. de sponsal. cap. 46. vers. & generaliter locum habet.

Ita Domini in causa Even. Krachtin contra Hansen Schoebeln/ventilata in Praetorio Lipsiensi. Mens. Maj Anno 1622. (Verba sentent. Daraus so viel zu befinden/ dass Beklagter Hans Schobel vermittelst seines leiblichen Endes sich zu reinigen/und dass er von Klägerin die articulite versiegelte Lade in seine Verwahrung nicht genommen/ zu schweren schuldig. Er thue nun solches oder nicht/ so ergehet alsdann in der Sachen ferner was recht ist/V. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Juramentum purgationis, etiam à parte non petrum, ex officio judicis imponitur.*

**J**uramentum purgationis procul dubio legale est, Andr. Rauchb. part. 1. quest. 11. n. 36. † Ergo solo etiam officio defertur, etiamsi à parte haud fuerit petitum, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 8. Petr. Heig. part. 1. quest. 40. n. 42. Joseph. Malcard. de probat. vol. 2. concl. 9. 6. num. 47. † Quod & diserte comprobatum ab Electore Saxoniæ b. Const. 22. in pr. & vers. Man hat aber sich/se. Et certè, in processu etiam inquisitionis locum habere juramentum purgationis, extra dubium est, Supr. defin. 1. † quod cau à nemine peti potest, cum accusator deficiat, officiumque judicis vices accusatoris suppletat, † inquisitione nempe in locum accusationis succedente, Id. in l. e. quidem. 7. C. de accusat. Bartol. in l. 2. §. si publicos n. 12. ff. ad leg. Jul. de adult. Nicol. Reusner. lib. 2. decis. 24. n. 37. Hippol. de Marsil. in pract. crimin. §. constante. n. 32.

Ita Domini in causa Andreæ Eichmans zu Mügeln/Mens. Oct. Anno 1601.

Item in causa heredum Matchia Eichlers zu Lommisch/Mens. Jun. Anno 1590.

Et in causa Hansen Kölers zu Leipzig/Mens. Mart. An. 1576.

## DEFINIT. XVI.

*Reus, cui juramentum purgationis fait injunctum, illius evitandi causa ad probationem admittitur.*

**N**on turpiter, sed modestè potius facere videtur, qui religione magis, quam conscientiā motus tam facile jurare nolit, l. que sub conditione 8. ff. de condit. insit. l. cum quidam. 21. vers. neque enim. C. de fide instrum. † præsertim, si probationibus non destituatur, quibus conscientiam exonerare valeat: † Adeoque is, cui juramentum purgationis injunctum fuit, ad probationem se offerens, omnino audiри debet, ut multis demonstrat Andr. Rauchb. part. 2 quest. 3. n. 11. & seqq. contra Dan. Moller. h.c. n. 9. † Eò namque respicit generalitas Const. Elect. 14. part. 1. ubi dicitur, quod tum demum Reus, cui juramentum delatum est, jurare debeat, si jusjurandum evitare & probationibus pro sua defensione uti non possit; Generaliter enim quia Sanctio E. lectoralis loquitur, † etiam generaliter intelligi debet, l. de prelio 8. ff. de publ. in rem. action. l.

Aa

præses.

*præses. 3. ff. de off. presid. l. ult. nullo. 28. C. de llur. † Idque ipsum hodie caret dubio, propter manifestam dispositionem Electoralem in Ord. process. jud. tit. 19. §. Wenn nun einem. p. s. Also wenn einem quod juramentum purgatorium.*

*Ita Domini in causa Matthes Gustels zu Pirna / Mens. Junio, Anno 1604. (Verba sent. Hat Matthes Gustel/ welchem Inhalts unsers gesprochenen Urheils das juramentum purgationis zuerkannt worden/sich erklärt/ daß er sein Gewissen mit Beweis vertreten wolte / ic. So wird er mit solchem Beweis billich zugelassen / V. R. W.)*

*Et in causa Wolff Mezens zu Arnshauke/Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Ist euch durch Urtheil und Recht das juramentum purgationis zuerkannt worden: Wenn ihr nun gleich zuvor alsbereit eure defension geführet hättest; da ihr aber dennoch anieto euer Gewissen mit Beweis zu vertreten/ und also eure defension aus erheblichen Ursachen noch einstens zu führen gemeinet wäret/ ic. So würdet ihr damit nochmals billich zugelassen/und immittelst ehe und zuvor ausseren Beweis zu Recht erkannt/mit der Eydeseistung verschont/V.R. W.)*

#### DEFINIT. XVII.

*Præstito juramento purgationis, Reus definitivè absoluvi debet.*

**Q**uod aliis juramentis commune est, id etiam in jurejurando purgationis usu servatur, ut nempe Reus jurare detrectans pro confessô habeatur, l. 2. §. quod si actor. 6. C. de jur. propt. Calum. dando. Petr. Heig. part. 1. quæst. 40. n. 36. Jul. Clar. in præt. §. ult. quæst. 63. n. 4. Mynsinger. cent. 2. obser. 58. n. 1. Et centur. 3. obser. 52. v. ceterum in causis purgationis. † At præstito juramento purgationis, Reus, qui juravit, non obstantibus contrariis præsumptionibus, definitivè absolvit debet, non tantum quoad ipsam causam & actionem principalem, † sed etiam quoad expensas & alia accidentia, Petr. Heig. part. 1. quæst. 40. n. 38. Et seqq. Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 7. n. 12. Quamvis dissentire videatur Anton. Fab. in Codic. lib. 4. sit. 1. defin. 5.

*Ita Domini in causa Albrecht Brandis zu Weissenfels/ Mens. Febr. Anno 1605. (Verba sent. Dieweil Albrecht Brandis das juramentum purgationis, so ihm in unserm vorigen Urtheil zuerkannt/würcklichen geleistet/ und daß er N. N. so bren ihm für eine Schleiferin gedachten/die Woche vor Pfingsten des verschienenen 1603. Jahres/ als sie trunken gewesen und geschlaffen/ fleischlichen nicht erkannt/ geschworen; so mag auch nunmehr derenthalben wider ihn ferner nichts vor genommen werden/V.R. W.)*

*Et in causa Martin Gablers contra Wolfgang Raben / Mens. April. Anno 1614. (Verba sent. Dieweil Beßlager das ihm zuerkannte Juramentum purgationis würcklichen geleistet/ So wird er nunmehr von angestalter Klage billich entbunden und losgezehlet/ und ist ihm Kläger die in dieser Sache aufgewandte Inkosten auf Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V.R. W.)*

#### DEFINIT. XVIII.

*Juramentum purgationis Viro & mulieri simul in junctum, prius à Viro præstari debet.*

**O**btinuit haecenus usu, ut si masculus & foemina super eodem criminis simul sint torquendi, prius foemina tormenta infligantur, ceu personæ debiliſſimæ & cruciatui ferendo maximè impari, Johan. Zang. in tract. de quæst. Et tortur. c. 4. n. 27. Jac. de Bellovis. lib. 3. præt. crim. c. 6. n. 5. Et 6. Henr. Boc. de tort. Et quæst. c. 5. n. 11. † Quia nempe foeminarum summa est inconstantia atque mollities, ita ut ad veritatis confessionem tūm persuationibus, tūm cruciatibus, facilius induci posse præsumantur, l. filia in orbitate. 20. C. de inoff. testam. † At incipiendum in torturæ executione ab eo, qui timidior creditur vel teneræ ætatis videtur, ut facillimè ex eo veritas possit exquiri, l. 1. §. idem dñus Hadrianus 2. l. uni-

us 18. in pr. ff. de quæst. Franc. Brun. in tract. de jud. secund. part. quæst. 5. num. 54. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. ult. quæst. 64. num. 29. Jodoc. Damlioud. in præx. rer. criminal. cap. 37. num. 14. † Quæ ratio cessat in juramento purgationis, ut propterea neutiquam hoc prius à foemina præstari debeat, si conjunctim masculo & foeminæ fuerit impositum. † Quin potius cum major levitas & inconstantia in foemina præsumatur quam in viro, cap. forus. 10. in fin. extr. de Verb. signif. ad præcavendum perjurium, jusjurandum primò a Viro exigendum dixerim.

*Ita Domini in causa D. Z. & A. W. zu Schneeberg / Mens. Aug. Anno 1620. (Verba sent. Ist in unserm jüngstertheilten Urtheil zu Recht erkannt worden/dah D. Z. und A. W. daß sie mit einander nicht gehoben/brachet noch Überhuren getrieben/ sich vermittelst Eydens zu reinigen schuldig seyn sollen/ daher zwischen euch und euren zugeordneten Commissarien Streit entschehet/ welches Theil den zuerkannten End zuerst schweren soll/ ic. So ist vermöge unsers vorigen Urtheils/ auf ausgangene Citation, der Mann D. Z. zuerst/ und folgends das Weib A. W. des in eurer Frage davider gehaltenen Fürwärdens ungeachtet/den End abzulegen verpflichtet/V.R. W.)*

#### DEFINIT. XIX.

*Juramentum purgationis in loco judicii publico debet præstari.*

**J**ussus jurare ad sui purgationem, non audiendus est, si per alium & intermedium personam juramentum præstare velit, quoniam multò facilius & audacius absens & per alium, quam præsens pejeraret: † Præcedere namque solent atque debent ad monitiones judicis, coram quo juratur, ut qui juratur est, videat, ne temere aut malitiosè pejeretur. † Quin & præsentia judicis terret maximè pejeratum, ne tam impudenter pejerare audeat, Anteq. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 3. † Scilicet omnibus modis laborandum est, quo perjurium evitetur; Eamque ob causam bene faciunt judices, qui in loco judicii publico Reos jurare faciunt, ut saltem populi conspectus & frequentia audaciam pejerandi supprimat, † cum hac ratione omnes scire possint, quā fronte, quāque vel fiduciā vel trepidatione fuit juratum, arg. l. 3. in pr. Et §. 1. Et 2. junct. l. ob eam. 21. §. ult. ff. de testibus.

*Ita Domini in causa des Amts Weide constitutum peinlichen Anwaldens contra Wolff Christoffen von Steinsdorff Mens. Febr. Anno 1628 (Verba sent. Ist von uns zu Recht erkannt worden/dah Angeklagter vermittelst seines Körperlichen Eydens sich zu reinigen/und daß er den entlaubten Hanzen Göpfern die an ihm befundene Stiche/ davon er verstorben/nicht zugefügt/ zu schweren schuldig. Worauf Angeklagter sich zur Eydeseistung anerbietet/ ic. So ist er solchen End auf vorgehende gnugsame Verwarnung vor der Strafe des Meineydes/in der Amts- oder Gerichtsstuben öffentlichen/also daß die Thür aufgemacht/ und männiglichen/ so es begeht/hin ein gelassen wird/ abzulegen schuldig/ V. R. W.)*

#### DEFINIT. XX.

*Jusjurandum purgatorium novas contrarias probations semper admittit.*

**E**T si Reus præstito juramento purgationis definitivè absolvatur, Supr. Defin. 17. † quin tamen ex novis supervenientibus probationibus, & ex novâ infamia ab aliò accusari possit, dubium non est; Quia nec contrarias probationes jusjurandum purgationis excludit, l. admonendi 31. ff. de jurejur. Pet. Heig. part. 1. quæst. 40. n. 40. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 5. n. 2. Mynsing. lib. 2. obser. 82. † Idque maximè verum est, quando ad suspicionem dolii excludendam adhibetur, cuius probationem semper oportet esse salvam, l. 27. §. illud nulla. 3. ff. de pac. l. 17. in pr. ff. commodat. † ne ob id mihi punitus, quod cum perjurio junctum esse cœperit, ut scire lo-

loquitur Ant. Fab. dict. def. s. n. 5. + Planè, si se-  
mel terminus fuerit præfixus omnibus accusare  
volentibus cum clausulâ decreti exclusivâ, præstito  
juramento, novam accusationem non admitti, do-

cet post alios, quos allegat, Petr. Heig. dict. quest.  
40. n. 41.

Ita Domini in causa Bernhardi Moschers contra Reimera  
von Gepter / Mens. Mart. Anno 1601.

## CONSTITUTIO XXIII.

### PARTIS PRIMÆ.

**Ob Juramentum suppletorium in acten soll gebeten werden / oder ob es ex officio zu erkennen?**

**Juramentum suppletorium in actis peti necessè sit, an verò ex officio deferri possit?**

**S**erinne ist auch widerwärtig gesprochen/ dann etliche seynd der Meynung bishero gewesen/ der Richter könne diesen End/ damit einer die halbe Beweisung ersezt oder supplirt, da es gleich in den acten nicht gebeten/erkennt/ Etliche aber haben das Widerpiel gehabt/ und nemlichen daß es nicht zu sprechen/ es wäre denn von den Partheyen gesucht und gebeten.

Wir lassen uns daffalls die erste Meynung gefallen/und wollen/ daß in des Richters Macht stehen soll / solches necessarium juramentum suppletorium, wann er aus den acten befinden wird/ daß es geschehen möge / dem Part außzuerlegen / und zu erkennen / solches sey in actis gebeten oder nicht; Darnach sich unsere Hof-Gerichte / Juristen-Facultäten / und Schöppenstüle / in Urtheilen richten und halten sollen.



Tiam in eō diversimodè à nostris pronunciatum aliquando fuisse animadvertisimus, quibusdam juramentum hoc suppletorium, quamvis in actis non petitum, deferri posse existimantibus, aliis contrariis sentientibus; Nos verò priorē probantes opinionem, judicis arbitrio permittimus; ut, si fieri id posse ex actis cognoverit, hoc quoque juramentum, sive petitum sit, sive non sit, ex officio parti per sententiam deferat, idque tam judicia nostra Curialia, quam Collegia Facultatum Juridicorum & Scabinatus observare jubemus.

### DEFINITIONES.

1. *Juramentum in supplementum etiam à parte non petitum ex officio judicis potest deferri.*
2. *Juramentum suppletorium judex deferre cogitar, si aliâ ratione causam decidere nequeat.*
3. *Non potest deferri jurandum suppletorium, nisi quando semiplene est probatum.*
4. *Semiplena dicuntur probatio facta per unum testimoniū.*
5. *Modò unus ille testis sit omni exceptione major, nec probatio contraria presumtione oneretur.*
6. *Non semper actori, sed quandoque etiam Reo deferri potest juramentum suppletivum, si ita visum fuerit judicii.*
7. *Christiano potius & viro honesto, quam Judeo, aut pejorare solito juramentum suppletorium deferri debet.*
8. *Super credulitate etiam juramentum suppletivum quandoque defertur.*
9. *Peti potest juramentum suppletorium, etiam post elapsum terminum probatorium.*
10. *Non potest deferri juramentum suppletorium in causis matrimonialibus.*
11. *Nec in causis criminalibus, quando pena corporis afflictiva venit infligenda.*
12. *In probanda consanguinitate potest deferri jura-*
- mentum suppletorium, ut juretur saltem de credulitate.
13. *Non potest exigere juramentum calunnia, qui invocare tenetur in supplementum.*
14. *Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qui non prius de paupertate aliquando fidem fecerit.*
15. *Minorationis juramentum non solum in rei ipsius ablata, sed etiam damnorum estimatione locum habet.*
16. *Post guarandam & licet contestationem, non est audiendus actor, petens Reo jurandum minorationis imponi.*
17. *Juramentum minorationis locum habet saltem in vi ablative vel expulsive, non etiam in realibus injuriis persone illatis.*
18. *Minorationis juramentum Reo, sed juramentum in item actori defertur, & quomodo bac duo jura menta convenient, & vicissim ab invicem differant.*
19. *In omnibus actionibus badi in licem jurari potest.*
20. *Juramentum in licem non respuit moderationem judicis, que tamen prestationem juramenti procedere debet.*

go Donell. in tract. de jurej. lib. 24. comm. ii. &  
Anton. Faber. de error. pragmat. decad. 19. Error. i.  
nec id ullà juris ratione defendi posse autumant,  
† quia actore non probante, Reus, tametsi nihil  
præstet, jure vulgato absolvitur, l. qui accusans. q.  
C. de edendo. l. uci frui. s. vers. quod si forte ff. si  
Aa 2 ll. usfr.

**DEFINIT. I.**  
*Juramentum in supplementum etiam à parte non petitum ex officio judicis potest deferri.*

**M**ultum disputant contra juramentum necessarium, quod & vulgo dicitur suppletivum, Hu-

Carpz. Definit. Vol. I.

11 susfr. pet. l. auctor. 23. C. de probat. l. si priusquam  
 15. in fin. ff. de oper. nov. nunciat. tantum nimurum  
 abest, ut in præjudicium Reiauctor ad jurandum  
 3 admitti debeat in casu semiplenæ probationis, † quæ  
 contradictionem habere videtur in adjecto, cum  
 probationis vocula semper denotet probationem.  
 4 legitimam, arg. l. 4. l. 12. C. de probat. † & auctor  
 intentiohem suam implere debeat, l. i. C. de probat.  
 l. 9. C. de obligat. l. ult. C. de Rei vendicat. Quò &  
 5 pertinet † quod unius testimonium pro nullo ha-  
 bendum, l. 9. C. de test. † omnibusque in re pro-  
 priâ perhibere testimonium interdictum sit, l. omni-  
 bus 10. junct. l. etiam 3. C. eod. tit. Certè non sunt  
 7 hæ rationes de nihilo, & facillimè aliquem ad af-  
 sentendum mouere possent: † Attamen jamdu-  
 dum ab Interpp. species hæc jurisjurandi recepta-  
 est, ut temerarium omnino sit ab èa recedere, l. mi-  
 nimè 23. ff. de lb. l. in rebus 2. ff. de const. princ. Et  
 8 dubito, † an jure errori pragmaticorum inveterato  
 to jusjurandum hoc adscribat Anton. Faber. dict.  
 loc. & in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. num. 5. quod  
 vulgo probatur ex l. admonendi 31. in fin. ff. de  
 9 jurejur. † Nec de aliâ juramenti specie accipere  
 possis Justinianum Imper. in l. 12. C. de reb. credit.  
 & jurejur. ut ipsem fatetur Anton. Faber. decad.  
 10. Error. 2. † Et ut maximè hoc juramentum  
 rationi juris antiqui non convenerit, sed cohsuetu-  
 dine & usu tempore Justiniani receptum fuisse, ut  
 disputat Anton. Faber. dict. l. loc. satis tamen hoc  
 esset ad adstruendam hujus juramenti autoritatem.  
 Neque in eo mihi convenit cum Anton. Faber.  
 11 † quod jusjurandum hoc suppletorium non nisi  
 petenti, sive auctori, sive Reo sit deferendum, in-  
 Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 8. in pr. ubi allegat ad hoc  
 12 Bartol. in l. admonendi 31. num. 60. ff. de jurej. † Nam  
 hoc si verum esset, nulla omnino dari posset differen-  
 tia inter juramentum judiciale, quod à parte defer-  
 tur, & inter jusjurandum hoc necessarium, cum &  
 illud juramentum, nempe à parte delatum, non  
 statim præstetur, sed causa demum cognita, si judex  
 interloquendo id præstandum definiat, l. si quis u.  
 vers. si quis autem Sacramentum & seq. C. de reb. cre-  
 dit. † Quin & judicis officio incumbit, exigere  
 probationes ulteriores; Eumque parte etiam non  
 petente, juramentum in supplementum deferre  
 posse, probant textus in l. admonendi 31. ff. de jurej.  
 in verb. solent enim judges l. bona fidei 3. C. eod. tit.  
 & in cap. ult. §. sanè si auctor. 1. extr. eod. tit. † Quod  
 & disertè approbavit in provinciis suis Illustrissi-  
 mus Saxon. b. Const. 23. §. Wir lassen uns diffalls,  
 & in Ordin. process. judic. tit. 30. vers. Es sey in  
 den acten gebeten oder nicht. Dan. Moller. hic num.  
 4. Christ. Zobel. part. 1. differ. 22. num. 7. Beust. ad  
 15 l. admonendi 31. ff. jurejur. num. 499. † Quod si  
 dixeris, judicem suum officium non impetriri, nisi  
 fuerit imploratum, l. dies cautioni. 4. §. hoc autem  
 16 judicium 8. ff. de damno infecto. Respondeo, † ve-  
 rum id esse nullo prorsus existente auctore: At in-  
 stituta jam actione, initoque processu, nil amplius  
 impedit judicem, quod minus autoritatem suam in-  
 terponere queat, l. un. ubi Dd. C. ut que desunt Ad-  
 vocat. part. judic. suppl. Matth. Berlich. part. 1. concl.  
 53. num. 45. Vid. quoque Andr. Gail. lib. 1. obser-  
 vat. 108. num. 6. & seqq. Andr. Fachin. lib. 1. con-  
 trov. 6. in fin.

Ita Domini in causa Hansen Hoffmanns contra Moritz Gö-  
 lichen zu Leipzig/ Mens. August. Anno 1632. (Verba sentent.  
 Würde Hans Hoffmann des ersten Zeugens beym siebenden/  
 und des andern Zeugens beym ii. Artical gethanne Aussage  
 mit seinem Ende bestätcken / und also in supplementum

schweren / inmassen er zu thun schuldig. So erscheinet aus  
 dem geführten Zeugnis so viel / daß der dasjenige / so ihm zu  
 beweisen obgelegen / zur Notdurft bewiesen und berbracht/  
 derowegen ihme das streitige Haß um die darauff gesachte  
 Kauf-Summa billich zugeschlagen wird/ die aber in dieser  
 Sachen von beyden Theilen auffgewandte Unkosten werden  
 aus bewegenden Ursachen gegen einander compensirer und  
 auffgehoben/ V.R. W.)

### DEFINIT. II.

Juramentum suppletorium iudex deferre cogitur,  
 si alia ratione causam decidere  
 nequeat.

IN arbitriô ergo judicis est, ex officio etiam jusju-  
 randum necessarium sive suppletivum deferre, De-  
 fin. præced. Sed num id facere tenebitur, si causa  
 negotii hoc postulet? † Negaveris id forsitan cum  
 Hugon. Donell. de jurej. lib. 24. comm. ii. n. 8. cuius  
 sententiam quoque amplectitur Matth. Berlich part.  
 1. concl. 53. n. 53. † Quomodo enim arbitriarium  
 quid esse potest, quod necessitatibus subjacet? † Et vi-  
 deretur hæc sententia minimè convenire verbis b.  
 Const. 52. (daß in des Richters Macht stehn soll/ sol-  
 ches necessarium juramentum suppletorium auffuerlegen.) Poteſt nempe juramentum hoc deferre, si-  
 lit, quod & dicitur in cap. ult. §. sanè si auctor. 1. extr.  
 de jurejur. † At vocula hæc (potest) non importat  
 necessitatem, sed voluntatem, l. sepe audivi. 8. ff. de  
 offic. præsid. l. non quicquid 40. ff. de jud. † Sed non  
 captanda sunt verba Illustrissimi Constituentis, qui  
 certè nihil aliud decidere voluit b. Const. 23. quam  
 juramentum necessarium ex officio deferri posse,  
 quamvis petitum non esset, † neutiquam vero eò re-  
 spexit, ut liberum sit judici, etiam petitum non de-  
 ferre, si nolit, quamvis causam denegandi justam  
 nullam habeat. Contrarium siquidem verius est,  
 quod iudex necesse habeat hoc juramentum deferre,  
 † Tum ex l. 3. C. de jurej. ibi: (oportet) quæ vocula  
 necessitatem innuit, l. verbum oportere. 37. ff. de V.S.  
 † Tum, quod hoc necessitatis est, quod officii ratio  
 imponit judici, si quidem alio modo, nisi mediante  
 hoc juramento, causam decidere non posse. † E-  
 hæc opinio à Dd. communiter est recepta, adeo, ut  
 nisi deferat iudex, auctor appellare possit per notata à  
 Joh. Sichard. ad rubr. C. de probat. Cyn. in dict. l. 3. n.  
 7. & ibi Salyc. n. 5. Bart. in l. admonendi. 31. ff. de jurej.  
 n. 59. Dan. Moll. hic n. 5. & seqq. Matth. Col. de pro-  
 cess. execut. part. 1. cap. 10. n. 141. Jason. in dict. l. ad-  
 monendi. 31. col. 5. vers. quartò nota, ubi ait, quod ver-  
 bum (solent) in dict. l. admonendi. 31. sit necessitatis.  
 Ita tractatum in eadem causa Hansen Hoffmanns contra  
 Moriz Gölichen/ Mens. August. Anno 1631.

### DEFINIT. III.

Non potest deferri jusjurandum suppletorium, nisi  
 quando semiplenè est probatum.

Quidammodum auctore non probante, Reus, et  
 iam si nihil præstet, absolvitur, l. auctor. 23. C. de  
 probat. l. qui accusare. 4. C. de edendo. † ita vicissim  
 condemnatur, si probata per auctorem intentione,  
 necessariis exceptionum suarum, in quibus vice acto-  
 ris fungitur, probationibus destituatur, l. si paclum.  
 9. l. quotiens 18. §. qui dolo. 1. ff. de probat. † Si ta-  
 men alteruter semiplena, ut vocant, probationes  
 adferat, quod iustis deerit, jurejurando necessario  
 suppleri potest, Supr. Defin. 1. † Sed hoc ita demum,  
 si semiplena esse judici liqueat, Mynsing. cent. 1.  
 obser. 68. n. 5. Beust. ad l. admonend. 31. ff. de jurej.  
 n. 178. ubi & Jason. in repetit. n. 269. Bald. in l. 1. C.  
 qui & adversus quos. n. 5. † ne alioquin decidendi  
 ultra negotii potius, quam probationis supplenda  
 pote-

**6** potestatem facere judex videatur, cui iusjurandum de-  
ferat, † quia judex constituitur in causa propria, quis  
quis jurat, *L. i. in pr. ff. quar. rer. act. non det.* Anton.  
**7** Faber. *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 7.* † Planè, apparetibus saltem quibusdam presumtionibus, ut  
maxime haec semiplenam non faciant probationem,  
ad eoque nec juramentum suppletivum admittant,  
efficere tamen possunt, ut locus sit juramento pur-  
gationis, juxta tradita in *Constit. preced. defin.*  
**14.**

Ita Domini in causa Ludovici Sachsen contra die Sach-  
sens zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1611. (Verba sent. *Daf. Ver-  
laage dasjenige / so Ihnen zu erweisen nachgelassen worden/  
um sie sich angemast/wie rechte nicht erwiesen/ auch nicht so viel  
dazugehan/ dass sie mit dem gebeteuen juramento in supple-  
mentum zu hören und zugelassen/ derowegen es bei deme in  
der Sachen jüngst eröffneten Urtheil nochmahlis billich ver-  
bleiber/ V. R. W.)*

## DEFINIT. IV.

*Semiplena dicitur probatio facta per unum testem.*

**1** Disputent *Dd.* quicquid velint ~~de~~ semiplenam pro-  
batione, & inter eos plenisimè *Jafon. in l. 31.  
ff. de jurej. & l. 3. Cod. cod. tit. ubi & prolixè Saly-  
cer. ego certè putarem, arbitrio judicis committen-*  
**2** dum esse, † quænam sit & dicatur plena probatio.  
Sicut enim non temere passum hoc juramentum de-  
ferendum est, ita absurdum fuerit facultatem istam  
**3** planè judici negare, † cujus animum multa move-  
re possunt, ut etiam extra causum plenæ probationis  
in alterutram partem inclinet, quo citra præstatio-  
nem juramenti nec absolvere jure possit, nec con-  
demnare, ut bene monet Reinh. Bach. *in not. ad*  
*Treutler. vol. 1. disp. 2. ch. 10. lit. a.*

*Veluti quoque pronunciatum memini in causa Eva,  
Jacobi Schröters Wittben zu Geseitbahr/Mens. De-  
sempbr. Anno 1535.*

**4** concederim tamen omnino, † semiplenam esse  
probationem, quæ sit per unum testem omni exce-  
**5** ptione majorem; † Scilicet, quia duo testes faci-  
unt probationem plenam, veluti hoc argumento  
passim utuntur *Dd. post Bartol. in l. admonendi 31.  
ff. de jurej. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4.  
n. 8. & defin. 18. n. 7.* † Quod tamen argumen-  
**6** tum alicui ineptum videri posit, quod ita per qua-  
**7** tuor testes semiplenè probaretur testamentum, † ni-  
si salvetur per notata *Salycret. num. 24. Bartol. in l. 31. C. de jurej. n. 16.* ubi docet, speciale esse, quando ad solennitatem  
actus plures testes desiderantur, quorum uno defici-  
ente actus sit nullus, & que ad juramenti delationem  
perveniri non posse.

Ita Domini in causa Urbani Zollmanns zu Wildenfels/  
Mense Febr. Anno 1632. (Verba sent. *Habt ihr wider Zo-  
blam Hößlern Klage erhoben/ und nachdem von euch beiden  
Beweis und Gegen-Beweis geführet/ ist beklagtem Tobia  
Hößlern das juramentum in supplementum zu leisten zuerkannt  
worden. Ob nun wohl ihr als Kläger eure Klage durch einen  
Zeugen erwiesen und vorbracht habt/ in welchem Fall die pro-  
batio pro semiplena zu achten/ und daher mit dem Juramento  
in supplementum zu bestärken/ ic.)*

## DEFINIT. V.

*Modo unus ille testis sit omni exceptione major, nec  
probatio contraria presumptionē  
oneretur.*

**1** Quod iusjurandum necessarium sive suppletorium  
defreratur actori, qui suam intentionem unius  
hominis testimonio probavit, non solum necesse  
est, ut testis ille sit omni exceptione major, ut loqui-  
tur Justinianus Imp. *in l. optimam 14. in fin. C. de-  
contr. & committ. stipular. l. 18. C. de testib. Anton. Fab.*  
**2** *in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 8.* † Sed etiam ut te-  
stimoniū illud nullā contrariā presumptione de-

bilitetur. Nam si quæ vel minima præsumptio sit  
contra testem vel contra producentem, aut etiam  
contra ipsum testimonium, † non potest videri se-  
miplena probatio, quæ unum duntaxat testem ha-  
bet, *arg. cap. 1. de præsumpt. in sexto. nec illa ejus ra-  
tio habenda est, l. 3. in fin. pr. ff. de testib. Bartol. &  
Dd. in l. admonendi 31. ff. de jurej. Anton. Faber.  
dict. defin. 4. num. 9.* Finge, productos fuisse ab  
actore testes duos, quorum alter dicat, se vidisse vel  
audisse id, quod per visum vel auditum probari de-  
beat, in eamque rem nominet alium contestem, qui  
aut neget se tum adfuisse, aut fateatur quidem, sed  
neget se audisse vel vidisse, quale exemplum po-  
nit *Ant. Fab. in Cod. dict. tit. 1. defin. 18. n. 3.* † Quò  
fanè casu non potest non suspectum esse testimonio-  
rium ejus, qui contestem allegat illum, quem non  
habet, ut proinde tum locus non sit juramento in  
supplementum, *Ant. Fab. dict. defin. 18. num. 4.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob nun wohl ihr  
als Kläger eure Klage durch einen Zeugen erwiesen und be-  
bracht habt/ in welchem Fall die probatio pro semiplena zu  
achten/ und dahero/ wann solcher Zeuge omni exceptione ma-  
jor, und das Gezeugniß ohne Verdacht verbracht worden/ mit  
dem juramento in supplementum zu bestärken ist/ ic.)

## DEFINIT. VI.

*Non solum actori, sed quandoque etiam Reo deferri  
potest juramentum suppletivum: si ita visum  
fuerit judici.*

**N**on semper actori probanti, sed etiam quando-  
que Reo reprobanti recte defertur juramentum  
suppletorium, *Odofred. in l. 3. C. de jurej. Cyn.  
ibid. num. 9. Salycret. num. 24. Bartol. in l. 31. ff. de  
jurej. n. 57. Andr. Fachin. 1. controv. 18. ut videli-  
cet vel probationum ratio vel personæ qualitas hoc  
svadet. † Discretioni nempe judicis id committen-  
dum videtur, qui secundum qualitates personarum  
& rerum circumstantias arbitrabitur, utri potius an  
actori vel Reo sit deferendum hoc juramentum, per  
text. *in cap. ult. §. ult. extr. de jurej. l. in bone fidei.  
verb. causa cognita. C. reb. credit. & jurej. Specul. lib.  
2. part. 2. tit. de juramenti delatione. §. 1. n. 8.* Hugo  
Donell. *de jurej. lib. 24. comm. cap. 11. num. 9.*  
† cum aliis etiam sit judicis aestimare, quantum pro-  
batum sit, *l. 3. §. 2. ff. de testib. Joh. Sichard. ad rubr.  
C. de probatore.* † Quod & disertis verbis approba-  
vit *Illustrissimus Saxo in Ordin. process. judiciar. tit.  
30. vers. Welthom Part aber. Malè siquidem injun-  
geretur actori hoc juramentum, si pro Reo major es-  
set præsumptio victoriae & veritatis, aut etiam gra-  
vior semiplena probatio, *Jafon. in repetit. l. 31. ff. de  
jurej. num. 314. Jac. Menoch. de arbitr. judic. quest.  
lib. 2. cent. 2. eas. 190. n. 20. & seq. Matth. Col. de pro-  
cess. execut. part. 1. cap. 10. n. 140.***

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da aber dennoch  
Beklagter in seinem Gegenbeweis gleichfalls einen guten Zeu-  
gen und über die noch ferner und bessere Vermuthung der  
Wahrheit vor sich gehabt hätte/ dafür sichs aus eurer Frage  
ansehen lässt; So wäre ihm das Juramentum in supplementum  
billich zuerkannt worden/ und ihr hättest euch darüber mit  
Zeuge nicht zu beschweren/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Christiano potius & viro honesto, quam iudeo, expe-  
jerare solito juramentum suppletorium deferri  
debet.*

**N**on tamen absolutum est judicis arbitrium circa  
delationem juramenti suppletorii, ut pro lubi-  
tu actori vel Reo, cui velity, id deferre queat; † Sed  
diligenter & accuratè circumstantias quasque pen-  
sare debet, ut scilicet graviorem pro se habeat  
probationem, *c. ult. §. ult. extr. de jurej c. 1. S. sacra-  
ment. tit. de consuet. resti feudi, &c.* † quæ præsumptio-  
ne

ne contrariā facile possit labefactari, l. i. C. qui & ad-  
versus quos ubi Bartol. num. 1. † num actor vel Reus sit  
masculus aut foemina, quia illi potius quam huic de-  
ferendum est juramentum C. un. §. inter filiam de-  
functi. 1. tit. si de feudo defuncti content. sit inter dom.  
5 & agnat. Vasalli. † quia nempe variae & mutabiles  
sunt foeminæ, adeoque ad pejerandum procliviores  
c. forus. 10. sub fin. extr. de V. S. de quibus & id ge-  
nus aliis circumstantiis & qualitatibus latissimè agit  
Matth. Berlich. part. 1. concl. 53. num. 16. & seqq.  
6 † Imprimis vero, quando pares sunt utriusque par-  
tis probationes, qualitas & dignitas personarum at-  
tendi debet, ut si altera persona sit legalior, magis  
honesta, dives, nobilis & similis; altera vero persona  
infamis, inhonesta, pejorare solita, pauperrima, ple-  
beja, illi potius deferatur juramentum, quam huic,  
prout luculenter innuit Saxo Illustriss. in Ord. pro-  
cess. judic. tit. 30. vers. In was Ansehen/ Ehren und  
7 Würden iede Part sey. † Ex quo fit, quod Christianus  
litigans cum Judæo facilius ad juramenti supple-  
torii præstationem admittatur, † quia Christiano seu  
viro honesto magis creditur quam Judæo, l. testium.  
3. in pr. & §. 1. ff. de testib. l. un. §. his cunabulis 1. vers.  
credidit. ff. de offic. præf. prætor. Jason. in repetit. l.  
admonendi 31. num. 296. ff. de jurej. Jac. Menoch. de  
arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 464. n. 12. & seqq.

Ita Domini in causa David Lauers Erben contra Abrahamum Passavi Judæum Pragensem ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent. Würden Zeugen beym 4. 5. 6. 7. 8. 9. und 10. und des andern beym 9. Articul gethane Aussage vermittels ihres leiblichen Eydes erhalten/ und also in supplementum schweren/ immassen sie zu thun schuldig/ So erscheinet daraus und sonst allenhalben so viel/ dass Klägere dasjenige/ so ihnen zu erweisen obgelegen/ und sie sich angemasset/ zur Nothdurft beybracht/ derowegen ist ihnen beklagter Jude die geliehenen 1448. Reichsthaler und 22. Gr. zusammen den auffgelauffenen Landüblichen Zinsen zu bezahlen/ auch die in dieser Sache auffgewandte Unkosten auff vorgehen- de liquidation und Richterliche Ermäßigung zu erstatten schul- dig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Super credulitate etiam juramentum suppletivum,*  
quandoque deferetur.

1 **A**rbitrium ergo suum judex in deferendo jura-  
mento suppletorio eò dirigere debet, quo sem-  
per ad jurandum admittat eum, sive sit actor, sive  
Reus, à quo facilius veritas exquiri possit, Ord. pro-  
cess. jud. Elect. Sax. tit. 30. Defin. preced. Quid au-  
2 tem, † si neuter certam rei scientiam habeat, nec de  
veritate jurare queat? Tum procul dubio super cre-  
dulitate saltem deferendum erit juramentum ei, qui  
semiplenè probavit, & graviorem veritatis atque  
3 honestatis præsumptionem pro se habet. Cum ab-  
surdum non sit, ut super factò etiam alieno de credu-  
litate saltem quis ad jurandum admittatur, Johan.  
Schneidew. ad §. item si quis postulante 11. n. 89. &  
seq. Instit. de Action. Jacob. Schult. in addit. ad Modest.  
Pist. part. 3. quest. 126. num. 189. Reinh. Rosa. in  
addit. ad Dan. Moller. part. 1. const. 24. n. 13 Matth.  
Coler. part. 1. decis. 116. num. 5. & seqq.

Ita Domini in causa Christophori Drechslers Erben contra Hansen Drechslers Kinder zu Halle/ Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Würden Klägere des ersten Zeugen Wolff Bag-  
ners beym ersten und dritten Articul gethane Aussage vermit-  
tels ihres leiblichen Eydes/ so viel ihnen davon bewust/ bestär-  
cken/ u. also in supplementum schweren/ immassen ihnen zu thun oblieget; So erscheinet daraus und sonst allenhalben so  
viel/ dass sie dasjenige/ so ihnen zu erweisen obgelegen/ und sie  
sich angemasset/ zur Noth beybracht haben/ sc.)

#### DEFINIT. IX.

*Peti potest juramentum suppletorium, etiam post cla-  
psum terminum probatorium.*

Judex juramentum suppletorium in quacunque  
judicii parte potest deferre, non solum ante, sed  
post conclusionem in causa, & in secundâ instantiâ  
appellationis, l. general. 12. sub fin. pr. vers. omne  
igitur juramentum. C. de reb. credit. † nempe, quia  
causam officio rescindere potest, Andr. Gail. lib. 1.  
observat. 108. n. 5. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1.  
defin. 27. † Alia est ratio partium litigantium, qua-  
rum una vel altera post conclusionem causæ ad jura-  
mentum suppletorium se offerens non admittitur;  
† Sed num saltem post terminum probatorium eli-  
psum? Negat hoc itidem Gail. dict. observ. 108. num.  
1. quem sequitur in foro Saxonico Matth. Berlich.  
part. 1. conclus. 53. num. 62. † quia scilicet supplemen-  
tum est pars vel species probationis, cui certus est  
terminus præfixus, nec elapsò eo, ulterior probatio  
admittitur, Const. Elect. 16. §. ult. part. 1. † Sed ni-  
mirum Const. illa 16. de veris ac solis probationibus,  
quæ fiunt per testes aut documenta, accipienda est;  
Atqui juramentum suppletorium non † tam proba-  
tio quam relevatio est ab onere probandi, ut sic in  
foro etiam Saxonico id post terminum probatorium  
elapsum peti posse existimem, juxta tradita Salycet.  
in l. 3. C. de jurejur. Andr. Fach. lib. 1. controv. 17.  
Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 10. num. 14.  
† Idque eò magis, quod procul dubio, etiamnum  
post probationes peractas, in arbitrio judicis sit  
juramentum suppletorium ex officio deferre vel  
non, b. Const. 23. Supr. defin. 1. cur non ergo etiam  
petitioni actoris vel rei, ad jurandum se offerentis,  
annuere?

Ita Domini in eadem causa Christophori Drechslers contra Hansen Drechslers Kinder zu Halle/ Mens. Mayo, Anno 1633.

#### DEFINIT. X.

*Non potest deferri juramentum suppletorium in cau-  
sis matrimonialibus.*

**N**on semper deferri potest jusjurandum in sup-  
plementum semiplenæ probationis, quod vulgo  
dicitur necessarium sive suppletorium: † Quid enim,  
si is, qui jurare vult, perjurus probetur, aut falsarius,  
aut spurius, aut usurarius, aut infamis eo infamie  
genere, quod per poenitentiam & satisfactionem  
non fuerit deletum, cap. testimonium 54. extr. de te-  
stib. cap. eam. 7. extr. de rescript. † Quid si non sit  
verisimile id, super quo jusjurandum postulatur, vel  
si is, qui semiplenè probavit, ignoret veritatem, Hip-  
polyt. de Marsil. in l. maritus 20. num. 7. ff. de quest.  
† Quid si causa sit vel præjudicialis, vel odiosa, puta,  
in qua agatur de temporis præscriptione, Marsil. sing.  
635. † Quid si præsumptio sit contra probantem uni-  
us tamen testis fide subnixum, Anton. Fab. in Codic.  
lib. 4. tit. 4. defin. 44. num. 13. † aut si insolitum sit id,  
de quo jusjurandum petitur, Marsil. in l. de minore  
10. ff. de quest. † Quid, si probatio semiplena non ne-  
cessario probet, sed præsumptivè aut per præsumpti-  
onem elidatur contrarium, Marsil. sing. 83. † Quid, si  
negotium tale, in quo is, qui semiplenè probavit, non  
posset, tametsi maximè vellet, judicem facere adver-  
sariorum ipsum, ut in specie l. in contractibus 14. §. illo  
videlicet 3. C. de non numer. pecun. l. si quis 11. C. de reb.  
credit. & jureju. His nimis aliisque casibus similis  
bus, quos concessit † Ant. Fab. dict. defin. 44. & Matth.  
Berlich. part. 1. concl. 54. placet, jusjurandum istud  
suppletorium nullo modo deferri; † Licet in ejus lo-  
cū successerit juramentū purgationis, ut dixi Constat.  
præ definit. 14. Petr. Heig. part. 1. quest. 40. n. 24. † Planè,  
nec in causis matrimonialibus licet deferre jusjuran-  
dum necessarium vel in supplementum, Andr. Gail.  
lib.

lib. 2. observ. 94. in pr. Bart. in l. 3. n. 2. ff. de jurejur.  
2 Anton. Fab. dict. defin. 44. n. 6. † ne scilicet Reus  
nolens volens, si actor juraverit, in matr. monium  
detruderetur, quod esset contra libertatem matrimoni-  
i, quanvis & hoc casu imponi queat juramentum  
purgationis, ut dixi Const. preced. defin. 3.

Ita Domini in causa Hansen Riedens zu Quedlinburg/Mesl.  
Jan. Anno 1633. (Verba sententia.) Hat Magdalena Elbings  
euch wegen versprochener Ehe belangen/ so ihr aber nicht ge-  
ständig seyd/ ic. So ist Klägerin ihr Fürgeben/ das ihr nem-  
lichen von euch die Ehe versprochen worden/ zu Rechte zu erwei-  
sen und bezubringen schuldig. Und sic mag mit der angebo-  
tenen Endesleistung/ oder auch auff allein Fall/ mit dem Jur-  
amento suppletorio, nach Gelegenheit dieser Sachen nicht zu-  
gelassen werden/ V. R. W.

#### DEFINIT. XI.

Nec in causis criminalibus, quando pena corporis af-  
flictiva veniat infi- genda.

**P**ariter nec in causis criminalibus locus est dela-  
tioni jurisjurandi in supplementum probationis,  
Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 43. num. 1. Dan.  
Moll. hic num. 10. & seqq. Jason. in repet. l. admonen-  
di. 31. ff. de jurejur. num. 274. Mynsing. cent. 2. obser-  
v. 87. Joh. Crot. de testib. part. 2. num. 12. & seqq. Jac.  
Menoch. de arbitri. jud. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 464.  
2 n. 1. & seqq. † Tam, quia causæ hæ sunt gravissi-  
mæ, in quibus non licet jurare in supplementum, ex  
communi Id. sententia, Gloss. in l. 3. C. de jurejur.  
verb. decidi sub fin. & in c. ult. §. extr. de jurejur. verb.  
probatione. Mynsing. cent. 1. obseruat. 68. num. 4. Ni-  
col. Boer. decif. 85. num. 3. Frider. Pruckman. vol. 1.  
3 confil. 10. num. 88. † Tam, quod in criminalibus re-  
quirantur probationes certissimæ & luce meridianæ  
clariores, l. ult. C. de probat. l. qui sententiam 16. C de  
pen. l. ult. C. si ex falsi instrum. Sed hoc ita, si in cau-  
sa criminali pena corporis afflictiva veniat infligen-  
da; † Ceteroquin, si levius sit crimen, quod obtinen-  
ditur, ut ex eō non nisi multa pecunaria irrogari  
possit, placet perinde jusjurandum hoc deferendum  
esset, atque si de civili negotio tractaretur, l. 3. §. 1.  
vers. sive penali actione ff. de jurejur. Jason. in repetit.  
l. admonendi 31. num. 275. ff. de jurejur. & ibi Joach.  
à Beust. n. 256. & seqq. Nicol. Boer. decif. 86. num. 2.  
5 Dan. Moller. hic n. 12. † Quod eō magis admittendū  
habeat, quia Reus non alias innocentia sua probationes  
habeat, quam quas ex ipsius actoris jurejurando ve-  
lit desumere, propter favorabilissimam innocentia  
probationem; l. absentem. 5. ff. de pen. Anton. Fab. in  
Codic. dict. defin. 43. num. 3.

Ita Domini in causa Hansen Asmus von Beulwitz zu Plan-  
en/Mesl. Aug. Anno 1620. (Verba sententia.) Dieweil der gesan-  
gene Asmus von Beulwitz zu mehrer Ausführung seiner Un-  
schuld noch andere Zeugen angegeben/ und das dieselbe gleich-  
falls abgehört werden möchten/ in seiner Supplication unter-  
tbänkast gebeten/ Als ih er mit fernern Beweis/ damit er sich  
Übereilens nicht zu beschweren haben möchte/ innerhalb Säch-  
sischer Frist nochmals zulässlich/ Aber das gebetene Jurament,  
in supplementum hat nach Gelegenheit derselbs nicht statt/  
V. R. W.

#### DEFINIT. XII.

In probanda consanguinitate potest deferri juramen-  
tum suppletorium, ut juretur saltem  
de credulitate.

**D**ubitari equidem posset, an jusjurandum sup-  
pletorium admitti deberet in probatione con-  
sanguinitatis, cum ea verē sciri vix queat, quippe  
quod non cadit in externos corporis sensus, Dec. con-  
sil. 321. n. 5. Jos. Mascard. de prob. concl. 410. num. 21.  
Solet enim tale juramentum nemini deferri, nisi  
2 qui scit veritatem. † Sed videtur omnino suffice-  
re, de credulitate saltem jurari, cum nec probatio

per testes alia præcisè requiratur, quam ut de credu-  
litate deponant, ob difficultatem nempe hujus pro-  
bationis, quæ facit, ut etiam per conjecturas & præ-  
sumptiones consanguinitas probari queat, arg. 4.  
filium 6. ff. de bis qui sunt sui vel alieni jur. Bartol. in  
l. si quis ex argentiariis 6. §. ult. ff. de edend. † Quin. 4  
& validum est hōc casu testimonium auditū de au-  
ditu, si consanguinitas ultra quartum gradum veni-  
at probanda, Felin. in cap. licet. 47. num. 1. extr. de  
sestib. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 844.  
n. 5. † Quidni ergo ipsem actorem vel Reus etiam, 5  
super conianguinitate de credulitate in supplementum  
jurare posset? ut recte docet Modest. Pitt. pars.  
2. quest. 83. & p. 3. quest. 128. quia in persona, quæ  
vicem unius testis jurejurando suo supplet, talis suf-  
ficit scientia, qualis pro qualitate negotii cujusque  
in teste requiritur atque adimititur. † Succedit  
enī jurans in supplementum in locum unius testis,  
Bald. in l. bonorum 2. num. 6. vers. quia loco unius te-  
stis C. de bonor. posseff. secund. tab. Jac. Schult. in ad-  
dit. ad Modest. Pitt. dict. quest. 128. num. 50. † At  
qui in alterius vicem succedit, naturam ejus, cuī  
substituitur, induit, c. Ecclesia. 3. extr. ut lit. pendens.  
Jason. in l. 10. §. 2. num. 2. si quis cauit.

Ita Domini in causa Catharina Barthel Kreins Ehe-Weib  
contra Gertrauden Peter Klangens Wittibe zu Weissenfels/  
Mens. Maj. Anno 1633. (Verba sententia.) Würde Klägerin Wittibe  
vermittelt ihres leiblichen Eydes erhalten/ und das sie an-  
ders nicht wisse/ noch glaube/ als daß sie der verstorbenen Ca-  
tharinen Simon Vogels Wittiben nechste Freundin/ auch  
von ihy jederzeit davor gehalten worden/ schweren/ immasse sie  
sie zu thun schuldig/ So würden ihr die legirten 100. fl. von  
Klägerin billig abgeföllt und ausgeantwortet/ V. R. W.

#### DEFINIT. XIII.

Non potest exigere juramentum calumnia, qui jurare  
tenetur in supplementum.

**F**rusta petit juramentum calumnia, qui in sup-  
plementum jurare iussus est, Andr. Rauchb. art.  
1. quest. 11. num. 35. † Nempe, quia juramentum sup-  
pletorium legale est & à judice defertur, quod casu  
calumnia jusjurandum neutquam locum haberet,  
Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 18. §. Es hat  
aber dieser Eyd vor Gefahrde/ ic. † Nec enim Ju-  
dex calumniari præsumitur l. 3. §. 1. ff. quod met. cauf.  
l. vir bonus 18. ff. judicat. solv. l. 17. §. ait prætor. 5. ff.  
de appellat. l. 137. §. cum ita z. ff. de V. O. † nec ullus  
suspicio calumnia in leges, quæ sanctæ sunt, cadere  
potest, l. sacra. 9. §. proprie. 3. ff. de rer. divis. Jacob.  
Schult. obseruat. 56. num. 28. Jac. Thoming. decif. 44.  
num. 20.

Ita Domini in causa Melchior Haberlandes zu Herzberg/  
Mesl. Febr. Anno 1618. (Verba sententia.) Habe ich Hansen Mol-  
lenberger um ein Stück Ackers in Anspruch genommen. Und  
nachdem ihr aufz' vorgehendes rechtliches Erklärent Beweis  
geführt/ ist euch das Juramentum in supplementum zuerkant  
worden/ ic. So seyd ihr dasselbe zu leisten schuldig/ den  
Eyd vor Gefahrde aber seyd ihr zu fordern nicht berechtigt/  
V. R. W.

#### DEFINIT. XIV.

Nemo ad juramentum paupertatis admittitur, qui  
non prius de paupertate aliquo modo fidem  
fecerit.

**N**on pauperes justam litigandi causam foventes in-  
defensu relinquantur, judiciales expensæ non  
modo ipsis remittendæ, sed & advocatus vel procu-  
rator ex officio adjungendus est, qui exsoluto sibi  
honorario ex fisco publico, patrocinium iis præstet,  
ut dixi Supr. Const. 1. Defin. 25. † Non aliter tamen,  
quam si litigantes juramentum præstiterint paupe-  
ritatis, c. statutum 11. §. insuper extr. de rescript. in 6:0  
Ordin. process. Judic. Elect. Saxon. tit. 1. §. Wirt.  
de sich nun so viel/ ic. Andr. Gail. lib. 1. obseruat. 43.  
num

- 3 num. 18. † Nec quisquis indifferenter paupertatem allegans ad jurandum admittitur; Quid enim, si de perjurio suspectus falsam paupertatis lamentatio-  
4 nem objiceret, aut verè pauper non esset? † Quem vulgo definiunt, qui non habet 50. aut 100. aureos in bonis, arg. l. 10. ff. de accusat. §. 3. inst. de success. lib.  
5 † Sed rectius hoc judicis arbitrio committitur, Valas. in l. 3. num. 264. ff. de jurisdict. Jacob. Menoch. de arbitrar. judic. quæst. cent. 1. cas. 61. † Quid iti-  
6 dem, si paupertatem propriâ culpâ sibi accersivisset? qui certè privilegio paupertatis non gaudet, Jason. in Auth. res que n. 20. C. com. de legat. Andr. Tiraq. de LL. connub. gl. 8. n. 288. Ventur. de Valent. in parth. litigios. lib. 1. cap. 11. num. 31. Frider. Pruckm. vol. 2. consil. 16. num. 8. † Placuit ergo, de pauper-  
7 tate fidem aliquo modo facere eum, qui se hâc exce-  
ptione tuetur, priusquam ad juramentum pauper-  
8 tatis admittatur. † Quò & respexisse videtur Saxo Illustrissimus in dict. tit. 1. §. Würde sich nun vers.  
Sie das juramentum paupertatis nach eingonomme-  
ner Erfülligung schweren/re.

Ita Domini in causa Matthæi Tapens contra Hansen Mæbussen zu Buchholz/Mensl. Mayo 1632. (Verba sent. Würde Kläger gnugsmäßen Schein / daß er dermaßen unvermögend / daß er diese Rechtfertigung nicht könnte vorlegen/ zu den acten bringen/inmassen er zu thun schuldig / so ergiengte alsdenn wegen des Juramenti paupertatis ferner was recht ist / V.N.W.)

## DEFINIT. XV.

*Minorationis juramentum non solum in rei ipsius ab-  
late, sed etiam damnorum estimatione  
locum habet.*

- 1 Præter juris civilis rationem, introductum est de jure Saxonico, ut is, qui per vim damnum alicui intulit, æstimationem ejus ab adversa parte factam præstare, vel eandem juramento proprio diminue-  
2 re teneatur art. 47. & 51. lib. 3. Landr. † ex quod ju-  
ramentum hoc minorationis, vel minutionis vulgo appellari consuevit, Matth. Coler. de process. execut. in pref. num. 15. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 9. num. 3. &  
4. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 16. num. 1. Joh. Schneide-  
win. ad §. ex maleficiis 18. num. 19. Inst. de action.  
3 † Videtur autem juramentum hoc tantummodo obtainere in æstimatione rei ablatae, non etiam da-  
mni dati, veluti ex verbis textuum in dict. art. 47.  
4 & 51. colligere est. † Nec sine ratione, quoniam ei, qui rem abstulit atque ita vidi & contrectavit, de valore atque æstimatione ejus optimè constare potest, ut mirum haud sit, cur æstimationem ab actore factam proprio juramento diminuere teneatur. † Quæ ratio in damno alteri illato prorsus cef-  
sat, siquidem de eo, utpote extrinsecus accedente, is qui damnum dedit, notitiam habere non potest, sed de hoc magis ei, qui damnum passus est, constat, ut proinde ad damna, dispositionem illam juris Saxonici neutquam accommodate liceat, † cum à separatis non rectè inferatur, l. ult. ff. de calumniat. l. neque  
7 natales. 10. C. de prob. † nec statutaria dispositio ad casus alios extendi debeat, c. cum dilectus. 8. exer. de consuetud. c. cum expeditat. 20 exer. de Elekt. in 6to l. 2. C. de nox. action. veluti differit Hartm. Pistor. dict. quest.  
8 16. n. 6. † Sed quicquid sit, vulgo receptum est, ut non solum res ipsa ablata, verùm etiam damna ab actore æstimari possint, & æstimationem hanc Reus vel præstare vel juramento diminuere cogatur, teste ipsomet Hartm. Pistor. dict. quest. 16. num. 9. & seqq.  
9 † ut proinde ab hâc sententiâ observantia juris Saxonici approbatâ minimè sit recedendum, l. minimè sunt mutanda 23. ff. de lb. l. quod si nolit. 31. §. quia-  
10 cassidua. 20. ff. de adil. edit. † Quam & in provinciis

sui Electoratus expressâ sanctione confirmavit illu-  
strissimus Saxo in Ord. process. judic. tit. 31. vers.  
Darum soll auch nochmals.

Ita Domini in causa des Fischer-Handwerks zu Wittenberg contra Apel von Ebeleben zu Wartenburg/Mensl. April. Anno 1591. (Verba sent. Habe ihr dem Fischer-Handwerk zu Wittenberg etliche Fisch-Reze abgefandet/darenthalb sie euch belanger/die Nege/Schäden-und interesse, so viel sie darmit die Zeit über/als sie in euren Gerichten gewesen / und mit threm Fischer-Handwerk erwerben können / auf eine nobis hafte Summa Geldes auf eiliche 100. fl. erstreckende taxen, und euch/was ihr mit eurem Ende daran nicht vermündern würdet / darein zu vertheilen geheten. Ob nun gleich bemeldete Nege in euren Gerichten liegen blieben/und ihr der selben immittelst keinen Nutzen noch Frommen gehabt / auch nicht wissen könnet / ob und wie oft die Fischer mit solchen ihren Nege unterdesh gesichtet / und was oder wie viel sie dann: gefangen und erworben haben möchten; Da aber dennoch mehr bemeldete Fischer die angemahste Gerechtigkeit wider euch ausführen möchten/So wärer ihr ihnen bei oewegen/ ihre gelagte Schäden/so viel ihr daran mit eurem Ende nicht vermündet möchten/zu erstatthen verpflichtet/V. N. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Post gvarandam & litis contestationem, non est au-  
diendus actor, petens Reo jusjurandum  
minorationis imponi.*

Cum post gvarandam vel litis contestationem, simpliciter & pure factam, delatio juramenti fieri nequeat, Supr. Confl. Elect. II. hâc part. 1. & ibi Defin. 14. Hartm. Pistor. p. 4. quest. 22. num. 7. Jacob. Schult. observ. 48. num. 16. Chil. König. in process. cap. 53. num. 3. nec audiendum esse actorem, si post gvarandam vel litis contestationem petat imponi Reo jusjurandum minorationis, dixeris rectissimè, † ne forsitan per hanc petitionem nimis teram inducatur libelli mutatio, quæ post litis contestationem & gvarandam non admittitur, dict. Confl. Elect. II. b. part. 1. Chil. König. in proc. cap. 48. Dd. in l. edita. 3. C. de edendo. & in §. si minus 36. Inst. de action. † Obloquitur equidem Andr. Rauchbar. vel propterea saltem hoc juramentum post gvarandam & litis contestationem admittens, quod id non à parte parti, sed à judice vel iuste deferatur, adeoque juramentum legale sit, quod post litis contestationem imponiqueat, in part. 1. quest. 9. num. 8. & multis seqq. † Sed vel non conceperim hoc Rauchbaro, ecquis enim nou videt, à parte juramentum minorationis deferri, in cuius solius potestate sit, arbitrio Rei jurato æstimationem committere vel non, præsertim cum & Reus præcisè non teneatur jurare, sed taxatione actoris stare queat, secus atque Rauchb. dict. quest. 9. n. 19. existimat, juramentum nempe hoc necessitatem præstandi afferre, quin nec a iter Reo hoc juramentum decernendum esse, quam si actor id petierit, & ita Reo detulerit, fatetur ipse met Rauchb. dict. quest. 9. n. 44. † Vel dixerim, petitionem jurisjurandi minorationis post litis contestationem vel præstitam gvarandam propterea non admitti, ne quantitas in libello expressa, postea diminuatur, atque ita mutatio fiat libelli post præstitam gvarandam vel item contestatam contra art. 63. lib. 1. art. 15. lib. 2. & art. 14. lib. 3. Landr. Confl. Elect. II. part. 1. † De quo certè hodiè minus dubium est in 6 provinciis Electoratus Saxonici propter Sanctionem expressam in Ord. pr. jud. tit. 31. vers. Jedoch wœfern Kläger vor der Gewehr und Kriegs-befestigung die petition seiner Klagen darauff gerichtet/ dann herach ist er damit nicht zu hören/re.

Ita Domini in eadem causa des Fischer-Handwerks zu Wittenberg/contra Apel von Ebeleben zu Wartenburg/Mensl. April. Anno 1591.

## DEFINIT. XVII.

*Juramentum minorationis locum habet sicutem in vi ablativâ vel expulsivâ, non etiam in realibus injuriis persone illatis.*

**E**xtra controversiam est, quod juramentum minorationis vel minorationis locum tantummodo habeat in casu violentiae, damno scil. per vim datus, uti manifestum redditur ex verbis art. 47. & 51. lib. 3. Landr. Mit Gewalt oder ohne sein Vorwissen/ Hartm. Pistor. part. 1. quest. 16. num. 12. † veluti si quis oppignorationis nomine, minus tamen ritè factæ, animalia alterius ceperit, eaque cum damno Domini aliquandiu detinuerit. † An ergo etiam in injuriis realibus violenter persone alicui illatis, verbi gratia, manu in rixâ amputata? Ita quidem sentit Dan. Moll. lib. 3. semestr. 38. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 9. in pr. & 29. Matth. Coler. de aliment. lib. 3. cap. 12. num. 21. veluti etiam hoc casu à Dominis Assessorebus Collegii Juridici Wittbergensis, juramentum minorationis admissum esse, eamque sententiam multis in aulâ Electorali placuisse testatur Hartm. Pistor. dict. quest. 16. in fin. † Sed loquitur dispositio Saxonica disertis verbis, de rebus solummodo vi ablatiis, in dict. art. 47. & 51. Wer dem andern ichtwas nimmt/ & ibi. Wiedergeben, † Ex quo rectissime infert Hartm. Pistor. dict. quest. 16. num. 17. Juramentum minorationis non nisi in vi ablativâ vel expulsivâ obtinere, quia nempe verbis statuti inhærendum est, l. 1. §. Licer. 20. vers. in regitur dubi. ff. de exercit. act. l. quod. constitutum 21. ff. de milit. testam. l. constitutionibus 24. ff. ad municip. † ac proinde non audiendum esse actorem, si taxationem vel aestimationem injuriarum realium sibi illatarum, vel manus amputatae juramento Rei committere velit, † præsertim, quia pro injuriis ejusmodi realibus, certa est statuta aestimatio sive Vergeldum in Jure Saxonico, in art. 16. lib. 2. Landr. ut vel propterea etiam non licet devenire ad juramentum minorationis, quippe quod iis in casibus dum taxat obtinet, in quibus anceps & dubia est rei aliejus aestimatio, d. art. 51. lib. 3. Landr. ut demonstrat Hartm. Pistor. dict. quest. 16. circa fin. † Eaque sententia diserte fuit approbata à Saxone Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 31. §. Dieweil aber auch/ ic.

Ita Domini in causa Simon Conrads contra Gottfried Sachsen zu Dresden/Mensl. Feb. Anno 1627. (Verba sent. Ultò es hat das gebetene Juramentum minorationis nach Gegebenheit diffalls/ und der jugeßguten Beschädigung nicht statt/ B.R. W.)

Et in causa Christophori & Petri der Kirchbache wider Hansen Reichelt und Consorten zu Dresden/Mensl. Jul. Anno 1603;

## DEFINIT. XVIII.

*Minutionis juramentum Reo, sed juramentum in item actori desertar, & quomodo bac duo jura menta convenient, & vicissim ab invicem differant.*

**N**ullà reperitur jutamenti species magis cognata & affinis minorationis juramento; quād̄ jusjurandum in item, usque adeo, ut hæc duo præ eodem posuerit Christ. Zobel. in gloss. art. 47. lit. B: lib. 3. Landr. † quia utrōque juramento æstimatoria rerum abreptarum vel invasarum sive damnorum datorum manifestatur, l. si quando 9. C. unde vi l. cum farii. 9. ff. de in lit. jurand. cap. ult. extr. de his, que vi metusv. cauf. & utrīque etiam jutamento locus est ita demū, si adsit probationum difficultas, dict. l. si quando 9. & ibi. Plotus §. 2.n. 2. & §. 22. n. 1. Dan. Moller. lib. 3. semestr. cap. 38. n. 3. † Nihilominus tandem differunt etiam ab invicem hæc duo jutamenta.

Carpz. Definit. Vol. I,

Nam juramentum minorationis imponitur sicutem ob violentiam Defin. preced. † Sed juramentum in item tam ob violentiam d. t. se quando. 9. C. unde vi. quam ob dolum vel contumaciam, quandoque etiam ob latam culpam; l. r. l. 2. l. in actionibus s. l. tutor. 8. ff. de R. V. sed eisfitege 25. §. hec verba. ib. ff. de petit. hered. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 9. num. 30. † Deinde, standum est præcisè juramento minutonis, nec Reus, qui actoris taxationem moderatus est, suo jutamento in plus vel minus condemnari potest: † Contra juramentum vero in item Reus probationes contrarias inducere non prohibetur, Plot. dict. loc. §. 48. num. 22. cum seqq. prout in aliis etiam jutamentis, que vel ex legis, vel statuti dispositione deferuntur, observatur, Rauchb. dict. quest. 9. n. 35. † Denique etiam minutonis juramentum Reo, art. 47. & 51. lib. 3. Landr. at jutamento in item actori desertur, l. vulgo presumitur 7. ff. de in lit. jur. Andr. Rauchb. dict. qv. 9. n. 28.

Ita Domini in causa Matthes Lösen und George Mölcken contra Urban Müllern venularia coram Sehau Lipsensi Mensl. Sept. Anno 1628. (Verba sent. Dieweil Bellagter sich ausdrücklichen erklärt/dass er nicht schweren/und die verlassene Gerade endlichen anzeigen wolle/ So werden nun mehr Klägerer Eheweibere auff vorgehende richtige Liquidation Würderung und Gerichtliche Moderation der mangelnden Geradestücken wider Bellagten in item zu schweren blich zugelassen/B.R. W.)

Et in causa Michael Bünters contra Christian von Starchedel zum Häyn/ Mensl. Mayo, Anno 1634. (Verba sent. Würde Kläger die angegebene und moderite Summen eydlich erhalten/und schweren/ daz er die abgenommenen mobilien so hoch und nicht geringer / als er sie in dem Verzeichniss fol. 196. angegeben / achte/ auch so viel / und nicht darunter von seinem Hab und Gütern verloren/ und entbehren müsse/ ic. So wäre Bellagter obgedachte Summen Klägern abzutragen schuldig/und in Mangelung gütlicher Entrichtung würde ihm darzu gebührlichen verholzen / B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*In omnibus actionibus hodie in item jurari potest.*

**D**icas vulgo faciunt species jurisjurandi in item actionis nempe & veritatis, illo permitti ajunt, actori rem æstimare pro arbitrio, l. 1. l. 8. ff. de in lit. jur. l. 68. ff. de R. V. l. 54. ff. mandat. † hoc vero quanti revera res est, l. 2. §. 1. ff. de in lit. jur. † Illud in bonæ fidei sicutem in item judiciis arbitrariis atque directis ob dolum, hoc vero indifferenter in omnibus judiciis etiam ob culpam locum habere assertunt, l. 5. in pr. & §. ult. & l. seq. l. 2. l. q. ff. de in lit. jurando. Hugo Donell. in prelud. & ad l. 1. n. 5. l. ult. n. 6. & 8. & addit. l. 5. §. ult. n. 14. 20. & 21. ff. de in lit. jur. & ibi etiam Duar. † Sed suspecta alicui videri possit hæc distinctio, siquidem etiam per juramentum, quod affectionis dicitur, juratur quanti res est, licet non æstimatione communis, sed jurantis. † Atque necessarium est, quæcumque specie hujus jurisjurandi res æstimetur, condemnationem fieri, quanti in item jutatum est; † Et subtiliter disputat Anton. Fab. lib. 16. conject. 1. & 13. & decad. 17. Error. 8. nunquam jutari posse in item, qui aliquo modo affectioni jurantis indulgeatur, ut ita nunquam simpliciter dici queat, æstimari recti; quanti revera est: † Etsi vero lubens fatear, prædictam distinctionem ab Interpp. fuisse receptam, ac commode etiam retineri atque defendi posse, siquidem in casu, quo exercetur dolus & contumacia Rei, quo in infinitum jutari posse Jcti tradunt, constat, indulgeri affectioni jurantis, † quod non concedendum ob solam culpam, dict. l. 2. l. 5. §. ult. l. 8. ff. de in lit. jur. † Non memini tamen, in praxi differentiam hanc multum attendi, quin potius arbitrio judicis relinqu, quando jutamentum hoc, sive affectionis, sive veritatis, deferendum existimet;

107 Nam circa jurandum in item, arbitrio judicis multum esse tribuendum, satis appareat ex l. 4. §. 112. & 3. l. 5. §. 3. & 4. ff. de in lit. jurando. † Ex quo fit, ut hodie non solum in omnibus bonae fidei actionibus sive in rem, sive in personam, quibus res restituitur, sed etiam in strictis judiciis arbitrariis & non arbitrariis ex causa justa atque sufficiente in item juretur, ut notat Andr. Rauchb. 12 part. 1. quest. 9. num. 32. † Quin & in bona fidei judiciis contrariis, praesertim si non de damnō pecuniariō, sed de fide ruptā agatur, Plot. in l. si quando g. §. 20. & §. 39. C. und. Vi. Rauchb. dict. loc.

Ita Domini in causa Hansen Christophs von der Planig zu Auerbach/Mensl. Sept. Anno 1634.

Et in causa Hansen von Eichberg zu Offshoffen/Mensl. Febr. Anno 1593.

#### DEFINIT. XX.

*Juramentum in item non respuit moderationem judicis, qua tamen prestationem juramenti præcedere debet.*

- 1 Præter differentias inter juramentum minorationis & in literā, de quibus dixi Defin. 18.
- 2 † alia adhuc existit, nempe quod per illud damnum ab ipso Reo estimetur absque alia judicis taxatione, art. 47. & 51. lib. 3. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 9. num. 3. & 34. † At juramentum in item taxationem & moderationem judicis recipit, l. videamus 4. §. 3. l. in actionib. 5. §. 1. ff. de in lit. jur. l. 3. §. præterea. 2 ff. ad exhib. l. tutor. 8. ff. de in lit. jur. l. si quando g. C. unde vi. † Quod quidem alicui mirum videri possit, praesertim quando propter dolum & contumaciam rei in item juratur, in cuius poenam indulgetur actori, etiam jurare in infinitum, ut proinde ipsum non immerito ad rationem juris antiqui suspectum videatur Anton. Fab. decad. 18. Error. pragmat. 9. & lib. 16. conject.

17. † Attamen ipsissima æquitas judicem ad taxationem impellit, ne in arbitrio sit ejus, qui jurare debet, ut affectioni sua in infinitum indulgeat, Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 32. defin. 1. num. 4. atque ita jurando in infinitum perjurio & delicto anla detur, praesertim cum in hoc juramento nunquam censeatur exclusum judicio arbitrium, Defin. preced. † Præcedat autem moderatio judicis ipsum juramentum, necesse est, dict. l. 4. §. 2. & l. 5. §. 1. ff. de in lit. jur. † ne, si juratum fuerit, difficile sit jurementum retractari, arg. l. 9. C. unde vi l. 4. §. 4. ubi Dd. ff. de in lit. jur. Anton. Faber. dict. tit. 32. def. 1. num. 5.

Ita Domini in causa Christophori Königfeld zur Naumburg/Mensl. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Würdet Ihr nun die vermissete Sachen liquidiren, und in einen gewissen Anschlag bringen/ dieselbe folgends Gerichtlichen moderieren und mäßigen lassen/ und dann das auch so viel/ als die Gerichtliche moderation besaget/ aus obgedachtes eures Schwiegervaters Verlossenheit entwendet worden/ wider eure Stieff-Schwiegermutter in item schweren/ innassen ihr dergestalt damit billig zugelassen werdet; So würde gedachte eure Stieff-Schwiegermutter euch dasselbe zu erzeigen und zu bezahlen vertheilet und angehalten/ V.R.W.)

Item in causa Matthes Lossern und Georgii Mockens contra Urbas Müllern zu Leipzig/Mensl. Febr. Anno 1603. (Verba sent. Dieweil Klägerer Eheweiber das ihnen zuerkannte Juramentum in item auf vorgehende Liquidation und Gerichtliche Moderation wärlich geleistet/ und daß die geforderte Geradestücke 55. fl. 13. Gr. 6. Pf. werth seyn/ geschworen; So ist Beklagter Klägern angeregte Summa Geldes der 55. fl. 13. Gr. 6. Pf. zusammen denen in dieser Sachen aufgelaufenen/ und ohne End angegebenen Unkosten/ so hiermit auf 15. Thal. 19. Gr. gewidigt werden/ zu erstatten schuldig/in Mangelung gütlicher Entrichtung wird Klägern darzu gebührlichen geholffen/ V. R. W.)

Item in causa Hansen Wolffens von Wolframsdorf contra seine Unterthanen und Pferde. Fröhne daselbst Mensl. Juli Anno 1626.

Et in causa Michael Büttner's contra Christian von Starchedeln zum Hayn/Mensl. Mayo, Anno 1634.

## CONSTITUTIO XXIV. PARTIS PRIMÆ.

### Ob und wie die Eydesleistung den Erben zu zuerkennen sey?

**N**erinnen haben unsere Schöppenstule wider einander gesprochen/ etliche haben in dem Fall/ wann der/ so einen Eyd schweren sollen/ für die Leistung gestorben/ alsdann die Sache auf ordentliche Beweisung richten wollen. Etliche haben geachtet/ obwohl die Erben mit dem Eyde super Veritate zu verschonen/ daß sie dennoch/ damit der vorige proces und Urtheil nicht ganz cassiret/ de credulitate zu schweren zulässlich seyn solten.

Wir lassen uns solche letzte Meynung gefallen/ nemlichen/wenn das Urtheil des Eydes haben bey Leben des Parts gesprochen/ er den terminum bey seinem Leben nicht verfließen lassen/ und sich des Eydes expressè sine causa in actis, oder sonst nicht geweigert/ daß alsdann Juramentum credulitatis in heredibus statt haben/ und auch also darauff gesprochen werden soll.

### Juramentum an & quatenus heredibus sit imponendum?

**N**hac quæstione contraria in Scabinatibus nostris reddita fuere responsa. Quidam enim defuncto eo, qui jurare debuit, ante juramentum præstitum, ordinari probacione opus esse existimarent. Alii contra, et si heredes, ut de veritate jurarent, cogendos non esse concederint, ne tamen prior processus & sententia super collata prorsus in irritum redigerentur, saltem ad juramentum credulitatis eos admittendos censuerunt; Idque nos probamus, ita nimur, ut ubi sententia de præstanto juramento, vivo quopiam prolata, is, qui jurare debuit, intra terminum ei præfinitum decedens, juramentum expressè sine causa in actis aut alijs non recusavit, tunc juramentum credulitatis in heredibus locum habet, & ita pronunciari volumus.

## DEFINITIONES.

1. *Fatuum defuncti, heredis scientia, sive notitia committi potest, non etiam ejus conscientie.*
2. *Defuncto eo, cui juramentum est delatum super factum proprio, antequam illud praesitum fuerit, heredes ejus saltem de credulitate jurare tenentur.*
3. *Non tenentur heredes jurare de credulitate factum conscientie Reicommisso, si is ante conceptionem vel publicationem sententia deceperit.*
4. *Aliud tamen hoc casu dicendum est, si factum non solum conscientia defuncti, sed & ejus scientia atque notitia fuerit commissum.*
5. *Pendente Leuteratione licet jurare jussus deceperit, ejus tamen heredes de credulitate jurare tenentur.*
6. *Defuncto auctore ante praesitum juramentum sive relatum, ejus heredes quoque de credulitate jurant.*
7. *Admittuntur quoque heredes ad juramentum cre-*

## DEFINIT. I.

1. *Fatuum defuncti, heredis scientia, sive notitia committi potest, non etiam ejus conscientie.*

**H**æredi vel alii Successori de facto alieno, puta, defuncti vel alterius prædecessoris, cum quo judicium nondum est cœptum, juramentum deferri haud posse, expediti juris est, l. Marcellus n. 5. jurare autem ~~in~~ vir. 2. ff. de act. rer. amotar. l. vi. de amus. 4. ff. de in lit. jur. l. 34. §. 3. ff. de jurejur. † quia hæres justam & probabilem rerum à defuncto gestarum ignorantiam habere censetur, l. generaliter. 12. C. de jurejur. l. qui in alterius 42. ff. de R. jur. l. si sterilis 21. §. 1. ff. de act. empt. l. ult. ff. pro suo. Jac. Thoming. part. 1. decif. 45. num. 1. & seqq. Joh. Schneidewin. ad §. item si quis postulante. u. Inst. de action. n. 87. & n. 109. Christ. Zobel. part. 1. differ. 28. num. 2. & seq. Mynsing. cent. 1. obser. 13. in pr. 3. † Quod cum jure Saxonico nullibi reperiatur immutatum, quin standum sit dispositione juris communis, nec proinde super facto defuncti in foro Saxonico hæredi juramentum deferre liceat, dubitandum prorsus non est, arg. l. sancimus 27. C. de testam. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat. † veluti tradunt post Gloss. ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 6. num. 3. Georg. Rotschitz. in proc. part. 1. art. 11. n. 5. & 6. Joh. Schneidewin. dict. §. item si quis postulante 11. n. 87. Inst. de act. Frider. Pruckman. vol. 1. consil. 2. n. 338. 5. & seqq. † Sed hoc ita, si actor factum defuncti conscientia hæredis committere velit, ihme die Klage ins Gewissen allein stellen / quod facere non potest. 6. † Cæteroquin, si scientia & notitia hæredis factum defuncti committatur, (wann die Klage in sein Gewissen / Wissenschaft und Wohlbewußt gestellet wird) eum jurare teneri vel exinde patet, quod hoc casu saltem de credulitate sit jurandum, aut potius de ipsa ignorantia, quod jurans de facto nullam habet notitiam. † Ex quo etiam de facto alieno quilibet notitiam atque scientiam suam jurato aprire obstrictus est, ut demonstravi supra Const. Elect. 12. defin. 40. Ord. process. jud. El. Sax. tit. 18. §. weil es aber. Chil. König. in process. cap. 66. Matth. Coler. part. 1. decif. 116. n. 7. Matth. Wesenb. in suppl. ad Joh. Schneidew. dict. §. item si quis postulante 11. n. 89. lit. a. Inst. de action. Jacob. Schult. in addit. ap. Modest. Pistor. part. 3. quest. 126. n. 189. Reinhard. Rosa ad Moll. bic n. 13.

Ita Domini in causa Caspari Eberleins zu Bitterfeld/Mens. Mayo, Anno 1628. Verba sent. Ist euch Hans Wollenstein mit 87. fl. verhaftet gewesen/deßwegen ihr nunmehr nach seinem Absterben/seine Erben zu belangen/und ihnen die Klage in ihr Gewissen / Wissenschaft und Wohlbewußt zu stellen.

Carpz. Definit. Vol. I.

- dulitatis, si defunctus in probationibus, quibus com. scientiam suam exonerare voluit, defeccerit.
8. Non exigendum est juramentum veritatis principale ab heredibus, etiam si de facto defuncti bene sint informati.
9. Heredes de credulitate jurare justi, ad evitandum juramentum, probationibus uti possunt.
10. Juramentum credulitatis heredes præcisè tenentur prestare, nec illud referre possunt.
11. Supilli juramentum pariter judiciale sibi delatum & credulitatis in propria persona tenentur præstare, sed suspenditur auctus jurandi, donec ad pubertatem pervenerint.
12. Juramentum tamen Credulitatis præstare possunt tutores nomine pupillorum, quando coheredes magrennes concurrunt.

Vorhabens send/ic. So seyd ihr soiches zu thun wohl besugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

Defuncto eo, cui juramentum est delatum super factum proprio, antequam illud praesitum fuerit, heredes ejus saltem de credulitate jurare tenentur.

**A**ccidit quoque saepius, ut de proprio facto quis conventus, & juramentum sibi delatum præstare, suamque conscientiam patagare persistet. tam jussus, decadat ante prælitrum iuramentum, ubi controverti solet, annon heredes vel successores juramentum illud defuncto delatum præstare tenentur. † Quod quidem negandum, propter ignorantiam rerum a defuncto g. statum probabilem. l. qui in alterius 42. ff. de Reg. jur. l. generaliter. 12. C. ac jurejurando. quin & viro bono atque probatae fidei haud raro heres levis & imprecibus succedit, † ut vel saltem deferentis iuramentum intersit, ab herede non jurari, secundum tradita Gloss. in ditt. l. generaliter & Bald. in l. 2. ff. de condit. indebit. Jac. Thoming. decif. 45. §. 2. † Attamen de credulitate saltem hoc casu heredes obstricti sunt, quod scil. ejus rei notitiam non habeant, neque credant, tale quid à defuncto contractum vel factum esse, per text. in Landr. l. 3. art. 11. Gloss. latin. ad text. latin. Landr. lib. 1. art. 6. §. si vero negaverit. Johann. Schneidew. ad §. item si quis postulante. u. n. 89. & n. 109. Inst. de action. Matth. Coler. part. 1. decif. 116 n. 5. & seqq. Christoph. Zobel. part. 1. differ. 29. num. 1. † Quod ipsum diserte approbat Illusterrimus Sa- 5. ko b. Const. 24. §. Wir lassen uns solche letzte Meinung gefallen/nemlichen/wenn das Urtheil des Eides halber becken des Parts gesprochen/et den terminus bei seinem Leben nicht verfließen lassen/und sich des Eides expressè sine causa in actis oder sonstigen nicht geweigert/dass alsdenn das juramentum credulitatis in heredibus statt habe. † Tria nimurum Constituens 11. Instruimus conjunctim requirit, ad hoc, ut juramentum credulitatis injungatur hæredibus, i. ut sententia de juramento præstando vivo adhuc eo, qui jurare jussus fuerat, lata sit. 2. Ut is, qui jurare debet, terminum elabi non fuerit passus. 3. Ut iuramentum justa ex causâ in actis non recusaverit, Dan. Moll. bic n. 5. Matth. Berlich. part. 1. concl. 55. n. 25. Jacob. Thoming. dict. decif. 45. n. 21. Zobel. part. 1. differ. 29. n. 5.

Ita Domini in causa Hansen Freunds/ contra Morem Windfern zu Meissen / Mens. Sept. Anno 1631. (Verbi sent. Dass es eingewandter Leuterung ungeachtet / bey jüngstem Urtheil hiltich verblebet / jedoch mit dieser Erklärung / dass Beifrag der deferten End aussichtslos / so viel ihm von dieser Sache bewusst / und er glaube zu schweren schuldig / V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Non tenentur heredes jurare de credulitate super factō conscientia Rei commisso, si is ante conceptionem vel publicationem sententia deceperit.*

- 1 **D**e credulitate ergo tenentur jurare heredes, si facto proprio defuncti conscientia saltem commisso, (Wenn die Klage allein in sein Gewissen verschoben worden) & desuper sententiā latā atque publicatā, ante præstationem juramenti is deceperit,
- 2 **D**efin. preced. † At quid, si in causa duntaxat conclusum, sententia autem super delatione juramenti ante obitum defuncti vel nondum concepta, vel saltem bāud publicata fuerit? Nihilominus ad præstationem juramenti credulitatis heredes obstrictos esse,
- 3 † existimare quis posset, cum Matth. Berlich. part. 1. conclus. 55. n. 37. propterea quod paria sint, in causa esse conclusum; & sententiam latam atque publicatam esse, c. pastoralis 5. extr. de caus. possess. & propr. l. si rem. 29. S. ult. verb. dum tamen ne prope ipsam condemnationem id fiat. ff. de evict. l. 19. C. ad 4 Leg. Jul. de adult. † Sed refellitur id ipsum ex b. Constit. 24. §. Wir lassen uns/que heredibus juramentum credulitatis super facto defuncti ejus conscientia commisso tūm demum injungit, si vivo adhuc Reo sententia lata & publicata fuerit, terminus jurandi currere cōperit, non tamen praterierit, nec 5 jurare jussus juramentum recusaverit. † Quæ certè omnia contingere nequeunt, si ante conceptionem, vel saltem publicationem sententia Reus, cui juramentum delatum est, deceperit, ut proinde eo casu heredes juramento credulitatis gravare haud liceat.
- 6 † Idque eo minus, quod jus statutarium, à jure communi præsertim exorbitans ad casus alios non sit extendendum. Jac. Thoming. decis. 45. n. 2. & seqq. Andr. Tiraquell. de lib. connub. gloss. 2. num. 23. post. pr. Jac. Schult. lib. 2. præst. quest. 65. num. 32. & seqq.
- 7 † quin potius forma in Constitutione Electorali præscripta ad unguem observanda, Jason. in l. quid sit nominatim i. ff. de lib. & posth. n. 18. Andr. Gail. lib. 8 2. observ. 19. num. 15. & seqq. † Et si rationem Sanctionis Eleitoralis indagare lubeat, reprehendetur, heredes propterea ad juramentum credulitatis admitti, quia pro defuncto, qui per sententiam jurare jussus, juramentum non recusavit, nec terminum elabi passus est, militat præsumptio, quod justè fuisse juraturus, sed defuncto eo ante publicationem sententia, præsumptionem hanc cessare, ecquis non videt?

Ita Domini in causa Martini Rosens zu Weissensee/ Mens. Aug. Anno 1621. (Verba sent. Habt ihr Bastian Hempeln wegen eines Stücke Wiesen/so er euch verkaufft haben soll/ gerichtlichen belanget/und den End gebührlichen deferiret. Ehe und zuvor aber über der Endes-delation zu Recht erkannt/und das Urtheil eröffnet worden/ist gedachter Hempel Todes verfahren/derwegen ihr nunmehr von seinen Erben das juramentum credulitatis geleistet haben wollet; Ob nun wohl dieselbe sich dessen verweigern/gestalt denn auch/ wenn die Klage einem in sein Gewissen allein gestellt worden/und derselbe vor gesprochenem und eröffneten Urtheil verstirbet/ seinen Erben das juramentum credulitatis zu leisten nicht auferlegt werden mag/ic.)

## DEFINIT. IV.

*Aliud tamen hoc casu dicendum est, si factum non solum conscientia defuncti, sed & ejus scientie aequa notitia fuerit commissum.*

- 1 **N**olo tamen id aliter accipi, quām si factum conscientia saltem defuncti fuerit commissum. (Wenn ihm die Klage allein in sein Gewissen geschoben worden.) † At, causā simul ejus notitiae & scientiae commissa (in sein Gewissen / Wissenschaft und

Wohlbewußt) quin heredes eo etiam casu, quo Reus, cui juramentum delatum est, ante conceptionem, vel publicationem sententia deceperit, de credulitate jurare teneantur, vel propterē dubitandum non est, quod & ipsis heredibus eo modo juramentum super facto defuncti liceat deferre, ut dixi supr. def. i. † Habent siquidem verba illa (Wissenschaft und Wohlbewußt) hanc vim & operationem, ut heredes semper de credulitate jurare teneantur, Matth. Coler. part. 1. decis. 116. n. 9. & seq. Joh. Schneidew. ad §. item si quis postulante n. numer. 89. & 109. Inst. de action. † Ex quo et iam rectissimē infert Matth. Berlich. licet Reus, cui delatum est juramentum, ante litem contestatam, deceperit, propterē tamen delationem juramenti non evaneſcere, sed ejus heredes de credulitate jurare teneri, part. 1. concl. 55. n. 11. n. 43.

Ita Domini in eadem caufa (Verba sent. Da ihr aber dennoch dem Verstorbenen die Klage nicht allein in seine Wissenschaft und Wohlbewußt gestellt hättest/ dafür sieh aus eurer Frage anschein läßt/ so wären seine Erben ihres Fürwendens ungeachtet/ das Juramentum credulitatis zu leisten schuldig.) V. R. W. )

## DEFINIT. V.

*Pendente Leuteratione licet jurare jussus deceperit, ejus tamen heredes de credulitate jurare tenentur.*

**Q**uid autem, si per sententiam jurare conscientiā inque purgare jussus, eam per leuterationem vel appellationem à vījudicati suspendat, ac pendente leuteratione vel appellatione moriatur? † Negari certè nequit tūm latam ac publicatam fusile sententiam. Quidni ergo defuncto Reo, ejus heredes ad præstationem juramenti credulitatis obstricti essent, ex b. Const. 24. §. wir lassen uns/ præsertim, cum pendente Leuteratione vel appellatione dici nequeat, † quod 3 jurare jussus præstationem juramenti recusaverit, vel terminum jurandi elabi passus fuerit, quam rationem potissimum attendit Sanctio Elect. diet. §. wir lassen uns. † Nec movet quicquam, quod Leute- 4 ratio vel appellatio sententiam suspendat, causamque ad eum statim redigat, qualis fuit ante sententiam prolata vel publicatam, l. 1. §. ult. ff. ad scđum Turpil. l. 1. in pr. ff. de appellat. Matth. Welsenb. in parat. ff. de appellat. num. 10. † item, quod Reus per 5 Leuterationem aut appellationem censeatur recusare præstationem juramenti. † Siquidem hæc omnia 6 fiunt saltem per fictionem juris, quæ tam efficax non est, ut actori præjudicare, cumque onere probandi gravare queat. † Idque tantò minus, quantò ini- 7 quius esset, heredes ex malitia defuncti, ejusque temerariā leuteratione vel appellatione commodum aliquod sentire, & à præstatione juramenti credulitatis liberari, quia nunquam malitiis est indulgendum, Ant. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 12. defin. n. n. 2.

Ita Domini in causa George Weinlebens zu Weissfels / Mens. Majo, Anno 1602. (Verba sent. Ob nun gleich seine Erben vorwenden/dass weil Beklagter pendent leuteratione verstorben/sie nunmehr das juramentum credulitatis nicht ablegen können; Dieweil aber dennoch das Urtheil noch bei Leben des Beklagten/ darin ihm der End zuerkannt/gesprochen worden/ und er damider nur Leuterung eingewendet/sich aber des Endes ausdrücklich nicht verweigert/ ic. So mag auch der Beweis euch nicht aufgedrungen werden/Sondern es werden bemeldte Erben ad juramentum credulitatis nochmals bislich zugelassen/V.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*Defuncto auctore ante præstitum juramentum sibi relatum, ejus heredes quoque de credulitate jurant.*

**Q**uod de juramento Reo delato sancitum repetitur b. Const. 24. id ad juramentum etiam acto.

- 2 actori relatum extendendū est, † nempe, ut defuncto  
actore ante præstationem jurisjurandi relati, heredes  
3 de credulitate jurare teneantur. † Idque non solum  
propter rationis identitatem, quæ idem jus facie,  
4. l. illud. 32. ff. ad leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O. † Sed  
& quod Constit. b. 24. generaliter de præstatione  
juramenti loquatur, adeoque generaliter tam de  
relato, quam delato jurejurando accipi debeat, l. i.  
5. generaliter 1. ff. de legat. preff. l. preses 3. in fin. ff.  
de offic. presid. l. ut nullo 28. C. de Usur.

Ita Domini in causa Hansen Bemmels contra Jonas Küggen & consortes zu Leipzig/Mense Sept. Anno 1601.

#### DEFINIT. VII.

*Admittuntur quoque heredes ad juramentum credulitatis, si defunctus in probationibus, quibus conscientiam suam exonerare voluit, defecerit.*

- 1 **N**on semper, nec quovis in casu exigendum est  
2 juramentum credulitatis à defuncti heredibus.  
3 † Quid enim, si actor ante præstationem jurisjurandi calumnia decessisset? † Aut quid si juramentum  
minorationis defuncto injunctum fuisset? Neutro  
casu heredes juramento credulitatis esse gravandos,  
rectissimè, meo judicio, sentit Matth. Berlich. part.  
4. 1. concl. 31. num. 25. & concl. 55. num. 7. & num. 27. &  
28. † non quidem propter ignorantiam probabi-  
litas, quam heredes de calumnia actoris vel estimatio-  
nem damni habere præsumuntur, ut putat Berlich.  
dict. loc. propter hanc causam, siquidem de creduli-  
tate saltem jurandum esset Supr. Defin. 2. † Sed quia  
b. Constit. 24. non nisi de juramento judiciali loqui-  
tur, ut ex toto contextu apparet, ac proinde à jure  
communi exorbitans ad casus alios neutiquam ex-  
tendi debet, Andr. Tiraq. de LL. connub. gloss. 2. num.  
6 23. post. pr. Jac. Schult. lib. 2. quest. 65. n. 32. & seqq.  
† Quid verò, si defunctus, cui juramentum dicta-  
tum fuit, conscientiam suam probationibus exone-  
rare volens, in iisdem defecerit? Non certè video,  
7 † quare hoc casu heredes ad juramentum creduli-  
tatis haud admittendi essent, ex dispositione scilicet  
b. Constit. 24. quæ tūm demum juramentum creduli-  
tatis excludere videtur, quando defunctus absque  
justa causa præstationem juramenti recusaverit,  
8 quod neutiquam asscri potest † de eo, qui prius con-  
scientiam suam probationibus liberare tentavit, sub  
tacita conditione, ut si in probationibus defecerit,  
sibi regressus ad jurandum pateat, Supr. Const. Elect.  
14. Matth. Coler. conf. 3. num. 68. vers. nisi & ipse.  
9 † Quod hodiè minus dubii habet in provinciis Elec-  
toratus Saxonici, propter sanctionem expresiam in  
Ordin. process. judic. tit. 19. §. wenn nun einer. vers.  
würde sich auch einer/ce.

Ita Domini in causa Jacobi Wolfmars contra Andream Reicharten / ventilata coram Senatu Lipl. Mens. Jun. Anno 1624. (Verba sentent. Dass Beklagter sein Gewissen / wie zu Recht / genugsam nicht vertreten/derorogen seyn seine nun mehr hinterlassene Erben den ihm hiebevor zuerkanten Eyd/ jedoch fernher nicht / als de credulitate zu schweren schuldig/ Sie thun solches oder nicht / so ergehet fernher in der Sachen was recht ist/B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Non exigendum est juramentum veritatis principale ab heredibus, etiam si de facto defuncti bene sunt informati.*

- 1 **C**ausam dedit juramento credulitatis ignorantia  
probabilis, quam heredes de facto defuncti ha-  
bere censentur, l. generaliter 12. C. de jurejur. l. qui  
2 in alterius 42. ff. de Reg. jur. † At ergo, inquires, he-  
redes tūm demum juramentum veritatis defuncto  
delatum præstare tenebuntur, si de facto ipsius fu-

rint informati? Ita putat Matth. Berlich. part. 1. concl.  
55. n. 48. per text. in Landr. lib. 3. art. 11. vers. Ob ihme  
um die Sache bewußt. † Sed nihil omnino probant 3  
hæc verba, quia de juramento credulitatis sunt ac-  
cipienda, ut nempe jurent heredes de scientia &  
credulitate, † veluti ea explicat Gloss. pen. in fin. 4  
dict. art. 11. & Matth. Coler. part. 1. decis. 116. num. 7.  
† Rectius meo judicio arbitratur Dan. Moller. hic 5  
n. 9. † neutiquam juramentum veritatis heredibus 6  
imponendum esse, ut maximè etiam de facto defun-  
cti sint informati ex mente scilicet Saxonis Illustris-  
imi, qui hæc Constit. 24. in juramento credulitatis pe-  
dem figit, nec quicquam de jurejurando veritatis dis-  
ponit. † Et licet heredes notitiam rerum defuncti 7  
habeant exactissimam, horum tamen conscientia  
(de eo siquidem casu hic loquor, quo factum defun-  
cti conscientia solummodo fuit commissum, wenn  
die Klage in das Gewissen allein gestellt wird) facto  
antecepsoris gravari haud debet, † quia nunquam soli 8  
alicujus conscientiae factum alienum committitur,  
Ordin. process. jud. Elect. Saxon. tit. 18. §. weil es  
aber/vers. also daß im ersten Fall. Supr. Constit. 12.  
defin. 49.

Ita Domini in causa Martini Nossens zu Weissensee/Mens.  
Augst. Anno 1621. (Verba sentent. Ob nun wohl die Erben sich  
dessen verweigern / gestalt denn auch / wenn die Klage einem  
in sein Gewissen allein gestellt worden / nach dessen Absterben  
seinen Erben das juramentum veritatis, unangesehen sie um die  
Sache gute Wissenschaft tragen / zu leisten nicht auferlegt  
werden mag/c.)

#### DEFINIT. IX.

*Heredes de credulitate jurare possunt, ad evitandum  
juramentum, probationibus uti possunt.*

1 **N**on dubito, quin heredes de credulitate jurare  
jussi, si ad evitandum juramentum probationi-  
bus uti velint, audiri debeant; et si enim aliter do-  
cuerit Matth. Wesenbec. quem sequitur Dan. Moller.  
hic num. 20. sola ejus autoritate commotus;  
ipsa tamen veritas me ad dissensum cogit, cum ne-  
2 mini ignotum sit, ipsum defunctum, cui juramen-  
tum delatum fuerat, omisso eo, probationibus uti,  
& si defecisset in iis, ad juramentum recurrere po-  
tuisse, Supr. Const. Elector. 14. b. part. 1. † Cur non 3  
ergo ideo idem licet ejusdem heredibus, qui in jus  
defuncti succedunt, l. heredem 59. l. hereditas 92. ff.  
de R. I. † præsertim, cum per se durum sit, heredes  
4 de facto defuncti jurare cogi, ut vel propterea saltem  
parcissimè, nec aliter, quam in defectum aliarum  
legitimarum probationum, juramento, seu subsidi-  
ariâ probatione, sit utendum, c. 2. extr. de probat. l.  
3. C. de jurej. Veluti ipsem Dan. Moller, animad-  
vertit.

Ita Domini in causa Efaiz Mallenreits 'contra Peter  
Schmidens Erben zu Borna/Mens. Mayo, Anno 1630. (Ver-  
ba sentent. Dass beklagte Erben gestalten Sachen nach/das ju-  
ramentum credulitatis zu leisten schuldig; Sie wölen dann  
ihre Wissenschaft und Wohlbewußt mit Beweis vertreten/  
damit würden sie binnen Sächsischer Frist billich gehörig und  
zugelassen/und ergreige darauf ferner was recht ist/B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Juramentum Credulitatis heredes præcisè tenentur  
præstare, nec illud referre possunt.*

1 **R**eferre tamen nequeunt heredes juramentum  
Credulitatis, sed illud præcisè tenentur præ-  
stare, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 32. n. 3.  
Matth. Berlich. part. 1. concl. 55. n. 51. † Tūm, quia de-  
functus non recusando juramentum sibi delatum,  
(de quo casu tantummodo agit Constit. 24.) illud vide-

tur acceptasse: Ergò referre id nequiverit, juxta tradita Supr. Constit. Elect. 14. Defin. 3. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 16. num. 18. & seq. Franc. 3. Duar. in tract. de juram. c. 5. † adeoque nec ejus heredibus id facere licebit, arg. l. heredem 59. l. hereditas. 62. ff. de hered. † Tum, quod juramentum hoc Credulitatis deferatur à lege, Constitutione nempe Saxonica, quæ contra jus commune id introduxit, Supr. Defin. 1. & 2. Referri autem nequit juramentum legale, quod à judge seu lege defertur, Supr. Const. 14. Defin. 7. & 8. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 3. num. 9. Petr. Heig. part. 1. quest. 40. num. 37. † Tum, quia juramentum super eo, quod alicujus conscientiae tantummodo fuit commissum, (wann die Klage allein ins Gewissen geschoben worden) non potest referri, ut demonstravi Supr. Const. Elect. 14. Defin. 10. Ergò nec ab heredibus juramentum credulitatis, quod in locum juramenti illius succedit, 6. Supr. Defin. 2. † Nam de hoc casu solummodo agit Constit. b. 24. quando scilicet conscientiae defuncti duntaxat causa fuerit commissa, ut dixi Defin. 7. 4. pr. † Planè, si defuncti scientiae ac notitiae simul (in sem Wissenschaft und Wohlbewußt) causa fuerit delata, quin tum heredes juramentum credulitatis bene referre possint, ambigendum non est, Matth. Coler. consil. 3. num. 68. vers. vel etiam juramentum. Matth. Berlich. dict. concl. 55. n. 52.

Ita Domini in eadem causa Verba sent. aber das juramentum credulitatis seyn sie Klägern hinwiederum zu referiren nicht berechtigt (V. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Pupilli juramentum pariter judiciale sibi delatum, & credulitatis in propriâ persona tenentur praestare, sed suspenditur actus jurandi, donec ad pubertatem pervene-*

rint.

1. **D**ubium non est, quin etiam pupillis & minoribus juramentum litis decisivum deferri queat, l. qui jur. iff. 26. sub fin. pr. ff. de jurej. vide amiss. 4. in fin. pr. ff. de in lit. jur. Joh. Borch. in tr. de jurej. cap. 4. n. 7. Sed num pupilli etiam ad prætationem juramenti saltem per tutores admittendi 2. erunt? † ita quidem sentit Gloss. in dict. l. videamus 4. ff. de in lit. jur. verb. admittendam, vers. idem est in eo & ibi Jas. n. 15. vers. tamen cogitur subire, veluti etiam in Curia Lips. quondam pronunciatum refert Aut. Consult. Conf. Saxon. part. 3. tom. 3. quest. 85. num. 1. & seq. † At hodiè in foro Saxonico nec juramentum delatum, nec credulitatis jusjurandum, pupillorum nomine, tutores præstare volentes admittuntur, sed pupilli in propria persona jura re tenentur, ita tamen, ut actus jurandi suspenderatur, donec ad pubertatem pervenerint (de quo dixi Supr. Conf. 12. defin. 24.) † quia scilicet in foro Saxonico nemo per procuratorem, curatorem, aliamve intermedium personam jurare valet, lib. 1. Landr. art. 40. Ord process. jud. Elect. Sax. tit. 18. Es soll auch ein jeder/Andr. Rauchb. part. 1. quest. 8. n. 15. Vid. supr. Conf. 12. Defin. 38. † Nec im merito, siquidem jusjurandum est quid personalissimum, cap. veritatis 14. ubi Hostiens. extr. de jurej. jur. cuiusmodi quæ sunt, per intermedium perso- nam fieri nequeunt, l. generaliter 12. §. bis de præ-

sentibus 4. C. de jurej. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 31. n. 1.

Ita Domini in causa Caspari von Bergens/Mens. Jun. Aa no 1627. (Verba sent. So seyn die Unmündigen berührte exception Eydlichen zu erhalten / und daß sie anders nicht glauben / als daß ihr Vater zur Zeit der außgerichteten Vergleichung von gedachten Instrumenten keine Wissenschaft gehabt habe / zu schweren schuldig/ Es wird aber solche Entdeckung / bis sie ihre Mündigkeit erreicht / verschoben / und ihr/als der Vormund/ möger zu derselben nicht zugelassen werden/V. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Juramentum tamen Credulitatis præstare possunt tutores nomine pupillorum, quando cobere des majores concurrunt.*

1. Niquum tamen dixeris, hæc ratione item in initium protrahi, non absque incommodo actris juramentum deferentis, ut & ipiorum pupillorum, † cum tamen Reipublicæ intersit, item quam citimime abbreviari, l. properandum 3. C. de jurej. 2. 2. C. de re judic. l. 10. de transact. l. ult. ff. pro j. 3. † Fateor equidem, non omni ex parte, per iuspen- 4. sonem juramenti usque ad pubertatem pupillorum, litigatoribus confitum esse, sed aliud medium procedendi vix suppeditari poterit; † Nec enim discretionem habent pupilli l. pupillus 9. verb. que decernere, ff. de acq. hered. l. ult. ff. de jur. fact. ignorant. quomodo ergo ad juramenti prætationem cogi poterunt, cum mentis dilcretio sit substantiali requisito juramenti, Donell. lib. 24. comm. 13. num. 9. † quin & propterea pupillo juramentum deferrri expresse prohibetur, l. jurej. 34. §. pupillo 2. ff. de jurej. ad hoc iciniet, ut jura cogatur Supr. Conf. 12. defin. 42. † nec tutò horum nomine tutor ad jurandum admittitur, propter juris Saxonici dispositionem, quæ juramentum per intermedium personam præstari prohibet, Defin. preced. Eatenus tamen ab hæc obseruantia Domini recesserunt, † ut tutores pupillorum nomine juramentum credulitatis præstare admitterent, concurrentibus aliis heredibus puberibus & majorennibus, qui defectum reliquorum supplere & credulitatem tutorum suo quoque juramento confirmare censerentur. † Quin & si in tute ignorantia rerum à defuncto gestarum præsumatur placuit tamen in favorem pupillorum a reguis iuris recedi, quod & in jure læpisime factum videmus, l. pupillus 9. ff. de acq. hered. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 20. n. 1. \*

Ita Domini in causa heredum Walburgin/Hansen Fabers Witben contra Thomä Freundes Erben/ventilata coram Senatu Lips. Mens Jan. Anno 1604. (Verba sent. Daß der Freundischen Erben angegebene Vermönden ihre Personen durch Einbringung richtiger Curatoren und Vollwachten zu legitimiren schuldig; Und erscheinet sonst aus den acten allen halben so viel: würden der verstorbenen Witben Erben/und der unmündigen Vormunden in eigener Person schwören / daß sie gänzlichen glaubeten / daß ieso bemeldete Witwe ihre Mutter und Großmutter ihrem gewesenen Kriegischen Vormunden Martin Kiersen/ihrem Fazgeben nach / nicht befohlen/die streitige 200. fl. in das zu den acten gebrachte Schuld. Verzeichniß zu bringen/und daß ihr solches Verzeichniß nicht vorgelesen werden; So wäre dasselbe zu Beweisung, deru von den Freundischen Erben geforderten 200. fl. nicht genugsam/ und demnach ieso gedachte Freundische Erben solche Schuld. Forderung binnen Sachsischer Frist/anderer Gezeit und wie recht darzuhaben und zu erwiesen pflichtig/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XXV.

### P A R T I S P R I M Æ

**Ob die Richter über die præscripti-**  
on, so ex actis dargethan/ können ex  
officio erkennen?

**S**elbstinnen ist man auch einig/ ungeachtet/ daß diese quæstion weitläufig  
disputiret wird/ daß die Præscription,  
da sie manifeste bewiesen/  
oder der Richter dessen aus den  
acten gewiß seyn könnte/ erkannt/ und ex of-  
ficio suppliri werde/wann gleich die Partheyen  
sich in den Acten darauff nicht gezogen/ dabeyp  
wir es bleiben lassen.

Præscriptionis exceptionem à parte  
non oppositam ex officio supplere ju-  
dex num possit?

**F**Tiam de eo inter nos, non  
obstantibus, quæcunque in con-  
trarium disputando adducantur,  
convenit, exceptionem præscri-  
ptionis, ubi manifeste probata  
est, aut aliter judici ex actis de ea certò con-  
stat, ex officio suppleri posse, etiamsi à litigato-  
ribus opposita non sit, quod & nobis  
placet.

### DEFINITIONES.

1. *Præscriptionis exceptionem etiam à parte non oppo-  
sitam ex officio supplere potest.*
2. *Quin & præscriptionis exceptionem à parte licet*

*non oppositam, attamen ex actis apparentem ju-  
dex supplere necesse babet.*

3. *In causis etiam criminalibus, judex præscriptionis  
exceptionem supplere tenetur.*

Zanger. dict. cap. 26. num. 20. † Nec refert, an-  
tempus ad præscriptionem sufficiens articulatum,,  
ad eoque præscriptio probata sit, nec ne, modò ex  
instrumento producto, vel actis ea appetat, prout  
liquet ex verbis b. Constit. 25. daß die præscriptio,  
da sie manifeste bewiesen / oder der Richter dessen aus  
den actis gewiß seyn könnte / Modest. Pistor. part. I.  
quæst. 44. ubi in addit. Jacob. Schult. n. 4.

Ita Domini in causa Hansen Vogelmans zu Salza/ Mens.  
Julio 1613. ( Verba sent. Hat euch Barchel Schneidet wegen  
einer Schuld auss 160. Gulden / damit ihr ihm abbereit vor  
34. Jahren verhaftet worden / in Anspruch genommen/ und  
demnach euch die Gerichten die Zahlung zu thun auferlegt/  
habe ihr euch derowegen/dass solche Schuld durch Verjährung  
aufgehoben / über den Abschied beschweret befunden/dannen-  
hero ihr darwider Leistung eingewendet. Ob ihr nun wohl  
bey der Verhörl die exceptionem præscriptionis nicht oppo-  
riet und vorgeschützt ; Dieweil aber dennoch solche aus der  
producirten Handschrift und dem unterzeichneten Vato ge-  
augsam offenbar geflacht/se. So ist der Gerichts-Herr sel-  
bige exceptionem præscriptionis nicht allein ex officio zu sup-  
pliren ; und euch von der angestellten Execution - Klage zu  
entbinden befugt gewesen/se.)

### DEFINIT. II.

*Quin & Præscriptionis exceptionem, à parte licet  
non oppositam, attamen ex actis apparentem  
judex supplere necesse  
babet.*

Poterit ergo judex præscriptionis exceptionem ,  
etiam à parte non oppositam, ex officio supple-  
re, si velit, Defin. præced. Sed num id facere necesse  
habebit ? † Prima facie id negandum videtur, vel  
solum propterea, quod arbitrio judicis commissum  
censeatur exceptionem hanc supplere vel non, ut  
apparet ex Rubr. b. Constit. 25. Ob die Richter über  
die præscription, so ex actis dargethan/ können ex of-  
ficio erkennen. † Non enim necessitatem impone  
lex, quæ arbitrio alicuius quid committit, ut in-  
aperto est, Mynsing. cent. 3. observ. 28. in fin. Nicol.  
Boët. decis. 344. num. 8. post pr. Felin. in cap. 6. extr.  
de prescript. num 3. † Sed luditur in verbis Ru-  
bri.

brice, cum procul dubio mens fuerit Illustrissimi constituentis, non quid poscit, sed etiam quid facere iudex debeat, decernere, uti disertè probant verba Nigri, daß die præscriptio erkannt und ex officio suppleret werde. † Quà loquendi formula, inquit Dan. Moll. hic n. 4. solemus uti nos Germani, significare volentes, quid habitâ deliberatione conclusum sit, ut fiat: † Ac certè, ut iudex præscriptionis exceptionem ex actis apparentem, quantumvis à parte adversâ non oppositam, suppleat, eamque in iudicando attendat, fortissimâ juris ratione obstringitur. Siquidem hâc exceptione actio ipso jure tollitur, l. 3. C. præscr. 30. vel 40. annor. atque ita sine actione in judicio actor experitur; Quod quando fit, iudex actorem ex officio repellere, Reumque absolvere tenetur, Bartol. in l. ubi pâctum 40. C. de transact. num. 7. vers. undefator. & ibi Jas. num. 11. 8. † Quin &, si iudex hoc non fecerit, nec præscriptionis exceptionem suppleverit, sententiam contra Reum latam nunquam in rem judicatam transire, sed haud obstante exceptione rei iudicatae, semper retractari posse, tradit arg. l. 1. l. 2. & tot. tit. C. si ex fals. instrum. vel test. judic. Matth. Berlich. part. 1. concl. 50. n. 18.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. So ist der Gerichts-Herr selbige exceptionem præscriptionis nicht allein ex officio zu suppliren, und auch von der angestalten execution-Klage zu entbinden befugt gewesen/Sondern es hat ihm auch solches Amts halben zu thun obgelegen/ und demnach dasselbe von ihm nicht geschehen/wird nunmehr in der Leitung der gegebene Abschied dahin billich reformirret und geändert / V. R. W.)

### DEFINIT. III.

In causis etiam criminalibus, iudex præscriptionis exceptionem supplere tenetur.

**E**x eo, quod Constitut. Elector. b. 25. generaliter & indefinite loquitur, ac iudicem præscriptionis exceptionem, quantumvis à parte adversâ non alle-

gatam, attendere & secundum eam iudicare debet, satis manifestè liquet, in causis etiam criminalibus iudicem ad id obstrictum esse, adeoque præscriptionis exceptionem, etiamsi Reus eam non allegaverit, supplere teneri, arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem action. † Et sane, quia præscriptio vicennalis ipso jure tollit obligationem ex delictis, utique poterit iudex Reum condemnare non magis, ac si jam anteā fuisse pun. tūs, † quia satisfactio criminis & præscriptio pari passu ambulant, l. 17. §. 6. ff. de inj. Nicol. Boër. decis. 26. num. 18. † Igitur confessionem non nocere confitenti, quotiescumque ex actis appareat de præscriptione delicti, rectissimè docent Prosp. Farin. in prax. crim. lib. 1. tit. 1. quest. 10. num. 14. Hyppolit. de Marsil. in præl. crim. §. postquam num. 10. & in l. 1. n. 69. ff. de quest. † Atque ita in Dicasterio Jenensi pronuncieri solete, testatur Virgil. Pingitz. quest. Saxon. 57. n. 14. & seqq. † Quin & in causis criminalibus, iudicem præscriptionem etiam à Reo non allegatam, tanto accuratius attendere & supplere teneri dixerim, quanto magis ex officio pro Rei defensione laborare & defensum partis supplere debeat, l. si non defendantur. 19. ff. de pœn. l. 1. ff. de quest. Autb. qui servel. C. quom. & quando iudex. † cum publicè interfit, innocentes defendendi, l. servum l. 33. §. publicè 2. ff. de procurat.

Ita Domini ad consultationem Rudolphi à Bünaevv., Menf. Jul. Anno 1595. ( Verba sententia. Wenn gleich einer Unterthaner C. N. ein Chemann mit C. T. einer ledigen Dirnen fleischliche Unzucht getrieben und gehabt: Dieweil ihre aber dennoch selbsten berichtet/ und aus den inquisitions acten zu befinden/dass solches allbereit vor 13 Jahren geschahen/ So ist bemalte Verbrechung nunmehr durch Verjährung aufgehoben/ und mag demnach gedachter C. N. derowegen mit einem Strafe nicht belegt werden/V. R. W.)

It. An Nicolo von Schönenberg auf Schloß Hohenstaufen/Mens. Septemb. Anno 1594.

Et ad requisitionem Questoris Hennburgensis, Mens. Nov. Anno 1604.

## CONSTITUTIO XXVI.

### P A R T I S P R I M Æ.

**W**ann diellUrtheil in einem frembden Nohmen publiciret, ob sie in rem iudicatam gehen?

**S**i werden berichtet/dass der mehre Theil Urtheil in unsren Landen/ wie sie von den Juristen-Facultäten oder Schöppenstülen gefast/ohne Veränderung und Einverleibung des Richters Nahmen/ darunter die Sachen schweben/ eröffnet und publiciret werden. Da nun solcher Gebrauch aufgehoben/ so würden viel proceſſi dadurch genichtigt und zerrüttet; Derhalben ordnen und constituiren wir/ dass solcher Gebrauch nochmals beständig und die also publicirte Urtheil kräftig seyn/auch in rem iudicatam gehen sollen/ungeachtet/ was von etlichen de sententiâ nomine consultoris lata, weitläufig diffalls disputiret und angezogen wird.

Sententia publicata alterius, quam judicis nomine, num in rem iudicatam transeat?

**E**X relatione nobis factâ percepimus, plerasque sententias in nostris ditionibus, in ea forma, quâ Collegiis Facultatum Juridicarum vel Scabinatum conceptâ sunt, nihil illis mutatis, & ne nomine quidem illius judicis, coram quo causa pender, in iis expresso, publicari, que consuetudo si tolleretur, manifestum fuit fore, ut multi proceſſus restinerent & irriti fierent.

Ex Ordinatione igitur & constitutione hac nostra, eadem consuetudine deinceps quoque ratâ & firmâ manente, sententiæ eo, quo diximus, modo publicatae valeant, reique iudicatæ vim, iis, quæ de sententiâ nomine consultoris lata in contrarium adduci solent, non obstantibus, consequantur.

## DEFINITIONES.

1. *ad judicium peritorum adjecto judicis nomine latæ sententia valida est, & in rem judicatam transfit.*
2. *Vales quoq; sententia ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expresso publicata.*
3. *Identiq; de sententia in judicio summario lata afferendam est.*
4. *Subfisis etiam sententia architectorum & artificum derobis ad peritum suam spectansibus lata & partibus publicata.*
5. *Sententia ramen Chirurgorum super lethali ac valvulari lata semper probationem in concursum admisit.*
6. *Cancil in libello posita non probata, Reus absolutus debet, nisi actor impropositu aliam probaveris confundit.*
7. *In judicio peritiorum pronunciare potest judex super possessorio, si narratio libelli ad hoc referri queatur, apposita clausula salvari.*
8. *In petitione hereditatis judex etiam super fructibus non petitis pronunciare vales, & quomodo intelligenda sit Regula: Soncenciam libello confirmare esse debere.*
9. *Vales sententia conditionalis, si Reus vel se fuisse jura- verint.*
10. *Subfisis quoq; sententia, justa ex causa conditionatis lata, si actor probaverit.*
11. *Deficiency conditione sententia apposita statim potest fieri excusio, neque expellenda est alia sen- tentia.*
12. *Nunquam ferri debet sententia contra inauditos.*
13. *Nec contra pupilos vel minores indefensos ferri debet sententia.*
14. *Sententia contra rem judicatam lata jure non subsistit.*
15. *Sententia inter solos litigatores jus facit, aliis vero non prajudicat.*
16. *Paritatem sententia inter alios lata exceptionem rei judicatae, quoties eadem est causa videnti, idemque causa status apud judicem eundem.*
17. *Nocet creditoribus etiam non vocatis sententia inter alios Creditores lata pro herede debitoris.*
18. *Rescripta principis ad supplicata unius partis impetrata non transeunt in rem judicatam.*
19. *At, praecedente causa cognitione, Rescripta prin- cipis partibus publicata in rem transeunt judica- tam.*
20. *Non vales pacium super rejudicata, nisi per ex- pressam Novationem ab ea recedatur.*
21. *De jure communi actio Nullitatis infra triginta annos a tempore lata sententie institui potest.*
22. *Actio nullitatis vel petitio Restitutionis in integrum non impedit executionem contractus.*
23. *Non audiendus est actor petens restitutio nem tri- integrum, priusquam doceat lesionem, vel causam restitutio- nis.*
24. *Sententia contra iura manifesta, ipso jure baul subsistit, nec opus est Leucratione vel applica- tione.*

## DEFINIT. I.

*Ad judicium peritorum, adjecto judicis nomine, latæ sententia valida est, & in rem judicatam transfit.*

1. *Intercitate nimis videntur loqui Interpp. an & qua- tenus sententia, ad consilium & judicium perito- rum lata, valeat atque in rem judicatam transfit, ut videre est ex traditis Jason. in repetitione l. admoniti- di. col. 15. f. de jurej. Marant. part. 6. art. 2. de agra- pell. n. 103. & part. 6. art. 1. de sentent. n. 130. Mynsing. cene. 6. obser. 35. + Confundunt nimurum questio- nes diversas; An scilicet ad judicium peritorum adjecto judicis nomine sententia lata subsistat; & an consilium sive Responsum sapientum simpliciter, non adjecto nomine judicis, partibus publicata, vigorem sententiae habeat, & in rem judice- tam transfit? + Quia licet ab invicem differant, ut transquo tamen questionem affirmative decidere.*
2. *hanc dubitaverim: + Scio equidem, Marant. dict. part. 6. art. 1. de sentent. num. 13. sententia ad consili- um peritorum lata, & nomine judicis publicata, tem demum efficaciam tribuere, si prius judex, antequitam legat responsum sapientum, in calce ipsius scripsit: Nos judex pronunciamus, ut in supra scri- pro Consilio concinetur. + Sed hæc ratio frivola mihi videtur, ex eo quod parum roboris insit subscrip- tionis, sed sufficit nomine judicis sententiam publi- cari, quo ipso satis inauitetur, judicis autoritatem illi responso, vim & efficaciam tribuere, ut bene animadvertisit Reinh. Bach. in not. ad Hier. Treutl. vol. 2. diff. 23. 1b. 2. lis. b. vers. aeg. bac de prima. + Nec movet alia Marant. ratio, quam adducit dict. loc. n. 15. peritos solere sua responsa concipere per verba, quæ habent tractum in futurum, ita ut non condelement vel absolvant, sed tantum absolwendum vel conde- mandandum esse Reum, dicant. + Recte enim re- spondet Bachov. in loco allegato, sententiam co- modo conceptam non esse habendam pro nulla, cum*
3. *Carpo. Defin. Vol. I.*

satis constet de mente judicis, qui super ius, quæ apud se acta fuere, sententiam ferre voluit, quia etiam alii sententia per verba æquipollentia ferri potest: + Quamvis & ræsum non sit, judicem responsum peritorum in tempore præsenti publicare, Vane. nullus. ex defact. process. nam. 90. & pl. + Quin & hoc à peritis nomine judicis concipi, id quod ad judicis instantiam non semel factum memini in Elec- Saxon. Scabinatu.

Ita Domini in causa Vidus Christihi von Oppens c. 69 contra Petrum Timpelhagen, ju. Cœstrin / Menie Julio, Anno 1616.

Item in causa Valentini & Christophori Fratrum à VVedel contra Christophoram Henningam und Edwin von Wedell ju. Cœstrin / Menie Mart. Anno 1616.

Et in causa Caspari Ahmussens contra Georgium Müller. ju. Cölln an der Spree / Menie Mayo, Anno 1617.

## DEFINIT. II.

*Vales quoque sententia ad judicium peritorum lata, & judicis nomine non expresso publicata.*

**D**ifficilior autem videtur questio: An sententia in forma, quæ à peritis concepta est, judicis nomine baul adjecto, partibus publicata subsistat & in rem judicatam transfit? Quod certè comi- mitet negant Dd. + pet. text. in l. Divi fratres 17. ff. defor. patron. Jai. in repet. l. admonendi 31. ff. de jure rei. nam. 47. Andr. Gail. lib. 2. obser. III. num. 18. & Matth. Wesebe. in pet. ff. de re judic. n. 8. Ioh. Crot. de testib. part. 7. num. 53. Hippolyt. de Marfil. in pract. crimin. 5. ordine num. 4. Felin. in cap. proposuisti 4. num. 10. extr. de probat. + Nihilominus & hoc modo sententiam latam subsistere, atque in rem judicatam transfit, existimaverim cum Fulv. Pacian. de probat. lib. 1. c. 47. num. 83. Et sequi- + ne scilicet occasio detur judicibus improbis re- tractandi sententias, & quod litium aliquis sit finis, l. properandus 13. C. de re judic. l. fin. ff. pro fide l. 2. C. de re jud. l. 10. C. de transact. + Neque enim 9

auctoritas iudicis sententia eo modo publicata denerari poterit, ut maximè nomen ejus verbis expressum haud sit. ¶ Ponimus siquidem, ipsum, judicem legisse ac protulisse sententiam, quæ propterè ipsius autoritate, licet is alios consuluerit, sublistit, cæteroquin de omnibus sententiis ex consilio assessorum latis idem fuerit affirmandum. ¶ Nec obstat dict. l. divi fratres 17. ff. de jur. patron. vel, quia Impp. ibi mutant opinionem suam, sed sententiam anteà in simili casu probatam retractare non proponuntur; Vel, quia alia ratio est supremi principis, alia judicis inferioris, cui si ex præsumptione falsi responsi sententiam retractare liceret, vix infinita commoda evitari possent. ¶ Quod insuper dicitur ex falsis instrumentis sententiam latam retractari posse, l. admonendi 31. ff. de jurej. l. ult. & tot. tit. C. si ex fals. instrum. nihil cum hoc casu commune habet, nisi quis per absurdè prudentes consultos, & aliquantulum lapsos, pro falsis testibus aut instrumentis haberit velit, ¶ præsertim cum in dubio militet præsumptio pro autoritate rei iudicatrix. ¶ Ac, ne quis opinione illa Interpp. se commoveri patiatur, sustulit illam in provinciis sui Electoratus Serenissimus Saxo, vim plenariam reique iudicatae autoritatem sententiis, eo modo publicatis, attribuens, hanc Constit. 26. vers. derohalben ordinem und constituerit utriusque ubi Dan. Moller. num. 3.

Ita Domini in causa Hohen von Milckau contra Hansen von Schönfeld zu Zwicker / Mense Octobr. Anno 1616.

Ec in causa Hansen Rudolphs von Schleinitz contra Heinrichen von Haugwitz zu Grimma / Mense Octobri, Anno 1616.

#### DEFINIT. III.

*Idemque de sententia in iudicio summario lata afferendum est.*

¶ DE jure quidem communī parum interesse, putant Dd. an ad privati alicujus consilium, an vero ad totius alicujus Collegii responsum lata fuerit sententia, per text. in l. divi fratres 17. ff. de jur. patron. ¶ Sed Const. b. 26. totius Collegii consilium & assensum requirit, in verb. wie die Urtheil von den Juristen-Facultäten oder Schöppenstülen gestattet. ubi Moller. numer. 4. quamvis eo modo, ¶ t. quo per unum conservatur collegium, ab unoquoque consultore sententiam latam valere, si quis dixerit, non multum reclamaverim, per text. in l. fratres 7. §. ult. sub fin. ff. quod cujusque univ. nom. ¶ ut maximè collegium per pauciores, quam per tres haud constituatur, l. Proculas 85. ff. de V. S. Nec refert, quācunque in causa procedatur, in tantum, ut etiam t. in feudalibus & summaris causis, responsum Collegii alicujus juridici à judice partibus publicatum valere & in rem iudicata transire, existimem cum Ludolph. Schrad. in tract. fidel. part. 10. sott. 14. numer. 6. & seqq. t. non solum ex identitate rationis, quæ idem jus facit, l. illud 7. §. ff. ad Leg. Aqzil. L 108. ff. de V. O. ¶ Sed & propter generalitatem verborum, b. Const. 26. quæ generaliter quoque accipi, & per consequens ad causas feudales & summarias extendi debent, l. i. §. generaliter i. ff. de legas. pref. l. §. ff. de publ. in rem. action.

Ita Domini in causa D. Georgii Krichhoffe & Confess. contra Petrum Rosinen zu Döllisch / Mense Januario, Anno 1613.

Et in causa Caspari Hiebaner, Thewelbes contra Jacobum Kirchner zu Endorff / Mense April. Anno 1593.

#### DEFINIT. IV.

*Sed hifis etiam sententia architectorum & artificium de rebus ad peritiam suam spectantes latae & partibus publicatae.*

Vod de sententia juris peritorum b. Constitut. 26. sanctum reperitur, ut nempe à judice partibus publicata transeat in rem iudicata, nisi per leuterationem vel appellationem suspendatur; ¶ Id quoque ad sententias architectorum, fabrignariorum, pastorum, aliorumque artificum extendi velim, cum Anton. Tessaur. decisi. 25. num. 2. Ario Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. 4. n. 6. & Matth. Berlich. part. 1. concl. 59. num. 35. per text. in Novell. 7. cap. 3. §. scire autem emphenteas 2. vers. ut neque ulla circumscriptio. ubi expresse dicitur, ¶ illud, quod ab Architectis, vel aliis artificibus mechanicis iudicatum est, firmum esse, nec retractari: ¶ Etsi aliter dicetur, quisnam, quæso, finis controversiarum illarum, ad peritiam & discretionem mechanicorum pertinentium, unquam expectandus esset, cum semper alii, qui sibi peritiores esse persuadent, inveniri possent, arg. l. i. in fin. pr. ff. de ventr. infpic. l. item si unus 17. §. principaliter 6. post pr. ff. de recept. qui arbitr. ¶ Præterea ejusmodi peritis mechanicis de arte sua deponentibus non creditur, nisi juratis, l. comparationes 20. vers. omnes autem C. de fide instrument. l. bac edictali 6. §. bis illud. 1. vers. mobilium C. de secund. nupt. ¶ At servandum est omnino juramentum præstatum, nec rescindendum ex melioribus & firmioribus probationibus, l. admonendi 31. sub fin. de jurejur. l. C. de reb. credit.

Ita Domini in causa Leonhard Weisers contra Urbanus Götz zu Leipzig / Mense Julio, Anno 1619.

Et in causa Martin Pfeiffings Erben zu Nürnberg contra Ludovicum locutus zu Leipzig / Mense Januario, Anno 1594.

#### DEFINIT. V.

*Sententia tamen Chirurgorum super lethaliitate vulneris lata, semper probationem in contrarium admierit.*

Nolo tamen hoc extendi ad causas, quæ certitudinem haud admittunt, neque enim in his sententia peritorum reis quod probationem contraria præjudicare valet, Arius Pinell. ad l. 2. C. de resp. vendit. part. 3. cap. 24. num. 6. ¶ putata in ventris inspectione, an mulier sit prægnans, nec ne, l. cum quidam 30. §. quod dicitur 3. ff. de acquir. heredit. ¶ ut & in probatione virginitatis, cap. causam matrimonii extr. de probat. ¶ Pariter, licet Chirurgorum ac medicorum iudicio ac sententiæ super lethalitate vulneris standum, juxta que eam pena homicidii dictanda vel mitiganda sit, art. 149. Ordin. crimin. Carol. Prosp. Fatinac. part. 5. oper. crimin. quæst. 127. statut. 102. Jul. in præc. §. homicidium num. 34. Andr. Gail. lib. 2. observat. 111. num. 2. Jodoc. Damhouder. in præc. crimin. cap. 75. numer. 3. ¶ Attamen hoc causa probatio in contrarium nunquam excluditur. Nam si Reus per modum defensionis contrarium probare velit, nempe vulnerum illatum non fuisse lethale, sed vulneratum ex malo regimine, aliove symptome decessisse, audiendus certè erit. ¶ Nec enim sententia Chirurgorum ita transit in iudicatum, quin ex probationibus contrariis, quandocunque etiam post didicita testifica retractari queat, Gaudin. in. tit. de homicid. num. 26. Hippol. de Marsil. ad l. fin. num. 66. ff. ad Leg. Corn. de sciar. Andr. Gail. dict. observat. 111. numer. 16. Pet. à Plach. in epist. delict. lib. 1. cap. 13. art. 14.

Ita Domini in causa I. P. ad consultationem patrum Leisnicensis, Mens. Jun. Anno 1627.

DEFINIT. VI.

**Causa in libello posita non probata, Reus absolvit debet, eis actor in processu aliam probare rit causam.**

Sunt, quia scilicet clausula illa generalis non nisi ad narrata & specificata in libello refertur, Vid. supr. Constit. Elect. 2. defin. 15. Anton. Fab. in Codic. 156. 2. tit. 37. defin. 3. n. 4. II. ¶ Ut clausula praedicta tum demum effectum hunc producat, quoties id in actoris commodum cederet, secus si in detrimentum illius redundaret, M. Anton. Eugen. Consil. 4. num. 18. III. ¶ Si nulla inde resultet contrarietas, Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 2. presumpt. 41. n. 4. ¶ Etenim, si actor dilucidè asservisset, se petitorio saltem actuum, neutquam tum in ejus favorem libellus vigore clausula salutaris ad possessorium extendi deberet, Hartm. Pistor. dict. question. 45. n. 27. Vide omnino Decis. Noviss. 13.

Ita Domini in causa Leonhardi à Milekavv. & Caspari à Schönfels/ Mens. Decembr. Anno 1615.

Ecce in causa Hansen von Schönfels & Hansen Abel Fischers zu Zwicau/ Mens. Decembr. Anno 1630.

DEFINIT. VII.

**In petitione hereditatis, judex etiam super fructibus non petitis pronunciare vales, Et quomodo intelligenda sit Regula: Sententiam libello conformem esse debere.**

**N**on ita traxisse & ruditer accipienda est Regula. Interpp. quod sententia libello beat est conformis, ut scilicet semper totum, quod petitum, adjudicandum, & reus condemnandus esset; sed id potissimum regula haec innuit, ¶ quod judex extra libelli metas judicare ac vagari nequeat, juxta l. ut fundus 18. ff. comm. divid. Et cap. licet Heli 31. extr. de Simon. ¶ Quatenus tamen fieri potest, Reus convictus ad eum modum, quo petitum est, condemnari debet, l. ult. C. de fideicommiss. libert. ¶ Et tradit eleganter Jason. in §. curare 32. Inst. de action. n. 27. Et seqq. I. Non dici sententiam disformem libello, si, ubi pars ad interesse egit indefinite, judex certam quantitatem determinet. II. ¶ Quod Regula illa de conformitate sententiae procedat, quoad causam, & res in libello petitias, non quoad conclusionem. III. ¶ Sententiam posse ferri super non petitis, si sint de natura petitiorum, & ex eodem fonte. Hinc dijudicare licet, ¶ dicem in petitione hereditatis, Reum quoq; ad restitucionem fructum simul condemnare posse, etiam si hi non fuerint petiti, ut bene advertit Hartm. Pistor. observ. 102. n. 8. non solum, quod petitio hereditatis sit universale judicium, ¶ in quo etiam fructus comprehendantur, ita ut totò in hoc judicio super fructibus non petitis judex cogitoscere & pronunciare valeat, Jason. in §. actionum 28. n. 52. Et ibi Joh. Schneidew. n. 39. Et seqq. Inst. de action. Johan. Zanger. de except. part. 3. cap. 17. n. 32. Et seqq. Hartm. Pistor. dict. observ. 102. n. 9. Sed etiam, ¶ quia fructus sunt de natura petitiorum, & in libello comprehensi censentur, licet non sint expressi in conclusione & petitio. ¶ Ex quo fit, quod sicut in aliis actionibus universalibus, ita etiam in petitione hereditatis, incerta admittatur petitio, Reinh. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. disputat. 23. et heft 4. lit. a. vers. quoniā autem.

Ita Domini in causa Mag. Antonii Kruppachs zu Pirna/ Mens. April. An. 1622. (Verba sent. Ob nun wohl sonstwo alle wege die Sententia dem Klage-Libell gemäß seyn muß / derghenstalt/dass der Richter ein anders / oder aus einer andern Ursach/als in libell gesetzt und geberen/zu verabschieden / und Beklagten zu vertheilen nicht befugt. Dieweil ihr aber dennoch dummer Zweifel nach Gestalt dieser Sache/ als in einem judicio universali, auch auf die eingehobene Früchte in der angefallen Klage euer Abschen gehabt/auch sonst in præcione hereditatis wegen der Früchte/ob gleich solche ausdrücklichen nicht gebeten werden/erkannt werden mag/ie. So ist auch vorgebachtet Abschied zu Recht beständig/und mag in der Deutung nicht geändert werden/ V. N. W.)

## DEFINIT. IX.

*Valet sententia conditionalis, si Reus vel testes juraverint.*

- 1 **Q**um finis sententiæ sit, ut lis & controversia fi-niatur, hic autem finis per incertam sententiam obtineri nequeat, quippe quæ post se aliam requiri-sat, † utique semper certa sententia est ferenda, et iam si petitio sit incerta, ut exp̄ressè traditum est in §. curare 32. Inst. de action. ubi Joh. Fab. tot. rit. C. de-sentent. que sine certa quantitate. † Cui consequens, non subsistere sententiam sub conditione incertâ, sed expectandum necessariò esse, ut sciatur, quid in-facto certum sit, priusquam ad sententiam deveniri possit. 1.3. & 4. C. de sentent. que sin. cert. quantit. l.1. S. biduum 5 ff. quando appell. sit & intra quæ temp. l. qui testamento 37. ff. de excus. l. in sententiis 59. ff. de re judic. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 10. defin. 1. num. 14.
- 4 † Ergò, inquires, non valebit sententia à judge lata sub conditione hac, si Reus vel testes juraverint? Contrarium certè totâ die in judiciis practicari vi-demus, † & hanc sententiam subsistere, probat di-sertè textus in l. generaliter 12. in fin. pr. C. de Reb. Cre-dit. Gloss. & Bartol. in l. cum judge 11. C. de sentent. & interlocut. Hartm. Pistor. observat. 119. n. 7. Vant. de nullit. sentent. ex defect. process. num. 11. † Nimurum, inquiunt, valere sententiam conditionalem, si con-ditio in continenti queat purificari, ut accidit in præstatione juramenti, Hartm. Pistor. dict. observat. 119. num. 7.
- 5 Ita Domini in causa Caspari Gebhards contra Michael Steinbergern/ ventilatâ in Prætorio Lipsiensi, Mense Jan. Anno 1629. ( Verba sentent. Würde Kläger die summarischer Weise abgehrte Zeugen nochmals vermittelst Endes abhören; So erschien daraus/ und sonst aus den Acken allenhalben so viel/ daß Kläger sein Ergeben zur Genüge bewiesen/ derowegen ist Beklagter Klägern den hinterstelligen Rest von dem erkaufsten Weit abzutragen/ so wohl die von Zeit an des Bezugs auffgelauffene landübliche Zinsen zu entrichten/ auch hierüber die in dieser Sachen auffgewandte Unkosten auff vorhergehende Liquidation und Richterliche Er-mäßigung zu erstatten schuldig/ B. R. W.)
- 6 Item in causa Melchior Bürgers Gläubigere contra des-selben Erben zu Leipzig/ Mense Octobr. Anno 1632. ( Verba sentent. Würden beklagte Erben ihres Vatens Erbschafft vermittelst eines beständigen Inventarii, oder in Mangelung dessen/ endlichen specificiren/ auch die mangelnde Handels-Büchere und Geräthe wieder verschaffen/ innassen sie zu thun schuldig; So werden die Gläubigere in folgender Ordnung bezahlet/ &c.)
- 7 Et in causa George Pingsbachs contra Hansen Anshelm zu Leipzig/ Mens. Januario, Anno 1633.

## DEFINIT. X.

*Subsistit quoque sententiâ, justâ ex causâ con-ditionaliter lata, si actor proba-rit.*

- 1 **A**t quid, si conditio adjecta non mox verificari queat, ut putâ, si judge condemnaverit Reum:
- 2 Si actor probaverit? † Non valere sententiam ejusmodi conditionalem, tenent Bartol. in l. cum judge 11. C. de sentent. & interlocut. Jason. in l. qui Roma 122. §. Agerius 4. ff. de V. O. & in l. ait prætor. 5. §. si judge 1. num. 31. ff. de re judic. Vant. de nullit. sent.
- 3 ex defect. proc. n. 112. † Tum, quod prius liquere de-beat id, de quo est pronunciandum, quo non obser-vato, ordo juris & solennitas judiciorum interver-titur, contra l. prolatam 4. C. de sent. & interl. omn. 4. judic. † Tum, quia post. sententiam prolatam. probationes haud amplius recipi debent, & ita con-ditio de jure redditur impossibilis, l. peremptorias 2. C. sentent. rescind. non poss. cap. pastoralis 4. extr. de except. † idque verum videtur non solum in con-ditione suspensiva, sed etiam resolutiva, putâ

jude. purè quidem condemnet Reum, sed postmo-dum subjungat conditionem, in cuius eventum sen-tentia retractanda, Bartol. in l. judge posse aquam-ss. ff. de re judic. Salycet. in l. ea quidem 7. num. 56. C. de accusat. † Nihilominus, ejusmodi sententi-am subsistere, docent alii, Bald. in l. peremptorias 2. col. 3. Codic. sentent. rescind. non poss. Felin. in c. quod ad consultationem 15. extr. de Sent. & re judic. & in cap. cum contingat. 36. extr. de offic. & pot. jud. dele-gat. Octav. Cacher. decis. 146. † Cum & modus hic sententionandi in omnibus ferè judiciis hodie fuerit receptus, quem catenus probat Hartman. Pi-stor. si judge justâ causâ motus ita pronunciaverit, veluti si actor intentionem suam fundatam, Reus probationes verè in promptu non habeat, / obseruat. 119. num. 27. Bald. dict. loc. & Felin. in dict. cap. quod ad consultationem 15. num. 1. vers. & adde Guid. Pap. question. 67. † Quin etiam haud ab surdè dixerim, probationem non minus ac juramen-ti præstationem in continenti posse verificari, cum in continenti fieri dicatur, quod fit intra spatiū sex septimanarum & trium dierum, juxta tradita Matth. Coler. de process. execut. part. 4. cap. 2. n. 10. Andr. Rauchbar. part. 2. quest. 25. n. 104. † Vel sal-tem antequam judge ad actus extraneos divertat, Paul. de Castr. in l. continuus 137 ff. de V.O. Hartm. Pi-stor. dict. obseruat. 119. n. 41.

Ita Domini in causa der Plökerischen Erben contra Dietrich Schöck zu Leipzig/ Mense Junio, Anno 1612. ( Verba sent. Würde Kläger/ wie recht / erweisen und herbringen/ das nicht allein die sub 28. Maii, Anno 1612. ausgeantwor-te Obligation, sondern auch die darunter verzeichnete gehal-tene Abrechnung/ und also das fol. 3. a. a. befindliche ganze Documentum von der Beklagten Vater gerichtlichen reco-gnosciret worden/ So wären Beklagte Inhalts vorigen Ur-theils die gesucherten 640. Thaler bei Vermeidung der Hülfe nochmals zu zahlen schuldig/ B. R. W.)

Item in causa Nicolai Jahns de Meyer contra Jacobum VVifando, Mense Jan. Anno 1632.

Et in causa Petri de Hennins contra Antonium Kaphans, Mense Mayo, Anno 1633.

## DEFINIT. XI.

*Deficiente conditione sententie appositâ, statim po-test fieri executio, negâ expectanda est alia sententiâ.*

- 1 **V**aleat itaque sententia conditionaliter lata, si te-stes vel Reus juraverint, Definit. 9. aut si actor probaverit, Defin. præced. † Sed deficiente condi-tione, vel quod non juratum, vel intra terminum præfinitum probatum non sit, dubium exoritur, num statim peti possit executio sententie jam late, an verò si expectanda alia sententia? † Et placuit 3 Dominis, sine ulteriore judicis declaratione execu-tionem commode peti posse, teste Hartman. Pistor. observ. 219. n. 45. † Nimurum quod ejusmodi sen-tentia non tam conditionalis sit, quam pura, solven-ta tamen sub conditione, ut sensit Zaf. in l. à Divo Pie 15. §. in venditione 2. ff. de re judicat. post. Gloss. in l. 2. ff. de in diem addict.
- 2 Ita Domini in causa Nicolai Jahns de Meyer contra Jaco-bum VVifando, Mense Jan. Anno 1632.
- 3 Et in causa Zacharia Walpurgers contra Casparum und Daniel die Gebhard zu Leipzig/Mens. Mart. An. 1631.

## DEFINIT. XII.

*Nunquam ferri debet sententia contra inauditos.*

**G**raviter procul dubio peccat & iniquus est ju-dex, qui præcipitanter agit, nimium properan-do ad sententiam, eamque ferendo quandoque contra inauditos, Vant. de nullit. ex defect. process. num. 32. & seqq. Quod vitium præcipitanter hoc seculo,

- 2 seculo, proh dolor! deplorandum est, † quo plerique judices pro animi sui levitate vel ambitione, ne sc. imperitiores ex deliberandi morâ videantur, re non accurate admodum pensitatâ, verè tumultuarias sententias præcipitanter effutunt, dum manè accepto processu, vespere litem determinantur,  
 3 Franc. Pfeil. *conf. 18. num. 6.* † Sapientiores hâc in refuerunt Græci, qui cum urgerentur ad sententiam, antequam de causa liqueret, responderunt, patres suos solem apud Antipodes non vidisse, sed expectâsse semper, donec & ipsis oriretur, Ventur. de Valent. *in part. litig. l. i. cap. 12. num. 24.* † Vix enim fieri potest, ut ex præcipitantiâ non conjecturanda sit insufficiens causæ cognitio, sine qua sententiam haud voluntaria valere, c. nullum 10. c. *judicantem n. caus. 30. qv. 5.* Clem. *pastoralis 2. de sentent. & re judic. l. ult. §. fin. ff. quod met. caus.* Matth. Wesenbec. *in parat. ff. de re judic. n. 7.* † Sed præcedant, necesse est, litis contestatio & probationes partium, quibus judex se informari non patiatur, verendum ne contra inauditos ferat sententiam, Wesenbec. *dict. loc. Herm. Vultej. in jurisprudent. Romana lib. 2. cap. 31.* quæ procul dubio erit nulla,  
 6 † quia sententia duntaxat inter auditos & confessientes jus facit, l. si fundus 16. §. si pluris 6. ff. de pignor. l. 3. §. pen. ff. de jurejur. Anton. Fab. *in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 9. n. 8.*

Ita Domini in causa Melchior Siegels contra Jonas Kirsten zu Marienberg / Mensis Decembr. Anno 1600. (Verba sentent. Dieweil gedachter Kirsten auff eure übergebene Liquidation mit seiner Nothdurft nicht genugsam gehöret/ So mag auch noch zur Zeit darauff nichts beständiges erkant werden/.)

Et in causa Nicolai Meisters zu Plahne an Sebastian Meisschen / Mensis Majo, Anno 1600. (Verba sententia: Dieweil nicht zu vernehmen/ daß gedachter Nicol Meister mit seiner Nothdurft gehöret worden / So mag auch noch zur Zeit wider ihn nichts beständiges erkant werden. Da er aber zuvor mit seiner Nothdurft vernommen würde/ So ergiegt darauff in der Sachen ferner was recht ist/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Nec contra pupillos vel minores indefensos ferri debet sententia.*

- 1 **S**icuti pupilli vel minores personam standi in iudicio non habent, absque tutore vel curatore, ita nec contra eos indefensos, absente scilicet tutore vel curatore, ferri potest sententia, l. acta 45. §. contra indefensos 2. l. contra pupillum indefensum 54. ff. de re judicat. Gloss. *in dict. loc. acta 45. verb. non habentes.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 25. defin. 5. n. 2.* Sed hoc ita, † nisi sententia fuerit utilis pupillis atque minoribus, aut nisi minor pubes juraverit, se acta rata habiturum, quia juramentum eum facit majorem, *Auth. sacramenta C. si advers. vendit.*  
 3 Dion. Gothofr. *in dict. l. acta 45. §. 2. lit. i.* † Econtra sententia contra tutorem vel Curatorem lata, in tantum valida est, ut etiam contra pupillum aut minor rem executioni mandari queat, l. 2. ff. de admin. tutor. l. tutori 7. ff. quand. ex facto tutor. l. 4. §. tutor 4 quoque l. ff. de re judic. † modò collusio non intercesserit, l. à sententia 5. §. si hæres l. si perlusorio 14. ff. de appellat. † non tamen ita, ut pupilli aut minoris persona capi, & in carcera detrudi possit; Sed ut executio fiat in ejus bona, quæ possidet, dict. l. 4. §. tutor quoque l. ff. de re judic. Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 20. defin. 33. num. 6.*

Ita Domini in causa Hansen Schneideweins Erben contra Hansen Fünckens Erben Vormündere zu Wiehe/ M. Apr. A. 1561. (Verba sent. Dieweil aus den Acten nicht zu befinden/ daß Beklagte ihre Mündlein gebührl. defendiret und vertheidigt/ so mag auch die von Klägern gesuchte Hülffe noch zur Zeit nicht vorgenommen/oder zu Werk gerichtet werden; Sondern Beklagte Vormündere werden auff vorgehende ge-

bührende Ladung mit der Beweisung/so ihnen in unserm jüngsten Urtheil nachgelassen/ dieselbe binnen Sächsische Frist gebührlichen und wie recht zu vollführen/ nochmals billich gehöret/ ihnen auch von Gerichts wegen auferlegter/ ihrer Mündlein Sachen/ wie ihnen aus Erhebung ihres Amtes gebührret/ treulich und gebührlich vorzustechen/ und dasjenige zu thun/ was sich nach Inhalt der Rechte eignet und gebührret/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Sententia contra rem judicatam lata jure non subsistit.*

**S**Ententia lata contra sententiam, quæ jam vires 1 Srei judicatae accepit, nec jure subsistit, nec sententiam priorem invertit, l. i. C. quando prov. non est necess. Felin. *in c. inter monasterium 20. extr. de sent. & re judic.* Hartm. Pistor. *obser. 137. num. 10.* Jacob. Menoch. *de arbitr. jud. quest. lib. 1. quest. 52. n. 2.* Magon. Lucens. *decis. 9. num. 7.* Lancellot. *de attentat. part. 3. cap. 24. quest. 31.* Gramm. *decis. 10. n. 9.* † Tum, 2 quia res judicata plenissimum jus tribuit, quod nec Princeps ex potestate plenariâ immutare vel auferre alicui potest, l. *causas 16. C. de transact. l. ult. C. sent. resc. non poss.* Bald. *in l. ingenuum 25. ff. de stat hom.* Menoch. *dict. quest. 52. n. 2.* † Tum, quod objectum 3 sententia sit res controversa in judicio agitata, quæ per sententiam adhuc decidenda & dijudicanda est, Zaf. & Duar. *ad l. 1. ff. de re judic. ubi & Bartol.* non ergo quæ jam antea per autoritatem rei judicatae fuit decisa. † Tum, quod pro veritate res judicata 4 habeatur, l. *res judicata 207. ff. de reg. jur. quin & justa ac bona presumatur,* Modest. Pistor. *part. 2. quest. 75. n. 10.* Iniquum autem esset, contra veritatem per sententiam quicquam statuere.

Ita Domini in causa Hansen Bernhard Degenkolben<sup>3</sup> contra Hansen Degenkolben zu Voigtsberg / Mensis Sept. Anno 1632. (Verba sentent. Wann gleich die eingewandte Erteuerung nicht zulässlich; So erscheint doch aus den Acten so viel/ daß der am 30. Junii Anno 1631. publicirte Abschied/ weil er wider den vorigen am 25. Juli Anno 1627. ertheilten und Kraft Rechtern erlangten Abschied/ und also contra rem judicatam gegeben/ zu Recht richtig und unverbindlich/dennewegen es bey dem vorigen am 25. Juli An. 1627. gegebenen Abschied nochmals billich verbleibt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Sententia inter solos litigatores jus facit, aliis vero non prejudicat.*

**Q**uemadmodum sententia & voluntas testatoris 1 heredi, ita sententia judicis litigantibus quædam lex est, eosque obstringit, l. servo 65. §. cum prætor. 2. ff. ad SCUM Trebell. Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 1. defin. 33. num. 2.* † Tertio tamen, contra quem 2 actum haud est, non nocet, nec ipsi exceptio inde naescens obesse potest. Hartm. Pistor. p. 4. qv. 29. num. 1. Est enim ipsius naturæ vel gentium juris, † ne per alterum alteri inferatur iniqua conditio, neque res inter alios acta alteri ob sit, cui etiam non prodest, l. i. & tot. tit. C. res inter alios act. † Idque ipsum, quod 4 sententia inter alios lata non præjudicet aliis, sæpe constitutum esse, dicitur in l. sepe 63. ff. de re judic. quem textum emendat paululum † Jacob. Cujac. 5 12. obs. 25. & legendum vult, [Non obest.] propter autoritatem Exemplaris Norici & editionis Haloandri, quam correctionem ferè svadet contextus & ampliatio subjecta, de qua multum differunt Reinh. Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 23. tb. 5. lit. E. & Hartman. Pistor. dict. quest. 29. num. 2.* † Sanè, nec 6 propterea tertio prodest vel obesse sententiam dixerim, quod hæc semper fit stricti juris, stricteque 7 interpretanda, l. i. C. seplur. un. sent. condemn. l. terminato 3. ubi Dd. C. de fruct. & lit. expens. Anton. Fab. *in Cod. lib. 8. tit. 15. defin. 1. num. 6.* † Indeque fit, quod cum queritur de exceptione rei judicatae,

maxime inspiciatur, non tantum an sunt eadem personae, sed etiam utrum eadem sit conditio personarum, l. & an eadem 14. l. cum de hoc 27. ff. de except. rei jud. † Scilicet, quia pronunciatum intelligitur ad alios nullos pertinere, l. si inter me & te 15. ff. de except. rei judic.

Ita Domini in causa Barbarn/ Barthel Geblers Ehemannes zu Probstheida/ Mense Jun. Anno 1635. (Verba sentent. Ob wohl Peter Caniz wider euren Ehemann auf 345. l. 13. Gr. achthalb Pf. geklaget/ und daß ihm euer Ehemann solche zu bezahlen schuldig / einen Abschied / so Kraft Rechtes erreichet/ für gelegt. Dieweil ihr aber dennoch nicht mitbelegt gewesen/ noch um den Abschied Wissenschaft gehabt/ ic. So mag auch euch als personae tertiae, solcher Abschied zu Schaden und Nachteil nicht gereichen/ ic.)

Et in causa Ambrosii Hüters contra Hansen Oelern zu Leipzig/ Mense Decembr. Anno 1635. (Verba sentent. Dass das in Sachen Vertragten an einem/ und Curatorum bonorum, Hansen Gravenhasts/ anders Theils am 22. Aug. abgewichen 1634. Jahrs publicirte Urtheil Ambr. Hütern nicht nachtheilig seyn mag/ sondern er wird mit seiner Nothdurft noch mahls billich gehöret/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Parit tamen sententia inter alios lata exceptionem rei judicata, quoties eadem est causa vincendi, idemque causa status apud judicem eundem.*

Cum Mercator Hamburgensis, a re alieno gravatus, ibidem decesserat, ejusque Creditores super merces, hic Lipsiæ positas, arresta impetraverant, existente concursu Creditorum, dubitabatur: An secundum Statuta Civitatis Hamburgensis super prioritate judicandum: an vero ex Constitutionibus Electoralibus Statutariis, quæ hic Lipsiæ vigent, cuique suum jus prælationis attribuendum esset? † Etsi vero quoad processum prioritatis formandum Constitutiones Electorales attendi debere, Domini non ambigerent, judicio scilicet hic Lipsiæ super prioritate instituto: † Attamen quoad decernendam prioritatem inter Creditores à jure Communi & Statutis Hamburgensis neutiquam decidendum esse, arbitrii fuere. Bonis nempe non nisi mobilibus sive mercibus hic existentibus; † Quæ semper censentur esse sub jurisdictione ejus loci, in quo debitor suum habet domicilium, adeoque domicilio adhaerent, ceu accessorium suo principalis, l. nam qua accessionum. 2. ff. de pecul. legat. Hocque ipsum est, quod vulgo dicuntur mobilia personæ seu ollibus defuncti inhærente, Jac. Schult. part. 1. quest. 39. num. 54. † Et si in successione mobilium Statuta domicili attenduntur, licet alibi sita fuerint, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. num. 245. Hartm. Pistor. observat. 55. num. 4. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 17. n. 3. quidni etiam in assignatione & adjudicatione, quæ fieri debeat Creditoribus pro debiti exsolutione? cum nulla diversitatis ratio sufficiens dari queat.

Ita Domini in causa Jobst Bredenbrocks Gläubiger contra den Schuldener und dessen Eheweib/ ventilata hic Lipsiæ, Mense Octobr. Anno 1630. (Verba sent. Und werden bezahlet erstlich der Schwerdt-Fegerischen Wittib und Erbe: 1800. Rthl. Vermöge der Gerichtlichen Hypothec und der Stadt Hamburg Statuten, &c.)

DEFINIT. X.  
Creditores defuncti debitoris petere possunt separationem bonorum, quando heredis bona propriis Creditoribus non sufficiunt; Non etiam Creditores venditoris in bonis emptoriis.

**S**i heres suos habeat Creditores, nec defuncti hereditas sit solvendo, impetrare separationem non possunt Creditores heredis, l. i. §. 1. ff. de separat. † Quia heres adeundo debitoris hereditatem, censetur hoc ipso quasi contrahere cum Creditoribus hereditariis, l. 3. §. 1. & l. seq. ff. quib. ex caus. in possess. eas. §. heres quoq. 5. Inst. de oblig. quæ ex quas. conir. nasc. † Adeoque hereditarii creditores, non minus quam alii, sunt etiam Creditores heredis; quamvis heredis facultates non eodem pignoris vinculo teneantur debitoris defuncti creditoribus; etsi iis bona defuncti fuerunt obligata, l. i. C. comm. de legat. Anton. Fab. in C. lib. 7. tit. 32. Defin. 15. num. 2. † Sed ex contrario, defuncti debitoris Creditores possunt, si heredis bona dimittendis propriis Creditoribus non sufficient, separationem petere, dict. l. i. §. 2. ff. de separat. Modò id faciant ante lapsum quinquennii, dict. l. i. §. 13. † Nam iniquissimum esset, Creditorum defuncti debitoris conditionem fieri deteriore ex facto heredis, dict. l. i. §. 2. vers. atqui l. debitorum. 25. C. de pact. junct. l. 2. §. ex bis. ff. de V. O. Quantumvis licet heredi, adjiciendo sibi creditores, suorum Creditorum conditionem facere deteriore, dict. l. i. §. 1. & §. quæsum 5. ff. de separat. † Attamen defuncti

defuncti debitoris Creditoribus tamdiu saltem petere licet separationem bonorum, quamdiu res adhuc est integra, hoc est, antequam hereditas distrahitur; vel Creditores cum herede animo novandi contrahant; † vel res hereditariae ita cum bonis heredis confundantur, ut separari amplius non possint, dict. l. i. §. illud. 10. & §§. seqq. l. 2. ff. de separat. ubi, Matth. Wesenb. in parat. num. 4. † Placere locum etiam separatio saltem inter Creditores Chirographarios habet. Nam si sint hypothecarii, quamvis tempore posteriores, haud dubie præferuntur Creditoribus defuncti debitoris quibus cuncte in bonis; & quidem suo jure, † ita ut nullo egeant beneficio separationis; non tanquam potiores, sed tanquam soli in pignore, l. 2. ff. qui pot. in topignor. Ant. Fab. dict. defin. 15. n. 4. in fin. † Non tamen Chirographarii separationem petere valent, si debitoris bona titulo particulari, putâ per venditionem in alium translata fuerint, qui æquè multa contraxit debita, † Siquidem tot. tit. ff. de separ. bonor. non nisi de heredibus agit, adeoque minus pertinet ad successores particulares extenditur, Matth. Wesenb. in parat. ff. de separ. bonor.

Ita Domini in causa Judithen Sauberschwarzin Gläubiger zu Breslau/ Mense Februar. Anno 1634. ( Verba sent. Hat nach Absterben David Pezels / dessen Sohn sein Haus angenommen/ und die Gläubigere zu befriedigen versprochen/ welcher aber nachmahlz auch in Schulden gerathen/ ic. Da nun seine Güter zur Bezahlung aller Creditoren nicht reichen/ ic. So werden die Väterlichen Gläubigere vor allen des Sohnes Gläubigern von dem Väterlichen Hause billich befriediget/ B. N. W.)

It. in causa Hansen Adam von Röderitz/ Mense April. Anno 1636. ( Verba sent. So ist euch/weil bei Testaments-Erbe nunmehr auch verstorben / und eine ziemliche Schuldenlast nach sich verlassen/ Separationem Bonorum zu suchen unbenommen/ und wann solches geschehen/werdet ihr eurer Forderung wegen aus eures verstorbenen Schuldners Gütern/ vor des Erben Creditoren, unangeschen dieselben Hypothecarii, ihr aber nur ein Chirographarius seyd/billich befriediget/ B. N. W.)

It. in causa Nicolai Glücks zu Plauen/ Mense Julio, Anno 1635.

Et in causa Creditorum Andree & Laurentii der Müller zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1636.

Et in causa heredum Balthesari Schabens zu Oberbohritzsch/ Mense Octobr. Anno 1636. ( Verba sententia: Hat euer Vater sein Ritter-Gut von Thomas Möhnern an sich erkaufft / daran er noch etliche Gelder den Möhnerischen Gläubigern zu bezahlen schuldig verblieben: Da nun dieselben ihrer Forderung wegen auf berührtem Gute nicht versichert wären/ noch einige Verpfändung darauff erlanget / ic. So würdet ihr ihnen wegen eures Mutter-Theils billich vorgezogen/ und sie wären Separationem Bonorum zu suchen nicht befugt/ B. N. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Judex, de prioritate satis informatus, super concursu Creditorum definitivè pronunciare, ac quemvis in classe sua & ordine collocare debet; Quotque sint classes Creditorum.*

- 1 Creditis per instrumenta vel testes probatis, factaque/ responsione debitoris aut Curatoris bonorum, & subsecutâ instrumentorum exhibitorum recognitione, nec non prioritate Creditorum singulorum sufficienter demonstrata: nil amplius restare videtur, quam ut judex super concursu & prælatione Creditorum definitivè pronunciet, ac quemvis in sua classe ac justo ordine collocet. † Tantò minus enim lis protrahenda videtur in concursu Creditorum, quantò magis horum interest, quemque Creditum suum consequi, nec ulteriori morâ Creditores, per deductionem prioritatis jam multò defatigatos, gravari. † Cautè tamen ac providè hic judex procedat, cujusque scilicet Creditoris jure ac privilegio bene & accuratè pensato;
- 2
- 3

ne invertendo ordinem & classes, ansam det per Leuterationem vel Appellationem protelandi & multiplicandi lites, de prioritate Creditorum & ex-cussione debitoris; † quæ alias in Curiis Germanicæ 4 tam familiares sunt, quam obsonium in prandio, Johann. Köppen. quest. 56. in pr. Hering. de fidejuss. c. 27. num. 33. Ventur. de Valent. in partibus. litig. lib. 1. c. 13. n. 15. † Sed quænam illæ sint Classes Creditorum, à judge observandæ? Multiplices sane ab Interpp. referuntur, ac diversimodè ponuntur, ut videre est apud Vincent. Caroc. in trattat. de ex-cuss. bonor. part. 2. quest. 65. Neguzant. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 1. & seqq. Johan. Michael Beuther. de jur. prelat. Dyn. in cap. qui prior est tempore. 54. de Reg. jur. in 6to. num. 8. & seq. Quam varietatem non modò ipsa rei difficultas causatur: † sed & Statuta, quæ pro ratione cuiusque loci 6 jus commune non parum immutavere, negotium hinc facere censemur. † Multum certè Illustrissimus Saxo hæc in re mihi videtur præstissime in Ordinat. process. judic. tit. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. & 50. non modò summâ dexteritate atque iudicio privilegia Creditorum universa pertractando: sed & Classes quinque distinetas ponendo, secundum quas Creditibus sua Credita sunt adjudicanda, dict. tit. 41. Veniunt nempe ex sanctio-ne Electorali, † in Prima Classe, qui singulari quâdam prærogativâ & privilegio prioritatis gaudent, ceterisque omnibus creditoribus, quounque etiam privilegio munitis, præferuntur. † In secundâ illi, qui præter hypothecas privilegium prælationis habent. † Tertiâ, qui jus reale ex hypothecâ, arrestô, & immissione fuere consociuti. † Quartâ, personaliter privilegiati. Et denique in. † Quinta classe veniunt Chirographarii. Quem ordinem in explicatione privilegiorum Creditorum sequemur.

Ita Domini in causa der Neuterischen Gläubiger/ ventiliat hic Lipsia, Mense Sept. Anno 1620. ( Verba sentent. Dieweil Curator Bonorum auffeite und des andern Gläubigers Forderunge/ was er daran geständig oder nicht / geantwortet/ Brief und Siegel recognosciret / und die Gläubigere des Priorität halben gegen einander verfahren; Als werden sie nunmehr in nachfolgender Ordnung: Neulichen zum ersten die Begräbnis-Kosten. Zum andern des Weibes Einbringen. Zum dritten die Hypothecarii. Und zum vierden die so ohne Vergütung ihr Geld geliehen / bezahlet. Nachfolgende Chirographarii aber werden ohne Unterscheid der Zelt befriediget/ ic.

It. in causa Johannis Josephi Bottini und vero Missverwandten Gläubigern zu Leipzig/ Mense Decembr. Anno 1624.

Et in causa Matthes Pingbachs Gläubiger zu Leipzig/ Mense Aug. Anno 1620.

#### CLASSIS PRIMA.

*In qua veniunt singulari quâdam prærogativâ & prioritate, pra aliis omnibus, privilegiati Creditores.*

#### DEFINIT. XII.

*Privilegiari Creditores, in primâ classe concurrentes, non prorata à portione Credita accipiunt, sed juxta ordinem privilegiorum alter alteri prefertur.*

Creditores, qui in primâ Classe veniunt, & fini- 1 gulari quâdam prærogativâ atque prioritatem præ aliis omnibus sunt privilegiati; non indifferenter omnes æquali jure concurrunt: Sed alii præ aliis pinguiori privilegio gaudent. Continet siquidem Classis hæc prima octo privilegia distincta. † Nempe 1. privilegium res proprias repeatentium. 2. In vendito fundo hypothecam vel dominium usque

usque ad solutionem pretii totalis sibi reservantium. 3. Eorum, qui jure hypothecarum rem obligatam habuerunt, antequam debitor illam emeret. 4. Privilegium mercedis famulorum. 5. Imperfurarum funebrium. 6. Medicamentorum, in curationem debitoris ægroti factorum. 7. Privilegium collectarum, aliarumque publicarum exactiōnum. Et 8. pecunia hereditaria. Prout eo in ordine posuit hæc privilegia Illustrissimus Saxonie Elector in tit. 42. process. judic. † An ergo etiam secundum hunc ordinem privilegiorum Creditores, in prima Classe positi, credita sua recipient, priusque posteriori præferendus erit, si bona debitorum omnibus hisce Creditoribus non sufficiantur? † Putaveris forsitan, Creditores hosce æqualiter concurrere, ac cuique pro rata portione de Credito suo quid detrahendum esse; † veluti de privilegiatis dispositum in l. privilegia. 32. ff. de reb. autor. judic. possid. l. si hominem. 7. S. quotiens. 2. ff. deposit. l. idemque. 7. ff. qui pot. in pignor. Sed verum est hoc duntaxat in iis, qui nondum habent privilegium absque ullo prælationis jure. † At Creditores, in hac primâ classe positi, ultra privilegium, habent etiam jus prælationis, hæc Const. 28. in pr. diversisque titulis gaudent, Dyn. in cap. qui prior. 54. de Reg. jur. in 6to. n. 16. Adeoque ab illis ad hosce nil inferendum erit. † Et quod inter hosce Creditores alter alteri juxta ordinem privilegiorum, modo possum, sit præferendus, ex verbis Serenissimi Domini Electoris luculenter appetit. dict. tit. 42. Process. judic. in pr. vers. Soll. ihnen dasselbe vor allen andern/ sic seyn gleich berechtiget oder privilegiert / wie sie wollen/ folgen. junct. vers. Mecht diesem. & vers. ferner soll dasjenige/ sc. † Quin & ex ordine literarum atque scripturæ arguitur prærogativa & jus prælationis, ita ut is sit præferendus, qui prius literis exprimitur; nisi aliud dispositum reperiatur, Gloss. in cap. quorundam. 24. verb. predicatorum. de Elect. in 6to. Bald. in l. un. Codic. de Justin. Codic. confirm. num. 1. in pr. † Nec movet, quod vulgo dici solet: Prior tempore, potior est jure, c. qui prior 54. de Reg. jur. in 6. Ex quo dicendum videtur, saltem temporis rationem, quo quisque privilegium suum consecutus est, habendam esse. † Quia illud Doctorum axioma obtinet tantummodo in hypothecariis; ad alios verò creditores, qui privilegio aliquo singulari, & jure prælationis gaudent, neutquam extendi debet. l. affidius. 12. C. qui pot. in pignor. l. quamvis. 2. C. de privil. fisci.

Ita Domini in causa Hansen Knoblauchs zu Schneeberg/ Mense Mart. Anno 1632. ( Verba sent. Hat sich zu Martin Herbers Verlassenschaft ein Concursus Creditorum ereignet/ und weil ihr bey ihm über 100. fl. Lied-Lohn zu fordern/ habe ihr nebst andern Gläubigern solches gleichfalls liquide ret/ sc. So werdet ihr desselben vor den Begräbniskosten und Steuer böhlich befriedigt; Und wenn auch gleich über bemeldtes euer Lied-Lohn nichts mehr übrig wäre; So möchte ich ihr doch/ etwas daran schwinden zu lassen / mit Bestande nicht angehalten werden/ B. R. W.)

It. in causa Alexandri Hüters zu Annaberg/ Mense Jul. Anno 1632.

It. in causa Jona Richters zu Freyberg/ Mense Octobr. Anno 1635.

It. in causa Matthes Bingbachs Gläubiger zu Leipzig/ Mense Aug. Anno 1620.

Et in causa der Knobelsdorffischen Gläubiger/ Mense Mayo, Anno 1623.

#### DEFINIT. XIII.

Vidua vel Uxor, jure dominii repetens bona sua, in hereditate mariti reperta, alios Creditores indifferenter in iis excludit.

R Es inter bona debitoris reperta, Domino repetenti restituи debet, etiam si creditores reliqui

nihil prorsus capiant, l. 39. vers. hanc enim & seq. ff. de pecul. l. 31. §. 1. ff. de reb. Cred. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. & Nempe, quia Rei Vindicatio est supra omnes actiones personales & hypothecarias, Ludov. à Peguer. decis. 38. num. 1. p. 1. Andr. Rauchb. part. 1. q. 6. n. 13. † Et Creditores non ex alterius tertii, sed debitoris bonis exsolutionem petere valent, ipsa suadente æquitate, prout innuit. Illustrissimus Saxon. dict. tit. 42. in pr. vers. 1. Well es wider alle Billigkeit/ daß sich die Gläubiger nicht von ihres Schuldeners/ sondern von fremder Gute bezahlet machen solten. † Cui consequens, Uxorem seu Viduam in rebus suis, mobilibus & immobilibus, ex Cognatorum forsan hereditate perceptis, & marito illatis, etiamnū extantibus, jus prælationis habere præ reliquis omnibus indifferenter Creditoribus, l. t. C. de privil. fisci. I.J.C. ad Leg. Jul. de vi publ. l. ob maritorum. 2. C. Ne nxor pro marito. dict. tit. 42. in pr. vers. Deßgleichen/wenn etwa ein Weib. Matth. Berlich. part. 1. concl. 64. n. 18. † Licet alias ratione harum rerum, tanquam bonorum paraphernalium, uxori saltem jus tacite hypothecæ, absque prælatione, competit, ut dicam infr. defin. 85.

Ita Domini in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Frankfurt an der Oder/ Mense Decembr. Anno 1634. ( Verba sent. Wann nun solches geschehen / so werden vor allen Dingen der Wittwen die angegebene Fahrnis und Stücke/ so in der Erbschaft verhanden/ dafern solche ihr eigenthümlich: in gehörig/ und daß sie benbracht wird / abgefolget / und hernach die sämtlichen Gläubiger/ darunter die Privilegirten und des Raths Steuer mit begriffen/ so wol nach Sachsischen/ als gemeinen Kaiserlichen Rechten in folgender Ordnung bezahlet/ sc.)

#### DEFINIT. XIV.

Liberis etiam bona propria, in parentum hereditate adhuc reperta, jure dominii pre aliis omnibus debentur Creditoribus.

Simili quoque ratione liberi bona, aliunde per successionem hereditariam, aliumve titulum acquisita, si adhuc extent, & in hereditate paterna reperiantur, jure dominii repetunt: † aliisque omnibus indifferenter creditoribus præferuntur, l. affidius. 12. § 1. vers. exceptis. C. qui pot. in pignor. d. tit. 42. post princ. vers. oder es wäre den Kindern. Johan. Mich. Beuther. de jur. prælat. part. 1. c. 38. † Etenim quotiescumque in bonis debitoris invenit quis id, quod jure dominii vel proprietatis ad se pertinere probat, sive mobile sive immobile sit, id ei præ aliis Creditoribus restituи debet, dict. tit. 42. in pr. definit. preced. † Quidni ergo etiam liberis bona castrenia vel adventitia in patris debitoris hereditate reperta?

Ita Domini in causa Caspari Reinholds zu Reichenbach/ Mense Jun. Anno 1634. ( Verba sententia: Und es hat Caspar Ackerman seiner Kinder Anteil zu sich genommen/ und bis an sein Ende bei sich behältet; Nachdem er aber auch verstorben/ hat sich zu seiner Verlassenschaft ein Concursus Creditorum ereignet, Inmassen auch etliche Gläubigere Areata gesucht und angelegt/ sc. So werden eurem Ehemalthe/ uns angesehen sie ihres Vaters Erbin worden/beydes die Mobilia und Immobilia, so sie von ihrem Vater ererbet/ und noch in ihres Vaters Erbschaft würcklichen verhanden/vollständig und ohne Abbruch ausgeantwortet/ sc.)

#### DEFINIT. XV.

Sicuti etiam res deposita, præ omnibus aliis Creditoribus, qualitercumque privilegiatis, vindicari potest, l. 7. §. 2. ff. deposit. l. sires. 8. C. ad exhib. l. 8. C. deposit. Ordin. process. jud. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. vers. Darum wenn einer etwas bey einem deponi-

R Es etiam deposita, quæ apud debitorem vel depositarium adhuc extat, aliis Creditoribus, qualitercumque privilegiatis, exclusis, vindicari potest, l. 7. §. 2. ff. deposit. l. sires. 8. C. ad exhib. l. 8. C. deposit. Ordin. process. jud. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. vers. Darum wenn einer etwas bey einem deponi-

- ponret. Dan. Moll. hic n<sup>m</sup>. 74. Joh. Köppen de-sis. 28. n<sup>m</sup>. 3. Ludov. à Peguer. decis. 38. n<sup>m</sup>. 13. Joh. Mich. Beuth. de jur. præstat. part. 1. c. 31. † Nempe, quia de-ponens dominum rei depositæ apud se retinet; quod & sit, si pecuniam in sacculo deponat, Bald. in l. n. C. si cert. petat. n<sup>m</sup>. 8. † Ergo vel saltem jure dominii & vindicationis eam repetet; quo nomine aliis Creditoribus præfertur, Defin. 13. & 14. † Ex quo rectissimè inferri potest, si contra naturam de-positi Dominium rei depositæ in depositarium transferatur, l. 24. ff. depos. jus hoc prælationis o-mnino cessare, Ludov. à Peg. dict. decis. 38. num. 4. Vinc. Caroc. de deposit. part. 2. q. 47. n<sup>m</sup>. 4. † Sanè Do-minum etiam rem furtivam, sive apud furem ipsum, sive apud alium repartam, præ omnibus aliis Creditoribus repetere ac vindicare posse, ex prædictis du-bium haud est, Johann. Mich. Beuther. part. 1. c. 44. † Quamvis re furtivâ consumptâ, præ estimatio-ne, domino hypotheca saltem tacita competit in bonis furum, ut dicetur infra part. 4. Const Elect. 39. Defin. 10.

Ita Domini in causa Georgii Alsdorffs Gläubiger zu Frank-furt an der Oder/ Mensc Decembr. Anno 1634. ( Verba sent. So werden vor allen Dingen die deponitores Kraint-Wahren/ so noch unaußgewacht und eingepackt liegen/denjenigen/ wel-chen sie gehören/billlich abgesegnet/und nachmals die nämli-chen Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet/ic.)

#### DEFINIT. XVI.

**Pecunia ad certum usum datâ, non eam enâ mandato-**  
**sario in eum conversâ, sed consumptâ, Domino repre-**  
**tenti non competit jus prælationis præ hypothe-**  
**cariis, aliisq. Creditoribus.**

- 1 Nferri quoque hinc potest rectissimè, eum, qui a-llicui, tanquam suo mandatario, pecuniam aliavè rem ad certum usum & finem dederit, in repeti-tione ejus pecunia vel rei, si adhuc extet, præferri omnibus aliis Creditoribus; qualiterunque fuen-ti privilegiati, Ord process. jud. Elect. Saxon. tit. 43. in pr. vers. Oder ihme/als seinem Befehlhaber etwas gebe/ic. † Nempe quod re adhuc extante, domino semper competit ratione dominii & viadi-cationis jus prælationis, supr. defin. 13. & 14. † Aliud itaque dicendum, si pecunia aliavè res fuerit con-sumpta. Cessante liquidem causâ hujus privile-gii, quæ est vindicatio rei, adhuc extantis, ipsum quoque privilegium, sive jus prælationis cessabit, l. 1. S. quod si rem. 12. ff. deposit. l. si vero. 12. S. dedi tibi. 10. ff. mandat. l. Caffius. 17. ff. de solut. Modest. Pistor. part. 4. q. 156. post pr. Joh. Mich. Beuther. de jur. præstat. part. 2. c. 5. vers. belangend denjenigen. Qued ipsum quoque luculenter innuit Sanctio Electora-lis in process. judic. tit. 42. vers. Und es wäre das-selbe noch unverwendet verhanden. † Ergo si quis mercatori vel Factori suo pecuniam dederit, ut suo nomine alibi pensiones solveret, vel merces emeret, is verò pecuniam consumserit & decoxerit: Domi-nus pecunia in bonis mandatarii sive Factoris nul-lum habebit jus prælationis, nec hypothecariis præferri poterit; ut bene concludit Matth. Berlich. part. 1. concl. 64. n<sup>m</sup>. 17. † Quantumvis enim hoc ca-su pecunia dominium in mandatarium transla-tum haud fuerit, l. non omnis. 19. ff. de reb. credit.
- 6 † Ex eo solo tamen mandanti non competit jus prælationis, ut male sentit Joh. Mich. Beuther. de jur. prælat. part. 1. c. 43. † Siquidem non sola dominii reservatio, sed & existentia rei traditæ privilegio huic causam præbet, ut modò dixi, & luculenter probat Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. verb. Und es wäre dasselbe noch unverwendet ver-handen/ic.

Ita Domini in causa Adami Löbels & Caspari Müllers 38 Schönfeld/ Mensc Octobr. Anno 1629. ( Verba sent. Habet die Schallerischen zu Augspurg den beiden Meisen / Vater und Sohne/ als ihren Factoren, zum Verlag der Schlack-waldischen Berg-Werk / und zu wöchentlicher Bezahlung der Arbeiter viel Geldes / und in die 1000. fl. anvertraus und zugeschickt; Ob nun wohl beyde Factores von solchen Geldern ein ansehnliches zu ihrem eigenen Nutzen angewen-det/ verthan und verzehret; So haben doch die Schalleri-schen deswegen sich in bemeldter ihrer Factoren Gütere el-niger Priorität nicht zu erfreuen / und mögen dannenher-auch denjenigen / so ein stillschweigend oder ausdrückliches Unterpfand/oder auch sonst ein älter und besser Recht dar-auf erlanget / beständiger Weise nicht vorgezogen werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

**Non præfertur hypothecariis, aliisq. Creditoribus pri-**  
**vilegiatis, Venditor, in mercibus venditis, adbuces-**  
**tantibus penes emptorem, quando fides habita**  
**est de pretio.**

A D hoc igitur, ut locus sit huic privilegio repe-tentium res proprias, duo conjunctim concurre-re necesse est: 1. Ut repetens Dominus rei tradi-tæ manserit. 2. Ut res tradita adhuc extet. Veluti expressè dispositum in Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. vers. Was eigenthümlichen/junct. vers. Und es wäre dasselbe noch unverwendet vorhanden. † Cui consequens est, ut in mercibus venditis, etiam adhuc extantibus, habita tamen fide de pretio, atque ita dominio translato, potior- sit causa hypothecariorum, quam venditoris; nec hic merces extantes, reliquis Creditoribus ex-clusis, repetere queat, l. quidam fundum. 16 ff. de in rem. vers. l. incivile. 12. C. de R. V. l. traditionibus. 20. C. de pact. Andr. Gail. lib. 2. observat. 15. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 7. defin. 6. num. 3. Andr. Rauchb. part. 1. qv. 6. num. 1. Matth. Coler. de process. exe-cut. part. 2. cap. 3. num. 468. † Nec enim vind-i-care rem potest Venditor, qui non nisi persona-lem actionem ad pretium habet, l. procuratoris. 5. S. planè si in eadem tabernâ, 17. ff. de tribut. act. l. quamvis. 17. C. de pignor. l. licet. 7. C. qui porior in-pignor. † Quique imputare sibi debet, cur rem tradendo secutus fuerit fidem emptoris, nec ex-pressè pignoris conventione sibi melius caverit, Anton. Fab. in dict. defin. 6. num. 5. † Adeoque nec bibliopolam, libros, apud studiosos decoctores adhuc repertos, repetere posse, putaverim cum Za-fio in l. Creditor. 25. ff. de reb. Credit. num. 8. Quam-vis aliter sentiat Joh. Mich. Beuther. de jur. prælat. part. 1. cap. 22. † Aliud tamen dicendum erit, si Venditor merces venditas nondum tradiderit, l. Julianus. 13. S. offerri. 8. ff. de act. empt. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 7. defin. 6. num. 1. Aut fidem de pretio non habuerit, l. procuratoris. 5. S. sed si da-di mercem. 18. ff. de tribut. act. Andr. Gal. dict. ob-servat. 15. num. 4. † Cessante nempe ratione im-pediente hoc privilegium, videlicet, translatione dominii, ut supr. dixi. † Planè etsi venditor, si de de pretio habita in mercibus traditis adhuc ex-tantibus, non præferatur hypothecariis; persona-le tamen privilegium, quod Chirographarios ex-cludit, ipsi competere, dubitandum non est; ut dic-am infra defin. 152.

Ita Domini in causa Julii Weißbrods zu Dresden/Mensc Mayo, Anno 1610. ( Verba sentent. Hat einer dem andern eq-liche Centner Pfesser verkauft/solchen ihm abfolgen lassen/ und die Kaufgeldere auss gewisse Zeit gestundet/ ehe aber der Zahlungs-Termin herbe kommen/hat Käufer fallire und Ban-derott gemacht; Ob nun wohl berührter Pfesser noch verhan-den un̄ die Gläubiger sich desselben wieder anzumessen/un̄ dar-an zu halten gemeinet: Dieweil er aber dennoch solchen Pfesser dem Käufer einmal getrauet/tradiret und überreignet/ und also Käufer einmal derselben Eigenthums-Herr worden/ic.

Se ist auch Verkäufer sich daran zu halten/ und vor den Hypothecariis oder andern / so ein dingliches Recht in den Schulden Güttern erlanget/sich damit bezahlet zu machen nicht befugt/ V. R. W.

DEFINIT. XIX.

*Nisi emptor dolosè cum Venditore contraxerit, emendo merces, cùm jam solvendo non esset.*

- N**olo tamen hoc aliter accipi, quām si emptor bona fide & animo pretium exsolvendi quid emerit: † Cæteroquin, si fraudulenter & dolosè agat cum venditore, emendo scilicet merces, cum jam solvendo non esset, (quod inde constare poterit, si statim post venditionem vel non diu post fallat) facillimè concesserim, venditorem in repetitione mercium traditarum omnibus aliis creditoribus, quin & hypothecariis præferri, † etiamsi fidem de pretio habuerit, Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. Gloss. 23. n. 17. Andr. Gail. lib. 2. obs. 15. n. 10. Joh. Mich. Beuther. de jure prælat. part. 1. c. 18. vers. denn wo ein dous. Matth. Berlich. part. 1. concl. 64. n. 58. Ex ratione evidenti: † quod scilicet dominium rerum venditarum & traditarum non transferatur in emptorem dolosum; Quia dolus causam habende si dei dedit; Et sic fides eo casu habetur pro non habita; & res non tradita, sed fraudulenter ablata censetur, l. si quasi. 3. ff. de pign. aet. Andr. Gail. dict. obs. 15. n. 9. † Quidni ergo vendor, ceu dominus, merces adhuc existentes, vindicare poterit, juxta def. præc. in pr. Ord. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 42. 6 in pr. † Idque verum est, sive sub spe pecuniam in continenti, sive ad terminum recipiendi, merces 7 vendantur; propter rationis generalitatem: † cum æquè dolosè agat emptor, qui cum non solvendo est, certis terminis pretium solvere promittit, Carol. Molin. dict. loc. † Quamvis aliter videatur sentire Dan. Moll. lib. 4. sem. 28. n. 6. seq.

Ita Domini in causa Heinrich Rothens und Johann Bonnbergs zu Leipzig/ Mensl. Oct. Anno 1630. (Verba sentent. Ob ihr nun gleich Käuffern die Engländischen Läcken tradiet/ und ihme die Raufsgeldere auf gewisse Zeit gesendet; Die weil er dennoch allbereit zur Zeit des geschlossenen Rauffs nicht solvendo, und also euch zu hintergehen gewenhet gewesen/ ic. So hat er auch durch die beschene Tradition den Eigenthum der von euch erkaufften Wahren nicht erlanget/ sondern es ist derselbige bei euch verblieben/ derwegen ihr euch an solche/cis einer Proper-Gut nochmals zu halten/ wohl befugt/ und sie werdet euch vor allen andern Gläubigern billich abgefogtet/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Krumholzeng contra Hansen Hammenqu Leipzig/Mensl. Jan. Anno 1629.

DEFINIT. XIX.

*Quo casu Venditor merces, ab emptore dolosè alienatas, etiam à tertio possessori vindicare potest.*

- Q**uid verò, si emptor ejusmodi dolosus, qui cum solvendo non esset, merces emit, pretio non dum exsoluto eas postea alteri vendat? † Nihilominus primo venditori prospectum existimaverim Rei vindicatione; qua non solum adversus emptorem suum: sed etiam contra tertium possesso rem, apud quem merces fuerint repertæ, experiri valeat. † Etenim cum dolus emptoris impediatur dominii translationem, ut dixi def. præced. utique nec postea tertius possessor ab eo dominium consequi potuit. † Cūm nemo plus juris in alium transferre queat, quām ipse habet, l. traditio. 20. in pr. ff. de acquir. rer. dom. l. si noxale. 27. 8. ex bis. l. ff. de nox. action. l. nemo plus juris. 54. l. nemo plus commodi. 120. l. 160. ff. de Reg. jur. Joh. Harppr. ad 5. per tradition. Carpz. Definit. Vol. I.

40. n. 5. Inst. de rer. divisi. & acq. ipsar. domin. Nil ergo obstat, quò minus venditor primus, ceu Dominus, eas à tertio possessori vindicare poterit, absque refusione pretii; † Non minus ac Dominus rem furtivam à quoconque possesso absque restitutio ne pretii petere valet, l. 2. C. de furt. l. 3. & l. 23. C. de Rei Vendicat. art. 213. & art. 214. Ord. Crimin. Carol.

Ita Domini in causa Martini Rosstiebs zu Salze/ Mensl. Jul. Anno 1630. (Verba sentent. Ob nun wohl Verkäufer Käuffern das Raufsgeld geborget/ und ihme die verkauftæ Leinwand ab folgen lassen/ derselbe auch hinwiederum dieselbe veräußert/ und einem andern verkauft; Dieweil er aber dennoch zur Zeit/ als er die Leinwand erkaufft/allbereit nicht solvendo, und also seinen Verkäufer vorsätzlich zu hintergehen und zu betrogen gewenhet gewesen/ ic. So hat er auch durch die beschene Tradition der Leinwand/ derselben Dominium und Eigenthum nicht erlanget/ sondern es ist solches beim Verkäufer verblieben/ und er demnach sich berührter Leinwand/ wo und bey weise er sie antrifft/hinwiederum ohne e. nigr Entgeld anzumessen wohl befugt/ V. R. W.)

DEFINIT. XX.

*Reservans sibi hypothecam in re venditâ, etiam extra judicium, ratione pretii omnibus aliis Creditoribus prefertur.*

**V**endor, quamdiu pretium solutum non est, retinere rem venditam, necdum traditam, quasi pignoris jure potest; etiamsi de pignore nihil convernit, l. Julianus 13. §. offerri. 8. ff. de aet. emp. † Sed post traditionem factam, tametsi pretium solutum non sit, nec avocare possessionem potest, nec in eam ipsam rem exercere quasi Servianam; non magis quām in cæteras res emptoris; cum ex hac causa tacitum pignus nullum contrahatur. † Quia ex vendito personalis tantum actio nascitur, non etiamsi hypothecaria; si nihil de pignore nominatum convernit, l. 1. in pr. ff. de pignor. Ant. Fab. in C. lib. 8. tit. 7. defin. 6. n. 2. † Cæteroquin, si in re vendita sibi hypothecam, donec integrum pretium fuerit solutum, reservaverit, ultra jus hypothecæ ita privilegiatus est, ut omnibus aliis Creditoribus, etiamsi hypothecariis anterioribus, qui nempe in omnibus bonis debitoris præsentibus & futuris generalem hypothecam confecuti, fuere, ratione pretii, sibi debiti, in re venditâ præferatur, l. procuratoriss. §. planè. 17. ff. de tribut. action. Neguz. de pign. part. 5 membr. 2. n. 18. Andr. Gail. lib. 2. observ. 15. n. 7. Ant. Fab. in C. l. 8. tit. 7. defin. 6. n. 5. Joh. Mich. Beuth. de jur. prælat. part. 1. c. 18. † Quod & disertè confirmavit Serenissimus Saxo in Ordin. proc. judic. tit. 42. in pr. vers. Da auch einer etwas verkauft/ und ihm also bald bei solchem Rauff auf dem Gut/ ehe er dem Käuffer tradiret und einräumet/ ein beständig Unterspfand wegen des hinterstelligen Raufgeldes vorbehält/ ic. Ubi duo probè notanda veniunt circa reservati onem hypothecæ in re venditâ. † Primò enim requiritur, ut Venditor in specie in re venditâ sibi reservet hypothecam, dict. tit. 42. vers. auff dem Gut. † Secundò ut hoc faciat ante traditionem, vel in ipso traditionis actu, in verb. Alsobald bei solchem Rauff/ ehe er dem Käuffer tradiret und einräumet/ l. 1. §. ult. l. seq. ff. de reb. eor. qui sub tutela. Ant. Noguz. de pignor. part. 4. in pr. num. 34. Quibus observatis, procul dubio competit venditori jus prælationis, etiamsi hypotheca saltem extrajudicialiter fuerit reservata. † Valere enim pignus, etiam in foro Saxonico, pro residuo pretii in re venditâ, citra consensum judicis retentum, probabo infra part. 2. Const. Elect. 23. defin. 16.

Ita Domini in causa Alexandri Hütten zu Annaberg/ Mensl. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Ob nun wohl der

Schuldener auch dem Mühl-Ampt und Rath mit Zinsen und Steuern verhaftet; Da ihr euch aber dennoch bey Übergebung des Guts wegen der restirenden Kauf-Summa eine ausdrückliche Hypothecam auf demselben bedingen und vorbehalten hätten / davor sichs aus eurer Frage ansehen lässt; So würde euch auch die restirende Kauf-Summa vor dem Mühl-Ampt und Rath/ so wohl allen andern des Schuldners Gläubigern und ältern Hypothecariis billich entrichtet und abgestattet/ B. R. W.)

It. in causa Viduz Caspari Wigande à Schönberg/ Mens. April. Anno 1547.

Et in causa Martini Zeidnens zu Salze/Mens. August. Anno 1631.

#### DEFINIT. XXI.

*Jus quoque prælationis Venditor habet ratione pretii in re venditâ, si dominium sibi reservaverit, vel et in foro Saxonico non judicialiter resignaverit.*

¶ **E**andem quoque prærogativam habet venditor, qui in casum pretii non soluti, rei venditæ dominium retinuit, ut nempe omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis antiquioribus, præferatur, rem que venditam vindicare & repetere queat, non minus atque Dominus rem suam, in bonis debitoris repertam, *supr. defin. 13.* † Prout disertè sanctum ab Illustrissimo Saxone in Ord. process. judic. tit. 42. §. also auch wenn eintr. Andr. Rauchb. part. 1. q. 6. n. 12. Dan. Moll. lib. 1. Semestr. 4. num. 2. Neguz. de pign. part. 5. membr. 2. n. 18. † Cui consequens est, ante resignationem dominij judicialem (vor der Auflösung der Lehen) venditori in re immobili vendita, jus hoc prælationis semper competere. † Quoniam sc. in foro Saxonico dominium fundi, non nisi per resignationem & traditionem judicialem transferatur; (durch die Auflösung) Wettbild. art. 20. & art. 60. in fin. lib. 2. Landr. art. 30. Gloss. in lib. 1. Landr. art. 34. lit. A. Petr. Heig. part. 2. q. 17. n. 18. & qv. 18. n. 19. Mod. Pift. vol. 1. confil. 64. n. 3. Jac. Schult. in addit. ad Matth. Col. part. 2. decis. 279. † Planè etiamsi venditor non verbis expressis dominium sibi reservaverit: si tamen facto ipso hoc agere voluisse, se declaraverit; putà fidem de pretio non habendo; quin rei vindicatione ex jure hoc prælationis experiri queat, dubium non est; juxta tradita Andr. Rauchb. part. 1. q. 6. n. 11. Dan. Moll. lib. 4. Semestr. 28. num. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 64. num. 45. & multis seqq. ubi pluribus demonstrat exemplis, quando & quibus casibus venditor in re venditâ dominium sibi reservasse censetur. Unde ratione pretii peculiari Arresto non est opus. *Decis. El. 58.*

Ita Domini in causa Joachimi und Hansen der Arnste Gläubiger contra Michael Seummen/ventilatā in Praetorio Lipsiensi, Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sent. Weil nicht zu befinden / daß Käufer dem Schuldener Hansen Arnsten das Haus iemahls in Lehn gegeben/ wodurch denn bis zu völliger Abstattung des Kaufgeldes Verkäufers Kindern und Erben das Dominium vorbehalten worden; So werden dieselbe vor allen andern Gläubigern/ wie die immer Nahmen haben mögen/billich befriediget / ic.)

Et in causa Creditorum Michael Vöttigers zu Reichenbach/ Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. So werden vor allen Dingen und zuerst gezahlet 100. fl. rückständige Kaufgeldere/ jedoch anderer Gestalt nicht/ als moderner berowegen Verkäufer auf dem verkauften Gut/entweder das Dominium. oder ein Unterpfand/ihnen ausdrücklichen vorbehalten / ic.)

#### DEFINIT. XXII.

*Omnibus indifferenter Creditoribus debitoris præsumur illi, qui hypothecam in fundo consecuti fuere, antequam illud debitor emereet.*

¶ **E**x privilegio præcedente aliud profuit jus prælationis in eos, qui rem jure hypothecæ obliga-

tam habuerunt, antequam debitor illam emeret.

† Etenim quodcumque etiam emptor creditum fecerit, alias privilegium, neutquam tamen iis, quibus ab antecessore pignus in te venditâ constitutum fuit, prejudicare poterit, sed hi omnibus indifferenter debitoris Creditoribus, etiam mercedi famulorum, & impensis funebribus, erunt præferendi, per sanctionem expressam Electoralem, in Ord. process. judic. tit. 42. §. Gleiche Meinung hat es auch mit denen Schuldner die zuvor und ehe der Schuldner das Gut an sich kaufte/ darauf verpfändet gestanden. † Nam si venditor, in re venditâ sibi referens hypothecam, præfertur omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis antiquioribus, propter ea nempe, quod jus retinuit in re venditâ, antequam in emptoris dominium perveniret, *supr. defin. 20.* Ordin. process. jud. dict. tit. 42. §. In Erweitung/das der Schuldner/xc. † Quidni idem dicere remus de hypothecariis, qui jus reale obtinuerunt in re venditâ, antequam dominium in debitorem fuerit translatum? Ex identitate rationis, † quz idem jus facit, l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V.O. † Ac certè iniquissimum esset, hypothecariorum conditionem fieri deteriorem ex facto successoris, sive emptoris, l. 1. §. 2. vers. atqui. ff. de separat. l. debitorum 25. C. de pact. junct. l. 2. §. ex bis. 2. ff. de V.O.

Ita Domini in causa Melchior Bürgers Gläubiger zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1632.

#### DEFINIT. XXIII.

*Non gaudent hoc jure prælationis, qui rem venditam jure pignoris obligatam non habent.*

**S**oli tamen hypothecarii hoc jure prælationis gaudent, Defin. præced. † Ceteroquin etsi venditor Creditores reliquerit, si tamen hi nullum jus pignoris unquam in re venditâ obtinuerint, nullâ ratione præferendi erunt creditoribus emptoris, sed pariter cum iis concurrunt; ita ut prior tempore, vel potior jure reliquis indifferenter præferetur. † Cessat enim tum ratio hujus privilegii, quz in solo jure reali sive hypothecæ consistit, ut dixi defin. præced. † Idque luculenter patet ex verbis Serenissimi Electoris in Ord. process. jud. tit. 42. §. gleicher Meinung ibi: darauf verpfändet gestanden. Quo ipso hoc privilegium ad solos hypothecarios restringitur; † nec ad casum alium extendi debet, arg. l. cum prætor. 12. ff. de judic. Nicol. Boër. decis. 298. n. 4. † Nisque jure separationis Venditoris heredes hoc casu se tueri poterunt; quippe quod dunataxat in successione hereditatis universalis locum habet, non etiam in venditione & successione particulari, tot. tit. ff. de separat. Ant. Fab. in C. lib. 7. tit. 32. defin. 15.

Ita Domini in causa Joachims und Hansen der Arnste Gläubiger zu Leipzig/Mens. Nov. 1634.

#### DEFINIT. XXIV.

*Famuli privilegium babent prælationis, etiam ratione mercedis, ex præcedentibus annis, apud Dominum restans.*

¶ **T**si de jure civili ministri sive famuli ratione mercedis nullum habeant privilegium, sed reliquis creditoribus sint exequati, juxta tradita Hart. Pift. part. 1. q. 8. n. 2. & ibidem Simon. Ulric Pistor. in addit. lit. b. † Attamen jura Saxonica mercedes famulorum (das Lied = Lohn) reliquis omnibus aliis Creditoribus præferri volunt, Landr. l. 1. art. 22. b. Concl.

- Const. 82. in pr. vers. daß vor allen andern Ord. proc. jud. Elect. Sax. tit. 42. § Medist diesen. Matth. We-senb. in parat. ff. de privileg. Credit. n. 5. Dan. Moll. bic num. 3. & seq. Matth. Col. part. i. decis. 200. num. 6. & decis. 201. n. 10. Hartm. Pistor. dict. q. 8. n. 4 Joh. 3 Köppen. decis. 28. num. 13. † Procul dubio enim con-sideraverunt Legislatores Saxonici operas famulo-rum, quibus tota debitoris familia, ejusque bona- & facultates, unde postea Creditoribus omnibus sa-tisfieri potest, conservatae fuere? † Aequissimum igi-tur visum fuit, ipsos operarum suarum effectu & commodis in receptione Crediti sui præ aliis omni-bus frui. † Quocunque ergo modo ac tempore, seu domino defuncto, seu eo adhuc vivente concur-sus fiat Creditorum, famuli in hac Classe primâ at-que ordine suo positi, præ reliquis aliis Creditori-bus ratione mercedis præferendi erunt, Gloss. latin. ad text. germ. dict. art. 22. l. 1. Landr. sub tit. C. vers. an hoc etiam. Moll. bic n. 6. Jac. Schult. in addit. ad 6 Modest. Pistor. part. 2. quest. 62. num. 7. † Nec re-fert, an merces saltē unius vel dimidii anni: an-verò à multis annis fuerit residua, sed indifferenter pro salario, apud Dominos restante, privilegium hoc prælationis competit, Hartm. Pistor. dict. q. 8. n. 7. 4. & 5. † Quamvis enim textus in dict. art. 22. lib. 1. Landr. loquatur saltē de mercede unius vel di-midii anni: Attamen verba illa exempli potius gra-tiā, quam ut dispositionem istius textus restringe-rent, addita fuisse, ex mente Scabinorum rectissime monet Hartm. Pistor. dict. loc. At ea, quæ exempli gratiā adducuntur, dispositionem non restringunt, L. regula. 9. §. ult. ff. de jur. & fact. ignor. l. 2. in fin. ff. de dann. infect.

Ita Domini in causa der Apelischen Gläubiger/ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mensl. Maj. Anno 1627. (Verba sent. Zum s. werden vor allen andern bezahlt Marien/Martin/Diegen/Ehewebe/ 16. fl. und Elisabethen Rangschia 172. fl. von un-terschiedenen Jahren her verdientes und restirendes Lied-Lohn/uc.)

Ei in causa der Knoblochischen Gläubiger/ Mensl. Maj. Anno 1623. (Verba sent. Erstlich: und vor allen andern Gläu-bigern werden bezahlt Sibylle Hausmann 84. Rthl. und Magdalena Lang 62. fl. 16. gr. 6. pf. von unterschiedenen Jah-ren her Lied-Lohn/uc.)

#### DEFINIT. XXV.

*Privilegio mercedis gaudent saltē ii ministri, qui pro certo servientes salario in edibus & convictu debitoris reperi-untur.*

- 1 Privilegium hoc prælationis, pro mercede famu-lorum concessum, non nisi ad ministros & famu-los domesticos pertinet, quibus merces certa consti-tuta fuit, ut liquet ex textu art. 22. lib. 1. Landr. de-monstrante Hartm. Pistor. part. i. quest. 8. num. 12. 2 † Adeoque ut locus sit huic privilegio, duo concur-rere necesse est: Primò, certam mercedem fuisse promissam. Nec enim absque hac privilegium ex-erceri poterit. Dan. Moll. bic num. 5. Matth. Berlich. 3 part. i. concl. 64. n. 67. † Secundò: ut tempore mor-tis debitoris, vel quando Creditores de prioritate cer-tare coepissent, famuli in ædibus, convictu, & ser-vitio ejus reperiantur; qui soli propriè dicuntur domestici, Ordin. process. jud. Elect. Sax. tit. 42. §. nechst dictem vers. Es wird aber Liedlohn. l. 2. §. bac-attio. 14. vers. familia. Ibi: qui in ministerio sunt. ff. Vi-benor. rapeor. l. 1. §. familia. 5. ff. de publican. l. 1. §. fa-milia. 16. ff. de vi & vi armis. † Ex quo satis ma-nifestum est, privilegium hoc eompetere familis, ser-vis, ancillis, pedissequis omnibusque iis familiaribus, qui sunt præpositi ad famulandum, vel in coquinâ,

vel in mensâ, vel in Camerâ; ut Cubicularii, stabu-larii, vulgo Brodtlinge oder Brodtgesinde/qui nem-pe in ædibus domini morantur, ejusque pane & aquâ fruuntur. Dan. Moller. bic n. 5. Hartm. Pistor. dict. quest. 8. n. 12. Joh. Köpp. decis. 28. num. 14.

Ita Domini in causa Gottfried Mahlers zu Eulenberg/ Mensl. Maj. Anno 1633. (Verba sent. Dass das Lied-Lohn vor allen andern Gläubigern zu bezahlen; Es wird aber eigent-lich Lied-Lohn genannt das verpflichtene Lohn/ so der Debitor schuldig ist dem Gesunde/ so wesentlich bei ihm in seiner Ha-hausung an seinem Brodt/ oder an statt dessen in einem gewis-sen Kostgelde seyn und befunden werden; Als da seyn Küp-scher/Knechte/Deuter/Wägde/Wuhmen/Schlüsselin/ Rö-chin und dergleichen/ u.)

#### DEFINIT. XXVI.

*Gaudet quoque hoc prælationis jure pedagogus, ad informandos debitoris liberos certâ mercede conductus.*

Dubitatum memini, an etiam pædagogus sive pæceptor, informationi liberorum debitoris præfectus, ratione salarii aliis Creditoribus præfendus esset? Nam si quis famulum cum appellata velit, vereor, ne bilem moveat Pædagogo, an in studia liberalia impingat? † Placuit nihilominus & huic privilegium prælationis attribuere ratione salarii, si hoc certum ipsi fuerit constitutum. † Quippe quod pædagogi regulariter in ædibus & convictu debitoris reperiantur. Quidni ergo do-mesticorum etiam jure rationis Salarii promissi gau-dere deberent? Secundum tradita defin. preced. & Moll. bic n. 5.

Ita Domini in causa Jobst von Efferens Gläubiger/ venti-lata in Praetorio Lipsiensi, Mensl. Maj. Anno 1630. (Verba sent. So werden die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlt/ als zum 1. der Kinder Pæceptors, Peter Portius 120. fl./Tho-mas Wilhelm 36. fl. 4. gr. 6. pf./ Christina Kirsin 27. fl. 12. gr./ Martha die Räsemutter 6. fl. 6. gr. und Barthel Wülscher 28. Rthl. alles Lied-Lohn/uc.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Non verò gaudent privilegio hoc prælationis opera-rii vel opifices, qui non in edibus & convictu defun-ti commorentur, vel absque certo salario operas praefante.*

FACILE dijudicare licet, quibusnam mercenariis privilegium hoc prælationis concessum haud sit; Etenim quia privilegium illud mercedis duo conjunctim requirit: certum nempe salarium; & ut mercenarii in ædibus atque convictu debitoris commorentur, supr. def. 25. sequitur inde, horum alterutro deficiente, jus prælationis quoque cessare. † Ergo Sutores, Sartores, Pistores, Lanii, Aurigæ conductitii, Tabelliones, Barbitonores, cereviliæ coctores, Scrinarii, Typographi, librorum Compa-stores, aliqui ejusmodi artifices, & operarii privi-legio prælationis non gaudent, sed inter Chirograp-harios recensentur, Reinh. Rosa ad Dan. Moll. bic n. 5. Matth. Berlich. part. i. concl. 64. n. 73. Joh. Mich. Beuther. de jur. pector. part. i. c. 29. post pr. vers. daun die Schuhmacher. † Tum, quod operariis hisce certum salarium haud promitti soleat. † Tum etiam, quod rarissime vel nunquam in ædibus debitoris operarii hi commorentur, ejusque conyictu fruuntur.

Ita Domini in causa Gottfried Mahlers zu Eulenberg/ Mensl. Maj. Anno 1630. (Verba sent. Was man aber denend so nicht an den Debitoris Brodt seyn/ noch gewisse Salaria haben/schuldig worden/ als da seyn Schneider/ Schuster/ Bickler/Bier-Brauer/Mietküscher/Brotläufer/Glescher/ Barbier/und dergleichen/ solches wird vor kein Lied-Lohn geschtet/sonder es werden diese Gläubigere unter die Chiro-grapharien billig gerechnet/W. N. W.)

Item in causa Hans Georgen von Stentsch/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Dass die Handwerksleute/ so nicht in des Schuldners Behausung/und an dessen Brode/ oder an statt dessen in einem gewissen Rügelde gewesen/ ihrer Forderung wegen vor deren Chirographariis sich einiger Erstigkeits nicht auszuwaschen haben/V. R. W.)

Et in causa Hansen Geyers zu Leipzig / Mensl. Jar. Anno 1586. (Verba sent. Ob nun gleich Simon Häter 161. fl. 6. gr. Drucker-Lohn hinterstellig blieben; So ist doch solches nicht vor Lied-Lohn zu achten/und möget deswegen auch andern seinen Gläubigern in der Bezahlung nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Negros Factorum mercatorum hoc prælationis privilegium pretendere valent.*

- 1 **N**on certe alia ratio est Factorum, à mercatori- bus ad negotiationes constitutorum: Quia enim hi ut plurimum extra ædes Domini principali- lis vivunt, proprioque pane fruuntur, ratione salarii sibi promissi, reliquis Bancorothæ creditoribus neutri- quam preferendi erunt, ut recte sentiunt Matth. Berlich. part. i. concl. 64. n. 75. & Reinh. Rosa ad Dan. Moller. b/c n. 5. post pr. † Idque cō minus, quod Factorum communiter utantur mercibus & pecuniis suorum principalium, magna- que inde percipient commoda & lucra, quæ prælationis pri- vilegium vix admittunt, l. si botinem 7. S. 2. ff. de- pect. ubi Bartol.
- 2 Ita Domini in eadē causa Gottfried Mahlers zu Eulen- berg/Mensl. Maj. Anno 1633. (Verba sent. Was man aber Be- stien/Barblerern und dergleichen/so wohl auch Factorum schul- dig werden/wird vor Leid-Lohn geachtet/sondern die Gläu- biger unter die Chirographarien billig gerechnet / V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Actuaris judicij prælationis privilegium eas- censem concessum videtur, quatenus pane Domini fruuntur.*

- 1 **N**eque actuariis judicij (den Gerichts: Haltern) privilegium hoc prælationis concessum videri, non male forsitan dixeris; quia sapissime hi proprio pane fruuntur, quantumvis certum Salarium illis constituī soleat; † Attamen cum alibi etiam ejusmo- di Scribæ & Actuarii judicij in ædibus & convictu suorum Dominorum reperiantur, haud certe video, quæ ratione illis jus prælationis denegari queat, con- currentibus nempe requisitis hujus privilegii, de- quibus dixi supr. Def. 25. Ord. proc. jud. Elect. Sax. tis. 42. S. Mechtis diesem.
- 2 Ita Domini in causa R. G. à P. Gläubigern zu Eüstrin/Mensl. Aug. Anno 1632. (Verba sentent. Zum i. werden vor allen an- dem Gläubigern bezahlt/ Joachim Eiden/ Heinrich Drech- lern und Stephan Velhoffen / ihr restirendes Lied-Lohn/ so wohl auch Georgio Cyriaco seine Gerichts-Bestallung/wofern er an des Schuldners Tische und Brodt gewesen/ ic.)

#### DEFINIT. XXX.

*Advocatus ratione salarii, sibi promissi, reliquis Creditoribus non prefertur.*

- 1 **M**inus certe dubium est, Advocatorum salarii appellatione mercedis famulorum (unter dem Wort Lied-Lohn) non comprehendendi; adeoque nec eos in petitione salariorum hoc privilegio gaudere, vel reliquis Creditoribus præferri, Hartm. Pistor. part. i. q. 8. n. 12. Johan. Köppen. decis. 28. num. 14. Reinh. Rosa ad Dan. Moll. b/c n. 6. post pr. † Quantumvis enim sapissime Salariura annuum Advocatis promittatur: non statim tamen inde privilegium, hoc prælationis ipsis concessum videtur; † Scilicet, quo ii duntaxat famuli gaudent, qui in ædibus domi- ni commorantur, ejusque pane & aqua fruuntur, Supr. Defin. 25. Quorum numero non comprehen- sivatur Advocati; ut in aperto est. † Quin & hi

super salario sibi promissio plerunque instrumenta confici curant; quo in casu privilegium prælationis cesset, docet Hartm. Pistor. dict. q. 8. n. 10. † Quid & facit Sanctio Electoralis in Ordin. process. jud. iiii. 4. S. Mechtis diesem vers. darum in der Advocaten-Besoldung und anders dergleichen anhero zum Lied-Lohn nicht zu rechnen/ic. † Nec movet quicquam, si di- cere velis, Advocatorum patrocinii clientum bona conservari non minus ac operis Curatoris bonorum, ex quo postea omnibus Creditoribus satisficeri possit, ut proinde advocati ad instar Curatorum bonorum, de quibus infrā Defin. 36. prærogativā gaudeant. † Quis enim non videt diversitatem inter Curatorem bonorum & Advocatum, siquidem ille causa principalis existit, ut res salva fuerit, hic vero, nempe Advocatus, causa tantummodo accidentalis, ut qui causam alias bonam & justam ratione officii publici faltem defendit atque obtinuit; † Minus quoque obest, quod summa Recipitur prestante Advocati utilitatem, l. advorati 14. C. de adv. divers. jud. † Ex quo sane ad jus prioritatis, quod jura Creditori- bus quibusdam specialiter tribuunt, nihil firmiter est inferendum, arg. l. pro debito 6. C. de bon. ass. jud. possit.

Ita Domini in causa Creditorum H. G. à K. zu Berlin/Mensl Jun. Anno 1634. (Verba sent. Würde auch der Advocatus, Martin Frenzel/des andern Zeugen gehane Aussage vermit- telst seines leiblichen Endes bestärken/und also in Supplementum, auch daneben/ daß ihm jährlichen 12. Röhl. und zu Scheffel Röcken zur Bestallung zugesaget worden/schweren/ immassen er zu thun pflichtig; So wäre er solcher seiner Ad- vocaten-Bestallung unter denen Chirographariis zu congradi ren, &c.)

Et in causa Henrici Heinrich zu Eüstrin/Mensl. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Würde nun nach bezahlten diesen Schul- den/von des Schuldners Vermögen noch etwas übrig seyn/ so würden davon die Chirographarii und auch unter denselben Heinrichs Heinrich wegen 16. Röhl. 12. gr. Advocaten- Ge- bühr/ohne Unterscheid der Zeit diliq. befriediget/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXI.

*Liberi, parentibus operas familiares praefantes, ac mercedem exigentes, haud preferuntur aliis Creditoribus.*

**N**on negaverim equidem, liberos, qui operas & præstant serviles & quotidianas in ædibus pa- ternis, petere posse mercedem famulitii, si partens loco alimentorum bonis liberorum adventitius utatur fruatur; † Ne scilicet denegetur liberis, quod etiam a famulis debetur, cuius vices liberi gerunt, c. chari- tatem 45. casu. 12. q. 2. cum sit. 10. extr. de Simon. † Nec quisquam suis sumptibus alteri inservire te- netur, arg. l. in rebus 18. S. possunt. 2. ff. commodat. Vid. infr. p. 2. Const. Elect. 10. defin. 8. † Alia ta- men ratio est, si liberi bona adventitia non habeant, quorum ususfructus patri accedat, & tamen ab ipso alimento accipient; Quo casu iniquissimum esset, & quasi contra reverentiam, parentibus debitam, mercedis loco quicquam exigere; † Multò minus hoc privilegium prælationis prætendere valebunt; ut maximè enim loco mercedis ipsis quid deberi, assereremus: propterè tamen privilegio hoc ju- vari haud poterunt, cum merces aliqua certa eis pro- missa non fuerit; quod tamen necessariò ad exerci- tium privilegii hujus requiri, dixi supr. defin. 25.

Ita Domini in causa Hottens Haups zu Berlin/Mense Feb. Anno 1635. (Verba sent. Daß die Kinder aus dem Elekt. Verlassenschaft/dannewherd/dass sie thnen im Alter zur Hand gehien/und mit Arbeiten die Haushaltung fortsetzen und be- stellens helfen/vor andern Creditoren Lied-Lohn zu fordern nicht berichtigt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXII.

*Nisi ipsis circa merces fuerit præmissa.*

Aliud

**A**liud dicendum existimaverim, si parentes liberi certam mercedem promiserint. Sive enim liberi bona adventitia habuerint, sive non: **† jure omnino** exigunt, quod promissum ipsius est; & parentes, vel defunctis iis, Curator bonorum, conventione inita stare tenetur, *i.e. i. juris gentium.* 7.

**3 f. de part.** **†** Quidni ergo etiam hoc casu liberis privilegium mercedis indulgendum esset: quod nec famulis & servis denegatur in certa mercede, promisso, arg. c. *Charitatem q. caus. 12. q. 2.c. cum p. 10. extr. de simon.*

Ira Domini in causa Creditorum Andreae Mollera zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1636.

#### DEFINIT. XXXIII.

**Si** uisititur privilegium mercedis, si ejus nomine, quam credita pecunie, usuras famulus à domino acceperit.

**N**on indulgetur privilegium prælationis mercedariis, sed ratione salarii, sibi promissi, inter Chirographarios saltem referuntur, si ejus nomine, tanquam pecunia creditæ, usuras à domino accepere, ut benè advertit Dan. Moll. b. c. n. 7. **†** Nempe quod tūmerces promissa in pecuniam, mutuō sub usuris elocatam, transmutata ces. seatur, adeoque non plus juris, quam pecunia mutuō data, illi erit attribuendum. **†** Ex quo fit, quod licet alijs debitum aliquod sit insigniter privilegiatum; stipulando tamen & accipiendo usuras, privilegium amittatur, per text. in l. si hominem 7. s. quotiens foro 2. ff. deposit. l. si ventri. 24. s. in bonis 2. ff. de reb. aut. judic. possid. Joh. Mich. Beuther. de jur. pralat. pars. 2. e. 29.

Ira Domini in causa Simoni Fürstenhäusers zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1585. (Verba sent. Dieweil ihr selbst berichtet/dass ihr euch mit eurem Bruder Walther Fürstenhäusern/der gesale verglichen/dass er euch die 591. fl. so er euch von euren verdienten Lied-Lohn schuldig gewesen/so lange dasselbe bei ihm stehen bleiben würde/das 100. mit 6. fl. Jährlichen verzinsen solte/ und dass ihr auch die Verschreibung oder Schuld-Briefe von ihm also angenommen: So habe ich auch euch des Privilegii, so sonst auf das Lied-Lohn zu Recht verordnet/dass falls nicht angemessen/B. R. W.)

Ec. in causa Wolfgang Hoffmanns zu Leipzig/ Mens. Aug. Anno 1575.

#### DEFINIT. XXXIV.

**Quantitas mercedis famuli juramento suo probare possunt, si non constet, quantum ipsi debetur.**

**U**ltra privilegium prælationis, mercedi famulorum adhuc duo alia specialiter concessa sunt: Primum est, quod literæ dilationis quinquennalis à Principe impetratæ, ad debitum illud mercedis haud pertineant; **†** ne præbeatur materia delinquendi contra ius divinum, quod operariis mercedem suam dari jubet, nec per unicam saltem diem vult retineri, *Levit. 19. vers. 13. Dent. 24. vers. 15. Tob. 4. vers. 15. Maleb. 3. vers. 5. Petr. Rebuk. ad Constat. Regn. Galatia lib. 2. tit. de lit. dilator. art. 1. Glos. 1. n. 26. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 6. n. 2. Reinh. Rosa ad Moll. b. c. n. 4. **†** Alterum est, ut si non constet, quantum famulis mercedis nomine debeatur, stetur in hoc proprio ipsorum juramento. *Landr. lib. 1. art. 22. 5. Verleugnet man ihnen das Lohn/ so mögen sie es wohl auff den Heiligen erhalten.* **†** Nec obstat, quod nemo regulariter testis admittatur in propria causa, *L. omnibus 10. C. de testib.* **†** Quia hoc in casu ex speciali juris Sax. dispositione in favorem mercedis famulitatis aliud introductum est, ut benè advertunt. Matth. Col. pars. 1. decis. 198. n. 7. Hartm. Pistor. pars. 1. q. 8. n. 3. Dan. Moller. b. c. n. 5. vers. prius auferre*

illud. **†** Antequam tamen famulus juramento suo admittatur, de tribus prius constare debet; **†** Primum: fuisse aliquem ministrum: Secundum: de pretio conventum: Tertium: ministrum saltem verbotenū conductum esse, nec cum eo desuper instrumentum confectum, ut notat ex observantia Scabinorum. Hartm. Pistor. dicit. q. 8. n. 6. & 10.

Ira Domini in causa Creditorum Alberti Cheffels zu Elthen Mens. Sept. Anno 1594. (Verba sent. So wird zuerst und vor allen andern Gläubigern dem Gefinde ihre angegebene Lied-Lohn bezahlet; jedoch/wosfern man ihnen dessen geständig/oder sie solches/auf den Fall des nicht-Gestehens/mit ihrem Ende erhalten werden/will.)

#### DEFINIT. XXXV.

**Si, ministros se fuisse famuli alicer, quam per juramentum suum probare debent.**

**N**on ergo famuli, ad probandam mercedis quantitatem, juramento suo admittuntur, prius quam constet, de pretio conventum, ipsoque ministros fuisse, *Defin. preced.* Et quidem de pretio fuisse conventum, sine ulteriori probatione presumitur; **†** Cum non sit verisimile, quem gratis operas suas locasse, *arg. L. cum de indebito. 25. ff. de prob.* **†** Ideoque contrarium afferenti, gratis nempe quem inservisse, onus probandi incumbit, *arg. L. sive posse fidetis. 16. C. de probat. l. ab eis parte. 5. ff. cod. sis.* Hartm. Pistor. pars. 1. q. 8. n. 7. **†** Sed ministrum aliquem fuisse, probandum omnino est; nec statutum juramento ministri, velut ex observantia Scabinorum docet Hartm. Pistor. tūm temporis Allesior Scabinatus gravissimus & eminentissimus, dicit. q. 8. n. 9. ad exemplum Statuti; **†** quo licet caveatur, esse de damno dato standum juramento damnum passi; attamen prius aliter, quam per juramentum probari debet, damnum datum fuisse, juxta tradita Bart. in l. *Dives Trajanus 24. ff. de rebus milit. & Dd. in l. si quando. q. C. unde V.*

Ira Domini in causa Motien Grossmanni contra Matchum Gößgen/ventilatæ in Praetorio Lipsiensi, Mens. Sept. Anno 1634. (Verba sent. Das Kläger vor allen Dingen sein Vorgeben/dass er nemlich in Sept. Anno 1619. zu Peter Erasmus in Dienst kommen/ und darten bis Anno 1633. verblichen/gebührlichen zu beschleichen und bezubringen schuldig/ in dem übrigen verbleibt es/eingewanderter Leutung ungeachtet/bey jüngst erschillem Abschiede (darienen ihm des versprochenen Lied-Lohn endlich zu erhalten nachgelassen werden/) nochmals billich/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVI.

**Salarium quoque Curatoris bonorum, & quod ab eo impensum fuit, privilegio mercedis famulitiae in concursu Creditorum gaudet.**

**C**uratorem, bonis datum, sub appellatione mercenariorum & famulorum contineri, non absurdè negaveris, quippe quod hic in edibus & pane debitoris haud reperiatur. **†** Cui consequens est, nec ratione salarii sibi constituti; nec factarum in administratione impensarum, putà pro confectione inventarii, sumptuum litis, &c. eum ex ceteris creditoribus preferendum esse, juxta tradita Supr. defin. 25. Ord. process. jud. Elector. Saxon. tit. 42. §. nec ist diesem. **†** Placuit nihilominus, Salarium Curatori bonorum constituta, non secùs ac mercedem famulitatis pre aliis Creditoribus exsolvi, Dan. Moller. b. c. n. 86. ubi in magna causa ita judicatum refert. **†** Scilicet, ratio hujus privilegii in Curatore etiam bonorum sibi locum vendicat; siquidem hujus studio & opera omnis substantia debitorum & ipsis, & Creditoribus salva conservatur; quo nomine etiam utrisque tenetur, l. 2. §. ult. & l. seq. ff. de Curat. boni dand. **†** Quidam ergo eadem quoque illius FF 3 con-

conditio esse deberet, atque illorum, quā vel stabulo purgando, vel agro arando, à patrefamilias præficiuntur? ut scitè argumentatur Moller. hic dict. p. 86. *in fin.* Vid. *supr. defin. 24. num. 4.* † Cumque eadem ratio in expensis, à Curatore bonorum, ad conservanda debitoris bona, erogatis; putà, pro confiendō inventario, sumptibus litis, &c. obtineat: utique & harum nomine privilegium prælationis 7 competere, rectissimè infertur. † Quia identitas rationis idem jus facit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V. O.*

Ita Domini in causa Greger Werneris Gläubiger zu Pühan/Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. Zum 1. und vor allen Dingen wird bezahlet das Acker-Lohn/als 822. fl. 1. gr. Barthel Dendrichen Acker-Lohn/und 22. fl. dem Curatori Bonorum seine Bestallung/ie.)

Et in caula Hansen Lehnsmüllers zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1586 (Verba sent. Da ihr nun den Gläubigern zum besten/solche Schenke mit Besichtigung der Felder und anderer Nothdurft wiederum anrichten werdet/ so werden euch die Unkennt/ so darauff gewandt/ vor allen andern Gläubigern billich wieder erstattet/B.R.W.)

It. an Moriz von Schönbergen/Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sent. Zum 1. N. N. das geforderte Lieb-Lohn und die 3. Urk. in dieser Sachen angefasste Urtheils-Gebühr/ie.)

It. in causa Creditorum Andreæ Müllers zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sent. Zum 1. dem Notario 7. fl. 9. gr. pro Inventari und Lorenz Müllern 44. fl. Lieb.-Lohn/ie.)

Et ad constitutionem Mauricii à Schönberg / Mens. Jul. Anno 1636. (Verba sent. Zum ersten werden bezahlet 24. fl. vor Sam-Haber/5. fl. 3. gr. vor Korn zum Samen/ und 4. fl. 12. gr. Urtheils-Gebühr/ie.)

#### DEFINIT. XXXVII.

*Praferuntur etiam reliquo eti alieno impensa in culturam agrorum facte, (das Acker-Lohn.)*

**C**um operâ & labore aratorum agri ad fructus producendos præparentur & colantur, nempe per subactionem cum aratro, seminationem, & rastationem: aquissimum certè est, horum mercedi privilegium quoque prælationis tribui. † Et si enim aratores propterea, quod pane & aquâ debitoris non fruantur, neque in ejusdem redditibus reperiantur, propriè non sint famuli, vel ministri debitoris, *Supr. definit. 25.* † nihilominus tamen horum merces vel exinde pari gaudet privilegio, quia illorum industria & cultura bona & facultates debitoris in commodum tam debitoris, quam ipsorum Creditorum amplificantur, & conservantur. † Quâ solâ ratione nititur privilegium hoc prælationis, ut dixi *Defin. preced. & supr. defin. 25.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Quellens an Astus von Fischern/Mens. Jul. Anno 1598. (Verba sent. So werden die angegebene Gläubigere ihrer Schulden in folgender Ordnung bezahlet. Zum ersten und vor allen Dingen Hansen Rasteln 4. alte Schock vor Acker-Lohn/ und Thomas Starcken 4. alte Schock vor Saam-Haber. Zum andern die vorhandene Erbe-Geldere/ie.)

Et in causa Philippi Stollens Gläubiger zu Nadeburg/Mense Jul. Anno 1629. (Verba sentent. So werden die Gläubiger in nachfolgender Ordnung billich bezahlet. Zum aller ersten Martin Bauer/wegen des rückständigen Acker-Lohns/nachmals die Kinder erster Ehe/wegen ihrer verstorbenen Mutter eingekauften Güter/ie.)

#### DEFINIT. XXXIX.

*Sicut etiam frumentum Sementarium (Saam-Getreydig.)*

**E**x eadem pariter causâ eos, qui debitori vel curatori bonorum frumentum ad sementationem agrorum vendunt, vel commodatô dant, ratione pretii aliis creditoribus præferendos, existimat verum. † Cum & per id cultura agrorum promoveatur, bonaque debitoris in ipsorum etiam creditorum commodum amplificantur & conservantur. † Ver-

mirum haud sit, ejusmodi pretio privilegium hoc prælationis accommodari, ex identitate rationis, † quæ idem jus constituit, *l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. 4* † Quod & facit, quod fructus agri ipso jure diminuere dicatur, quicquid impedii in agro factum est, *l. quod in fructus 49. ff. de Iuris.* † Nec ullus intervenire queat casus, qui hoc genus deductionis impensarum impedit, *l. fundus, qui dotis 51. ff. famili. erit. l. fructus 7. ff. solut. matrem.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Werneris zu Püchau/Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. So dann die sämtlichen Gläubigere in nachfolgender Ordnung bezahlet. Als ersten 22. fl. 18. gr. Barthel Dendrichen Acker-Lohn/ und 27. fl. dem Curatori Bonorum seine Bestallung/so wohl 22. fl. M. Martin Wirthen vor Saam-Getreydig. Zum 2. den hinterstelligen Erb-Zins und Land-Steuern/ie.)

Ita in Creditorum Michael Böttigers zu Reichensbach/Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sent. Zum andern werden 60. fl. Ackerlohn und 80. fl. vor Saam-Getreydig zu Bestallung der Ackerre vor andern Forderungen bezahlt und abgestattet/ie.)

Et in caula Hansen Georgen von Stengsch/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Dass der erborgete Saam-Haber vor allen Gläubigern nach dem Lieb-Lohn zu erstatten/ie.)

*l. An Moriz von Schönbergen / Mens. Sept. Anno 1635,*

#### DEFINIT. XXXIX.

*Post mercedes famulorum preferuntur impensa funebres reliquis Creditoribus, etiam hypothecariis anterioribus expressis.*

**C**onvenit in eo jus civile cum jure Saxonico, quod imponit funerum ante omnia alia ex hereditate deducantur, & præcedant, *l. & si quis. 14. §. si colonus 1. l. impensa enim funeris 18. l. ideoque etiam 19. l. funeris sumptus 37. l. 45. & l. seq. ff. de religios. & sumpt. funer. l. questum 17. ff. de reb. autor. jud. pos. sid. bâc Const. 28. vers. was auf des Verstorbenen Schuldners Begräbniss/ie. Ord. process. judic. Elect. Sax. tit. 42. S. ferner soll dasjenige. Dan. Moll. hic n. 9. & seq. Matth. Coler. part. 1. decis. 199. num. 1. Joh. Köppen decis. 28. num. 15. Herm. Meyer. in tract. de prafer. Credit. lib. 2. tit. 2. † Nempe propter utilitatem publicam: ne cadavera jaceant insepulta, Jas. in l. ult. §. 9. C. de jur. delib. Joh. Garf. in tract. de expens. & meliorat. c. 8. n. 18. & 25. Joh. 3 Köpp. dict. loc. † Sed num etiam impensa funerum hypothecariis expressis anterioribus crunt præferenda? Negant quidem hoc Hart. Pistor. observ. 67. n. 4. Matth. Coler. part. 1. decis. 200. n. 1. Vincent de Franch. 15. n. 1. & seqq. † Sed contrarium verius videtur per text. in dict. l. impensa funeris 45. ff. de religios. & sumpt. funer. ubi impensa funeris semper ex hereditate deducitur, & omne creditum solet præcedere, cum bona solvendo non fint. † Ergo si omnibus; utique etiam hypothecis anterioribus expressis præcedet, Joh. Mich. Beuth. de jur. prælat. part. 2. c. 9. Garf. c. 8. n. 23. † Quod in foro Saxonico minus dubium habet, propter Sanctionem Eleitoralem b. Const. 28. §. Nach iego berührten Schulden/ie.*

Ita Domini in causa Hansen und Joachim Arns Gläubigere zu Leipzig contra Michael Stummens/Mens. Nov. Anno 1634. (Verba sent. Nach diesen werden auch von Hansen Arnsens Verlassenschaft desselben Gläubigere in folgender Ordnung/als zum ersten die ausgewanderte Begräbniss-Kosten 60. fl. 7. gr. 6. pf. vor allen andern Hypothecariis, auch von denen Steuern bezahlt/ie.)

Et in causa Creditorum Johannis Möhens zu Penig/Mens. Maj. Anno 1634.

#### DEFINIT. XL.

*Prælationis privilegium concessum est saltem impensis funcribus, que ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam uxoris, & liberorum fuerunt erogata.*

- D**E Jure Saxonico nemo recuperat expensas funebres, nisi qui eas cum consensu heredis fecerit, *Landr. lib. 1. art. 22. ibi:* Mit seinem Rath soll die Frau das Begräbniß bestellen. † Ex quo intert. Christoph. Zobel. in *addit. lib. B.* quod si mulier per se faciat sumptus funeris, non requisitis defuper heredibus, eas repotere nequeat ex communi hereditate, *Quia scilicet prælumitur ex pietate hoc fecisse de suo, non verò animo repetendi, l. & si quis. 14. §. sed incedum. 7. ff. de religios. & sumpt. funer.*
- 3** † Quod tamen vix hodiè in praxi observabitur, juxta tradita Dan. Moll. *bic num. 19.* Quamvis Vidua aliquique, impensas funebres erogantes, meo judicio, tutius agant, si protestantur super repetitione; pro ut benè monet Matth. Coler. *part. 1. dict. 199. n. 4.*
- 4** † Hoc autem certum est, quod privilegium prælatonis concessum sit duntaxat in impensis funebribus iis, quæ ad sepulturam ipsius debitoris, non etiam Conjugis & liberorum antea defunctorum fuere erogatae; ut liquet ex verbis b. Const. 28. & Ord. processi. judic. *tit. 42. §. ferner foll. ibi:* auff des verstorbenen Schuldners Begräbniß. Quo ipso satis excluduntur impensis, in funere liberorum atque Uxorū factæ; *Quia unius inclusio est alterius exclusio.* Nec patiuntur verba Constitutionis Statutariorū ejusmodi extensionem, per tradita Andr. Tiraqvell. *de LL. connub. Gloss. 2. n. 23. post pr. & Jac. Schult. in pract. q. l. 2. q. 65. num. 32. & seqq.*
- 6** † Quamvis de jure civili non malè forsitan contrarium defendi queat, per text. in *l. quæstum. 17. ubi Bartol. ff. de reb. aut judic. possid.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Röthens zu Weing/Meinf. Maj. A. 1634. (Verba sent. Aber wegen derjenigen Begräbniß-Kosten/so auf des Schuldners Sohnes und Weibes Begräbniß gewendet worden/haben sich die Gläubiger vor andern einiger Priorität nicht anzumessen / sondern sie werden selber nebenst den andern Chirographariis billich befriediget/ x.)

Et in causa Johann Hopffelders contra Matthes Müllern/ ventilata corum Sanaru Lipänen, Mensl Aug. Anno 1630.

#### DEFINIT. XLI.

*Etiam impense pro vestibus lugubribus erogatae privilegio prælationis gaudent.*

- F**unebrium impensarum nomine continentur, quæcumque corporis causa erogatafuere, ut & pretium loci, ubi defunctus humatus est, item sarcophagi, *l. funeris sumptus 37. ff. de religios. & sumpt. funer. Jac. Cujac. lib. 11. observ. 21. Joh. Garz. intract. de expens. & meliorat. c. 8. n. 1. & seqq.* † Sed, num etiam lugubres, putà, fasciæ sericæ, quæ funis comitantibus proximus cognatis dari solent, eaque, quæ in defunctorum convivia paranda, coempta sunt? † Negandum hoc videtur per text. in *l. funeris sumptus. 37. l. 14. §. 6. ff. de relig. & sumpt. funer. Garz. dict. c. 8. num. 17.* † Attamen in foro Saxonico consuetudine aliud observatur, & impensis ejusmodi non minus, ac reliqui sumptus funerum, impensarum funebrium nomine comprehenduntur, ac reliquo æri alieno præferuntur, teste Dan. Moll. *bic n. 9. in fin. & Matth. Berlich. part. 1. concl. 64. n. 9.* † Quæ consuetudo satis fundata est in generalitate verborum, (Was auff des verstorbenen Schuldners Begräbniß auffgewandt) *b. Const. 28. & Ordin. processi. judic. tit. 42. §. ferner foll.*
- 6** † Sanè, Vidua quoque vestes lugubres ex bonis defuncti mariti deberi, docet rectissimè Dan. Moll. *bic n. 18. per text. in l. verbo vietus 43. ff. de V. S. junct. Const. El. 5. pr. Weichbld. art. 24.*

Ita Domini in eadem causa Creditorum Georgii Röthens zu Weing/Meinf. Maj. A. 1634. (Verba sent. So werden

die angegebene Schulden in folgender Ordnung befriedigt. Als erstlichen 61. fl. 15. gr. 3. pf. Begräbniß-Kosten/so auf des Schuldners Begräbniß zu dessen Bestellung/Erlauffung nochwendiger Schleier und Binden/so wohl bey dem Trauermahl auffgewendet werden/ x.)

#### DEFINIT. XLII.

*Non potest efficere debitoris dispositio, ut impense funebres immoda re reliquo æri alieno preferantur.*

- S**ed hæc ratione, inquit, ansa dabitur heredibus, bona debitoris dilapidandi, non sine injuriâ & præjudicio Creditorum? † Quod ne fiat, modus 2 temper in rebus servandus est; eaque saltem funeri impensis privilegiatae censentur, quas secundum dignitatem & facultates defuncti erogari oportuit. † Pro arbitrio nempe judicis, cuius discretioni hæc omnia committuntur, l. & si quis. 14. §. bac actio. 6. vers. *equum autem accipitur & §. judicem 10. ff. de religios. & sumpt. funer. Dan. Moll. bic n. 10. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. qu. lib. 2. cens. 2. c. 227. n. 12. Joh. Garz. de expens. c. 8. n. 2. Joh. Schneidew. in §. ult. Inst. de leg. Falcid. num. 5.* † In tantum, ut nec debitoris dispositio de sumptibus immodicis præjudicare queat reliquis Creditoribus; veluti de monumentis constitutum reperitur, voluntatem nempe testatoris haud sequendam esse, si id, quod ædificari jussit, justam sumptus rationem egreditur, *l. funeris sumptus 37. in fin. dict. l. & si quis. 14. bac actio. 6. vers. Quid ergo. ff. de religios. & sumpt. funer. Dan. Moller. bic num. 23. Ceterum, † probati possunt funerum impensis ex verisimilibus conjecturis, Bald. in l. 4. C. de petit. beredit. num. 3.* Vel deficientibus iis, † saltem per juramentum ejus, qui hasce impensis fecit, *Gloss. in l. ult. §. 9. verb. approbaverit. C. de jur. liber. Moll. bic n. 26.*

Ita Domini in causa Matthes Grimmers zu Lügensomern/Mensl. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Derowegen seyn ihr angeregtes Pferd / wenn es von dem verordneten Curatore Bonorum begehret wird / wieder zu erstatte schuldig/ und mögen auch derjenigen Begräbniß-Kosten/so nach Verordnung des Schuldner's auffgewendet werden / weil sie übermäßig seyn/nicht paßiret, noch vor den andern Schulden bezahlet werden/B. N. W. )

#### DEFINIT. XLIII.

*Impensis funebribus succedunt sumptus, in agroti debitoris curationem facti; quibus etiam Salaria chirurgerorum accensentur.*

- E**xpensæ infirmitatis eadèm habent privilegia, quæ habent impensis funeris, secundum tradita Dd. in l. ult. §. in computatione 9. C. de jur. delib. Vinc. de Franch. decis. 51. n. 1. Neguz. de pignor. & hypotb. membr. 2. quint. part. num. 28. Quidni ergo hæc quoque reliquo æri alieno præterrentur? Nimir. impensis funebribus in ordine annexuntur sumptus in curationem ægroti facti, *l. in restituenda. 4. C. de petit. bereditat. l. legatum à defuncto 3. C. de religios. & sumpt. funer. Matth. Welenb. in parat. ff. de privil. Creditor. n. 5. sub fin. Johan. Michael Beuther. de jur. prælat. part. 1. c. 26. & part. 2. cap. 10.* † Quod & claræ sanctione Electorali approbatum est in foro Saxonico, *b. Const. 28. in pr. vers. auff des Schuldners Begräbniß/ und in seiner Krankheit der Arckney halber auffgewandt. Ordin. processi. judic. tit. 42. §. ferner soll dasjenige / was auff des verstorbenen Schuldners Begräbniß/ und in seiner Krankheit der Arckney halber auffgewandt/ vergnügen werden. † Ex quo manifestissimum redditur, impensis hasce præferri non modò iis, qui tacitam: sed etiam, qui expressam anteriorem habent hypothecam, juxta tradita supr. defin. 58. Quamvis dif-*

- 5 sentiat Hartm. Pistor. *obser. 67. num. 3.* & † Ve-  
niunt autem appellatione horum sumptuum impen-  
ſæ quæque, in curationem ægroti debitoris factæ;  
6 † Adeoque etiam Salaria Medicorum, Chirurgorum  
& Pharmacopolarum, quibus æque privilegium  
prælationis attribuitur, Dan. Moll. *bis num. 27.* Joh.  
Mich. Beuth. *dict. loc. Matth. Berlich. part. 1. concl.*  
*64. num. 96.* Vincent. de Franch. *dict. decis. s. n. 1.*

Ita Domini in causa Christiani Reichens Barbierers zu Leip-  
zig/ Mens Jul. Anno 1590. (Verba sent. Habt ihr Hansen  
Strahlen/so am Scharbock tödlichen frach/ auch am gan-  
gen Leibe lahm und leum gewesen/curirt/ daß er euch 20. fl.  
Ärztlohn versprochen/ und es ist gedachter Strahl/ mit viel  
Schulden beladen/Lodes abgangen/it. So werden euch aus  
seiner Verlassenschaft die versprochene 20. fl. Ärztgeld vor  
anderen seinen Gläubigern nach dem Lied-Lohn billig bezahlet/  
it.)

#### DEFINIT. XLIV.

*Non verò sunt privilegiata impensa, in curationem  
uxoris, & liberorum debitoris  
factæ.*

- 1 Quid verò si impensis fecerit debitor in Curati-  
onem uxoris vel liberorum suorum? Hasce  
neutiquam privilegiatas esse, vel inde appetet, quod  
Sanctio Electoralis disertè loquatur de persona de-  
bitoris ægroti (in seiner Krankheit) b. Const. 28. &  
Ord. Process. judic. tit. 42. §. Ferner soll das jentige.  
2 † Ex quo satis liquet, ad medicamenta, curationi  
Uxorius vel liberorum adhibita, privilegium hoc  
prælationis haud extendi debere; prout dixi *supr.*  
3 defin. 39. de impensis funebribus. † Quarum ea-  
dem est ratio, atque sumptuum, in curationem de-  
bitoris ægroti factorum, Defin. *preced.* Dd. in l. ult.  
§. in computatione 9. C. de jur. delib. Vincent. de  
Franch. *decis. s. n. num. 1.*

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Röschens/ zu Pe-  
nig/ Mens Mayo, Anno 1634. (Verba sent. Diejenige Be-  
gräbniss-Rosten aber und Arguen/ so auf des Schuldners  
Sohnes und Weibes Krankheit und Begräbniss aufgewen-  
det worden/haben sich die Gläubiger vor andern einiger prior-  
ität nicht anzumessen/sondern sie werden derer nebenst den  
andern Chirographariis billig befriediget/it.)

Ist in causa Barthel Hertels Gläubiger/ ventilata coram  
Senatu Lipensi, Mense Sept. Anno 1635.

#### DEFINIT. XLV.

*Privilegiata sunt impense duntaxat erogata in cu-  
rationem morbi, ex quo debitor  
ægrotus obiit.*

- 1 Sunt ergò privilegiatae impensaæ erogatae in cura-  
tionem ipsius debitoris Defin. *preced.* † Sed nec  
haec indifferenter omnes. Quid enim si debitor ægrotus  
ex medicamentis & curatione Medicorum, Chi-  
rurgorum & Pharmacopolarum reconvaluerit, ac  
pristinæ sanitati restitutus, aut etiam in cura-  
tionem anterioris morbi, ex quo jamdudum pristinam  
2 sanitatem recipit, erogataæ fuerint? Non certè tūm  
impensaæ reliquo æri alieno sunt præferendæ, sed re-  
stringendum est privilegium prælationis ad curam  
eo in morbo adhibitam, ex quo postea decesserit  
ægrotus, l. in restituenda. 4. Ibi: *in mortui infirmi-  
tatem.* C. de petit. heredit. l. legatum 3. Ibi: *morbum  
ejus defuncti.* C. de relig. & sumptib. funer. Petr. Heig.  
part. 2. quest. 26. num. 70. Reinh. Rosa in addit. ad  
Dan. Moller. *bis num. 27.* Roland. à Valle vol. 1. con-  
sil. 14. num. 27. † Concesserim tamen in casibus præ-  
dictis, alimentorum saltem privilegium Medicis tri-  
buendum eliet l. verbo *victus 43. de V. S. Garf. de  
expens. c. 3. num. 42.*

Ita Domini in causa Tobiz Glagers & Consort. zu Bres-  
lau/Mens April. Anno 1635. (Verba sent. Pfleget es bei euch  
gar oft zu geschehen/dass gute Leute in vi Erschiedenen ihres

Krankheiten Medicamenta und Arzney bey euch zurtheilen  
und abholen lassen/und wenn sie hernach versterben/Schulden  
hinter sich verlassen/und ihre Güter und Vermögen zu dersel-  
ben Bezahlung nichtzureichen/entsteht Irrung und Zweifel/  
welcher Arzneyen wegen ihr in concursu Creditorum den Vor-  
zug habt/it. So werden euch vor dehen andern Gläubigern  
allein diejenigen Medicamenta und Arzneyen/so der ver-  
storbenen Schuldener in seiner letzten Krankheit/daran er ver-  
storben/abholen lassen/bezahlet/der andern wegen aber habt  
ihr euch einiger Erstigkeit anzumessen/nicht fug/B.R.W.)

#### DEFINIT. XLVI.

*Non locus est prælationi impensarum, in curationem  
debitoris ægroti factarum, antequam he verifi-  
militer fuerint probatae.*

Nullo igitur modo locum sibi vendicabit præla-  
tionis hoc privilegium in pharmacis, non in cu-  
rationem ægroti debitoris: sed in culina ad conden-  
dos cibos adhibitis, ut vere docet Joh. Mich. Beu-  
ther. *de jur. prælat. part. 1. cap. 26. sub. fin.* † Sicuti,  
nec omnes sumptus, in curatione debitoris facti, reli-  
quo æri alieno præferuntur: sed duntaxat ii, qui  
bona fide, & non superflue sunt in sumptu, l. in resti-  
tuenda. 4. verb. *bona fide C. de petit. heredit.* Beuth.  
*dict. cap. 26. sub fin.* Quin nec Creditoris assertioni 3  
simplici, se nempe in curationem debitoris ægroti  
sumptus fecisse, fides habetur, sed ante omnia pro-  
batio præcedat, necesse est, *dict. l. in restituenda.* 4.  
*C. de petit. heredit. l. legatum. 3. C. de relig. & sum-  
ptib. funer.* † Sufficit tamen probatio verisimilis & 4  
conjecturalis, secundum Bald. *in dict. l. 4. C. de pe-  
tit. heredit. num. 3.* ubi porrò dicit, si defit probatio 5  
conjecturalis, creditorem juramento suo admitten-  
dum esse. Vid. *supr. defin. 41. in fin.*

Ita Domini in causa Pancratii Wolfsens zu Nürnberg  
Mens. April. Anno 1602. (Verba sent. Ist der verstorben  
Schösser zu Freyburg euren Vorfahren 64. fl. für Arzney/so  
er in seiner Krankheit abholen lassen/schuldig worden/it. So  
werdet ihr/solcher Schulden wegen/ledoch so viel ihr derer mit  
Recepten/oder sonst gebührlichen bescheinigen könnet/auch  
vor des verstorbenen Schössers Vorstand Bürgen billig be-  
friediget/B.R.W.)

#### DEFINIT. XLVII.

*Poſt sumptus, in curationem ægroti debitoris factorū,  
collecta, etiam inferiori magistratui exſolvende,  
reliquo æri alieno præferuntur.*

Poſt sumptus, in curationem debitoris ægroti fa-  
ctos, Fiscus vel Magistratus, ratione tributorum  
sive collectarum reliquis Creditoribus, etiam ex-  
pressam anteriorem hypothecam habentibus, præ-  
feruntur, per text. *in l. satis noscum. 4. C. in quib. cau-  
pign. tacit. contr. & l. i. C. si propter. pub. pensi. ven-  
dit. fuer. celebr.* † Adeoque una cum tacitâ hypo-  
thecâ etiam jus prælationis magistratui competit;  
ut verissime sentit Joh. Köppen *decis. 28. num. 18.* &  
Pract. Papiens. *in form. libell. in alt. hypothec. §. sub  
eādem obligatione bonorum n. 16.* † (Licet contrari-  
um placeat Dan. Moll. *bis num. 23.* alisque ab eo al-  
legatis.) Aequissime sanè; quia bona subditorum  
pro tributis etiam futuris fisco sunt obligata. l. i. C.  
*in quib. cau. pign. tacit. contrab. l. 40. §. 3. ff. de jur.  
fisci.* † Quo casu prælationis quoque privilegium  
competere, nemo facile negaverit, arg. l. qui bal-  
neum. 9. l. potior. 11. ff. qui pot. in pignor. † De quo  
certè minus dubitandum est, in foro Saxonico,  
própter Sanctionem Electoralem in b. Const. 28. verf.  
auch Schöß/Steuer/junct. §. Nach iegberührten  
Schulden. Ordin. process. judic. tit. 42. Ferner soll.  
verf. desgleichen Schöß/Steuer. Non solum Prin-  
cipib. supremis, qui jus fisci habent: † Sed etiam aliis 7  
magistratibus inferioribus; puta, Comitibus, Ba-  
topia.

romibus, Nobilibus, quibus tributa & collectæ debentur, hoc prælationis privilegium indultum censetur, propter generalitatem verborum, ( auch Schöß/Steuern) b. Const. 28. & dict. tit. 42. Köppen. dict. decis. 28. n. 2. Joh. Mich. Beuther. de jur. pralat. part. i. cap. 12. & seq.

Ita Domini in causa Joachim und Hansen der Arnsf. Gläubiger / zu Leipzig/Mensl. Nov. Anno 1634. ( Verba sent. Vor allen Dingen einem Ehr. Rath althier die rückständige 269. fl. 14. gr. Schöß und Steuer/so wohl 7. fl. Soldaten-Geld.)

Ic. in causa der Reutertischen Gläubigere zu Leipzig/ Mens. Septembr. Anno 1620. ( Verba sent. Zum andern verfessene Landsteuer 93. fl. 7. gr. Item dem Rath althier an aufgewachsenem Schöß 22. fl. 18. gr.)

Et in causa Barthel Herthels Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

#### DEFINIT. XLIX.

*Non preferendus est Creditor hypothecarius Magistratus ex eo, quod ante impostam collectam jus pignoris acquisiverit.*

- D**uplici itaque privilegio munitus est fiscus, ratione tributorum & collectarum; nempe, tacita hypothecā in bonis debitoris: & jure prælationis, Defin. preced. † Ex quo fit, quod Creditor hypothecarius adversus Magistratum, tributa exigentem, tueri se nequeat, etiamsi jus pignoris expressi anterioris prætendat. † Posito namque, quod collecta postea demum imposita, cum jam bona debitoris hypothecario Creditori obligata essent, tacita hypotheca non nisi tempore indicta collecta fisco competere coepit: attamen jus prælationis efficit, ut ratione collectarum, noviter impositarum, etiam hypothecā anteriori expressa sit præferendus, ut recte docet Pract. Papiens. in formalibelli in actione hypothecaria. §. sub eadem obligatione. num. 11. † Id quod generalitas quoque verborum in Sanctione Electorali b. Const. 28. & Ord. process. judic. tit. 42. §. Ferner soll dasjenige & luculenter probat; Quæ certè distinctionem, inter collectas atque tributa, ante vel post obligationem hypothecā imposta, non admittunt, arg. l. i. §. generaliter. i. ff. de legat. præst. l. 8. ff. de public. in rem. action. † Nec obstat argumentum Dn. Matthiae Berlichii, quod urget contra hanc assertionem, part. i. concl. 64. n. 107. obligationem, nempe pignoris ad tempus contractus retrotrahi haud posse, si non causa aliqua præcedat, cuius intuitu obligatio pignoris subsistere, & retrotrahi possit, l. qui balneum. 9. l. potior. 11. in pr. ff. qui pot. in pign. † Siquidem non sola hypotheca vel pignus, sed jus etiam prælationis fisco ratione collectarum concessum est. Ut maximè ergo hypotheca tacita anteriorem expressam vincere non posset, jure tamen prælationis fisco subvenitur † ex speciali Legis dispositione b. Const. 28. & dict. tit. 42. Ordin. proc. judic. Minus verò obest textus à Berlich. allegatus in l. ult. ff. qui potior in pignor. † In quo ne quidem verbū habetur de tributis & collectis, earumq; privilegiis; adeoque nec quicquam inde inferri poterit.

Ita Domini in causa Barthel Herthels zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

It. in causa der Reutertischen Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1620.

Et in causa Creditorum Christophori Opizens / zu Halla/ Mens. Jul. Anno 1632.

#### DEFINIT. L.

*Privilegium tributorum, reliquo eri alieno præferendum, ad omnes indifferenter collectas, etiam extraordinarias extenditur.*

- S**atis generaliter loquitur b. Const. 28. de collectis atque tributis, von Schöß und Steuern. Quæ verba generalia repetantur quoque in Ordin. præc. judic. tit. 42. §. Ferner soll. verf. desgleichen. † Unde manifestum redditur, omnibus indifferenter tributis

atque collectis privilegium prælationis fuisse indulsum, arg. l. i. §. generaliter ff. de legat. præst. l. ut nullo. 28. C. de Usur. l. Præses. 3. in fin. ff. de offic. Præsid.

† Ergo non refert, an collecta sit ordinaria, vel extraordinaria; & quocunque etiam nomine indigitetur Opffer / Korn / Wächter / Soldaten / Fröhne / Huesengeld / Defension - Steuer / Contribution, Discretion, Cortesy / vel Præsent-Geld. † ( Quæ gehera-

atque nomina collectarum hoc belli seculum satis, proh dolor! nos docuit. ) Omnes enim hæc collectæ, si à Magistratu legitimè imponantur, quin reliquo æri alieno in concursu Creditorum præferri debeant,

dubitandum non est; † ex prædicta Sanctionis Eleitoralis generalitate, quæ etiam sumptus, quos subdit in executionibus criminalibus ex recepta con-

ſvetudine persolvunt, vulgo Henfergeld / comprehendit, Petr. Heig. part. 2. quæst. 23. num. 15. & seq.

Matth. Berlich. part. i. concl. 64. n. 109.

Ita Domini in causa Christophori Opizens Gläubiger / zu Halla/Mens. Jul. Anno 1632. ( Verba sent. Zum ersten wird befriedigt der Rath zu Halla wegen restirenden Schöß/ Steuer/Wächter/Grabent/und extraordinari Kriegs-Contribution-Geldere / so sich insgesamt über 200. fl. belauffen. Nachmahl die Hypothecarii, &c.

Item in causa Hansen Schlezen Gläubiger zu Steindorff/ Mens. Septemb. Anno 1630. ( Verba sentent. So werden die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlt: erschlichen 4. Rthl. 6. gr. Begräbnis-Kosten. Zum andern 2. Rthl. 10. gr. dem Churfürstlichen Amt Mildenfurt Frohn-Geld / und 22. Rthl. 7. gr. 8. pf. ins Amt Meida Huesen-Geld/Land- und Defension-Steuer. Zum dritten 48. Rthl. Erbgeldere/Simon Herman. Zum vierdten 70. Rthl. Jacob Bratschen/ vermöge seiner Gerichtlichen Hypothec, &c.

Et in causa Barthel Herthels Gläubiger zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1635. ( Verba sentent. Ein Ehrenv. Rath 115. fl. 12. gr. 10. pf. an Land-Steuer / Schöß / Soldaten - Opffer - und Wächter-Geld/ so wohl an Holzischen und Wallensteinischen Discretion, Cortesen/und andern Contribution-Geldern/et cetera.

#### DEFINIT. L.

*Quicquid ad processum executionis adversus debitorem expediendum, à Magistratu erogatum est, in prælatione creditorum tributis annexatur.*

**N**on semel observavi in judicando super prioritate Creditorum, tributis atque collectis annexiti statim pecuniam, in actu executionis, ad maturandum processum erogatam, das Hülff-Geld. Jure magis an consuetudine: † dubito sanè; cum pecunia ejusmodi vix tributis atque collectis accenseriqueat; justissimè tamen privilegium prælationis huic assignari, putaverim. † Cum per erogationem ejus pecuniæ non modò processus abbrevietur: Sed etiam hæc omnium pariter creditorum commodo cedat; Ut vel propterea aliqua prærogativa magistrati sit concedenda juxta tradita supr. defin. 14. circa med.

Ita Domini in causa David Mirischens Gläubiger / zu Hansen von Grmnraden/Mens. Febr. Anno 1626. ( Verba sent. So werden die Gläubiger in nachfolgender Ordnung bezahlt: Als erschlichen nebenst der restirenden Steuer / 7. Rthl. Gerichts-Bebühr/ so ben Vollstreckung der Hülffe angewendet werden müssen/et cetera.

Et in causa Georgii Woborffs Gläubiger zu Frankfurt an der Oder/Mens. Decembr. Anno 1634. ( Verba sent. Erschlich werden bezahlt 11. Rthl. 9. gr. / so zur Inventur und Beförderung des Processus allen Gläubiger zum Besten angelegt werden müssen/et cetera.

Et in causa Joachim und Hansen Arnsf. Gläubiger zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1634. ( Verba sent. Zum 3. dem Rath althier unabgelegten Schöß-Ordinari- und Extraordinari-Steuer/so wol Michael Stumm 20. fl. 6. gr. so er den Gläubigern zum besten/zu Beförderung des Processus vorgegeschossen / et. Zum 4ten des Schuldenes Wirth eingebrocht hat nō. fl. x. )

#### DEFINIT. LI.

*Non tantum gaudente hoc privilegio Collectarū debita ex contractu cum Magistratu initio, dependentia, vel nitide in commodum debitoris erogare.*

- N**olo tamen hoc aliter accipi, quām de impensis, in processu executionis & prioritatis erogatis, in commodum nempe omnium Creditorum. Defin. *preced.* Cæteroquin, si fiscus vel magistratus cum debitore contraxerit, vel in commodum & utilitatem ipsius quid impenderit, † hujus nomine privilegium collectarum ipsi neutiquam competere, nec æs hoc alienum hypothecariis anterioribus præferri, facillimè concesserim, *l. si pignus. 8. ff. qui potior. in pign. l. si fundum. 4. D. eod. tit. l. un. vers. potius ergo Curator. C. rem. alien. gerent. non interd. Cujac. in paratit. C. de jur. fisci. post. pr. Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 16. num. 2. Ant. Ne. 3 guz. de pignor. part. 5. membr. 2. n. 11. Jac. Menoch. lib. 2. presumpt. 72. num. 12. † Quod placuit Serenissimo Saxon. Electori in Ord. process. judic. tit. 43. S. desgleichen ob wol der fiscus. Nihilominus fisco ratione debiti, ex contractu inito dependentes, † jus tacitæ hypothecæ indultum est, cum privilegio, ut omnibus hypothecariis posterioribus præferatur, *dict. l. 8. ff. qui pot. in pignor. l. quod quis 34. ff. de reb. autb. judic. possid. l. quamvis. 2. Cod. de 5 jur. fisc. Quod tamen privilegium cessat in poenis, fisco debitis; quarum nomine ipsi sola tacita hypotheca competit, Ordin. process. judic. *dict. tit. 43. S. desgleichen ob wol der fiscus, &c. Vide infra defin. 104.***

Ita Domini in causa Christophori Opizens/Gläubiger zu Halle/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Nach vorgehenden Hypothecariis wird bezahlet der Rath zu Halle wegen 138. ff. 12. gr. so er als ein Mutuum vor den Schuldner zu Ausübung der Halberstädtischen Rechts-Sache vorgeschoßen/et.)

#### DEFINIT. LII.

*Magistratus in tributis (der Land- und Erb-Steuer/ ) pro debitore erogatis privilegio hoc prælationis non nisi ad quadriennium gaudet.*

- E**tsi magistratus municipalis, (ut vulgo fieri solet) pro debitore tributa & collectas Principi superiori exsolvens, mutuum contrahere videatur; ut proinde in eorum repetitione anterioribus hypothecariis, non præferri debeat, juxta tradita *Def. pre-2. eod. † Attamen in Provinciis Electoratus Saxonici aliud sanctione expressa dispositum est, ut nempe Magistratus, si pro subditis & civibus tributa & census, quos vulgo Land- und Erb-Steuer vocamus, expederit, jure prælationis gaudeat, ac reliquis Creditoribus omnibus, anteriorem expressam habentibus præferatur in Ord. polit. de Anno 1612. *tit. Justit. 3. tien. Sachen. n. 17. S. Dieweil aber gleichwol; † Quod privilegium tamen ad quadriennium duntaxat est restrictum, & cessat in iis omnino tributis cerevisariis, quæ ultra quadriennium erogata fuere, dict. n. 17. S. Dieweil aber vers. jedoch daß derselbe/et.**

Ita Domini in causa Hansen und Joachim Ernst Gläubiger/Mense Novembr. Anno 1634.

Et in causa Barthel Herthels Gläubiger/Mens. Sept. Anno 1635.

#### DEFINIT. LIII.

*Laudemiorum nomine Magistratus tacitam saltēm habet hypothecam in bonis debitoris, absque omni prælationis privilegio.*

- L**audemia quoque nominē tributorum comprehendendi ac reliquo æri alieno præferri, non inepte forsitan quis putaverit. Siquidem hoc non minus atque tributa & onera realia, (quæ collectis Illustrissimus Saxo annexit in Ordin. process. jud. *dict. tit. 42. S. ferner soll. in fin. und desgleichen onera realia*) fundo inhærente cœnitur, eoque dependent non minus ac

reliqui fructus fundi, † eleganter *Ant. Fab. in C. lib. 2. 4. tit. 42. defin. 1. num. 17. Bald. in l. si traditio. 4. Cod. de act. empt. Chass. in consuet. Burg. tit. 4. §. 17. Gloss. 5. † Sed loquitur procul dubio Illustrissimus Ele- 3 stor in dict. tit. 42. de ejusmodi tributis & oneribus realibus, quæ quotannis solvuntur, certamque & determinatam quantitatem semper habent. Qualia certè Laudemia non sunt; ut proinde nec privilegium tributorum ad hæc extendere liceat, † concessa 4 rim tamen, ratione laudemiorum competere magistrati jus tacitæ hypothecæ; Quia laudemiorum præstandorum obligatio ex re ipsa proficitur, ut quæ causam habent à translatione dominii rei Em. phyteuticæ. *l. ult. ubi Dd. C. de jur. emphyt.* † Ex quo 5 videtur æquissimum, ea fundo inhærente, & sequi quemcunque possessorem, sicut & cætera onera realia, *l. si debitor. 12. C. de dist. pignor.* † petique pos- 6 se actione hypothecaria, Anton. Fab. in C. dict. tit. 42. defin. 4. n. 3. & 4.*

Ita Domini in causa Christiani Niemands zu Oekendorff/Mens. Majo, Anno 1629. (Verba sent. Haben etliche Unterthauen bis anhers keine Lehenwaar entrichtet / sondern es seyn dero Gütere bis in die andere und dritte Hand veräußert worden. Ob nun wohl der Erb-Herr solcher aussenstehenden Lehenwaar halben auf den Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlangt/et. So ist er sich doch/ehe und zuvor die vorigen Schulden gebührliechen executiret / daran zu halten nicht befugt/ B. R. W. )

Et in causa Senatus zu Moren/Mens. Febr. 1636.

It. in causa Martin Kragens/Gläubiger zu Glauchau/Mens. Julio, Anno 1636.

Et in causa Creditorum Matthzi Bocke zu Grossen / Mens. August. Anno 1636.

#### DEFINIT. LIV.

*Canon vero Empyteriticus, Decima, Census, similes que pensiones annua una cum tributis atque collectis hypothecariis, etiam antiquo. ribus, ac reliquo æri alieno preferuntur.*

**Q**uantumvis Saxo Illustrissimus in Provinciis sui Electoratus onera realia, una cum tributis atque collectis reliquo æri alieno præterri velit, in Ord. process. judic. tit. 42. S. ferner soll dasjenige. In verb. final. und desgleichen onera realia.: † Non tam indifferenter de omnibus oneribus realibus hoc disposuisse videtur; alioquin & pignorum atque hypothecarum jura, quæ etiam bona realiter afficiunt, *l. si debitor. 12. D. de distract. pignor.* hæc classe comprehendendi, dixeris; contra mentem Illustrissimi Legislatoris b. Constit. 28. S. nach tegtberühren Schulden. Et Ord. process. judic. tit. 44. S. alle diese Gläubiger. † Sed procul dubio de oneribus realibus annuis, iis scilicet, quæ ad instar tributorum quotaannis in certa & determinata quantitate solvuntur, sanctio prædicta Electoralis accipienda erit; uti satis liquet ex vocula (desgleichen) quæ naturam & qualitatem tributorum annuorum implicat. Vid. defia. *preced.* † Rectissime hinc infertur: Canonem Empyteriticum, decimas, census, Erb- Zinsen / Korn- Pächte/ Zins- Getreidig/ aliasque similes pensiones, quæ ut plurimum Ecclesiarum Pastoribus, Ædituis, Scholaribus, aliisq; piis causis debentur, una cum tributis in una eademq; classe & ordine, reliquo æri alieno præferri. † Nempe, quod pensiones hæc ad instar tributorum, quotannis in determinata certaque quantitate solvantur. Veluti etiam clarè sancitum in Ord. proc. judic. *dict. tit. 42. S. ferner soll dasjenige vers. desgleichen Schöß/Steuer/und was auff den Gütern zu Besoldung der Kirchen- und Schul-Dienst oder andern milden Sachen zu entrichten/als Decem &c.* † Quamvis de jure communi hujusmodi pensionibus solummodo tacita hypotheca absque prælationis pri-

privilegio inducta sit, &c. ff. in quib. caus. pign. vel typob. l. lex vettigali 31. ff. de pignor. l. 15. ff. qui posterior. in pign. Joh. Mich. Beuther. de jur. pralit. part. s. c. 11. Joh. Köppen. decis. 28. n. 20. Anton. Neguz. de pignor. membr. 4. part. 2. n. 26.

Ita Domini in causa Hansen Schlatzens Gläubiger zu Nossen/Mens. Octob. Anno 1630. (Verba sent. So werden nun mehr die Gläubiger in folgender Ordnung bezahlet. Als ersten Franz Beverigen 8. fl. Ebed. - Lohn. Zum andern der Obrigkeit restirende Steuer 26. fl. und Wenzel Kresschmarn 205. fl. 19. gr. 6. pf. vor ausgelegten Zins-Getreydig./c.)

It. in causa Hansen Schlatzens Gläubiger zu Steinsdorff/Mens. Sept. Anno 1634. (Verba sent. So werden die Gläubiger in nachfolgender Ordnung bezahlet; Als ersten 4. alte Schok 16. gr. Begräbniss-Rosten. Zum andern 3. alte Schok 6. gr. dem Lehen- und Gerichts-Herrn restirenden Erbzins/u.)

It. in causa Creditorum Matthaei Bock's/ an George Henrichen zu Grossen/Mens. Aug. Anno 1636. (Verba sentent. Zum ersten die rückständige Land-Steuer/und 8. fl. 15. gr. dem Pfarr-Herrn Besoldung/ und 1. Röhl. Decem. Zum andern 33. fl. 11. gr. den Kindern erster Ehe Mutter-Theil/vermöge ihres stillschweigenden Unterpfands/c.)

Et in causa Ascanii Heltwigs zu Rheinharz/Mens. Sept. Anno 1621.

It. ad Consultationem Mauritiū à Schonberg. Mens. Jul. Anno 1636.

#### DEFINIT. LV.

Sicuti & anni reditus, etiam redimibiles.

- 1 **E**adem quoque ratione annuos reditus, unablescheinliche Zinsen/hoc privilegio gaudere, & hypothecariis pariter anterioribus, atque reliquo æri alieno præferri, dixeris rectissimè. † Scilicet, quia & hi reditus bonis debitoris non minus, atque tributa inhærent, & in fructibus, singulis annis redeuntibus, constant; quā ratione etiam immobilibus bonis accensentur. Vincent. Caroc. de excuss. bonor. part. 2. quest. 44. num. 2. Andr. Tiraquell. de reestrat. §. 1. Gloss. 6. num. 5. † Nec refert, an reditus illi sint redimibiles, nec ne, unablescheinliche oder wiederkauffliche Zinsen. Ita enim sapissimè emptioni annorum redituum additur pactio de retrovendendo, si venditori eos redimere libuerit, qui vulgo dicuntur wiederkauffliche Zinsen/Hartm. Pistor. observ. 63. num. 1. Andr. Rauchb. part. 3 qv. 19. num. 6. † Nam & hosce reliquis præferri debitis, ad instar tributorum & collectarum, clara jubet Sanctio Electoratis in Ord. process. judic. tit. 42. §. ferner soll dasjenige. vers. Item Jährliche Zinsen von wiederkaufflichen Haupt-Summen/c.)
- 2 Ita Domini in causa Michael Stummens zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sent. So hat sich auch Käufer mit seinem Einwenden nicht zu behelfen/ sondern er ist mehr betrüht 20. fl. Jährliche wiederkauffliche Zinsen zugleich nebenst dem Schok. Steuern und andern Rathsgesällen/vor allen andern Gläubigern/so nicht besser privilegiert/abzustatten schuldig/B. R. W.)
- 3 It. in causa Veit Bohners Gläubiger zu Bernburg/Mens. Decembr. Anno 1603. (Verba sent. Zum dritten werden zugleich bezahlt 69. fl. 11. gr. Euch dem Rath an Steuer/Schok und andern Gesällen. Item 67. fl. Haupt-Stamm dem Hospital und 6. fl. 8. gr. davon versessene wiederkauffliche Zinsen/8. fl. vor eine eiserne Kuhe und 11. fl. 20. Jahr davon fälligen Zins/Jährlichen 12. gr. der Kirchen Beata Virginis Haupt-Stamm und 10. gr. versessenen wiederkaufflichen Zins.)
- 4 Et in causa Creditorum Jonz Richters zu Freyberg/ Mens. Octobr. Anno 1635.

#### DEFINIT. LVI.

Post tributa & collectas ex solvenda est pecunia hereditaria, vel ex rei alicuius venditione certis terminis promissa, Erb- oder Tagzeiten Geldere.

- 1 **T**ributis atque collectis succedit in ordine pecunia hereditaria; quæ etiam hypothecis anterioribus, ut & reliquo æri alieno præfertur, bāc Const. ag. in pr. vers. und Erb-Geld. Ord. process. jud. Elect. Corpz. Definit. Vol. I.

Saxon. tit. 42. §. Ferner soll dasjenige / in verb. fin. und das Erbgeld bezahlet werden. Daniel. Möller. bīc num. 29. & lib. 1. semestr. 26. in pr. Andr. Rauchb. part. 1. q. 6. num. 8. † Quia scilicet ante exsolutionis diem is, cui pecunia hereditaria debetur, tanquam coheres, jus suum hereditarium æquè in re ille immobili retinet & habet, atque alter, cui ea res in divisione cessit, Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 124. num. 37. † Ut proinde Creditor, si non jure dominii expresse sibi reservati, supr. Defin. 21. attamen ex singulare aliquo privilegio sit præferendus. † Etsi verò hæc ratio non nisi pecunia, quam heres coheredi è bonis immobilibus, ex hereditate sibi acquisitis, titulo familiæ herciscundæ singulis annis præstare obstrictus est, adaptari queat; veluti etiam hæc sola pecunia propriè dicitur hereditaria, ut demonstrabo infr. part. 3. Const. Elect. 21. defin. 8. Dan. Moll. bīc num. 29. & ad dict. Const. 21. num. 10. & lib. 1. semestr. 26. & c. 41. num. 8. Jac. Schult. dict. quest. 124. num. 32. Andr. Rauchb. dict. quest. 6. n. 8. † Attamen hodie privilegium

prioritatis indifferenter omni pecunia, ex venditione aliove quovis contractu, certis distinctisque terminis ex solvenda, tribuitur, vulgo den. Tag-Zeit-Geldern/quæ impropriè dicitur pecunia hereditaria. † Idque ex speciali sanctione Illustrissimi Electoris Saxon. in dict. Ord. process. judic. tit. 42. §. Es wird aber Erb-Geld. vers. doch soll es gleichwohl/c.

Ita Domini in causa Marien/Wolff Clamens Wittben/contra ihres Hemannes Geschwister/zu Freyberg/Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Darnach werden gezahlet nach der Wittben eingebrachten Gut/ die Erb-Geldere oder Tagzeiten/c.

It. in causa Hansen Schlatzens/Gläubiger zu Steinsdorff/Mens. Sept. Anno 1634. (Verba sent. Zum 3. Simon Hermanen 48. alte Schok Erb-Geldere oder Tag-Zeiten.

Et in causa Barthel Hertels/ Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1635.

#### DEFINIT. LVII.

Emptor pecunia hereditaria succedit venditori etiam in jure prelationis.

**N**on competit Creditori privilegium prælationis in pecunia hereditaria ratione personæ sua: Sed ratione rei ipsius, nempe pecunia hereditaria, cui inhæret, b. Constit. 28. in pr. vers. und Erb-Geld. † Adeoque privilegium non personale, sed reale est. Quidni ergo competet etiam emptori pecunia hereditaria? in quem unà cum ipsâ hereditariâ pecuniâ transfertur, non minus atque hypotheca cum re vendita, cui inhæret, l. si debitor. 12. C. de distr. pign. † Quo & pertinet generalitas vorbotum b. Constit. 28. & Ord. process. judic. tit. 42. §. ferner soll dasjenige. in fin. Quæ certè inter possessores, sive creditores, pecuniam hereditariam exigentes, neutiquam distinguunt, sed indifferenter pecunia hereditaria jus prælationis attribuunt; Quibus omnino standum est, arg. l. i. §. generaliter. 1. ff. de legat. præf.

Ita Domini in causa Petri Schneider's zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1584. (Verba sent. Habt ihr nun solche Tag-Zeit-Geldere um eine gewisse Summa Geldes kauftlichen an euch gebracht/c. So werdet ihr bei solchen erkaufsten Tag-Zeiten billich geflossen/und die andern Gläubiger mögen euch in derer Bezahlung nicht vorgezogen werden/B. R. W.)

Et in causa Barbaren/Barthel Goblers Schweiss zu Probschelde Mens. Jud. Anno 1635.

#### DEFINIT. LIX.

Non competit privilegium hoc prælationis præcio venditionis parato, dem Angelde/etiam si distinctis terminis intra annum & diem exsolvatur.

**D**ifferunt ordinis res pro pecunia præsenti venu- dium haec. Geld oder gewiss Angelde/ termi-

- nis licet distinctis exsolvenda; modò intra tempus modicum, veluti intra annum & diem hiscè in terris communiter convenire solent contrahentes um  
2 baar Geld/binnen Jahr und Tag zu bezahlen: † Et  
rem vendi pro pretio, per terminos vel intervalla,  
de anno in annum, aufs Tage, Zeiten / solvendo.  
3 † Quantumvis igitur hoc casu posteriori locum sibi  
vendicet privilegium prælationis, quo venditori  
subvenitur, ratione pecunia hereditaria, præ omnibus aliis Creditoribus, etiam hypothecariis Defin.  
4 56. † Attamen ad casum priorem, & pretium ven-  
ditionis paratum, auf die Angeldere/id neutiquam  
extendi debet; quippe quod pretium istud, das An-  
geld / vel, baare Geld/non dicatur pecunia heredi-  
taria; etiamsi intra modicum tempus certis & di-  
stinctis terminis sit exsolvenda, uti expeditum est.  
5 † Atqui soli pecunia hereditaria privilegium præla-  
tionis indulsum fuisse, liquet ex verbis claris b. Con-  
stit. 28. & Ord. process. judic. tit. 42. §. ferner soll das  
jenige. in fin.

Ita Domini in causa Barbaræ Barthel Geblers Eheweibs zu Probschirba/Mens. Majo Anno 1635. (Verba sent. Wenn ihr gleich euer eingehbrates Gut richtig erweisen und beibringen würdet/ie. So möget ihr doch in der Zahlung deren Erbgeldern und davon aufsgelauffenen Zinsen/nicht vorgezogen werden; Wegen der Angeldere aber hat sich Verkäufer / wosfern er ihm derwegen kein Unterpfund auf dem verkauften Gute ausdrücklichen vorbehalten/vor euch der Erstigkeit nicht anzumassen/ B. R. W.)

Et in cœla Marien/Wolff Clammens Witben contra ih-  
res Mannes Geschwistere zu Freyberg / Mens. April. Anno  
1635.

#### DEFINIT. LIX.

Cessat prælationis privilegium. si Creditor pecuniam  
hereditariam, postquam dies cessit, in mutuum  
convertit, vel usuras à debitore  
accepert.

- 1 Competit privilegium prælationis pecunia heredi-  
taria, quatenus talis est, atque manet, uti ma-  
nifesto liquet ex vocabulo (Erbgeld)/b. Constit. 28. &  
Ord. process. judic. tit. 42. ferner soll das jenige / in-  
fin. † Cui omnino consequens est, nullam præ-  
rogativam prætendere posse Creditorem, si pecuniam  
hereditariam, postquam dies exsolutionis cessit, non  
recepit, sed debitori titulo mutui reliquerit. † Sci-  
licet, quia tunc pecunia hereditaria naturam suam  
amittit, & in pecuniam mutuò datam convertitur.  
Cessat ergò non immerito quoque privilegiū pecu-  
nia hereditaria. † arg. l. inter stipulantem 83. §. sacram.  
5. vers. sed bac dissimilia sunt. ff. de V. O. L. adigere. 6. §.  
quamvis. 2. ff. de jur. patronar. Adeoque hoc casu  
Creditor, tanquam ex causa mutui, inter Chirograp-  
harios refertur; prout dixi in simili supr. defin. 33.  
5 † Nec aliud dicendum putaverim, in casu, quo  
Creditor pecuniam hereditariam non quidem ex-  
præsē in mutuum convertit: attamen hoc nomine  
à debitore usuras, tanquam creditæ pecunia, rece-  
pit; quia nempē tacitè à qualitate pecunia heredi-  
taria recedit, tamque in pecuniam creditam saltē  
tacitè & per consequentiam convertere videtur, per  
text. in l. si ventri. 24. §. in bonis. 2. ff. de reb. aut. jud.  
7 possid. Dan. Moll. hic num. 8. † Quò facit, quod  
privilegium prælationis per acceptionem usurarum  
amitti dicatur, l. si hominem. 7. §. quotiens. 2. ff. de-  
posit. Joh. Mich. Beuther. de jur. prælat. part. 2. c. 29.  
Addit. Decisi. Noviss. 9.

Ita Domini in causa Marthæ Valentini Kaltschmid's  
Witben zu Grumbach/Mens. Jan. Anno 1634 (Verba sent.  
Ob wohl gedachtes eur s' Ehemantues Geschwister auff berühr-  
tem Gute noch etliche Erb-Geldere zu fodern; Dieweil aber  
dennoch solche/ als sie albereit vor 6. Jahren gefüllig geve-

sen/eurem Ehemann auf seine bloße Handschrift als ein Mu-  
tuum um Verzinsung ferner gestundet worden / ic. So haben  
sie auch dadurch die Natur und Eigenschaft / benebent dem  
Rechte und Privilegio der Erb-Geldere verloren/ und ihr wer-  
det demnach mit eurem eingebrachten Gute in der Zahlung ih-  
nen billich vorgezogen/ie.

It. in causa Philippi Peuckers zu Meissen/Mens. Jun. Anno  
1599. (Verba sent. Es were denn/das er solche Erb-Gelde-  
re von Jahren zu Jahren/um einen gewöhnlichen Zins/ bey  
erwälten seinen Brüdern stehen lassen; Auf den Fall hätte  
er sich nunmehr einiger Erstigkeit nicht anzumassen/ie.)

It. in causa Creditorum Nicolai Jahns/an Petrum von Reis-  
enstein/Mens. Aug. Anno 1630. (Verba sent. 59. fl. 10. gr.  
Nicol Tumbler / als Erb-Geldere/ wosfern solche nicht lange  
sten betaget/und dem Schuldner gutwillig um Verzinsung ge-  
stundet/und also in ein Mutuum verwandelt worden/ie.)

Et in cœla Julii von Lichtenheims/Mens. Novembr. Anno  
1582.

#### DEFINIT. LX.

Veleriam, si Creditor pecuniam hereditariam, cuius  
dies jamdudum venit, non petierit, cum tamen  
eam benè consequi potuisset.

Quin licet Creditor ratione pecunia hereditaria i  
cum debitore mutuum expresse non contraxe-  
rit, neque usuras acceperit, si tamen pecuniam he-  
reditariam, postquam dies venit, non petierit, cum  
eam facile consequi potuisset: † tantum abest, ul-  
lam tūm prioritatem Creditori præ hypothecariis  
indulgendam esse, ut etiam inter Chirographarios  
cum referendum, putaverim. Quia scilicet ac-  
quiescendo, nec petendo pecuniam post terminum  
exsolutionis, tacitè mutuum contrahere censetur.  
Quo respectu non nisi pro nudo Chirographario ha-  
beri debet, juxta tradita Defin. preced.

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Rothens zu Penigk/  
Mens. Maj. A. 1634. (Verba sent. Zum dritten 74. fl. betagte  
Erbgeldere/wosfern solche nicht etwa durch Nachlässigkeit un-  
eingemahnet verblieben/noch gutwillig gestundet worden/ie.)

It. in causa Caspari Rudolphi à Schönberg/Mens. Jun. An-  
no 1626. (Verba sent. Ob nun wohl die Nefischen Erben  
30. fl. restrende betagte Erb-Geldere gefodert/derer sie vor  
euch befriediget seyn wollen; Dieweil sie aber dennoch berühr-  
te 30. fl. unangesehn sie vorlängst betaget gewesen/ bis anhe-  
ro uneingemahnet auf dem Hause stehen lassen/dahero sie vor  
bloße Chirographarien zu halten/ie. So haben sie sich auch  
nummehr einiger Priorität nicht zuerfreuen/ sondern ihr wer-  
det eurer Forderung wegen/von ihnen billich befriediget/ B.  
R. W.

Et in cœla Jobst Strobel's Geschwister zu Trenen / Mens.  
Jul. Anno 1634.

#### DEFINIT. LXI.

Non tamen cessat prælationis privilegium, si, post-  
quam dies venit, Creditor de solutione debito-  
rem interpellans, eam consequi non  
potuerit.

AN ergò privilegium prælationis ad eum tan-  
tummodo casum restringendum erit, quo dies  
solutionis nondum cesserit? Ita sanè est. † Postea,  
si debitor solvendo fiat, imputet sibi creditor, quod  
executionem tempore opportuno non impetrav-  
erit. Defin. preced. † Planè, si Creditor debito-  
rem interpellando solutionem nullā operā atque  
labore consequi potuerit, etiamsi multum tempo-  
ris, à termino solutionis effluxerit, nihil tamen tūm  
Creditori imputari potest; † iniquissimum ergò es-  
set, Creditorem hoc casu privilegio prælationis de-  
raudari, l. in condemnatione. 173. §. unicuique 2. ff. de  
reg. jur.

Ita Domini in causa Christoff Klugners Gläubiger in  
Gränhain/Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sent. Zum 2. Bar-  
thel Flecken 217. fl. 5. gr. 6. pf. an Ostern verslossenen Jahres/  
28. fl. an Ostern dieses Jahres betagte / (so er über allen an-  
gewandten Fleisch vom Schuldner nicht erlangen können/ (und  
41. fl. unbetagte Erb-Geldere/ie.)

## DEFINIT. LXII.

*Non mutantur termini & intervalla ex solvenda pecunia hereditaria ex jure prælationis.*

- C**um pecunia hereditaria certis intervallis exsolvenda ita sit privilegiata, ut non modo hypothecariis anterioribus, sed reliquo etiam æri alieno præferatur, *supr. defin. 56*, vix fieri posse, inquires, **†** ut non intervalla terminique solutionis invertantur, vel saltem reliqui æris alieni exsolutionem ad multum tempus differatur, usque dum scilicet omnes illi pecunia hereditaria termini effluxerint, ac ita posterioribus Creditoribus locus fuerit relictus. **†** Sed neutrum inde videtur inferendum. Non enim putandum est, jure prælationis Creditorem pecunia hereditaria paratam consequi totius summae exsolutionem, sed contentum cum oportet esse terminis atque intervallis solutioni præfinitis. **†** Sicut eiun actus agentium, ita & dispositio Legis vel privilii ultra ejus expressam intentionem nihil operatur, *l. non omnis 19. ff. de reb. credit. l. quotiens 9. ff. de hered. inst. l. multum interest. 6. C. si quis alteri, vel sibi. l. sive emancipatis. 17. C. de donat.* **†** Neque etiam posteriores Creditores intervalla pecunia hereditaria expectare necesse habent: quippe quibus jus prælationis saltem ratione summae, non etiam ratione temporis nocere potest. **†** Quod si ponamus bona debitoris pro parata pecunia tuisse distracta, ita ut omnibus indifferenter creditoribus præsens pecunia exsolvatur, de pecunia hereditaria medii temporis interusurum potius detraherendum, quam reliquis Creditoribus per id præjudicandum existimaverimus, per text. elegantem in *l. ait Prator. 10. §. sic um in diem. 12. ff. qua in fraud. Creditor.* **†** Ne cum horum injuriæ & detimento Creditor pecunia hereditaria locupletetur, & una cum prioritate pinguiorum etiam summam consequatur, contra *l. nam hoc natura 14. ff. de Condit. indebit. l. iure natura. 206. ff. de Reg. Jur. Joh. Harppr. ad §. is quoque l. inst. quib. mod. re contr. obligat. n. 33.*
- Ita Domini in causa Marien / Wolff Clemens Wittben/ contra ihres Ehemannes Geschwistere zu Freyberg / Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Zum andern/die auff solchem Gute noch babende betagte und unbetagte Erb-Geldere/doch mit dieser Erklärung/das die betagte ieso alsbald / die unbetagte Erb-Geldere aber/ duff die iedesmahl Inhalts des geschlossen Rauff-Brieffs fällige Termin abgestattet werden/ ic.)

## CLASS. SECUNDA.

*In qua veniunt Creditores, qui præter tacitam hypothecam, ex privilegio quoque personali jus habent prælationis.*

## DEFINIT. LXIII.

*Inter Creditores, hanc in Classe positos, concurrentes, sis semper reliquis præfertur, qui anteriorem by. potbecam consecutus est.*

- Q**ualatuor ponuntur in hanc Classe secundâ Creditores, qui præter jus reale, tacitam nempe hypothecam, ex personali quoque privilegio jus prælationis habent, videlicet 1. Mulier ratione dotis illata, 2. Fiscus. 3. Qui ad refactionem & conservationem domus vel alterius rei pecuniam mutuò dederint. 4. Et qui ad emendum preedium cum reservatione hypothecam pecuniam mutuârunt. Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 43. **†** At quid, si concurrent hi Creditores? Præferendum procul dubio dixeris eum, cui ordo in hac classe priorem assignat locum, veluti de privilegiatis in Classe primâ positis dixi, *supr. defin. 12.* **†** Prout etiam uxorem ratione dotis indifferenter præferunt aliis privilegiatis *Dd. communiter*, Sa-

lycetus in Auth. quo jure. *C. qui potior. in pignor. n. 3. Ant. Neguz. de pignor. part. 5. membr. 2. n. 16. Jas. in l. Creditor. 25. ff. de reb. cred. num. 4. Andr. Rauchb. part. 1. q. 4. n. 25.* **†** Sed placuit aliud Serenissimo 4 Saxoniæ Electori, præferenti nimirum eum, qui potior est, tempore & primò jus hypothecæ conlectus est, *dict. tit. 43.* Wenn sie aber mit einander. concurrent. **†** Idemque jamdudum sensit Cyn. in Auth. quo jure *C. qui potior. in pignor. Glöss. in l. affidatis 12. C. eod. tit. verb. licet anterioris. Matth. Welenb. in parat. ff. de privil. Creditor. n. 5. Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. c. 7. num. 3.* **†** Quod si in dubio versemur, nec sciri queat, cujus hypotheca atque jus reale sit anterius, primo loco vult poni Illustriss. Legislator uxorem ratione dotis, postea pupillum, qui forsan ad refactionem domus mutuam dedit pecuniam, & demum Fiscum. **†** Reliquos verò, qui ad emendam & conservandam domum pecuniam mutuârunt, omnes æqualiter locari jubet, *dict. tit. 43. §. 6.* Wann man aber. *Vid. Salycket. in dict. l. affidatis 12. C. qui potior. in pign. num. 4. & Matth. Welenb. in parat. ff. de priv. Credit. num. 6. post. pr.*

Ita Domini in causa der Reutnitschen Gläubiger/ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mens. Sept. Anno 1620.

Et in causa Christophori Klugners / Gläubiger zu Gelnhain/Mens. Sept. Anno 1621.

## DEFINIT. LXIV.

*Sicuri in dote, ita etiam in augmento dotis mulier præfertur omnibus Creditoribus, etiam hypothecariis, exceptis iis, qui anteriorem expressam habent hypothecam.*

**I**n secundâ hanc Classe primum obtinet locum mulier, cui dos ante reliquos Creditores omnes restituvi debet: Ex favore nimirum dotium publico, *l. 1. ff. solut. matrim. qui tales prærogativam meretur, l. un. C. de rei uxor. action. & Non solum igitur 2 Chirographariis, sed etiam hypothecariis expressis atque tacitis, mulier ratione dotis præfertur, l. affidatis 12. C. qui potior. in pignor. dict. l. un. §. 1. & seqq. C. de rei uxor. action. b. Const. 28 in pr. vers. und nach diesem. Ord. process. jud. Elect. Saxon. tit. 43. in pr. Dan. Moll. b/c n. 33. **†** At num etiam iis, qui expressam anteriorem hypothecam habent? Noluit Illustrissimus Saxonum juri per prærogativam mulieris præjudicari, *dict. Constit. 28. vers. Allen andern Gläubigern, dict. tit. 43. in pr. vers. aber gleichwohl nicht denjenigen.* **†** Ne scilicet hypothecariis 4 jus hypothecæ propriâ ipsorum conventione acquisitum absque eorundem facto auferatur, **†** quia facti cilius justæ hypothecæ lege concessum per aliam Legem, quam quæsumum propriâ conventione immutari potest, *l. 2. §. meritò 10. junct. §. si quis à principe. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. C. de precib. Imper. offer. l. 4. C. de emanc. liber. Anton. Fab. in C. L. 4. tit. 8. defin. un. num. 4.* Dubium itaque non est, quin hypothecarii anteriores expressi in foro Saxonico mulieri præferantur; *Dan. Moll. b/c num. 33. Matth. Col. part. 2. Decis. 270. n. 1. sub fin. non solum ratione dotis, **†** sed etiam augmenti dotis, quod 6 triam augmentum regulariter secundum naturam ipsius dotis, l. etiam si non dolum. §. C. de jur. dot. Novell. 97. cap. 3. Joh. Campeg. in tract. de dñ. part. 1. q. 77. n. 1.**

Ita Domini in causa Hermann Carls zu Dresden / Mens. Jan. Anno 1596. (Verba sent. So werden der Witben in gesammt die bemeldte 300. fl. / so der Ehe-Mann in Dotem empfangen/vor allen anderen seinen Gläubigern/so auff seinen Gütern nicht ältere ausdrücklicher gerichtliche Verpfändung erlanget / vor voll billich bezahlet/W.R.W.)

Et in causa Caspari Rudolphi à Schönberg / Mens. Junio, Anno 1626.

It. in causa D. Johannis Stetmeyers Gläubiger/ventilat. in Praetorio Lipsiensi, Mens. Maj. Anno 1617.

Et in causa Matthes Friederichs Gläubiger zu Leipzig/Mens. April. Anno 1619.

### DEFINIT. LXV.

*Tiam de jure communi, extra forum Saxonum, hypothecarii anteriores expressi preferuntur mulieri, dotem repetenti.*

- N**on itaque mulier ratione dotis illata præfertur Creditoribus iis, qui expressam anteriorem habent hypothecam, quod quidem in foro Saxonico & provinciis Electoratus extra dubium est, Defin. preced. † Sed quid de jure communi afferemus? Probabile omnino est, Imperatorem Justinianum, qui primus hypothecam tacitam & simul jus prælationis dedit, totque verbis, tot coloribus mulierum causam defendit, ipsis plenariè consulere voluisse, 3 in l. affiduis. 12. C. qui potior. in pignor. † Quem scopum minimè asecutus fuisset, si mulieribus tantum contra anteriores hypothecas tacitas privilegum dedisset, à quibus, quia paucæ & singularibus duntaxat casibus concessæ sunt, longe minus periculi 4 imminet mulieribus, quam ab expressis. † Quin & cum generaliter ibidem loquatur Imper. anteriores hypothecam expressam habentes à dispositione illâ fuisse exceptos, vix tûd affirmari poterit, arg. l. 5 i. §. generaliter. 1. ff. de legat. prestand. Ac certe, si Imper. tantum contra hypothecas tacitas mulierom præferri voluisse, illud procul dubio, cum in eo plurimum momenti sit, & sèpius circa expressas hypothecas controversia occurrat, vel uno verbulo si gnificâset. † Ut proinde omnino expressis etiam anterioribus mulierem ex mente Justiniani Imperat. 7 præferendam existimem. † Quod & luculenter probant textus in Novell. 97. cap. bis consequens est 3. verb. Volumus igitur. Autb. quo jure. C. qui potior. in pign. Novell. 109. c. 1. l. ubi adhuc 29. post. pr. C. de jur. dot. l. in rebus dotalibus 30. C. eod. tit. Jac. Cu-jac. in parat. C. de privil. dot. in princ. & in dict. Novell. 97. post. pr. vers. mulier præfertur. Anton. Fab. lib. 13. conjec. c. 11. Joh. Mich. Beuther. de jure pr. part. 1. c. 35. Joach. Mynsing cent. 4. obser. 13. num. 8. & seqq. † Nec etiam vocula (privilegii) quâ Justinianus utitur in dict. l. 12. negotium faciliere videtur, ut vulgo putant, quasi tacitam saltem hypothecam Imper. respexisset. † Siquidem à plurimis verbis id jejunè captatur, nec animadvertisit, quod non simpliciter de privilegio, sed expresse de temporis privilegio loquatur Justinianus. 10 † Quod si dixeris, hypothecario anteriori, qui conventione expressâ sibi jus acquisivit, hâc ratione multum præjudicari? Fateor equidem, hoc ita esse, sed si consideretur ex altera parte favor uxorum & dotium, cui publica quodarammodo utilitas implicata est, arg. l. 1. ff. solut. matr. facile injuria illa species excusat. † Cum nec novum sit, ut prætextu publicæ utilitatis, in casibus singularibus juri privatorum aliquando detrahatur.

Ait quicquid sit, contra Imper. Justiniani sanctio-nem, communis ferè ubique terrarum recepta est 12 opinio. † Ut si debitum præcedat dotis constitutionem, potior sit causa hypothecarii expressi, cuius conditio per dotem deterior fieri non magis potuit, 13 quam conditio mariti per creditorem uxoris, † ne jus uni quæsumus alterius facta diminuatur. l. 2. §. merito. 10. junct. § si quis à principe. 16. ff. ne quid in lqc. publ. l. 1. C. de pres. Imper. offer. l. 12. in fin. ff. ad

SCrum Trebell. ut eleganter tradit Ant. Fab. in C. lib. 4. xit. 8. Defin. un. † ubi dicit, Justiniani Constitu-tionem hodiè usū fuisse abrogatam, neque ita doti favendum esse, ut aliis injuriam faciamus, c. ex re-nore ii. extr. de for. compet. Eamque opitionem, eeu æquiorema defendit multis Dan. Moll. b1c num. 3. † Et in Camera ab ea nunquam fuisse recessum, te-statur Andr. Gail. lib. 2. obser. 25. n. 10. Vereor ergo, ne sanctioni Imperatoris in dict. l. 12. inhæren-tes ab æquitate pariter & observantiâ divortium fa-ciamus, † cum tamen ea, quæ antea observata fue-runt, studiosè tenenda sint, l. 3. C. de adif. privat. † id quod tam à JCTis quâm Impp. factitatum fui-se reperimus, qui sèpius opinionis suæ fundamen-tum non aliundè, quâm ex communi observantiâ desumunt, ut apparet ex l. filius emancipatus. 14. ff. ad leg. Corn. de fals. & in l. 1. ff. ad SCrum Syllan. §. pen. inst. de satisdat. † Quæque moris & conse-18 tudinis sunt, maximè observari debent, l. quod si nolit. 31. §. quia affidua. 20. ff. de edil. editi. l. ut. C. de fidejuss. † Vide quoque Andr. Rauchb. part. 2. 19 quæst. 30. n. 4. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. qui potior. in pign. n. 3. Joh. Schneidewin. ad §. fue-rat. 29. inst. de Aet. num. 57. & seqq. Matth. Coler. part. 1. decisi. 57. num. 6. & part. 2. decisi. 270. num. 1. & de process. execut. part. 1. c. 2. n. 210.

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Stengsch/ Mens. Julio, Anno 1622. ( Verba sent. Wann nun gleich se-biges Orts nicht das Sachsische/ sondern das gemeine Röm-erliche Recht in üblicher Observanz wäre/ ic. So würde doch das Ehreweib/oder nunmehr dero Kindere ihrer Mutter Ehe-Geldes vor allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand vor gedacht/ ihrer Mutter in des Ver-storbenen Gütern erlanget/billig befriediget/ ic.

Et in causa Georgii Alsdorffs/Gläubiger zu Frankfurt an der Oder/Mens. Decembr. Anno 1634.

### DEFINIT. LXVI.

*Non præfertur mulier ratione dotis iis Creditoribus, qui prius arrestum, vel immisionem in bona debitoris judicialem impear-trantur.*

**Q**uemadmodum soluto matrimonio, cum de-restituendâ dote agitur, Creditores anteriores hypothecam expressam habentes mulieri præferun-tur, secundum sententiam Interpp. quâ hodiè utimur, Defin. 64. & 65. ita etiam pari prælationis jure gau-dent, † qui prius arrestum vel immisionem judicia-lem in bona debitoris obtinuerunt, antequam mulier matrimonium iniret, as dos constitueretur. † Tùm, quod hi non minùs ac hypothecarii expres-si facto suo proprio, nempe per arrestum vel immis-sionem, jus sibi acquisiverunt, quod ab alio neuti-quam ipsis auferri vel diminui potest, l. 2. §. merito. 10. ff. ne quid in loc. publ. Andr. Gail. lib. 2. obser. 25. n. 10. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 9. Defin. un. num. 4. † Tùm quod arrestum etiam & immisio pignus tri-buat prætorium & judiciale, non tacitum sed expref-sum, l. si & jure. 10. ff. qui potior. in pign. l. non est num. 26. in pr. & §. 1. ff. de pign. act. † Neque enim hoc casu debitoris consensum, ut vult Daniel Möller. b1c num. 82. sed potius quid expresse in judicio actum fuerit, considerandum putaverim. Quidni ergo jus pignoris expressi arresto quoque & immis-sioni in bona debitoris tribueremus. † Tùm, quod 6 Illustrissimus Saxo mulieres saltem hypothecariis antiquioribus iis, qui jus tacita hypothecæ habent, præferri velit, non etiam iis, qui expresso facto jus pignoris anterius obtinuerunt, ut liquet ex verbis Ord. process. jud. tit. 43. in pr. vers. das sie damit auch denjenigen Gläubigern/ 26.

Ita Domini in cauſa Henrich Dörgeriſch zu Leipzig / Mensl. Decembr. An. 1631. (Verba ſent. Habt ihr im Hürſchafft Bene-dicti Beckens 45. Rechtl. zahlen müſſen/ deßwegen ihr die Hülſfe und Einweitung in ſein Hauf/ehe er ſein legiges Eheweiß ge-ehliget/erlanget/ic. So werdet ihr auch dertfelben in der Zah-lung billich vorgezogen/ und eurer Forderung/ vor ihr Ehe-Gelde und Einbringen beſtriediget/ V. R. W.)

## DEFINIT. LXVII.

*In rebus ſaltem mobilitibus præferuntur mulieri, do-  
tem illatam repetenti Creditores ii, qui hypo-  
thecam extrajudicialem anteriorem  
ſunt consecuti.*

- I **L**lis quoque Creditoribus, quibus hypotheca extrajudicialis anterior constituta fuit, quam vulgo conventionalem appellant, per dotis constitutionem ſaltem in mobilibus debitoris boni non præjudicari existimaverim. † Nempe qua res mobiles extrajudicialiter valide oppignorantur etiam in foro Saxonico. † Tamque efficax est pignus conventionale in rebus mobilibus, quam judicialis hypotheca in bonis immobilibus, Conſtit. Elect. 23. §. ult. 4 part. 2. ubi Dan. Moll. num. 36. † Quidni ergo vi-gore pignoris conventionalis anterioris creditor in rebus ſaltem mobilibus præferendus eſſet uxori do-tēm repetenti, ex b. Conſtit. 28. ſupr. Defin. 64. & 65. † cūm etiam posterioribus creditoribus expressam hypothecam judicialem habentibus præferatur, Dan. Moll. lib. 1. ſemestr. 3.

Ita Domini in cauſa Christopheri Melanders zu Frey-berg/Mensl. Jun. Anno 1635. (Verba ſent. Ob nun wohl eure Tochter wegen ihres eingebrochenen Guts ſich des Juriſ Tacita Hypothecæ & Prælationis in ihres Mannes des Schuldners Gütern zu gebrauchen beſugt; Dieweil aber dennoch bemeldtes Studioſi conventionalis Hypotheca älter iſt / ic. So wird er auch ſeiner Forderung wegen/ von den Mobi-liten vor euer Tochter eingebrochenem Gute billich beſtriediget/ V. R. W.)

It. in cauſa Georgii Alsdorffs/ Gläubiger zu Frankfurt an der Oder/Mensl. Decemb. Anno 1634.

## DEFINIT. LXIX.

*Non præfertur mulier aſſecurata ratione dotis ex-  
pressa hypothecā, Creditoribus anteriorem ex-  
pressam babentibus.*

- I **Q**uid verò, ſi mulier expreſſā pactione in bonis mariti ratione dotis ſuā hypothecam posteriorē ſibi judicialiter constitui fecerit; anne tūm ſaltem Creditoribus expressam anteriorem babentibus eam preferandam dicemus? cum Baldo Novell. in-tract. de dot. part. 10. num. 36. † Propterea, quod ea-dem sit virtus & efficacia taciti, atque expreſſi, l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. l. tricium. 94. ff. de V. O. l. 32. in fin. ff. de lb. quare cum tacita hypotheca tribuat mulieri prælationem præ anterioribus ta-citis hypothecariis, idem forſan operabitur expreſſa hypotheca, ut nempe anterioribus expressam ha-bentibus præferatur mulier. † Sed non licet argu-mentari in privilegiis ſpecialiter contra jus commu-ne receptis, à tacito ad expreſſum, & vice versa. 4 † Quia ſpecialia ad conſequentiā non trahuntur, Jason. in diſt. l. cum quid. 3. ff. de Reb. Credit. num. 20. 5 † Celleſtā ergo prælationis privilegio in hypothecā expreſſā, non habet mulier, quo ſe tueri queat ad-6 verius hypothecarios anteriores. † Quia prior tem-pore potior eſt jure, l. potior. 11. ff. qui pot. in pignor. c. qui potior. 54. de Reg. jur. in ſto. Joh. Schneidew. ad ſ fuerat. 29. inſt. de act. num. 59. ubi addit. W e-fenb. ſub lit. E. Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 100. & ſeqq.

Ita Domini in cauſa Martini Habermeels zu Frauenwalde/ Mensl. Aug. Anno 1630. (Verba ſent. Habt ihr Conrad Schmie-den 100. fl. geltehen und vorgestreckt / wogegen er euch ſein Hauf zum ausdrücklichen Unterpfand gerichtlichen verſchrif-

ben. Ob nun wohl anigo/ nachdem der Schuldner Todes verfahren/sein Eheweiß ihres Einbringens vor euch beſtriediget ſeyn will; Dieweil ihr aber dennoch allbereit vor ihrer Verehligung ein älter ausdrücklicher Unterpfand erlanget/ ic. So werdet ihr auch der bemeldten Witben/ wenn gleich dieſelbe nach ihrer Verſchließung über das Jus Tacita Hypo-thecæ auch ihres Einbringens wegen eine expressam Hypo-thecam in ihres Mannes Gütern überkommen/eurer Forde-rung halben billich contentire, V. R. W.)

## DEFINIT. LXIX.

*Mulier non ſolum defuncto, ſed etiam viven-te ad buc  
marito, & ad inopiam vergente, juſ prælationis  
in dote habet.*

D **O**tium cauſa ſemper & ubique favorabilis eſt, & expedit Reipublicæ, dotes mulieribus conſervari, l. i. ff. ſolut. matrim. Adeoque Legisla-tores non tantum ſoluto matrimonio, † verū etiam 2 viris ad inopiam & egeſtatem vergentibus, variis remediis mulieribus ſubvenerunt, ne de dotibus illatis periclitari cogerentur, de quibus vide latiſſime Andr. Rauchb. part. 1. queſt. 33. † Imprimis ve-rò repetere licet dotem, per actionem personalem vergente ſaltem marito ad inopiam, non ſecus ac fi-matrimonium morte vel aliam ob causam diſſolu-tum eſſet, l. ſi conſante. 24. ff. ſolut. matrim. ubi Bartol. num. 61. & Jason n. 20. Rauchb. diſt. queſt. 33. n. 14. † An ergo etiam hoc cauſa marito nempe 4 ad inopiam vergente, juſ prælationis dabitur mulieri ratione dotis? omnino certè, cūm abſque hoc minimè conſultum ac proſpectum eſſet mulieribus, arg. l. affiduis. 12. C. qui potior. in pign. † Cūm & generalia ſint verba ILLUSTRISSIMI SAXONIS b. Conſtit. 28. & Ord. process. jud. tit. 43. in pr. quibus pri-privilegium prælationis mulieribus ratione dotis conce-ditur: † Quidni ergo ea quoque ad caſum inopiae extenderet licet, arg. l. i. ſ. generaliter. 1. ff. de le-gat. praef. Dan. Moll. hic n. 63. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. n. 37.

Ita Domini in cauſa Barbarae/ Abraham von Maſtizens Hauffrauen/Mensl. Fehr. Anno 1580. (Verba ſent. So werdet ihr ſolches euers Einbringens vor allen andern Gläubi-gern/ ſo kein älter ausdrücklicher Unterpfand haben/ ungeachtet euer Ehemann noch zur Zeit mit Tode nicht abgangen/ billich beſtriediget/V. R. W.)

Et in cauſa Margarethen/ Hansen Prischmanns Ehewei-bes/ contra Gregorium Rödichen zu Oledra/ Mensl. Jun. Anno 1630. (Verba ſentent. Daſſ Klägerin wegen ihres Ehe-Geldes/wofern ihr Ehemann nicht mehr ſolvendo iſt/vor al-ten andern Gläubigern / ſo kein älter ausdrücklicher Unter-pfand erlanget/billich beſtriediget wird/ic.

## DEFINIT. LXX.

*Vidua ratione dotis preferenda eſt Agnato, res ex-peditorias Petenti.*

L Atiſſimè accipi debet privilegium prælationis 1 mulieri ratione dotis conſellum, adeo ut etiam in feudiſ locum habeat, ſi bona allodialia non ſu-fificant, vel Feudum venditum fuerit, Conſtit. Elect. 25. in med. vors. Allein wo ſichs begäbe. Ord. process. judic. tit. 45. ſ. iedoch wo ſichs begäbe. de quo di-cam inſtr. part. 2. Conſtit. Elect. 25. Defin. 2. † Idque 2 non ſolū quoad creditores, ſed etiam quoad Do-minum feudi, ita ut ſi pro dote feudum conſenſu Domini fuerit hypothecatum & poſtea ad Domi-num revertatur, mulier ipſi præferri debeat juxta-tradita Hartm. Pistor. part. 2. queſt. 48. num. 2. & ſeqq. † Neque aliud dicendum putaverim de bonis fideicommisso ſubjeſtis, in quibus æquè mulier ra-tione dotis iis, quibus bona illa per fideicommissum reſtitui debent, præferenda videtur; † Quia ad ex-solutionem æris alieni valet etiam alienatio earum.

- rerum, quas testator expressè prohibuit alienare, modò non alia supersint bona, *i. pater. filium. 38. ff. de legat. 3. l. filius fam. 114. §. divi. 14. ff. de legat. 1. Andr. Gail. lib. 2. obser. 137. num. 4. vide infra part. 5. 3. Const. Elect. 8. Defin. 34. † Sed num etiam agnato res expeditorias petenti mulier ratione dotis præferenda erit? Omnidem; quia in subsidium de rebus expeditoriis omnibus creditoribus satisfieri debet, Modest. Pistor. part. 1. quest. 32. num. 1. Vid. infr. part. 6. 3. Const. 38. Defin. 41. † Ergò multò magis mulieri, quæ ratione dotis reliquis creditoribus præfertur, 7. b. Const. 28. † Nec obstat textus in art. 24. lib. 1. Landr. quem in contrarium urget Matth. Col. part. 1. decis. 203. n. 6. quia ibidem agitur de successione ab intestato in geradam pariter, & res expeditorias, ubi facile concesserim, Agnatum petentem res expeditorias præferri viduz geradam petenti, ut dicam infra dict. Const. 32. Defin. 40. † Sed nihil inde ad casum presentem & concursum Creditorum, ubi specialiter locum habet jus prælationis, inferri poterit.*

Ita Domini in causa Martinii Felreuters zu Schneeburg/Mense Julio, Anno 1632. (Verba sent. Ist euer Mann Lodes verfahren/und hat eine ziemliche Schulden - Last nach sich verlassen/wmassen demn auch der nochst Agnar das Heer - Gerath begeht/derowegen ihr euer eingebracht Ehe - Geld zu foderu ghemeynet/ie. So werdet ihr dessen vor allen andern Gläubigern/so kein älter ausdrücklicher Unterpfand erlanget/ so wol auch vor Abstattung des Heer-Geraths billich befriediget/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXXI.

*Competit mulieri privilegium prælationis ratione dotis, etiam in bona mariti non conversa.*

1. **F**alsò sibi quidam perswasum habent, mulieri dotem repente non competere privilegium prælationis, priusquam doceatur, in bona mariti dotem 2. fuisse illatam. † Contrarium enim haud obscurè probatur ex sanctione Justiniani Imper. in *l. affiduis. 12. §. 1. vers. 1. licet res dotales non extant, sed quocunque modo, vel dissipate vel consumpta sint. C. qui posterior in pign. 3. Quin &, dum b. Constit. 28. ad privilegium prælationis solummodò probationem dotis numeratae exigit in verb. So viel sie des erweisen kan/co ipso ulteriore versionis probationem excludere videtur *l. 12. ff. de judic.**

Ita Domini in eidem causa. (Verba sent. So werdet ihr solches eures eingebrachten Ehe-Geldes/wenn auch gleich solches in eures Mannes Gütern nicht verwendet wäre/vor allen andern Gläubigern/ so kein älter ausdrücklicher Unterpfand erlangt/billich befriediget/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXXII.

*Modò marito dos illata probetur aliter, quam solitus mariti confessione.*

1. **N**ecesse tamen est ad hoc, ut mulier jure prælationis uti possit, dotem actualiter marito numeratam & illatam probari, *l. affiduis. 12. in med. vers. Si tamen re ipsa fuerint marito date. (qui potior in pign. b. Const. 28. in pr. vers. Mit ihrem eingebraucht 2. ten Gute/so viel sie des erweisen kan/ie. † Nec sufficit ad hoc confessio mariti, quia in dote confessata jus prælationis cessat, *l. 1. §. tot. tit. C. de dote caus. 3. non numerat. l. 1. G. de donat. ant. nupt. 4. Equis enim non animadvertis, mariti confessionem de dote recepta constante matrimonio factam, si neque numeratio intervenerit, neque dotis constitutio præcesserit, suspectissimam esse, arg. l. qui testamentum 27. ff. de probat. l. cum quis decedens. 37. §. 4. pen. ff. de legat. 3. † Ut proinde nec creditoribus nocere debeat, Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 10. defin. 1. n. 1. Andr. Rauchb. part. 3. q. ult. n. 6. Dan. Moll. bte n.**

3. Andr. Gail. lib. 2. obser. 81. n. 1. & seqq. Johanna Schneidew. ad §. fuerat. 29. instit. de action. n. 63. & 6. Joh. Köppen decis. 28. n. 31.

Ita Domini in causa Barthol. und Thomae der Windle zu Langendorff/Mense Jan. 1581. (Verba sent. Das gedacht Peter Grossbachs Eheweib durch thres Ehe-Manns bloße Aussage alleine/ihr Einbringen und Ehe-Geld genugsam nicht erwiesen/derowegen sie sich auch vor den andern Gläubigern einiger Erfügheit nicht anzuwassen hat/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXXIII.

*Ne quidem jurata mariti confessio efficit, ut locus sit iuri prælationis in dote confessatæ.*

- Q**uæsiveris tamen, an nunquam confessioni mariti fides habenda ac dotti confessatæ privilegium prælationis indulgendum sit? † Quid enim, si confessio facta fuerit in instrumento publico & graventigato? Quid, si in Testamento? † Neutro casu 3 mulierem juvari ex confessione mariti existimaverim, ne quidem, † ut Chirographariis & persona 4 lem actionem habentibus præferatur, *l. affiduis. 12. C. qui potior in pignor. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 30. num. 19. Bald. Novell. in tract. de dot. part. 10. n. 20. Ludov. à Peguer. decis. 147. num. 1. & seqq. Sic uti nec tūm; quando maritus confitetur, le à tertio quodam extraneo dotem recepisse per text. in Novell. 100. cap. si ergo annis 1. §. 1. Andr. Rauchb. dict. quest. 30. num. 12. Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 12. num. 78. & seqq. † Quin, et si confessio mariti juramento fuerit confirmata, non tamen inde efficitur, ut dotti confessatæ tribuendum sit prælationis privilegium, ob suspicionem falsitatis, quæ hoc in casu juramento non probatur. † Tūm, 6 quod juramenti virtus & effectus tertio nequeat præjudicare, c. veritatis. 14. ubi Panorm. n. 3. extr. de jurejur. l. veteris. 13. C. de contr. stipul. † Tūm quod 7 confessio ejusmodi nihil aliud sit, quād donatio inter virum & uxorem, † quād constante matrimonio juramento non robatur; Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 1. n. 116. Joh. Schneidew. ad §. fuerat. 29. instit. de action. n. 66. Ant. Tessaur. decis. 112. Didac. Covarr. lib. 1. var. resol. 7. n. 4. † Licet 8 aliter sentiat & juratæ confessioni mariti jus prælatonis tribuat Andr. Gail. lib. 2. obser. 81. n. 9.*

Ita Domini in causa Barbarae Barthel Geblers Eheweib zu Probscheida/Mens. Jun. A. 1635. (Verba sent. Ob ihr gleich mit eures Mannes Bedürtnis beschleichen könnet/ daß ihr ihm 877. fl. 20. gr. 3. pf. würtzlichen zugebracht/und derselbe euer Ehemann hierüber oder auch ihr solches epdlichen erhalten würdet/ie. So hättet ihr doch dadurch einer Vorgeben/ und die reale illationem, wie recht/nicht erwiesen/noch gebracht/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXXIV.

*Exceptio non soluta dotis, objici potest à Creditoribus mariti, post elapsa tempora, intra qua opponi à marito potuit.*

- T**empus opponendi exceptionem non numeratae dotis, non à tempore dotis illatæ, nec contracti sed dissoluti matrimonii computatur. † Et quidem si intra biennium dissolutum fuerit matrimonium, anni spatium, si post biennium, trium mensium opponendæ huic exceptioni præfinitum est, quo clauso, vel etiam si matrimonium diutius decennio steterit, exceptioni nona numeratae dotis ulterior lapsus non relinquitur. † Sed nocet ejusmodi temporis lapsus marito, ejusve hereditibus ex constitutione Justiniani Imper. in Novell. 100. cap. 1. & c. 2. ubi Jacob. Cujac. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. sit. 10. def. 2. num. 1. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 30. num. 7. † At num etiam Creditoribus? Ita quidem vult Ant. Fab. dict. loc. n. 3. ne scilicet hi plus juris habeant ex per-

persona mariti, quām maritus ipse, contra l. ult. §. 1. ff. ad SCrum Vellej. l. si rem legatam. 6. ff. de except. 5. † postquam placuit, creditoribus exceptionem hanc 6. non nisi ex persona mariti competere. † Quod etiam probant Andr. Gail. lib. 2. observat. 81. n. 20. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 1. num. 19. Jac. 7. Menoch. lib. 3. praf. 13. n. 14. & seq. † Sed loquitur dicit. Novell. 100. tantummodo de marito & ejus heredibus, à quibus tanquam in lucro captando versantibus, non licet inferre ad creditores, qui de da- 8 mno vitando certant, præsertim † quia præscriptio odiosa, Franc. Balb. in tract. de prescript. part. 2. pr. q. 1. n. 1. & seq. adeoque de casu ad casum non exten- denda, cap. odia. 15. de Reg. jur. in 6to l. interpreta- 9 ratione. 42. ff. de pæn. † Non igitur obesse poterit creditoribus præscriptio exceptionis non numeratae dotis. Quin potius mulieribus, etiam tempora exceptionis jamdudum elapsa essent, hisce in provi- 11 nciis per sententiam sæpius injunctum fuisse, † ut dotes revera, & actualiter illatas legitimè compo- barent, testatur Andr. Rauchb. dict. quest. 30. n. 23. 11 † Quod & placet Matth. Wefenb. part. 1. consil. 94. num. 3. & Joh. Schneidew. ad §. fuerat. 29. inst. de action. n. 66. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 65. num. 54. Vincent. Caroc. in tract. de excuss. bonor. part. 1. quest. 10. in pr. n. 24. & seq.

Ita Domini in causa Barbaræ George Heins Eheweibs zu Rudesdorff/Mensl. Jul. Anno 1621. (Verba sent. Hat nun un- ter andern Gläubigern auch des Schuldners Wittib Barbara ihr eingebracht Gut gefordert / derowegen sie allen andern Gläubigern/so kein älter ausdrücklicher Uterpfand auf ihres verstorbenen Mannes Gütern erlanget / fürgezogen werden will/ ic. So ist für allen Dingen/wenn auch gleich die exce- ption non numerata dotis vorlängst præscribiret wäre/ ge- stalten Sachen nach/weil sie nicht mit des Manes Erben/ sondern mit den Creditorebus zu thun hat / solches ihr Ein- bringen anderer Gestalt / dann durch des Mannes Quittung/ und wie recht/entweder durch gerichtlichen Schein oder Zeu- gen darzuthun und zu erweisen schuldig/B. R. W.)

Et in causa Henrici Volkmaris zu Freyberg/Mense Jul. An- no 1636.

#### DEFINIT. LXXV.

*Nou probat mariti confessio dotem illatam, etiam si mulier in supplementum jurare velit.*

1. C<sup>onfessio</sup> mariti dotem numeratam propterea non potest probare, quia hujus testimonium suspectum habetur, adeoque plenum est simulatio- nis & consilii fraudis, l. qui testamentum. 27. ff. de probat. l. cum quis decedens. 37. §. pen. ff. de Legat. 3. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 10. defin. 1. num. 1. 2. † Ergo nec audienda mulier erit, si in supple- mentum jurare velit, quippe quod juramentum supple- tivum locum haud habeat, si non semiplena proba- tio præcesserit, Joach. Mynsing. Cent. 1. observat. 68. n. 5. Bald. in l. C. qui & advers. quos. num. 5. Anton. 3. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 7. † At quomo- 4. do semiplena dici poterit probatio mariti Confes- sio, quæ suspicione non caret, ut modò dixi, † & per unicum testem omni exceptione majorem de- dum perficitur, ut loquitur Justinianus Imp. in l. optimam. 14. in fin. C. de contrab. & comm. stipul. l. 13. 5. C. de testibus. † Et si qua vel minima præsumpto- fit contra testem, vel contra ipsum testimonium, non potest videri semiplena probatio, quæ unum- duntaxat testem habet, arg. cap. 1. de prescript. in- 6to. l. 3. in fin. pr. ff. de testib. Anton. Fab. dict. defin. 4. num. 9.

Ita Domini in causa Benedicti Haselbaums zu Colleda, Mensl. Mayo, Anno 1631. (Verba sent. Dietweil ihr selbsten berichtet/dass eure Ehefrau ihr eingebrachte Gut anderer Gestalt nicht/als durch ihres verstorbenen Mannes bloße Quittung becheinigen mag/xc. So ist daher so dasselbe ihr eingebrachte Carpz. Definit. Vol. L

Gut/wann sie auch das juramentum in supplementum gleich zu schweren erböting wäre/wie sich zu Recht gehört/ nicht er- wiesen/derowegen sie den andern Creditoren keines weges zu præferiren/ ic.

#### DEFINIT. LXXVI.

*Competit tamen privilegium prælationis mulieri in do- te confessatâ, si reliqui etiam Creditores per so- lam confessionem debitoris numer- ationem probent.*

E<sup>T</sup> Si in dote Confessatâ mulier non gaudeat jure prælationis, adeò, ut ne quidem Chirographariis & personalem actionem habentibus præferatur, l. si cui. 15. C. de non numer. pecun. l. assiduis. 12. C. qui potior. in pignor. supr. definit. 72. numer. 3. † haud tamen putandum est, confessionem mariti prorsus inutilē esse mulieri, nec quicquam operari ad effectum prælationis: Quid enim si reliqui credito- res debita sua ex sola mariti confessione vel epochâ confessâ tantummodo probent, nec aliter realem numerationem docere queant? † certè quia hoc ca- su par est conditio dotis & creditorum, meritò dos tanquam favorabilior prævalere debet, arg. l. in am- biguis. 70. ff. de jur. dot. l. 1. ff. solut. matrim. Vincent. Caroc. in tract. de excuss. bonorum. part. 1. quest. 10. num. 16. & seqq. Joh. Schneidew. ad §. fuerat. 29. num. 67. inst. de action. Matth. Coler. de process. exe- cut. part. 3. c. 1. num. 122. Joh. Köppen decif. 28. n. 31. Andr. Gail. l. 2. observat. 81. num. 5. & seq. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 30. num. 24. Joh. Mich. Beu- ther. de jur. pralat. part. 1. cap. 35. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. num. 51. Didac. Covarruv. lib. 1. va- riari. resolut. cap. 7. num. 6. vers. ex premissis colligo. † Quod & procedere existimaverim in bonis para- phernalibus, ita, ut horum nomine mulier ex nuda Confessione mariti posterioribus saltem hypothecariis præferatur, qui nec aliter sua credita, quām per Chirographum debitoris probare possunt juxta tra- dita infra defin. 85.

Ita Domini in eadē causa. (Verba sent. Es wäre denn/ daß die andern Creditoreb ihre Forderungen und würckliches Darlegen anderer Gestalt auch nicht/als durch des Schuld- ners Bekanntnis und Handschrift erweisen und beybringen möchten; Auf den Fall hätte sich bemeldte eure Pflegefrau des juris prælationis auch auf vorgelegte ihres Mannes blosse Quittung wol zu erfreuen/B. R. W.)

Ita in causa Henrici Volkmaris zu Freyberg/Mensl. Jul. Anno 1636. (Verba sent. So ist die Wittib ihr Einbringen an- derer Gestalt / dann durch des Ehemannes Bekanntnis zu er- weisen schuldig. Es wäre dann/dass auch die andern Glä- ubigere zu Bescheinigung ihrer Forderungen nichts als des Schuldners Hand und Siegel vorzulegen hätten/auff solchen Fall wären sie auch von der Wittib andern Beweis zu fo- dern nicht befugt/B. R. W.)

Et in causa Gläubiger zu Leipzig/Mensl. Jan. Anno 1636.

#### DEFINIT. LXXVII.

*Mariti confessio obligat heredes ad restitutionem dotis, etiam si bujus illatio aliter à Vidua non probetur.*

N<sup>E</sup>que etiam heredes mariti defuncti ultra ejus confessionem, aliam & plenioram dotis illatæ probationem à vidua petere valent, si nempe hac non concurrentibus aliis creditoribus, nec de prioritate certantibus, bona illata repetat. † Sed suffi- cit mariti confessio, quæ heredes, tanquam in jus defuncti universum succedentes obligat ad præstati- onem facti sui, † cui contravenire non possunt, l. sum à matre. 14. C. de R. V. l. si quis bâc lege. 3. ff. de serv. export. l. 1. ubi Bartol. C. si mancip. ita fugr. alien. 4. † Non tamen heredibus auferenda est exceptio dotis non numeratae, quam intra tempora jure constituta, non minus ac ipsam defunctus viduæ opponere posse, Novell. 100. cap. 1. & 2. vid. supr. Defin. 74.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es wäre dann/ daß die andern Creditores ihre Forderungen auch nicht anderer Gestalt/als durch des Schuldners blosses Bekanntniß beibringen möchten/oder auch in gegenwärtigem Fall kein concursus Creditorum vorhanden/sondern beweiste eure Pflege./Grau ihr eingebrocht Gut / allein von des verstorbenen Mannes Erben sondern thäte/ic. Auf solchen Fall wird ihr dasselbe von den Erben billich entrichtet/ic.)

## DEFINIT. LXXVIII.

*Gaudet mulier in dote confessata privilegio prælationis, si confessio mariti de receptione dotis antea promissa ex intervallo temporis subsequatur.*

- 1 **E**tsi mariti confessio de dote recepta constante matrimonio facta, si non numeratio intervenit, suspectissima sit, nec creditoribus noceat, *L. 1. & tot. tit. C. de dot. caut. non numer. non tamen id perpetuum est*; † Nam si confessio probabilem causam habeat, ex qua suspicio fraudis queat purgari, nil certè obstat, quo minus etiam doti confessatae privilegium prælationis concessum asseramus. † Accidit hoc, si anteā dos in pactis dotalibus vel aliter promissa, confessio autem dotis recepta ex intervallo temporis subsecuta fuerit. † Nā tūm mulieri ratione dotis confessatae jus prælationis competere, probant per text. in *l. in contractibus. 14. §. quoniam i. vers. id eoque facimus. C. de non num. pec. Didac. Covarruv. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 65 num. 60. Jacob. Cujac. in Novell. 100. sub fin. vers. illud quoque notandum est*; Vincent. Caroc. de excuss. honor. part. 1. quest. 10. num. 3. † modò tempore confessionis non appareat as alienum, cuius intuitu maritus præsumeretur confessio nem fecisse. † Vix enim confessio mariti hoc casu non suspecta censebitur, Covarr. ditt. cap. 7. n. 7.

Ita Domini in causa Christoph von Ruhmeisen zu Baranowitsch hinterlassener dreyer Töchter/contra desselben Creditores zu Eüstria/Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Wärden Klägere/so rummebr in ihrer Mutter Recht getreten/ ihres Vatern Ehe-Verschreibung und Quittung mit A. und B. bemerk't originaliter produciret/ und Bellagte solche recognosciren/Inmassen ihnen zu thun oblieget; So werden elgenden Töchtern/die darinnem beweiste von ihrer Mutter eingebrochte Geld-Kosten aus ihres Vatern Gütern vor den andern Creditoren billich abgestattet/ic.)

## DEFINIT. LXXIX.

*Vel si maritus, dotem non à parentibus uxoris, sed à tertio sibi datam in apoc'hà confessus fuerit.*

- 1 **C**essat quoque suspicio falsitatis, si maritus à tertio quopiam extraneo se dotem recepisse confessus fuerit, nempe quod is, qui ad dotationem obstrictus haud est, simulare quicquam velle non præsumatur. † Adeoque doti confessatae jus prælationis tūm demum denegant Interpp. quando maritus ab uxore, vel ejus parentibus se dotem recepisse confessus est, Salycet. in Autb. sed jam necesse. C. de donat. ant. nupt. Joh. Schneidew. ad S. fuerat. 29. inst. de action. n. 67. vers. secus si censeatur. Hippol. de Mar. fil. singul. 344. Vincent. Caroc. in tractat. de excuss. honorum part. 1. quest. 10. n. 40. & seqq. † Non ignorro equidem, alias indefinite statuere, quod jus prælationis locum non habeat in dote confessata, quantumvis maritus à tertio quopiam se dotem accepisse confessus fuerit, per text. in Novell. 100. cap. 1. §. 1. vers. five pater five alter quispiam pro eis. Matth. Berlich. part. 1. Cancl. 65. num. 48. Didac. Covarruv. lib. 1. variar. resolut. cap. 7. num. 6. Jacob. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præf. 12. num. 78. & seqq. † Sed loquitur ditt. Novell. 100. cap. 1. duntaxat de exceptione, dotis non numeratae, quam ipsi marito non solùm-

contra parentem, sed etiam extraneos, à quibus dotem sibi numeratam fatetur, tribuit. † Ex quo sanè nihil inferendum est ad Creditores, qui confessionem mariti ex sola falsitatis suspicione impugnare conantur.

Ita Domini in causa Caspari Ebbens auff Culau/Mens. Mayo, Anno 1585.

## DEFINIT. LXXX.

*Probatur dotis numeratio ex confessione mariti, accedente unius saltē testis fide digni depositione.*

**V**ides ergo, quod sola falsitatis atque simulationis suspicio probationem dotis numeratae ex confessione mariti annihilet, *arg. l. 27. ff. de probat. l. 37. §. pen. ff. de Leg. 3. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 10. defin. 1. num. 1. in tantum, † ut nec mulier in supplementum jurare volens admittatur, Supr. Defin. 75. At purgata falsitatis suspicione, † confessione mariti nullam prorsus fidem haberi, tantum abest, ut per unius etiam testis jurati depositionem, confessioni mariti correspondentem numerationem dotis plenè probari existimem. † Videtur enim purgata falsitatis suspicio per testis alicujus fide digni assertionem, & efficit favor dotium, ut semiplena saltē probationi, vel confessione mariti vel præsumptione probabili munita plena attribuatur fides. † Nempe, quod publica utilitas exigat, dotes mulierum integras salvasque servari, *l. 1. ff. solut. matrim. Anton. Fab. in Codic. l. 2. tit. 22. Defin. 1. n. 9.* Ex quo etiam illa Dd. assertio provenit. † Quod si vir uxori tanquam dotata alimenta exhibuerit, dos verè numerata inde censeatur, Joh. Campeg. in tractat. de dot. part. 1. quest. 53. num. 2. Jacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 12. num. 22. & seqq. Vincent. Caroc. de excuss. honor. part. 1. quest. 10. num. 27.*

Ita Domini in causa Barbara Hansen Diezens Wittibens contra desselben Creditores zu Döltzsch/Mens. Aug. Anno 1634. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden/dass Diezens Wittibis ihr angegebenes Einbringen der 30. fl. zur Nachdurft erwiesen und bebracht hat/ B. N. B.)

Et in causa Joh. Prambachs zu Quedlinburg/Mens. April. Anno 1635.

## DEFINIT. LXXXI.

*Ad probandam dotis numerationem, fratres uxoris ad testimonium admittuntur.*

**N**on strictè nimis & rigorosè adversus mulierem dotis numerationem probare volentem procedendum est, quippe quod dotis probatio sit favorabilis, *l. 1. ff. solut. matrim. cui succurri æquum est, ne pereat, l. current. 22. ff. de testib. Ant. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 10. Defin. 22. num. 4.* † Quidni ergo fratres uxoris ad testimonium in probanda dote admittentes? Cum nec fratum testimonium uno juris loco prohibitum reperiatur. † Ergo permisum censebitur, *arg. l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. junct. l. quest. 13. ff. de Test.* † Quod nec Dd. inficiantur, modo celsent patria potestas, bonorum communio & cohabitatio, Felin. in cap. literas. 14. num. 4. extr. de præsumpt. Campeg. de testib. reg. 6. in pr. Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 14. Defin. 24. n. 1. Jac. Menoch. lib. 2. præf. 35. n. 4. † Sane quantumvis ex consanguinitate & conjugione æctissimâ sinistra suspicio contra fratres oriatur, ex præstito tamen juramento de veritate dicendâ eam refelli, facillime concesseris, quum nemo immemor salutis æternæ falsum testimonium perhibere censeatur, Mod. Pistor. part. 1. quest. 46. Ant. Corset. sing. 16.

Ita Domini in causa Hansen Brauers Eheweibs contra dasdtes ihres Mannes Glaubigere zu Greyberg/Mens. Mayo Anno

Anno 1630. Würde des Schuldners Eheweib Maria zu Beweisung ihres Einbringens gewisse Articul übergeben / und dieselbe auf eine und andere angegebene Post / daß solche ihrem Ehemann würdlichen zur Mifgitte gebracht und zugestellt worden / richten / so würden die von ihr angegebene Zeugen ihre Brüder darauffeydlichen dillich abgehört / V.R.W.)

DEFINIT. LXXXII.

*Mariti bonis dos illata censetur, eo ipso, quod utriusque, marito & uxori simul fuerit numerata.*

- 1 **N**on raro accidit, ut dos soluta probetur, quam tamen maritus sibi illatam negat: Fieri nempe potuit, ut ipsa uxor dotem receperit, nec tamen 2 bonis mariti intulerit. † Quo certe casu inquisitum esset, mulierem creditoribus mariti præterxi, ut qui revera dorem nunquam accepisset.

*Veluti pronuntiatum memini in causâ Even Jacobi Schröders Wittben zu Scheidvah / Mensa Dec. Anno 1635.*

- 3 Ergò non sufficit, dotis numerationem probari, si non etiam de reali illatione marito facta appareat, ut vel ex sola vocula (eingebrachtem Gute) cui privilegium prælationis b. Constitut. 28. tribuitur, manifestum eit. † Præsumitur autem dos mariti bonis illata, ex eo solo, quod marito & uxori simul adnumerata probetur vel per testes vel per instrumentum 5 epochæ ab utroque conjugi subscriptum; † Cui mulieris persona ideo videtur inserta, ut appareat, mulieris nomine & ad ejus commodum dotem fuisse exsolutam, cuius tamen exactio solius mariti eit, quamdiu constat matrimonium l. doce 9. C. de R. V. l. quamvis 75. ff. de jur. dot. ad quem solum etiam videtur dos pervenisse, tanquam ad potentiores l. si cum dotem 22. §. transgrediamur 12. ff. solut. matrim. ubi Bartol. & Dd. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 6. num. 3. † Idque eo magis verum est, si maritus (ut communiter fieri solet) ad totius dotis restitucionem, se suaque bona in instrumento obligaverit, quia nempe restitutio præsupponit 7 illusionem jam realiter factam, arg. l. cum ei. 42. ff. de legat. 2. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 13. Defin. 6 num. 10.

Ita Domini in causa Curatoris Aunen / George Schublers Wittben zu Dahsen / Mens. April. Anno 1633. (Verba sentent. Das Klägers Pflege-Frau ihr angegebene Einbringen derer 349. fl. II. gr. 1. pf. durch das producire documentum, so von ihr und ihrem Ehe-Manne zugleich unterschrieben, zur Notdurft erwiesen und beigebracht hat / V. R. W.)

DEFINIT. LXXXIII.

*Non competit jus prælationis in dote mulieri, quacum marito communem negotiationem exercens, debita simul contraxit.*

- 1 **N**unquam præferenda est mulier creditoribus si ve anterioribus, sive posterioribus, si in crea-ita mariti consenserit, ac juri prælationis debito modo renunciaverit, de quo infr. p. 2. Constitut. Elector. 16. 2 Defin. 1. 14. & 15. † Multo minus si ipsamet cum creditoribus contraxerit, & debita mariti sua propria fecerit. † Ex quo fit, quod jus prælationis uxori non competit, si unà cum marito communem negotiationem aut cauponiam exercuerit, wann das Weib zu offenen Krähim-Laden oder Markt sitzt / Zettel unterschreibt / oder mit ihrem Manne Wirth / oder Gastshafft hält: † Videntur nempe cum uxore sumul atque marito creditores contraxisse, ideoque denegandum hoc casu ipsi est privilegium prælationis, ne cum ea contrahentes inique decipantur, l. si cum 5. §. pen. ff. de exercit. act. l. plan. 24. ff. pro socio. Bartol. in l. eandem. 9. num. 9. ff. de duobus reis. † Et quia uxor ex negotiatione mariti lucrum & augmentum rei familiaris percipit, pecunia Creditorum in ejus utilitatem versa centetur,

Carpz. Definit. Vol. I.

ac proinde cum marito simul obligata est, Auch. si qua mulier, C. ad Sciam Vellej. l. jure societatis 82. ff. pro socio. Andr. Gail. lib. 2. obs. 90. num. 5. † Accedente præsertim communissimâ totius Germaniae consuetudine, de quâ testatur Joh. Mich. Beuth. de Jur. pral. part. 1. cap. 35. vers. oder aber das Weib. † Planè, de solo debito ratione negotiationis contra. Et hoc accipi velim, secus si maritus extra negotiationem contraxisset ad suam tantummodo utilitatem. † Nec enim tum creditum in communem negotiationem versum est, adeoque nec socia inde obligari potuit, dict. l. jur. societatis. 82. l. nemo ex sociis. 68. ff. pro socio. ut notabiliter docet Andr. Gail. dict. loc.

Ita Domini in causa Petri Sengers Wittben contra desselben Creditores zu Quedlinburg / Mensa April. Anno 1630. (Verba sentent. Da aber dennoch eurem Bericht nach/bemeldete Wittben neben ihrem verstorbenen Ehemanne Zeit währendes Ehestandes öffentlich Handlung getrieben/im Laden gesessen/Waare/welche ihr Haupf-Wirth pro communi negotiatione geschafft/nach Gewicht/Mass und Ellen verkauft/sich also behenders aus alimentaret und erhalten/und was ihr / dem Weibe in einem oder dem andern beliebet/aus dem Rahmen genommen/ie. So ist auch die Witwe wegen ihres eingebrochenen Guts des Juris prælationis zu Schaden und Nachtheil der Gläubiger sich zu gebrauchen nicht berechtigt/ sondern als eine Handels-Frau/ihrer weiblichen Gerechtigkeit/ und eingebrochenen Guts ungehindert die Schulden abzutragen pflichtig / V. R. W.)

DEFINIT. LXXXIV.

*Nec gaudet mulier ratione dotis prælationis privilegio, si sciens & o. jam ante obserato, nuplerit.*

1 **V**igilantibus mulieribus, non negligentibus subvenire voluit privilegio prælationis Imp. Justinianus in l. affiduis. 12. C. qui pot. in pignor. nec præferenda erit mulier dotem repetens reliquo æri alieno, † si ipsius culpa intervenerit, quò minus dotem suam integrum talquamque habeat, quin negligentia & volenti non sit: injurya cap. scienti 27. de reg. Jur. in 6to l. cum donationis 34. C. de transact. l. §. ult. ff. de act. empt. † Quid enim si mulier sciens, prudens. que viro prodigaliter sumptuoto, vel jam antea obserato nuplerit? Videtur certe tum mores mariti approbasse. l. promittendo 41. §. si à debitore 3. ff. de jur. dot. l. inter causas 26. §. abesse 2. ff. mandat. l. si legibus 16. C. de episc. audient. † Adeoque non magis ei succurrendum erit, quam fidejulitori, qui scienter pro homine inope vel prodigo fidem suam interpolavit, cui propterea actio mandati ad liberationem non competit, etiamsi diu fidejussionis nexus fuerit obligatus, l. si creditores. 31. ff. de privil. credit. † Sed Stultitia & levitati suæ expenium ferre debet mulier, quod viro obserato nuplerit, l. si is à quo 3. §. fin. ff. ut in possess. leg. l. ult. vers. his illud quoque C. de sponsal. † Quin & fieri vix potest, ut mulier viro obserato scienter nubens, haud versetur in dolo: Quis ergo tū ei iure prælationis prospectum putaverit? † Siquidem mulieri, quæ dolo malo aliquid fecit, nunquam succurritur, l. cum post mortem 43. §. 1. vers. præterea. ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si. min. se maj. dixer. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 21. defin. 4. n. 3. † ut profecto mulierem prælationis privilegium allegantem hoc casu, non audiendam existimaverim cum Petr Heig. part. 2. quest. 7. num. 59. Andr. Gail. lib. 2. observ. 84. Johan Mich. Beuther. de jur. pralat. part. 1. cap. 35. pag. mibi 59. in fin. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. n. 81. Jason. in l. si confante. 24. n. 170. ff. solut. matr. † Nec contra hoc urgeri potest favor dotis repetendæ. l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. l. 1. & l. 24. ff. solut. matrim.

Hh 2

† Ex

10. Ex quo mulieres defendant, Bartol. in dict. l. 24.  
num. 22. ff. solut. matrim. Panorm. in cap. p. vespas.  
7. num. 15. extr. do donat. int. vir. & uxor. Joh. Frider.  
11. à Sole in tract. de dote quest. 17. † Quos in pronunciando fecuta i. Facultas Juridica Lipsiensis Mens.  
12 Decemb. Anno 1632. † Quia favor non attenditur,  
quando mulier in dolo versatur, arg. dict. l. 43. §. 1.  
ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor. dolose  
verò agere mulierem, si in præjudicium creditorum  
dotem viro obærato scienter inferat, ecquis du-  
bitaverit? † Nec obstat porrè, si dicere velis, pri-  
vilegium prælationis hoc casu mulieri propterea  
non esse denegandum, quod huic expreße haud re-  
nunciaverit, arg. l. ult. C. de indic. viduit. tollend. l.  
29. C. de jur. dor. l. affiduis. 12. C. qui por. in pign.  
14. † Cum certè nullà opus sit renunciatione in casu,  
quo privilegium non competit, puta si mulier frau-  
dulenter nupserit viro obærato, cui beneficium  
prælationis propterea deniegatur, † quia in dolo ver-  
santibus nunquam est succurrendum, dict. l. 43. §. 1.  
ff. de administr. tutor. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si  
15 min. semaj. dix. Ant. Fab. dict. defin. C. n. 3. † Quid  
etiam, si mulier in dote repetendà negligens fuerit,  
& cum bona mariti defuncti administrans, dotem  
sibi solvere potuerit, hoc non fecerit, neque eam  
16 ab heredibus mariti petierit? † Et tum sibi in hy-  
potheca ac jure prælationis mulier præjudicasse  
censembitur, nec bona, præsertim si ad tertium posses-  
forem pervenerint, recuperare valebit; l. ait pre-  
tor. 3. post. pr. ff. de neg. gest. Vident. Caroc. in tract.  
de excuss. honor. part. 2. quest. 65. num. 19. Matth.  
Berlich. part. 1. concl. 65. num. 78. & num. 83. Con-  
trarium, si modo fraus absit, decisum est in Decis.  
Noviss. 6.

Ita Domini in causa Margarethen Hansen Præschmann E.  
heweibes contra George Körichen zu Elodra/Mensl. Junio, An-  
no 1630. ( Verba sent. Daraus so viel zu befinden/dass beflag-  
ter Klägers Pflege/Frauen ihres Einbringens/so viel sie ihrem  
Manne würcklichen zu und einbracht / wofern derselbe nicht  
mehr solvendo ist/vor allen andern Gläubigern zu befriedigen  
schuldig/er könnte denn/wie recht / darthun und beybringen/  
dass sie gar wohl gewußt/ welcher Gestalt ihr Ehemann / als er  
an ihr gefriehen/altbereit mit viel Schulden beschweret gewe-  
sen/und doch nichts weniger ihme die Ehe versprochen / und  
das Ehegeld würcklichen zugewendet hätte. Auf den Fall  
hätte sie sich des juris prioritatis vor andern Gläubigern nicht  
zu erfreuen/B. R. W.)

## DEFINIT. LXXXV.

*Vel si culpâ mulieris maritus ad inopiam per-  
venierit.*

1. Quid etiam, si mulieris culpâ, puta ob luxuriam,  
aut malam rei familiaris administrationem ma-  
ritum ad inopiam pervenisse probari possit? † Mini-  
mè gentium tum mulieri dotem repetenti succur-  
rendum erit prælationis jure, sed imputet hæc sibi,  
quod dotem ipsam consumperit. Non enim igno-  
sci solet illi, † qui se sponte in necessitatem aliquam  
conjecit, & frustra autor Calamitatis suæ auxilium  
legis implorat, l. nemo videtur 145. ff. de reg. jur.  
Petr. Heig. part. 2. quest. 7. num. 57. Matth. Berlich.  
part. 1. concl. 65. num. 80. Reinh. Rosa in addit. ad  
Dan. Moller. b/c num. 63.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Er könnte dann/  
wie recht / darthun und beybringen/dass sie/das Weib / gar  
wohl gewußt/welcher Gestalt ihr Ehemann / als er an ihr ge-  
frieten/altbereit mit vielen Schulden beschweret gewesen/und  
doch nichts weniger ihme die Ehe versprochen / und das Ehe-  
geld würcklichen zugewendet hätte / oder auch dass sie gedach-  
tes ihres Mannes Gut lieberlichen durchbringen und verzeh-  
ren helfen/auff den Fall hätte sie sich des juris prioritatis vor  
andern Gläubigern nicht zu erfreuen/B. R. W.)

## DEFINIT. LXXXVI.

*Ratione bonorum paraphernalium mulieribus com-  
petit saltem jus tacita hypotheca, non etiam  
prælationis privilegium.*

Errant omnino, qui omnibus indifferenter bo-  
nis ab uxore marito illatis privilegium prælatio-  
nis assignant, inter quos etiam est Matth. Wesenb. in  
addit. ad Johann. Schneidewin. §. est & aliud ult.  
inst. de donat. num. 6. sub liter. E. Matth. Coler.  
part. 1. decis. 57. num. 3. & 4. † Etenim, solummo-  
dò dotibus subvenire voluit Imp. Justinianus in l. af-  
fiduis. 12. C. qui patior. in pignor. quippe quas salvas  
integrasque servari, publicitus interest, l. 1. ff. so-  
lut. matrim. Neutiquam igitur privilegium hoc  
dotis ad bona paraphernalia extendendum erit.  
† Nec horum ratione mulier anterioribus tacitis  
hypothecis præferri debet, quantumvis concederim,  
jus tacitæ saltem hypothecæ etiam quoad bona para-  
phernalia mulieri competere, cujus vigore posteri-  
oribus creditoribus sive expressis sive tacitis præfe-  
renda est, prout diserte sancitum ab Electore Illustri-  
simo in Ordin. process. judic. tit. 43. §. Was aber die  
Eheweiber. † Non ergo est, quod multum labore-  
mus de vocula (eingebrachte Gut) cui prælationis  
privilegium tribuitur b. Constit. 28. in pr. ex quo di-  
cendum videbatur omnibus indifferenter bonis illa-  
tis jus prælationis datum fuisse à Constituente Illu-  
strissimo; † Siquidem per verbum illud bona saltem  
dotalia denotari, manifestissimum est ex dict. tit. 43.  
in pr. junct. §. was aber die Eheweiber & ex Constit.  
25. sub fin. vers. Ihre Mitgift part. 2. † Veluti etiam  
vocabula hæc duo Mitgift und Einbringen in foro  
Saxonico pro eodem reputari solent. Constitut. E-  
lect. 16. & 24. in verb. Mitgift und Einbringen. part.  
2. Dan. Moller. b/c num. 37. & ibi Reinh. Rosa in ad-  
dit. Frieder Pensold. in addit. ad Coler. part. 2. decis.  
270. num. 16. Andr. Rauchb. part. 1. quaest. 34. num. 43.  
& seqq. Andr. Gail. lib. 2. observat. 94. num. 10. Joh.  
Mich. Beuth. de jur. præl. part. 1. cap. 35. Joh. Köppen  
Decis. 28. num. 3. Johan. Schneidew. ad §. fuerat. 29.  
inst. de action. num. 37. † Planè si bona parapherna-  
lia etiamnum extent, nec consumpta fuerint, quin,  
uxori præ omnibus aliis creditoribus restitui debe-  
ant, dubium prorsus non est, dict. tit. 43. §. was aber  
die Eheweiber vers. Es wäre dann / non quidem ex  
privilegio prælationis; † Sed dominii jure, quo re-  
petens bona sua præfertur etiam privilegiatis, ut  
mercedi famulorum & sumptibus funebribus &c. de  
quo dixi Supr. Defin. 13. Ordin. process. jud. tit. 42.  
in pr. vers. dergleichen wann etwa ein Weib.

Ita Domini in causa Susanna B. S. Eheweibis zu Leipzig/  
Mensl. April. Anno 1567. ( Verba sent. Habe ihr eurem Ehe-  
mann 4000. fl. Mitgift zugebracht/ auch in stehender Ehe  
vor euren Geschwistern 2000. fl. ererbet / welche euer Haus-  
wirth auch zu seinen Händen empfangen/ und an seinen Nutz  
gewendet/ic. So gehüren euch nach bezahltem Liedlohn/  
Schöß/Steuer und Erbgeldern/vor allen andern Gläubigern/  
welche nicht ältere ausdrücklicher Verpfändung haben / aus  
euers Mannes Gütern die 4000. fl. eingebrachte Ehegeld bil-  
lich. Und ob gleich der ererbeten 2000. fl. halben eures E-  
hemannes Gütere euch gleichfalls heimlichen verpfändet  
stehen/ so habt ihr doch derselben wegen kein jus prælationis,  
jedoch verblebet euch das jus retencionis, bis so lange ihr des  
eureigen vergnüget/in eures Haushwirths Gütern nicht anbil-  
lich/ic.)

Ec in causa Hansen George von Stengsch/Mensl. Jul. Anno  
1632. ( Verba sent. So wird sie ihres Ehegeldes vor allen an-  
dern Gläubigern/so kein älter ausdrücklicher Unterpfand in  
ihres Mannes Gütern überkommen / des paraphernal. Guts  
aber unter den hypothecarien in der Ordnung/ wie sie ihr still-  
schweigend Unterpfand erlanget/billich befriediget / u.)

## DEFINIT. LXXXVII.

*Vocabulā (Heyrath's. Gut) dotalia saltem bona, non etiam paraphernalia significantur & quenam ita dicantur?*

- 1 **S**olis ergo bonis dotalibus privilegium prælatio-nis concessum est, non etiam paraphernalibus, Defin. *preced.* ex quo insignis horum bonorum re-sultat differentia, cui & hanc addo; Quod inter-cessio uxoris pro marito juratam requirat renun-ciationem quoad bona dotalia, cum tamen simplex sufficiat renunciatio absque juramento in bonis pa-raphernalibus, de quā differentiā dicam *infra. part. 2.*
- 2 **3** Constit. Elect. 16. Defin. 1. & 9. † Quenam igitur sunt bona dotalia, quæ itidem paraphernalia? sanè in dubio bona mulieris non dotalia, sed paraphernalia censi-fantur omnes, quos allegatos Vide *infra. dict. Conſt. 16. Defin. 10. Dan. Moll. bic n. 38. & seqq.*
- 4 **4** Vel solum propterea, quod dotis constitutio sit fa-feti, perinde ac cæteri contractus & traditio quælibet, *l. consilio. 7. §. ult. ff. de curat. furios. junct. l. 1. C. 5 de dot. caus.* † Quare non præsumenda sed proban-da erit, *l. 2. ff. de probat. Ant. Fab. in Cod. l. 5. tit. 7. Defin. 18. num. 2.* Probabitur autem dotis consti-tutio, si de mente contrahentium appareat, vel cer-ta saltem tempore contracti matrimonii fuerit inita convenio, quantumvis absque dotis mentione; omnia enim tūm bona illata censemuntur dotalia secundum tradita Hartm. Pistor. *observat. 46. num. 6. 2.* † Idemque dicendum, si minima etiam consti-tutio dotis emergat præsumptio, ut si ex parte mu-lieris traditio vera intercesserit, *Ant. Fab. dict. defin. 7. 18. num. 5.* † Vel, si bona legata fuerint mulieri, ut ipſi solverentur, cum nuberet, aut ut essent in do-tēm *l. Tilio centum 71. §. Tisiogeneroz. ff. de condit.*
- 8 **8** & demonstr. Quò & refero: † Si bona marito fue-rint illata sub vocabula, ( Heyrath's. Gut) quā ex con-suetudine Germaniæ significantur solummodo do-talia, non etiam paraphernalia bona; Præsumuntur ergo contrahentes obser-vasse, quæ moris sunt *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. ff. de adil. edit. & l. ult. 9 C. de fidejuss.* † Nimirum, utcunque dotis constitu-endæ animus quæratur, conjectura potest admitti, arg. *l. si ego 9. §. ult. ff. de jur. l. dotem. 30. ff. cod. sit. Hartm. Pistor. dict. observ. 46. num. 11. & seqq.*

Ita Domini in causa Josephi Dorsens zu Leipzig / Mens. Septembr. Anno 1577. ( Verba sent. Ob gleich unter dem Worte Heyrath's. Gut alleine das Ehe-Geld und nicht die Pa-raphernalien / oder was die Frau sonst ihrem Manne zu-bracht/zu verstehen; So wird doch des Schuldners Weib in Zahlung der Paraphernalien / von ihres Mannes unbewegli-chen Gütern/denjenigen Gläubigern/so ohne Zeugen/und ge-bührliche solennitäten eine ältere Pfands-Verschreibung er-langer/billlich vorgezogen/ V. R. W.)

Et in causa Richardi Sieghards zu Annaberg/Mens. Janua-rio Anno 1634. ( Verba sent. Ob nun wohl berührt Renun-ciatio bei dem Worte der ewigen Wahrheit vor einem cörperli-chen End nicht zu achten/noch desselben Kraft und Würkung haben. Dieweil aber dennoch das Weib die Güter/ so sie wiederföder/ihrer Ehemanne nicht als Ehe-Geld oder Hey-rath's. Gut zubrachte/sondern erst nach ihrer Eltern Absterben ererbet/und ihm zugewendet/die Chur-Fürstliche Sächsische Conſtitution aber, die Endliche Renunciation allein in rebus dotalibus & in donationem propter nuptias constitutio erfor-dert/ic. So ist auch die von Abraham Angers Eheweib be-schene Renunciation zu recht beständig/und sie mag mit ih-ren eingebrochenen Gütern euch in der Zahlung nicht vorgezo-gen werden/V. R. W.)

## DEFINIT. LXXXIX.

*Dona nuptialia pro bonis dotalibus habentur, adeo-que in repetitione partis dimidie utor gan-det privilegio prelationis.*

**Q**uæcumque bona tempore contracti matrimo-nii à sponsa vel uxore afferuntur, dotalia ha-bentur, juxta tradita Hartman. Pistor. *observat. 46. num. 2. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 18. † Quasi nuptiarum sola mentio atque tempus præ-sumptionem dotis constitutæ inducat, quippe quæ conjecturis etiam probatur, arg. *l. si ego 9. §. ult. l. dotem. 30. ff. de jur. dot.* † Quidni ergo dona Nu-ptialia ( das Hochzeit-Geschenke ) marito tempore nuptiarum illata pro dotalibus haberentur? Cui porrò consequens est, † Uxorem partem dimidiam donorum Nuptialium una cum bonis dotalibus re-liquis repetentem ex constitut. Elect. 22. p. 3. libi vid. Defin. 9. omnibus aliis creditoribus, qui ex-preßam anteriorem hypothecam non habent præferendam esse b. Conſt. 28. Supr. Defin. 63. prout recte sentit Matth. Berlich. part. 1. concl. 32. num. 16. † Idque eo minus dubium habet, si dona nuptialia in dotem expreßæ fuerint data, ut ſepius fieri ſolet, perinde ut impensæ nuptiales quandoque in do-tēm imputantur ex conventione inter sponsum, & ſocerum, vel ſponsam inita, quo caſu etiam impen-sis nuptialibus in repetitione jus prioritatis indul-gendum, non dubitaverim, *Vid. infra. Conſt. Elect. 11. p. 3. Defin. 21.**

Ita Domini in causa Margarethen Ludwigs zu Görlitz/Mens. Majo 1587. ( Verba sent. Da euers Chemanns Gläubiger in seinen Gütern nicht ältere ausdrückliche Verpfändung oder ſonsten bessere Gerechtigkeit erlanget hätten/ic. So würde euch vor denselben euer eingebaucht Gut zusamm mit dem halben Hochzeit-Geschenke/so viel ihr dessen/ wie recht liquidiren möchten/billich bezahlet / V. R. W.)

Et in causa Georgii Alsdorffis Wittiben contra duffelben Gläubiger zu Frankfurt an der Oder / Mens. Decembr. Anno 1634.

## DEFINIT. LXXXIX.

*Bona aliundæ per hereditatem acquisita & marito illata, non dotalia sunt, sed para-ternalia.*

**E**xtra causam dotis, quæ post matrimonium con-tractum mariti bonis inferuntur, si nulla dotis constituendæ præsumtio vel conjectura appareat, nec de eo quicquam dictum fuerit, procul dubio ha-bentur pro paraphernalibus, non dotalibus. † Veluti, si per hereditatem uxori fuerint acquisita; † Nem-pe, quod in dubio bona ſint paraphernalia, non do-talia, Andr. Gail. lib. 2. *observ. 82. Dan. Moller. bic num. 38. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. Defin. 18. num. 1. Hartm. Pistor. observ. 40. n. 5. & 6.* † Nec refert, an tempore contracti matrimonii dos in bo-nis aliis fuerit constituta nec ne, cum nihil prohibeat, matrimonium eſſe sine dote *l. 3. ff. de jur. dot.* † Quantumvis dotis datio ſit de ſolennitate ma-trrimonii, *l. aut. C. de donat. aut. nupt. Nicol. Boer. Decif. 22. num. 2.*

Ita Domini in causa Elisabethen vidua Hansen Frobergers zu Droyßig/Mens. Mart. Anno 1634.

## DEFINIT. XC.

*Uxor repetens pecuniam, quam mutuò dederat mari-to, nec hypothecarii, nec Chirographarii prefereunt.*

**Q**uid vero, si mulier à marito obearato ejusve heredibus repeatet pecuniam, quam antea ipſi mutuò dederat? Finge mulierem nubentem quædam ſibi bona reservare, quod certe ipsam facere potuisse vel ſaltem ex conventione cum marito ini-ta, dubitandum non eſt: † De hisce ſi quid vendi-derit, pecuniamque inde redactam marito mutuò dederit, haud jus tacitæ hypothecæ uxori compete-re

re dixerim, tantum nimirum abest, ut jus prælationis hoc nomine ei concellerim. † Neque enim paraphernalia dicuntur, quæ marito administranda non commisit; Ex quo ipso satis manifestum redditur, jus tacitæ hypothecæ atque prælationis in bonis iis cessare, ut bene advertit Hartman. Pistor. ob-  
servat. 110. num. 2. † Ergo si repeatat uxor mutuò data, pro Chirographariâ habenda, nec reliquis ullo jure præferenda erit, sanciente verbis disertis Elec-  
tore Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 43. §.  
Was aber die Ehemänner, vers. da sic ab eis ihren Ehe-  
männern.

Ita Domini in causa Joachimi Windelmanns zu Dresden/ Mensl Mario, Anno 1597. (Verba sent. Was aber bemeldte Frau ihrem Manne zu Erkaufung seines Hauses/ und zu Er- legung der Erbgelder gelichen und vorgefagt / solches ist vor eingebracht Gut nicht zu achten/ sondern sie wird dessen gleich den andern Chirographariis befriediget/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XCL

*Ratione donationis propter nuptias, si mulier de by-  
potbeca expressâ sibi non prospexerit, inter chi-  
rographarios Creditores referenda  
est.*

1 **S**i mulier ratione donationis propter nuptias sibi de expressâ hypotheca prospexerit, quin a tem-  
pore constitutæ hypothecæ jus prælationis nanciscatur, & pro credi rice hypothecaria habeatur, dubi-  
tandum non eit, Ordin. process. judic. Elect. Saxon.  
tit. 43. §. So wollen wir. vers. Es wäre dann ein  
2 Weib. † At quid, si hypotheca mulieri constire non  
fit? Tantum abest, ullum jus prælationis tum uxori  
competere, ut nec jus tacitæ hypothecæ in fore  
Saxon. dona. ion. propter nuptias concedendum  
existimem, cum Matth. Welenb. part. 1. consil. 50.  
num. 17. Joh. Schneidew. ad §. fuerat 29. num. 62.  
inst. de action. Reinh. Rosa ad Dan. Moller. b. c. num.  
3 60. † Ne scilicet uxori lucrum quærenti creditores  
4 de damno vitando certantes postponamus † Quod  
& placuit Serenissimo Domino Electori, dict. tit. 43.  
Ordin. process. judic. §. So wollen wir. vers. die  
5 sonst keine Verpfändung haben/ ic. † Cessante ergo  
jure pariter tacitæ hypothecæ atque prælationis,  
ratione donationis propter nuptias, inter nudos  
Chirographarios uxorem referri expeditum est b.  
Const. 28. vers. zu dem Gegen- Vermächtniß aber,  
6 dict. tit. 43. §. So wollen wir. † Quamvis non igno-  
rem, de jure civili plenius consultum esse mulieribus  
in donatione propter nuptias, cuius nomine tacitam  
habent hypothecam in bonis mariti, licet absque  
privilegio prælationis, l. assidus. 12. §. hoc autem 2.  
C. qui posterior. in pignor. Joh. Schneidew. dict. loc. num.  
36. & 60. Henning. Göden. consil. 100. n. 6. & seq.

Ita Domini in causa Georgii à Stentzsch. Mensl. Jul. Anno 1632. (Verba sentent. Wegen des Gegenvermächtniß aber/ wofern die Wittbe keine sonderbare hypothecam erlanget/ wird sie unter die Chirographarien gesetzt/ und der Ordnung nach billich befriedigt/ ic.

Item in causa Abrahami Lauenß zu Adorff/Mensl. Febr. An-  
no 1598.

Et in causa Henrici Christophori Eberhardi à Klitzschen,  
Mensl Decembr. Anno 1597.

#### DEFINIT. XCII.

*Liberi prioris matrimonii preferuntur in legitimâ pa-  
terna Novarce, donationem propter nuptias  
petenti.*

1 **N**on infiior equidem, liberos ex bonis parentum  
legitimam petere haud posse, priusquam omnibus  
Creditoribus satisfactum, æisque alienum solu-  
tum fuerit, l. Papinius. 8. §. quartag. ubi Dd. ff. de  
inoff. testam. Bald. in l. ult. §. in computatione. 9. C.

de jur. deliber. Matth. Welenb. part. 1. consil. 50. n.  
30. Dan. Moll. ad Conf. Elect. 20. part. n. 45. † Ergo 2  
nec matri ex promissione mariti donationem pro-  
pter nuptias petenti hi erunt præferendi in legitimi-  
mâ, maxime cum factum & promissionem patris  
præstare obstricti sint, l. cum à matre 14. C. de R. V.  
l. si quis hâc lege 3. ff. de serv. export. † Alia est ra-  
3 tio, si uxor secundi matrimonii donationem pro-  
pter nuptias petat, cui propterea liberi prioris ma-  
trimonii præferuntur, quia iis jam existentibus, pa-  
ter ad secunda transiens vota, in pactis dotalibus  
quoad legitimam haud potuit præjudicare. † Non 4  
enim per pacta dotalia liberos prioris matrimonii in  
legitimâ defraudare licet, nec pacta dotalia pro èa  
parte, quâ liberis ratione legitimæ aliquid detra-  
ctum est, subsistunt, l. si constante 19. C. de donat. ant.  
nupt. in fin. Matth. Coler consil. 59. n. 5. & part. 2. De-  
cisi. 288. n. 1. Henning. Göden. consil. 99. n. 28. † Eate. 5  
nus scilicet potestas parentum disponendi de bonis  
suis restricta est, ut legitimam de bonis omnibus,  
quæ tempore mortis habent, liberis relinquere tene-  
antur, l. cum quaritur 6. l. parentibus & l. omnimodo  
30. C. de inoff. testam.

Ita Domini in causa Jacobi Hermans zu Leipzig / Mensl.  
Octobr. Anno 1584. (Verba sent. So wird den Kindern er-  
ster Ehe ihre väterliche Legitima vor dem Wittben Gegen-  
Vermächtniß billich entrichtet/ B. R. W.)

Et in causa Hansen und Zacharia Pfingstgers zu Leipzig/  
Mensl. Octobr. Anno 1584. (Verba sent. So wird von sol-  
chem Gelde seinen Kindern erster Ehe / vor dem Gegen-Ver-  
mächtniß seines Ehetweibes/ ihre väterliche Legitima, so di-  
fals der halbe Theil ist/billich entrichtet/ und vergnüget / B.  
R. W.)

#### DEFINIT. XCIII.

*In dotalitio perinde atque in dote uxor munita est juro  
tacita hypotheca, ac prælationis privilegio, ma-  
rito etiam adhuc vivo, sed non sol-  
vendo existente.*

**R**atione donationis propter nuptias mulier in-  
tiro Saxonico, nec tacitam hypothecam nec  
prælationis privilegium habet in bonis mariti, Supr.  
Defin. 91. † At quid juris in dotalitio per universam 2  
penè Germaniam, imprimis verò in terris Saxoniciis,  
inter Nobiles præsertim longissimo usu introducto;  
(zu dem Leibgedinge oder Leibjucht) quod vir uxori  
ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut eo vi-  
dua facta ad dies vita utatur fruatur, Hartm. Pif. p.  
1. quest. 4. in pr. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 47. n.  
21. † Species certè hoc est donationis propter nu-  
ptias, ut dicam infra part. 2. Const. Elect. 42. Defin.  
2. Henr. Bocer. de donat. c. 11. num. 2. † Quidni er-  
gò in dotalitio idem quod in donatione propter nu-  
ptias obtinere putabimus? sed ratio inter hæc duo  
diversissima existit, † In donatione siquidem pro-  
pter nuptias salva manet dos uxor, in cuius asse-  
curationem donatio propter nuptias constituta  
est, l. ult. vers. sancimus. C. de donat. ant. nupt. Vid.  
infra. Constitut. Elect. 42. p. 2. Defin. 1. Fieri ergo  
vix potest, ut mulier petens donationem propter  
nuptias non certet de luero captando. † Ast per do-  
talitium dos in totum absorbetur, dict. Consta-  
titut. Elector. 42. p. 2. & ibi Defin. 3. Hartman.  
Pistor. dict. quest. 4. num. 20. Matth. Coler. part. 1.  
Decisi. 57. & Decisi. 60. num. 12. Rauchb. part. 1. quest.  
30. num. 22. Perditio itaque dotalitio, nec de dote  
uxor secura esse potest. † Quare hoc casu, quo de 7  
solo damno vitando agit uxor, oramind ei prospici-  
endum est per tacitam hypothecâ & jus prælationis,  
quod cum ratione dotis competit mulieri, Supr. Def.  
64. Cur non etiâ competenter ratione dotalitii, quod  
detis loco surrogatum est, ut preinde de hec aquissi-  
me

<sup>8</sup> mē idem feratur judicium, dict. Const. 42. p. 2. Wēsenb. part. 1. consil. 50. n. 47. † Accedente observantia fori Saxonici, fundatā in lib. 1. Landr. art. 21. & art. 31. hāc Const. 28. in fin. pr. Jedoch was der Leibgedinge halben verordnet / ubi Dan. Moller. num. 61. Andr. Rauchb. part. 1. quæst. 30. num. 17. Henning. Göden. consil. 99. Wesenb. dict. consil. 50. num. 27. <sup>9</sup> † Quam observantiam quoque haud obscurè approbavit Illustrissimus Saxo in Ordin. process. judic. tit. 43. §. So wollen wir / in fin. vers. Also auch / wann eis nem Eheweib ein Leibgedinge beständiglich verordnet / wird sie bey demselben / und wie es bisher damit in unsfern Landen gehalten worden / auch nicht unbillig gelassen. <sup>10</sup> † Nolo tamen hoc aliter accipi, quam si modulus legitimus secundum æqualitatem nimirum dotti in dotalitio constituendo fuerit observatus, de quo dicam infra part. 2. Const. Elect. 42. Defin. 2. <sup>11</sup> † Nam quatenus modum excedit, non nocet Feudi successoribus, multò minus in eo mulier jus prælationis aut hypothecæ prætendere poterit, Vid. dict. Const. 42. Defin. Hartm. Pistor. dict. quæst. 4. num. 4. <sup>12</sup> & seqq. † Cæterum, quando in dotalitio jus tacitæ hypothecæ & prælationis incipiat, dicam infra p. 2. Const. Elect. 24. Defin. 2.

Ita Domini in causa Barbaræ, Abrahams von Maltzehens Eheweibs/Mens. Febr. Anno 1580. (Verba sent. Hat euch euer Chemann gegen 700. fl. euers Einbringens mit 70. fl. Jährlicher Leibzins nach seinem Absterben verschen; ist nun gedachter euer Chemann dermaßen in Schulden und Unvermögen gerathen/dass er seine Gütere zu Befriedigung seiner Gläubiger verkauffen müssen/ie. So werden euch jährlichen die 70. fl./ ungeachtet dass die Güter zu gänglicher Abfindung der Gläubiger nichtzureichen / auch dass euer Chemann noch zur Zeit nicht mit Tode abgangen/aus ermordeten Gütern/vor andern seinen Gläubigern/ welche keine ältere ausdrückliche Verpfändung und besser Recht darinnen erlanget/ billig folget/B. R. W.

Et in causa VVolfgangi VVilhelmi von der Mustell Mens. April. Anno 1600.

#### DEFINIT. XCIV.

*Uxori Morgengabam & cibaria domesticā pertinet omnes indifferenter Creditores etiam nudi Chirographarii preferuntur.*

<sup>1</sup> Cum vidua ex bonis mariti defuncti geradam proprio jure capiat; de cā certè tanquam de bonis suis propriis; ne quidem in subsidium creditoribus mariti satisfacere tenetur; ut multis probatum dedi infra part. 2. Constit. Elector. 14. Defin. 61. <sup>2</sup> † Quid ergo obstat, quod minus geradam petens tanquam res proprias in bonis mariti existentes, omnibus omnino Creditoribus etiam privilegiatis, ut mercedi famulorum & expensis funebribus, præfatur, juxta tradita Supr. defin. 13. † De quo ut minus dubitetur, in vinciis Electoratus Saxon. manifesta extat Sanctio Electoralis in Ordin. process. judic. tit. 43. §. und die weil hierben, vers. So lassen wir geschehen. <sup>4</sup> † Alia verò est ratio Morgengabæ & cibariorum domesticorum, quæ mulier solo titulo lucrative ex hereditate mariti capit. † Ex quo inquisitum esset, eam hoc nomine creditoribus ex causa onerosa, atque ita de solo damno vitando certantibus præferri, l. ult. §. fin. verò s. sub fin. C. de jur. delib. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quæst. 32. n. 16. Frider. Pensold. in addit. ad Marth. Coler. part. 2. <sup>6</sup> Decis. 286. n. 194. † Quin potius de Morgengabâ & cibariis domesticis in subsidium æ alienum exsolendum erit, ut pluribus docui infra part. 3. Constitut. Elect. 36. Defin. 9. † Cui omnino consequens est, marito sive defuncto, sive adhuc vivo, haud solvendo tamen existente, omnes indifferenter Creditores et-

iam nudos Chirographarios uxori in Morgengabâ & cibariis domesticis præferri. † Quod & voluit Saxo illustrissimus, dict. tit. 43. §. Und weil hierben, vers. Aber die Morgengabe/ie. Limitationem vide in Dec. Elect. nov. 72.

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Stenzsch/Mens. Jul. A. 1631. (Verba sent. Aber der Morgengabe u. des Brüderheils ist sich die Witwe/ ehe und zuvor alle Gläubiger auch die Chirographarien bezahlt/ anzumassen nicht befugt/B. R. W.)

#### DEFINIT. XCV.

*Prelationis privilegium in dote soli uxori competit, non etiam heredibus collateralibus, vel ascendentibus, nec ab uxore alii potest cedi.*

Prelationis privilegium in dote mulieris procul dubio personalissimum est, ex Constitutione Imp. Justiniani, in L. assiduis. 12. C. qui potior in pignor. † Ergo in heredes extraneos, collaterales, vel ascendentibus non transmittitur, L. privilegia. 196 ff. de Reg. jur. l. 12. & 13. ff. solut. matrim. † Nam ubi persona locum facit beneficio, deficiente eā, deficit quoque beneficium, l. in omnibus. 68. ff. de Reg. Jur. Anton. Fab. 8. conject. 13. † Quod & manifeste probant text. in Novell. 91. in pr. & l. un. C. de privil. dot. † Solius enim mulieris providentiæ privilegium hoc inductum est §. fuerat 29. inst. de action. quo ipso heredes mulieris excluduntur arg. l. admonendi. 31. in verb. quibus nunc solis. ff. de jurejur. Jason. in l. 1. ff. solut. matr. num. 17. & seqq. Joh. Schneidew. ad §. fuerat. 29. inst. de action. num. 68. & seq. Jacob. Cujac. in pat. C. de priv. dot. † Cui porrò consequens est, nec extraneo, nec heredibus collateralibus vel ascendentibus jus hoc prælationis à muliere cedi posse, quia cesibilia haud sunt, quæ non transeunt ad heredes L. ex pluribus. 42. ff. de admin. & peric. tutor. Joh. Schneidewin. dict. §. fuerat. 29. inst. de action. n. 70. † Non igitur licet contra cessionem hanc argumentari à beneficio restitutionis in integrum, quod minor alii cedere valet l. quod si minor. 24. ff. de minor. † quia beneficium istud ad heredes transmittitur, l. non solum. 6. ff. de in integr. restit. l. 3. §. 9. l. minor. l. 18. §. ult. ff. de minor. l. ex personā 4. C. de tempor. in integr. restit. † Nec à filio, qui per cessionem jus suum transferre potest, l. ult. C. de privil. fisci ad prælationis privilegium mulieri competens recte infertur; † quia & fiscus jus suum certo respectu ad heredes transmittit, nempè ad novos principes & magistratus, ex quorum personis sustinetur; Nihil enim aliud sunt novi illi magistratus & principes in locum demortuorum substituti quæ fisci heredes l. propriebatur. 76. ff. de judic. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. num. 108. Neguz. dict. membr. 4. num. 107. Menoch. lib. 4. presumpt. 189. n. 42. & seqq.

Ita Domini in causa Jacobi Diezens Wittben zum Hohenstein / Mens. Febr. Anno 1631. (Verba sent. Und nachdem sich zu gedachtes verstorbenen Bürgermeisters Söhnen ein Concursus Creditorum ereignet / hat sich unter andern auch seines Weibes (so nach ihm/dem Chemann/mit Tode gleichfalls abgegangen) Mutter Jacob Diezens Wittbe angebet und ihre Tochter Eindringen gefordert; Ob sie nun wol dasselbe zur Notdurft beschleuniger / und bebracht/ ie. So hat sie sich doch dahero der Erstigkeit und juris prælationis ( so ihrer verstorbenen Tochter in ihres Mannes Gütern ihres Einbringens wegen vor allen andern Gläubigern/so kein älter ausdrückliches Unterpfand erlanget/ zugestanden/ ) mit Recht nicht anzumassen/B. R. W.)

Et in causa Blasii Geiers zu Zwicker zu Mens. Mart. Anno 1634.

#### DEFINIT. XCVI.

*Liberitatem, aliquæ heredes descendentes, in dote materna, jure prælationis aquæ gaudent.*

At,

**A**T, quid juris in liberis aliisque heredibus? Certè  
1 veniant & hi nomine heredum, ex quo dieen-  
2 dum videtur, † non magis privilegiura prælationis  
iis competere, quām reliquis heredibus, sive sint  
ascendentes, sive collaterales, juxta tradita Definit.  
3 precedent. † Quam sententiam etiam multis propu-  
gnat Anton. Fab. lib. 8. conjett. 13. in primis verò ur-  
get, solius mulieris providentia privilegium præla-  
tionis inductum fuisse, ut dicit Imp. Justin. in §. fue-  
4 rat. 29. inst. de action. † quo ipso omnes alii heredes  
indifferenter excluduntur, in quos nec alias perso-  
nalicia privilegia transmitti solent, l. privilegia. 196. ff.  
5 de reg. jur. l. 12. l. 13. ff. solut. matrim. † sed bene ad-  
vertendum est, liberos dotem matris repetere ex bo-  
nis mariti defuncti non simpliciter quā heredes, sed  
6 quā liberos heredes. † Etsi enim liberi quatenus op-  
ponuntur heredibus suis matris sint extranei heredes,  
juxta §. 3. instar. de hered. qualit. & differ. attamen-  
non eadem esse rationem liberorum ad matrem,  
qua proorsus extraneorum, ultrò perspicuum est, ex  
summā nempe coniunctione, quā liberi tām natura-  
li, quām civili jure, matri suā non sunt heredes ex-  
7 tranei, † quin potius ex jure sanguinis materni cum  
matre eadem persona habendi ad instar suorum he-  
redum, l. ult. C. de impub. & aliis sublit. † Unde  
8 fit, quod liberi hereditatem etiam matris aut avi ma-  
terni non aditam ad instar suorum ad posteriores  
suo transmittant, ex constitutione Theodosii in l.  
9 un. C. de his qui ant. apert. tabul. † Adeoque liberi  
non tām hereditario, quām sanguinis & connexitatis  
jure, ex personā matris, cui arctissimē sunt conjuncti,  
10 dotem maternam repetunt; † Ex quo solo concur-  
runt ultrò argumenta Anton. Fabri, qui ex audo ju-  
re hereditario disputat adversus liberos, dīt. cap. 13.  
11 conjett. lib. 8. † Ac quō minus dubitemus, liberis et-  
iam, aliisque descendantibus jus prælationis in dote  
maternā competere, satis manifesta est constitutio  
Imp. Justiniani in l. assiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2.  
C. qui potior in pignor. & Novell. 91. quibus textibus com-  
munis opinio contra Anton. Fab. satis munita vide-  
tur Joh. Schneidew. in §. fuerat. 29. inst. de action. n.  
68 & seq. Ant. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4.  
12 num. 111. & seq. † Nec movet quicquam responsio  
Anton. Fab. quod seilicet in dīt. l. 12. & Novell. 91.  
Imper. liberos saltem Novercæ præferri voluerit, ne  
privilegiatus contra privilegiatum utatur suo jure  
13 ac præligio. † Etenim si liberi præferuntur nover-  
cæ, qua omnibus anterioribus præfertur, quidni  
multo magis aliis quoque Creditoribus? quibus  
14 nullum jus prælationis indulsum est; † Ac certe, ex  
ipsa Anton. Fab. confessione liberi præferuntur No-  
vercæ ex præligio prælationis, quod si habeant li-  
beri, non certe video, cur adversus reliquos credi-  
tores in concursu eo uti non possent?

Ita Domini in causa Creditorum Adami von Schliebens  
zu Luben/Mensl. Jan. Anno 1631.

Et in causa Hansen Jekens zu Dresden/Mensl. Nov. An-  
no 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch euers Mändleins  
Mutter wegen ihrer Ehegelder ex personali præligio ein solch  
jus prælationis, vermöge dessen sie auch denen Gläubigern/die  
vor ihr stillschweigende Verpfändungen erlanget / vorgehen  
können/in des Mannes Gütern gehabt / welches sie auch auf  
ihre überlebende Kinder gebracht/ic. So haben anzo diesel-  
be nichts minder als die Mutter selbst sich solches juris præ-  
lationis zu erfreuen/ic.)

#### DEFINIT. XCVII.

Defunctā licet matre ante maritum, liberi tamen  
ejus ratione legitima materne jus prælationis ba-  
bent & Novercæ ratione dotis sue in con-  
cursu preferuntur.

Jure itaque matris ex naturali connexitate liberi  
in dote maternā præligio prælationis æquè ac  
ipsamet mater gaudent, non solum si mater vidua  
post obitum mariti decesserit, Defin. preced. † Sed &  
etiam matre ante maritum defunctā, potentibus  
nempē liberi legitimam ex dote maternā, in quā  
præferuntur Novercæ sive conjugi secundæ dotem  
saam petenti, ex Constitutione Justiniani Imper. ex-  
pressa in l. assiduis. 12. §. exceptis videlicet. 2. C. qui po-  
tior. in pignor. Novell. 91. C. bis rigitur. i. in quo etiam  
convenit Ant. Fab. lib. 8. conjunct. 13. † Non enim  
privilegiatus contra privilegiatum uti potest suo  
præligio. † Quin &, cum uxoris prioris privilegi-  
um in persona liberorum antiquius sit præligio No-  
vercæ, meritò hi debent præferri in legitima ex do-  
te maternā sibi debita, l. 8. §. ult. C. de secund. nupt.  
l. 6. §. ult. C. de bon. qualib. Dan. Moll. bic num. 62.  
§ lib. 4. Semebr. 26. n. 1. & seq. Joh. Schneidew. ad  
§. fuerat. 29. Inst. de action. n. 73. Joh. Mich Beuthet.  
de jur. prælat. part. 1. cap. 35. vers. ferner ist althier zu  
merken. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. num. 75.  
Anton Neguz. de pignor. part. 5. membr. 2. n. 12. & n.  
23. Dupliciter tamen hoc limitandum puto. I. † Ut  
locum habeat duntaxat in dote materna: Etenim  
si filii primi matrimonii non de dote, sed bonis pa-  
raphernalibus legitimam petant maternam, neuti-  
quam præferuntur Novercæ, cùm nec ipsa mater in  
bonis iis jus prælationis ultra tacitam hypothe-  
cam habuerit, Supr. Defin. 86. II. † Præfertur No-  
verca liberi primi matrimonii, in rebus suis dota-  
libus, vel paraphernalibus adhuc existentibus & in  
bonis defuncti mariti repertis, dīt. Novell. 91. cap.  
1. Dan. Moller. dīt. cap. 26. in pr. vers. quia verò Vid.  
supr. Defin. 13.

Im Domini in causa Lucz Schullers Kinder erster Ehe zu  
Mülberg/Mensl. Majo, Anno 1632. (Verba sent. Haben eure  
Mändlein aus gemeiner Erbschaft ihr Mutter-Etheil ex bo-  
nis dotalibus zu fodern/ic. Wo werden sie desselben für der  
Wittäben als des Welbes anderer Ehe Einbringen /  
und allen andern Gläubigern/so in ihres Vaters Gütern kein  
besser Recht und alleer ausdrückliches Unterpfand erlanget/  
billich befriediget/B. R. W.)

It. in causa Bernhardi Hopffens & Christophori Kempffens  
zu Lorgau/Mensl. August. 1635. (Verba sent. So werden ew-  
re Mändlein als die Kinder erster Ehe ihres Mutter-Etheils/  
so viel ihnen nach Absterben der Mutter /Inhalts und Ver-  
möge des Orts Statuten gebühret / vor dem Weibe anderer  
Ehe/und allen andern Gläubigern/so kein älter ausdrückliches  
Unterpfand/und besser Recht/ als sie die Mutter wegen ihres  
Einbringens gehabt/billich befriediget/ ein wedres aber als  
der Mutter ganzes In- und Zubringen/ seynd sie gestalten Sa-  
chen nach/weil die Mutter vor dem Ehemann verstorben / zu  
fodern nicht befugt / B. R. W.)

It. in causa Georgii Försters zu Reissen Mensl. Jul. An-  
no 1601.

Et in causa Hans Georgen Stengsö. Mensl. Julian. Anno  
1632.

#### DEFINIT. XCVIII.

Liberi tamen post matrem defuncti, jus præ-  
maternum ad collaterales & ascendentes heredibus  
non transmittunt.

Quid verò, si liberi, antequam ex perfo-  
tris jure prælationis in dote materna usi fuerint,  
decendant, annon ipsi præligium hoc prælationis ad  
heredes transmittent? De heredibus sanè descen-  
dantibus & nepotibus prædefunctæ avia nulla du-  
bito, quin & hi jure prælationis æquè ac parentes  
sui gaudeant in dote avita, per text. in l. assiduis. 12.  
§. exceptis videlicet. 2. C. qui pot. in pignor. Supr. De-  
fin. 96. † Sed ad heredes ascendentis vel collaterales

- ne quidem à liberis jus prælationis transmittitur,  
 4 juxta tradita dict. Definit. 95. † ne plus concessum  
 videatur liberis quam ipsi matri, ex cuius persona  
 liberi prælationis privilegio gaudent, contra l. i. §.  
 5 Scavels 15. ff. f. 15 qui testam. lib. eff. iuss. † Quin &  
 cum privilegium hoc sit personale, in extraneos he  
 redes, collaterales vel ascendentibus transire nequit,  
 l. privilegia. 196. ff. de reg. iur. l. 12. & l. 13. ff. solut.  
 matri.

Ita Domini in causa Thomae Glucke zu Plauen/ Mens Jan.  
 Anno 1635. (Verba sent. Ob wol einer Schwester / von wel  
 cher ob bemeldte Erbsäule herröhren / in ihres Mannes Gü  
 tern nebenst dem stillschweigenden Unterpfand auch das jus  
 prælationis / zugestanden / vermöge dessen sie allen andern  
 auch den ältern hypothecarii, so kein ausdrücklich Unter  
 pfand gehabt / vorgezogen werden; Dieweil aber dennoch  
 solch jus prælationis als ein privilegium personale allein auf  
 ihre Kinder / von denen aber weiter nicht auf die Großmutter / und folgends auffsucht gebracht werden können / ic. So  
 habt auch nunmehr weder ihr noch der Verstorbenen Schwest  
 er euch des juris prælationis zu erfreuen / ic.

- 6 † Nec aliud dicendum existimaverim, si filii duobus matri sue hereditibus existentibus, unus postmodum decebat, qui portionem euidem suam bonorum maternorum dotalium in coheredem transfert,  
 7 sed non jus prælationis maternum. † Ex quo fit, ut filius superstes saltem quoad partem dimidiam bonorum maternorum creditoribus paternis præfe  
 8 ratur, quippe quæ jure matris petit. † Reliquam vero dimidiam non aliter, quam bona ex hereditate fratris sibi delata poscere valet, in quibus nullum jus prælationis ei competere, expeditum est.

Ita Domini in causa Hansen Jekens zu Dresden Mens.  
 Novembr. An. 1635. (Verba sentent. So hat sich zwar einer  
 Männlein in demjenigen Antheil / so es von seiner Mutter  
 bekommen / des juris prælationis zu gebrauchen fügt / in der brä  
 derlichen Erbsföderung aber / weil dergleichen Rechte auf die  
 seitwerts Eltern nicht kan bracht werden / mag dasselbe obge  
 hachten Oldenburgern nicht vorgezogen werden / V. R. W.)

Et in causa Creditorum Jacobi Spalteisens zu Leipzig/  
 Mens. Decembr. Anno 1636.

#### DEFINIT. XCIX.

de jus tacite hypotheca sciri extraneo cedi, ita et  
 iam ad heredes quoscunque à muliere, ejusve  
 liberis transmitti pot  
 est.

- 1 N equo ergo liberi, neque mater jus prælationis in  
 dote ad heredes extraneos, ascendentibus vel  
 2 collaterales transmittunt, Defin. 96. & 99. † Quod  
 tamen de solo, ac nudo prælationis privilegio, quo  
 dos anterioribus etiam hypothecis tacitis præfertur,  
 3 intellectum velim. † Ceteroquin jus tacite hy  
 pothecæ, quod mulier in dote habet, tam liberos  
 matri succedentes, quam ipsam matrem post obi  
 tum suum ad extraneos etiam heredes transmittere,  
 4 ultrò perspicuum est. † Cessante nimirum persone  
 litatis ratione in jure hypothecæ, quod reale est &  
 5 semper bonis inheret. † Quâ de causâ etiam jus  
 hoc tacite hypothecæ per cessionem in quemvis  
 tertium bene transfertur, Anton. Negus de pign.  
 part. 2. membr. 4. num. 30. Johan. Schneidew. ad S.  
 fuerat. 29. institut. de alt. num. 49.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So hat auch  
 nunmehr weder ihr noch der verstorbenen Schwestern euch des  
 juris prælationis zu erfreuen. Aber des blossen juris tacite  
 hypothecæ, vermöge welches ihr allen andern Creditoren, so  
 kein älter stillschweigendes oder ausdrückliches Unterpfand/  
 noch besser Rechte erlangt / vorzuziehen / seyd ihr gleichesfalls  
 zu gebrauchen wohl besugt. Allermassen auch dasselbe von  
 dem verstorbenen Weibe / oder deren Kindern einem tertio  
 mit Bestande cediret und abgetreten werden können / V.  
 R. W.)

#### DEFINIT. C.

Defuncto patre, liberi petere nequeunt legitimam  
 paternam, priusquam vidue de bonis illatis,  
 vel portione factuaria satisfactum  
 fuerit.

**N**on ut in legitima materna, ita etiam paterna. 1  
 liberi novercae vel matri sunt præferendi, illam  
 siquidem ex personâ matris petunt; adeoque jure  
 prælationis materno ipsis prospectum est, Supr. De  
 fin. 86. † At cessat hæc ratio in legitima paterna, 2  
 quam proprio jure querunt. † Quare defuncto 3  
 marito ante uxorem, non petere valent liberi legitimam paternam, priusquam novercae vel matri, de  
 bonis illatis dotalibus pariter, atque paraphernali  
 bus satisfactum fuerit, Dan. Moller. ad Const. Elect.  
 20. num. 42. part. 3. Matth. Wesenb. part. 1. consil. 50.  
 num. 23. & seq. Modest. Pistor. part. 1. quest. 3. num.  
 10. & 11. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 27. num. 86.  
 † Non enim debetur legitima, quæ pars est bono  
 rum 1. scimus 36. in pr. C. de inoff. testam. ex bonis pa  
 ternis, nisi deducto prius ære alieno, l. subsignatum  
 39. S. 1. ff. de V. S. I. Papinianus. 8. S. 4. ubi Dd. ff. de  
 inoff. testam. † Ergo & bonis ab uxore illatis, que  
 5 tanquam æ alienum vidua ex hereditate mariti pe  
 tit arg. b. Const. 28. Dan. Moller. dict. loc. num. 47.  
 Wesenb. in suppl. ad Johan. Schneidewin. inst. de  
 bered. que ab intest. defer. in quarto ordin. success. vi  
 riscilicet & uxor. num. 47. † Alia certè ratio non  
 6 est portionis statutariz, hanc enim viduae ex bonis  
 mariti petenti liberos præferri, tantum abest, ut et  
 iam in favorem novercae vel matri, bona à patre  
 adhuc vivo accepta conferre teneantur, † ad sup  
 plendam nimirum portionem statutariam, quæ vi  
 duæ ex omnibus & universis defuncti mariti bonis  
 debetur, Const. Elect. 20. p. 3. §. Wo aber diese  
 Dinge vers. aus allen ihres verstorbenen Mannes  
 Gütern/ic. Vide quæ dixi infrap. 3. Const. Elect. 11.  
 Defin. 26.

Ita Domini in causa Michaeli Haselfels zu Luca Magis. April.  
 Anno 1630. (Verba sent. Dass die Kinder aus ihres ver  
 storbenen Vaters Erbschaft the und zuvor desselben Wittib  
 ihres Einbringens oder der portionis statutariz, so ihr Ver  
 möge Churfürstl. Sächs. Constitution justitius/ befriedigt  
 worden / ihre gebührende väterliche Legitimam, und Antheil  
 zu fordern nicht besugt / V. R. W.)

#### DEFINIT. CI.

Ratione Legitima paterna filii in bonis vitrici non  
 preferuntur Vidua, bona illata petent.

**C**um viduâ ad secunda vota transeunte, bona pa  
 terna filiis primi matrimonii debita, ad vitricum  
 fuisse translata, qui conjugæ defunctâ aliam dux  
 rat uxorem, mortuo vitrico, filii illi prioris matri  
 monii petebant legitimam paternam pariter atque  
 maternam, &c in utraque viduæ vitrici præferri vo  
 lebant, quærebatur: num petito ipsorum deferendum  
 esset? † Sanè ratione legitimæ maternæ omnino vi  
 debatur eis annuendum ex Constitutione Imp. Justi  
 niani in L. assiduis. 12. S. exceptis videlicet 2. C. qui po  
 terior in pign. Novell. 91. c. 1. supr. Defin. 97. † At quo  
 2 ad legitimam paternam, in bonis vitrici nullam ipsi  
 3 competere prærogativam, quin potius viduam vitri  
 ci bona illata petentem eis præferendam pronuncia  
 runt Domini, † propter jus tempe tacite hypothecæ  
 & prælationis, quo vidua munita erat, dict. l. 12. C. qui  
 4 potior in pign. † Nec enim filii ratione legitimæ pater  
 næ ullū jus prætendere poterant in bonis vitrici, jux  
 ta tradita Mod. Pistor. p. 1. quest. 4. † Nisi forsitan  
 5 vitricus protutore vel curatore se gesisset, quo  
 ipso procù dubio bona sua tacite obligasset, Grossl. &

- Dd. in l. pro officio 20. C. de administr. tutor. Anton.  
7 Fab. in Codic. l. 8. tit. 7. Defin. 2. num. i. † De quo tamen cùm non apparebat, ullam filiis prærogativam assignari nulla svadebat ratio.

Ita Demini in causa Martini Fischeri zu Altenburg/Mens. April. Anno 1635. ( Verba sent. Und es wollen die Stieff-Kinder ihres Vater- und Mutter-Theils aus des Stieff-Vaters Gütern befriediget seyn/ce. So werden sie zwar ihres Mutter-Theils vor des Stieff-Vaters Witten und ihrem Einbringen billich befriediget/aber wegen des Vaters-Theils mögen sie derselben nicht vorgezogen werden/V. N. W.)

DEFINIT. CII.

*Post dotem mulieris, Fiscus præfertur hypothecariis omnibus, posterioribus.*

- 1 **M**ulleri dotem repetenti succedit fiscus, qui in bonis sui debitoris tacitam habet hypothecam, l. certum est ejus. 2. C. in quib. caus. pign. tacit. contrab. 1. aufertur. 46. l. fiscus 6. ff. de jur. fisci. † Cui consequens est, eum non solùm Chirographariis, & personaliter privilegiatis antiquioribus, verum etiam hypothecariis posterioribus præferendum, † jure nimirum tacitæ hypothecæ, l. si pignus. 8. ff. qui potior in pign. l. quod quis 34. ff. de reb. author. judic. possid. l. quamvis. 2. C. de privil. fisci, ubi Jacob. Cujac. 4 in parat. † Non etiam illis, qui hypothecam habent anteriori sive tacitam sive expressam, l. un. vers. postw. ergo Curator. C. rem. alien. gerent. non interd. Ordin. process. judic. Elect. Sax. tit. 43. §. Desgleichen ob wohl der Fiscus. † Nam qui prior est tempore inter æquales, potior quoque est jure, c. qui prior. 45. de Reg. jur. in sexto Gloss. in l. affiduis. 12. verb. licet anteriores, post med. vers. Nam & privatus habens tacitam. C. qui pot. in pign. Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. 16. num. 2. Jacob. Menoch. lib. 2. presumpt. 72. num. 12. Anton. Neguz. de pignor. part. 5. membr. 2. n. 42. † Nec refert, an Princeps vel civitas jure fisci præferri velit, omnes enim indifferenter, qui jus fisci sibi competere docent, hujus jure gaudebunt. † Videat tamen civitas, ne quodcunque indifferenter debitum Magistratus inter debita fisci referat, in quo multos errare novi, cùm fiscus propriè dicatur pecunia ad conservandam Rem publicam statuta, vel ærarium Reipublicæ, quo reponitur pecunia penalis propter aliquod maleficium, vel simile quid præstata, † veluti bona hereticorum, it. contrahentium incestas nuptias, & hereditas eorum, qui mortem defuncti jure non vendicant, referuntur ad fiscum, l. 1. ubi Dd. ff. de jur. fisci. † Et quando quis sine herede moritur, in bonis vacantibus succedit fiscus, l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. art. 28. lib. 1. Landr.

Ita Domini in causa Creditorum Andreæ Jahrens zu Mücheln/Mens. Decembr. Anno 1633. ( Verba sent. Zum andern wird bezahlet dem Rath und der Commun 300. fl. wosfern sie dessen fisco zuständig/und der Kirchen zu Zöbigker 22. fl. 18. gr. als hypothecarien, jedoch in der Ordnung/wie sie ihr Unterpfand noch einander erlangt/ce.)

Et in causa Justinus / Christoff Mühlhäusers Witten zu Bernburg, Mens. Mart. Anno 1604.

DEFINIT. CIII.

*Prefertur tamen Fiscus etiam anterioribus hypothecariis sive expressis sive tacitis, in bonis postea quæsitis.*

- 1 **A**T hac ratione, inquires, nullum præ aliis hypothecariis fisco concessum erit privilegium. Quis enim reficit, inter hypothecarios expressos pariter, atque tacitos, antiquorem tempore posterioribus præferri, l. si pignus 8. l. si jure. 10. l. potior. 11. l. credit, qui prior 12. ff. qui potior. in pign. l. si decreto 2. l. affiduis. 12. C. eod. sit. b. Const. 28. §. nach legeberührten Schulden vers. unter welchen. adeoque

fiscus solà hypothecâ tacitâ erit contentus. † Neu. 2. tiquam sane, sed præter tacitam hypothecam id porro juris fisco indultum est, ut in bonis saltem posteà acquisitis, Creditoribus priorem tacitam vel expressam, specialem vel generalem habentibus præferatur, per text. in l. si qui mibi 28. ff. de jur. fisci. Ordinat. process. judic. Elect. Saxon. tit. 43. §. desgleichen ob wöl. vers. sondern auch in denen Gütern. Jacob. Cujac. lib. 10. observat. 22. in med. Didac. Covarr. lib. 1. var. resolut. 16. n. 2. Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 113. Nic. Everh. in loc. à fisco ad dotem 62. n. 3. † Negotium tamen faciliere videtur Scævola, contrarium respondens in l. ult. ff. qui pot. in pignor. in cuius textus enodatione multum laborat Accurs. intelligit nimirum primò ibidem bona quæsita post primam obligationem, antequam cum fisco contractum esset, ubi certè nulla apparet ratio dubitasidi, † & rectè Anton. Fab. lib. 4. 2. conject. 10. existimat, Scævolam aliquid magis dubitabile tractasse. † Nec melior est tertia Accursii explicatio, ut omnino Titium antea cum fisco, quam cum Seja contraxisse intelligamus. † Intermedia ejusdem conciliatio tolerabilior & fortassis vera est, quod in dict. l. ult. fiscus concurrat cum eo, qui & anterior tempore est, & insuper speciali privilegio subnixus, puta pupillus, quod & quodammodo placet Connan. comm. 17. n. 7. & 8. ubi speciale hoc esse, ait, in hypothecâ legali tacitâ, ut quæcumque post initum contractum debitor acquirit, ea prioritatis quoddam jure sint obligata, videlicet, quod lex potentius operetur, quam privatorum conventio. † Quamvis & contra hanc Accursii conciliationem multum infurgat & anxiè laboret Ant. Fab. dict. c. 10. † Planè, quando dubitatur, an res sint quæsitus post contractam hypothecam vel non, is debet probare qui agit, sive dicat prioritatem, sive posterioritatem. † Ergo si creditor agat contra fiscum, debet probare, acquisitionem esse factam ante hypothecam; † Si vero fiscus agat contra Creditorem anteriori, probare tenetur, acquisitionem esse postea factam. Anton. Neguz. de pign. part. 5. membr. 2. n. 43. Ita Domini in causa Annen Marien/Martin Hirschfeldens Geweihebes zu Eisleben/Mens. Decembr. Anno 1630. ( Verba sent. So wird Inhalts solches rechtlichen Erklärunis / der fiscus von des Schuldners Gütern befriediget/ jedoch aber werden vor allen Dingen von denselben die andern Gläubiger/ so ein älter dingliches Recht erlanget/ allein in denen Gütern/ so zuvor allbereit vorhanden gewesen/vor dem fisco bezahlet/ ce.)

DEFINIT. CIV.

*Cessatus prælationis Fisci in pennis fiscalibus, queramus ratione solam habet tacitam hypothecam, à tempore condemnationis.*

1 **A**T tamen privilegium hoc fisci, qui in bonis postea quæsitis, anterioribus etiam hypothecariis præfertur, neutiquam trahendum est ad pœnas fiscales, l. un. C. pœn. fiscalib. Cred. pref. Ordinat. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 43. §. desgleichen ob wöl. vers. So hat doch solches jus prælationis in den verwirckten Straffen nicht statt. † Nihilominus harum ratione fisco competit jus tacitæ hypothecæ, ex quo saltem posterioribus hypothecariis sive expressis sive tacitis, præfertur, propter generalitatem text. in l. aufertur. 46. §. fiscus 3. ff. de jur. fisci Gloss. in dict. l. un. C. pœn. fiscal. credit. † Quod jus hypothecæ incipit à tempore latæ sententiae & condemnationis, Jul. Clar. l. 5. sent. §. ult. quest. 78. n. ult. Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 115. veluti etiam diserte sanctum ab Illustrissimo Saxon. Electore in dict. tit. 43. §. desgleichen vers. Sondern es muß sich der fiscus.

Ita Domini in causa Christophori Löseners zum Sathayn/Mens. Febr. Anno 1630. (Verba sent. So ist der von Mergenthal die ihm zuerkannte Strafe und Unkosten/in Mangelung gütlicher Entrichtung/durch die Hülffe einzubringen wohl befugt. Es wäre denn/dass des Schuldners sammelliche Güter euch zuvor unter pfändlichen verschrieben/und ihr ein alter und besser Recht darauf erlanget/auff den Fall möchte euch vorgedachter Hülffs. Actus zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/B. R. W.)

## DEFINIT. CV.

*Qui ad refectionem vel conservationem domūs, vel alterius rei pecuniam mutuò dedit, præfertur hypothecariis, etiam anterioribus expressis.*

- 1 **P**räter hypothecam tacitam, jus etiam prælationis habet ex personali privilegio, qui ad ædificationem, refectionem, reparationem & conservationem domūs, alteriusve rei mutuò dedit pecuniam, ex quo omnibus creditoribus etiam hypothecam anteriorum expressam habentibus præfertur, l. 1. ff. in quib. caus. pig. vel hypoth. tacit. constr. l. interdum s. ff. qui potipr. in pign. Nov. 97. cap. 3. Ordin. proc. judic. Elector. Saxon. sit. 43. §. Wann auch einer. 2 † Nempe, quia pecunia Creditoris salvam fecit totius pignoris causam, l. 5. & L 6. ff. qui pot. in pignor. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. sit. 7. defin. 10. num. 1. 3 † Cui consequens, denegari hoc privilegium Creditori, si res refecta amplius non extet, dict. l. 5. & 6. Zaf. in l. Creditor. 25. ff. de reb. cred. Andr. Gail. lib. 2. observ. 12. num. 4. Joh. Mich. Beuth. de jur. prælat. part. 1. cap. 20. pag. mibi 35. † Planè, non obest hoc 4 privilegium ei, qui etiam privilegium personale habet: Quod si pingvius & fortius est, quin præferendum, vix dubitare licet. † Quare ex refectione domus alteriusve rei, Creditor prælationis jure non utitur adversus impensis funebres, dict. sit. 43. §. Wann auch einer in fin.

Ita Domini in causa Michael Schaffhirtens Gläubiger zu Dresden/Mens. August. Anno 1631. (Verba sent. Zum andern wird bezahlt vor andern auch dister hypothec D. Alexander Faber wegen so. Mohl. so er zu Verbesserung der Papier-Mühlen dargethien/etc.)

Ei in causa Jacobi Böhmens zur Neustadt/Mens. Febr. Año 1635.

## DEFINIT. CVI.

*Modò ad conservationem pecunia nominatim mutuo data, ex eaque res refecta probetur.*

- 1 **N**unquam tamen mutuò danti pecuniam ad refectionem domus vel alterius rei conceditur privilegium prælationis, si non specialiter & expressè in eum finem contraxerit, ex eaque pecunia res refecta & conservata fuerit. † Nimirum, duo coniunctim requiruntur ad hoc, ut locum habeat privilegium id prælationis; 1. † Ut specialiter & nominatim sit data pecunia ad refectionem vel conservationem rei. Non enim simpliciter credita pecunia gaudet aliquà in concursu Creditorum prærogativà, etiamsi debitor eam ad rei refectionem impendisset, l. procuratoris 5. § planè. 17. ff. de tribut. action. Ordinat. proc. judic. Elector. Saxon. sit. 43. §. Wann auch einer vers. auch dass es zu dem Ende geschehen. Anton. Neguz. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 15. Andr. Gail. lib. 2. observat. 12. num. 4. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. n. 133. 2. † Ut ex illà pecunia domus reverà probetur refecta, non etiam si in aliud usum ea fuerit conversa, Andr. Gail. dict. loc. 5 † Nec difficilis hujus rei est probatio: Sufficit enim, si per testes fieri nequeat, per conjecturas saltem id

demonstrari, puta, ut Creditor doceat, zdes forsitan reparatione indiguisse, & postea fuisse refectas, l. L. cius Tius. 7. post pr. ff. de exercit. act. dict. sit. 43. §. Wann auch einer / vers. und erweislich wäre/ Matth. Berlich. dict. concl. 65. n. 135. Joh. Köppen. decis. 23. num. 35.

Ita Domini in causa Marie Neufelds zu Voigtsberg/Mens. Decembre, Anno 1628. (Verba sent. Ob wohl Martin Schuster zu Besserung seines Hauses von euch 37. fler borget / des wegen ihr alle Gläubigern/ auch denjenigen/ so ältere hypothecen auf selbigem Hause erlanget/ vorzugehen gemeynet seyd; Da aber dennoch / dass solches Darlehen zu dem Ende von euch geschehen/ in der Obligation ausdrücklichen nicht gemacht würde/ oder aber von denselben Gelde das Haus in Warnheit nicht gebessert worden wäre/ dafür sich aus eurer Frage ansehen lässt/xc. So hättet ihr euch auch einiges Vorzug vor andern Gläubigern nicht zu erfreuen/B. R. W.)

## DEFINIT. CVII.

*Qui ad emendam domum, aliasve rem pecuniam mutuò dat, non aliter prælationis privilegium consequitur, quam si expressè sibi de hypothecā in illâ re prospexerit.*

- C**ontroverti solet, an Creditori ad domum, præ- dium, res aliasve emendas, pecuniam mutuan- ti, eo ipso emptæ res jure tacite hypothecæ obnoxiae reddantur? † Quod post Gloss. in l. quod quis. 34. 2 verb. venditam, & in Autb. quo jure verb. personali C. qui pot. in pignor. affirmat Andr. Gail. lib. 2. obser- vat. sit. 27. observ. 8. num. 15. † Idque si verum est, 3 superflua omnino censemur hypothecæ expressa constitutio in re pecuniâ Creditoris emptâ, cum per so- lam rei emptionem ipsi satis consultum sit; † Ac 4 certè fundamento non destituitur hæc Glossæ opi- nio: Etenim si ad refectionem domus dans mutuò pecuniam, eo ipso præ aliis creditoribus, expressam quoque hypothecam habentibus, privilegiatus est, si modò in causam eam sit conversa pecunia, ut dixi Defin. præced. æquum omnino videtur, † idem præ- lationis privilegium indulgeri multò magis ei, qui ad emptionem prædiu vel alterius rei credidit pecu- niā. † Verum, diversa est horum Creditorum ra- dio, siquidem ad refectionem domus mutuò data pecu- niā propterea est privilegiata, quod salvam fece- rit totius pignoris causam, l. 6. ff. qui potior. in pi- gnor. † quodque intersit Reipublicæ, sarta testa. 7 que & non ruinosa esse ædificia, ne urbis aspectus deformetur, l. 1. Et cor. sit. ff. de rig. junct. l. cetera q. ff. de legat. l. l. præf. 7. ff. de offic. præsid. l. 2. C. de edi- fic. privat. † quæ rationes in credente pecuniam ad 8 emptionem domus locum non habent, Anton. Fab. in Cod. lib. 8. sit. 8. defin. 10. Hartm. Pistor. part. 3. quæst. 3. num. 7. Andr. Rauchb. part. 1. quæst. 6. n. 18. † Et licet nulla disparitas ratio reddi posset in mu- tuante, tamen ad comparationem novæ domus au- toritas legis dicit, quæ sola privilegium prælationis tribuit, ut benè advertit Andr. Rauchb. dict. quæst. 5. num. 21. Nequaquam ergo concedendum est, † Creditori jus taciti pignoris competere ex eo solo, quod ad emendam rem pecuniam mutuò de- derit, si non etiam verbis expressis de hypothecâ si- bi prospexerit, per text. in l. quamvis 17. C. de pignor. l. licet iisdem. 7. C. qui pot. in pignor. l. 5. § 7. ff. de tribut. action. Autb. quo jure C. qui potior. in pignor. Nov. 136. cap. 3. † Ex quibus textibus luculenter ap- 1 paret, Creditorem ad emptionem rei pecuniam mutuò dantem, sibique de hypotheca expressè propici- entem ita privilegiatum esse, ut reliquis etiam Credi- toribus hypothecam anteriorum tacitam sive expres- sam habentibus præferatur, perinde ac is, qui ad refe- ctionē domus vel altius rei pecunia mutuò dedit,

<sup>12</sup> Supr. Defin. 105. † Veluti quoque expressè sancitum ab Illustrissimo Saxone, in Ordin. processi. judic. tit. 43. §. Also wenn einer. Dan. Moller. bīc num. 73. Joh. Sichard. in l. licet. 7. C. qui potior. in pign. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. n. 144. Hartm. Pistor. dict. part. 3. quest. 15. per tot. Joh. Köppen. decis. 39. num. 45. Anton. Neguz. de pign. part. 5. membr. 2. num. 7. & seqq. Andr. Rauchb. dict. quast. 5. ubi ad contraria respondet.

Ita Domini in causa Viduz & heredum M. Sigismundi Steffans zu Leipzig/Mensl. Febr. Anno 1634. (Verba sent. Hat euer Ehemann und Vater seinem Bruder zur Erkauflung seines Hauses 470. Rthl. geliehen und vorgestreckt. Dōfern nun der Schuldener in seiner Beschreibung bekannt/ daß berührte Gelder zur Erkauflung seines Hauses angewendet/ und dasselbe dagegen gedachten eurem Ehemann und Vater zum Unterpfand ausdrücklichen verschrieben und eingesetzt worden. Auff den Fall werden euch berührte 470. Rthl. von dem davor erkaufsten Hause vor andern Gläubigern/ wann sie auch gleich in des Schuldners Gütern ein älter Unterpfand erlanget/billig bezahlt/und dieselben haben sich, dawider darmit/ daß die Hypothec nicht gerichtlichen/ noch anderer Gestalt/ als durch des Schuldners Bekanntniß bestellt/ beständiger Weise nicht zu behelfen/V. R. W.)

Et in causa Justinen / Christoff Mühlhausens Witben zu Bernburg/Mense Mart. Anno 1604.

#### DEFINIT. CVIII.

*Non consequitur privilegium prælationis, qui post factam demum emptionem pecuniam ad exsolutionem pretii mutuò dat emptori, ut maximè de hypotheca sibi prospiciat.*

<sup>1</sup> Non aliter itaque dans mutuò pecuniam ad emptionem domus vel prædii, privilegium prælationis consequitur, quām si de hypothecā in re emptā sibi expressè prospexerit, Definit. præced. † Atque id sufficere existimaverim, nisi etiam ipsam emptionem - venditionem mutuum ac constitutio hypothecæ præcesserit. † Etenim si quis post contractam jam emptionem pecuniam det emptori, quo pretium exsolvere queat, neutiquam gaudet prælationis jure, ut maximè verbis expressis hypothecam acquisiverit, veluti apparet ex verbis Illustrissimi Elector. Saxo. in Ordinat. processi. judic. tit. 43. §. Als wann einer verf. zur Erkauflung eines Hauses oder andern Guts. Nimurum duo præcisè requiruntur ad hoc, ut privilegium prælationis competat ei, qui ad emendum prædium pecuniam mutuò debet. † 1. Expressa hypothecæ acquisitione, Defin. præc. 2. Et † ut præcedat hypothecæ constitutio ipsam emptionem domus vel prædii; Ne forsitan Creditori hypothecam anteriorem generalem habenti in momento traditionis post perfectam emptionem, prædium istud jure pignoris obligetur, † cui posterior conventione præjudicare non poterit, siquidem prior tempore potior quoque est jure, c. qui prior. 54. de reg. jur. in 6to.

Ita Domini in causa Herman Bangers zu Utten-Hausen Mensl. Martio Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch aus bengfügter Obligation nicht zu befinden/dab ihr zu Erkauflung der Gütere dem Schuldener das Darlehen gehabt/ noch auch so bald darben euch ein Unterpfand ausdrücklichen bebinget/welches beindes gleichwohl zu Erlangung obgedachte Rechte von nothigen/sondern es ist vielmehr aus beweiderter Obligation abzunehmen/dab der Schuldener selbige Güter zuvor allbereit erkauft/und nachmahl's allererst zu dero Bezahlung das Geld von euch erborget und aufgenommen/et. So habt ihr euch auch/ auf mehr beweideten Gütern eines dinglichen Rechte/und juris prælationis nicht anzumassen/et.)

#### DEFINIT. CIX.

*Pupillus tamen & minor rem suā pecuniam emptam jure pignoris obligatam habet, etiam si de hypothecā sibi expressè non prospexerit.*

**E**T si Creditori, qui ad domum aliamve rem emendam pecuniam mutuò dedit, nec jus prælationis nec hypothecæ competit, si in re illâ sibi pignus nominatum non acquisiverit. Supr. Definit. 107. At tamen singulari jure cautum est, † quod pupilli, minores, milites, mulieres, in rebus pecuniâ suâ coemptis absque hypothecæ constitutione expressâ, pignoris vel potius dominii jus habeant, l. idemque 7. ff. qui potior. in pignor. l. 3. ff. de reb. eor. qui sub tutela vel curâ l. 2. quando ex facto tutor. l. si (ut proponis) 8. C. de R. V. l. uxor. 55. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. res quas 4. ff. de jur. dot. l. ex pecuniâ. 12. C. cod. tit. Andr. Rauchb. part. 1. quast. 5. n. 7. Hartm. Pistor. part. 3. quast. 15. num. 12. & 13. Anton. Neguz. de pignor. part. 2. memb. 4. n. 163. Matth. Berlich. part. 1. concl. 65. n. 145. & multis seqq. † An ergo 3 rem pecuniâ pupilli comparatam non esse pupilli jure dominii, asseremus cum Ant. Fab. libr. 5. conject. 9. contra l. 2. l. 8. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel curâ. l. 3. C. arbitr. tutela. † Quoniam scilicet res propria non potest eidem esse pignori obligata, l. 45 ff. de reg. jur. † Sed utrumque concurrere dicimus 5 sub electione, ut pupillo vel vindicatio, vel pignoris persecutio detur, voluti post alios statuit Salycet. in l. si (ut proponis) 8. C. de R. V. Simon. Ulric. Pistor. in not. ad Hartm. Pistor. part. 1. quest. 7. lit. C. † Putaverim etiam interesse, an res pecuniâ pupilli comparetur ab ipso tutori, an ab alio, ut hoc casu non nisi pignus in re, illo etiam dominium & utilis vindicatio pupillo acquiratur, l. 2. C. si quando ex facto tutor. Bartol. Salycet. & Johan. Sich. in dict. l. 8. C. de R. V. † Vid. infr. part. 2. Constit. Elect. 11. defin. 7. 20. Quamvis nec absurdè quis dixerit, concurrere aliquando jus pignoris cum dominio, Lege nempe ita disponente, quod & in casu rei legata & domini civiliter quæsiti plerique Dd. admittunt in casu l. 1. C. comm. de legat.

Ita Domini in causa Nicolai à VValvitz, Mensl. Octobr. Anno 1621. (Verba sent. Hat euer Bruder und Vormund Stephan von Walwig in eurer Unmündigkeit von eurem Gelde/ Gottfried Wilhgruben zu Pirna etliche 100. Thaler als Unmündigen Rüdes-Geld zu Erkauflung seines Gast-Hofes geliehen/und vorgestreckt/welches auch der Debitor in seiner Obligation also bekannt und gestanden/ ob nun gleich ein ander Creditor, so zu des Schuldners Gütern nachmahl's arrest gesucht/ euch vorzugehen gemeynet/ dieweil aber dennoch eure Gelde als pecunia pupillaris, davon der Gast-Hof erkaufft worden/in Rechten jure tacita hypothecæ, zuvor darauff gehafftet/und ihr also vor den andern Creditoren ein älter Recht erlanget/et. So werdet ihr auch denselben in der Zahlung billig vorgezogen/et.)

#### CLASSIS TERTIA.

*In quā veniunt Creditores, qui ex hypothecā tacitâ sive expressâ aresto vel immissione judiciali jus reale consecuti fuere.*

**D**EFINIT. CX.  
Inter hypothecarios, arestantes vel judicialiter in bona debitoris immisso Creditores, qui prior tempore, potior quoque est jure & reliquis prefertur.

**I**N classe hæc tertia ponuntur Creditores ii, qui jus reale in bonis debitoris consecuti fuere, vel 1. ex hypothecā tacitâ sive legali. 2. vel hypothecā expressâ, utriusque nempe, Creditoris & debitoris conventione constituta. 3. aut immissione judiciali in bona debitoris. 4. vel denique ex aresto. Quem ordinem observat Ordin. processi. judic. Elect. Saxon. tit. 44. † Nimurum, hi indifferenter omnes jure nituntur æquali in bonis debitoris sibi competenti, b. Constit. 28. §. Nach ietz berühren Schuld-

den/

- den/ubi Dan. Moll. num. 29. & seqq. Matth. Wesenb.  
 3 in paraz. ff. de privit. Credit. num. 9. in med. † Ergo si invicem concurrant, præferendus erit reliquis, qui primò jus reale fuerit consecutus, sive per hypothecam tacitam aut expressam, sive per immisionem. 4 aut arrestum. † Nam inter pares, qui prior est tempore, potior quoque est jure, c. qui prior. 54. de Reg. jur. in 6to. l. qui generaliter 2. l. si pignus. 8. l. 10. l. 11. & l. 12. ff. qui potior. in pignor. l. 2. l. 4. & l. 12. C. eod. 5 tit. Aclicit b. Const. 28. hypothecarios præferat. Creditoribus ex decreto judiciali immisis & arrestantibus, §. ferner sollen nach denen; attamen ab Illustrissimo Electore id postea correctum, & ad partitatem ac qualitatem juris realis expressè fuit reductum in Ordin. process. judic. dict. tit. 44. §. Alle dis-  
 6 se Gläubigere † ut sic in foro Saxonico de prioritate horum Creditorum hodiè non amplius dubitare liceat, Hartm. Pistor. observation. 64. Johan. Köppen. decif. 28. num. 6. Andr. Gail. lib. 2. observat. 25. num. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 66. num. 2.

Ita Domini in causa D. Johannis Steinmezens Gläubiger zu Leipzig / Mens. Mayo, Anno 1617.

Item in causa Matthaei Pingbachs Gläubiger / Mens. Aug. Anno 1620.

In causa der Beuterischen Gläubiger / Mens. Septembr. Anno 1620.

In causa der Knoblochischen Gläubiger / Mens. Mayo, Anno 1623.

Et in causa Petri Antonii Dresels Gläubiger / Mens. Mayo, Anno 1626.

#### DEFINIT. CXI.

*Prorata autem simul admittuntur bi Creditores, si uno eodemque momento impetraverint jus reale in bonis debitoris, vel quis prior fuerit, sciri nequeat.*

- 1 N tantum vero temporis prærogativa consideratur in concursu Creditorum, qui vel per hypothecam, vel per immisionem aut arrestum, jus reale in bonis debitoris impetrarunt, ut etiam is, qui in unà tantum horâ vel horæ puncto prior fuerit, alteri præferatur, arg. l. Titius 25. §. Licius Titius. 1. ff. de lib. & postb. Dan. Moller. b. c. n. 64. & lib. 3. Semestr. 44. n. 12. Andr. Gail. lib. 2. observat. 25. num. 3. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 128. n. 32. & 2 seqq. † At quid si uno eodemque momento plures hypothecam acceperint, vel arrestarint, aut immisi- 3 fuerint? † vel etiam si liquidè sciri ac probari neque- 4 at, quis prior fuerit? † Etsi de jure civili melior for- san hoc casu sit conditio Creditoris pignus posiden- tis; l. si debitor. 10. ff. de pignor. l. si quis à multis. 14. ff. de noxal. action. Anton. Neguz. de pignor. part. 5. membr. 2. num. 31. † Attamen in foro Saxonico, omnes qui tempore eodem pignus acceperunt, si de prioritate eorum constare nequeat, pro rata sui debiti simul admittuntur, b. Const. 28. §. nach ietzthe- rührten, versf. und da jro Verpfändungen. ubi Dan. Moll. num. 6. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. §. da auch ihrer jwcen.

Ita Domini in causa Petri Antonii Dresels Gläubiger ventilata in Prætorio Lipsiensi, Mense Maj. Anno 1626. (Verba sent. Zum andern werden zugleich bezahlt Johann de Famaars von Frankfurt 1040. Reichsthaler/ und Abraham de Brah von Nürnberg 5427. fl. 14. gr. Weil solche in einem Tage ihr Unterpfand erlanget/ und man nicht wissen kan/welcher der erste gewesen: Da auch diese nicht vollständig befriediget werden könnten/ ist ein jeder an seiner Forderung pro rata etwas schwinden zu lassen schuldig.)

Et in causa Creditorum Abrahams Resens zu Anneberg/ Mens. Novembris. Anno 1635. (Verba sent. Jedoch/ dass diese drei Gläubiger/weil ihre Versicherungen alle auff einen Tag geschehen/ und man keine Gewissheit haben kan/welcher dieser zuerst erlanget/ pro rata ihrer Forderungen zugelassen werden/ xc.)

#### DEFINIT. CXII.

*Posterior hypothecarius arripiens possessionem hypothece non prejudicat per id hypothecario anteriori.*

- 1 N pignore vel hypothecā constituendā ipsum con- 2 ventionis, non traditionis tempus inspiciendum est, & propterea is, cum quo de pignore prius con- 3 ventum fuit, absque traditione, præferendus est il- 4 li, cui postea res pignori tradita est, l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign. † Etsi enim juris civilis ra- 5 tione inspecta, re tantummodo pignus contrahatur, ac propterea traditio rei ut interveniat necesse sit, l. 1. §. creditor. 6. ff. de O. & A. §. ult. Inst. quib. mod. re 6 contr. obligat. † attamen ex jure prætorio solā et- 7 iam conventione pignus constituitur, & ex pacto pi- 8 gnoris actio datur, l. si tibi 17. §. 2. ff. de pact. l. 1. ff. de pign. action. quæ hypotheca propriè dicitur, pro- 9 ut pluribus demonstrat Hartm. Pistor. part. 3. quest. 14. num. 3. & 4. † Consequens huic est, si secun- 10 dus vel posterior Creditor rem alii prius hypotheca- 11 tam possideat, vel ex immisione aut arrestato pos- 12 sessionem nactus fuerit, per id primo Creditori nullatenus præjudicari; dict. l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui 13 pot. in pignor. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 14. §. Und das hat auch statt. † Sed nonne benefi- 15 cio saltē excursionis posteriori Creditori, cui res tradita fuit, prospectum erit, ita ut primus Credi- 16 tor pignus possessori auferre nequeat, antequam alia debitoris bona fuerint excussa? ita quidem sentit. 17 Dion. Gothofr. in Novell. 112. cap. 1. §. hoc autem pre- 18 cipimus lit. E. vers. quid si generalis Creditor. † Sed 19 rectius hoc negat Hartm. Pistor. part. 3. quest. 12. n. 12. Nempe, quod excussio tum demum sit necessaria, quando tertius quispiam possidet pignus nomine proprio: Atqui posterior Creditor, qui nactus est possessionem pignoris, debitoris nomine eam tenet, l. pignori. 13. ff. de usucap. l. qui pignoris. 36. ff. de ac- 20 quir. possess. atque locum ipsius obtinet, l. cum no- 21 tissimi. 7. §. sed cum illud. 2. C. de prescript. 30. annor. † Ita ut quod Creditor agit in pignore, pro eo habe- 22 atur, ac si Debitor id per Procuratorem egisset, l. si 23 pignori. 29. ff. fam. erit. ut proinde sicut ipsemet debitor, ita etiam Creditor possidens, beneficio ex- 24 cusionis se tueri nequeat. Hartm. Pistor. dict. loc. † veluti etiam hoc placuit Illustrissimo Domino Elec- 25 tori in dict. tit. 44. §. Und das hat auch. vers. dann ob wol sonst/xc.

Ita Domini in causa Melchior Helleborn zu Wustens/ Mens. Nov. Anno 1621. (Verba sent. Habt ihr HansenMah- 26 ner 100. fl. geliehen und vorgestreckt/vorzeigen er einen Acker Wiesewachs unterpfändlichen verschrieben: Ob er nun wohl hernach solchen Acker gleichfalls einem andern gegen einem gewissen Darlehen unterpfändlichen abgetreten und demselben die Possessio des Ackers eingeräumet/xc. So mag doch euch an eurem ältern Unterpfande dasselbe nicht nachheilig seyn/ son- 27 dern ihr seyd euch des Ackers/unangesehen der Debitor noch zur Zeit nicht excutirt, gebührender Weise angemessen wohl be- fügt/V. R. W.)

#### DEFINIT. CXIII.

*Ratione bonorum adventitiorum, que pater tutorio nomine administravit, competit liberis tacita hypotheca in bonis paternis.*

- 1 E X solā legis vel statuti dispositione tacita hypo- 2 theca alicui tribuitur, quæ & propterea legalis dicitur, Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membro. 4. num. 1. ubi ergo sanctio juris cessat, ibi quoque jus tacitæ hypothecæ non inducendum est, nec quod certis tantummodo casibus, certo modo per dis- positionem juris expressam introductum, id ad alios casus extendere licet, ut pulchrè docet Ant. Faber.

- 2 de Error. pragmas. decad. 1. Error. 1. † Casus igitur, quibus tacitæ hypothecæ jus Creditoribus indu-  
tum, si scire aveas, ad dispositionem juris recursas  
3 necesse est, † Quod tamen post alios congesit Matth.  
Berlich. part. 2. concl. 67. cosque majori ex parte tra-  
ctavi infr. part. 2. Const. Elect. 24. & 25. ubi etiam  
reperies, quando in bonis feudalibus locum habeat  
4 tacita hypotheca. † In bonis certè patris liberos ra-  
tione bonorum adventitiorum jus tacitæ hypothe-  
ca prætendere posse, expeditum est, l. cum oportet. 6.  
g. ult. C. de bon. qua lib. Matth. Welenb. in parat. ff.  
in quib. caus. pign. vel. hypoth. tacit. contr. num. 4.  
Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 13.  
5 † Quod tamen Justinianus Imp. in dict. l. 6. g. ult. ad  
bona materna restringit, in quibus pater usumfru-  
tum habet, ut dixi infra part. 2. Const. Elect. 24.  
6 defin. 17. † An ergò ratione reliquorum adventitio-  
rum bonorum jus tacitæ hypothecæ liberis in bonis  
paternis erit denegandum? Non certè, si parens bo-  
na adventitia tutorio nomine administraverit, quod  
semper in dubio fecisse præsumitur, l. pro officio. 20.  
C. de administr. tut. vid. infr. dict. Const. Elect. 24. de-  
fin. 14. & 18. † Quod & probat Illustrissimus Saxon.  
in Ordin. process. jud. sit. 45. in pr. desiggleichen die  
Kinder in ihres Vaters und die Mündlein in ihrer  
Vormunden Vermögen/wegen ihrer Güter/so sie ad-  
ministrirren.

Ita Domini in causa Caspar Reinholds zu Reichenbach/  
Mens. Jun. Anno 1634. ( Verba sent. Hat Hans Ackermann  
in einem gerichtlichen Testamente seines Bruders Caspar Ackermann  
seine Kinder/derer eins ihr nachmahlis geehliget/ zur Helf-  
se zu Erben eingesetzt/woraus als der testator Todes verfab-  
ten/hat gedachter Caspar Ackermann seiner Kinder Anheil  
und erlangte Erbschaft zu sich genommen/und bis an sein En-  
de bey sich behalten und administriret. Als er aber auch To-  
des verfahren/hat sich zu seiner Verlassenschaft ein Concur-  
sus Creditorum ereignet/ ic. So werden eurem Eheweible/  
anangescheten sie ihres Vaters Erbin worden/beyden die Mo-  
bilia und Immobilia, so sie von ihrem Vater ererbet/und noch  
wircklich vorhanden/vollständig/ und ohne Abbruch aus-  
geantwortet/desjenigen aber/ so von ihrem Vater veräußert  
und verchan worden/wird sie der Auktionsnach Vermöge-  
n des erlangten iurius tacitæ hypothecæ vor allen andern Gläu-  
bigern/ so keine ältere Verpfändung/ oder ander dingliches  
Recht erlanget/billich befriediget/ B. R. W.)

## DEFINIT. CXIV.

*Jus tacite hypotheca, quod pupillis in bonis tutoris  
competit, incipit à die susceptra vel confir-  
mata tutela.*

- 1 Pupillis quoque in bonis tutorum jus tacitæ hy-  
pothecæ competere, extra dubium est, l. pro officio.  
20. C. de administr. tutor. Matth. Welenb. in parat. ff.  
in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contr. num. 4. An-  
ton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. num. 6. † At,  
quo tempore incipiet hoc casu tacita hypotheca?  
Non ab eo tantum die, quo rationes redditæ & reli-  
qua explicata sunt. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. sit.  
3 7. defin. 1. num. 2. † Nec rursus à tempore cœptæ  
administrationis, cum tutor non minus teneatur de  
neglectis, quam de malè gestis, l. 1. & tot. sit. C. sti-  
4 tor. vel carar. non ges. † Sed ab ipso suscepti officii  
die vel confirmata tutelæ, dict. l. pro officio. 20. C.  
5 de admin. tutor. † Quod & disertè approbat il-  
lustrissimus Saxon. Elector. in Ordin. process. judic.  
6 sit. 45. g. ob auch wohl. Planè, si quis se prototore  
saltēm gesellerit, à die administrationis jus tacitæ hy-  
pothecæ incipere, vix dubium esse potest, secun-  
dum tradita infra p. 2. Constitut. Elect. 24. defin. 24.  
7 † Quod & placuit Illustrissimo Electori in dict. sit.  
45. g. ob auch wol/vers. man über einer.

Ita Domini in causa Balthasari Wormans zu Sommstoff/  
Meaf. Octobr. Anno 1634. ( Verba sent. Da aber dennoch

gedachten R. N. eures Weibes Vormundschaft etliche Jahre  
zuvor/ehe das Kirchen-Geld erborget/ aufgetragen worden/  
xc. So würde eures Weibes Forderung der Kirchen-Schuld/  
inhalts der schlechte und Churfürstlichen Sachs. Gerichts-Orda-  
nung billich vorgejedgen/B. R. W.)

Et in causa Creditorum Georgii Röthens zu Pehnig/Mens.  
Majo, Anno 1634. ( Verba sent. Zum fünften 59. Gilden  
14. Groschen/ so der Schuldner zu Vormundschaft Häusser-  
Richters/ und 22. Gilden 10. Groschen 6. Pfennig/ so er in  
Vormundschaft Marien Röthens eingenommen/ jedoch daß  
unter diesen beiden derjenige/bessen Vormundschaft der debi-  
tor vor erst auss sich genommen/dem andern vorgehe/xc.

## DEFINIT. CXV.

*Competit quoque jus tacite hypotheca Civitati, Eccle-  
sia, & hospitali in bonis administra-  
torum.*

NON solum pupillis & minoribus in bonis tuto-  
rum & Curatorum, † Sed & iis, qui minoribus  
atque pupillis comparantur, in bonis administrato-  
rum competit jus tacitæ hypothecæ, puta : Ecclesiaz  
in bonis œconomi vel prælati, alijsve administrato-  
ris, Felin. in cap. accepimus. 4. extr. de fide instrum.  
n. 1. Ant. Neguz. de pign. part. 2. membr. 4. num. 120.  
† Hospitali & Cenobio in bonis hospitalarii, Ne-  
guz. dict. membr. 4. n. 123. † Civitati ac Commu-  
nitati in bonis administratorum, Neguz. dict. loc. n.  
129. Matth. Welenb. in parat. ff. in quib. caus. pign.  
vel hypoth. num. 5. † Quæ omnia disertè approba-  
vit Illustrissimus Saxon., in Ordin. process. judic. sit.  
45. g. So seynd auch die Gütere.

Ita Domini in causa Barthel Herkels Gläubiger / Mens.  
Octobr. Anno 1635.

Et in causa der Knoblochischen Gläubiger zu Leipzig/Mer-  
se Majo, Anno 1625.

## DEFINIT. CXVI.

*Ratione pecunie mutuò data, competit jus tacite hy-  
potheca Ecclesiaz, hospitalibus, & scholis in bo-  
nis debitoris.*

NON tamen utitur civitas aliave communitas ju-  
re tacitæ hypothecæ aduersus alium debitorem,  
cui forsan ab administratore pecunia sua mutuò fue-  
rit data, sed duntaxat in bonis ipsius administratoris  
hoc jus Ecclesiaz & civitati indultum est, l. simile 10.  
ff. ad municip. l. si fundum. 4. C. qui potior. in pignor. l.  
2. C. de jur. Reipubl. l. II. Matth. Welenb. in parat. ff.  
de privileg. Credit. n. 5. † Perinde sicuti nec bona  
eius, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò data est,  
jure tacitæ hypothecæ pupillo sunt obligata, ut di-  
xi infr. part. 2. Const. Elect. 24. defin. 13. Anton. Fab.  
in Codic. l. 8. sit. 7. defin. 2. numer. 6. 7. † Ergo, in-  
quies, neque Ecclesiaz, hospitalibus, & scholis, ra-  
tione pecuniaz creditæ in bonis debitoris, qui ad-  
ministrator non est, jus tacitæ hypothecæ concessum  
erit? Ita quidem dicendum/videtur de jure commu-  
ni, † Quia Ecclesiaz & schola pupillis atque mino-  
ribus æquiparantur, Gloss. in l. Res publica. 4. verb.  
solet. vers. sic & in Ecclesia. C. quib. ex caus. major.  
Hartm. Pistor. observat. 68. Attamen in provinciæ  
sui Electoratus Illustrissimus Saxon. Ecclesias, Scho-  
las, Universitates, Stipendia, & hospitalia majori  
favo digna judicavit, iisque jus tacitæ hypothecæ  
in bonis cuiuscunque debitoris assignavit, † ita ta-  
men, ut membra Ecclesiarum vel scholarum, tan-  
quam singulæ personæ, puta Professores, vel mini-  
stri Ecclesiæ beneficio eo se tueri valeant aduersus  
alios Creditores, in Ordin. process. judic. sit. 45. g.  
Weil wir aber dennoch.

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Röthens zu Peh-  
nig/Mens. Majo, Anno 1634.

Icum in causa Hässer und Joachim der Arme Gläubigere  
zu Leipzig/Mens. Novembr. Anno 1634.

Icum

Item in causa Jobst von Eßerns Gläubiger/Mens. Maj. Anno 1630.

Et in causa D. Johan. Steinmezens Gläubiger / Mens April. Anno 1617.

## DEFINIT. CXVII.

*Competit etiam jus tacita hypothecæ locatori ratione mercedis in rebus, domui conductæ illatis.*

- 1 **L**ocum etiam habet tacita hypotheca in bonis in domum, aream, cellam, aliamve rem conductam illatis atque inventis, pro mercede nempe promissa. *I. Pomponius. 2. l. eo jure. 4. l. licet in prædium. 6. ff. quib. in caus. pign. 1. certi juris. 5. C. de locat.*
- 2 **†** Quod & verbis manifestis confirmavit Illustrissimus Saxon. Elector. in Ordin. process. judic. tit. 45 §. Wann auch einer. Johann. Schneidew. in S. item Serviana. 7. inst. de action. num. 15. Matth. Wesenb. in parat. ff. in quib. caus. pign. tac. contrab. num. 2. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 235. & seqq. Ant. Neguz. de pign. part. 2. membr. 4. n. 128. **†** Nec minor est favor legatarii, qui pro legato in bonis testatoris æquè tacitam habet hypothecam, §. sed olim. 2. sub. fin. inst. de legat. l. 1. C. comm. de legat. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 45. 6. item. wann etnem. Johann. Schneidewin. in §. sed olim. 2. inst. de legat. num. 21. Anton. Neguz. dict. membr. 4. n. 157. Joh. Mich. Beuther. de jur. prelat. part. 1. cap. 14. **†** Attamen non præfertur legatarius ratione hujus hypothecæ Creditoribus testatoris, etiamsi nudi sint Chirographarii, per text. in l. creditoribus. 4. §. legatarios. 1. l. quotiens. 6. in pr. ff. de separation. l. scimus. 22. §. et si prefatam. 4. & §. seq. C. de jur. delib. **†** Scilicet, quia legata non nisi deducto ære alieno debentur, §. ult. inst. de leg. Falcid. l. 4. §. 1. l. 6. ff. de separat. l. 1. pen. ad SCrum Trebell. l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ff. de in. off. testament.
- 3 Ita Domini in causa Creditorum Georgii Röthens zu Nehring/Mens. Mayo Anno 1614. (Verba sentent. Zum sechsten Haus Feber 22. Gülden Mühl. Bins) jedoch nur in des Schuldeuers fahrender Habe/sö in dem abgemieteten Kram-Gewölbe befunden worden/ vermöge des darinuen erlangeten stillschweigenden Unterpfands/ic.

## DEFINIT. CXIX.

*Non habet jus tacita hypothecæ maritus in bonis uxoris, ratione portionis in pactis dotalibus sibi in casum mortis uxoris promissa.*

- 1 **C**um mulieri ratio doris non modò jus tacita hypothecæ, sed & prælationis in bonis mariti competit, Supr. Defin. 64. & 65. eodem jure, ratione portionis ex bonis uxoris in casum mortis promissa, sibi prospectum putabat maritus, vel saltē ex natura correlativorum, quorum eadem est ratio, l. legem Julianam 3. in pr. ubi Bartol. Jason. & Dd. C. de dict. viduit. toll. Nicol. Everh. in topic. loc. à cor. relatis. num. 3. Nicol. Boer. decis. 48. num. 3. **†** Sed ridiculus penè videbatur, cum privilegium istud specialiter dotti concessum à Justiniano Imper. in l. assiduis. 12. C. qui potior. in pign. ad casum alium extra causam doris trahi nequeat, **†** ex quo ipso satis appareat disparitas correlatorum. Neque jus tacita hypothecæ absque prælatione etiam, marito tribuendum sine juris autoritate; **†** quippe, quod tacita hypotheca non inducatur nisi in casibus à Lege expressis. Gloss. in fin. l. 2. ff. de priv. creditor. Bald. in l. 2. C. in quib. caus. pign. tac. contr. Franc. Vivius decis. 45. num. 6. & 35.
- 2 Ita Domini in causa David Hermans zu Dresden/ Mens Junio, Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl derselbe deret

in der Chestiftung / auf seines Weibes Todesfall ihm ver-schrieben 2400. fl. fürzugehen / und sich der Erstigkeit zu ge-brachten gemeinet; dieweil ihr aber dennoch berührter eu-rer Schuld halber/eine ausdrückliche hypothecam erlanget/ den Ehemännern aber in dergleichen von ihren Weibern in der Chestiftung ihnen ausgemachten und versprochenen portion zu Recht kein stillschweigend Unterpfand noch einiges jus prælationis zusteht. So werdet ihr auch vorerst billich befriedi-get/und es hat sich bemeldter W. P. vor euch einziger Erstigkeit nicht anzunlassen/ V. N. W.)

## DEFINIT. CXIX.

*Quando pignus incipiat, in casu, quo non in ipso contractus tempore de hoc fuerit conventum.*

- 1 **E**t si pignoris actio ex sola conventione de jure prætorio nascatur, l. si tibi. 17. §. 2. ff. de paß. l. 1. ff. de pign. alt. ac proinde quantum ipsum pignus per se consideratum attinet, id ipso conventionis tempore incipiat, l. Creditor. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign. Supr. defin. 11. in pr. **†** Attamen si pignus re-lativè ad ipsum contractum principalem, ut omnino fieri oportet, consideremus, ex ipso contractu, si quidem huic pignus statim adjectum, & eodem tempore de contractu & pignore conventum fuerit, de hoc judicare debemus, istudque omnes qualitaes principalis obligationis induit, l. grege. 13. §. si sub conditione. 5. ff. de pign. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 14. num. 5. & 6. At, quando non ipso contractus tempore, sed diverso de pignore conventum fuerit, distinguendum est, an pignoris conventio contra-stum præcesserit, an secuta fuerit? **†** Priori casu, quin conventio pignoris accessoria sine principali consi-sterenulo modo potuit, ab ipso contractus tempo-re pignus incipiet. **†** Ex quo sit, ut is, cui eadem res interim pignori data fuit, præferatur, l. pen. ff. qua res pign. oblig. non poss. l. potior. 11. in pr. ff. qui potior. in pign. **†** Sed casu posteriori, quando post contractum demum perfectum de pignore fuerit conventum, conventionis pignoratitiae potius, quam contractus tempus inspicitur; scilicet, quod absque conventione pignus expressum contrahi nequeat, l. 1. ff. de pign. alt. Hartm. Pistor. dict. quest. 14. num. 28.

Ita Domini in causa Nicolai VWaldens & Johannis Jung-michelis contra Christopherum Grummen zu Grünhain/Mens Decemb. Anno 1630.

## DEFINIT. CXX.

*Potior est hypothecarius in diem, quamvis, cui postea ante diei adventum eadem res purè op-pignorata fuerit.*

- 1 **E**odem igitur modo de hypothecâ, qua in ipso contractus tempore constituta fuit, aut præcessit, judicandum est, atque de ipso contractu principali, Defin. præced. Quare si pro contractu puro pignus acceptum fuerit, **†** ipsum tempus, quo de contractu conventum, non autem quo numeratio secuta est, inspicitur, **†** ac propterea is, qui prius contraxit, in pignore eo nomine accepto præferendus est illi, cui, priusquam pecunia ex illo contractu debita numera-retur, eadem res pignori data fuit, l. 1. ff. qui pot. in pignor. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 14. num. 7. **†** In contractu vero in diem, sive ex die celebrato, ipsum conventionis tempus, non autem ejus, quo dies ve-nit, spectandum est, adeoque si ante diei adventum alteri eadem res oppignorata fuerit, is, qui prius ex die pignus accepit, tanquam potior præferri debet, l. Creditor. 12. §. si primus. 2. ff. qui pot. in pignor. **†** Etenim quia etiam, antequam dies venerit, obli-gatio necessitatem quandam pariens contracta est, dies quoque ejus cessisse intelligitur, l. cedere diem. 213. ff. de V. S. ut præinde merito ipsum obligatio-nis

nis tempus spectetur, nec debitori, pignore semel dato, in præjudicium Creditoris, contravenire concedendum sit, l. scut. 5. C. de obligat. & action. † Planè, Creditorem quoque, qui sub conditione hypothecam accipit, præferendum esse illi, cui ante conditionis eventum hypotheca purè constituta est, si postea conditio extiterit, probat text in l. qui balneum 9. S. amplius. 1. & in l. posterior est 11. S. videamus. 1. 7 ff. qui posterior in pign. † Nimirum, quod conditionis eventus in contractibus retrotrahatur ad ipsum contractus tempus, l. necessario. 8. pr. vers. quod si pendente 1. ff. de peric. & comm. rei vendit. ut pluribus docet Hartm. Pistor. ditt. queſt. 14. num. 15. 16. & seqq.. Modò conditio sit casualis vel mixta: 8 † Nam si ex merâ debitoris potestate dependet, hypotheca non retrotrahitur ad tempus contractæ obligationis, sed attenditur tempus conditionis existentis l. i. C. qui pot. in pign. l. posterior. 11. in pr. ff. cod. sis. Anton. Neguz. de pign. part. 5. membr. 2. num. 10. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 66. num. 32. Mynsing. cent. 1. obſervat. 59. poſt pr.

Ita Domini in eadem cauſa. ( Verba ſent. Dieweil der Pfarrherr Nicolaus VValde, ehe und juvor Hansen Jungmichel zu dem Acker/die Fuchsleite genannt/würdlichen verholfen worden/auff alle des Schuldener Christoff Grummens Gütern/und also auch auf bemeldten Acker/seiner Forderung wegen ein beständig Unterſand allbereit erlanget gehabt. So mag ihm auch/unangesehen/dass der Zahl-Termin noch nicht fällig gewesen / Hans Jungmichel nicht vorgezogen werden/ ic. )

#### DEFINIT. CXXI.

*Ex promiſſione de re oppignorandæ, non præfertur quis Creditori, cui poſte ares eadem fuit oppignorata.*

1 Fieri potest, ut ex conventione expreſſa pignus tacitè inducatur, quaſi in necessarium antecedens, arg. l. 2. ff. de jurisdic. l. ad legatum. 62. ff. de 2 procurat. † puta, si Creditori potestas data fit ingrediendi propriæ autoritate bona debitoris, quod facere non potest is, cui bona non sunt obligata, l. Credidores. 3. C. de pign. l. doris actione. 9. C. ſolut. ma- 3 trim. † aut, si convenerit, ut liceat Creditori ven- dere bona debitoris, quo ipſo de obligandis iis actum quoque intelligitur, cum alioqui bona aliena diſtrahere nemini permittatur tot. tis. C. de reb. alien. 4 non alien. † Tacitum vero an expreſſum hoc caſu pignus ceneſatur contractum diſputat Anton. Fab. in Cod. l. 8. tit. 7. defin. 7. num. 7. & pro tacito con- 5 cludit, quippe, quod expreſſa pignoris conventio nulla intervenerit, nec novum fit, tacitum induci pactum ex alio, quod fit expreſſum, l. 2. & 4. ff. de 6 pat. l. qui in futurum 57. ff. cod. tit. † Sed neque tacita neque expreſſa conventio hypothecam faciet, si non fit inita de actu præſenti & ipsa oppignoratio- 7 ne. † Nam promiſſio de oppignorando pignus non facit; Ergo nec præferendus erit quispiam ex promiſſione Creditori posteriori, cui res fuit actualiter & de præſenti oppignorata, juxta tradita Matth. de Afflict. decif. 286. Daniel. Moller. l. 3. ſemeſtr. 26. Joach. Mynsing. cent. 4. obſerv. 87.

Ita Domini in cauſa Antonii Corbeti zu Lauchſadt / Menſ. April. Anno 1630. ( Verba ſent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet / dass euer Schuldener euch ſein Haus würdlichen nicht verpſändet/ſondern euch nur darauff vertröſtet / und dafſelbe zu thun verſprochen/x. So möget ihr auch demjenigen Creditori, deme es hernach würdlichen verhypotheciret werden/in der Zahlung nicht vorgezogen werden/ V. R. W. )

#### DEFINIT. CXXII.

*Valeat de jure civili hypotheca bonorum immobilium extrajudicialis, in tantum, ut anterior mulieri ratione dotis preferatur.*

E Tſi bonorum immobilium oppignorationes in foro Saxonico aliter non valeant, quam si judicis seu Magistratus ordinarii autoritate muniantur & corroborentur, Landr. l. i. art. 8. Constit. Elect. 23. p. 2. ubi vid. defin. 1. Andr. Rauchb. part. 1. queſt. 6. num. 14. Matth. Coler. de process. executiv. part. 1. cap. 10. num. 194. Christoph. Zobel. part. 2. differ. 28. num. 12. † Attamen quin valida fit hypotheca saltē de jure civili, etiam in bonis immobilibus extrajudicialiter constituta, ambigendum non est, Glos. in Lult. verb. aliis vendere, vers. item au pi-gnare C. de jur. emphyter. Matth. Coler. ditz. cap. 10. num. 188. † Ergo, inquires, hypotheca extra-judicialis modo anterior fit, præferenda quoque erit de jure civili mulieri ratione dotis? ita omnino est, secundum tradita Supr. Defin. 65. l. affidatis. 12. C. qui posterior. in pignor. Quod tantò minus alicui vi-debitur absurdum, quanto certius est, in foro etiam Saxonico anteriorem hypothecam extrajudicialem præferri doti mulieris, ſaltem in rebus mobilibus Supr. defin. 67. † Planè extrajudicialis hypotheca ſtam valida non est, ut præferatur publicæ scripturæ ſive hypothecæ judiciali quantumvis posteriori per text. in l. scripturas 11. C. qui posterior. in pignor. † Ex quo tamen nihil inferendum ad conventionalem hypothecam rerum mobilium Saxoniam, quam nec judicialis posterior oppignoratio, nec areſtum vin- cit, ut dixi infr. part. 2. Conſt. Elect. 23. defin. 9. Dan. Moll. l. i. ſemeſtr. 3.

Ita Domini in cauſa Georgii Alsdorffis Gläubiger zu Frankfurt an der Oder Menſ. Decembr. Anno 1634. ( Verba ſent. So werden nach gemeinen Käyferlichen Rechten anfänglichen bezahlet 300. Reichsthaler Andreas Eſarden/ laut der ihm ausgehändigten obligation, und darinnen konſtituirten extrajudicial hypothec, wofern folches vor des Schuldener Weibes/mit ihm dem Schuldener getroffenen und vollzogenen Berehligung geschehen/ hernach die Wittbe mit ihrem Einbringen/ ic. )

#### DEFINIT. CXXIII.

*Poſtquam venditā hypothecā de pretio ſatisfactum eſt hypothecariis, in reſiduo pretiis, Chirographariis preferuntur ii, qui conventionalem habent hypothecam.*

M Obilium oppignorationes extrajudicialiter fa- 1 ctas etiam in foro Saxonico validas haberi, adeò certum est, ut conventionali hypothecā (prout vulgo ſolet appellari) in mercibus ſibi plenissimè pro- ſpectum arbitrentur mercatores, nec falli poſſunt, cum ſola conventione mobilium oppignorationi vali- ditatem attribuat, Conſt. Elect. 23. S. ult. p. 2. ubi V. d. Defin. 9. Dan. Moll. l. i. ſemeſtr. 3. † Dubium hinc eſſe vix poterit, quin venditis bonis immobilibus, æreque alieno hypothecariis exſoluto, in reſiduo ſaltem pretii præferant Chirographariis Credidores ii, qui de conventionali hypothecā ſibi proſpexerunt; † Nempe, quod pretium ex immo- bilibus redactum conventionali hypotheca fuerit, affectum, ut meritò huic in pretio concedenda fit prærogativa, non minus, ac in cæteris debitoris bonis immobilibus, prout in ſimili concludit Elektor Sa- xon. Illustrissimus in Conſtit. 25. part. 2. ubi Vid. Defin. 1.

Ita Domini in cauſa Hansen Kindlers zu Grefſau / Menſ. Septembr. Anno 1601. ( Verba ſent. Nach deme aber nach des Schuldener Tode/ſein verlaſſenes Haus zur Bezahlung ſeiner Gläubiger um 1000. Thaler verkaufte werden/ ſeyn nach Beſtridigung der hypothecarien/ſo gerichtliche Verpfändung auf/bemeldtem Hause gehabt/ 546. Thlr abrig geblieben. Ob nun gleich gedachten euren principal des Hauses gerichtlichen nicht verpſändet worden / dieweil aber dennoch ihme neben dem Hause auch alle andere des Schuldener Gütere zum Ur-

terpfand verschrieben / und iro erwehute 546. Thaler nicht mehr unbeweglich Gut seyn/jondern Baarschafft worden / so wird vielberharter etos Principal von mehr angereget 546. Ihr. so wohl auch der andern des versorbenen Schuldners Fahrniß und außenstehenden Schulden vor den andern Gläubigern/so keine ältere Verpfändung haben/billich bestiedigt/ V. R. W.)

## DEFINIT. CXXIV.

*In fructibus fundi prefertur hypotheca extrajudicialis anterior judiciali posteriori, etiam in foro Saxonico.*

- 1 **P**refertur itaque etiam in foro Saxonico extrajudicialis hypotheca anterior posteriori judiciali, saltem in rebus mobilibus, Defin. *præced. infr. part. 2. Constit. Elect. 23. defin. 9. 10. 11. 12. 13.* Ordin. processus. *tit. 40. in pr.* † Sed num etiam in fructibus fundi adhuc pendentibus? Negaveris forsitan hoc ipsum, propterea quod fructus à solo nondum separati immobilium jure censeantur, *l. fructus 44. ff. de R. V. Speculat. in tit. de fruct. & interest. 5. 1. vers. sed pone pralatus.* † Sed concesserim hoc saltem de jure civili, quo considerantur fructus velut accessorium & pars fundi. † At jura Saxonica separatam à fundo habent eorum rationem, estimant scilicet jus percipiendi fructus, non tam ex fundo, quam ex cultura, quam peracta, fructus possessori jam acquisiti censentur, ut maximè percepti haud fuerint, *Landr. 1. 2. art. 58. Constit. Elect. 32. p. 3. ubi Defin. 1.* † Ergo in foro Saxonico fructus adhuc solo cohærentes inter mobilia rectissimè referuntur, *Matth. Berlich. part. 3. concl. 30. num. 20. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 24. num. 81.* & quod huic conseqens, † in iis etiam extrajudicialis hypotheca valebit. Quidni ergo Creditor, cui fundus extrajudicialiter fuit antea oppiguoratus, in fructibus duntaxat erit præferendus illi, qui postea demum judicialem hypothecam in eo acquisiverit? *dicit. tit. 46. l. 2. Landr. Matth. Coler. part. 2. decis. 286. num. 101.*
- 2 Ita Domini in causa Martin Rössels zu Lutteritz / Mens. April. Anno 1634. (Verba sentent. Habt ihr Conrad Mohren 100. fl. geliehen/wogegen er euch seinen Adler verpfändet. Ob nun wohl solches Unterpfand in Gerichten nicht verschrieben/ noch mit der Obrigkeit Consens vollzogen worden / ic. So werdet ihr doch nichts minder in denen darauff erwachsenen und noch stehenden Gerichten/denen Gläubigern / so auf selbigen Adler noch euch ein gerichtlich Unterpfand erlanget/ billich vorgezogen / V. R. W.)

## DEFINIT. CXXV.

*Non sufficit hypotheca extrajudicialis, coram duobus vel tribus testibus, in bonis emphyteuticis, censitie & feudalibus constituta.*

- 1 **V**Alida est hypotheca de jure Saxonico, etiam in rebus immobilibus extrajudicialiter constituta in praesentiâ duorum vel trium testium aut pacto & transactione sigillis eorundem signata non quidem ut hypothecæ judiciali, licet posteriori, sed solummodo Chirographariis Creditoribus præferatur, ex sanctione manifesta Illustrissimi Saxonis in Constit. Elect. 23. §. Wann auch ein Gläubiger, part. 2. ubi vid. defn. 14. Ordin. processus. judic. tit. 46. §. da auch ein 2 Gläubiger. † Attamen noluit Serenissimus Elector Sanctionem hanc extendi ad bona feudalia, emphyteutica, vel censitica, *dicit. tit. 46. §. Wann aber ei 3 nec.* † Quod quidem facilius concedendum in bonis Corp. Definit. Vol. 4

feudalibus & emphyteuticis, propter dominium directum domino reservatum, *tit. 23. FF. 2. l. ale. C. de jur. emphyt. in quo domino haud est prejudicandum, juxta tradita Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42.* † Sed cum de bonis etiam censiticis possessores hodiè investiantur, *Constit. Elect. 39. §. Wann aber part. 2. ne quicquam honoris domino detrahatur, istius consensus ad oppignorationem bonorum censiticorum omnino necessarius visus fuit.*

Ita Domini in causa Hansen Salfelds contra Augustum Mien zu Voigtsberg / Mens. Jun. Anno 1615. (Verba sentent. Dass sich Verlagter in des Schuldners verlassenen Erbgutsgut gestalten Sachen nach/weil er allein für Notarien und Zeugen seine Verpfändung erlanget/vor Klägers gerichtlichen hypothec seiner Forderung nicht anzugemessen/et c.)

## DEFINIT. CXXVI.

*In tantum, ut ne quidem in fructibus predii feudalis vel Emphytentici hypotheca, coram testibus constituta, preferatur hypotheca judiciali.*

**A** Deo necessarium existimavit Illustrissimus Elector Saxon. consensum domini ad oppignorationem bonorum feudali, emphyteuticorum vel censiticorum, ut ne quidem in fructibus anteriorem hypothecam coram duobus vel tribus saltem testibus constitutam, judiciali oppignorationi præferri voluerit, in Ordin. processus. judic. tit. 46. §. Wann aber vers. jedoch soll der. † ut maximè alias, etiam simplici hypothecæ conventionali prærogativa hæc fuerit indulta, scilicet, ut non minus in fructibus, quam reliquis mobilibus hypothecæ judiciali, si antiquior hæc sit, præferatur, ut dixi *Supr. 1. Defin. 124.* † Nec tamen omnino à dispositione juris communis Saxonici recedet Legislator Illustrissimus, duntaxat chirographariis in fructibus bonorum feudali, emphyteuticorum aut censiticorum, præferri jussit eos, qui coram testibus hypothecæ conventionali sibi prospexerunt, *dicit. tit. 46. §. Wann aber in fin.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dass sich Verlagter in des Schuldners verlassenen Erbgutsgut oder denen darauff erwachsenen und noch stehenden Früchten/ gestalten Sachen nach/weil er allein für Notarien und Zeugen seine Verpfändung erlanget/vor Klägers gerichtlichen hypothec seiner Forderung sich anzugemessen/ V. R. W.)

## DEFINIT. CXXVII.

*Prefertur hypotheca coram testibus constituta anteriori posteriori tacita, ut & dori mulieris.*

**S**ubstantit omnino bonotum immobilium oppignorationis in foro Saxonico extrajudicialiter facta, si duo vel plures testes fuerint exhibiti, *Constit. 23. §. Wann auch. part. 2. Ordin. processus. judic. tit. 46. §. da ein Gläubiger / non solum ut Chirographariis, tñled etiam arestantibus & immisis judicialiter in bona debitoris præferatur, ut dixi *infr. part. 2. Constit. Elect. 23. defn. 14. & 15.* † Solam enim judicalem hypothecam exceptit Illustrissimus Saxon, *dicit. Constit. 23. §. Es sollen aber & dicit. tit. 46. §. Da auch ein Gläubiger. † Ex quo porrò inferre licet, jure tacita hypothecæ posterioris, haud præferendos esse creditores oppignorationi anteriori coram testibus extrajudicialiter factæ. † Quia exceptio confirmat regula in casibus non exceptis, *l. nam quod liquida 4. §. fin. de penu legat. l. que faciam. 12. §. 43. vers. d: nique in fin. ubi Bartol. ff. de infr. vel infr. legat. Felin. in cap. quoniam frequenter. §. extir. ut lit. non conteft. † Nec immerito, cum hypotheca coram testibus, vel instrumento constituta adipiscatur natura & qualitatē verae hypothecæ, *dicit. Constit. 23. §. Wann auch. † Quin nec privilegio doris eam postponendā putaverim, quippe quod mulier hoc nomine expresse anteriori haud****

8 præferatur *huc* *Const. 28. Supr. Defin. 64.* † Quia ergo hypothecæ coram testibus expressâ conventione, 9 constitutæ? † Certè, eo minus id dicendum erit, quâd propius per id acceditur ad rationem juris communis, quod hypothecam quantumvis extra-judicialem, mulieri etiam ratione dotis postea illatæ 10 præfert. *Supr. Defin. 122.* † Et sanè, si in bonis saltem immobilibus nuda conventionalis anterior prævalet dotis privilegio, ut demonstravi *Supr. Defin. 67.* Quidni etiam in bonis immobilibus hypotheca eoram testibus constituta? Scilicet, ultra tacitam hypothecam anteriorem privilegium dotis neutiquam extendi debet, *Ordin. process. judic. El. Saxon. tit. 43. in pr. vers.* Die vor ihnen stillschweigende Verpfändung erlanget. Sed hoc mutatum est in *Decis. Elect. nov. 60.*

Ita Domini in causa Michael Haselfelds zu Enna / Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Über denjenigen Creditorum, so vor ihrer Verhölung allbereit / auf ihres Mannes Verhausung im hiesigen Notarien und Zeugen/ein Unterpfand erlanget/mag sie/ungeachtet solche Verpfändung nicht gerichtlich geschenken/ gestalten Sachen nach nicht vorgezogen werden / B. R. W.)

#### DEFINIT. CXXVIII.

*Generalis hypotheca anterior præfertur speciali posteriori, etiamsi alia sufficiant bona, & quantum id fallat.*

- 1 **Q**ui bona debitoris generaliter tantum obligata habet, quamcunque voluerit, rem eligere poterit, *i. Creditoris. 8. ff. de distr. pign. usque ad eò,* † ut si elegerit rem, quæ deinde alteri specialiter obligata fuit, veluti prior tempore, etiam in re ista præferatur, *i. si generaliter. 6. C. qui pot. in pignor. i. qui generaliter. 2. ff. cod. tit. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 13. num. 2.* † Quod si opponas regulam vulgaris, quâ generi per speciem dicitur derogari, *c. in toto 80. de reg. jur. in 60.* Respondeo, † in potestate debitoris haud situm esse, ut secundo Creditori rem specialiter obligando, priori jus ex generali hypotheca quæsumus auferat, *cum Fulgos. in dict. i. qui generaliter. 2. ff. qui pot. in pign. quem ablegat.*
- 2 Hartm. Pistor. *dict. quest. 13. n. 2.* † Alter se rès habet in Creditore, cui generalis & specialis simul hypothecafuerit, constituta, qui prius specialem executare tenetur antequam generali utatur, *dict. i. 2. & dixi de hoc infr. part. 2. Const. Elect. 23. Defin. 29. Anton. Bab. in Codic. lib. 8. tit. 6. Defin. 8. num. 1. & lib. 6. conjunct. 13.* † Quod & placuit Serenissimo Saxon. Electori, in *Ordin. process. judic. tit. 46. §. Ob nun wol alle.* † Planè non potest hypothecarius, cui generalis constituta est hypotheca, reliquis Creditoribus præjudicare in speciali hypotheca, si certam rem semel elegerit, ut demonstravi *infr. part. 2. Const. Elect. 23. Defin. 30.*

Ita Domini in causa Johannis Praetorii zu Meissen/Mense Jun. Anno 1635.

#### DEFINIT. CXXIX.

*Nec præferendus est Creditor anteriori generali ex eo, quod specialem posteriorem hypothecam per decennium possederit atque fructus perceperit.*

- 1 **N**on eò magis erit audiendus Creditor, qui posteriore habet hypothecam specialem, quod eam per longum tempus puta per decennium posse derit, ac fructus perceperit; † Quomodo enim quæso, anteriori generale pignus habenti præjudicare potuerit, quem vel sola prioritas temporis juvat & prærogativam tribuit, *i. qui generaliter. 2. ff. qui posterior. in pignor. i. si generaliter. 6. C. cod. tit. Nisi per possessionem jus hypothecæ generalis diminutum, dicere velis forsitan etenim saltem, ne pignus posses-*

foriatisferatur antequam alia debitoris bona fuerint excusa, ut putat Dion. Gothofr. in *Novel. 112. c. 1. §. hoc autem precipimus lit. F. vers. quid si generalis creditor.* † Quod omnino falsum est. Non enim possesso hypothecæ plus juris affert, nec Creditor posterior rem alii prius hypothecatam possidens, juri primi Creditoris per id quicquam detrahit, *i. Creditor. 12. §. ult. ff. qui potior. in pign.* † ac nec quidem excusione hoc casu locum dari, probavi *Supr. Defin. 112. ex Hartm. Pistor. part. 3. quest. 12. num. 12.* † Ve- luti etiam liquet ex Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. vers. Dann ob wol sonst ic.

Ita Domini in causa Wolff Edwers / Mens. Jun. Anno 1604. (Verba sent. Und wiewol etlichen Gläubigern unterschiedene Acker und Wiesen in specie verpfändet worden/dieselbe auch solche in die 10. Jahr geruhlichen inne gehabt und genossen/ und Walther Rudolff darwider nichts geredet. Diemel aber dennoch derselbe eine ältere und ausdrückliche Verpfändung auf allen Gütern in gemein erlanget/so können ihm auch diese special Verpfändungen zu keinem Nachtheil gelingen / ic.

#### DEFINIT. CXXX.

*Creditor, qui in bonis pariter feudalibus atque allodialibus debitoris, de hypothecâ sibi legitimè prospexit, non prohibetur petere executionem in bona feudalia ante excusationem allodialium bonorum.*

**S**Emper in arbitrio Creditoris est quamcunque voluntarier rem sibi hypothecatam eligere, in quamque petere executionem, *i. Creditoris 8. ff. de distract. pign. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 13. numer. 2.* † An ergo in bona etiam feudalia, si hæc pariter atque allodialia bona consensu Domini & Agnatorum fuerint oppignorata? Ita omnino dicendum erit, † nisi quis arbitrium Creditoris certo executionis modo astringere ausit, contra dict. *i. Creditoris. 8. ff. de distr. pign.* Nec enim ullibi in hypothecâ bonorum feudalium electio Creditori adempta est, in qua si executio petatur, neque agnatis neque domino feudi ulla tenus præjudicari crediderim, † vel saltem propter consensum adhibitum, quem revocare non magis possunt, quam facto suo contravenire *i. i. tot. tit. ff. de O. & A. i. post mortem. 25. ubi Bartol. & Dd. ff. de adopt. i. per fundum. 11. ff. de serv. rust. pred. i. 14. Codic. de R. V.* † Et quis necit, consensu domini & agnatorum bona etiam feudalia validè oppignorari, non secus atque bona allodialia. *Const. Elect. 46. vers.* Wann aber mit ihrer Bewilligung. *p. 2. Andr. Rauchb. part. 2. q. 44. n. 8. Jacob. Schult. in addit. ad Modelt. Pistor. part. 3. q. 120.* † ut certè cur potius in hæc, quam illa executio peti debeat, rationem animadvertere nequeam, † nisi quis forsitan putet, in subsidium duntaxat feudum obligari, si scilicet non supersint bona allodialia, ex quibus satisfieri posit Creditoribus, secundum tradita Rauchb. *dict. q. 44. n. 3. Modelt. Pistor. part. 3. q. 120. Schrader. de feud. part. 7. c. 7. num. 42.* Quod ut concesserim de jure communi, † in provinciis certè Electoratus Saxonici aliud obtinet, & exsolvenda sunt debita ejusmodi feudalia ex feudo, etiamsi bona allodialia Creditoribus sufficere possent, *dict. Const. Elect. 46. vers.* Sollen solche Schulden. *p. 2. & ibi Defin. 7.*

Ita Domini in causa Annen von der Dößnitz/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun wol der Lehnshofget vermeynet/dass die Lehnsgüter weiter nicht als in subsidium, und wofern die Erbstücke und Bezahlung nichtzureichen/hasten. Diemel aber dennoch solcher Schulden wegen haben die Lehen- und Erbgüter zugleich auch unterpfändlichen verschrieben worden/ic. So steht es auch diffals bei euch/wer die Bezahlung suchen wollet/ und wanu ihr den Lehnshofger in Anspruch zu nehmen erwellet/hat er sich darwider beständiger Weise nicht zu behaffen/B. R. W.)

DEFINIT. CXXXI.

**P**rimus Creditor in pignus tertii vel quarti Creditoris consentiens, non a tota hypotheca recedit, sed locum tertii vel quarti subintret.

- C**onsensus etiam tacitus & presumptus sufficit ad hoc, ut quis pignori vel hypothecarum renunciasse credatur, veluti si Creditor permittat pignus suum vendi, vel alio quovis modo alienari, inque id expressè consentiat, l. si debitor. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. sicut. 8. §. si voluntate. 6. ff. eod. tit. l. 2. C. de remiss. pign. Anton. Fab. in Codic. l. 8. tit. 14. defin. 6. numer. 1. Vid. infra. Constitut. Elect. 23. part. 2. Defin. 28. † At num etiam consentiens in oppignorationem rei sibi hypothecatae penitus à jure hypothecarum recedere censemitur? Ita † quidem volunt Hartm. Pistor. part. 3. quast. 16. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. num. 164. & seqq. & part. 2. decif. 279. numer. 4. Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 119. num. 1. & seq. † Sed vere, ne opinio hæc juri pariter & æquitati repugnet: Sanè, si evidenter appareat, † quid inter Creditorem consentientem & debitorem actum est, procul dubio eo standum erit, Jacob. Menoch. dict. presf. 119. num. 1. † At si hoc non appareat, in dubio potius illud actum censemitur, ut ordo inter Creditores servetur, ac Creditor primus illi, in cuius oppignorationem consensit, cedat, ejusque locum subintret, per text. in l. Creditor. 12. §. sitcum 4. sub fin. ff. qui pot. in pign. l. Paulus respondit. 12. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. 9. §. ult. ff. eod. tit. † Quin nec æquitas patitur, ut ex solo consensu in oppignorationem posteriori Creditori factam, totalis remissio inducatur, † siquidem renunciationis ea est natura, ut strictè accipiatur, & renuncianti minus obsit, L. exp. pluribus 89. ff. de solut. l. 17. §. 1. ff. de paſt. † Neque aliud inter Creditorem consentientem & debitorem actum videtur, quam ut Creditoris jus posteriori cedatur ac hujus locum prior subintret, cui actui omnino standum erit, l. semper. 34. ff. de reg. Jur. l. 1. §. 1. ff. de paſt. Andr. Rauchb. part. 1. q. 34. num. 34. & seqq. † veluti etiam disertè sancitum ab Illustrissimo Saxone in Ordinat. process. judic. tit. 46. §. Es trægt sich auch offtmahls zu. pid. infra. part. 112. Constitut. Elect. 16. Defin. 15. † Nec obstat, quod Creditor in alienationem pignoris expressè consentiens, illud totaliter remittat, ut dixi in princip. b. 12. defin. † Verum enim hoc est, nisi alia consentendi causa appareat, prout declarat id eleganter Ant. 13. Fab. in Codic. l. 8. tit. 14. defin. 6. † Atqui consensus pignori alterius dati eam esse causam, ut saltem jus hypothecarum, posteriori, in cuius solius favorem consentit, remittatur, inque ejus locum prior Creditor substituatur, modo dixi, & ex tacita contrahentium mente pariter atque textibus juris probavi.

Ita Domini in causa VVolfgangi Eßers/ Mens. Junio, Anno 1614.

In causa Creditorum Christophori Klugners zu Grünhain/ Mens. August. Anno 1521.

Et in causa Matthia Pingbachs Gläubiger/Mens. August. Anno 1620.

DEFINIT. CXXXII.

*Jus pignoris sui non remittit, qui patitur se presentem obligatam distrahi, nisi expressum consenserit.*

- A**lia itaque & diversa ratio est Creditoris consentientis oppignorationi rei sibi hypothecatae, & consentientis distractioni sive alienationi hypothecarum: Ille equidem jus suum hypothecarum totaliter non perdit, sed posteriori Creditori, in cuius favorem, Carpz. Definit. Vol. L

consentit, cedere videtur Definit. preced. † At hic jus pignoris debitori remisso censemitur, infra part. 2. Constit. Elect. 23. Defin. 28. modo expressè in distinctionem vel alienationem hypothecarum consenserit.

† Ceteroquin, ex eo solo quod Creditor praesens ac sciens patiatur, rem sibi oppignoratum aliter vendi ac distrahi, non jus suum remittere videbitur, cum ea potius ratione id passus censi debeat, quod sciatur, jus suum durare, l. sicut. 8. §. non videatur 15. ff. quib. mod. pign. vel. hypoth. solv. † Nisi proponas, in eam rem ipsum adfuisse & vocatum esse, ut in alienationem consentiret. † Planè, tutius semper agit Creditor, si praesens protestetur ad evitandam omnem disceptationem, quia protestatio conservat jus protestantis l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel by. hypoth. l. pro berede. 20. §. 1. ff. de acquir. beredit.

Ita tractatum in causa Christoph. Martini & Joannis fratre der Pfaffen zu Ebersbach/Mens. Jul. Anno 1635.

DEFINIT. CXXXIII.

*Non succedit quis in locum anterioris Creditoris ob id solum, quod ex ejus pecunia dimisso sit anterior Creditor, nisi de eo expressus convenerit.*

**E**T si priori Creditori hypothecario ex mea pecunia solutum fuerit, non tamen in ejus locum, & pignus succedere potero, properea solum, quod pecunia mea ad illum pervenerit, sive Creditor sim, sive extraneus, l. 1. ubi Gloss. & Dd. C. de bis qui in prior. Credit. loc. succedit. † etiam si inter me & debitorem convenisset, ut ex pecunia mea antecedens Creditor dimitteretur, si non etiam de pignore pacatus fuero, l. 3. ff. quares pign. oblig. poss. † Sed et si de pignore convenerit, vix satis id erit, ut in jus primi succedere debeam, nisi de hoc quoque expressim conventum sit. † Posset enim conventione intelligi de novo pignore potius, quam de eo, quod penes priorem Creditorem fuit, Gloss. & Dd. dict. loc. l. ult. C. de privil. fisci. † Non eadem est ratio hypothecariorum Creditorum, ubi si tertius Creditor solvat primo, in ejus utique locum succedat, quamvis pactum de eâ re nullum intervenerit, l. ult. C. de bis qui in prior. Credit. loc. succed. l. 1. C. qui potior. in pign. Ideoque secundo Creditori preferetur, l. Claudius. 16. vers. planè cum tertius. l. cum, qui à debitore. 17. ff. qui pot. in pign. Ant. Fab. in Cod. l. 8. tit. 9. defin. 2. q. 4. & s.

Ita Domini in causa Creditorum Sigismundi à Riebuschens zu Süddern/Mens. Octobr. Anno 1632.

Iem in causa Andreæ Jacobi zu Reichlitz/Mens. Octobr. Anno 1635.

Ite in causa Marten Taubens zu Gruhnberg/Mens. April. Anno 1636.

Et in causa Hansen Reiffschneiders contra Martin Leiboden zu Lügendorf/Mens. April. Anno 1630.

DEFINIT. CXXXIV.

*Is, ex ejus pecunia dimisso est privilegiarius Creditor, succedit in ejus privilegium, etiam circa conventionem.*

**A**lia quoque est ratio eorum, quorum pecunia ad priores & privilegiarios Creditores pervenit. Nam in locum, & jus illorum omnino succedunt, l. si ventri. 24. §. ult. ff. de reb. aut. jud. possid. l. 2. ff. de cess. bonor. l. sed. Julianus. 7. ff. ad stlum Macedon. l. 1. §. nunc tractemus o. ff. de iure. & rat. distr. † neque necesse est, in id creditam esse pecuniem ab eo, qui posterior contraxit, ut prior Creditor i solvantur. † Sed sufficit, ut ejus pecunia ad priorem pervenerit, sive statim & rectâ viâ, sive per ipsius debitoris personam, modò non ex intervallo, dict. l. si ventri 24. §. ult. † quoniam quæ in continenti fiuat, videntur inesse, l. dicta. 40. vers. decebam ff. de reb.

5 Credit. &c ne alioquin passim quæstio incurrat, utrum ex eâ ipsâ pecuniâ, an ex alia sit facta solutio, cui disceptationi occurrentum videtur, l. 4. §. autem pretor. 3. ff. de re judic. l. singulis. 6. ff. de except. rei jud. Ant. Fab. in Codir. l. 8. tit. 9. defin. 1.

Ita Domini in causa Creditorum Andréæ Müllers zu Leipzig/ Mensl. Febr. Anno 1636.

#### DEFINIT. CXXXV.

*Conventio de succedendo in jus anterioris Creditoris facta in continentii post numerationem, probat non minus ac si ante facta fuisset.*

1 **S**ecurus autem omnino est Creditor, ex cuius pecuniâ priori hypothecario à debitore solvit, si inter ipsum & debitorem id agatur, ut succedat 2 in locum primi Creditoris etiam ignorantis. † Cum & invito eo hoc fieri possit, l. quidam. 21. ff. de reb. 3 credit. l. si debitor. 30. ff. de solut. † Neque verò cessie ulla necessaria est, nisi cum extraneus pro debitore solvit Creditori, l. sic cum pecuniam. 3. & l. ult. C. 4 de privil. fisci. † Quin & si ponas, minus cautum Creditorem tertium dedisse mutuam pecuniam debitori, quæ primo Creditori soluta sit, nullâ 5 conventione facta de pignore, † postea verò debitorem pepigisse, ut in primi Creditoris jura tertius succederet, æquè sanè tum tertius secundo erit præferendus, modo in continentati non ex intervallo pactio secura sit, arg. l. 24. §. ult. ff. de reb. autor. judic. pos. fid. † Siquidem quæ in continenti fiunt, inesse vi- 6 dentur, l. juris gentium 7. §. quin imo 5. ff. de pac. l. letta. 40. ff. de reb. credit.

Ita Domini in causa Hansen Reiffschneiders contra Martin Leibolden zu Lüdensheim / Mensl. April. Anno 1630. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden/ daß Kläger seines Fährwenders ungeachtet/ vor Bellagten sich einiger priorität nich anzumessen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. CXXXVI.

*Pignora bodiè judicialiter plerumque constituantur, adeoque exiguis est usus l. fin. C. de jur. dom. impetr.*

1 **C**oncessâ facultate vendendi pignoris pacto expresso, dubium vix erit, quin jure istud vendere possit Creditor, & vendendo dominium transferat, l. si convenerit. 18. l. si necessarias. 8. §. si annua. 2 3. ff. de pign. act. † mōra tantummodò debitoris ut interveniat, necesse est, l. cum solvenda. 4. ubi Dd. ff. de dist. pign. l. si cessante. 7. l. que specialiter. 9. C. cod. 3 tit. † Sed etsi de pignoris venditione in contractu nil dictum, nec conventum fuerit, nihilominus si debitör in morâ reperiatur, vendendi jus & facultatem ex ipsa contractus natura Creditor habet, dicit. l. si convenerit. 18. l. creditoris. 8. l. creditor. 13. ff. de distr. pign. l. i. C. de pac. pign. Hartm. Pistor. part. 4 3. quest. 18. † Videat tamen Creditor, ut pignus bona fide & solenniter distrahat. l. que specialiter. 9. 5 C. de distr. pign. † ne si aliter agat, emptorem decipiat, à quo tum venditione non obstante, debitör rem suam benè vindicare potest, l. si priusquam 8. C. de distr. pign. l. 2. C. si vendit. pign. agat. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 19. † Consistit autem bona fides in eo, ne pignus viliori pretio vendatur, l. si uxor. 3. C. si vend. pign. agat. Sed ut venditor in pignore vendendo se gerat, prout paterfamilias diligens in distrahendis rebus suis versari solet, l. ea igitur. 14. ff. 7 de pign. action. † Ad solennitatem verò quandam requirebatur, ut res vendenda publicè præscribatur, idque debitori prius denunciaret Creditor, l. 8 Creditor. 4. Codic. de distr. pign. † Limitavit autem Justin. Imper. pignoris vendendi facultatem,

ita ut Creditor, postquam in morâ constitutus fuit debitör, biennium expectare teneatur, priusquam pignoris venditionem suscipere possit, l. fin. C. de jur. domin. impetr. Bart. Bald. Salye. & Dd. in l. Creditor. 4. ff. de distr. pign. † Quamvis alii sanctionem hanc Imperatoris Justiniani in d. l. fin. restringant ad sceneratores. † Sed communiter rejecta est opinio hæc, ut post alios, quos allegat, testatur Vincent. Caroc. de excuss. bonor. part. 2. quest. 7. num. 14. † Rectius dixerim, Justinianum de eo duntaxat casu fuisse locutum, quando de distrazione pignoris nihil conventum est, cum Hart. Pistor. dicit. quest. 18. num. 14. † Quin nec in pignore judiciali dispositio dicit. l. ult. locum habet, quippe quod post duorum mensium spacium à die captionis recte venditur, l. debitoribus. 31. ff. de re jud. † Quod & vertum est, si quis pignus conventionale auctoritate judicis interveniente vendi & sibi in solutum dari cureret, Salyc. in Autb. qui C. de bon. aut. judic. poss. Anton. Fab. de error. pragm. decad. 1. Error. 5. in fin. Illud quoque certum est, quod pignus judiciale dicatur omne id, quod capitur vigore instrumenti habentis paratam executionem, Bartol. in l. si & jure 10. num. 3. ff. qui pot. in pign. Anton. Fab. decad. 1. Error. 6. † Ex quo fit, quod cum hodiè in foro Saxonico ex Ordin. prov. instrumenta paratam executionem habeant, nullus vel saltem exiguum sit usus dicit. l. ult. C. de jur. dom. impetr. bene monente Hartm. Pistor. quest. 18. in fin.

Ita tractatum in causa Stephani Hanemans zu Dresden/ Mensl. Jan. Anno 1622.

#### DEFINIT. CXXXVII.

*Ex instrumento gvarentigiano extra processum etiam ordinarium, in bona debitoris judicialiter immisus Creditor pignus reale consequitur.*

**C**reditores in possessionem honorum debitoris immisii pignus judiciale consequuntur, & pari passu cum hypothecariis ambulant, ita, ut prior tempore potior sit jure, ex Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. & 47. quæ b. Const. 28. hypothecarios præferentem, correxit & immutavit. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 9. num. 39. Matth. Weisenb. in parat. ff. de privil. Credit. n. 9. † Quod nec aliter de jure communi se habet, l. si & jure 10. ff. qui potior. in pign. l. si decreto. 2. l. cum. Rempublicam. 3. C. cod. l. non est mirum. 26. in pr. & S. 1. ff. de pign. act. Jac. Cujac. l. 9. obseru. 37. Matth. Berlich. part. 1. concl. 68. n. 3. & 4. Andr. Rauchb. dicit. quest. 9. n. 39. † At quid, si extra processum ordinarium ex instrumento gvarentigiano, vel ad Principis rescriptum Creditores fuerint immisii? Dubium videntur facere verba b. Constitut. 28. §. nach iegtbz rührten. vers. Dergleichen haben auch die solchen Vorzug/welche auf vorgehenden ordentlichen process. und Recht / die würfliche Einweisung und immision erlanget haben / quæ sanè illis solummodo jus reali tribuunt, qui præcedente processu ordinario immisionem impetrarunt. † Sed verba captantur Illustrissimi Constituentis, ut demonstrat Berlich. dicit. concl. 68. num. 9. & 10. & ne quempiam remittentur, satis manifeste disposuit Serenissimus Saxo in Ordin. Proc. judic. tit. 47. in pr. ut immisus ex instrumento gvarentigiano, vel ad Principis rescriptum, non minus consequatur pignus reale, at si processus ordinarius præcessisset. † Rectissime sanè, ne Ordinatio provincialis instrumentis gvarentigiat, vel aliis scripturis liquidis paratam executionem tribuens, defraudetur effectu, † maximè cum

cum idem obtineat de jure communi, Bartol. in l. 12. ff. de reb. aut judic. poss. numer. 11. in pr. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. num. 20. Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 9. num. 40. Dan. Moll. bic num. 68. & l. 1. Semebr. 25.

Ita Domini in causa Sebastiani Mönchs zu Dreba / Mens. Decembr. Anno 1632. (Verba sent. Habet ihr auff Michael Eloben wegen euer Schuld geflaget / und die gerichtliche immision in sein Haß erlanget/wann nun gleichsolches summarischer Weise / und ohne ordentlichen rechtlichen process geschehen / ic. So habt ihr doch nichts desto weniger durch die beschéhene immision ein dingliches Recht bekommen/und mögen euch demnach diejenigen Creditores, so hernach allererst ein Unterpfand auff gedachten Elobens Gütern erlanget/ nicht vorgezogen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. CXXXIX.

*Bienti & immissus ex debito confessato absque productione cautionis.*

- 1 **N**eque jus pignoris reale denegandum est ei, qui cautione quidem sive Chirographo haud produeto, attamen credito in summario processu per confessionem debitoris probato, in bona ejus immittitur, cum negari nequeat, † Confessionem partis esse probationem probatam atque liquidissimam, ac partem haberi sententiæ in processu ordinario latæ, l. si convenerit. 26. ff. de re judic. l. 1. & 2. ff. de confess. Quod nec aliter se habet eo casu, quo per testes saltem debitum verificatur, ut benè adverdit, Matth. Berlich. p. 1. concl. 68. nisi forsan id contrariari existimaveris verbis b. Constitut. 28. §. nach ietzberührken/ vers. Wäre aber. cum Dan. Moller. bic num. 68. vers. vel testibus probet. & l. 1. semebr. 25. num. 1. † Sed accipienda sunt procul dubio verba dicitur. vers. Wäre aber/de eo casu, quo Creditor nec testes nec cautionem ullam produxit, sed sub- & obreptitiè immisionem impetravit, ut proinde ad hunc casum nil quicquam inde inferre liceat, Berlich. dicit. Concl. 68. num. 11.
- 2 Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Wann nun gleich solches summarischer Weise / und ohne ordentlichen rechtlichen process, auch ohne Vorlegung richtiges Briefs und Siegels auff des Debitoris Geständniß allein geschehen / ic. So hättet ihr doch nichts desto weniger durch die beschéhene immision ein dingliches Recht erlanget/und mögen euch demnach diejenigen Creditores, so hernach allererst ein Unterpfand auff gedachtes Elobens Gütern erlanget/ nicht vorgezogen werden/V. R. W.)

## DEFINIT. CXXXIX.

*Non tribuit executio Creditori pignus, ante immisionem realem in bona debitoris.*

- 1 **S**ola immision in bona debitoris Creditori pignus tribuit b. Const. 28. vers. Die würtfliche Einweisung und immision erlanget haben. † Ergo ad hoc, ut Creditores illi, qui ex causa judicati, vel instrumento, vel confessione debitoris in possessionem immittuntur, hoc jus hypothecæ consequantur, non sufficit interlocutoria & comminatio de mittendo in possessionem, sed requiritur † realis immision l. non est mirum. 26. §. sciendum est. l. ff. de pign. act. b. Const. 28. & Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 47. §. Es ist aber solches Modest. Pistor. part. 4. quæst. 165. n. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 78. num. 13. † Dicitur autem Creditor realiter immissus & bona debitoris possidere, non solum si ea occupet & detineat, sed etiam si resecatum fuerit frustulum ligni è januâ, wann ein Spahn ausgehauen / quod solum hodie indicium est factæ realis immisionis, † quamvis & aliis in locis solennitates alia realem denotent immisionem, de quibus si constet, ulterius de immisione realiter facta dubitandum non est, dicit. tit. 47. §. Es ist aber solches allein von denen Hülßen

zu verstehen / welche würtflich und actualiter durch Ausbauung eines Spahns oder andere dergleichen ies des Orts hergebrachte und gewöhnliche Solennitäten ergangen / und nicht nur bloß durch Beschlüsse oder Comminationes ohne Vollstreckung angeordnet seyns ic.

Ita Domini in causa Creditorum Christophori Optzens zu Halla/ Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Zum fünften werden bezahlet Jacob Lübosten 8. Thl. wosfern er am 3. Junii Anno 1619, die würtfliche Hülffe durch Ausschneidung eines Spahns oder sonst in des Debitoris Gütere erlanget. Zum sechsten Marien Gerhards Nodorffs Wittben 27. Thl. 17. gr. Vermöge ihres den 7. Septemb. Anno 1619. angelegten und prosequirten Areks &c.

Et in causa Erasmi Trögers Erben & Consorten contra die Meister des Buchmacher-Handwerks zu Plauen/ Mens. Oct. Anno 1630.

## DEFINIT. CXL.

*Consequitur tamen pignus Creditor, si post interlocutoriam judicis, ante immisionem realem, debitor ei casserit possessionem.*

**N**on ergo sola comminatio vel indicatio executionis, die Ansezung der Hülffe/ante realem immisionem factam pignus Creditori tribuit Definit. præced. † At quid, si debitor ejusmodi comminatio vel interlocutoria paruerit, & ante judiciale immisionem Creditori rem tradiderit, eoque modo Creditor possessionem apprehenderit? † Non. certè video, cur conventionalis hæc immision tam efficax haut esse debeat, ad tribuendum pignus sive jus reale, ac si judicialiter facta esset, cum debitor ad mandatum & comminationem judicis possessionem cesserit, † ac proinde hæc ipsa possessionis causa pro judiciali immisione sit habenda, disponente ita Serenissimo Dn. Electore in Ordinat. process. judic. tit. 47. §. Es ist aber solches vers. Es hätte dann ein Schuldener hierüber pariret, und dem Gläubiger sein Gut würtflich eingeräumet / welcher durch die apprebendire Posse gleichfalls ein dingliches Recht erlanget haben soll/ ic.

Ita Domini in causa Joachimi und Hansen der Arnste Gläubiger zu Leipzig/Mens.Novembr. Anno 1634. (Verba sent. Zum vierdten Zacharias Grubern 151 fl. und Lorenz Krebsens Wittben 160. fl. welchen auff vorgehende Ansezung der Hülffe der Schuldener Gütere abgetreten und eingeräumet worden/ ic.)

## DEFINIT. CXLI.

*Judex dilationem immisionis indulgens debitori, non prejudicat Creditori in jure reali per immisionem ei competituro.*

**S**æpius accidit, ut judex decernens executionem & actu paratus ad immisionem, alteram dilationem sex septimanarum & trium dierum debitori indulget, hæc conditione, ut si ei debitor intra illud spacium creditum non exsolverit, realiter Creditor immittatur: Interim alius Creditor executionem & realem immisionem simul impetrat, an hic secundus priori preferendus erit? Etsi hoc primâ fronte affirmandum videtur ex verbis b. Const. 28. §. nach iezo berührten / vers. Die würtfliche Einweisung/quaz soli reali immisioni effectum pignoris tribuunt, Supr. Definit. 139. † Rectius tamen id negant Dan. Moller. bic num. 68. & 69. & Modest. Pistor. part. 4. quæst. 165. propterea, † quod Creditor, facto judicis impeditus, quod minus realiter immittatur, pro immisso habeatur, & jus reale consequatur, non aliter ac si vere esset immissus, l. cum unus 12. §. si proper. ult. cum. l. seq. in pr. ff. de bon. autor. jud. possid. Bartol. in dicit. l. 12. & ibi Zafius num. 2. † Nec enim factum judicis partibus nocere debet, c. os qua

5 sunt à judice 26. extr. de reg. jur. in oto. † Haud inepte quoque dici posset, dilationem hoc casu, sub conditione casuali, si debitor non satisfecerit Creditori, concessam in puncto prioritatis retrotrahi, juxta naturam conditionis casualis, l. Titus. 4. ff. qua res pign. vel hypoth. l. qui balneum. 9. §. amplius. i. l. potior. ii. §. videamus i. ff. qui potior. in pignor.

Ita Domini in causa Ernesti Rapschers contra Jacobum Fichtenheim zu Herzberg/Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Dass sich Kläger Kraft der erlangten würdlichen Immision in Hansen Forbergens Gütere/vor beklagten gestalten Sachen nach/weil er vorerst die Hülfe ausbrachte/ ohne seine Bewilligung aber dem Debtor zum Überfluss noch eine Dilatation erscheint worden/einiger Priorität nicht anzumessen/B. R. W.)

**DEFINIT. CXLII.**  
*At Creditor in dilationem consentiens, prejudicat sibi in prioritatem ex reali immisione competiturā.*

- 1 **A**lia certè ratio est, si ipsem Creditor dilationem à debitore petitam annuat, immisionemque realem differri patiatur: Nam si alias interim Creditor executionem, atque simul immisionem realem impetrat, quin is præferri debeat, vix ambitur?
- 2 **N**ec enim tūm primus Creditor habet, quod de facto judicis aut damno ullo conqueri possit, sed sibimet ipsi imputet, quod dilationem concedendo, realem immisionem, ac per consequens jus prioritatis sibi inde competitum impediverit; † non enim damnum intelligitur sentire, quod quis suā culpā sentit, l. quod quis. 203. ff. de reg. jur.
- 3 Ita Domini in causa Sebastian Seidels und Wolff Weidlingen zu Leuchern/Mens. Jun. Anno 1602. (Verba sent. Hat den 15. Januarii jüngst verschienen/von Sebastian Seideln etlicher Schulden halber die Hülfe und Immision in George Arnsteins Gütere wiederfahren sollen/welche aber dazuwal auf gegegadachtes Arnsteins Bitte von gedachten Seideln eingeschafft/und noch bis auf eine Sächsis. Frist erstrecket worden. Ist nun den 3. Febr. hernach und also nach verflossener Sächsischer Frist/Wolff Weidlingen seiner Schulden halber/ die Hülfe/Einweisung und Widerung zugleich auss einmahl in bemelbtes Arnsteins Gütere mitgetheilet worden/ ic. so wird derselbe obberührtem Seideln in der Bezahlung billich vorgezogen/B. R. W.)

**DEFINIT. CXLIII.**

*Arestum in foro Saxonico jus reale tribuit, ex quo arrestantes præferuntur Creditoribus hypothecam posterioriem tacitam vel expressam habentibus.*

- 1 **M**ultum disceptari solet, an arrestantes præferantur Creditoribus hypothecam posterioriem tacitam vel expressam habentibus? Et quidem si negativè quis decidere vellet hanc quæstionem, † haud certè destitueretur is fundamentis & rationibus, ut demonstrat Andr. Rauchb. part. i. quest. 4. in quam sententiam etiam inclinat Modest. Pistor. part. 4. quest. 162. & quest. 165. Matth. Welenb. in parat. ff. de privil. Creditor. n. 9. † Sed nimurum argumenta & rationes eorum procedere possunt de jure communi, ubi arrestantibus nullum jus reale & tacita hypotheca tribuitur, ut benè animadvertisit Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. dict. quest. 165. num. 2. in 4 fin. † At cum in foro Saxonico Arrestantes, jus reale & tacitum pignus in bonis debitoris consequantur, b. Const. 28. §. Ferner sollen. vers. denen wir auch eine dingliche Gerechtigkeit. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 48. in pr. † quin posterioribus Creditoribus tacitam vel expressam hypothecam habentibus præferri debeant, vix dubium esse potest; † Siquidem natura pignoris est, ut prior posteriori præferatur, l. i. l. n. ff. qui potior. in pignor. Matth. Coler. de process. execut. part. i. cap. 2. num. 19.

& part. 3. cap. 8. num. 53. & seq. part. 1. decis. 137. n. 8. & seqq. Dan. Moller. hic num. 78. & seqq. & lib. 3. Semestr. 26. num. 4. & seqq. Christ. Zobel. part. 1. differ. 43. num. 8. † Quod & verbis disertis approbatum est ab Illustrissimo Electore Saxon. in dict. tit. 48. in pr. vers. Allen andern Gläubigern/die erst nach ihnen stillschweigende oder ausdrückliche Verpfändung oder Hülfe erlangen/mit der Bezahlung vorgenommen. Et. tit. 44. §. alle diese Gläubiger/ xc.

Ita Domini in causa Joachimi und Hansen Arnsts Gläubiger zu Leipzig/Mens. Nov. Anno 1634.

Et in causa Barthel Hertels Gläubiger zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1635.

**DEFINIT. CXLIV.**

*Inter arrestantes reliquis prefertur, qui prius ratione bora, atque momentijus reale impletaravit.*

**J**us reale & tacitum pignus acquirunt arrestantes ab ea ipsa horā, quā primum arrestum imposuerunt, atque legitimè illud prosecuti sunt, b. Constit. 28. §. Ferner sollen. vers. von der Stunde anfangen/ & process. judic. tit. 48. in pr. vers. von dem Tage und Stunde an/ da sic erstmals den Kummer schriftlich angelegt/Dan. Moller. hic num. 78. Andr. Rauchb. part. i. quest. 4. n. 1. & seq. Matth. Coler. de proc. execut. part. 3. cap. 11. num. 35. & 39. † Cui consequens est, circa arrestantium prioritatem rationem temporis habendam esse, ita ut is, qui prius judicem pro arresto sibi decernendo adivit & impetravit, alteri præferatur, † scilicet quia prior tempore potior est jure, cap. qui prior. 44. de reg. jur. in oto. l. i. & l. ii. ff. qui potior. in pignor.

Ita Domini in causa Creditorum Petri Antonii Dreselers zu Leipzig/Mens. Mayo Anno 1626. (Verba sent. Diese werden in gesagter Ordnung alle als Arrestanten bezahlt/ jedoch anderer Gestalt nicht/als wann dieselbe zuvor/ ob eines und des andern Arrest der angegebenen Stunde und Moment nach vor dem andern angeleget/ auch alle wege zu gebührender Zeit renoviret/ und zu welcher Stunde solches geschehen/richtig darthun und bescheinigen werden/ ic.

Item in causa Matthaei Griebens Gläubiger zu Leipzig/Mens Mart. Anno 1619.

Et in causa der Knoblochischen Gläubiger/Mens. Mayo, Anno 1623.

**DEFINIT. CXLV.**

*Petenti arestum non nocet mora judicis, si alius interim hoc impetrat.*

**I**nferre hinc licet, si judex pro arresto decernendo imploratus, Creditorem post aliquod tempus redire jubeat, interim vero aliis Creditor arestum impetrat, hoc priori neutquam nocere, sed eum omnino posteriori præferendum esse, cum Dan. Moller. lib. 3. Semestr. 44. num. 10. & seqq. & Dom. Arum. lib. 2. decis. 7. † Nempe, quod circa prioritatem, etiam horæ & punctum temporis attendantur, Defin. preced. Neque objicere hic licet, primum Creditorem nec arestum, nec jus reale unquam fuisse consecutum, † cum aliud sit ipsum arestum, aliud promissio de arresto decernendo, perinde atque aliud est factum, aliud vero promissio de faciendo, l. i. C. de pact. Gloss. in l. in bone fidei 7. §. si tamen i. ff. de eo quod cert. loc. † Quemadmodum in simili ad evitandam poenam Edicti de in jus vocando, non sufficit veniam petitam fuisse à Prætore, nisi imputata sit, l. 2. junct. Gloss. in verb. perita. C. de in jus vocand. † Siquidem eo ipso dum judex primo Creditori arestum non denegavit, sed eum redire jussit, arestum videtur concesisse, non autem se concessum promisisse, † quamvis & hoc fecisset, non tamen sine summa injuriâ alterum intervenientem prio.

ni præferre potuisset, ut bene animadvertisit Dani Moller. dilt. cap. 44. num. 20. Non enim in concurso Creditorum gratificationi locus est, nec factum aut mora judicis ulli Creditori obesse debet, c: eaqua sunt à judice. 26. de reg. jur. in 6to.

Ita Domini in causa Creditorum Nicolai von Dülzen zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1626, (Verba sent. Diese Gläubiger alle werden als Arestanten/, jedoch wann zuvor Hans Koch beschuldigen würde / daß er zu angegebener Zeit und Stunde seinen Arrest angelegt/oder doch nur deswegen Ausführung gehabt/hu aber der Richter wieder zu kommen geheissen/in gesagter Ordnung bisslich bezahlet/xc.)

## DEFINIT. CXLVI.

*Pro rata simul admittuntur Arestantes, si una die, vel horā arrestum impetraverint, de momento autem prioritatis constare nequeat.*

- 1 **A**ccidit sæpè, ut plures simul Creditores unā die, atque etiam quandoque unā horā petant arrestum, nec tamen de momento temporis, quisnam primus vel secundus fuerit, appareat, vel quod ipsi simili judicem convenerint, vel momentum negligenter actuarii in judicio assignatum non fuerit, quo casu acerrimè disputari solet de prioritate. † Sed neuter alteri nocet: Admittendi enim sunt omnes simul pro rata. † Nam quod in genere de Creditoribus hypothecam vel jus reale prætentibus dispositum reperitur, ut nempe si de horum prioritate nequeat constare, omnes simul pro rata admittantur h. Conft. 28. §. Nach tezo berührten vers. und da zwei Verpfändungen/ & Ord. process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. §. Da auch ihrer groen; id apposita ad 4 † arrestantes in specie accommodare licet.

Ita Domini in causa Hansen Riegens Gläubiger zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sent. Zum dritten werden Walther Baldreichen 186. Reichsschaler 8. Gr. und Hansen Erben 219. Reichsschaler 6. Gr. 7. Pf. weil ihre Arreste einen Tag und Stunde angelegt/zugleich bezahlet/xc.)

It. in causa Creditorum Jeremias Trimmers zu Annaberg/Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Und, werden demnach George Königen und Abraham Hoffmannen (weil nicht zu befinden/dass unter diesen beiden einer vor dem andern der Stunde und Zeit nach eine Erstigkeit erlanget/) zugleich/ledoch pro rata ihre Forderungen unter sich zu verteilen/bisslich folget/ V. R. W.)

Item in causa Pauli Kesslers Gläubiger zu Reichenbach/Mens. Decembr. Anno 1618. (Verba sent. Zum vierden des Schuldeuers Wittib 149. fl. Jobst Bezzscher 100. Rthl. Paul Müller 26. fl. weil diese drei Gläubiger auf einen Tag ihre Arreste angelegt/und nicht zu befinden/welcher vor dem andern der Stunde nach eine Priorität erlanget/xc.)

## DEFINIT. CXLVII.

*Pro debito etiam in diem & nondum exigibili arrestantibus jus reale & prioritas competit.*

- 1 **C**um duo Creditores arresta impetrassent, unus verò, qui prior erat, debitum in diem prætendebat, disceptabatur: num illi prioritas competere? Etenim quia debitum non erat purum, sed infra certum tempus demum exigibile, † intempestivè & contra leges arrestum ab ipso petitum videbatur, per L. pen. §. Creditor. 2. l. Fulcinius. 7. §. si in diem. 14. ff. quib. ex caus. in poss. car. & † obstat quoque ei exceptio plus petitionis tempore, c. un. verb. tempore plus extr. de plus petit. l. 40. ff. ad leg. Aquil. §. temporales. 10. inst. de except. † Respondetur tamen, iste, si ante diei adventum non admittendus esset, fieri posse, ut interim totum debitoris patrimonium exhauiretur, & ita jus hypothecæ, quod ex vi arresti consecutus fuerat, ei prorsus inutile sit futurum., quod dici non debet, † cum vigilantibus jura subveniant, non dormientibus, l. pupillus. 24. ff. que in fraud. credit. † Atque per id obtinebat, ut Domi-

ni prioritatem ei concedendam esse pronunciarent, vel saltem ratione sui interesse, ex quo ipso etiam arrestum pro debito in diem impetratum subsistebat: † ut proinde parum obstant text. in dict. l. Fulcinius 7. §. si in diem. 14. l. pen. §. creditor. 2. ff. ex quib. caus. in poss. † Loquuntur siquidem illi de Creditoriibus non obtendentibus aliquod interesse, quare videlicet petant debitum ante diem; Atque ita ad casum præsentem, quo Creditori periculum creatur, ex mora nil inde inferendum videtur. † Idque tantò minus; quanto certius est, ratione debiti etiam ante diem, ex causâ, ad hoc ut idoneè caveatur, agi posse l. questum. 14. ff. de pign. & hypoth. l. si ab abietto. 10. l. inter omnes 2. ff. quisatisd. cog. l. in omnibus. 41. ubi Dd. ff. de judic. Petr. Heig. part. 2. quest. 7. num. 100. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 115.

Ita Domini in causa Creditorum Barthel Hertels zu Leipzig/Mens. Septembr. Anno 1635.

Et in causa der Owigischen Gläubiger / Mens. Nov. Anno 1623.

## DEFINIT. CXLIX.

*Venditæ re oppignoratæ, Creditores in pretio arrestum impetrantes, preferuntur hypothecariis anterioribus.*

**I**n bonis equidem oppignoratis quin arrestantes posteriores nullum jus prioritatis habeant, nemo ambigit, quia inter hypothecarios pariter atque arrestantes prior tempore semper etiam potior est jure, ut demonstravi Supr. Defin. 110. Ordin process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. §. Alle diese Gläubiger. † At quid, si venditis bonis hypothecariis in pecunia inde redacta alii Creditores arrestum impetraverint? † Sanè, si hypothecarii non in universis debitoris bonis, sed specialem duntaxat in bonis distractis hypothecam fuerint consecuti, arrestantes iis vel propteræ præferendos existimaverim, quod in pretio ex bonis hypothecariis redacto, priores tempore sint, ac primo jus reale in pecunia obtinuerint, ut & hic meritò locum habeat regula, qui prior tempore, potior jure, c. qui prior. 54. de reg. jur. in 6to. dilt. tit. 44. §. Alle diese Gläubiger. † Nisi quis dicere ausit, pretium ex bonis hypothecariis redactum natum bonorum vendorum induere, ac onus hypothecæ assumere; † Quod tamen falsum est. Non enim pretium loco rei succedit, nec consequenter reliqui Creditores hypothecarii in hoc pretio quicquam juris habent, Anton. Neguz. in tract. de pign. part. 5. membr. 1. num. 48. Andr. Gail. 1. de pign. observ. 11. num. 3.

Ita Domini in causa Andreæ Zobers zu Herzberg / Mens. Mayo Anno 1621. (Verba sent. Ob wohl Martin Fronesen sein Haß gegen einen gewissen Geld-Summen Christoph. Schneidern allbereit vor 6. Jahren unterfandlichen eingezogen/dahero derselbe in der Zahlung vor euch eine Priorität zu haben gemeinet/dieweil ihr aber dennoch als der Debitor bemeldtes Haß verkauft/so bald die Rauff-Gelder mit Arrest beschlagnahmt/und aber in denselben gedachter Schneider keine hypothec jemals erlanget/xc. So werdet ihr auch eurer Forderung wegen vor ihm bisslich befriedigt/V. R. W.)

## CLASSIS QUARTA.

*In qua referuntur Creditores, personale solummodo privilegium habentes.*

## DEFINIT. CXLIX.

*Creditores personaliter privilegiati, omnes simul, sed pro rata admittuntur.*

**I**n quarta classe posuit Illustrissimus Saxo Creditores personale privilegium habentes, eosque Chirographariis saltem præferti ius sit, l. Conft. 28. 5. folia

5. folgends. Ordin. process. judic. tit. 49. in pr. Dan. Moll. bte num. 82. Joh. Köppen. decis. 28. num. 39.  
 2 Andr. Rauchb. part. 1. quest. 4. num. 29. † Sed quid, si plures personaliter privilegiati concurrant? Nulla tūm prioritatis habenda est ratio, sed pro rata cuiusque debiti omnes sunt admittendi, l. *privilegia*. 32. ff. de reb. autor. jud. possid. b. Const. 28. in fin. Matth. Wesenb. in parat. ff. de privil. *Creditor*. n. 6. Andr. 3 Gail. l. 2. *observat.* 25. num. 11. & seqq. † Quod verum puto, etiam si Creditores personales prætendant titulum diversum sive causam debendi aut etiam diversa privilegia, propter generalitatem verborum, in hāc Const. 28. §. uis. in fin. Ohne Unterscheid der Zeit. † quantumvis aliter sentiat Matth. Berlich. part. 1. *concl.* 70. num. 28.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Diejenigen Creditores aber / so allein personaliter privilegiati seyn / werden zugleich pro rata ohne Unterscheid der Zeit befriedigt.) B. R. W.)

#### DEFINIT. CL.

*Deponenti competit privilegium personale etiam de jure communi, ratione rei deposita, que non amplius extat in bonis depositarii.*

- 1 **D**ubium non est, in foro Saxonico, quia ratione rei deposita in bonis depositarii non amplius extantis, competit privilegium personale deponenti, propter sanctionem Electoralem manifestam, in Ordin. process. judic. tit. 49. in pr. vers. Und wird 2 hierunter. † Sed nec de jure civili res aliter se habet, per text. in l. si ventri. 24. §. in bonis. 2. ff. de reb. autor. jud. possid. Dan. Moller. l. 1. *Semebr.* 26. num. 3. Ludov. à Pegver. decis. 38. num. 12. Joh. Köppen. decis. 28. num. 44. † Non enim concedendum est deponenti jus tacite hypothecæ, unà cum privilegio prælationis, ut sentit Joh. Mich. Beuther. de jur. prælat. part. 2. cap. 13. & 14. ubi ratione rei deposita non amplius extantis, deponeat etiam fisco, & doti mulieris præfert, per text. in l. si boni nem 7. §. quotiens. 2. ff. deposit. † qui dicit. l. 24. §. 2. ff. de reb. autor. judic. possid. è diametro adversari videatur. † Sed conciliat hosce textus Zal. in dicit. l. 24. per distinctionem inter privilegia realia & personalia, ita ut illis quidem posterior sit deponens juxt. 6 dicit. l. 24. † his autem potior & prior, dicit. l. 7. Re- 7 ctius dixerim † in dicit. l. 7. rem depositam adhuc ex- 8 titisse, quo sanè easu jus hypothecæ deponenti com- petere, tantum abest me negare, † ut etiam omnibus aliis Creditoribus quibuscumque privilegiatis, deponentem præferendum, ac jure dominii rem extantem vindicare posse statuerim, Supr. Defin. 15. l. 38. vers. banc enim & seq. ff. de pecul. l. 31. §. 1. ff. de reb. Credis. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 42. in pr. vers. Darum wann einer etwas bei einem deponiret.

Ita Domini in causa Creditorum R. G. zu P. an die Regierung zu Cästlin/Mens. August. Anno 1632. (Verba sent. Nach diesen hypothecariis werden bezahlet noch vor den Chirographarien / Michael von Golzen 430. fl. deponente Gelder/ so der Schuldener zu sich genommen/ sc.)

#### DEFINIT. CLI.

*Necessarium sive judiciale depositum arestantibus & hypostecariis præfertur.*

- 1 **A**t verum est hoc saltem in deposito voluntario ac extrajudiciali: Catoroquin, si quis per re- scriptum principis vel mandatum judicis, pecuniana apud judicem deponere jussus fuerit, is certè non modò privilegium personale habet, † sed etiam arestantibus præferri debet, ex dispositione manifesta Illustrissimi Electoris in b. Coalit. 28. §. Seinet sollen.

nach denen. Ordin. process. judic. tit. 49. in pr. vers. Das doch solches allein. † At numeriam hypothecariis? † Ita omnino puto, sive expressam sive tacitam hypothecam habeant, quia hodie arresta cum hypothecis pari passu ambulant, neque extra temporis prioritatem ulla prærogativa hypothecariis concessa est, Supr. Defin. 100. † Idque eo magis, si rationem sanctionis Electoralis pensaverimus, quæ in eo potissimum consistit, quod depositum necessarium in judicio factum propter autoritatem magistratus proprius accedit hypothecæ judiciali, quām nudo ac simplici credito: † Ex quo porrò sequitur, deponentem etiam in necessario deposito præveniri de arestantibus & hypothecariis prioribus, cum temporis prærogativa nullibi hoc casu fuerit expresse sublata, † quamvis dissentiat Matth. Berlich. part. 1. *concl.* 69. num. 4.

Ita Domini in causa Hansen Ullmans Gläubiger ad consultationem Vilhelmi Pistoris, Mens. Decembr. Anno 1619. (Verba sent. Zum vierdten werden bezahlet 20. fl. 4. gr. 5. pf. Gerichtliche depositen Geldere/ so der Schuldener/ als er Richter worden/ zu sich bekommen. Zum fünftten Bürgermeister Hans Grenrich 150. fl. vermaude seiner hernach erlangten hypothec, &c.)

Et in causa Ilgen Böhmens Gläubiger zu Lengfeld/Mens. Mart. Anno 1629.

#### DEFINIT. CLII.

*Quicquid alimentorum nomine debetur, privilegium est, & Creditis Chirographariis præfertur.*

Personale quoque privilegium habent alimenta in concursu Creditorum, quæ propterea alia Chirographaria credita præcedunt b. Const. 28. §. Bersner sollen. Ordin. process. judic. tit. 49. §. Alles was zu melden Sachen. † nec refert an pauperi, an verò diviti debentur, l. cum bi. 8. §. nihil autem interest. 7. ff. de transact. Matth. Berlich. part. 1. *concl.* 69. num. 7. Martin. Coler. in tract. de aliament. l. 2. c. 7. num. 3. & seq. † Attamen pingviori gaudent jure alimenta, si annuatim ex certo fundo veniant præstanta, quippe quorum nomine non solum personale privilegium, sed & tacitam hypothecam competere, probavi Supr. Defin. 54.

Ita Domini in causa Georgii Böhmens zu Remitz/ Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sent. So wird eurer Tochter Kind/ von ihrer Mutter Einbringen der dritte Theil an statt seiner gebührenden legitimem von berührem Gute / vor allen andern Gläubigern/ so kein ältere ausdrückliche Verpfändung darausflieget/billich entricht und abgestattet/ so viel aber die ausgemachte aliment und Ziehe-Geldere anlanget/ so wird es derowegen allein den Chirographariis vorgezogen / B. R. W.)

#### DEFINIT. CLIII.

*Reliquis etiam Chirographariis præferuntur, qui pecuniam gratis, & sine usuris mutuo dederunt.*

Concessit quoque privilegium personale Saxo Illusterrimus Creditoribus iis, qui pecuniam gratis & sine usuris debitori mutuo dederunt, eosque reliquis chirographariis præferri jusit in Ordin. process. judic. tit. 49. §. Wann auch einer / † Ratios si quasiveris, procul dubio ea consistit in odio usurarum, ut si nulla lege, attanen prioritatis privilegio, homines ad charitatem Christianam & suum gratitum invitarentur.

Ita Domini in causa Creditorum Sigismundi à Riedpischens ge Subben/Mense Octobr. Anno 1632. (Verba sent. Und dann wird auch vor allen andern Chirographarien bezahlt und abgefunden Maria von Riedpischin wegen ihrer vorgestreckten 250. fl. wosfern sie solche dem Schuldner ohne Zahl gelassen/it.)

## DEFINIT. CLIV.

*Preferendus est Chirographariis aliis Venditor in-  
refiduo pretii, qui sibi de jure pignoris non  
profexit.*

- 1 **R**arissimè venditores bonorum immobilium, absque expressà hypothecà constitutione vel reservatione dominii, res suas distrahere solent, eoque modo in tantum sibi prospiciunt, ut reliquis creditoribus omnibus præferantur, ut dixi Supr. Defin. 20. & 21. † At si hoc non fecerint, possit traditionem factam non habent, quod adversus reliquos Creditores hypothecarios prætendere queant;
- 2 **Q**uin nec avocare possessionem possunt, nec in eam ipsam rem exercere quasi Servianam, non magis quam in cæteras res emptoris, si de pignore convenutum haud fuerit, l. i. pr. ff. de pignor. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. lit. 8. tit. 7. defin. 6. n. 2. † Ex singulari nihilominus favore & gratiâ Saxo Illustrissimus personale privilegium concessit venditoribus in residuo pretii, qui habitâ fide de pretio rem venditam emptoribus tradiderunt, nec sibi de jure prioritatis profixerunt; † Ex quo saltem Chirographariis reliquis præferuntur, Ord. process. jud. tit. 49. §. ingleischen. ult. Matth. Berlich. part. i. concl. 70. n. 15. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 468.

Ita Domini in causa Georgii Grüllers Erben zu Sornzig/ Mense April. Anno 1633. (Verba sentent. Da nun George Grüllers Kindere und Erben bey Verkauffung des väterlichen Guts das dominium oder eine hypothec hiß zu vollständiger Bezahlung des Kaufgeldes ihnen vorbehalten / so werden sie nebenst den väterlichen Creditorum vor den andern Gläubigern und hypothecariis billich befriediget. Da sie aber dergleichen ihnen nicht vorbehalten / haben sie vor andern Creditorum, ausserhalb den Chirographarien, keinen Vorzug/ B. R. W.)

Et in causa Creditorum Jacobi Spalvensens zu Leipzig/ Mense Decembr. Anno 1636. (Verba sent. Nach den hypothecariis wird auch vor allen Chirographarien bezahlt der Bierkeller wegen 33. Reichsschaler vor verkauftes Bier / zusammen davon auffgelauffenen Zinsen/etc.)

## DEFINIT. CLV.

*Competit etiam personale privilegium iis, qui ad rem emendam credunt pecuniam absque constitutione hypotheca in re emptâ.*

- 1 **P**lenissimè sanctè prospectum est Creditoribus, qui ad rem aliquam emendam, pecuniam mutuò dantes expressè sibi hypothecam in re illâ constitui faciunt: † Præferuntur nimirum hi reliquis Creditoribus etiam hypothecam anteriorem tacitam sive expressam habentibus. *Aust. quo jure. C. qui potior. in pign. Novell. 136. cap. 3.* † Sed jus hoc hypothecarum atque prælationis non competit iis, qui ad rem emendam credentes pecuniam, de hypotheca sibi expressè haud profixerunt, ut dixi Supr. Defin. 108. Joh. Sichard. in l. licet. 7. num. 8. C. qui potior. in pign. Andr. Rauchb. part. i. quest. 5. num. 8. † Non tamen omnis prioritatis hi sunt expertes, sed competit iis privilegium personale ex eo solum, quod ad emptionem rei pecuniam mutuò dederint, quod effecit, † ut saltem Chirographariis præferantur, per text. in l. quod quis. 43. ff. cod. tit. Hartman. Pistor. part. 3. quest. 15. num. 13. Andr. Rauchbar. dict. quest. 5. numer. ult. Johan. Köppen. decis. 28. num. 27.

Ita Domini in causa Hartmanni Jengens zu Uttenhausen/ Mense Martio, Anno 1635. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch aus behgefügter obligation nicht zu befinden / daß ihr euch bey solchem darlehen ein Unterpfand ausdrücklichen vorbehalten/etc. So habt ihr euch auch/ auff mehrberührten Gütern eines dinglichen Rechtens/etb ius prælationis vor den hypothecariis nicht anzumassen/ ihr werdet aber gleichwohl den andern Chirographariis in der Zahlung billich vorgezogen/ B. R. W.)

*Carpz. Definit. Vol. I.*

## DEFINIT. CLVI.

*Non habet privilegium personale Collegium in bonis College, etiam si quid debet is ex ratio-*

*ciniis Collegii.*

- N**on defunt equidem, qui Doctoribus & Scholaribus in debitibus studiorum causâ factis, personale tribuunt privilegium, eosque aliis Creditoribus non solum Chirographariis, sed etiam hypothecariis anterioribus præferri volunt. Jason. in l. dotium causa. i. ff. solni. matr. num. 51. vers. 8. pondera quod. Matth. Berlich. part. i. concl. 66. num. 61. & concl. 70. num. 22. Rebuff. de privil. Schol. privil. 118. Joach. à Beust. in l. admonendi 31. ff. de jurejur. numer. 968. † Sed absque fundamento: Nullibi enim in jure do hoc quicquam statutum reperitur; Ergo nec terminere absque juris autoritate id asseverandum est, l. differentientis 5. C. de repud. Novell. 2. c. 3. c. 15. qui in Ecclesiast. 18. in fin. pr. de sent. excomm. in 6to. † Multo minus verò collegio opificum ulla est indulgenda prærogativa præ aliis Creditoribus, in bonis Collegiis, qui ex ratiociniis quid debet, cum nec jura de hoc quid disposuerint. † Et certè privilegii personalis ea est natura, ut sicuti personam privilegiatam non egreditur, l. quia tale 13. ff. sol. matr. l. ex pluribus. 42. ff. de administr. cursor. † Ita nec ad causas alios haud expressos extendatur, Anton. Fab. in Codic. l. i. tit. 2. defin. 10. num. 4.

Ita Domini in causa des Tuchmacher-Handwerks zum Hoff/ Mense April. Anno 1583. (Verba sententia: Ob er nun gleich auch obg. meldtem Handwerk in gehaltener Rechnung 300. fl. schuldig verblieben: So ist doch vielmehr dieses Handwerk einziger priorität sich anzumassen nicht befugt/ sondern woffern seine Güter zu Bezahlung aller seiner Schulden nicht gereichen/ so würde dasselbe seines aussenständigen Rests/ nach denjenigen/ so ausdrücklich Verpfändung/ und dingliche Gerechtigkeit haben/ nebenst andern Chirographariis pro rata ihrer Schuldforderung/billich bezahlt/B. R. W.)

## DEFINIT. CLVII.

*Non debentur liberis debitoris ex ejusdem bonis alimen-  
ta, antequam Creditoribus omnibus fuerit  
satisfactum.*

- M**eminis, in concursu Creditorum, liberos debitoris obearati omni spe hereditatis paternæ sibi adempta, sæpius alimenta petuisse ex bonis debitoris, quibus etiam annuendum quidam ex dominis putarunt, † vel saltem ex æquitate & judicis officio, ne liberi fame perirent. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 9. defin. 20. num. 2. † Sed vereor ne æquitas hæc cerebrina potius sit, quam ullo jure fundata, cum bona patris ad liberos non devenerint, antequam Creditoribus satisfactum fuerit. † Scilicet, quia bona dicuntur, quæ deducto demum ære alieno supersunt, l. sub signatum. 39. §. 1. ff. de V. signif. l. in imponenda. 6. l. Successores. 16. C. ad Leg. Falcid. † Ergo nec alimenta liberis erunt præstanta, siquidem ubi bona non debentur, frustra ex eis petuntur alimenta, † sublato enim principali tollitur omne accessorium, l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur. Joh. Petr. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. quest. 38. num. 3. † Et cum legitima liberis non debeat, priusquam satisfactum fuerit Creditoribus, l. Papinianus. 8. §. quarta. 9. ubi Dd. ff. de inoff. testam. Bald. in l. ult. §. in computatione. 9. C. de jur. delib. utiq; nec alimenta ante exsolutionem æris alieni peti poterunt; † Valet enim argumentum à legitima ad alimenta, Ferd. Vasilius in tract. de Success. creat. lib. 2. §. 20. requisit. 42. n. 341. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 2. n. 2.

Ita tractatum in causa liberorum Georgii Rothens/contra ejusdem Creditorum zu Pehnig/ Mense Mayo, Anno 1614. (Verba sentent. Ehe und juvor nun die sämtlichen Gläubiger ihrer Forderung wegen befriediger/ seyn des Schuldners Kinder/ woffern ipso gedachte Gläubigere aus Gutwillig-

seit bey ihnen nichts thun wollen/einiges Zucht-Geld und alienem zu fordern nicht berechtigt/ B.M.W.)

### CLASSIS QVINTA.

In qua veniant Chirographarii.

#### DEFINIT. CLVIII.

*Chirographarii indifferenter omnes simul pro rata et admittuntur.*

- 1 **P**ostquam omnes Creditores hypothecarii & privilegiati sua Credita receperunt, sequuntur ultimò Chirographarii, qui omnes equaliter, nullo temporis vel quantitatis habito respectu, pro rata portione concurrunt & admittuntur, l. cum tibi. 10. C. qui potior. in pignor. l. 12. §. 2. ff. eod. tit. b. Const. 28. in fin. vers. Und leglichen. Ordin. process. judic. tit. 50. in pr. Dan. Moll. hic num. 84. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. de privil. Creditor. n. 9. Andr. Rauchb. part. i. quest. 4. num. 29. sub fin. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 129. n. 22. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 32. Defin. 3. Joh. Mich. Beuther. in tract. de jur. prelat. part. 1. cap. 79. 15 seq. + Etli verò in concursu Chirographariorum, cognatis Creditoribus concedatur prærogativa præ aliis, in l. 1. ff. de priv. Credit. ex quo Creditor, qui est frater, patruus, avunculus &c. propter naturalem conjunctiōnem, reliquis Creditoribus extraneis venit præferendus. Joh. Mich. Beuther. de jur. prelat. part. 1. cap. 63.
- 2 **3** † hoc tamen in foro Saxonico observatum non me mini; † quin potius obloquitur generalitas verborum in dict. Ordin. process. judic. tit. 50. in pr. vers. pro rata & quantitate eius ieden Schuld/ic. que cum indefinite loquantur, iisdem quoque cognatos Creditores comprehendit, vix negari poterit, arg. l. 1. & generaliter. i. ff. de legat. prestand. 1. 8. ff. de publ. in rem. action.
- 4 Ita Domini in causa der Reuterischen Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Sept. Anno 1620. (Verba sent. Nachfolgende Gläubiger aber als R.R. N.N. ic. werden als Chirographarii ohne Unterscheid der Zeit billich befriediget/und außn Fall die Reuterliche Erbschafft zu ihrer vollständigen Bezahlung gänzlichen nicht reicht/ist ein ieder unter diesen Gläubigern/ pro rata an seiner Forderung etwas schwärden und fallen zu lassen schuldig/ic.)

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Mayo, Anno 1627. (Verba sent. Nach diesen werden die nachfolgende Gläubiger als Chirographarii ohne Unterscheid der Zeit befriediget/ic.)

#### DEFINIT. CLIX.

*Chirographariorum appellatione continentur quoque Creditores ii, qui per confessionem debitorum vel testes sua credita probant.*

- 1 **Q**uid verò, si Creditores Chirographa sive cautiones non habeant, attamen credita sua alio modo, veluti per testes, aut confessionem debitoris probent: † Et hosce Chirographariorum appellatione comprehendi existimaverim, ita scilicet, ut cum iis, qui cautiones sive chirographa producunt,
- 2 simili admittantur: † Cum hac classe ultimā jure eos Creditores venire velint, qui nullo privilegio vel jure hypothecæ nituntur, nudaque ac simplicia credita petunt. † Quò & faciunt verba manifesta Illustrissimi Saxonis in b. Const. 28. §. ult. vers. Und leglichen die Chirographarii, welche allein Brief und Siegel / oder andere Nachrichtung ihrer Schulden halben vorzulegen haben. † Quæ verba etiam repetuntur in Ordin. process. judic. tit. 50. in pr. vers. So werden dann erst/ic.

Ita Domini in causa der Knoblochischen Gläubiger / ventilata in Praetorio Liphemi, Mens. Mayo, Anno 1623. (Verba sent. Nach diesen werden Welt Bötticher / oder nun mehr seine Kinder / ber ihnen von den Knoblochischen Erben gestandener Schuldforderung der 938. Fl. 20. Gr. 1. Pf. unangesehen sie

dieselbe mit Documenten oder sonst nichts bestcheinigen/noch bringen können/nebenst anders Chirographarien dec. ohne Unterscheid der Zeit befriediget/wofern aber ipso erwähnte Chirographarii ihre vollkommene Bezahlung nicht erlangen wünschen/ seyn dieselben ein ledweder pro rata an seiner Forderung etwas fallen und schwärden zu lassen pflichtig/ic.)

Et in causa Welt Böttchers Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1620.

#### DEFINIT. CLX.

*De jure communi in Concurſu Creditorum, unicūcum sorte etiam usura sunt adjudicande.*

**J**ure prælationis & hypothecæ sibi competentis, 1 Creditor quilibet non solum sortis, sed etiam usurarum ratione gaudet, adeoque non tantummodo in sorte principali, sed etiam in usuris licitis locum habet regula vulgata: † qui prior tempore, 2 potior quoque est jure, & una cum sorte Creditoribus justo ordine positis usuræ adjudicari debent, per text. in l. Lucius Titius. 18. ff. qui potior. in pignor. l. si plures. 9. §. ult. ff. de part. Hartman. Pistor. part. 3. quest. 14. num. 24. Anton. Neguz. de pign. part. 5. membr. 2. num. 10. Johann. Köpp. decis. 18. num. 11. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 66. num. 8. Joach. Mynsing. cent. 1. obseruat. 59. in pr. Dan. Moller. lib. 1. Semestr. 28. num. 2. vers. deinde & illud. † Nempe, 3 usuræ sunt accessio Sortis & debiti principalis, ac propterea eodem jure censi debent, c. accessoriū. 42. de reg. jur. in 60. † Ex quo fit, quod sortem pariter atque usuras eodem libello petere, eademque sententia terminare liceat, secundum tradit. Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 22.

Ita Domini in causa Hansen Georgen von Stengsch/Mense Julio, Anno 1632. (Verba sentent. Ob nun wohl zu der sämmtlichen Gläubigere Bezahlung die vorhandene Güter nichtzureichen/ da aber dennoch des Orts das gemeine Kaiserliche und nicht das Sachsische Recht bräuchlich wäre/ dafür es sich aus eurer Frage ansehen lässt/ic.) So möchten die prioritatischen Gläubigere die Zinsen fallen zu lassen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ sondern es würden ihnen dieselbige neben denen Capitalien oder Haupthabenmen ihrer Ordnung billich befriediget/ic.)

Et in causa Creditorum Georgii Altdorffs zu Frankfurt an der Oder/ Mens. Decembr. Anno 1634.

#### DEFINIT. CLXI.

*In foro autem Saxon. non adjudicantur usuræ in concursu Creditorum, antequam omnibus, etiam Chirographariis, de sorte satisfactum fuerit.*

**A**t in foro Saxonico aliter se res habet, neque in 1 concursu Creditorum usuras quantumvis licitas, nempe quincunces, priusquam omnibus etiam Chirographariis ratione sortis satisfactum fuerit, adjudicari, vult Illustrissimus Saxo, in Ordin. Torgens. de Anno 1583. sub tit. Von Wucher / wucherlichen Contracten / ic. §. Sedoch/ wann eines Schuldeners / & in Ordin. process. judic. tit. 50. §. Es ist aber auch hierben / vers. der Zinsen aber, Dan. Moller. hic numer. 64. Matth. Coler. de process. except. part. 1. cap. 10. numer. 12. & seqq. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 66. num. 9. Petr. Heig. part. 2. quest. 6. num. 13. & seqq. Johann. Zanger. de except. part. 3. cap. 25. num. 47. & seqq. † Quod sapientissimo Electoris sapientissimi consilio provisum, dicit Coler. dict. loc. tūm in odium usurarum, quantumvis quincuncium, alias licitatum; † Tūm, ne priores Creditores lucrum usurarum captantes præferantur reliquis de damno sortis vitando certantibus, Moller. lib. 1. Semestr. 28. n. 1. † Quæ rationes cum aquæ locum habeant in 4 Credi-

Creditore, qui pecuniam debitori mutuo datam, prius ab alio sub usuris accepit, ecquis dubitat, nec huic usuras deberi, priusquam reliqui Creditores omnes sortem acceperint, t̄ quoniam eadem ratio idem jus facit, l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de V.O. t̄ & imputet Creditor suae facilitati atque negligentiae, quod cum ipsem pecuniam in promptu non haberet, ab aliis sub cambio & usuris acceperit, aliquis mutuo dederit, priusquam ejus conditionem, an solvendo sit & usuras una cum forte restituere possit, exploraverit, l. qui cum alio 19. ff. de reg. jur.

Ita Domini in causa der Knoblochischen Gläubiger zu Leipzig / Mens. Maij, Anno 1633. (Verba sent. Und auffn Fall nach vollständiger Bezahlung aller Capitalien / an des Schuldners Gütern noch etwas übrig/ wird ein jeglicher aus ob bemeldten Creditor seiner Ordnung nach / der Landüblichen auffgelaufenen Zinsen/ auff vorgehende Liquidation billich contentiret, &c.)

Item in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig / Mens. Mart. Anno 1627, (Verba sent. Und auffn Fall nach vollständiger Bezahlung der Capitalien/ an des Schuldners Gütern noch etwas übrig/ wird ein jeder aus ob bemeldten Creditor seiner Ordnung nach / der Landüblichen auffgelaufenen Zinsen/ auff vorgehende Liquidation , billich contentiret / V. N. W.)

Et in causa Creditorum Petri Antonii Dressels zu Leipzig / Mens. Maij, Anno 1626.

#### DEFINIT. CLXII.

*Licet super usuris equa ac super ipsa sorte hypotheca fuerit constituta.*

1 Ed nonne Creditorebus sum saltem ratione usurarum jus prelationis erit indulendum, si super bisce non minus atque super sorte, hypotheca fuerit constituta? Neutquam sane, t̄ ut docent rectissime Joh. Zanger. in tract. de except. part. 3. cap. 25. num. 101. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 13. t̄ Tum, quod hoc casu militet aequa ratio prohibitionis, quae in odio usurarum consistit, & ne potior habeatur ratio eorum, qui lucrum ex usuris querunt, quam qui de danno sortis vitando certant, Definit. 4 preced. t̄ Quidni ergo idem etiam juris hic obtinet? arg. l. illud. 32. ff. de leg. Aquil. cum ratio praedicta ex constitutione hypothecae sive oppignoratione 5 bonorum neutquam invertatur: t̄ Tum, propter verba generalia Ord. Torg. de Anno 1583. sub tit. Von Wucher / wucherlichen Contracten / ic. 5. Jedoch wann eines Schuldners, quae indefinite adjudicationem usurarum ante exsolutionem sortis prohibent. Ergo casum quoque praesentem, quando nempe super usuris oppignoratio facta est, comprehendent, arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. pref. l. 8. ff. de publ. in rem act. t̄ Tum per verba manifesta Ordin. process. judic. tit. 50. §. Es ist aber auch, vers. ob wol alle hiebevor erzählte Gläubigere/ quae ad hypothecarios se expresse referunt, eosque ante exsolutionem sortis, in concursu Creditorum ad petitionem usurarum non admittunt. t̄ Sed hoc de hypothecā in bonis allodialibus constituta tantummodo acceptum velim: Nam in bonis feudalibus consensu domini & agnatorum hypothecatis, rem aliter se habere, docent Joh. Zang. de Except. part. 3. cap. 25. num. 91. Matth. Berlich. part. 1. concl. 66. num. 14. Reinh. Rosa ad Moller. p. 2. Const. Elect. 30. n. 4.

Ita Domini in causa Hansen Puffendorfis zu Leipzig / Mens. Jun. Anno 1592. (Verba sent. So werdet ihr / so viel die Haupt-Summa anlanget/ des Schuldners andern Eheweibe vorgezogen/ aber der Zinsen halber / habt ihr euch vor denen andern Gläubigern/ ehe und zuvor dieselbe ihres Haupt-Guts vergangen/ ungeachtet ihr die erste Verpfändung erlanget/ keiner Erstigkeit angemessen/ V. N. W.)

Item in causa Johann Pelsens in Zwischen / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. So werdet ihr zwst des Capitals halb Carpz. Definit. Vol. L

ber/vermōde euer erlangten hypothec, den andern Gläubiger vorgezogen; So viel aber die Zinsen und Unkosten anlanget/ mögen dieselbe/ ehe und zuvor die andere Creditores ingesamt ihrer Capitalien contentiret/ unangeschen eure Verpfändung auch ausdrücklichen auf die Zinsen und Unkosten gerichtet/ euch nicht abgestattet werden/ V. N. W.)

Item in causa Rudolphi von Schmerzen/Mense Jan. Anno 1632. (Verba sent. So werdet ihr eures Capitals der 100. fl. vor allen andern Gläubigern/ so kein älter und besser Recht erlangt/ billich befriediget/ die auffgelaufenen Zinsen aber/ unangeschen die hypotheca ausdrücklichen zugleich darauff gestützt/ seyd ihr/ ehe und zuvor die sämtlichen Gläubiger bezahlet/ zu fordern nicht befugt/ V. N. W.)

Item in causa Coelestini Görzens zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1593.

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig/Mens. April. Anno 1627.

#### DEFINIT. CLXIII.

*Non efficit renunciatio mulieris, ut Creditor ejus locum subintrans alias Creditoribus ratione usurarum preferatur.*

C um mulier in debitum mariti consensisset, ac beneficio SCti Vellejani aliisque iuribus ac privilegiis mulieribus solenniter renunciasset, putabatur Creditor, cuius gratia facta fuerat renunciatio, non solum sortis sed etiam usurarum ratione, prærogativam sibi competere, t̄ quam vehementer urgebat ex personā saltem mulieris, quae ratione dotis & usurarum vel reliquis præfertur, in cuius locum ipsem intrasset, t̄ Sed licet mulieri jus prælationis tam quo- ad usuras, quam ipsam dotem indulsum sit, ut dicetur infra Defin. 166. id tamen Creditorem nil juvare poterat, quippe qui non ex capite dotis, cui id privilegium concessum est, sed ex causā mutui agebat: t̄ At cum eo casu una cum sorte usuræ haud sint adjudicandæ, ut dixi Supra Defin. 116. Ordin. proc. judic. tit. 50. Et ist aber, in fin. non certè beneficium dotis ad hunc casum extendi poterat, ex ratione diversitatis, quae jus diversum facit, l. inter stipulat. 83. §. Sacram vel religiosam rem 5. ibi: Sed hac disfamiliaff. de V.O. Schrad. de feud. part. 1. quæst. 6. n. 16.

Ita Domini in causa Bengel Gärtners contra Michael Schillings Wittbe zu Rochlitz/Mens. Jul. Anno 1613. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden/ daß Kläger wegen der 263. fl. Haupt-Guths/ beklagten Wittben ihres eingebrachten Guts halber in der Bezahlung billich vorgezogen wird/ aber die Zinsen ist er/ ehe und zuvor die Wittbe wegen ihres eingebrachten Guts befriediget/ zu fordern nicht befugt/ V. N. W.)

#### DEFINIT. CLXIV.

*Interesse tamen sive usura compensatoria etiam in foro Saxonico una cum sorte principali, Creditorebus adjudicari solent.*

O dium itaque usurarum, & ne lucrum querentes præferantur Creditorebus de damno vitando certantibus, efficit, ut exsolutioni harum locus non sit in concursu Creditorum, priusquam omnibus de sorte satisfactum fuerit, Supr. Defin. 161. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 25. num. 47. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 14. t̄ Quæratio cum esset in usuris compensatoriis sive interesse, in quo Creditor æque de damno vitando certat, firmiter inferre licet, non minus ratione interesse, atque ipsius sortis prærogativam Creditorebus etiam in foro Saxonico indulgendarum esse, cum Joh. Zang. & Matth. Coler. dict. locis. Daniel. Moller. lib. 4. Semestr. 16. t̄ Quid enim, si Creditor probet, se ob defectum pecunia, quam debitor justo tempore non solvit, coactum fuisse vendere lares paternos, vel prædia, vel aliunde sub usuris pecuniam mutuo accipere, anne petere prohibetur interesse cum sorte

principali, si reliquis de sorte satisfactum non fuerit? <sup>†</sup> Iniquissimam certe id esset, quia hoc casu Creditor non lucrum querit, sed de damno vitando laborat. <sup>†</sup> Hocque ipsum est, quod de solo contractu mutui Dispositio Electoralis loquitur, adeoque duntaxat usuras lucrator una cum sorte petere prohibet in Ordin. Torgens. de Anno 1583. sub tit. Von Wucher/und wucherlichen Contracten. S. Jedoch wann eines. vers. Gott was auf solchen Fall. & Ordin. process. judic. tit. 50. is. Es ist aber auch, in fin. sibi. doch hat solches allein in mutuo statt.

Ita Domini in causa Barthol. Hertels Gläubiger/ventilata in Prætorio Lipsiens. Mens. Sept. Anno 1635.

Et in causa Joachimi und Hansen Arnti Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1634.

#### DEFINIT. CLXV.

*Ex poto Antichrescos fructus percepti in concurso Creditorum non sunt restituendi.*

1 **N**eque alienum statuendum putaverim de fructibus in contractu Antichrescos, qui tanto minus sunt restituendi, quod concursum Creditorum 2 percepti fuerint loco mercedis, <sup>†</sup> propter notabilem scilicet laborem impensum in cultura agrorum, Ant. 3 Neguz. de pignor. part. 5. membr. 5. num. 5. <sup>†</sup> Ex quo etiam contractus hic sustinetur, licet proxime accedit ad eam contractus speciem, que fieri solet in fraudem legitimarum usurarum, l. sic à pactione. 4. C. de us. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 23. defin. 4. 3. num. 4. & lib. 4. tit. 33. defin. 7. num. 3. <sup>†</sup> Nimurum efficit ille labor, ut Creditor operarum potius mercedem atque compensationem, quam ullum ex usuris lucrum querere censemur, ex quo ratio, que restitutionem fructuum exigere posuit, *supr. defin. 11.* 5 prorsus infringitur. <sup>†</sup> Neque fructus illi propriè sunt loco usurarum, neque contractus Antichrescos, quā talis, in mutuum incidit, <sup>†</sup> in quo solo tamē Creditorem unā cum sorte usuras petentem non audiri, probavi Defin. preced. ex Ordin. Torgens. sub tit. Von Wucher und wucherlichen Contracten. & Ordin. process. judic. tit. 50. Es ist aber auch, in fin.

Ita Domini in causa Creditorum Georgii Werneris zu Pichau/ Mens. Jun. Anno 1629. (Verba sent. Und dafēn nach Befriedigung aller Capitalia/ etwas übrig verblebet/ werden davon die stämmlichen Gläubiger auch der Zinsen wegen in gesagter Ordnung contentiret. So viel aber Paul Meitschen anlanget / weil ihme der verconsentirte Acker Wiesewachs an statt der Zinsen zur Nützung eingethan worden/ so mag er die eingehobene Nützung/ sofern dieselbe den gewöhnlichen Landüblichen Zins/ als jährlichen 5. fl. pro 100. nicht übertrifft/ wiederum herauszugeben/ nicht angehalten werden/ ic.)

#### DEFINIT. CLXVI.

*Mulier in concurso Creditorum unā cum sorte dote & bonis illatis, usura quoque sunt exsolvenda, etiam si reliquis Creditoribus de sorte satisfactum non fuerit.*

1 **Q**uin marito in concurso Creditorum interesse & usuras dotis promissa, sed non exsoluta pe- tenti annuendum sit, vix dubium esse poterit perpendenti, ob onera matrimonii, que interim mari- tussustinuit, non tam usuras lucratorias, quam com- pensatorias exigi, juxta tradita Definit. 164. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moll. part. 2. Conf. 30. n. 4. Joh. Zang. de except. part. 3. c. 35. num. 67. & seqq. 2 <sup>†</sup> Multo magis erit audienda mulier ipsa, si marito mortuo, vel ad inopiam vergente, dotem illatam repetat, cui propterea unā cum sorte usura deben- tur, quod non ex mutuo agat, <sup>†</sup> in quo solo casu pro- hibitio Electoralis locum habet, ut dixi Defin. 164.

in fin. sed interesse damni exigat, & alimenta petat, <sup>4</sup> <sup>†</sup> veluti diserte sancitum ab Illustrissimo Sax. Elest. in Ordin. process. judic. tit. 50. S. Dann wann einer. vers. wie nicht weniger die Zinsen/ welche einem Ehe- weibe wegen ihres eingebrachten Ehegeldes loco ali- mentorum gebühren/ ic. Matth. Berlich. part. 1. concl. 66. n. 13.

Ita Domini in causa Gertruden Hansen Müller's Witwen zum Hause/Mens. Novembr. Anno 1630. (Verba sent. Da ihr wie recht erwiesen und bebracht hättest/ daß ihr gedachten eurem Ehemanne/ als ihr ihn An. 1615. gehliger/ 700. fl. Mit- giffgelder zubracht hättest/ ic. So würdet ihr aus diesen hinterlassenen Gütern vor allen andern Gläubigern/ so keine ältere ansprüchliche hypothec darausserlanget/ oder sonst von euch privilegiert und befreyet seyn/ berührter euer Mitgiff- gelder billich befriediget/ und euch uebens dem Capital auch die Zinsen/ von der Zeit an/ als euer Ehemann Lodes verfah- ren/ wofern ihr andere Wege mit nothdürftigem Unterhalt nicht verschen gewesen/ entrichtet und abgetragen/ V. R. W.)

Et in causa George Günthers Eheweibes zu Dresden/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Inmassen denn auch Georgen Günthers Eheweibe von obgemeldten ihrem Ehege- de/ die Landüblichen Interesse von Zeit an/ da ihr keine alimen- ta und Unterhalt mehr als dem Gute gereicht worden/ uebens dem Capital in gesetzter Ordnung billich erstatet werden/ ic.)

#### DEFINIT. CLXVII.

*Usura quoque pretii haud soluti in concurso Credito- rum prærogativā gaudens.*

**M**inus verò ambigendum est, quin usuræ pretii non soluti in concurso Creditorum venditori unā cum sorte, pretio nempe venditionis exsolvi de- beant, quantumvis reliqui Creditores sortem suam, consequi non possint. Dan. Moller. l. 1. semestr. 28. n. 1. & seqq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 66. n. 12. Joh. Zanger. in tract. de except. part. 3. c. 25. n. 55. & seqq. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 108. n. 13. & seq. <sup>†</sup> Tum, quod Ord. Torg. de Anno 1583. <sup>2</sup> sub tit. Von Wucher und wucherlichen Contracten. S. Jedoch wenn eines. que usuris prærogativam admit, de solo mutuo loquatur, adeoque ad contra- stum venditionis contra dispositionem juris com- munis extendi haud debeat, arg. l. quicquid adfrin- gende 99. ubi Dd. ff. de V. O. <sup>3</sup> <sup>†</sup> Tum, per claram 3 sanctionem Electoralem, que unā cum pretio non. soluto usuras simul venditori adjudicari jubet, in Ordin. process. jud. tit. 50. S. Dann wann einer. <sup>†</sup> Tum, <sup>4</sup> quia hoc in casu venditor non de lucro captando certat, sed de damno vitando, nec tam usuras petit, quam rem propriam persequitur, fructus nimurum, quos ex re venditâ percipere poterat & debebat, aut eorum compensationem, <sup>5</sup> que fundata est in æqui- tate justitiae commutativa, ut quatenus unus con- trahentium implet, alter vicissim impleat, aut lu- crum implementi recepti reddat, vel compenset, ne cum alterius jacturâ locupletetur, verba sunt. Dan. Moll. dict. c. 28. num. 3.

Ita Domini in causa Ursulen Bergin zu Wilsdorff/Mense Febr. Anno 1632. (Verba sent. Da ihr aber dennoch wegen der Kaufgelder/ euch auf dem verkauften Gute/ ein dingliches Recht vorbehalten hättest/ ic. So würdet ihr auch vor denen andern Creditoreis billich befriediget/ und ihr möchtet an euer Forderung etwas schwinder zu lassen nicht angehalten werden/ inmassen euch auch neben dem Capital des restirende Kaufgeldes/ zugleich die davon auffgelauffenen Landüblichen Zinsen vor den andern Creditoreis billich abgestattet werden/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Nicens Gläubiger zu Leipzig/ Mens. Oct. A. 1635. (Verba sent. Und werden denjenigen/ vero For- derungen von verkauften Wahren herrühren/ uebenst den Cap- italien zugleich die à tempore more auffgelauffene Zinsen ih- rer Ordnung und priorität nach/ billich entrichtet und abge- stattet/ V. R. W.)

## DEFINIT. CLXVIII.

*Debetar etiam usura una cum sorte pecunie hereditaria in Concurso Creditorum, si ea postquam dies venit, exsoluta haud fuerit.*

- 1 **E**ademque est ratio pecunie hereditaria, vel ex erci alicujus venditione certis terminis promis-  
ta. *Der Erb- oder Tagzeitgelder.* † Nam si hæc tem-  
pore debito & postquam dies venit, exsoluta haud  
fuerit, in concurso Creditorum procul dubio usuræ  
una cum sorte erunt solvendæ venditori, etiamsi  
3 reliqui Creditores nihil consequi valeant. † Pe-  
cunia siquidem hereditaria certis terminis exsolven-  
da pars est pretii haud soluti: *Quod ergo in hoc ju-  
ris est, idem quoque in pecuniâ hereditariâ obtine-  
bit.* arg. *I. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. I. 108. ff. de V.*
- 4 **O.** † Quin nec vendor hoc casu usuræ ut usu-  
ras, sed ut interesse pretii justo tempore haud soluti  
petit, ut certè iniquissimum esset, ratione ejusmo-  
di interesse prærogativam ipsi denegari, *supr.* De-  
finit. 164. quippe quam in solo mutui contractu ab-  
rogatam voluit Saxo Illustrissimus, ut dixi Definit.  
*preced. n. 2.*

Ita Domini in causa Gregorii VVerners Erben zu Nischau/  
Mens. Jul. Anno 1619. (Verba sent. Zum vierdten des Schul-  
dners Schwestern 171. fl. 9. gr. Erbgelder oder Tagzeiten/ zu-  
sammen denen von Zeit des Verzugs an auffgelauffenen Land-  
âblichen Zinsen/ ic.)

Ita in causa Nicolai Pitschens Gläubiger zu Meissen/  
Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Zum ersten werden vor  
allen andern Gläubigern bezahlet die alten Erbgelder/ so viel  
derselben bescheiniget werden können/ neben denen Zinsen/ ic.)

Ita in causa Georgii Huttens zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno  
1578.

It. in causa Sebastiani Conradens zu Leipzig/ Mens. Martio  
Anno 1583.

Et in causa Tobiz Wöhlys zu Frankenberg/ Mens. Martio  
Anno 1634.

## DEFINIT. CLXIX.

*Usura in annuis redditibus sunt exsolvenda, licet reli-  
qui Creditores sortem non consequi  
valeant.*

- 1 **N**eque sanctio Electoralis, quæ exsolutionem  
usurarum ante sortis restitutionem prohibet, in  
Ord. Torgensi. sub tit. Von Bücher und wucherlichen  
Contracten/ & pro judic. tit. 50. ad annuos redditus  
2 & census extendi debet, † sed exsolvendi hi sunt in  
ordine suo, etiamsi reliqui Creditores sortem con-  
sequi non valeant. Petr. Heig. part. 1. quest. 34. num.  
36. Hartm. Pistor. obs. 63. n. 2. Dan. Moller. libr. 1. se-  
3 mest. 28. n. 3. † Tum, per claram dispositionem  
Illustrissimi Saxonis in Ordin. proc. judic. dict. tit. 50.  
S. Dannmann etiæ. verf. Auch mit den usuris in an-  
4 nnis redditibus. † Tum, quia id, quod annuatim ex  
redituum emptione percipitur, non est usura nec  
accesio aliqua ad sortem, sed ipsa fors live merx  
vendita, ut eleganter demonstrat Andr. Gail. lib. 2.  
5 observat. 7. † tantum scilicet abest, horum redi-  
tuum exsolutionem in concurso Creditorum prohi-  
bitam esse, ut restitutionem sortis impedire nulli Le-  
gislatori unquam in mentem venerit. † Tum, quod  
6 in solo contractu mutui cesset petitio usurarum, pri-  
usquam reliquis Creditoribus de sorte satisfactum  
fuerit, Ordin. process. judic. dict. tit. 50. S. Es ist  
aber, in fin. Nil itaque ad venditionem annuorum  
redituum inde erit inferendum, juxta tradita *Supr.*  
Defin. 164.

Ita Domini in causa M. Nicolai Mohaners zu Leipzig/  
Mens Jan. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl sonst in  
concurso Creditorum die Zinsen/ehe und juxor alle Capitalia  
abgetragen/im Stand des Rechten nicht gefordert werden kön-  
nen/dieweil aber dennoch solches allein in simplici mutuo stat-  
het / und letnes weges auf die annuos redditus und Zinsen von

mobiliäthen Capitalien zu ziehen/ ic. So hat sich auch Kauf-  
fer Michael Stumm mit seinem Einwenden nicht zu behelfen/  
sondern/ er ist mehr berührte 20. fl. räckständige Zinsen  
vor allen andern Gläubigern/ so ihrer Capitalien wegen nicht  
besser privilegiere/ abzustarten schuldig/*B. N. W.*)

## DEFINIT. CLXX.

*Repetit fidejusser in concurso Creditorum unde cum  
sorte usuræ, quas pro suo principali  
solvit.*

**F**idejussori quoque, si pro suo principali usuræ  
solverit, indulgendum est, ut eas unà cum sorte  
principalis in concurso Creditorum repeteret valeat,  
etiamsi reliquis de sorte haud fuerit satisfactum,  
per text. *in l. creditor. 12. §. sciendum est 6. ff. qui po-  
tior. in pign. Dan. Moller. l. 1. semestr. 28. numer. 3.  
vers. tandem hoc ipso. Joh. Zanger. de except. part. 3.  
cap. 25. n. 78. in fin.* † *Quod nec in foro Saxonico  
aliter se habere, probat sanctio Electoralis in Ordin.  
process. judic. tit. 50. S. Dannmann einer verf.  
und denen Zinsen/welche ein Bürg. Matth. Berlich.  
part. 1. concl. 66. n. 16.* † *Aquisimè sane, quia fide-  
jussor usuræ non tanquam aliquod lucrum, sed tan-  
quam rem propriam & sortem repetit, Vincent. de  
Franch. decis. 254. num. ult. Jacob. Menoch. l. 2. ar-  
bitr. judic. quest. cent. 3. cas. 119. n. 26.* † *Quo casu  
usurarum rationem etiam in concurso Creditorum  
habendam esse* *dicti Definit. preced. & Definit. 164.*  
Dan. Moller. dict. cap. 28. num. 2. Jacob. Schult. in-  
addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 108. num. 13.  
Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 114.

Ita Domini in causa Mathae Frickens zu Würzen/Mens.  
August. Anno 1617. Verba sent. Habt ihr vor Martin Ver-  
gern / für deme ihr euch in Bürgschaft eingelassen/ 166. fl. Ca-  
pital benebent 13. fl. Zins jahlen müssen/ ic. So sendt ihr solch  
Capital und Zinsen / Vermöge der hierüber erlangten hypo-  
thec wieder zu fordern berechtigt/ und ihr werdet derselben  
vor allen andern Creditoren, so kein älter und besser Recht er-  
langt/billich befriediger/*B. N. W.*)

## DEFINIT. CLXXI.

*Ecclesia & Hospitalia ratione usurarum quoque aliis  
Creditoribus præferuntur.*

**C**onveniunt denique in eo *Dd.* quod etiam in  
foro Saxonico unà cum sorte exsolvi debeant  
usuræ, eo casu, quo iure Canonico prohibitz non  
sunt, etiamsi reliqui Creditores sortem consequi  
non posint, Dan. Moller. l. 1. semestr. 28. num. 3..  
Matth. Berlich. part. 1. concl. 66. n. 17. Joh. Zanger.  
de except. part. 3. c. 25. n. 52. & 66. † Nempe, quod  
jus Pontificium usuras non tanquam usuras, sed tan-  
quam interesse damni admittat. Petr. Heig. part. 2.  
quest. 1. num. 141. † Ex quo hactenus in Scabinatu  
Electoral Saxonico receptum est, ut hospitalibus &  
Ecclesiis usuræ etiam de pecuniâ mutuo datâ, ad-  
judicentur, in concurso Creditorum, quantumvis  
reliquis de sorte satisfactum haud fuerit? † Eò quod  
hospitalia & Ecclesiæ nunquam propriæ usuras, sed  
interesse petere præsumantur, Panormit. in cap.  
conquestus. 8. ext. de usur. Heig. dict. quest. 1. num.  
141. *supr. defin. 162.* Adde Decis. Nov. 8.

Ita Domini in causa Creditorum Hansen Schleyens zu  
Steinsdorf/Mense Septembr. Anno 1634. (Verba sent. Zum  
6. werden bezahlt 44. Altschock Capital/ und siebende halb  
Alte Schock davon auffgelauffene Zinsen / dem Gotteshause  
Steinsdorf dafür eine Wiese mit Consens verschrieben/ wo-  
fern solcher Consens älter als der folgenden Creditorum, &c.)

Item in causa Zacharia Pitschens Gläubiger zu Dresden/  
Mens. Octobr. Anno 1632. (Verba sent. Zum vierdten dem  
Religion-Ampf/oder Hospital zu New-Dresden 80. fl. Cap-  
ital zusammen denen auffgelauffenen landâblichen Zinsen/ ic.)

It. in causa Carl Steibogens/ contra Petrum Rosinum zu  
Döllisch/Mens. Jan. Anno 1633.

In causa VVilhelmi Pistoris Mens. Decemb. Anno 1629.

In causa Johann Otten zu Meissen/Mens. Decembr. Anno 1619.  
Et in causa Chiliani Schuhmans Gläubiger zu Gafitz/Mens. Jun. Anno 1635.

## DEFINIT. CLXXIV.

Postquam Creditoribus omib[us] de sorte satisfactum est, usura quoque secundum cujusque Creditoris prarogativam exsolvi debent.

## DEFINIT. CLXXII.

Gaudent etiam prarogativa usura pupillares.

- 1 **N**ec in usuris pupillaribus aliud obtinet, sed ex-solvendae sunt h[ab]z pupilli non minus atque fors ipsa, etiam si Creditores reliqui sortem suam conse-quie nequeant; † Equiparantur siquidem de jure Canonico pupilli, Ecclesia & Fiscus c. de integr. refit.
**A**t, inquit, hoc modo Creditor vix unquam arestum impetrare valebit, cum difficile admittendum, quin ferè impossibile sit, inopiam debitoris vere probare? † Fateor id equidem, ac præsertim hoc tempore, quo homines, in primis mercatores, valde sunt cauti & circumspecti, facultates patrimonii sui de industria occultando, ne detectatur ipsorum inopia, arg. I. 2. C. quando & quib. quart. pars debeat. I. 10. † Itaque Creditor summariâ saltem probatio-ne admittendus erit, putat, † si docere velit, debitorum vel nulla amplius possidere immobilia, Bald. in l. apertissimi. 16. num. 9. C. de judic. Andr. Gail. l. 2. obs. 44. n. 7. † vel adeo pauca, ut non æquivalent debitò, in quo est obligatus Creditori, per l. scien-dum. 15. & l. si fidejuss. 7. §. ult. ff. qui satiad. cogunt. junct. l. si Creditores. 21. ff. de reb aut. jud possid. Fer-rar. in forma Sacramenti. verb. sapient. n. 2. Curt. de sequestr. quest. 6. n. 33. † Aut etiam, si debitor ha-ctenus fuerit morosus in solutione, bona decoquat, vel negotiis intricatis & difficilibus se immisceat, ex quo facile facultatibus labi & non solvendo fieri queat, juxta tradita Goeden. sub rubr. de sequestr. conf. 103. n. 4. Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 2. n. 130. † Probari etiam potest periculum dilapidationis aut fugæ ex vita ante male acta, ut, quia jamdudum fuit prodigus unumque prædium post aliud alienavit. Curt. dict. loc. num. 33. & 40. cum de præterito præsumatur in præsens & in futurum;

I. non omnes, s. h. à barbaris. 6. ff. de remilit. c. semel ma-lus 8. de reg. jar. in 6to. † Nimirum, fieri potest hoc casu probatio per demonstrationem præsumptionum atque conjecturarum, quæ tamen in arbitrio judicis resident, an sufficienes haberi debeant, Matth. Col. dict. c. 2. n. 130. vers. que quidem indicia. Resol. Gravam, de An. 1661, Tit. Von Justitiæ Gas-schen. §. Hierüber ist unter häufigst erinnert/ ic. † Quin & si præsumptionibus pariter ac legitimis probatio-nibus Creditor destituatur, ac periculum si in mo-râ, jurata ejus affirmationi fides habenda est, si nempe juret, debitem multo ære alieno obrutum, facultatibus ibi, & fieri non solvendo. Dan. Moller. bic num. III. Andr. Gail. l. 2. observ. 44. num. 5. Matth. Col. de proc. execut. p. 3. c. 1. n. 74. & seqq. Joh. Köpp. decis. 29. n. 16. † Quamvis dissentiant Jacob. Menoch. l. 2. arbitr. judic. quest. cent. i. cas 87. n. 7. & seqq. & Bernh. Grätz. l. 2. concl. 44. confid. 1. n. 11. seqq.

Ita Domini in causa Wolfgangi Reschens zu Leipzig/Mense Jan. Anno 1635. ( Verba sentent. Ob nun wohl/wann die pretia rerum iho dem Ein- und Auskaufe gleichmäßig und die Schulden exig. ret und gut wören/gnugsam zu bezahlen vorhanden seyn möchte. Dieweil aber dennoch die liegende Gründe ißiger Zeit ihrem rechten Werth nach gefallen/dass sie entweder gar/oder noch auff lange Zeit nicht um den 4. Pfennig auszubringen/die Schulden theils bei hohen Chur- und Fürst. Personen/theils aber außerhalb Landes haften/ und also schwer zu ermahnen und einzubringen / über dieses die hinterlassen: Bitte ein anschauliches als eingebrach Gut fodert/die Erben unter unterschieden Obrigkeitens gesessen/ einem hier/dein andern dort eine Schuld cred' ren und eindru-men/ auch für sich selbst einzunehmen/ und in ihren Nutz ver-wenden/also dass die Erbschaft in Absall gerath/ ihr euch ei-nes concursus Creditorum befürchteet/und eurer Ansforderung wegen in Gefahr stihet/ ic. So wird ihr derowegen auff eine und die andern außenstehende Schuld Arrest zu suchen/und anzulegen wohl besigt, und es wird euch derselbige von der O-brigkeit/unter denen die Schuldener wohnen/ billich erstattet und nachgelassen/B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*In provinciis Electoratus Saxonici arestum bis renovari debeat, de una quaterdena in aliam, nec tempus hoc anticipare vel minutare licet.*

**C**uirosus admodum fuit Illustrissimus Saxo in concessione areti; ne vel Creditor periculum subeat, vel debitor infamiam & maculam aliquam incurrat, ut liquet ex Ord. Torg. de Anno 1583. subtit. vom Arrest/wie derselbe zu gestatten/ † Niimirum Creditorem arestum impetrare volentem ad observationem certæ solennitatis, seu formæ substantialis astrinxit, & arestum jam impetratum de una quaterdena in aliam bis renovari iustit, bac Const. 29. in pr. vers. Alsbald wanu ihne der erste Kummer. Ordin. process. judic. tit. 51. §. Wie aber nun. v. Und demnach ein icder Kummer/alsbald er verstatet/ von 14. Lagen zu 14. Lagen zwener verheuert/ &c. Moll. bic n. 1. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 3. n. 1. Matth. Col. de proc. exec. p. 1. c. 2. num. 185. 188. † An ergo hoc tempus non immutare vel renovationem anticipare licebit? Neutquam certe per Edictum Illustriss. Electoris n. Jan. Anno 1607. Scabinis insinuatum, vers. So wollen und beschließen wir. Ordin. process. judic. dict. tit. 51. §. Wenn auch dieser. † Quis etenim nescit, formam essentialem adeo præcise ob-servari debere, ut ne quidem per æquipollens adimpleri possit. Andr. Tiraq. de LL. connub. gloss. 7. n. 160. vers. neg. enim forma, Jas. in l. quod si nomina-tim. 1. ff. de lib. & postb. n. 18. Nic. Boer. decis. 1. n. 44. † Et cum prædictæ tres quaternæ in favorem debito-ris sint indulxæ, ne ejus bona tam subito aresto con-stringantur, iniquum omnino esset, ei hoc benefi-cium per Creditorem præripi posse, arg. l. 6. C. de LL. l. nulla juris ratio. 25. ff. eod. tit. Ex quo sequitur, Mm 3 † non

6. † non observato tempore renovationis, nullum es-  
se arestum, nec ullum jus reale aut prioritatis Credi-  
tori id tribuere; † Quod & diserte sancivit Illustriss.  
Elector in Edicto modo allegato, vers. Und da dictem  
nicht nachgelebet/ & dict. tit. 51. §. Wann auch dieser.

Ita Domini in causa Eliae Behrs zu Meissen/ Mense Oct. Anno 1592. ( Verba sent. Ob gleich Franz Kunz auff Philipp Droischens des ältern Gütern vor euch einen Arrest erlanget; Dieweil er aber dennoch nach Ausweisung der Registratur bei renovierung des Arrests die in Churs. Constitution bestimmte Zeit von 14. Tagen zu 14. Tagen eigentlich nicht gehalten; So ist solcher Kummer nichtig / und er mag dannenhero euch/weil ihr euren Arrest richtig prosequiret/ in der Zahlung nicht vorgezogen werden/B. R. W.)

Et in causa Nicolai à Dilsens Gläubiger zu Leipzig/Mense Octobr. Anno 1626.

#### DEFINIT. X.

*Circa renovationem Arresti tempus quaterdenarum de momento in momentum currit.*

1. **N**ihil itaque agitur, si tempus circa arresti renovati-  
onem haud præcisè attenditur, tanquam pro  
forma à jure præscriptum, l. scire oportet. 13. §. conse-  
quens. 4. ff. de excusat. tutor. Felin. in c. cum dilecta.  
12. vers. gesta contra formam num. 6. & seq. extr. de re-  
script. usque ad eum † ut ne hora quidem momentum  
ammutari possit, Andr. Rauchb. p. 1. quest. 3. num. 8.  
Idque est quod in arresto, momenta & horas obser-  
vari, vulgo ajunt, b. Constit. 29. in pr. vers. Alsbald  
wann ihne der erste Kummer verstattet, Const. 28. b.  
part. 1. §. Ferner sollen, vers. Von der Stunde an/  
da der Kummer geschehen, Ordin. process. judic. Elec.  
Saxon. tit. 51. §. Wie aber nun, vers. Alsbald er ver-  
stattet/ &c. Dan. Moller. l. 3. Semestr. c. 42. n. 16. non  
3. aliter atque in decedio ad appellandum, Autb. bo-  
di. C. de appellat. c. quoad consultationem 15. ubi  
Panormit. n. 4. extr. de sentent. & rejudic. Andr. Gail.  
4. l. 1. obs. 139. n. 5. † Ergo si unica tantum hora post  
effluxum quaterdenarum, in renovatione arresti ex-  
5. cedatur, moræ purgatio locum non habet. † Scilicet  
quia spaciun quaterdenarum de momento in mo-  
mentum currit, Berlich. part. 1. concl. 74. n. 122. & 125.  
Andr. Rauchb. dict. quest. 3. n. 15.

Ita Domini in causa Jobst Kummern zu Naumburg/Mense Jan. An. 1626. ( Verba sent. Hat Jobst Kummer den 23. No-  
vembr. zu eines Kaufmanns Gütern Arrest gesucht/dgrauft sich  
Wilhelm Clammer auch angegeben/ und schlägt Log. 8 um  
zehndhalb Uhr obgedachte Güter gleichfalls verkümmert.  
Ob nun wohl Jobst Kummer den 7. Decemb. darauff den an-  
gelegten Arrest renovaret/ und folgends den 21. ejusdem seine  
Kummer-Klage überreicher/dahero er trum mehr vor Wilhelm  
Clammer eine priorität zu haben vermehnet. Dieweil er a-  
ber deneh. bei Übergebung der Kummer-Klage die gebüh-  
rende Zeit/ so de momento in momentum jurechnen/nicht in  
acht genommen/ sondern allererst am 10. Uhr den 21. Dec. da  
die Zeit um 8. Uhr abbereit vorüber gewesen / und also zwei  
Stunden zu spät den Arrest zum andern mahl renovaret / und  
die Kummer-Klage eingegaben/ ic. Als ist auch der von  
mehr gedachten Jobst Kummern angelegte Arrest nichtig/  
deshwegen sich derselbe für Wilhelm Clammer an des  
Schuldners Güters einiger priorität nicht anzumassen/  
B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Et dies termini computatur in terminum.*

1. **H**inc porrò inscribendum est, diem termini  
computandum esse in termino, ita ut impetrato-  
to arresto i. die mensis, quaterdena prima ad renova-  
tionem data, decimo quinto die ejusdem mensis fi-  
niatur, Andr. Rauchb. p. 1. q. 3. Matth. Berlich. part. 1.  
concl. 74. n. 121. & seqq. Matth. Col. de process. exe-  
cut. p. 3. c. 8. n. 50. & seqq. † ex vulgata illâ Interpp.  
regula, quod ubi tempus de momento in momen-  
tum labitur, dies termini computetur in termino,  
Andr. Gail. l. 1. obs. 139. n. 5. Rauchb. dict. q. 3. n. 10.  
3. quamvis alias hoc dubio non carcat, propter text.

in l. 1. ff. si quis caution. l. Eum, qui 4. ff. de V. O. Dani.  
Moll. lib. 1. Semestr. 7. Rauchb. dict. quest. 3. num. 4.  
† Quod & facit, quod renovatio arresti fieri debeat de 4  
una quaterdena in aliam, von vierzehn Tagen zu  
vierzehn Tagen / b. Constit. 29. in pr. Ajunt vero,  
† quando adverbium (hinc inde) ponitur, diem ter-  
mini computandum esse in termino, Bartol. in dict.  
l. 1. ff. si quis caution. n. 1. ubi & Jason. n. 20. † Idque  
eo magis, quod in casu præsentí renovatio de una  
quaterdena in aliam sit de formâ arresti substantiali,  
Supr. Defin. 9. quæ à lege vel statuto posita præcisè  
ad unguem observari debet, Jason. ad l. jubilium. 29.  
C. de testam. n. 12. Berl. dict. concl. 74. n. 124.

Ita Domini in causa Nicolai Antonii Tonethi & Con-  
sort. contra Hermannum Helsing/ventilatâ in prætorio Li-  
piensi, Mense Mart. Anno 1632.

#### DEFINIT. XII.

*In secundâ renovatione Creditor præcisè libellum  
arestorium offerre tenetur, nec valeat arrestum, si  
libellus in primo vel secundo termino statim  
exhibeatur.*

**P**etitio quidem, & Renovatio arresti in scriptis t  
necessariò fieri haud debet, sufficit enim nuda-  
facti recitatio, Matth. Coler. de process. execut. part.  
3. c. 11. num. 80. At in secundâ renovatione, sive ter-  
tio judicii arestori termino, † Creditor advertat 2  
necessie est, ut simul libellum arestori in scriptis  
cum specificatione crediti sui exhibeat, b. Constit.  
29. in pr. vers. Und zugleich mit dem letzten Kummer.  
Ordin. process. judic. tit. 51. §. Wie aber nun. vers.  
Und neben dem dritten/ &c. Moller. b. 1. n. 1. † Quid 3  
autem, si Creditor prævenire velit, & primo station-  
termino arrestum impetrans, vel in termino secundo  
priuâ vice renovans libellum exhibeat? Fieri id  
posse, nec ulteriori renovatione opus esse, docent  
quidem Moll. lib. 2. Sem. II. n. 3. Joh. Zang. de ex-  
cept. part. 3. c. 1. n. 268. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 3.  
n. 21. † Sed Creditorem anticipantem non audienc-  
dum, nec ullum jus reale vel prioritatis per id con-  
sequi, rectius putaverim cum Matth. Coler. de pro-  
cess. execut. part. 3. c. 8. n. 83. & Matth. Berlich. part.  
1. concl. 74. num. 122. † Tum per text. manifestum. 5  
b. Constit. 29. §. Wegebe es sich auch. Ordin. process.  
judic. dict. tit. 52. §. Wann auch dieser Form. † Tum, 6  
quia forma essentialis ad unguem observari debet,  
& aeglecta totum vitiat arrestum, b. Constit. 29.  
in pr. vers. Und wo diese Form. † Tum quia tres 7  
quaterdenen favorem debitoris indulta censem-  
tur, ne is tempore himis coangustetur, & periculo-  
tam subita exponatur; † Ergo factio Creditoris be-  
neficium hoc ei non auferendum, nec in ejus odi-  
um retorquendum erit, l. quod favore 6. C. de lib. l.  
plures. 19. sub fin. C. de fide instrum.

Ita Domini in causa Hansen Gerbers zu Neuenthal/M. Jul.  
Anno 1630. ( Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß  
ihr so bald bey der ersten Renovierung euers angelegten Arrests)  
nicht aber bey dem letzten Termin die Kummer-Klage überge-  
ben/allermassen zu Recht nochwendig gewesen/und geschehen  
sollen/ic. So ist auch bemeldter Arrest nicht beständig / und  
ihr habt euch dannenhero einiger Erstigkeit vor den andern  
Gläubigern nicht anzumassen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Non minus impetratio citationis, quam oblatio li-  
belli arestori in ultima renovatione  
requiritur.*

**N**on sufficit, libellum arestori in ultimâ  
renovatione à Creditore exhiberi, sed nequse  
quoque is habet, ut simul debitorem citari petat, &  
pro citatione decernenda instet, b. Constit. 29. in pr.  
vers. Dahep gr. dann auch Citation und Ladunge  
an

an den Schuldener suchen und bitten soll. Ordinat. process. judic. Elect. Saxon. tit. 51. §. Wie aber nun/vers. Auch hierbey um Citation und Ladung an den Schuldener angesucht werden solle. Dan. Moll. 2 hie n. 1. + Adeoque non minus citationis impetratio, quam oblatio libelli arrestatorii pro formâ substantiali ipsius arresti requiritur; Ex quo porro inferendum, + id neutiquam subsistere, si citatio petitâ haud fuerit, ut luculenter appetet ex h. Const. 3 29. in pr. vers. Und wo diese Form/rc.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet/das ihr so bald bei der ersten Renovierung eures angelegten Arrests/nicht aber beym letzten Termin die Kummer-Klage übergeben/noch auch dabey um Citation und Ladung des Schuldener angesucht / allermassen zu Recht nothwendig gewesen/und geschehen sollen/rc. So ist auch bemalter Arrest nicht beständig/und ihr habt euch auch dannenhero einiger Ernstigkeit vor den andern Gläubigern nicht anzumassen/B. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Alterius nomine absq; speciali mandato nemo arestum impetrare valer.*

**A** Restare possunt Creditores, qui suum debitorem facultatibus labi vident, & de suo Credito periclitantur, non solummodo ipsi, + sed etiam eorum nomine procuratores, modò speciale habeant mandatum, ut recte sentiunt, Joh. Harppr. in §. procurator. i. inst. de iis per quos agere possum. Cavalcane. part. i. decisi. num. 46. + Non solum, quia causa arresti est executiva, quæ mandatum speciale requirit, Jason. in l. invitue. 17. C. de procurat. n. 17. + Sed & quod arrestum aliquius famam & honorem lœdat, ignominiamque irreflectabilem inferat, And. Gail. de arrest. imper. c. i. num. 12. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 154. Ex quo absque speciali mandato ad arresti impetracionem nemo est admittendus, ut recte advertit Matth. Berlich. part. i. concl. 74. num. 9. + Quod in provinciis Elector. Saxonici minus dubium habet, propter claram sanctionem in Ord. proc. jud. tit. 51. §. Von eines andern wegen, ubi tamen excipitur persona conjuncta, + quæ audienda est, si cautionem de rato præstare velit. Rectissime sane, quia & alias conjunctio sanguinis & proximitatis facit, ut cautio de rato suppleat detectum mandati, l. exigendi. 12. C. de procur. Vid. supr. Const. i. Def. 29.

Ita Domini in eadem causâ ( Verba sent. So ist auch bemalter Arrest/ bevoraus/weil einer Anwalt bei Auseinandersetzung des selben so bald kein speciale mandatum vorlegen können/nicht beständig / und ihr habt euch auch dannenhero einiger Ernstigkeit vor den andern Gläubigern nicht anzumassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Quocunq; in loco arrestum impetrari potest.*

**N** On requiritur pro formâ arresti, ut Creditor judecet pro tribunali sedentem adeat, sed sufficit, eum saltem domi suæ, vel in via publicâ, aliove in loco pro arresto in bona debitoris decernendo compellari. + Nempe, quia arrest de plano coacduntur, Dan. Moller. l. 3. semestr. 44. num. 8. Matth. Coler. de process. exec. part. 3. c. 11. n. 64. & part. 2. c. 3. n. 416. + Eaverò est natura illorum, quæ de planis peti possunt, ut, licet sint contentiosæ jurisdictionis, & summariam causæ cognitionem desiderent, à judecitate tamē etiam non sedente pro tribunali expediri queant, l. 2. §. dies bonorum possessions i. junct. gloss. in verb. sessionum & in verb. de plano ff. quis ordo in bon. poss. servet. + Quo ipso respondetur ad objectionem, quæ alias moveri solet, arrestum scilicet esse contentiosæ jurisdictionis, & cognitionem requiri, quam in loco judicij expediri oportet, l.

à procedente 4. ubi Bart. & Dd. C. de dilat. l. inter stipulantem §. 1. de V. O. + Quamvis etiam haud inepte dicatur, quotiescumque periculum in morâ est, veluti in arresti imprecatione, à regulis juris communis recedi, ac remitti dispositionem juris etiam prohibitivi, l. de pupillo. 5. §. si quis rivos. 11. ubi Jason. ff. de novi oper. nunciat. Dan. Moll. dict. c. 44. n. 6.

Ita Domini in eadem causa Joachimi & Christophori fratrum à Reibod. M. Jan. An. 1630. ( Verba sent. Dass obbemeldre Gläubiger nicht allein in loco judicij, sondern auch außerhalb des Gerichts an andern Orten Arrest anzulegen wohl befugt gewesen/derowegen solche Arrest vor trüffig und beständig bislich geachtet und gehalten werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Petri potest Arrestum tempore quoconque etiam die feriato.*

**E** Ademque ratio facit, ut tempore quoconque à impetrari queat arrestum, non solum in diebus juridicis, sed etiam die feriato, ut omnes satentur, teste Dan. Moll. l. 3. semestr. 44. n. 1. + Scilicet quod omnes actus, in quibus periculum in morâ versatur, possint diebus feriatis, atque divina Majestati dedicatis expediti, cap. significaverunt. 21. §. verum pars altera extr. de judic. + Ex quo etiam fit, ut sequestrum concedatur die feriata, Bart. in l. ait. prætor. 10. §. si debitorem. 16. ff. quæ in fraud. Creditor. num. 3. Jason. in l. fidejussor. 7. §. si satisdatum, ult. ff. qui satisd. cog. n. 19. + Quin & periculum sit in morâ, Creditorque metuat, ne alii Creditores eum præveniant, etiam de nocte concedi posse arrestum, docet rectissime Petr. Pek. in tr. de jure sistend. c. 10. n. 2. + quia tantum valet factum de nocte, quantum de die, l. non minorem. 20. C. de transact. ubi Bart. in pr. & n. seq. & ubi periculum evidens est in morâ, neque loci, neque temporis habenda est ratio, Dan. Moll. dict. c. 44. n. 4. & seq.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Dass obberührte Gläubiger nicht allein in loco judicij, sondern auch außerhalb des Gerichts an andern Orten/und zu aller Zeit/ in und außer den Gerichts-Tagen/an Werk- und Feier-Tagen/Arest anzulegen wohl befugt gewesen/derowegen solche Arrest vor trüffig und beständiglich geachtet und gehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Impetrari debet Arrestum à judece eo, qui bassam habet jurisdictionem, die Erb- oder Nieders- der Gerichte.*

**C** Aveat Creditor, ne arrestum sibi decerni petat à judecitate incompetente, nihil enim hac ratione sufficit, + quia quod à judecitate fit incompetente, sive per processum ordinarium, sive per executionem, cui arrestum æquiparatur, And. Gail. lib. 1. de Arrest. Imper. c. 1. n. 10. perinde habetur, ac si privatâ autoritate factum esset, Bartol. in l. Creditores. 3. C. de pignor. n. 26. Matth. Coler. de process. executiv. part. 2. cap. 1. n. 12. sub fin. Competens autem est judecator, non qui merum Imperium sive jurisdictionem altam ( die Ober-Gerichte ) sed qui bassam sive inferiorem habet jurisdictionem, die Erb- oder Nieders-Gerichte/ + quippe ad quem omnes causæ civiles & pecuniariae pertinent, Ordinat. provinc. Elector. Saxon. de Anno 1555. sub tit. was zum Ober- Nieder- und Erb- Gerichte gehörer. §. was aber kleiner. in fin. non solum infra, sed etiam ultra trecentos aureos, Landr. l. 2. art. 13. §. Um Pfenninge aber/ubi Gloss. n. 8. in fin. prout demonstravi in practica mea criminali part. 3. quæst. 109. n. 86. + Planè, si judecator superior judicii inferiori jurisdictionem cumulative non privative concesserit, qui in Creditoris arbitrio sit, num judicem superiorum aut inferiorum adire velit, dubitandum non est, per tradita Matth.

*Cel. dict. c. i. n. 16. & Matth. Berlich. part. i. concl. 2.  
n. 1. & seq.*

Ita Domini in eadem causa ( Verba sentent. Dass ob-  
rührte Gläubiger an allen Orten und zu jeder Zeit/ jedoch bei  
dem Richter selbst/welchem die Erb-Gerichte zustehen/ Arrest  
angulegen befugt gewesen/derwegen solche Arrest vor kräftig  
und beständig billich geachtet und gehalten werden/  
B. R. W.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Arestum non apud judicem, sed senatum impetratum,  
plerisque in locis band subsistit:*

- 1 **E**t si quoque in loco ac tempore arrestum po-  
tiqueat, si periculum evidens in morā ver-  
tetur; *Supr. Definit. 15. & 16. Dan. Moll. l. 3. semestr.*
- 2 44. **†** Nihilominus tamen hoc nona voluntariae sed  
contentiose jurisdictionis habetur, & causae cogni-  
tionem aliquam vel saltem summariam requirit,
- 3 Moller. *dict. cap. 44. n. 5.* **†** Dixeris ergo rectissime,  
solum à judge sive prætore arrestum valide impetra-  
ri; nec apud Senatum impetratum subsistere, **†** non  
quod senatus expedire haud possit illa, quæ conter-  
tiose sunt jurisdictionis, cum etiam hujus nomine  
Prætor sive judec exerceat jurisdictionem;
- 4 **§** Sed quia plerisque in locis id usu rece-  
ptum est. At quæ moris sunt, & consuetudinis, ma-  
xime observari debent, *l. quod. si nolit. 31. §. quia affi-  
dua 20. ff. de adil. edit. l. ult. C. de fidejuss. Anton.  
Fab. in Cod. l. 5. tit. 13. defin. 3. n. 8.*

Ita Domini in causa Henrici Kramers contra Georgen  
Schelhammern/ ventilarū in Prætorio Lipsiensi, Mensis Jun.  
Anno 1592. ( Verba sent. Und ist der von Klägern Heinrich  
Kramers angelegte Arrest zu Recht nicht beständig/ ic.

Et in causa Martin Zeiners & consortium contra Barthel  
Reisetweissen zu Solika/ Mensis Jan. Anno 1604. ( Verba sent.  
Dass der angelegte Arrest zu Recht nicht beständig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Arestum impetratum in judicio, sub quo debitor ha-  
bet domicilium, bona immobilia alibi sita  
non afficit.*

- 1 **D**ubium non est, quin judec arresti competens  
sit is, sub quo debitor suum habet domicilium,  
in tantum, ut arrestum ibi Creditor impetrare obstrui-  
ctus sit, si ex eo ius reale & prioritatis consequi velit,  
Ordin. process. jud. Elect. Saxon. tit. 51. §. Es soll  
aber ein solcher Arrest ad effectum impetrandi ius reale  
bey denen Gerichten / darunter der / wider den er bes-  
2 geht wird/gesessen/gesucht werden/ ic. **†** Semper e-  
nam forum domicilii est generale & ordinarium &  
prædominatur, vel saltem concurrit cum quolibet  
alio foro, usque adeo ut ex alio foro, puta contra-  
ctus, delicti, vel rei sitæ non dicantur propriæ subdi-  
cti, sed solum ex domicilio, *Felin. in c. licet ratione de-  
lictii 20. extr. de foro compet. num. 23. Matth. Coler. de  
process. execut. part. 2. c. 1. n. 29.* **†** At non extendi-  
3 tur arrestum in loco domicilii impetratum ad bona  
immobilia alibi sita, *dict. tit. 51. §. Es soll aber. vers.  
und sich weiter nicht erstrecken/ als desselben Richters*  
4 **jurisdiction und Botmäßigkeit gehet/ ic. † quia scilicet**  
**judec domicilii alterius judicis jurisdictioni**  
**non præjudicat, l. ult. ff. de jurisdict.**

Ita Domini in causa Joachim und Christoph der Reichenh-  
Gebrüder/ Mensis Jan. Anno 1630.

#### DEFINIT. XX.

*Bona immobilia eo in loco, ubi sunt sita, arrestari  
debet.*

- 1 **Q**uomodo ergo Creditor sibi de jure prioritatis pro-  
spicer, si bona alibi sint sita? Judicem loci bonorum  
situatorum adire; ab evque arrestum impetrare  
necessa habet, id si fecerit, tutus omnino erit,  
Ordin. process. jud. Elect. Saxon. *tit. 51. §. Es soll aber,*

*vers. Darum wann einer. † Quod si dixeris, solam  
bonorum situationem non tribuere fori competentiam  
in processu executivo adversus debitorem, qui  
alibi domicilium habet alioque in loco contraxit,  
juxta tradita Matth. Coler. de process. exec. part. 2. c. 1.  
n. 57. & part. i. c. 2. n. 10. † Respondeo, excipendum  
esse casum arresti, propter periculum, quod in morā  
versatur, ex quo ut tempore ac loco quovis, ita et-  
iam à judge loci bonorum situatorum impetratum  
arrestum jure subsistit: † Nimirum, quotiescumque  
periculum in morā est, à regulis juris communis re-  
ceditur, *l. de pupillo. 5. §. si quis rivas n. ubi Jaf. ff. de  
noni oper. nunciat. Dan. Moller. l. 3. semestr. 44. n. 6.  
Vid. supr. Defin. 15. & 16. † Et alias quoque quando  
debitor est vagabundus & fugitivus, qualis semper  
presumitur, qui non solvendo factus est, sola situatio  
bonorum competentiam fori facit, Matth. Coler.  
dict. cap. 1. num. 89.**

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Und als sich ein  
concurrentus Creditorum zu selber Verlassenschaft ereignet/  
haben die Gläubiger Theils im Amte/ Theils aber beym Rath  
zu Plauen Arrest gesucht/ immassen auch ihr wegen unter-  
schiedener Posten/damit euch der Debitor verhaftet gewesen/  
im Amt Arrest erlanget/ ic. So haben die Arrestanten allein  
zu denen Gütern/ so unter dem Amt oder Rath zu Plauen ge-  
legen/ bey welchem einer oder der ander Arrest gesucht/ ein  
dingliches Recht erlanget/ und werden demnach diejenigen/ so  
beym Rath arrestirt/ des Amtes Arrestanten/ ungeachtet sie der  
Zeit nach jünger/ in den Stadt-Gütern/ wie auch hinwieder-  
um die jüngere Amtes-Arrestanten/ denen so beym Rath zuvor  
albereit Arrest angelegt gehabt/ in den Amtes-Gütern billich  
vorgezogen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Bona tamen mobilia alibi sita per arrestum in loco do-  
micii debitoris impetratum afficiuntur.*

- 1 **A** T vera sunt hæc saltem in bonis immobilibus;  
Nam ad bona mobilia alibi sita arrestum in lo-  
co domiciliū impositum omnino extenditur, ut re-  
ctissime sentit, Matth. Berlich. *part. i. concl. 74. n. 66.*  
**†** Quia nempe bona mobilia sensentur esse sub juris-  
dictione ejus loci, in quo debitor habuit suum do-  
miciolum, eaque perpetuo possidere voluit aut co-  
gitavit, *l. ex facto 35. §. rerum. 3. ff. de hered. inst. l. debi-  
tor. 32. in fin. ff. de pign. l. Gajus. 86. in pr. ff. de leg. 2.  
l. si fundus. 44. l. si ita legatum 86. ff. de leg. 3. † Id-  
que ipsum est, quod personæ seu offibus defuncti  
mobilia inhærente dicuntur, Jac. Schult. *part. i. quest.  
39. num. 54. Matth. Coler. de process. execut. part. i.  
cap. 3. num. 245.**

Ita Domini in causa Wolff Raschens zu Leipzig/Mense Jan.  
Anno 1635. ( Verb. sent. So seyd ihr derwegen auss eine  
und die andere aussenstehende Schuld Arrest zu suchen und an-  
zulegen wohl befugt/ und es wird euch derselbige von der D-  
brigkeit/unter denen die Schulden wohnen/billich erstattet  
und nachgelassen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Arestum in bonis feudalibus impetratum à judge, qui  
Dominus feudi non est, fructus solummodo feu-  
dales jure pignoris afficit.*

- 1 **Q**uemadmodum Dominus feudi Creditoribus  
in ipsum feudum, sive substantiam feudi execu-  
tionem feudi facere potest, ut docet multis  
Hartman. Pistor. *part. i. q. 15. num. 70. & seqq. & ap-  
probat hoc ipsum Sanctio Electoralis manifesta in*  
Ordin. process. judic. *tit. 40. ita certè dubium non  
est, † quin apud eum quoque impetratum arrestum  
bona feudalia afficit, eatenus saltem, quatenus exe-  
cutio facta in bona feudalia substitut, dict. Ordinat.  
process. judic. tit. 51. Sonderlich aber, vers. wäre er  
aber auch Lehenherr. † Sed aliud dicendum, si are-  
stum impetratum fuerit à judge, qui simul dominus  
feudi non est. † Hoc enī non ipsam feudi substan-  
tiam,*

tiam, sed fructus tantummodo & commoditates feudi jure pignoris afficit, dicit. tit. 51. §. Sonderlich aber. † Siquidem execu<sup>tio</sup>, cuius species aliqua est arrestum, juxta tradita Matth. Coler. de process. exec. part. 1. c. 2. num. 183. & seqq. Andr. Gail. de arest. c. 1. n. 10. à judice loci ordinario, qui dominus feudi non est, haud fieri potest in feudum ipsum, sed solummodo in fructus & commoditates feudi, Hartm. Pistor. dicit. quæst. 15. n. 30. Ordin. process. judic. dicit. sit. 49. 6 in pr. † Rationem nempe laboris & culturæ habet ius Saxonum, adeoque fructus ex ea præmeritos iure proprietatis Vasallo, ejusque heredibus tribuit, quantumvis ipsius feudi dominium directum apud Seniorem seu Dominum resideat, art. 58. §. Des Mannes stat. l. 2. Landr. Constit. Elect. 32. p. 3. ubi Dan. Moll. n. 3. Hartm. Pistor. part. 1. q. 21. n. 73. Joh. Köppen. decif. 30. num. 43. Jacob. Thoming. decif. 3. n. 6. Matth. Col. part. 1. decif. 74. n. 2. & de process. execut. part. 2. c. 3. n. 303.

Ita Domini in causa Johannis à Rossig & consort. zu Merseburg/ Mense Jun. Anno 1601. (Verba sentent. Ist euch Hans Thilo von Trotta mit unterschiedlichen Schulden verhaftet gewesen/ und weil ihr in Güte keine Bezahlung bey ihm erlangen mögen/ habe ihr zu seinen Dörfern in der Fürstlichen Eanglen daselbst einen Arrest erlangen/ und gebührlchen prosequiret. Ob nun wohl hernach vorbemeldet von Trotta Albrecht von Rößschau von wegen der Bürgschaft/ dafür er sich einzulassen/ auf vorberührte Dörfer/ als Lehen-stück mit des Lehn-Herrns consens versichert/ ic. So werdet ihr doch/ vermbg euers zuvor erlangten und prosequirten Arrests/ iho gedacht von Rößschau mit eurer Bezahlung/ an den Früchten obberührten bender Lehenstücke/ oder da dieselbe verkauft würden/ an dem Kauff-Gelde billich vorgezogen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Arestum in supremo Principis judicio impetratum, etiam ad bona mediata subiecta extenditur, dummodo inferiori judici notificetur.*

1 **Q**uantumvis in supremo Principis judicio vel Cancellariâ arrestum contra eos, qui immedia- tè subiecti haut sunt, absque justa & prægnanti causa, puta quod debitoris bona & facultates in diversis locis existant, vel quædam saltem bona immediate Principi subiecta sint, non concedatur, Ordin. Process. judic. Elect. Saxon. tit. 51. §. Wenn aber. vers. Man soll aber gleich. † Attamen si impetratum ibidem fuerit, non duntaxat ad bona immediate, sed etiam mediata subiecta, quounque nempe in Principis territorio ea reperiantur, extenditur, dicit. tit. 51. §. Wann aber in unsrer Eanglen/ in pr. † Sed hoc ita, si judicibus inferioribus, sub quibus debitor arrestatus domicilium, vel bona habet, id notificetur, ne forsan alii Creditores ex ignorantia, per oppignorationes & obligations bonorum decipientur, dicit. §. Wann aber, vers. Und gleichwohl den Unter-Gerichten/ ic. ad instar oppignorationis bonorum immobilium, † que in foro Saxonico propterea Magistratus consensum requirit, ne una eademque res pluribus simul obligetur atque Creditores Credito suo defraudentur, Constit. Elect 23. §. Und dieses/ part. 2. ubi Dan. Moll. num. 15. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 6. n. 15.

Ita Domini in causa Hansen Melbers contra Heinrich Herolden zu Döllitzsch/ Mense April. Anno 1632. (Verba sentent. Dass sich Bellagger vor Klägern / dessen Arrest in Churfürstl. Sächs. Regierung zuvor allbereit angelegt/ und euch notificiert worden / und demnach auch auf des Schuldners unter euch liegende Güter zu ziehen / gestalteten Sachen nach / einziger Priorität nicht anzumassen / B. R. W.)

## DEFINIT. XXIV.

*Conveniri potest judex ad interesse, si pro aresto decernendo requisitus, absque causâ justâ illud recusaverit.*

**N**on est in potestate judicis arrestanti annuere, ne jusque petito deferre, vel non deferre, sed pro decernendo arresto requisitus præcisè illud decerne-re tenerur. † Ceteroquin, si hoc absque justâ & suf-ficienti causâ denegaverit, aliquique Creditores præ-venerint, vel aliter bona debitoris interierint, tene-bitur primo Creditori arrestum petenti ad interesse & estimationem quantitatis ejus, in quâ Creditor debitorem habebat obligatum, arg. l. ult. C. de pæn. jud. qui mal. jud. l. 4. C. de custod. Rev. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. num. 116. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 74. num. 90. Henn. Goeden. conf. 106. n. 7. † Nam & aliás judex de negligentia, quæ absorbet jus partis, ad totum interesse tenetur, l. si quando 19. sub fin. C. de testib. Paris de Puteo in sr. de Syndic. verb. negligentia vers. contra magistra-tum num. 5.

Ita Domini in causa Dietrich Hendfelds zu Quedlinburg/ Mense April. Anno 1632. (Verba sent. Auffn Fall das Amt Arnstein den von euch rechtmäßigen gesuchten Arrest nicht annehmen wolte / und durch solche Verweigerung euch einiger Schaden zugezogen würde/ ic. So wärer ihr bemeldtes Amt ad interesse und um Erstattung des Schadens gebührlchen zu belangen wohl befugt/ ic.)

## DEFINIT. XXV.

*Licer tamen judici cautionem de se indemnum servando exigere.*

**A**t judici periculum dixeris, si omnibus in-differenter arrestum effragitantibus annuere te-neatur. Quid enim, si debitor talis non esset, qualis forsitan à Creditore præsumitur, aut solvendo exis-te-ret, omni per impetrationem arresti non minima injuria inferretur, Matth. Coler. de proc. execut. part. 2. c. 3. n. 154. Jas. in l. si se non obtulit. 4. §. condemna-tum. 6. ff. de re judic. n. 32. † ut proinde judex actionem injuriarum, vel saltem expensarum præsta-tionem metuere necesse habeat? Sanè ipsius arbitrium prorsus exclusum esse haud putaverim, quin potius diligenter advertere & cognoscere judex de-bet qualitates & conditionem debitoris, priusquam arrestum decernat, † aut si de hisce satis informari nequeat, tutissimum erit, cautionem de servando indemne tribunal judicis & refundendo expensas cum omni interesse in casu succumbentia exigere, † quam cautionem Creditor præstare obstrictus est, si arrestum sibi decerni cupiat, Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 2. num. 116. Joh. Monach. in process. part. 20. c. 4. num. 3. Reinh. Rosa ad Dan. Moller. bic num. 20.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ihr seyd aber gleichwohl/ dafern bemeldtes Amt Schadloshaltung und Caution von euch fordern würde/ dieselbe zu prætieren schuldig/ ic.)

## DEFINIT. XXVI.

*Admittenda est nuda Creditoris promissio, si ex inopid cautionem præstare nequeat.*

**N**eque difficile erit Creditori arrestum petenti cautionem præstare; si fuerit possessionatus aut fidejussiones inveniat: At quid si media ipsi non præstò sint, quibus cavere queat, putà si arrestator sit forensis aut pauper, num ei propterea arrestum erit denegandum? † iniquum certè hoc foret. Non enim paupertas cuiquam debet esse nociva secundum Bald. vol. 1. cons. 5. numer. 1. & seq. † Quare juratoria saltem cautio hoc casu præstetur, necesse est, ut probat per l. omnes, qui 33. §. in hac autem 1.

- de Epist. & Cler. Matth. Coler. de proc. execut.*  
 4 *part. 3. c. 11. num. 107.* † Quāvis nec hanc praeceſe  
necessariam eſſe, ſed nudam promiſſionem ſufficere  
putaverim cum Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74.*  
 5 † quia Creditor exhibendo pro ſe instrumentum  
obligationis debitorem, qui Creditum haud exſol-  
vit, non parūm facit ſuſpectum, ut propter ea ſa-  
tem absque cauſione admittatur, juxta tradita Nicol.  
 6 Boēr. *decif. 247. n. 9.* Idque eo magis, † quod cau-  
tionis appellatione, ſola & nuda etiam prae-  
comprehendatur, *l. ſancimus 3. C. de V. S. Berlich. dict.*  
*concl. 74. num. 94.*

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſentent. Ihr ſind  
aber gleichwohl/dafür beweßtes Amt Schadloshaltung und  
Caution von euch fordern würde/ dieſelbe entweder mit Wür-  
gen oder Verfpändung eurer Güter zu beſtellen/ oder doch ſel-  
be durch einen Handſchlag anzugeloben pflichtig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Nemo Creditorum bona debitoris ſui areſtare  
prohibetur.*

- 1 **A** Restare poſſunt Creditores omnes, qui debito-  
rem ſuum facultatibus labi vident, ac de Cred-  
ito ſuo periclitantur. Joh. Monach. *in proc. par. 20.*  
*c. 41. n. 12.* Petr. Peck. *in tratt. de jure ſtendi. c. 3. n. 1.*  
 2 & seqq. † Neque Vasallum hic excipiendum puta-  
verim, cur enim is bona ſui domini areſtare prohi-  
bendus ſit, haud certe video. † Nam quod vulgo  
objicitur, Vasallum gravem & inhonestam injuriā  
domino inferentem feudo privari *c. un. §. 2. vers.*  
*parro tit. qua fuit prim. cauſ. benefic. aratt.* Curt.  
*jun. de feud. part. 4. n. 35.* Matth. Berl. *part. 1. concl.*  
 4 *74. n. 18.* † id certe de injuriā facti accipiendo eſt,  
puta ſi dominum in cluſum non liberaverit, cum ta-  
men id facere bene potuiffet, *dīſt. c. un. in §. vers. i-*  
*tem ſidelator.* † Non etiam ſi jure ſuo utatur, ſibi  
que proſpiciat, ut fit per areſti impetrationem, ſiquidem  
injuriā nemo facere videtur, qui jure ſuo uti-  
tur, *l. factum 155. §. 1. l. nemo damnum. 151. ff. de reg.*  
 6 *jur.* † aut beneficium jure communi & publico ſibi  
indultum exercet, *l. ſi duorum 42. ff. de act. empt.*  
Ant. Fab. *in Codic. l. 3. tit. 17. n. 4.*

Ita Domini in cauſa Sebastian Volckens zu Deumia/Mens.  
Mart. An. 1624. (Verba ſent. Dieweil einem ieden Credito-  
ri, auſſu Fall er zu beſcheinigen/dafür der Schuldener in Abfall  
ſeiner Nahrung gerathen/und nicht mehr wohl ſolvendo ſen/  
daffen Güter zu ſeiner Verſicherung zu areſtirem zugelassen/ie.)

#### DEFINIT. XXVIII.

*Liberi etiam parentum fuorum bona areſtare  
poſſunt.*

- 1 **Q**uid autem, ſi liberi parentum fuorum bona a-  
reſtare velint? † Neutiquam hoc iſpis indul-  
gendum eſſe, multis argumentis evincere conatur  
Matth. Berlich. *part. 1. concl. 74. n. 10. & seqq.* que o-  
mnia eò collimant, ut honor, quem liberi parentibus  
debent, conservetur, *l. veluti 2. ff. de juſt. & jur. L. 1.*  
 2 *§. 15. ff. de vener. in poſſeff. mittendo.* † eum negari  
vix poſſit, per impetrationem debitoris famam lazi  
eique injuriā inferri ſecundum tradita Andr. Gail.  
*de areſt. Imp. c. 1. n. 11.* Matth. Coler. *de proc. execut.*  
 3 *part. 2. c. 3. n. 154.* † nullum verū actum, per quem  
fama & honor parentum offenditur, liberi exercere  
valent, *l. non debet dari 11. ff. de dolo malo. l. apud*  
*Celsum 4. §. adverſus parentes 16. ff. de dol. mal. ex-*  
 4 *cept.* † Sed ſi vera haec ſint, non certe ullā actione  
filii adverſus parentes experiri poſterunt, quippe  
quod per id obsequium filiale, & per conſequentiā  
honor parentum haud parūm periclitari incipiat.  
 5 † Nec tamen id facere aut jure ſuo uti prohibentur,  
non magis ac vitam ſuam defendere adverſus paren-  
tes, † eum vita & bona partibus paſſibus ambulent;

- l. juſta cauſa 9. ff. de maximiſſ. vindict.* † Nimirum, 7  
injuriā non facere cenzentur, quando jure ſuo u-  
tuntur, *l. 155. §. 1. ff. de reg. jur.* † Quo ipſo etiam oc-  
currit patrī potestati, ex quā filius poſteſt exhae-  
dar, ſi patri injuriā inferat, *Novel. 15. c. 3. §. 8.* quam-  
vis, ſi pater ſolvendo non ſit, diſputatio de exhae-  
datione liberorum facilē eſſet.

Ita Domini in eadem cauſa (Verba ſentent. Dieweil  
einem iedwebern Creditori, auſſu Fall er zu beſcheinigen/ daß  
der Schuldener in Abfall ſeiner Nahrung gerathen/ und nicht  
mehr wohl ſolvendo ſen/daffen Güter zu ſeiner Verſicherung  
zu areſtirem zugelassen/ ſo ſind auch ihr dannenber euerſ  
Güter/wegen euerſ rückſtändigen Muttertheils mit A-  
reſt zu beſchlagen wohl beſugt geweſen/ derowegen ihr euch/  
vermöge ſolches erkangten Areſts/vor andern Gläubigern ei-  
ner priorität biliſch zu erfreuen habt/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Omnia indifferenter bona areſtari poſſunt, etiam  
annua preſtationes.*

- N**ulli in jure diſtinguitur inter bona juri are-  
stationis ſubjecta vel non, adeoque omnia in-  
differenter bona, ſive mobilia, ſive immobilia ſint,  
areſtari poſterunt, vel ſaltem experientia quotidiana  
id comprobante, de quā teſtatur Matth. Coler.  
*de proc. execut. part. 3. c. 11. n. 58.* Petr. Peck. *de jur. ſtendi c. 4. n. 1. & seqq.* † Quidni ergo etiam an-  
nuꝝ preſtationes, ſive mobilibus, ſive immobilibus  
bonis eas accenſere, vel ſeparatam vel peculiarem  
harum ſpeciem conſtituere velis, cum Panormit.  
*in c. nulli. 5. num. 10. vers.* Sed tu diſtingue extr.  
de reb. Eccles. alien. Johan. Köpping. *decif. 24. n. 7.*  
Jacob. Schult. *in addit. ad Modeſt. Pistor. part. 3. qu.*  
*124. n. 47.* † Semper enim ſtandum eſt generalitate  
juris, donec uſque doceatur exceptio, arg. *l. praef.*  
*3. in ſuſ. ff. de off. praef. l. 1. §. generaliter 1. ff. de*  
*leg. praef.*

Ita Domini in cauſa Christiani Hondeckens zu Döbeln/  
M. Febr. An. 1634. (Verba ſentent. Ist euch Bastian Weh-  
ner mit 97. Gl. 16. Gr. geliehenes Geldes verhaftet geweſen/  
und demnach ihr die Zahlung nicht erlangen können/der Schu-  
dener auch in Abfall ſeiner Nahrung gerathen/habt ihr zu ſe-  
uen Gütern Areſt erlanget/ie. So habe ihr dadurch auch auf  
denen beym Rath ſtehenden ur: ad legiſchen Biuſen/ein dingli-  
ches Recht erlanget/und werdet demnach vermöge daffen/ der  
andern Gläubigern biliſch vorgezogen/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXX.

*Areſtum pro debito in diem impetratum Creditum  
baud purum, nec meliorem Creditoris condi-  
tionem facit.*

- N**on refert, an Creditum purum ſit, vel in diem  
iſalem debeatur: † Pro utroque enim areſtum  
recte impetrari, probavi Conſt. *præced. Defin.*  
*147.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num.*  
*115.* Petr. Heig. *part. 2. queſt. 7. n. 100.* Anton. Her-  
ring. *in tratt. de fidei juſſ. c. 5. n. 45. & seqq.* † At Cred-  
itor per id protinus non integrum ſuum debitum  
conſequitur, ſed poſſunt reliqui Creditores, quibus  
purè debetur, areſtum relaxare, & bona debitoris  
interim ad ſe recipere, ſi cautionem de ſatisfacien-  
do, & pecunia die adveniente exſolvendā præſite-  
rint, Matth. Coler. *dīſt. c. 3. n. 116.* Petr. Heig. *dīſt.*  
*queſt. 6. num. 99.* † Putaverim tamen, audiendum  
eſſe Creditorem, ſi interiurium mediū temporis,  
hoc eſt, tantum, quanti debitoris, vel reliquorum  
Creditorum interest, debitum in diem non statim  
fuſſe exſolutum, de totā ſummā ſibi detrahi patia-  
tur, per text. *in l. ait. prætor. 10. §. ſi cum in diem 12.*  
*ff. que in fraud. credit.* † Ne ſcilicet Creditor, ſi  
totam & integrum pecuniam acciperet, plus tem-  
pore petere & accipere videtur, Anton. Hering.  
*dīſt.*

*diss. cap. 5. num. 48. Vid. qua dixi Constat. preced.*  
*Defin. 62.*

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. So habt ihr dadurch auf alle seinen Gütern/darunter auch die beynd Rath stehende unablegliche Zinsen begriffen / ein dingliches Recht erlanget/ und werdet demnach veründige dessen in der Bezahlung/ jedoch weil eure Forderung noch zur Zeit nicht fällig/nach Abzug des interusii medii temporis, den andern Gläubigeru bishlich vorgezogen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXI.

*Arestari quoque possunt libri Studiosorum in Academie.*

- 1 **E**xcipiendi erunt omnia libri studiosorum ab aresti onere, si credendum *Dd.* in hisce perinde atque in armis militum, nec tacitam hypothecam locum habere, neque executionem fieri posse, *l. commodis 49. ff. de re judic.* Johan. Schneid. *in S. item Serviana 7. n. 43. inst. de action.* Matth. Coler. *de process. exec. part. 2. c. 3. n. 132.* Johan. Sichard. *ad rubr. C. de pign. & hypoth. n. 18.* Zaf. *ad S. item Serviana 7. n. 231. inst. de act.* + Quod tamen non aliter verum putaverim, quām si bona alia adsint, in quā possit fieri executio, *diss. l. commodis. 40. ff. de re jud.*
- 2 + Cæteroquin, si alia bona deficiant, nec libris nec armis parcendum est: Quidam ergo tum etiam arestum in bonis studiosorum impetrari poterit? + Id quod experientia probat quotidiana, teste Matth. Coler. *diss. c. 3. n. 148. & part. 1. c. 2. num. 126. & seqq.* Virgil. Pingitz. *quest. 88. n. 22. & seqq.*
- 3 Ita Domini in causa Hansen Barthels zu Gessnitz/Mense August. An. 1621. (Verba sent. Habt ihr zu Peter Voigens Gütern/weil euch derselbe mit Schulden verhaftet gewesen/ gerichtlichen Arrest gesucht. Wann ihr nun gleich denselben erlanget/und zu rechter Zeit tedesmahl prosequiret hättet/oc. So möchte er doch auf diejenigen Güter/ so zu des Schuldeuers alimenta und nothdürftigem Unterhalt verordnet/ nicht gezogen werden/derowegen ihr euch daran einiger Gerechtigkeit und juris prioritatis nicht anzumessen habe/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXII.

*Ut & Salaria Professorum & Advocatorum.*

- 1 **N**ec aliud juris obtainere putaverim in salariis Professorum & Advocatorum; Etenim quin hæc saltem in subsidium, si nempe alia haud extit bona, arestari queant, vel propterea dubitandum non est, + quod ejusmodi salario atque stipendia in causam judicati per viam executionis aliis bonis non existentibus, capi possint, *l. stipendia. 4. C. de exec. rei judic. l. commodis. 40. ff. de re judicat. ubi Jaf. n. 1. & seq. & in l. 7. S. ult. ff. qui satis cogunt. n. 13. & 16.* + Sed nihil aliud est arestum Saxonum, quām species executionis, Andr. Gail. *de Arest. c. 1. num. 10.* Coler. *de process. execut. part. 2. c. 3. num. 14 & seqq.*
- 2 Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dass Verlagter veründige seines zu Martin Hansens Büchern und ausstehenden Advocaten Gebühr erlangten Arrest/ Klägern in der Zahlung bishlich vorgezogen wird/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIII.

*Arestari nequeunt bona ad alimenta debitoris destinata.*

- 1 **R**egulariter equidem verum est, quod bona debitoris sive mobilia sive immobilia sint, arestari queant, *Supr. Defin. 29.* Sed non putandum exceptioni planè nunquam locum dari. + Quid enim, si bona ad debitoris alimenta essent destinata? Certè jura alimentis satis subveniunt, prohibent nimis executionem in ea fieri, *l. spayillus. 33. l. ult. ff. de reb. autor. judic. possid.* + Ergo & prohibitum erit arestum in ejusmodi bonis, quippe quod species est executionis, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. c. 2. n. 183. & seq. & num. 188.* Andr. Gail. *de arestis. c. 1. num. 10.* + Neque sequestrari possunt bona alimentis destinata; Martin. Coler. *de aliment. l. 1. cap. 13. n. 20.* Reinhard. Rosa *in addit. ad Dan. Moller. b. 1. n. 13.*
- 2 + adeoque nec arestari, cum à sequestro ad arestum Saxonum validè licet argumentari, Matth. Coler. *diss. c. 2. n. 184. & part. 3. c. 11. n. 88. & seq.* Christoph. Carpz. *Definit. Vol. I.*

Zobel. *part. 1. differ. 44. n. 8.* Rurg. Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 4. c. 6. n. 1.* + Atque ita jamdudum in Scabinatu Lipsiensi pronunciatum & usu quotidiano observatum, tradit Moll. *b. 1. n. 13.*

Ita Domini in causa Hansen Barthels zu Gessnitz/Mense August. An. 1621. (Verba sent. Habt ihr zu Peter Voigens Gütern/weil euch derselbe mit Schulden verhaftet gewesen/ gerichtlichen Arrest gesucht. Wann ihr nun gleich denselben erlanget/und zu rechter Zeit tedesmahl prosequiret hättet/oc. So möchte er doch auf diejenigen Güter/ so zu des Schuldeuers alimenta und nothdürftigem Unterhalt verordnet/ nicht gezogen werden/derowegen ihr euch daran einiger Gerechtigkeit und juris prioritatis nicht anzumessen habe/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIV.

*Sicuri nec stipendia Studiosorum.*

- 1 **E**ademque ratione stipendia studiosorum, quæ in iis ad studia continuanda & absolvenda è publico porrigitur, ab onere aresti exempta statuerim, cum Matth. Berl. *part. 1. concl. 74. n. 45.* + Favore nobilior namque horum est causa, quām librotum, quos æquè aresto affici probat *Supr. Defin. 31.* + Nimirum, æquiparantur ejusmodi stipendia alimentis, ut appareat ex traditis Matth. Col. *de process. exec. part. 2. c. 3. n. 122.* & facilius pariter ac tolerabilius est, + ex stipendio alios comparare libros, quām libros vendere, ut soli stomacho prospiciatur, quod certè fieret, si relictis libris stipendium aresto gravaretur.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Wenn ihr nun gleich den Arrest auf alle Güter erlanget / und zu rechter Zeit tedesmahl prosequiret hättet/oc. So möchte er doch auf diejenigen Güter un/Stipendien/Gelder/so zu des Schuldeuers alimenta und nothdürftigem Unterhalt verordnet/ nicht gezogen werden/derowegen ihr euch daran einiger Gerechtigkeit und juris prioritatis nicht anzumessen hättet/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXV.

*Arestum in certis tantummodo bonis impetratum, ad bona alia non extenditur.*

- 1 **S**æpe fit, ut Creditor certa quadam debitoris bona exprimat, in iisque sibi arestum decerni petat: Quod si impetratum fuerit, ad reliqua debitoris bona haud extendi debet, + non solum quod actus agentium ultra eorum intentionem & voluntatem nihil operentur, *l. non omnis g. ff. de reb. cred. l. quoties 9. ff. de bered. inst. l. sine emancipatis 17. C. de dom.* + Sed etiam, quia aresta sunt odiosa, adeoque potius restringenda, quām amplianda, *c. odia 15. de reg. jur. in oto. l. interpretatione 42. ff. de panis.* + Plenius itaque sibi prospiciunt Creditores in bonis debitorum universis aresta sibi decerni petentes; + Nec tamen putent, aresta generaliter impetrata, absque expressione certorum bonorum extendi etiam ad bona aliena, puta quæ debito sunt commoda, vel apud eundem deposita, Petr. Peck. *de jur. sistendi. c. 16. n. 5.* Matth. de Afflict. *dec. Neapolitan. 369. n. 1. & seq.* + Absurdum etenim foret, veris bonorum Dominis fallimento debitoris tanquam facto alterius præjudicari, *l. non debet. 74. ff. de Reg. jur. l. de pupillo. 5. S. si plurimum 5. ff. de oper. nov. nunciat.*

Ita Domini in causa Michael Abels contra Veit Klaßner zu Gethen/M. Sept. An. 1621. (Verba sent. Dass sich Verlagter an Hansen Mebusens Hause/gestalten Sachen nach/weil er zu seinem Acker allein und in specie Arrest gesucht/vor Klägeru einiger Priorität nicht anzumessen hat/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVI.

*Sed arestum generaliter & indefinitè impetratum extenditur etiam ad bona futura posita ac quisita.*

- 1 **N**on ineptè quoque ab onere aresti bona futura exceperis, putà, si post impetratum arestum alia mercedes & bona ad debitorem pertinentia

- advecta fuerint, quæ aresto priori inclusa non censentur, vel saltem propterea, † quod aresti ~~onus~~ maximè sit odiosum, adeoque non extendendum, cap. odia 15. de regul. jur. in 6to, l. interpretatione 42. ff. de pen. veluti quoque sentit Modest. Pistor. part. 3. 4. quest. 136. & ibidem in addit. Jac. Schult. † Sed placuit contrarium illustrissimo Saxonii, qui arestum generaliter & indefinite in bonis debitoris imperatum ad bona futura post arestum acquisita extendi voluit, in Ordin. process. judic. tit. 48. in fin. pr. vers. 4 und wann er in genero. † Nec sine causa, cum notissimi juris sit, sub hypothecâ conventionali in genero constituta, comprehendendi quoque bona futura, l. obligatione. 6. ff. de pignor. l. ult. ff. qui potior. in pign. l. si qui mibi. 28. ff. de jur. fisci. Bart. in l. 1. ff. 5 de pignor. † Quidni ergò etiam arestum ad bona postea acquisita erit extendendum, quippe quod pignori conventionali equiparatur, Ord. process. judic. tit. 44. Matth. Wesenb. in parat. ff. de privil. Cred. n. 9. Matth. Col. de process. exec. p. 1. c. 2. n. 157. & seqq. Andr. Rauchb. p. 1. q. 4. n. 2.

Ita Domini in causa Hansen Försters zu Brodwick / Mense Jul. Anno 1634. ( Verba sentent. So seyd ihs solcher eurer Forderung wegen zu vigilien und Arest zu allen und ieden des Schuldeners Gütern anzulegen wohl befugt/ ihr werdet auch vermöge desselben/ allen andern Gläubigern/ so kein besser Recht haben/ auch in denjenigen Gütern/ so nach Anlegung des Arrests dem Schuldenen zukommen/ billich vorgezogen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVII.

*Excluditur quandoque jus aresti ex eo solo, quod aliis Creditor bona debitoris detineat.*

- 1 **N**on tamē extenditur arestum ad bona ea, quæ jam alias Creditor detinet saltem, in iisque jus retentionis vel compensationis exercere potest: Fine Creditorem rem aliquam, quæ ad debitorem spectat, penes se habuisse, in eaque contra debitorem, ante aresti impositionem & denunciationem, tale jus acquisivisse, cuius virtute nimirum per retentionem vel compensationem, se contra debitorem etiamnum tueri potest: † iniquum certè esset, medium hoc ipsi præripere, quin potius ex jure prius acquisito arestanti posteriori erit præferendus.
- 3 † Expressè sic disponente Illustriss. Saxonia Electore in Ord. proc. judic. tit. 51. §. Es soll aber vers. dcs: 4 gleichen wenn ein ander. † Semper enim plenus consultum est Creditori retentione vel compensatione, quam petitione, quia retentio etiam perceptio est, l. deducta 58. §. acceptis 3. ff. ad SCrum Trebell. l. cum pater. 77. in pr. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de lib. legat. Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 30. defin. 2. n. 6.

Ita Domini in causa Hansen Hilberts contra Martin Spiesen zum Hahn/Mense Dec. Anno 1632. ( Verba sentent. Daz Kläger/vermöge seines prætendirten Arrests/sich für Beklagten einiger Erstigkeit nicht angemessen/ sondern es ist sich Beklagter der vorgesetzten Compensation nochmals zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVIII.

*Defuncto debitore, etiam intra trigesimum bona ejus possunt arestari.*

- 1 **M**ortuo debitore, cuius hereditas de ære alieno suspecta habetur, non nisi post diem tricesimum à tempore mortis computandum, Creditores aresta petentes audiendos esse, tradunt Dd. communiter Matth. Col. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 587. & seqq. Jacob. Schult. part. 1. præf. q. 21. num. 10. & seq. Matth. Berl. p. 1. concl. 74. n. 104. Christoph. Zob. p. 2. differ. 55. n. 2. & 6. Bened. Reinhard. p. 1. differ. 34. & 2. p. 6. differ. 57. † nempe quod ante tricesimum nullo modo inquietari liceat hereditatem, per text. in Nov. 115. bac autem dispositimus: 5. §. meminimus.

Gloss. Landrecht. lib. 1. art. 22. verb. Der Erbe mag wohl. † Sed nimirum textus illi loquuntur disertè 3 de exactione & reali molestatione, per quam mortui sepultura vel confectio inventarii impeditur, aut etiam heredes in possessione rerum hereditiarum turbantur, ut sit per detentionem rerum vel sequestrationem cadaveris defuncti, † uti ex verbis dict. 4 Nov. 115. & Gloss. Saxon. vers. Also daß dadurch das Begräbniß nicht gehindert werde/ manifestissimè liquet, & de ejusmodi aresto, per quod nempe manus rei vel personæ injicitur, voculam (Rummer) in dict. gloss. accipiendam esse, demonstrat multis Dom. Arum. l. 2. dec. 4. n. 50. & 51. † At cum tale, 5 non sit arestum Saxonum vel consuetudinarium, ut turbet possessionem debitoris, aut impedit se-pulturam defuncti, quippe quod non debiti exigen-di, sed prælationis ergo, & ut pignus seu jus reale, in bonis debitoris Creditori acquiratur, petitur, b. Const. 29. Supr. Defn. 1. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 2. n. 207. † ipsaque debiti exactio ade- 6 oque aresti vigor, facta renovatione tertia, post tri-cesimum denum incipiat aresti hujus imprecatio-nem dict. Nov. 115. & Gloss. Saxon. art. 22. lib. 1. Landr. intra tricesimum non prohiberi, quin potius expre-sa ratione permitti, nemo non animadvertisit, † at- 7 que ita quotidie practicari, testatur Joh. Menoch. in suo proc. part. 20. c. 5. n. 14. & post eum Reinh. Ro-sa in addit. ad Dan. Moll. bic n. 14. in fin. † Et certè 8 si contra absentem, insciūm & invitum, arestum pe-ti concedique potest, quod nemo facilè negaverit, Coler. de process. exec. p. 3. c. 11. n. 29. † Quidni et- 9 iam adversus debitorem defunctum, qui absenti comparatur, Bart in l. ea quas 5. C. de temp. in integr. ref. Alin. §. 4. c. 123. n. 4. de exec. † Aut, si præfracte 10 debitorem extare requirimus, dico, hæreditatem, repræsentare personam defuncti, l. bereditas 34. l. 61. ff. de acquir. rer. domin. l. cum bereditas. 9. C. deposit. l. mortuo, 22. ff. de fidejussor. † Quin & constat, ju- 11 dicium contra hereditatem jacentem, quando peri-culum in morā est, recte intentari posse, l. 4. S. stories. 6. ubi Ang. ff. de damn. infect. Andr. Gail. l. 2 obseru. 130. n. 6. † Ergo etiam arestum Saxonum sive con- 12 suetudinarium, quod non nisi periculo præsenti peti solet ac potest, Coler. p. 1. de process. exec. c. 2. n. 207. † Plura qui velit, videat Dom. Arum. dict. dec. 4. 13 ubi ad contraria multis respondet, atque in hanc sententiam à Lipsiensibus, Hallensibus & Helmsta-diensibus, judicatum refert.

Ita Domini in causa Hansen ab Arnstadt/Mense Octobr. Anno 1599. ( Verba sent. Daz die Arresta, so zu eines verstor-benen Gütern innerhalb des dreißigsten geschehen und ge-bührlichen prosequiret werden/ vor beständig zu achten / und den andern/ so allererst nach dem dreißigsten angeleget/billich vorgezogen werden/ V. R. W.)

Item in causa Jacobi Volkmars zu Leipzig / Mense Aug. Anno 1608. ( Verba sentent. Daz der Gläubiger/davon eure Frage meldet/ so bald nach dem dreißigsten zu des verstor-benen Schuldeners Gütern einen beständigen Arrest erlanget/ dem andern/ so innerhalb des dreißigsten verkummert/des in eurer Frage ausgezogenen Fürwendens ungeachtet/nicht vor-zuziehen/ V. R. W.)

Ei in causa Pauli Reichlers Gläubiger zu Reichenbach Mens. Dec. Anno 1628.

#### DEFINIT. XXXIX.

*Arestum absq; causâ sufficiente & injuste indulsum in totum relaxari debet absque ullâ præfira-cauzione.*

- 1 **N**on omne arestum bona debitoris jure pignoris afficit; Quid enim si absque requisitis substan-tialibus, injuste atque sine sufficiente causa indulsum esset forsitan, quod debitum nondum probatum, vel debtor haud solvendo factus non fuerit? † Cer-te,

tē, tūm statim arestum absque cautione in totum relaxari debet, Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 51. §. Wann aber in der Ausführung. vers. Soll alsdann der Arrest außen ersten Fall in totum relaxaret werden/rc. Matth. Berlich. part. 1. concl. 74. n. 163. † Nam sicuti judex facilis fuit in concedendo arestum, ita etiam facilis esse debet in revocando & relaxando. l. i. §. necessario. 2. ff. si ventr. nomin. mul. Bald. in l. si pacto. 14. C. de paet. n. 2. Matth. Col. de proc. execut. p. 1. c. 2. n. 93. & seq.

Ita Domini in causa Dieterich Hendfelds zu Quedlinburg/ Mense April. An. 1632. (Verb. sent. Da ihr nun erftlich euer Schuldforderung durch Urkunden oder andern gläublichen Schein beybringen/ und denn zum andern darneben bestheinen würdet / daß der debtor mit vielen Schulden beladen/ und in Abfall seines Vermögens gerathen/ auch wegen des marchirenden Kriegesvolks/ täglichen Einquartirens und contribution zu befürchten/ daß die andern Gläubiger ausschwach/ und zu seinem Vermögen und Gütern ein concursus Creditorum sich ereignen möchte/rc. So würde euch der Arrest verstatte/ und in quantum de jure billich angenommen. Und da solches alles bey Anlegung des Arrests gebührender massen nicht in acht genommen würde/ hätte nachmahl's der debtor, daß bemeldter Arrest in totum relaxaret würde/ zu suchen guten Fug/B. R. W.)

## DEFINIT. XL.

*Legitimè autem decretum arestum sub cautione demum relaxatur, salvo tamen jure prioritatis arestatori acquisto.*

Concedunt ferè omnes, si debitum non usque quaque liquidum sit, vel de requisitis aresti saltēm dubitetur, sub idonea & legitimā cautione, quæ nempe fit fidejussoribus vel pignoribus, de judicio sisti & judicatum solvi, relaxari debere arestum. Matth. Col. de process. execut. part. 3 c. 11. n. 93. & part. 2 c. 1. n. 97. Petr. Peck. de jur. sistend. c. 45. n. 3. & seq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 74. n. 166. Dan. Moll. l. 2. semest. 4. n. 12. & seq. alioq; quam plurimi à Berl. alleg. † Sed idem dicendum putaverim, etiam si debitum sit liquidum & certum, non quidem ut in totum relaxetur arestum, † sed saltēm quoad effectum administrationis & alienationis, salvo jure prioritatis Creditori acquisito, disponente sic Elecōtore Illustrissimo in Ordin. process. judic. tit. 51. §. Wann aber in der Ausführung vers. außen andern aber/rc. † Non enim habet arestator, de quo conqueri possit, si salvum sibi sit jus prioritatis, quippe cum per impetrationem arresti, nil aliud quam prioritatem in bonis debitoris acquisiverit, Supr. Defin. 1. Matth. Coler. dict. c. 11. n. 26. & seqq. Andr. Rauchb. p. 1. q. 4. n. 1.

Ita Domini in causa Hansen von der Linden Gläubiger zu Leipzig/ Mense Novembr. Anno 1620.

## DEFINIT. XLI.

*Qui in causâ conventionis condemnatus pecuniam depositam aresto constringit, id renovare necesse non habet.*

Eti Reo in causa conventionis, pecuniam in quam condemnatus est, in judicio deponere, eamque arresto constringere haud fas sit, nec admittatur reconventio, priusquam pecunia effectivè fuerit exsoluta, ut dixi Supr. Const. Elect. 7. Defin. 18. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pist. p. 3. quest. 114. 2. n. 7. & seqq. † Attamen si actor reconveniendus nec possessionatus sit, nec satisfactionem pro reconventione præstiterit, audiendus est Reus deponendo pecuniam in judicio, eamque arresto constringendo, † ne elusoria reddatur reconventio, Ord. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 6. §. Es wäre dann. vers. und das ist seinen Gegenthil. Supr. dict. Const. 7. Defin. 19.

† Sed num hoc casu Reus arrestum renovare necesse 4 habebit, iis nimirum adhibitis solennitatibus, de quibus dixi Supr. Defin. 9. 10. II. & 12. Non opinor; † Sed sufficit unā cum aresto libellum reconventionis exhiberi, disponente ita Saxone Illustriss. in Ord. jud. dict. tit. 6. §. Es wäre denn. vers. ie doch daß auch der deponens. † Rectissimè omnino, quia e- 6 jusmodi arrestum propriè non dicitur arestum, sed potius depositum judiciale, dict. §. Es wäre dann. verb. die depositio judicati, † quod certè ullā renovatione vel solennitate aliā opus non habet. 7

Ita Domini in causa VVilhelmi Ebelins zu Freyberg/ M. Febr. An. 1632. (Verba sentent. So möget ihr euch doch der würlischen Auszahlung dadurch nicht entbrechen / sondern ihr seyd dieselbe vermöge des gesprochenen Urtheils mehrbehahmten Verßmann zu leisten schuldig/ und ehe und zuvor dasselbige geschicht/ mag er sich auff die Reconvention Klage einzulassen nicht angehalten werden. Es wäre dann / daß Matthes Verßmann ausländisch / oder sonst unbegürtet wäre/auff den Fall waret ihr obgedachte 100. fl. zu deponieren wohl befuge/ und es möchten ihm die selbe/che und zuvor er gnugsame Vorstand de solvendo besteller / wann auch gleich die solennia arrest. von euch nicht in acht genossen würden/weil solches mehr pro deposito judiciali als pro aresto zu halten/keineswegs gefolget werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XLII.

*Non tribuit præceptum judiciale de non alienando Creditori hypothecam aut jus prioritatis in bonis debitoris.*

Praeceptum de non alienando, non solum inter- 1 dicit ei, cui inhibitio facta est, alienationem re- rum suarum, verū etiam inhibitum adeo coarctat, ut si de facto subsequatur alienatio, impediatur do- minii translatio in accipientem, l. sc. sciens. 26. ubi Bart. ff. de contr. empt. Matth. Col. de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 10. † Severius ergo putaveris præceptum de 2 non alienando, quam arrestum? Ita quidem est, † cum bona arrestata distrahere haud sit prohibitum, 3 ut dixi Supr. Defin. 4. Matth. Col. de proc. exec. p. 2. c. 3. num. 463. Attamen fortius & efficacius est arrestum † quoad tribuendum jus tacitæ hypothecæ 4 & prioritatis, quod creditori competit ex impetrato aresto, b. Const. 29. Supr. Def. 1. & multis tue- tur hoc Matth. Col. dict. c. 11. num. 26. & seqq. Non etiam ex præcepto judiciali de non alienando, † cu- 5 jus, finis & effectus verè alias non est, quam ne- res petita, vel tota vel aliquid ex ea distrahat, l. di- vus. 5. in pr. ff. de petit. hered. † Manet siquidem 6 debitor post factam inhibitionem, non tantum do- minus rei suæ, verū etiam possessor, retinendo vi- del. in manibus propriis omnia sua bona, quandiu pendet controversia, utendo & fruendo iis sine cu- jusquam impedimento pro arbitrio, dict. l. 5. ff. de- pet. hered. & l. alienationes 13. ff. fam. ercisc. † Ex 7 quo ipso etiam satis appetet, tolerabilius esse præcep- tum de non alienando, ipsa sequestratione, quæ medio tempore suspendit & interdicit domino usum rei sequestratæ, donec lis inter Creditorem & debitorem terminata fuerit, c. 1. 2. & 3. extr. de se- questr. poss. & fruct. Col. dict. c. 11. n. 11.

Ita Domini in causa Christiani Hoffmanns zu Leipzig/ M. Sept. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl N. N. ein ge- richtliches Verbot zu den Geldern gehan/und dromegen ei- ne Erstigkeit daran zu haben vermeynet. Dieweil aber den- noch dergleichen gerichtliches Verbot ohne Anlegung eines rechtmäßigen Arrests zu Recht kein jus prioritatis, und be- ständiges dingliches Recht geben mag/rc. So hat sich auch N. N. mit angeregtem gehanen Verbot nicht zu behelfsen/ sondern es verbleiben eurer Pflege-Frauen die in solutum ab- getretene 200. Thl. billich/B. R. W.)

## DEFINIT. XLIII.

*Aresto dicit band subsidente, Reus tamen conventus ad libellum respondere & litem concepari eetur.*

- 1 **S**æpius memini, dubitasse Reos debitores, an item contestari & actioni propositæ respondere obligati essent, si de nullitate arresti constet, vel quod absque mandato, àve causa sufficiente, cum debitor adhuc solvendo existeret, impetratum, vel debito modo renovatum non fuerit? † Excipiebant nempe, arresto haud valido existente, nec libellum, qui in eo fundatus esset, subsistere, ut proinde litis contestatio exigi nequeat, juxta tradita *Supr. Constit. E. lect. 2. Defin. 11.* † Sed cum liberum fuerit Creditori, ab initio statim absque arresto ex Chirographo debitoris agere, ut saltem inter Chirographarios referratur, quin & post arrestum rejectum vel annulatum, hoc facere ipsi adhuc fas sit, nulla certè causa impedit, quod minus litis contestatio & responsio ad priorem libellum Reo imponatur, quod eo magis fieri debet, ne Creditor denuo actionem instituere cogatur, ut rectissimè docet Daniel. Moll. *ib. 4. sect. 12.* † quia circuitus sunt vitandi in judiciis, & lites abbreviandæ *l. properandum. 13. C. de jud. l. 2. de re judic. l. cum quis. 13. in fin. C. de reb. Credit. l. 10. C. de transact. Ventur. de Valent. in partb. litigios. l. 1. c. 1. n. 2. Jason. in l. cum fundus. 31. §. 1. ff. si cert. perat.*
- 2 **T**hom. Gram. *decis. 103. n. 192. & seq.* † Nec annulato arresto, libellus statim corruit, cum juris notissimi sit, utile per inutile non vitiari, quoties aliqua separationis vel divisionis ratio iniri potest. *c. utile 37. ubi Gloss. de Reg. jur. in 6to. l. 1. §. sed si mibi. 5 ff. de V. O. l. sed & si 12. ff. de Conf. pecun. l. pecunia. 9. l. placuit. 29. ff. de usur. l. 1. §. sed Pomponius. 3. & 5. seq. ff. quod fals. tut. aut. gest. eff. dic. l. sed si sibi 11. ff. de stipulat. servor. l. proprium. 5. comm. prædior. l. sanctimus. 34. in pr. & l. seq. 35. §. fin autem. 3. C. de donat.*

Ita Domini in causa Hansen Frühenthalen contra Abram Böttcher zu Mausitz/ Mensc Jan. Anno 1600. (Verba sentent. Dass der wider Beklagten angelegte Arrest nach Gelegenheit díhsfalls nicht guldlich/ es ist aber Beklagter sonst auf erhobene Klage/ so viel den libellierte Rauff anlangt/ sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Curatoris Magdalenen Paul Prockners Eheverbis contra Paul Prockners zu Dresden/ Mensc Febr. An. 1615. (Verba sent. Ob wohl nunmehr aus den Acten so viel zu befinden/ daß Martin Rabeners angelegter Arrest/ weil er zu gebührender Zeit denselben nichs prosequiret/nichtig/ so ist doch gleichwohl Beklagter auf diese Gläubigers erhobene Klage und libellierte Forderung sich einzulassen/ und was er davon geständig oder nicht/ zu antworten schuldig/ und bleibt sonst eingewanderter Entfernung ungeachtet/ bei jüngst eröffnetem Urtheil nochmals billich/ V. R. W.)

## DEFINIT. XLIV.

*Modò debtor ratione domiciliū vel contractus ibidem forum sortiatur.*

- 1 **S**ed hoc ita, si debtor conventus sub illo judice, scoram quo arrestum fuit impetratum, non solum bona possideat, sed etiam ratione domiciliū vel contractus ibidem forum sortiatur. † Ceteroquin si alibi contraxerit vel domicilium suum habuerit, neutquam de debito in loco impositi arresti, quod annullatum est, respondere tenebitur, Joh. Zanger.
- 2 **D**e except. part. 2. c. 1. n. 269. † Siquidem judicium arresti, quod coemptum erat, jam finitum est; Ergo ex jurisdictionis defectu, ad ulteriora judex procedere, & debitorem, ut ibidem actioni personali respondeat, cogere nequit, arg. *l. ult. C. de juried. omn. judic. Zanger. dict. c. 1. n. 269.*

Ita Domini in causa Stephan Hillebrands contra Valentin Gauppen zu Grusel/ Mensc Jul. An. 1631. (Verba sentent.

Dass der angelegte Arrest zu Recht unbeständig/ und ist daher Beklagter auf die wider ihn angestellte Klage sich selbstes Orts einzubauen nicht schuldig: Sonder es wird Kläger mit seiner Klage und Zusprüchen an Beklagten ärdenliche Dringlichkeit billich verwiesen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XLV.

*Valer priam arrestum & hypotheca in contractu usuarario, saltem quoad sortem ipsam.*

**C**um de prioritate controvertetur inter Creditores, unus alteri, ius arresti & hypothecæ prioritatis prætendenti, opponebat exceptionem usurariæ pravitatis, eaque non modò ipsum contractum, sed & hypothecam sive arrestum impetratum annihilari, contendebat: † Astutè satis, si contractum principale in totum evertere atque annullare potuisset, cum sublatu principali contractu, hypothecam ceu accessoriū quoddam non subsistere, quivis facile concessisset, *l. nihil dolo 139. §. 1. l. cum principali 198. ff. de regul. jur. Anton. Fab. in Codic. l. 4. tit. 24. defini. 5. num. 3.* † Idque ut obtineret, maximopere urget Recess. Imp. August. *de An. 1530. in Reformat. polit. tit. von wucherlichen Contracten. §. Diewell aber solche und dergleichen Contracte. Et in Polit. Francfurt. de An. 1577. sub Imper. Rudolph. II. tit. Von wucherlichen Contracten. §. Sezen und ordnen/ vers. Wann solche wucherliche Contracte und Partien für die Richter bracht/ dass sie dieselben unwürdig/ kraftlos und unbündig erkennen/ erklären und declariren/ wie wir sie auch als unkräftig/ und unbündig erklären und erkennen/ und auf solche Contracte keine execution oder Vollziehung thun oder verhelffen/ ic. † Ex quo satis manifestum redditur, ob usurariam pravitatem rescindi contractum, ipsamque corruere obligationem, ex contractu alias provenientem. † At rescisso contractu & annullata obligatione, quomodo hypotheca vel arrestum pro ea impetratum subsistere poterit? † Neque in provinciis Saxonici aliud receptum, quis sibi persuaderi patiatur, cum sanctio Imperatoria, quoad contractus annullationem, disertis verbis fuerit repetita in Ord. provincial. de A. 1550. & 1555. nec non Ordinat. Torgens. de Anno 1583. tit. Von Wucher und wucherlichen Contracten §. Sezen/ ordnen und wollen demnach ic und damit allen Richtern in verb. dass sie solche wucherliche Contracte unwürdig/ kraftlos und unbündig erkennen/ und darauf keine execution thun noch verhelffen sollen/ ic. † Veruntamen, neutro in loco totus evertitur & annullatur contractus, sed eatenus duntaxat, quatenus usurarius habetur. † Nimur voluerunt Imperatores invictissimi, nec non serenissimus Saxo occurrere pravitati usurariæ, que tantummodo versatur in excessu usurarum legitimarum & de jure permisarum, in quibus etiam subsistendum, † nec dispositio Imperat. & Elect. ultra mentem Legislatorum ad licitas usuras, nedum ad sortem ipsam trahenda est. Etenim, cum summae usurarum diversæ, ut & sors ipsa ab usuris bene discerni & separari queant; † quidni admitteremus theoreticam illam *Dd. 10. quæ utile per inutile non vitiari dicitur, c. utile. 37. de regul. jur. in 6to. l. pecunia. 9. l. placuit. 29. ff. de Usur. l. 1. §. sed si mibi. 5. ff. de V. O.* † Vel saltem ergo, quoad sortem ipsa obligatio subsistit, annullata licet promissione usurarum. † Atque ex contractu eriam usurario sortem ipsam restituendam esse, nemo forsitan unquam negaverit, vel propterea quod hoc casu Creditor usurarius quartam sortis partem solummodò in poenam usurariæ pravitatis amittat, dict. Ord. Torgens. §. über dīs soll auch. † Residuz ergo tres partes ipsi sunt restituenda,*

endæ, quarum nominè arrestum impetratum, vel hypotheca semel constituta quidni subsisteret?

Ita Domini in causa Christophori Melanders zu Freyberg/M. Jun. An. 1635. (Verba sent. Hat ein Studiosus, als er in fremde Lände verreiset/Friederich Grossmuthen 500. Thal. um Verzinsung jährlichen 7. pro 100. vorgesetzet/obswegen er nicht allein eine conventional-hypothecam, sondern auch nachmals einen Arrest zu des Schuldners verbunden etlangt/etc. So wird er dannenhero seines Capitalis vor den andern Gläubigern/so nach ihm allererst eine dergleiche Gleichigkeit in des Schuldners Gütern erlanget/befriedigt/er ist aber den seitens anzins zu viel eingehobenen siebenden Gütern ihm abkürzen und zum Capital zu rechnen zu lassen pflichtig/V. R. W.)

#### DEFINIT. XLVI.

*De bonis arrestatis non satisfaciendum est Creditori arrestanti, nisi in subsidium, deficiente nimisrum alio exsolutionis medio, & quomodo hoc casu pronunciandum.*

**E**rrant, qui sibi persuaderi patiuntur, per impetratorem arresti, bona debitoris in tantum obligari Creditoribus, ut probato debito ea statim sint ipsis adjudicanda. Qui vel ex pronunciandi modo hisce in terris usitato refelluntur; † Videmus si quidem post impetratum arrestum, creditores per iudicatum ita demum ad bona arrestata admitti, si alio modo debitor nolit vel nequeat eis satisfacere. † Neque formula hæc pronunciandi effectu suo destituitur. Quis non enim videt debitori per hanc id fa-

voris indulgeri, † ut bona arrestata redimere possit, si paratà pecuniâ debitum exsolvare velit, quod medium redimendi ipsi præriparetur, si bona arrestata Creditoribus statim adjudicarentur, contra id quod vulgo dicitur, debitori favendum, atque optionem in modo satisfactionis tribuendam esse, l. illud 25. ff. de constit. pecun. l. cum illud aut illud 25. ff. quando dies legat. l. plenumq. 10. in fin. ff. de jur. doe. l. 2. § 3. ff. de eo quod cert. loco. Matth. Col. de process. execr. p. 2. c. 1. n. 50. † Nec aliud in arresto obtinet, quam in pignore & hypothecâ, cui perpetua illa conditio inest, si solutum non sit debitum, aut altero nomine satisfactum, l. grege 13. §. etiam 4. ff. de pign. l. si rem alienam 9. §. omnis 3 ff. de pign. act. l. 59. ff. ad Sctum Trebell. † cum & jus hypothecæ Creditor per arrestum consequatur, Supr. Definit. I. Andr. Rauchb. part. i. quest. 4. n. 2.

Ita Domini in causa Michael Ayrers contra Ludwige de Mündern zu Dresden/M. Febr. An 1635. (Verba sententia: Das Kläger durch den angelegten Arrest zu des Beklagten ganzen Vermögen ein dingliches Recht erlanget/derwegen wird er/ in Verbleibung gütlicher Befriedigung/ daraus seiner Forderung vor allen andern/so kein älter und besser Recht erlanget/billig befriedigt/V. R. W.)

Ec in causa Hansen Schödwigenas contra Christoff Wengern zu Leipzig/M. Aug. An. 1635. (Verba sententia: Dero wegen ist Beklagter Klägern die geklagten 120. Thal. zusammen dem Interesse à tempore mora zu bezahlen schuldig/ in dessen Verbleibung wird Kläger von den schuldirenen Haab und Gütern vor allen andern/so kein besser Recht davon erlanget/billig befriedigt/V. R. W.)

### CONSTITUTIO XXX.

#### PARTIS PRIMÆ.

Wie weit/und in welchen Personen die Kommer/sonderlich in währenden Märkten zu gestatten?

**D**ieweil wir berichtet/ daß mancherley opiniones in diesem Fall seyn/ und unsere Schöppenstühle auch selbst darinn ungleich gesprochen/ so haben wir eine Nothdurft geachtet/ die Dinge durch eine Constitution in Richtigkeit zu bringen/ Ordnen/sezen und wollen demnach/ daß allein die Personen/ so an einem gewissen Ort contrahirt/sich verpflichtet/ und die solution am selbigen Ort zu thun versprochen/ so lang bis sie gewisse Versicherung gemacht/ daselbst arrestirt und verkümmert werden mögen/ aber alle andere/ welche entweder selbst nicht contrahirt/oder ihre Bevilligung beständig und freiwillig nicht geben/wann sie gleich der obligirten Personen Unterthan oder Diener/sollen mit keinem Arrest belegt werden.

Wir wollen aber sonderlich/ daß in allen Fällen/ innerhalb der öffentlichen Märkte/ der Handel und Werbung halben/ die Freyheit gehalten/ kein Arrest statt haben/ auch Bürgerlicher Sachen und Obligation wegen/ niemands angehalten werden soll.

#### DEFINITIONES.

1. Sequestrum sive arrestum personarum regulariter prohibitum est, etiam in foro Saxonico.
2. Paeto tamen expresso debitor sequestro & incarcerationi se potest obstringere.
3. Incarcerationis quoque paenam luit in provinciis

- Electoratus Saxonici, debitor haud solvendo existens.
4. Ex solutionis mora sequestrari potest Creditor, qui in loco aliquo contrabens, solutionem ibidem promisit.

5. Non,

5. Non, etiam si in loco aliquo contrahens, si alibi solutum promittat.
6. Heres quoque debitoris, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter detineri potest.
7. Nec non fidejussor ex mora debitoris, si in loco contractus se solutum promiserit.
8. Detineri potest debitor, qui in loco contractus solutionem facere promisit, etiam si in transitu saltem ibi reperiatur.
9. Pro debito minimo, nunquam debitor personaliter detineri potest.
10. Nec arestandus est debitor, qui testimonii dicendi causa; in loco, ubi contraxit, et solvere promisit, commoratur.
11. Ministri mercatorum, ut sunt Instidores & factores, pro debitibus suorum dominorum nequeant arestari, & personaliter detineri.
12. Nec sives singuli eorumve bona pro debito Civitatis sive Universitatis arestari possunt.
13. Nisi semetipsos singularim obligaverint.
14. Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicilii debitoris jus & justiciam consequi nequiverit.
15. Dilapidatio bonorum causam præbet sufficiendum detentio personæ debitoris.
16. Sicut & fuga debitoris.
17. Debitor saltem de fugâ suspectus personaliter detineri potest.
18. Inquilini emigrantis persona arestari potest, donec pensionem solvatur.
19. Praefita cautione de solvendo, sequestratio sive arestum debitoris relaxari debet.
20. Ad relaxandam sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed praefanda ea est pignoribus vel fidejussoribus.
21. Creditor, ad cuius instantiam sequestrum injustè factum decretum, ad interesse conveniri potest.
22. Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.
23. Privilegium de non arestandis bonis vel personis, tempore Nundinarum, pertinet tantummodo ad Nundinas solennes, & ab Imperatoribus privilegiatas.
24. Solis mercatoribus indulsum est privilegium de non admittendo aresto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non sunt.
25. Durantibus Nundinis haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona vel personam, etiam si fugitivus, aut de fugâ suspectus.
26. Nec pro debito, in ipsis nundinis contracto, durantibus adhuc iis arestum decerni debet.
27. Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris, durantibus Nundinis, si huic expressè fuerit renunciatum.
28. Nundinis per signum campanæ finiti, mercatores, eorumq; bona quovis in loco arestari possunt.
29. Pro rata simul admittuntur Creditores, qui proxime sequuntur septimanâ post Nundinas Lipsienses in der Zahlwochen/ antequam merces in conductu Norimbergensi avebantur, aresta impetrarunt.
30. Non pertinet ad Bannicos privilegium Nundinarum.

## DEFINIT. I.

Sequestrum sive arestum personarum regulariter probatum est, etiam in foro Saxonico.

1. Vereor, ne que de aresto & sequestro juris Saxonici scriperunt Interpp. confusè nimis & intricata tradita sint, † cum teste Matth. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 8. n. 41. ante promulgatas Novellas, Electoris Saxoniz Constitutiones, Remedium arrestatorium secretum dicasteriorum, & paucis etiam Doctoribus nisi benè in practica harum regionum exercitatis rectè cognitum fuerit. † Parum enim aut nihil de aresto in jure Saxonico proditum est, Simon. Pist. consil. 7. n. 1. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 194. Petr. Heig. ad §. Creditor. 4. num. 19. inst. quib. mod. re contr. obligat. † exceptis paucissimis locis, in quibus quasi per transitum, inquit Col. dict. loc. n. 195. invenio leges Saxonicas meminisse arrestus Rummers/ ut in Gloss. Landr. l. 1. art. 22. Witch. bild. art. 6. art. 27. & art. 40. † quamvis & ibidem, vocula Rummert pro detentione personæ duntaxat accipiatur, prout insipienti verba textus demonstrant. † Sed res adeò difficilis non est, si arestum à sequestro (quod alias vocabulo generali etiam appellatur arestum) probè distinxerimus. Illud enim renovatione opus habet, & Creditori jus pignoris atque prælationis tribuit; † Sequestrum vero absque ullâ renovatione subsistit, & solam juris ac debiti conservationem respicit, ne res debitoris invertantur, vel statu aut loco suo moveantur; † quam differentiam tradit Ord. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 51. in pr. & dixi de b. Const. præc. Defin. 1. † Præterea sequestrum non tantummodo bona & res debitoris, sed & ipsius personam afficit, si nempe Creditor debitorem sequestrari faciat; Et appellari solet arestum personarum, de quo agitur b. Const. 30. † Sive autem de rerum, sive de personarum sequestrorum quæras, utrumque regulariter prohibitum est; Non solam de jure Civili & Canonico, quod seque-

strationem judiciale neutiquam permittit, Hier. Schurff. cent. 8. Consil. 24. n. 3. Andr. Gail. l. 1. obseru. 148. n. 1. & 3. de arest. Imper. c. 1. n. 7. Johann. Gaedd. in tract. de sequestr. cap. 1. n. 38. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 102. & seqq. Henn. Goeden. consil. 106. n. 1. † Sed etiam de jure Saxonico Landrecht lib. 2. art. 17. & l. 3. art. 73. Coler. dict. c. 2. num. 103. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 51. in pr. vers. Und aber in dem ersten, b. Constit. 30. vers. das allein. Equeum namque est, † ut actor via ordinariè experiatur, deque jure suo doceat, antequam patiatur judex possessionem adversarii impetrare, l. un. C. de prohib. sequestr. person. c. ult. caus. II. quæst. 1. Goeden. dict. consil. 106. num. 1.

Ita Domini in causa Abrahami Hollebrecks zu Gebesee/M. Nov. Anno 1624. ( Verba sentent. Habt ihr bey Andreas Perschmannen von Golzen im Braunschweiger Lande 200. St. zu sodern/ so ihr bis anhero von ihm nicht mächtig seyn können/ derowegen ihr seiner Person / wann ihr ihn bey euch antreffen/ gerichtlichem euch zu versichern / und dieselbe anhalten zu lassen gemeines seyd. Ob nun wohl in gemein der Proces ab executione nicht anzufangen/ noch eines andern Leib oder Gut alsohald zu Rummern und mit Areſt zu beschlagen/ ic.)

## DEFINIT. II.

Pacto tamen expresso, debitor sequestro & incarcerationi se potest obstringere.

1. Non ergo valet sequestratio personarum, defin. præced. nec debitoris persona ob & alienum detineri potest, l. ob & alienum. 12. C. de oblig. & action. † Regulariter scilicet, † nisi pacto expresso incarcerationi debitor se obstrinxerit, de quo dicam infra part. 2. Constit. Elect. 21. vel haud solvendo factus fuerit, de quo infr. dict. part. 2. Constit. Elect. 22. aut causa sequestrationis justa & sufficiens extiterit bac Constit. 30. † Triplex nimirum hæc exceptio in foro Saxonico probata est, ac sequestrum personarum admittit. Nemo etenim, opinor, actionem, quæ debitor in casum haud factæ solutionis ad sequestrum vel arestum se obligat, invalidam existi-

- 4 existimaverit, † quam non modo inveterata & apud omnes gentes receptissima consuetudo, de qua testatur Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 2.  
 5 † Sed etiam textus juris communis jamdudum probarunt, in l. Titius. servum 9. de serv. export. l. 65. ff. de contr. empt. l. 1. & 2. C. si manc. ita fuer. alien. ne prof. l. 1. C. si serv. export. ven. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 6. n. 45. & seqq. Köpp. quest. 29. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obser. 6 45. num. 3. † De quo personarum sequestro & incarceratione minus dubium est in foro Saxonico propter Constitut. Elect. 21. part. 2. ubi vid. Defin. 1.

Ita Domini in causa Johann Meyers in Leipzig / M. April. Anno 1580. (Verba sentent. Da nun euer debitor in guten auf vorgehende Erinnerung nicht zahlen würde/ ic. So sendt ihr ihm vermöge seines pacti und eigener Verpflichtung durch Hülfe der Obrigkeit in gefängliche Haft zu nehmen/ und bis er euch bezahlt / darinnen enthalten zu lassen wohl befugt/ V. R. W.)

### DEFINIT. III.

*Incarcerationis quoque paenam luit in provinciis Electoratus Saxonici, debitor haud solvendo existens.*

- 1 **N**ec sequestrationem vel potius incarcerationem effugiet Reus solvendo non existens, quem quidem jura Saxonica ad manus Creditoris tradunt, donec usque operis suis debitum dissolvat, Landrecht. l. 3. art. 39. ubi Gloss. num. 3. & Weichbild. art. 27. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 3. num. 160. & cap. 6. num. 114. Christ. Zobel. p. 2. 2 differ. 30. num. 6. & 7. † At rigorosior est sanctio Electoralis, quæ debitores obsecratos sive decoctores carceris poenam subjecit, Const. Elect. 22. part. 2. ubi Vid. Defin. 2. Joh. Zang. de except. p. 3. c. 1. num. 143. 3 † Non, ut omnes indifferenter debitores non solvendo existentes hanc poenam graventur, sed quibus gratiam facere, debitumque remittere nolunt Creditores, ut dicam infr. part. 2. Constit. 22. Defin. 6. 4 † Planè, si præter suam culpam debitor fortunæ virtutio ad inopiam pervenerit, commiseratione potius, 5 quam coercitione dignus erit, † quem propterea à carceris publici poenam eximit Illustrissimus Saxon in ditt. Const. 22. Ord. process. judic. tit. 52. & Edicto Torgensi. de Anno 1583. tit. Von denen / welche mehr aufzuborgen/ ic. De quo dicam infr. Const. Elect. 22. Defin. 5. p. 2.

Ita Domini in causa Samuel Volkens zu Neufelitz / M. Jun. A. 1593. (Verba sentent. Da nun der debitor bei euch keine Nachlösung erlangen/noch auch sonst auf andere Wege euch behandeln könnte/ ic. So möchte er in den Schuldthurm gelegt/ und darinnen/bis er euch befriediger / verwahrlich enthalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Pauli Fleischers zu Lorgau / M. Mart. An. 1596. (Verba sent. So würdet ihr auf der Gläubiger Begraben und Suchen/ vermitte Eburfl. Sachs. Constitution, in den Schuldthurm gelegt/ ic.)

### DEFINIT. IV.

*Ex solutionis mora sequestrari potest debitor, qui in loco aliquo contrahens, solutionem ibidem promisit.*

- 1 **A**t hoc ita, si debitor haud solvendo existat: Quid verò, si quidem abduc solvendo sit, moram 2 sicutem committas? † Nec tum cessabit jus sequestrationis, siquidem debitor extraneus in loco, ubi contraxit, solutionem promiserit, b. Const. 30. vers. 3 Ordinen/ sezen/ und wollen demnach/ ic. † Dixeris tamen, ob moram & cessationem solutionis, debitoris personam, extra casum inopie arrestari & detiniri non posse, c. lator. 2. extra de pign. l. ob as alienum 12. C. de oblig. & att. l. nemo carcerem 2. C. de exalt. eribut. lib. 10. Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 6. Carpz. Definit. Vol. I.

- n. 80. & c. 7. n. 1. † Verum equidem hoc est de jure civili, & regulariter etiam de jure Saxonico, sed permisit specialiter Illustrissimus Saxon in ditionibus sui Electoratus debitores extraneos, qui in loco contractus solutionem quoque facere promiserunt, detineri & arrestari, † donec usque sufficienter caverint, dict. Const. 30. S. Ordinen/ sezen / ic. ubi Dan. Moll. num. 1. Ord. process. judic. tit. 51. in pr. vers. Oder wann ein Ausländischer. Matth. Berl. part. i. concl. 75. num. 6.

Ita Domini in causa Andreæ Weidmanns zu Schwerzenberg / M. April. Anno 1633. (Verba sentent. Habt ihr in vergangener Neuenjahrs-Messe mit Hans Trechsler und eurem Bruder Christian Weidmann einen Gesellschafts-Contract auf gewisse Masse geschlossen / auch eures Theils so bald 1000. Thal. in die Gesellschaft bezahlet / wiewol über gedachter Trechsler gleichfalls so viel in die Societät zu entrichten versprochen/ hat er doch bis dato ein mehreres nicht als 388. Thl. dahinein gewendet / gleichwol aber sich der administration unterfangen/ die Waaren in Wöhren verhandelt/ und das gelöste Geld/ so sich in die 900. Thal. beläuft / zu sich genommen/ und euch davon nichts überall gezahlet. Ob nun wohl selbiger Contract allhier zu Leipzig geschlossen worden/ und vermöge Thürfl. S. Constitution derjenige debitor, so an einem gewissen Ort contrahirt/ und auch zur solution sich daselbst verpflichtet/ gar wohl arrestare und verklümmert werden mag/ ic.)

### DEFINIT. V.

*Non etiam si in loco aliquo contrahens se alibi solutionem promittat.*

- Quid verò, si contrahens in aliquo loco, alibi se solutionem promiserit? Non certè aliter debitoris perioram arrestari permittit Serenissimus Saxon, quam si ad solutionem quoque in loco contractus facienda se obligaverit, b. Const. 30. in verb. So an eis nem gewissen Ort contrahirt/ sich verpflichtet/ und die solution am selbigen Ort zu thun versprochen. † Ex quo utrumque pro formâ requiritur ad arrestum personæ debitoris, ut non tantummodo in aliquo loco contraxerit, sed etiam simul ibi solutionem promiserit, arg. l. un. sub fin. C. de nund. & mercat. † Consequens ergo huic est, non posse detineri debitem, qui in loco aliquo contrahens se alibi solutionem promittat. † Quod & menti Illustrissimi Electoris convenit in Ordin. process. judic. tit. 51. in pr. vers. oder wann ein Ausländischer verb. und in demselben zu bezahlen sich verpflichtet. Matth. Berl. part. i. concl. 75. num. 39. † Planè, in loco destinata solutionis detineri posse personam debitoris, etiamsi is alibi contraxerit, docet Col. de process. exec. part. 2. c. 1. num. 64. & seqq.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß in überwehntem Contract Wechsler einige Auszahlung allhier zu Leipzig zu thun / und euch an diesem Ort zu befriedigen versprochen/ ic.) So sendt ihr auch seine Person künftige Messe allhier anhalten zu lassen nicht schuldig/ V. R. W.)

### DEFINIT. VI.

*Heres quoque debitoris, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter detineri potest.*

- Non melior certè est conditio heredis, quam ipsius debitoris, quem propterea æquè ac ipsum debitem, qui in loco contractus solutionem facere promisit, personaliter sequestrari & detiniri posse, docent rectissime Matth. Col. de proc. execut. part. 1. c. 10. n. 334. & seq. Joh. Köpp. decis. 29. num. 1. Matth. Berl. part. i. concl. 75. num. 8. Pet. Peck. in tr. de jure sistendi c. 4. n. 10. & cap. 12. num. 4. † Tamen, quia heres defunctum repræsentat, inique ejus locum succedit, ita ut censeatur eadem esse persona, Novell. 48. l. ult. C. de impub. & aliis substit. Anton. Fab. in Codic. l. 7. tit. 20. defin. 44. num. 5.

- 3 † Tum, quod bona heredis post aditam hereditatem pro debitis defuncti possint arrestari, Col. dict. cap. 1. num. 30. & seq. Quidni ergo etiam persona heredis,
- 4 † cum à rebus ad personas firmiter liceat argumentari, L. qui furere 20. ff. de stat. homin. Jason. in l. si se non obtulit. 4. ff. de rejud. n. 201.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sentent. Ob nun wohl selbiger Contract allhier zu Leipzig geschlossen worden/ und vermöge Churf. Sächs. Constitution derjenige debitor, so an einem gewissen Ort contrahiret/ und auch zur Zahlung sich daselbst verpflichtet/ wie nichts weniger auch dessen Erben gar wohl arrestirt und verklammert werden mögen/ sc.)

## DEFINIT. VII.

Nec non fidejussor ex morā debitoris, si in loco contractus se soluerum promiserit.

- 1 **E**T quod magis, fidejussorem quoque debitoris principalis, si hic in loco contractus se solutum promiserit, ex morā commissā, sequestrationi subjicit, Pet. Peck. in tract. de jur. fīstend. c. 4. num. 9. quem sequitur Matth. Berl. part. 1. concl. 75. num. 9.
- 2 † Tum quia in bona fidejussorum manus injectio, quam statutum forsitan adversus debitorem admittit, conceditur, Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 43. & seq. Joach. Mynsinger. centur. 4.
- 3 obser. 96. num. 1. & seq. † Ergo etiam in corundem personas: quoniam firmum est argumentum à rebus ad personas, l. 20. ff. de stat. hom. Defin. preced. num. 4. † Tum, quod fidejussor tam ex principalis, quam ex sua propria morā, si solutio in loco certi destinata facta haud fuerit, ad interessē conveniri queat, l. centum capua 8. ff. de eo quod certo loco, ubi Bart. in pr. Berl. dict. concl. 75. n. 9. vers. quarto quia etiam fidejuss. † Tum, quia debitoris appellatione continetur quoque fidejussor, l. si servum 91. §. nunc videamus 4. de V.O. Col. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 43.
- 5 † Ergo quod b. Const. 30. de ipso debitore est sanctum, etiam de fidejussore dispositum censetur.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Ob nun wohl selbiger Contract allhier zu Leipzig geschlossen worden/ und vermöge Churf. Sächs. Constitution derjenige debitor, so an einem gewissen Ort contrahiret/ und auch zur Zahlung sich daselbst verpflichtet/ wie nichts weniger auch dessen Erben und Bürgern gar wohl arrestirt und verklammert werden mögen/ sc.)

## DEFINIT. VIII.

Detineri potest debitor, qui in loco contractus solutionem facere promisit, etiam si in transitu saltem ihi reperiatur.

- 1 **Q**uod de sequestratione debitotis, qui in loco contractus solutionem facere promisit, b. a. Constit. 30. dispositum reperitur, ad eum solummodo casum forsitan restringendum putaveris, quo debitor perpetuo vel aliquandiu saltem in loco contractus permanferit, si credendum Matth. Col. alle-
- 2 renti, † debitem si in transitu reperiatur, vel per unam aut alteram duntaxat noctem hospitio commoretur, haud personaliter esse detinendum de process. execut. part. 1. c. 2. n. 110. & pare. 2. c. 3. n. 34. & seq. † Sed vereor, ne hac ratione Constit. Elect. raro aut nunquam effectum sortiatur, cum semper debitor locum contractus data operā, ut non perpetuo ibidem permaneret, posset evitare l. 1. f. de eo quod certo loco. † Quin potius indifferenter debitorem, in loco contractus, per transitum etiam repertum, recte detineri dixerim cum Matth. Berl. p. 1. concl. 75. num. 12. † Propter generalitatem b. Const. 30. quæ etiam generaliter accipi debet, l. 1. §. generaliter 1. ff. delegat. præst. l. 8. ff. de publ. in rem action.

Ita Domini in causa Melchior Vorhoffs zu Sommern/ M. Decembr. An. 1632. ( Verba sentent. Ist euch Martin Schi-

denig mit einer Schuld verhaftet worden/ so er daselbst/ also er auch contrahiret zu zahlen versprochen/ und weil solches von ihm nicht geschehen / und er bisweilen bei euch durchzureisen pflegt/ send ihr denselben gerichtlichen anhalten zu lassen vermeinet. Ob nun gleich vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution vergleichenden Arrest auf des debitoris Person ausdrücklichen nachgelassen/ sc.)

## DEFINIT. IX.

Pro debito minimo, nunquam debitor personaliter detineri potest.

**N**on semper tamen debitoris persona sequestrari potest, etiamsi in loco contractus solutio ex promissione sit facienda. † Quid enim si debitum non sit adeo magnum? Iniquum sane esset, per arrestum & detentionem personalem debitori magnam inferri injuriam & ignominiam irretractabilem, secundum Matth. Col. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 154. † Nunquam enim ob modicam summam infamia debet irrogari, l. si quis affirmavit 9. §. ult. l. si q. ff. de dolo malo. † Adeoque pro debito minimo personam debitoris haud arrestandam & detinendam esse, rectissime meo judicio, docent Petr. Peck. in tr. de jure fīstend. c. 5. n. 20. Joh. Köpp. decis. 29. n. 23. Matth. Berl. part. 1. concl. 75. n. 35. † Vocant autem communiter debitum medicum vel minimum, quod est infra duos aureos, l. id est 10. ff. de dolo malo. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. l. 2. cent. 2. cas. 145. n. 2. & seq. † At rectius hoc judicis arbitrio committi, existimaverim cum Pet. Peck. dict. c. 5. n. 14.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Dieweil aber dennoch eurem Urtheil nach angeregte eure Schuldforderung gar gering/ und sich kaum über 5. Gl. beläuft/ sc.) So verbleibt gestalten Sachen nach der debitor, zumahl weil er anderswo mit unbeweglichen Gütern angesessen/ mit vergleichlichen schimpflichen Zwangsmitteln und sequestration seiner Person/ bishl. verschont/ B. R. W.)

## DEFINIT. X.

Nec arrestandus est debitor, qui testimonii dicendi causa, in loco, ubi contraxit, & solvere promisit, commoratur.

**R**ecte quoque feceris, si à sanctione Electorali Nobiles, Comites, Doctores & milites armatos exceperis, cum Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 161. † Quia hi, licet prorsus haud solvendo existant, capi tamen, carcerari & personaliter detineri nequeunt; † Sed tantum catenus tenentur, quatenus facere possunt; l. miles qui sub armata 6. l. item miles 18. ff. de re judic. † Similiter quoque impedir publica utilitas, quod minus sequestratio debitoris admittatur, l. utilitas publica 3. C. de primip. L. 12. † Si nempe Legati vel Ambasadoris munere fungatur, l. consensisse 2. §. legatis 3. l. si quis in legatione. 8. ff. de jud. † vel si testimonii dicendi aut iudicandi causā, sit evocatus ad locum illum, ubi contraxit & solvere promisit, dict. l. 2. §. legatis. 3. ff. de jud. Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 197. Pet. Peck. de jur. fīstend. c. 5. n. 11. sub fin. Bartol. in dict. l. 2. §. legatis. 3. n. 2. vers. unde sit unus. † Aut etiam, si justificandæ appellationis gratiā, ad locum illum fuerit citatus; † Nunquam certè hisce in causibus, arrestum sive detentio personæ debitoris locum habebit, prout evidenter appetet ex textu in dict. l. 2. §. 3. ff. de jud. ubi Bartol. n. 2.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. So verbleibt gestalten Sachen nach der debitor, zumahl weil er anderswo mit unbeweglichen Gütern angesessen/ aniesco auch eurem Andeuten nach l. klein in Zeugniss-Sachen zu erschelten/ und seine Aussage zu deponten dahin erret und vorgeladen worden / mit vergleichlichen schimpflichen Zwangsmitteln und sequestration seiner Person/ bishl. verschont/ B. R. W.)

## DEFI-

## DEFINIT. XI.

**M**inistri mercatorum, ut sunt Institores & factores, pro debitis suorum dominorum nequeunt arrestari & personaliter detineri.

- 1 **O**diosa nimis est Sanctio Electoralis, quæ obnoram solutionis debitoris personam detineri permittit, b. Const. 30. vers. Ordines sezen und 2 wollen demnach. † Ergo ad alios, qui ipsimet ex sua promissione haud obligati sunt, non extendenda, c. odia. 15. de reg. jur. in 6to. l. interpretatione 41. ff. de pen. † Fit inde, ut ministri pro debitis dominorum, ac Institores sive Factores pro debitis Mercatorum arrestari & personaliter detineri nequeant, etiamsi Domini & Mercatores in loco contratus solutionem facere promiserint. † Idque disertis verbis sanxit Illustrissimus Sato b. Constit. 30. vers. Wann sie gleich der obligirten Personen Diesner. Noluit scilicet, alias arresto impediri, qui suo nomine non contraxerunt, vers. aber alle andere. † Quod & juri communi convenit in l. b. ac definitione. 12. C. de omn. agr. desert. lib. II. l. 1. & tot. tit. C. ne fil. pro patre. l. 1. & tot. tit. C. ne uxor pro mari- 6 ro. Novell. 52. c. propterea sancimus. 1. † Non solum enim grave est legibus, sed etiam naturali æquitati contrarium, pro alienis debitis aliquem molestari, l. un. C. ut null. ex vicin. pro alien. vicin. debit. tenet 7 at. † Neque possesso ulla pro debitis alienis publicis vel privatis conveniri debet, l. nullam posse- 8 sionem. 4. C. de execut. & exact. lib. 12. Multò minus ergo pro debito alieno persona sequestrari & detineri, † cum arrestum bonorum facilius indulgeatur, quam sequestratio & detentio personarum, Bald. in l. per diversas 22. C. mandat. n. 22.

Ica Domini in causa Heinrich Lieboldens contra Seyfetes Juungen zu Schlieben / Mens. August. Anno 1632. (Verba sentent. Das Klägers Suchen wider Verlogten wegen Anhal tung und Rümmung seiner Person/gestalten Sachen nach/ weil er nicht selbst Schuldiger / sondern allein des debitoris Factor und Dienst ist/nicht statt hat/ V. A. W.)

## DEFINIT. XII.

Nec cives singuli, eorumque bona pro debito Civitatis sive Universitatis, arrestari possunt.

- 1 **E**ademque ratione nec cives singulos pro debito civitatis sive universitatis personaliter detineri vel arrestari posse, dixeris rectissime cum Hart. Pistor. part. I. qu. 37. n. 5. Henn. Goeden. consil. 34. n. 33. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 326. Joh. Köpp. decis. 60. n. 3. & seqq. Matth. Berl. part. I. com. 76 num. 2. † Tum per text. clarum b. Const. 30. vers. Wann sie gleich der obligirten Personen Unerthanen oder Dienst/ sollen mit keinem Arrest beslegt werden. † Tum, quia Magistratus contrahendo saltem bona universitatis obligat, non etiam bona singulorum & subditorum, quæ non sunt in dominio ac potestate universitatis & magistratus, L. sicut. 7. §. si quid i. ff. quod cuiusq. universit. non. §. universitatis 6. §. singulorum n. inst. de rer. div. & acquir. ear. domin. † adeoque non magis hæc oppignerari vel obligari possunt à Magistratu, quam bona aliena, l. rem alienam 41. ff. de pign. act. l. si Tisio. 5 22. ff. de pign. † Tum, quia bona civium pro debito universitatis capi nequeunt, Hart. Pistor. & Col. dict. loc. Ergo nec cives personaliter arrestari, quia facilius indulgetur arrestum bonorum, quam detentio personarum. Bald. in l. 22. C. mandat. n. 22.

Ica Domini in causa Martini Römers zu Bittau/M. Jan. An. 1616. (Verba sentent. Habt ihr bey euer Stadt / von welcher eure Frage meldet/ eine Summen Geldes von 3000. Reichsthalern um Zuzinsung hinterlegt/ wann nun gleich der Magistrat selbiger Stadt mit Zuzinsung und Einwilligung der Bürgerschaft und gemeiner Bürgerschaft solches.

Carpz. Defis. Vol. I.

Anlehen aufgenommen hätten/ ic. So möchte doch bemeldete Bürgerschaft von sich und von ihren eigenthümlichen privat-Gütern die Zahlung zu leisten nicht gedrungen/ noch derselben Personen oder Güter angehalten und arrestire werden/ ic.)

## DEFINIT. XIII.

Nisi someripso singularim obligaverint.

**N**equo eo magis singuli cives pro debito civitatis sive universitatis erunt obligati, si Magistratus expressè & specialiter non tantum sua, sed etiam suorum subditorum & ministrorum bona atque personas, in casum non factæ solutionis oppigneraverit, † cum id facere Magistratu haud licuerit, l. rem alienam. 41. ff. de pign. action. l. 22. ff. de pign. † Nec tum ergo singuli cives personaliter detineri poterunt, Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 329. Joh. Köpp. decis. 60. n. 15. Matth. Berl. part. I. concl. 75. n. 3. † At hoc ita, si cives in obligationem & contractum magistratus non consenserint. Ceteroquin, si factum decurionum ac Syndicorum approbaverint, † dubium certè non est, quin proprio saltem consensu & obligatione tanquam singuli teneantur, ac propinde etiam personaliter detineri queant, l. 1. in pr. ff. de magistr. conven. l. ult. vers. in provinciis verò C. de vend. reb. civit. l. II. Henn. Goeden. consil. 5. num. 14. Johann. Köpp. decis. 60. n. 20. Hartm. Pistor. part. I. quest. 37. num. 7. Coler. dict. cap. 3. n. 372. † Planè, si aliqui duntaxat cives, quantumvis etiam major horum pars, consenserit, & Syndicum ad contractum pro arestandis & capiendis subditorum bonis atque personis constituerint, illi, qui non consenserunt, arrestari & personaliter detineri haud possunt, † sed tenentur saltem ii, qui præsentes fuerunt, ut bene do. cet per l. 1. post pr. vers. sed siordo. ff. de Magistr. conv. Simon. Pistor. post consil. Modest. Pistor. vol. I. consil. 3. n. 5. Joh. Köpp. dict. decis. 60. n. 21. sub fin. & n. 22. † Quia in his, quæ competunt pluribus ut singulis, major pars non potest præjudicare minori, c. quod omnes 29. de reg. jur. in 6to. c. cum omnes 6. §. cumigitur 1. extr. de const. l. per fundum. 11. ff. de S. R. P.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Es wäre dann/ daß bemeldte Bürgerschaft samt und sonders sich zur Wiederzahlung verpflichtet/ und also diese Schuld aussich genommen/ auch wohl ihre eigenthümliche Gütere unterpfändlich verschrieben hätten/ auf solchen Fall hoffete die selbe dafür billig/ und möchte auch eines oder des andern Bürgers Person gar wohl angehalten werden/ ic.)

## DEFINIT. XIV.

Sequestrari & detineri potest debitor forensis, si Creditor in loco domicili debitoris jus & justitiam consequi nequiverit.

**E**os tantummodo debitores, qui certo in loco contrahentes se ibidem soluturos promiserunt, ex mora solutionis personaliter detineri, permittit Sanctio Electoralis b. Const. 30. vers. Ordines sezen und wollen demnach/ ic. Num ergo hoc unicu saltem casu sequestrationi locus erit in foro Saxonico? † Ita forsitan putaveris propter vim dictionis taxativa (Allein) excludentis alia omnia, quæ expressè posita non fuere, Dd. in l. un. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Bartol. in l. ult. C. de revoc. donat. num. 1. & 3. † At non semper vocula taxativa alios casus excludit, non certè similes, multò minus vero majores, l. ob es alienum 12. junct. gloss. C. de pred. minor. † Et produnt satis verba sequentia, quos per dictionem taxativam exclusos voluerit Elector, nimurum, qui vel ipsem non contraxerunt, vel contractui firmiter & sponte non consenserunt, Dan. Moll. b. c. p. 4. Oo 2 † tan-

- 5 † tantumque abest, aliam fuisse mentem Serenissimi  
Constituentis, ut etiam verbis disertis casus adhuc  
alios, quibus sequestratio personarum obstat, perdi-  
erit ac jus commune confirmaverit, in Ordin. proc. jud.  
tit. 51. in pr. vers. Ausserhalb derer Fälle/ in welchen  
die arresta nach gemeinen beschriebenen Rechten ver-  
gönnet / und nachgelassen seynd. † Quid enim si  
debitor sit forensis, Creditor verò in loco, ubi Reus  
convenitur & possessionatus est, ad debitam requi-  
sitionem jus & justitiam consequi nequiverit?
- 7 † Quantumvis debitor in loco, ubi deprehenditur,  
nec contraxerit, nec solutionem eò definiaverit, ob  
moram tamen ibidem detineri poterit, ex Sanctio-  
ne Electorali manifesta dict. tit. 21. §. Oder aber/  
8 wann sonst ein Fremder/ ic. † Nec opus erit hoc  
casu prævia citatione, sed statim detinendus est de-  
bitor, ne fugam forsitan arripiat, juxta tradita Petr.  
Peck. de jure sifendi c. 4. n. 5.

Ita Domini in causa Abrahami Hollebrecks zu Gebesee/ M.  
Nov. Anno 1624. ( Verba sent. Ob nun wohl ingemein der  
process ab executione nicht anzufangen/ noch eines andern  
Leib oder Gut alsobald zu verkümmern und mit Arrest zu be-  
schlagen/ da es aber dennoch euerem Bericht nach diese Gele-  
genheit hätte / das ihr im Braunschweiger Lande/ alda be-  
meldter euer debitor gesessen/ durch vielfältiges anhalten und  
Flügen/ keine gerichtliche Hülfe und Zahlung erlangen kön-  
nen/ ic. So wäret ihr gestalten Sachen nach/euren Schulde-  
nen/ wann er sich daselbst antreffen läßt/ anzuhalten/ und seine  
Person zu verkümmern wohl befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XV.

Dilepidatio bonorum causam præbet sufficientem de-  
tentio[n]e personæ debitoris.

- 1 Quid etiam, si debitor bona sua dilapides, & ad  
ineptiam vergat? Sufficere & hanc causam ad  
id, ut debitor personaliter detineri queat, etiamsi in  
loco contractus solutionem facere haud promis-  
cit, sentiunt vulgo Dd. Andr. Gail. lib. 1. observ. 147.  
num. 3. & observ. 148. num. 2. Matth. Coler. de pro-  
cess. execut. part. 1. c. 2. num. 128. & seq. Henn. Go-  
den. consil. 106. num. 2. Guid. Pap. decis. 246. num. 5.  
2 † Quotum sententiam verbis disertis approbat Saxo Illustrissimus in Ordin. process. judic. tit. 51. §. &  
3 det abet vers. oder wann vermutlichen/ ic. † Vor-  
luit scilicet prospicere Elector Creditoribus, ne dilapi-  
datio debitoris ullum iis damnum afferat. Quam  
4 tamen allegare non sufficit, † sed probari omnino  
dilapidatio debet, Gail. dict. observ. 147. n. 5. Coler.  
5 dict. cap. 2. num. 530. Si non per testes, † attamen  
summariter saltem per præsumptionem aliquam-  
probabilem, quæ judicem ad decernendam seque-  
strationem commovere queat, Coler. dict. loc. putat,  
quod debitor sit perditæ vita, & nulla amplius pos-  
siderat immobilia, Gail. dict. obs. 147. num. 3. Coler.  
6 dict. cap. 2. num. 130. † vel adeo pauca, ut non æqui-  
valeant debito, in quo est obligatus Creditor, l. 51.  
7 Creditores 31. ff. de privil. Creditor. † aut si non sol-  
verit debitor ad terminos promissos, vel in causa  
simili fidem non servaverit, Goeden. dict. consil. 106.  
8 num. 3. & 4. † aut si hactenus in bonis suis male-  
fuerit versatus, unumque præmium post aliud aliena-  
naverit, Col. dict. c. 2. n. 130. Matth. Berl. part. 1.  
consil. 73. n. 82. & multis seqq. ubi plures cumulat  
9 præsumptiones, † quas luculenter indigit Serenissimus Elector dict. tit. 51. vocula oder wann ver-  
mutlichen / daß etwas von den Inhabera dilapi-  
diret.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Oder es aber  
sonsten mit dem debitor also beschaffen / daß er jemlichen  
reich haushalte/ seine Güter dilapidire/ und denselben über  
vorsthe/ also daß zu besorgen/ ihr gänzlichen um eure For-  
derung gebrachte werden möchter/ so wäret ihr bemeldten eu-  
ren debitorum, wann er sich daselbst antreffen läßt/ anzuhal-  
ten/ und seine Person zu verkümmern wohlbefugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

Sicut & fuga debitoris.

N unquam ferè magis Creditoribus metuendum  
1 est, ne credita perdant, quam si debitor est fu-  
gitivus, quem propterea sequestrari ac personaliter  
detineri jura permittunt, l. ait pretor. 10. S. 5. &  
debitorem. 16. ff. quæ in fraud. credit. Joh. Schneidew.  
in S. actiones 10. inst. de action. n. 15. Matth. Coler.  
de process. execut. part. 1. c. 2. n. 122. † Quod & pla-  
cuit Serenissimo Saxon. Electori in Ordin. proc. jud.  
tit. 51. pr. vers. Als wann einer/ der nicht gnungsam  
gesessen/flüchtig wäre/ ic. † Nec refert, an debitor  
judicis licentiâ, an privatâ autoritate capiatur &  
detineatur, quod hoc casu ob summum fugæ peri-  
culum creditori indultum censetur, † si copia ju-  
dicis deficiat, Bartol. in l. dies festos. II. C. de feriis.  
num. 1. Andr. Gail. l. 1. observ. 48. n. 14. Matth. Col.  
dict. c. 2. n. 122. † modò Creditor postea debitorem  
5 propriâ autoritate apprehensum judici tradat, at-  
que ita sequestro præsentet, ad evitandam nimirum  
cæreris privati poenam, l. un. C. de privat. cærer.  
† Quin & si debitor ex una pœvinciali vel jurisdic-  
tione emigrare velit, tantaque bona-mobilia vel  
immobilia ibi non relinquat, ut de iis Creditori-  
bus satisfieri possit, ipsissimâ æquitatis ratio seque-  
strationem & detentionem personæ debitoris ad-  
mittit, † disponente ita Serenissimo Electore in  
7 Ordin. process. jud. dict. tit. 51. vers. Oder aus uns-  
sern Landen in ein fremd Gericht ziehen/ und nicht so  
viel hinter ihm an liegenden oder sonstigen gewissen  
Gütern verlassen wolte/ daß sich der Kläger daran  
zu erholen. Matth. Berl. part. 1. consil. 73. n. 60. Petr.  
Heig. part. 1. quæst. 36. n. 20.

Ita Domini in causa Hansen Walsens zu Leipzig/ M. Jan.  
An. 1580. ( Verba sent. Da eure Gläubigere/ nicht ausfüh-  
ren könnten/ daß ihr aufs flüchtigem Fuß wäret/ so wären die-  
selbe auch alhier mit Arrest anzuhalten nicht befugt gewesen/  
derwegen würdet ihr auf solchen Fall/ des angelegten K-  
reis billich losgezahlet/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

Debitor saltem de fugâ suspicetus personaliter de-  
tineri posset.

A ded periculosa est Creditoribus fugâ debito-  
ris, ut vix alio quam detentionis remedio sibi  
consulere queant: Ideoque etiam contra debito-  
rem † de fugâ saltem suspectum sequestrationem  
decernere jussit Saxo Illustrissimus in Ordin. pro-  
cess. judic. tit. 51. in pr. vers. Als wann einer/ der  
nicht gnungsam besessen/flüchtig/ oder derenthalben aus  
erheblichen Ursachen verdächtig wäre. † Quod &  
jamadum docuerunt Interpp. Joh. Schneidew. in  
S. actiones 10. inst. de action. n. 15. Matth. Coler. de  
process. execut. part. 1. c. 2. n. 125. Hippol. de Marfil.  
sing. 43. num. 1. Andr. Gail. l. 1. observ. 26. n. 1. Nat-  
ta consil. 430. Cravett. consil. 847. † etiamsi dies vel  
4 conditio solvenda pecunia nondum extiterit,  
Schneidewin. & Coler. dict. loc. Non tamen suffi-  
cit, suspicionem de fugâ allegare, † sed evidenti-  
bus & claris indiciis Creditor, sequestrationem pe-  
tens, eam docere debet, uti patet ex verbis Illustrissimi  
Electoris dict. tit. 51. Aus erheblichen Ursachen  
verdächtig wäre. † veluti si debitor faciat prepara-  
menta ad fugam, vel latitet & sit vagabundus, Col.  
dict. 2. num. 123. & 126. † Si à loco, ubi Creditores  
non pauci sunt, discernerit, nec revertatur, Cravett.  
dict. consil. 847. num. 1. † aut eò se conferat, insciis  
8 Creditoribus, ubi copia ejus haberi non possit, l. quis  
sit fugitivus. 17. §. idem ait. 4. §. idem celsus ff. de e-  
dit. Cravett. dict. consil. 847. ubi plures fugæ  
presumptiones refert. † Quibus indiciis ac:  
9 pre-

præsumptionibus si Creditor destituantur, ad evitandum fugæ periculum audiri debet, si mediante juramento suo suspicionem probare velit, secundum tradita Cravett. consl. 978. num. 5. Andr. Gail. l. 2. obs. 44. num. 7. & seq. † Planè, si debitor possideat bona immobilia, vix dici poterit de fuga suspectus, l. sciendum 15. ibi Dd. ff. qui satisd. cogunt. Johann. Schneidewin. in dict. §. actiones 10. n. 16.

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Da eure Gläubigere nicht ausführen könnten/daher auffflüchtigem Fuß/oder der Flucht gnugsam verdächtig waret/oder sonst nicht zu bejähnen hätten; So wären sie euch alhier mit Arrest anzuhalten nicht befugt gewesen/derowegen würdet ihr auff solchen Fall des angelegten Arrests billich losgezehlet/V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Inquilini emigrantis persona arrestari potest, donec pensionem solvat.*

**E**tsi regulariter forensis vel extraneus in bonis fac persona detineri nequeat, ex veriore Dd. opinione, quam tinentur Matth. Col. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 34. & seqq. Petr. Peck. in tract. de jur. fidei. cap. 4. n. 4. Joh. Goedd. in rubr. extr. de sequestr. n. 22. † Secus tamen se res habet, si Creditor cum forensi contrahens fidem ejus non fuerit secutus, sed præsentem ejus pecuniam, vel factum speraverit, Pet. Peck. dict. loc. Ex quo fit, † quod forensis personaliter detineri queat ab opificibus, à quibus quid emerit, vel sibi parari fecerit, nec statim pretium solverit; Ordin. procel. judic. tit. 51. in fin. 4 pr. vers. Ob er ben Handwerksleuten. † Nempe, quia opifices ideo operas suas conficiunt, ut statim solutio sequatur, Peck. dict. loc. † Eademque de causa permittitur sequestratio hospitis, qui, priusquam cauponario solvat, discedere velit, dict. tit. 51. §. desgleichen wann ein Gast. Matth. Col. de process. exec. part. 1. c. 2. n. 249. & seqq. Virgil. Pingitz. qu. 5, 8. 6 Pet. Peck. de jur. fidei. cap. 3. n. 2. † Quin & si inquinilus sive conductor mercede non solutæ, velit migrare & discedere, detineri poterit, donec pensionem vel mercedem exsolverit, dict. tit. 51. §. desgleichen wann ein Gast. vers. und ein Zinsmann/der hins weg ziehen will. † Nimirum, quod nec cauponarius, nec locator ædium, fidem de pretio habere censeatur, Matth. Coler. dict. c. 2. n. 236. & seqq. Johann. Schneidew. in §. item Serviana. 7. inf. de alt. n. 19.

Ita Domini in causa Georgii Wendlers contra Michael Schmolzen zu Ibbenau / M. Sept. An. 1633. (Verba sentent. Daß Beklagter Klägern anhalten zu lassen gestalten Sachen nach wohl befugt gewesen/derowegen er von Klägers Zusprüchen billich zu entbinden/r.)

## DEFINIT. XIX.

*Præstata cautione, sequestratio fuis arrestum debito- ri relaxari debet.*

**E**ffectus sequestrationis sive detectionis personæ debitoris in eo consistit, ut periculum averteratur, suumque jus creditor conservet. † Fit inde, si debitor præstata cautione de solvendo sufficienti, Creditorem reddat securum, quod arrestum sive sequestratio sic relaxanda, l. si fideiussor. 7. §. ult. ff. qui satisd. cog. b. Const. 30. vers. bis sic gewisse Versicherung genacht. Ord. process. judic. tit. 51. §. in allen denen Fällen/2c. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 90. Henn. Goeden. consl. 105. num. 23. Joh. Goedd. de sequestr. in rubr. n. 22. † in tantum, ut contra judicem, sequestrum sub præstata cautione relaxare recusantem, mandata cum clausula justificatoria decernantur, teste Andr. Gail. l. 1. obs. 26. n. 1. & l. 2. obs. 44. n. 9. † Non tamen sufficiet hic cautio de judicio sistendi, sed simul præstanta est de solvendo, adveniente termino vel die solutionis. Matth.

Col. dict. c. 2. n. 124. per gloss. in l. in possessionem. 6. ff. quib. ex caus. in possess. eat.

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Daß Beklagter Klägern anhalten zu lassen gestalten Sachen nach wohl befugt gewesen/derowegen er von Klägers Zusprüchen zu entbinden. Dafern aber Kläger gnugsame caution bestellen und Versicherung der Zahlung machen würde/wird der Arrest hinwiederum billich relaxiret/r.)

## DEFINIT. XX.

*Ad relaxandum sequestrum non admittitur cautio juratoria, sed præstanta ea est pignoribus vel fideiussoribus.*

**D**ebitor arrestatus, si relaxationem arresti petat, i cautionem præstare tenetur idoneam de judicio listendo, & de re conservandâ integrâ, Definit. preced. talom scilicet, † qua sit fideiussoribus vel pignoribus. Hæc enim in jure dicitur idonea & sufficiens cautio, l. si mandatum. 59. §. ult. ff. mandat. ubi Gloss. in verb. accepta. l. 4. §. si sub conditione. 6. ff. de fideicommiss. libert. l. si debituri 21. ff. de judic. l. 1. ff. qui satisd. cog. l. si Creditores. 31. ff. de privil. Creditor. Andr. Gail. l. 1. obs. 26. n. 6. † Quid vero si debitior pignora non habeat, nec fideiussiores inventi queat; an sub cautione juratoria relaxandus erit? † Periculosem hoc esset Creditori, ac metuendum, ne Credito suo defraudetur, adeoque debitorem adjuratorium cautionem se offerentem non audiendum putaverim, cum Jason. in l. si fideiussor 7. §. si satisdatum. ult. ff. qui satisd. cogunt. num. 18. Bartol. in l. licibus 20. n. 8. C. de agricol. & censit. lib. 11. Matth. Coler. part. 1. decis. 135. n. 14. & de process. execut. part. 3. c. 11. n. 10. Petr. Peck. de jur. fideiussor. cap. 45. n. 9. & seq. Dan. Moll. l. 2. semestr. 4. n. 14. & seq. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 3. quest. 110. n. 27. † Quod & menti illustrissimi Saxonis 5 convenire videtur in Ordinat. process. judic. tit. 51. §. in allen denen Fällen / vers. gnugsame caution und Versicherung machen würde. Nolo tam tam hinc omnem judicis arbitrium exclusum censi. † Quid enim, si persona offerens juratorium cautionem virtute integritate sit conspicua, & probata existimatio, debitura vero non adeo magnum? Vereor, ne, si cautio renueretur, gravis debitori inferatur injuria, † ut non sine causa juratorium cautionem à debitore honesto & non suspecto accipiendam, existimaverit Andr. Gail. l. 1. obs. 148. n. 6. ubi in Camerâ Imperiali id practicari ait, quod idem testatur Joach. Mynsing. cent. 2. observ. 11. Coler. dict. c. 11. n. 102. Schult. dict. quest. 110. n. 29. Peck. c. 45. n. 10.

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Dafern aber Kläger gnugsame caution stellen/ und Versicherung der Zahlung machen würde/wird der Arrest hinwiederum billich relaxiret / es ist aber Kläger solche caution mit Pfänden oder Bürgen zu bestellen pflichtig/ und hat die anerhortene cautio juratoria nach Gelegenheit díffalls nicht statt/V. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Creditor, ad cuius instantiam sequestrum injuste fuit decreatum, ad interesse conveniri potest.*

**S**equestrum ergo justè & in casibus à jure permisum decretum, non nisi præstata cautione idonea & sufficiente, cassatur, Definit. 19. † sequestrum vero injuste indulsum, absque omni cautione statim relaxari debet, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 2. n. 93. Schurff. cent. 3. consl. 15. n. 5. & seq. † Nec tutus erit hoc casu Creditor, q. sequestrum adversus debitorem impetravit, sed sequestrato ad refusum sumptuum, damnorum & interesse tenetur, ut docet Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 39. † Et quod magis est, conveniri etiam poterit arrestator

tor ejusmodi injustus à Magistratu & Creditoribus aliis, quibus forsitan detentio injusta nocuerit, ut & ipsis damnum atque interesse refundat, juxta tradita Joh. Petr. Molognat. in tract. de jur. retent. quest. 34.

Ita Domini in causa Herman. Toden contra Christian Gottschalcken zu Gruna / Mens. Octobr. Anno 1632. (Verba sententia: Dass Beklagter seines Fürtwendens ungeachtet/ auff erhobene Klage sich einzulassen und zu antworten schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Arestari non potest Cadaver defuncti debitoris.*

**M**ipium fuit apud Ethnicos, nedum apud Christianos cadaver in opis debitoris insepultum detinendi. Quantumvis ergo debitor, non ex soluto prius esse alieno, ex humanis decesserit, neutquam tamen defuncti corpus sive Cadaver à Creditoribus sequestrari vel arestari poterit, l. cum sit injustum 6. cum autb. seq. C. de sepulch. violat. Novell. 60. cap. 1. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 6. num. 116. Et p. 2. cap. 3. num. 428. Specul. tit. de appellat. §. in quibus vers. 8. Anton. Hering. de fidejuss. c. 10. n. 42. Et seqq. Joh. Schneidew. ad §. i. infit. de interdict. n. 41. Et seqq. Prosp. Farin. in praet. crim. l. 1. tit. 3. quest. 20. num. 139. Et seqq. Franc. Pfeil. cent. 2. cons. 180.

† Interest enim Republicæ, mortuorum corpora quam citissime mandari sepulturæ, ne cadavera foetorem excitent, pestemque aliosvè morbos causentur, arg. l. 3. §. divus 5. ff. de sepulchr. violat. Specul. dict. loc. n. 10. Didac. Covarr. l. 2. variar. resolut. c. 1. n. 10. Nicol. Boër. decis. 287. † Ex quo facile corruit interesse Creditorum, quod forsitan pretendere habent, † cum ratio publicæ utilitatis cuicunque commodo privato sit antiferenda, arg. l. 1. ff. solut. 5. matrim. Anton. Gomez. tom. 2. c. 12. n. 56. † Quin potius caveant sibi Creditores, ne contra facientes debitum amittant, & aliud tantundem heredibus injuriati solvere cogantur, ac insuper tertiae partis omnium bonorum suorum confiscationem patientur cum infamia, ex dispositione Imperatoris Justiniani in dict. Novell. 60. cap. 1. † Nec immerito, quia contaminata defunctorum religio habet poenam sacrilegii, l. pergit audacia 5. C. de sepulch. violat.

† Quin & si defunctus ex sententiâ latâ teneatur satisfacere Creditoribus, aut etiam in instrumento producto à Creditoribus ad incarcerationem se obligaverit, nihilo magis tamen inde arestum Cadaveris erit permittendum, secundum Felin. in cap. sicut judei 9. extr. de judeis. Joh. Schneidew. dict. §. i. de interdict. n. 43. Et 44.

Ita Domini in causa Hansen Ehrenreichs zu Eutoca / M. Mart. Anh. 1632. (Verba sent. Ist euch Christian Oberschmid 106. Gl. zu zahlen schuldig worden / ehe und zuver aber die Zahlung erfolget / ist er Todes verfahren. Wann er nun gleich mit noch mehreren Schulden andern gleichfalls verhaftet und nicht so viel nach sich verlassen/davon alle Gläubiger befriedigt werden könnten/c. So wäret ihr doch die Leiche zu kümmern / und dadurch sein Begräbnis zu hindern nicht befügt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Privilegium de non arestandis bonis vel personis, tempore Nundinarum, pertinet tantummodo ad Nundinas solennes, & ab Imperatoribus privilegiatas.*

**N**ova non est prohibitio pignorationis & arresti in Nundinis & mercatibus, sed jamdudum ab Imp. Valente & Valentianino constitutum, ne quis durantibus Nundinis mercatoribus ullam inferat molestiam, in l. un. c. de Nundin. & mercat. & ab Imp. Justiniano in Novell. 52. c. 1. Bartol. in dict. l. un. C. de Nundin. Pet. Peck. de jur. sif. c. 10. n. 3. Rutger. Ruiland. de commiss. part. 4. l. 4. c. 6. n. 21. Matth. Coler:

de process. execut. part. 2. c. 3. num. 103. † Quam prohibitionem repetit Illustrissimus Saxonie Elector b. Const. 30. §. Wir wollen aber sonderlich/ daß in allen Fällen innerhalb der öffentlichen Märkte/ der Handel und Werbung halben/ die Freyheit gehalten/ kein Arrest statt haben / auch Bürgerlicher Sachen und obligation wegen niemands angehalten werden soll. † Non tamen putandum est, privilegium hoc de non arestandis bonis vel personis, ad omnes indifferenter Nundinas esse trahendum, adeoque etiam ad eas, quæ in oppidis singulis septimanis selmel, bis vel ter fieri solent, ubi homines ex vicinis oppidis & pagis convenient, viatumque quotidiam vendunt atque emunt. † Sed Nundinas hic intelligimus duntaxat solennes & ab Impp. privilegiatas, quæ bis vel ter solummodo in anno celebrari consueverunt. Märkte oder Stappel/ ubi mercatores ex universo Imperio, aliisque longinquis regionibus, commerciorum causâ convenient. † Quales sunt Nundinae Francofurtenses ad Moenum, Lipsienses, Francofurtenses ad Oderam, Naumburgenses & similes, quæ undique in civitatibus Imperialibus soleranter fieri solent. † Ita etiam Nundinae Lipsienses ab Imp. Maximiliano I. Anno 1497. & 1507. & Carolo V. Anno 1521. & 1547. privilegiatae ac confirmatae fuere, ut prohibitio arestii ad eas procul dubio pertineat, non solum ex Constitut. b. Elect. sed etiam ex ipsa Imperiali sanctione & vigore dati privilegii, quod verbis disertis prohibeta arresta durantibus Nundinis Lipsiensibus, ut ex tenore privilegii, quod apud Senatum Lipsensem habetur, perspicuum est.

Ita Domini in causa Christiani Hoffmanns zu Leipzig / M. April. An. 1632. (Verba sententia: Ist ein Bürger althier/ von welchem eure Frage meldet/ mit 97. Gl. 18. Gr. euch verhaftet/ und demnach er in Abfall seiner Nahrung gerathen/ und sich ein concusus Creditorum bey ihm ereignet, seyd ihr zu seinen Gütern Arrest zu suchen gemeinet. Ob nun gleich binnen währender Leipziger Meß/ wie auch andern privilegiirten Märkten/ kein Arrest und Kummer verstatte werden mag/c.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Solis mercatoribus indultum est privilegium de non admittendo aresto tempore Nundinarum, non etiam aliis Civibus, qui mercatores non sunt.*

**R**ationem privilegii de non admittendo aresto tempore Nundinarum si queras, respondeo id propterea concessum, ne commercia turbentur & negotiationes impediuntur, quas liberas relinqui, publicum commodum ac interesse suadet, l. un. C. de Nundin. & mercat. b. Const. 30. §. ult. in verb. der Handel und Werbung halben die Freyheit gehalten/c. Consequens hinc est, † privilegium hoc solis mercatoribus, qui commercia exercent, indultum censi, non etiam aliis, putâ civibus & officiis, qui licet in loco Nundinarum commorentur, haud tamen negotiantur; Ergo horum bona tempore Nundinarum arestari nil prohibet, † cessante nimisprivilegii ratione, quæ, ut modo dixi, solam respicit commerciorum libertatem, adeoque jus ipsius seu privilegii cessare facit, l. adigere 6. §. quamvis & ff. de jur. patron. Jason. in l. 32. n. 2. ff. de pact. † De quo ne ulterius dubitetur, Serenissimus Elector privilegium de non admittendo aresto durantibus Nundinis ad solos mercatores restrinxit, alios verbis expressis excludens, in peculiari rescripto ad Senatum Lipsensem emiso sub dato 25. Julii Anno 1625. in verb. Ingleichen was wegen Anlegung der Arrest verordnet/ unter ihnen den Handelsleuten allein statt haben soll. Et paulo post. Zwischen den Märkten aber unter den Kauf- und Handelsleuten selbst/ wie auch

auch sonst ausserhalb der Kaufmanns-Handlung/ zwischen andern Partheyen in gemein / es bey unsfern Landes-Constitutionen / üblichen Rechten / Arrest und Hulfs-Proceszen allerding verbleiben soll/ce.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch solche Markt-Freheit allein die Kauf- und Handelsleute angehet/auff diejenigen Bürger aber / so nicht handeln und Kaufmannschaft treiben/keinesweges zu ziehen/ce. So seyd ihr auch zu euers Schuldner Gütern/weil derselbe kein Handelsmann ist / auch binnet währendem Markt Arrest zu suchen wohl befugt/ und es wird derselbe von euch billig angenommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Durantibus Nundinariis haud decernendum est arestum adversus Mercatoris bona vel personam, etiam si fugitivus, aut de fugâ suspectus.*

**S**olis igitur Mercatoribus indultum est privilegium de non arestando bona vel personam debitoris tempore Nundinarum. Defin. prec. At quid si debitor Mercator durantibus Nundinariis sit fugitus, vel de fugâ saltem suspectus? † Cessare tum privilegium Nundinarum, ac in ipsis Nundinariis, adversus debitorem fugitivum arestum impetratum subsistere, docet per l. ait pretor. 10. §. si debitorem. 16. ff. que in fraud. Creditor. Matth. Berlich. part. 1. concl. 77. num. 10. pos. Petr. Peck. in tract. de jur. sist. c. 10. n. 6. & Bernh. Græv. l. 2. pract. concl. 44. confid. 1. num. 25. † Sed vereor, ne hâc ratione multum de rogetur privilegio Electorali, cum nemo non faciliter Mercatores, commerciis quasi tempore Nundinarum obrutus, de fugâ suspectos reddere queat.

**4** † Ut maximè ergò de jure communi assertio Berlichii vera sit, practica tamen fori Saxonici quotidie aliud docet. Non enim solet decerni arestum adversus mercatores durantibus Nundinariis, quantumvis de fugâ vel banchorupto maximè sint suspecti, Dan. Moller. hic n. 6. † Nec admittit limitationem in mercatoribus fugitivis Constit. b. 30. que verbis generalibus loquitur, & tempore Nundinarum, personam vel merces cuiusquam aresto præcludi vel detineri indifferenter prohibetur.

**6** † Ergò generaliter quoque prohibitio hæc erit accipienda, l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. pref. l. de pretio 8. ff. de publ. in rem action. † Et concessio tempore Nundinarum aresto adversus mercatores, quomodo, quæso, hi merces suas tuti ac impediti reducere valebunt, qui certè non minimus effectus est privilegii Nundinarum, uti appareat ex verbis privilegii ab Imper. Maximiliano I. Senatui Lipsiensi An. 1497. concessi: Alle und tegliche Personen/ so die vorgemeldten Jahrmarkte mit ihren Kaufmannschaften/ Haab und Gütern besuchen/darzu um daran ziehen/sich derselben Jahrmarkte Gnaden und Freiheit/nach ihren Inhalten/von fiedermanniglich unverhindert gebrauchen und geniessen/ce. Et de An. 1507. in verb. desgleichen die Waaren und Güter / so zu und von bestimmten Märkten und Niederlagen gestrieben und geführet werden/nicht sollen aufgehalten/ verhindert/oder rechtlich arestiret werden.

Ita Domini in causa Blaiz Löffelmanns zu Leipzig/M Feb. Anno 1635. ( Verba sent. Ist euch ein Kaufmann von Röthen vor aherkauft Waaren 167. Zhl. schuldig worden/wann nem gleich derselbe sich der Flucht wegen verdächtig erweise/ und zu befürchten/dass er fallit werden möchte/ce. So seyd ihr doch binnen währendem Markt vor Ausläutung derselben/ ihn anzuhalten oder seine Waaren zu verkümmern nicht befugt/V.R.W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Nec pro debito, in ipsis nundinariis contracto, durantibus adhuc iis, arestum decerni debet.*

**S**olent communiter à privilegio Nundinarum ex Scipere debitum in ipsis Nundinariis contractum, pro quo, durantibus adhuc Nundinariis, adversus mercatores jure decerni arestum autumant, Petr. Peck. de jur. sistend. c. 4. n. 4. & c. 10. num. 16. Cavalcan. part. 1. decis. 2. n. 1. & seqq. Matth. Berlich. part. 1. concl. 77. num. 8. † per text. in l. hæres absens 19. §. 2 proinde 2. vers. numquid dicimus ff. de judic. † Et quia legati de eo, quod in officio legationis contrarerunt, possunt conveniri, licet maxime sint privilegiati, & eo in loco, ubi funguntur legatione, haud conveniendi, l. consensisse 2. §. omnes autem q. ff. de judic. l. si legationis tempore 25. ff. eod. tit. Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. num. 196. † Sed nimur de jure communi hæc sententia subsistere potest: In foro autem Saxonico & præsertim in provinciis Electoratu, ne quidem pro debito in ipsis Nundinariis contracto, bona mercatorum arestari, ipsosve detineri posse, dixerim cum Dan. Moller. hic num. 8. † Tum, propter generalitatem Sanctionis Electoralis, quæ limitationem non admittit, arg. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. pref. l. preses 3. in fin. ff. de off. presid. † Tum, propter rationem privilegii b. Constit. 30. expressam, ne scilicet commercia & negotiations impediatur in Nundinariis. vers. innerhalb der öffentlichen Märkte / der Händel und Werbung halben die Freiheit gehalten. Quam rationem in debito etiam in ipsis Nundinariis contracto, locum sibi vendicare, ecquis non animadvertis? † Utique ergò & in eo privilegium Nundinarum obtinebit, arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Wann nun gleich solche Schuld binnen währendem Markt gemacht warden/der debitor auch sich verdächtig erweise/und zu befürchten/dass er fallit werden möchte/ce. So seyd ihr doch binnen währendem Markt vor Ausläutung derselben/gedachten Kaufmann/euren debitorem, anzuhalten/oder seine Waaren zu verkümmern nicht befugt/V.R.W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Cessat privilegium de non arestando bona & personam debitoris, durantibus Nundinariis, si huic expressè renunciatur.*

**N**on tamen putandum est, privilegium Nundinarum semper obstat, quod minus merces Nundinariis durantibus, aresto præcludi, vel ipsius debito personaliter detineri queant. Quid enim, si debitores huic expressè renunciaverint? † Non fieri id posse, inquires, cum privilegium Nundinarum publicum favorem concernat, si non principaliter, ut sentit Petr. Peck. in tract. de jur. sistend cap. 12. num. 2. † attamen secundariò, scilicet ne commercia turbentur, ac per id publicum impeditur commercium, Gloss. in l. à divo Pio 5. verb. actionem ff. de rit. nupt. † Sed valere renunciationem hujus privilegii, probat Dan. Moller. ex rescripto quadam Electoris Augusti, Anno 1581. Mens. Majo ad Senatum Lipsiensem emissi. Cum enim Senatus ad instantiam Mercatorum privilegium hoc propter nimium ejus abusum tolli per literas petisset, † rescriperat Elector, satis cavere sibi posse Creditores, si huic privilegio in casum non facta solutionis à debitoribus expressè renunciare facerent, Moller. hic num. 8. & l. 1. semepr. 12. num. 2. Matth. Berlich. part. 1. concl. 77. n. 12. † Planè & principem ex causâ jus hoc Nundinarum impeditre atque auferre posse, respondit Natta consil. 512. allegatus à Dan. Moller. dist. c. 12. n. 7. † Nec ad debitum juratum privilegium Nundinarum pertinere, tradit Petr. Peck. de jure sistend. c. 10. num. 3. † Quod ipsis defendendum relinquere.

Ita Domini in eadem causâ. (Verba sententia: Es wäre dann/dass bemeldter Kaufmann von Eßthen der Markt-Freyheit ausdrücklichen renunciret / und sich derselben begehen hätte; auf den Fall wäre ihr auch vor Ausläutung des Markts seine Güter zu verarestiren/oder ihn selbst anhalten zu lassen wohl befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Nundinis per signum campane finitis, mercatores, eorumq; bona quavis in loco arestari possunt.*

- 1 **C**essat privilegium de non arestando bona, aut personam debitoris, Nundinis finitis, postquam scilicet signum publicum fitarum Nundinarum per campanam datum fuit, wann der Markt ausge läuter worden/ † Quin ergo sequenti Septimanâ exsolutioni debitorum destinata, in der Zahlwoche/ arresta cuivis petenti sunt concedenda, modò requi sita, de quibus dixi *Supr. & Const. preced. obseruentur*, ambigendum prorsus non est, Daniel. Moll. hic num. 10. Christoph. Zobel. part. 1. concl. 77. num. 14.
- 2 † Quod & Serenissimus Elector in rescripto quadam peculiari de arrestis mercatorum, sub dato Dresdæ 25. Julii Anno 1621. verbis expressis approbavit, vers. Wodurch dann/ und weil ohne das/ von Einz. bis zur Ausläutung des Markts/ kein Arrest oder Verbot an gelegt noch verstatte wird. † Cui porrò consequens est, illis in locis, per quos mercatores ad Nundinas transire, vel finitis iis redire solent, arresta bene decerni posse, nempe quod Nundinis nondum cooptis vel finitis, etiam in loco, ubi habentur, vel habite fuere, id permisum sit, ut modo probavi, Moller. hic numer. 10. & Latinus Matth. Berlich. ditt. concl. 77. num. 9. † Videtur nihilominus obstare, privilegium Imperiale Maximiliani I. quod pariter in redditu, atque in accessu ad Nundinas Lipsienses, merces arresto inquietari prohibet, de Anno 1507. in verb. desgleichen die Waaren und Güter / so zu und von bestimmten Märkten und Niederlagen getrieben und geführet werden/ nicht sollen aufgehalten/ ver hindert oder rechtlichen arrestiret werden/ ic. † En, quid clarius dici potuisse, quam quod merces in locis, per quos mercatores ad Nundinas transire vel redire solent, non debeant arrestari. † Sed nimirum, verba Imperatoris ad tempus Nundinarum jam coptarum atque durantium sunt restringenda: Vel sanctio Imperatoria usu contrario immutata est, quod etiam videtur inclinare Dan. Moll. hic num. 10.
- 3 Ita Domini in causa Andreæ Weidmannas zu Schwarzenberg/ Moose April. Anno 1631. (Verb. sent. So sendt Ihr seine Person künftige Messe abhier anhalten zu lassen nichts befugt/wider seine Waaren aber/auffn Fall er in Abfall seiner Nahrung gerathen/ ist euch nach ausgeläutetem Markt in der Zahl-Wochen an allen denen Orten/da bemeldte Waaren anzutreffen/ gebührlichen Arrest zu suchen unbenommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Pro ratâ simul admittuntur Creditores, qui proximè sequenti septimanâ post Nundinas Lipsienses, in der Zahlwochen/ antequam merces in conduta Norimbergensi arebantur, arresta impeararunt.*

- 1 **F**initis Nundinis Lipsiensibus, campanâ vix quiescente, Creditores, quod alter alterum præveniat, ad Prætorium convolare & nimis properare, solent, præudentes arresto bona mercatoris, quem de banchorupto suspectum habent. † Nimirum de prioritate sibi prospicere volunt in concursu, cum prior tempore potior sit jure, c. qui prior 54. de reg. 3 jur. in 1ro. l. 1. & l. 11. f. qui potior. in pign. † ac inter arrestantes semper præferatur alius, qui prius ratione horæ atque momenti jus reale impetravit,
- 2
- 3
- 4

*Supr. Constitut. Elector. 28. ubi dixi Defin. 144. Ordin. process. judic. Elector. Saxon. tit. 48. in pr. verf. von dem Tage und Stunde / Andr. Rauchb. part. 1. quæst. 4. num. 1. & seqq. Daniel. Moller. ad dict. Const. Elect. 28. num. 78. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 11. num. 35. & seq. 39. † Sed frustra pro perant: Fecit namque Serenissimus Saxo omnes pariter æquales, nec quempiam alteri præferri voluit, inter eos, qui proximè sequenti septimanâ post Nundinas Lipsienses, in der Zahl-Wochen/ antequam merces in conductu Norimbergensi arebantur, vor Abgehung des Nürnbergischen Geleits/ arresta impetrarunt, Edicto peculiari hæc de re ad Senatum Lipsiensem emissio, Mense Jul. Anno 1621. in quo hæc verba habentur: Sondern da auch ins künftige einer in währendem Markt für abgehenden Geleit ein falliment begehen würde / daß in solchem Fall kein Gläubiger in Suchung und Anlegung des Arrests für den andern einen Vorzug erlangen/ sondern ein icglicher Gläubiger (außer denjenigen/ so etwa in specie eine sonderbare hypothec oder ander dinglich Recht auff einem Stück Gut/oder sonst erlanget) an des Falliten Gütern/ gleiches Rechtns sich zu gebrauchen Zug und Recht haben soll. † Quo ipso & Creditoribus pariter atque debitoribus Illustrissimus Elector prospexit: Illis quidem, ut omnes saltem pro rata Credita sua consequantur, nec alter alterum astutè præveniendo excludat. † Hisce vero, ne per nimiam Creditorum præcipitiantiam impediatur, quod minus mutuando forsitan ab aliis pecuniam sibi consulere, & à fallimento se liberare queant. † Attamen solis mercatoribus, non aliis hoc Edicto Elector Serenissimus modum arestandi definit, neque Sanctiones hanc diutius, quam postquam Merces in conductu Norimbergensi avectæ fuerint, valere voluit, ut liquet ex verb. Edict. in S. ingleichen die obgesetzte Limitirung des Arrests nur auff die wenige Zeit/ bis das Nürnbergische Geleit abgehet/ restringiret/ zwischen den Märkten aber/unter den Kauf- und Handelsleuten selbst/ wie auch sonst außerhalb der Kaufmanns-Handelung zwischen andern Partheyen in gemein/ es bey unsern Landes: Constitutionen/ üblichen Rechten/ Arrest- und Hulfs: Procesen allerdings verbleiben/ und dies selbe hierdurch im wenigsten nicht aufgeheben seyu sollen.*

Ita Domini in causa Johst Bredenbecks Gläubiger ventilata in Prætorio Lipsiensi, M. Octobr. An. 1630. (Verba sent. Zum vierden Lucas Spretel und Consorten 1500. Thaler Johann Grafadt und Consorten 1348. Thal. die Schwendörfferische Erben 500. Reichschl. welche drey Gläubiger/ ohne Unterscheid der Zeit ihres in der Zahlwochen vor Abgehung des Nürnbergischen Geleits angelegten Arrests bestreitig werden/ ic.)

## DEFINIT. XXX.

*Non pertinet ad Bannitos privilegium Nundinarum.*

**F**also sibi persuadent banniti, sive prætitâ Ur phedâ ex provinciâ aliquâ relegati, tempore Nundinarum sibi reverti licere impunè, eò quod durantibus Nundinis nec bona arrestari, nec persona detineri queat, b. Const. 30. S. ult. † Hoc enim si voluerit Illustrissimus Constituens, procul dubio delinquentibus indulsisset, quod certè præsumendum haud est. † Idque ne asteramus, privilegium Nundinarum verbis disertis ad negotia civilia restringit, vers. auch bürgerlicher Sachen und Obligation wegen/ eo ipso delinquentes prorsus excludens, ut recte docet Dan. Moll. hic num. 13. & seqq. † Quin, nec causa & ratio privilegii, que est favor & utilitas commerciorum, extensionem predictam admittit; Vi deant

deant ergo relegati, ne revertentes poenam abscessio-  
nis digitorum incurvant, juxta Const. Elect. 48. part.  
4. nil prouersus adjuti Nundinarum privilegio, non  
magis atque bursicopi, fures & homicidæ, tquos du-

rantibus etiam Nundinis incarcernari videmus quo-  
tidie.

Ita Domini ad requisitionem Praetoris Lipsiensis, Mens. Jul.  
Anno 1606.  
Et Mensa Octobr. Anno 1624.

## CONSTITUTIO XXXI.

### P A R T I S P R I M Æ.

Wann die Gerichtskosten ohne oder mit dem Eyde angegeben werden, wie sich der Richter in der Taxation zu verhalten?

**D**e Schöppenstühle haben bishero/ wann die Gerichts-expesen / so niemands zuerkannt worden / ohne Eyd angegeben / allein die gesprochen/ welche auf das Gericht gängen / und also wegen des Proces nothwendig aufgewendet worden / als Citation - Urtheil-Geld/ Boten-Lohn/ und dergleichen. Da aber andere Expens mit eingemengt/die extrajudiciales gewesen/ als was auf Fuhrlohn/ die Reisen/ Zehrung in den Herbergen / Advocaten-Lohn/ &c. ausgeben/die hat man gänzlich daffalls übergangen.

Wann aber die Expens mit dem Eyde angegeben worden/ so hat man dieselbe taxiret/ und zu schweren erkannt/ daß zum wenigsten/ so viel als moderirt/ aufgewandt. Es haben aber unsere Verordnete dahin geschlossen/weil in Expens-Sachen mancher den Eyd zu thun Bedenden hat / und dennoch dieselbige poenæ temere litigantium seyn sollen.

Daß auch auf diesen Fall/ so die Gerichtskosten ohne Eyd angegeben/ etliche extrajudicial-expens, derer man ungefährlich gewiß seyn möcht / iedoch auf ziemliche und billige Taxation zu erkennen seyn sollen; welches wir uns auch also gefallen lassen/ sezen und ordnen/ daß demselbigen in Gerichten/ auch in Stellung und Fassung der Urtheil also nachgegangen werden soll.

In Taxandis Expensis, quæ vel cum juramento, vel sine eo petuntur, quæ sint partes judicis?



N Scabinatibus id observatum haecne fuisse intelligimus, ut in expensas litis quopam condemnato, adversario sine juramento eas petenti, judiciales tantum adjudicarint, quas nimirum is in citationes, sententias, mercedes nunciorum, & quæ sunt præterea ejusmodi sportulae, necessariò erogasset; Extrajudiciales vero expensas omnes, puta vecturarum & alios itineris sumptus, salario advocateorum &c. tacite prætergressi sunt.

Ubi vero expensas victor ita petisset, ut de iis se juraturum pollicetur, æstimatis iis, quas scripto comprehensas judici exhibuisset, jurandum illi fuit, se non minus, quam à Juge æstimatum esset, expendisse.

Quia vero multi reperiuntur, quibus hujus rei causâ jurare grave est, nec tam hujusmodi poenæ temere litigantibus remittendæ; id est deputatis nostris visum fuit, etiam isto casu, ubi expensas quis sine juramento petit, extrajudiciales nonnullas, de quibus fidem judici facere posset, illi, prævia tam moderatione, adjudicandas esse; id quod nos quoque probantes, statuimus & ordinamus, ut deinceps in concipiendis sententiis observetur.

### D E F I N I T I O N E S.

1. Etiam si victor expensas juramento suo probare velit, taxatio tamen judicis non omittenda, sed juramento præmitenda est.
2. Syndicus, nomine Collegii vel universitatis super expensis jurare valens, admittitur.
3. Non solum judiciales, sed etiam extrajudiciales expensas absque juramento petere licet.
4. Non citata neque audiata parte adversa, band taxande sunt expensa.
5. Nisi unius saltem termini expensa petantur, quæ si modica fuerint, in adjudicatione ipsa statim taxari poterunt.
6. Moderatio expensarum judicis arbitrio committitur, pro varia victoris conditione.
7. Moderatus sit judex in adjudicatione expensarum, victus causa insumptarum.
8. Non sunt taxanda expensa judiciales, à victore probatae, sed usq; ad teruntum adjudicanda.
9. Notariorum expensa pro testibus examinandis quantum à judge sint estimanda.
10. Potissimum tamen circa Notariorum alias expensas judiciales, cuiusq; locis statutum est consuetudo in moderatione attendi debet.
11. Salaria quoque Advocateorum taxationi judicis subjecta sunt.
12. Advocatus in propria causa à condemnato in expensas exigere nequit ullum Advocati salarium.
13. Nisi id petere velit per modum damni & interesse.
14. Victor condemnatus in expensas victori restituendas, non tenetur ad damna & interesse.
15. Nisi ratione contumacia, vel in expensis retardati processus fuerit condemnatus.
16. Actor, spoliatus in itinere, non potest repeterem damnari restitucionem à Reo, quantumvis ex causâ contumacia in expensas us fuerit condemnatus.
17. Victor victori etiam expensas, in termino moderationis factas restituere tenetur.
18. A moderatione expensarum appellare quoque ac lenterare licet.

19. *Expensas, que ante omnia sunt refundenda, sufficiunt per compensationem.*
20. *In expensas iudex victum condemnare potest ex officio, parte etiam non petente.*
21. *Lite principali per sententiam finitam, boud peti possunt peculiari actione litis expensa, que non nisi in officio judicis debentur.*
22. *Expensas vero, que jure actionis debentur, etiam post latam sententiam vitorum actione peculiari petere potest.*
23. *Ex contumacia quoque vel delitto, si qua debentur expensa, post litem finitam etiamnum peti possunt.*
24. *Victus regulariter vitori in expensas condemnari debet, & quatenus hoc verum sit in causis criminalibus.*
25. *Quando is uno plura habet capita, expensa pro uno capite compensari, pro alio adjudicari possunt.*
26. *Compensari debent expensa, si vittus justam litigandi causam habuerit.*
27. *Ex juramento suppletorio condemnatus non solvit expensas vitori.*
28. *Vittus ab expensis excusat, quando pro se ha-*
- DEFINIT. I.
- Eiamsi vitor expensas juramento suo probare velit, taxatio tamen iudicis non omittenda, sed iuramento primitenda est.*
1. *Quantumvis expensarum condemnatio accessoria sit, & officio iudicis fiat, l. 3. & l. 4. C. de fruct. & iur. expens. Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 12. de-*
2. *fin. 10. num. 3. † nunquam tamen vittus ad restitu-*
- tionem tenebitur, antequam vitor expensas fecerit liquidas, easque probaverit, id quod procul du-
- bio juramento suo facere potest, l. *sancimus* 15. C. de
- jud. b. *Const.* 31. §. *Wann aber die expens mit dem*
3. *Ende angegeben worden. † At nec huic simpliciter credendum, nec taxatio iudicis omittenda est, quin potius hæc juramentum præcedere debet.*
4. *† Quondam equidem de jure communi vitor pri-*
- mò jurabat, se tantum expendisse, ac postea iudex expensas juratas taxabat & estimabat, l. *sancimus.* 15.
5. *C. de judic. † Sed aliud hodiè sancitum est, scilicet, ut via perjuriis obstruatur, Auth. post *jusjurandum.**
- G. de judic. Novell. 82. c. 10. Andr. Gail. lib. 1. ob-*
- serv. 151 num. 11. & lib. 2. obser. 102. num. 11. Matth.*
- Coler. de process. execut. part. 3. cap. 9. num. 172. &*
6. *seq. Jason. in l. si quando. 9. C. unde vi. n. 25. † Quod & Serenissimo Saxonie Electori videtur placuisse,*
- bat *Const.* 31. §. Wann aber. vers. So hat man*
- dieselbe taxaret / und zu schweren erkannt. ut du-*
7. *biuum non sit, † quin etiam in foro Saxonico,*
- prævia iudicis taxatione, super expensis juramen-*
- tum præstetur, Auth. *Consult. Saxon.* tom. 2. p.*
3. qu. 32. Matth. Coler. p. 1. decif. 214. numer. 1.
- & seq. Georg. Rotschitz. in process. part. 1. art. 43.
- num. 4.

Ita Domini in causa Cuno Aylebens contra Glorium Behendorff zu Magdeburg / Mense Februar. Anno 1604. (Verba sentent. Daz die angegebene expens auf 56. Thal. 3. Gr. 6. Pf. billich moderaret und gemäßigt worden. Möchte nun Kläger schweren / das er so viel und nicht weniger von wegen dero zwischen ihm und Beklagten Behendorff schwe- benden und erörterten appellation Sachen ausgegeben. So wäre Beklagter ihm dieselbe zu erstatte schuldig / und würde ihm auch hierzu in Mängelung gütlicher Entrichtung / wider den Beklagten billich verholffen/ B. R. W.)

Et in causa Georgii Möschens contra Jonas Schößern zu Eüstrin / Mense Febr. Anno 1615. (Verba sentent. Und werden die von Klägern angegebene Unkosten duff 87. Reichs- thal. 3. Gr. 7. Pfen. gestalten Sachen nach / billich moderaret

buit instrumentum obligatorium, vel ob honorem servandum, litigavit.

29. *Veneratione Consanguinitatis & affinitatis, vel ratione honestatis personæ, expensarum condemna- tio plerumq; vito remittitur.*
30. *Victus ab expensis liber est, si de calumnia jura- derit.*
31. *Condemnatus ex jurejurando litis decisorio nullas debet expensas.*
32. *Moderanda quoque sunt expensa immoda & su- perflicie, quantumvis debitor nuda Creditoris asser- tione super iisdem stare promiserit.*
33. *Pauperi litiganti à parte adversa non nisi certis in Casibus sumptus litis subministrari debent.*
34. *Sed iudex pauperibus litigantibus expensas litis & fisco publico subministrat.*
35. *Possessor ad restitutionem rei litigiosa condemna- tus non tenetur ad expensas, nisi dolo possedisse proberetur.*
36. *Non tenetur refundere expensas vittus, qui jam admissus est ad beneficium Restitutionis in inte- grum.*

und genügt. Möchte nun Kläger schweren / das vom ihm so viel und nicht weniger / von wegen dero zwischen ihm und Beklagten bisher schwedenden Irrungen aufgewendet worden / So wäre Beklagter ihm dieselbe zu erstatte schuldig / und wird ihm auch hierzu in Mangel gütlicher Entrichtung wider Beklagten gebührlichen billich verholffen/ B. R. W.)

### DEFINIT. II.

*Syndicus nomine Collegii vel Universitatis super ex- pensis jurare volens, admittitur.*

*C*um lite finitam Collegio Canonicorum tan- quam vitor expensæ litis fuissent adjudicatae, nomine hujus Syndicus ad processum istius causæ constitutus, juramento suo expensas probare con- tendebat. Cui à parte adversa opponebatur obser- vantia fori Saxonici, † qua Syndicus, etiam si specia- le mandatum exhibuerit, nomine universitatis jura- re prohibetur, quam observantiam præbet sanctio Electoralis manifesta in Constit. 13. in pr. part. 1. ubi Dan. Moller. n. 2. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 8. n. 13. Matth. Coler. part. 1. decif. 115. n. 13. † Placuit nihilominus Dominis, Syndicum super expensas jurare violentem admetti, non obstante Constit. Elect. 13. p. 1. quippe qua de juramento judicialiter delato principali vel etiam calumniæ accipienda est, quod certè non per Syndicum, sed per tres vel quatuor ex Collegii vel universitatis Senioribus præstari de- bet, † nimurum, quod hisce negotium præcipiale optimè, ac forsitan melius quam Syndico & Advoca- to cognitum sit, arg. l. *municipibus* 97. ff. de condit. & demonst. l. 14. ff. ad municip. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defn. 40. † Sed alia est ratio juramenti su- per expensis præstandi, harum enim notitiam ec- quis meliorem & exactiorem habere posset, quam Syndicus ipsem, qui litem tractando eas impen- dit. † Ut ita cessante ratione prohibitionis, quæ diff. Const. Elect. 13. p. 1. nititur, ipsa etiam prohi- bitio cesset, arg. l. 6. §. quamvis 2. ff. de jur. patron. nec inde assertio hæc infringatur, quin potius ipsa Constitutionis ratione, manifestè probetur.

Ita Domini in causa Balthasar zu Denstadt contra Syn- dicum des Stifts zu St. Marien in Erfurt/ ventilata in Präfekura zu Weissensee / Mense Sept. Anno 1603. (Verba sent. Das klagende Syndicus nach Gelegenheit dagefallen / zu Leistung des ihm zuerkannten Endes / Beklagtens dar- wider gethanen Fürwendens ungeachtet / billich zugelassen wird/ B. R. W.)

DEFINIT. III.

*Non solum judiciales, sed etiam extrajudiciales expensas absq; juramento petere licet.*

**D**urum nimis atque difficile, inquires, super expensis jurare; non solum quia memoria fallere potest, sed etiam, † quod multi reperiantur metu divini numinis ad superstitionem usque timidi, *l. que sub conditione 8. in pr. ff. de condit. inf.* qui bus certe expensarum causā jurare, gravissimum fore, *arg. l. cum quidam. pen. vers. neque enim C. de si de instrum.* † Hisce ut subveniret Saxo Illustrissimus, expensas absque juramento etiam petere permisit, *b. Constitut. 31. §. Dass auch auff diesen Fall.* † quin & in dubio, si expresse vixit ad jurandum se non obtulerit, expensas absque juramento taxare & moderari jussit, in Ordin. process. judic. tit. 36. §. Wann es dann, *vers. ohne End / wenns gleich nicht in specie gebeten.* Auth. *Consul. Conf. Saxon. tom. 2. part. 3. quest. 32.* Joach. Beust. *ad rubr. ff. de jurejur. n. 248.* † Nec solummodo judiciales & necessarias expensas, *l. sancimus. 15. C. de jud. l. si quando 9. C. Unde Vi. Novell. 82. cap. 10.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. 151. n. i. & seq.* Specul. *lib. 2. part. 3. tit. de expensis. §. 6. postremo. 6. in pr. num. 1.* † Sed & utiles atque extrajudiciales, putā, Salaria Advocatorum, sumptus vecturatum, itineris ac sumiles absque juramento petere licet. *dict. l. 15. C. de jud. & dict. Novell. 82. cap. 10.* Etiam in foro Saxonico, † quantumvis de hoc multum quondam à plerisque dubitabatur, *b. Constit. 31. §. Dass auch auff diesen Fall.* Ordin. process. judic. *dict. tit. 36. §. wenn es dann. in pr. Dan. Moll. bīc num. 3.*

Ita Domini in causa Alexandri Rumpels contra Jacobum Kendelin zu Gremberg/ Meuse April. Anno 1631. (Verba sententia: Dass die angegebene Unkosten ingesamt auf 21. Gl. 13. Gr. 3. Pfen. ohne End gemäßigt werden, welche Beklagter Klägern zu erstatzen schuldig / in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird ihm dazu gebührlichen billich verholßen/ B. N. W.)

Et in causa Otto von Bodenhausens contra dessen Unterthanen oder Dorffschaften Langenbach/ Thierbach und Consorten, ventilata in Praefecturā Plaviensi Mense Mayo, Anno 1631. (Verba sent. Dass die von Klägern angegebene sämtliche Unkosten auf 39. Thlr. 9. Gr. ohne End gemäßigt werden, welche beklagte Unterthanen Klägern abzustatten schuldig / in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird deswegen wieder sie gebührlich billich verholßen/ B. N. W.)

DEFINIT. IV.

*Non citata neque auditā parte adversa, haud taxanda sunt expense.*

**S**icut nemo inauditus ad restitutionem expensarum condemnari, ita nec hæc parte adversa inaudita taxari debent, sed præcedat taxationem citatione necesse est, † quo ab utraque parte arbitrium judicis & taxantis expensas informetur, Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 36. §. Wann nun enim. Bartol. in l. terminato. 3. C. de fructib. & lit. expens. num. 7. Nicol. Boer. decif. 52. n. 2. † Planē si vixit propter alios punctos citatus comparuerit, absque aliâ speciali citatione, etiam super puncto expensarum procedi & moderatio fieri potest, *dict. tit. 36. §. Wann nun enim. vers. Wann auch sein Gegenthel.*

Ita Domini in causa Esaiae Uttenhoffs contra Sebastian Werlen/ Mense Octobr. Anno 1617. (Verba sentent. Dass Beklagter vor allen Dingen auf Klägers übergebene liquidation sich einzulassen und zu verfahren schuldig / daraus also denn der gebetenenen moderation halber ergehet was recht ist/ B. N. W.)

DEFINIT. V.

*Nisi unius saltem termini expense petantur, que, si modice fuerint, in adjudicatione ipsa statim taxari poterunt.*

Carpz. Definit. Vol. I.

**M**eminitamen, expensas quandoque parte aduersa nondum auditā fuisse taxatas & estimatas, nempe, cum actor vel Reus unius saltem termini sumptus ob contumaciam partis adversa, eosque modicos petisset. † Idque rectissime factum arbitror, vereor enim, ne si responsio ad liquidationem à condemnato exigenda fuisset, litigantes aereo hamo pescari essent coacti, hoc est, plures & maiores expensas impendere in moderatione expensarum modicatum. † Ac semper judici incumbit, rem ita temperare, ne ob causam minimi valoris lis ex lite oriatur, nec finis negoti alterius cause exordium fiat, *l. properandum. 13. C. de judic. l. fin. ff. pro suo. l. 2. C. de re judic. l. 2. in pr. ff. de aqua & aqua pluv. arcend. l. 10. C. de transact. Ventur. de Valent. in partibus. litig. lib. 1. cap. 2. num. 1.* Frider. Pruckmann. *consil. 38. num. 92.*

Ita Domini in causa Christophori Lümmers contra Gerhard Bedern zu Leipzig/ M. Febr. Anno 1631. (Verba sent. Dass es eingewandter Leiterung ungeachtet bei unserm jüngst gesprochenen Urtheil nochmals billich verbleibt / und ist Beklagter Klägern auch die Unkosten dieses Termins, so hiermit auf 4. Gl. 13. Gr. gemäßigt werden / zu erstatten schuldig/ B. N. W.)

It. in causa Henrici Zundersen contra D. A. F. zu Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1635. (Verba sent. Dass es eingewandter Leiterung ungeachtet bey dem am 9. Octobr. des abgewichenen 1634. Jahres ertheilten Abschied nochmals billich verbleibt / und ist Beklagter Klägern die expensas retardati processus, so hiermit auf 6. Thaler 3. Gr. gemäßigt werden / zu erstatten schuldig / in Verbleibung gütlicher Entrichtung wird thame darzu gebührlichen verholßen/ B. N. W.)

Et in causa Hansen Schochwitzens contra Christophorum Wengern zu Leipzig/ Mense Aug. Anno 1635.

DEFINIT. VI.

*Moderatio expensarum judicis arbitrio committitur, pro variâ victoris conditione.*

**N**on solum personæ conditio inspici debet in taxandis sumptibus extrajudicialibus, sed etiam modus facultatum, si forsitan homo rusticus & vilis aliqui conditionis, sed dives equitas probeatur, ut accederet ad locum, in quo lis instruebatur, † vel etiam, si salutis suæ tuenda gratia famulum, aut alium vita Comitem in summâ itinerum difficultate sibi adjunxerit, cum nemo pro lite mortis periculum subire cogatur, *l. 2. §. si quis judicio. 3 ff. si quis caution. l. si pater. 34. §. 1. ff. de donat.* † Quid econtra, si vir Nobilissimus, sed exigui patrimonii fuerit? Non minus in hoc Nobilitas generis, quam in superiori facultatum ratio habebitur, *arg. l. suspiculum. 8. ff. de susp. tutor.* † Sufficit ergo, alterutrum adesse aut conditionem personæ aut facultates, ut major fiat expensarum taxatio. † Praevalit tamen, si utrumque concurrat, personæ conditio, ad hoc ut ampliores aut exiguiores taxentur expensæ, quia Conditio personæ trahit ad se conditionem bonorum, *l. per curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. hered. l. ult. C. de inoff. testam.* † Nimurum versatur, in estimandâ conditione personæ judicis arbitrium, non minus atque in ipsa expensarum taxatione, quæ merè est arbitraria, ut vere sentit Saxo Illustrissimus in Ordin. process. judic. tit. 36. §. Und wiewohl wegen Ungleichheit der Sachen und der Personen hiertinen keine gewisse Regel füglichien zu geben / sondern das Werk allermeist in des Richters discretion und Bescheidenheit sthet/ c. Dan. Moller. bīc num. 4.

Ita Domini in causa Hieronymi Neßlebens contra Höf sen Anshelmen ventilata in Praetorio Lipiensi, Mense Mart. Anno 1618.

In causa Caspari Pörners contra Christoph. Siegeln/ M. Aug. Anno 1620.

Et in causa D. Georgii Lists contra Valentin Lists/ M. Dec. Anno 1621.

## DEFINIT. VII.

*Moderatus sit index in adjudicacione expensarum visus causa insumptarum.*

- D**ebentur victori expense non tantummodo iudiciales & necessariae, sed etiam utiles, nempe mercedes nunciorum, sumptus vestiarum, itineris, nec non sumptus in hospitio ab Advocato etiam & procuratore facti & similes, b. Const. 31. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 36. §. Zum vierdech. & S. Zumfünften. Hartm. Pistor. obser. 40. 2. + Videat tamen judex, ut moderatus sit in adjudicatione sumptuum in diversoriis pro convictu factorum, cum sepius litigantes in diversoriis lautiū quam pro conditione sua se tractari patientur, & plures secum ducant Comites, atque equos, non sine 3. magno adversae partis gravamine. + Id si fiat, circumstantias etiam minutissimas judex perpendat, & quantum fieri potest, ventris sumptus supprimat, 4. dict. tit. 36. §. ult. Dan. Moll. b. lib. num. 4. + nempe, deducto eo quod verisimiliter quis domi existens insumisset, Jason. in l. properandum 13. §. sive autem alterutra s. num. 14. C. de judic. Plot. in l. si quando. 9. num. 674. C. Unde vi. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. cas. 154. & admissis saltem sumptibus iis, qui necessaria fuerint, nec aliter evitari potuerint, Hartm. Pistor. obser. 139. n. 4. + Quia delictarum & voluptuarum expensarum ratio non habenda est, Linter quos 39. §. ult. l. 40 ff. de damnis infelt l. properandum. 13. §. 2. vers. fin. auctem ex gestis. C. de jud. Andr. Gail. lib. 1. obser. 151. n. 1. C. n. 11.

Ita Domini in causa Christophori Jahns von Laubenthal contra Hansen Kellers Erben / Mens. Jul. Anno 1625:

Item in causa Sebastiani Heringa contra Matthes Fleischern / Mens. April. Anno 1626.

Eo in causa Matthes Englers contra Michael Schneiderm. Mens. Mayo Anno 1630.

## DEFINIT. VIII.

*Non sunt taxanda expense iudiciales a victore probatae, sed usque ad teruncium adjudicanda.*

- C**irca expensas tamen iudiciales, non adeo liberum est judicis arbitrium; Quia scilicet haec maximè necessaria sunt & inevitabiles. + Quare si victor eas vere erogatas fuisse probaverit, cessabit taxatio, & condemnare debet judex adversarium usque ad teruncium ejus quantitatis, quam victor legitime probavit, Ordinat. process. judic. Elector. Saxon. tit. 36. §. Erstlich sollen. Daniel. Moller. b. c. num. 4. + Idque eo magis, quo major hodie est malitia hominum litigantium, quæ nec condemnatione expensarum refrenari potest, tantasque vires acquisivit, ut existimat sibi magis commodum esse, expensas persolvere & retardare litem, quam restituere alterius bona. Ventur. de Valent. in partb. hrigios. lib. 2. cap. 6. num. 16.

Ita Domini in eadem causa Johann Tillens & Consort. contra Johann Jacobs Erben zu Dresden / Mens. Octobr. Anno 1635. (Verba sententie: Das Beklagte die 6. Gulden/ 20. Groschen/ 6. Pfennig angegebene gerichtliche expensen flagenden Johano Tillen zu erstatten schuldig/ in Verbleibung gütlicher Entrichtung/ wird gedachten Klägers darzu billig verholssen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Notariorum expense protestibus examinandis quantum a judice sint estimandi?*

- L**onge ergo diversa est ratio extra iudicialem, quam judicialium expensarum: Etenim illæ judicis taxationi & moderationi regulariter sunt subiectæ, Defin. 6. & 7. Non etiam hæc, Definit. 2. præced. + nisi actuarius judicij modum expensa-

rum legitimum excesserit. Certè, nec aliud habendum de expensis pro examine testium Notario debitis, + Quibus ab Electore D. Augusto certus in 3 foro Saxonico fuit modus præsinitus, in Ordin. Torgens. de Anno 1583. die Notarien belangende / ibi: denselben sol von einem Zeugen oder part zu citire mehr nicht denn 3. Groschen/ von einem Tage-Zettel einen Groschen/ und dann den Zeugen zu examiniren/ zu protocolliren / und in gewöhnliche registratur zu bringen/auff den Fall/da der Articul nicht über funfzehn/ in bürgerlichen Sachen/ fünf Groschen und drei Pfennige / und in peinlichen Sachen einen halben Gulden gegeben werden. Da aber derer Articul über funfzehn/ und doch nicht mehr denn dreißig wären / in bürgerlichen einen halben Gulden / in peinlichen Sachen einen Gulden zur Gebühre vergrößert werden. Wären aber der Articul mehr/ so soll es zu des Richters Erhöhung gestellset seyn. Hunc ergo modum si Notarii in liquidando observaverint, judicis taxatio cessabit. + Sin minus, 4 expensæ liquidatae ad modum præscriptum erunt reducenda, jubente Saxonie Electore Serenissimo, in Ord. process. judic. tit. 36. §. Zum andern / wann Jungen verhört werden.

Ita Domini in causa Tobiz Bernburgers zu Freyburg/ Mens. Junio, Anno 1582. (Verba sentent. Dass ihr dem Notario cause, davon eure Frage meldet / von ieden Zeugen zu verhören 5. Groschen/ 3. Pfennige / und von einem Zeugen zu laden 3. Groschen/ und von Abschrift der Zeugniß/ von jedem Blatt/darauff ungefährlich dreißig Zeilen auff beiden Seiten geschrieben / einen Groschen zu entrichten schuldig/ aber von der collation und extention ist er hierüber sonderliche Gebühr zu fordern nicht befugt/ V. R. W.)

Item in causa Lutz Herzogens zu Eulenburg / Mens. Octobr. Anno 1577. (Verba sentent. Dass ihr dem Notario cause wegen des verführten Gezeugniß/ von einem ieden Zeugen 5. Gr. 3. Pf. auch von ieslichem Blatt des Protocols, dorauff ungefährlich 30. Zeilen siehen sollen/einen Groschen/ und von Abschrift des Gezeugniß/ auch von jedem Blatt einen Groschen/ von ieder Cration 5. Gr. von Zeugen zu laden 3. Gr. und von Tagezetteln einen Groschen zu erlegen/ ihm auch die Zehrung anhero/ so er zu Collationirung des Zeugniß-Registers aufgenommen/ zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Christophori Müllers zu Ordstrandt / M. Jul. Anno 1606. (Verba sent. Dass der Notarius adjunctus, so in der zwischen euch und Jonas Bosen entstandenen peinlichen Rechtfertigung gebraucht worden / die angegebene 25. Fl. 15. Gr. Reisegeld/ vermöge des Churf. Sächs. Torgauischen Ausschreibens/ zu fordern nicht befugt. So sendt ihr ihm auch von Abhörung einer 17. Zeugen mehr nicht als von einem Zeugen einen halben Fl. v. des angeklagten 15. Zeugen aber von einem ieden 1. Fl. weil desselben Gegenbeweß-Articul über 15. gewesen/ zu entrichten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Potissimum ramen circa Notariorum atque expensas iudiciales, cuiusq; loci statutum & consuetudo in moderatione attendi debet.*

**A**t hoc ita, si speciale alicujus loci statutum vel consuetudo non extet. Cæteroquin, si peculiärer introductum fuerit, certo aliquo in loco, vel maiores expensæ vel etiam minores Notario, vel Aquario judicij debeantur, + haud certo ab observantia hæc recedendum erit, temperante ita suam Constitutionem D. Augusto Electore, in Ordin. Torgens. de Anno 1583. Die Notarien belangende. §. Wann aber in unsern Aemtern / Städten oder andern Orten eti weniger verordnet/ so diffalls den Notarien oder geschworenen Amts-Personen bishero gegeben/ so soll es nochmals darüber gelassen / und durch diese unsere Odrnung keine neue Streitgerung der Dörper eingeführet werden. + Nempe, quod in omnibus ea maximè observari debeant, quæ moris sunt & consuetudinis, l. quod si nolit. 31. §. quia assida. 20. ff. de idill. edict. l. ult. C. de fidejuss. Anton.

- ton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 13. defin. 3. num. 8. + præfertim verò hoc in casu, quo condemnatione expensarum coercenda est litigiosa hominum malitia. Ventur. de Valent. in parthen. litig. lib. 2. c. 6. num. 11. + Qualis ergo quocunque in loco hæc est, talis quoque erit taxa expensarum, + quia persona sive coercitio debet correspondere delicto. l. in hoc 10. ubi Gloss. ff. de serv. corrupt. l. si quis aliquid ex metallo. 38. §. actores seditionis. ff. de pœn. l. sanctimus. 22. ubi Gloss. in verb. teneant. C. eod. tit. l. quoniam multa. C. ad leg. Jul. de vi publ. & privat.

Ita Domini in causa Georgii Häffners zu Torgau/Mens. Sept. An. 1581. (Verba sent. Ihr send auch mehr/ als von eu-  
nen ieden Blate/ darauff ohngefehr 30. Seiten auf beiden Seiten geschrieben / 1. Gr. und von einer ieden Citation 5. Gr. 3. Pf. inmassen auch von einem ieden Zeugen zu verhören 5. Gr. 3. Pfen. von einem Tage-Zettel aber mehr nicht denn 5. Groschen zu geben pflichtig. Und da er hierüber/euern fernern Anzeigen nach/ ein mehrers von euch erzwungen/ so ist er euch solches wieder heraus zu geben schuldig. Es wäre dann in den Gerichten des Orts durch eine beständige Ge-wohnheit anders hergebracht / auff den Fall würde es dagey billich gelassen/ B. R. W.)

Et in causa Hansen von Schönfels/Mens. Sept. An. 1629.

#### DEFINIT. XI.

*Salaria quoque Advocatorum taxatione judicis  
subjecta sunt.*

1. A dvocatis quoque certa Salaria præfinivit Illu-  
strissimus Saxonie Elector D. Augustus, in-  
Ord. Torgens. de Anno 1583. tit. von Advocaten und  
Procuratoribus. §. Wann die Advocaten & §§. seqq.  
2. + Sed & hi sèpius modum excedunt majora à Cli-  
3. entibus salario extorquentes. + Quidni ergo tum  
judicis moderatio expetenda esset, disponente sic  
Electore Serenissimo, in Ordin. proceſſ. judic. tit.  
4. 36. §. Zum dritten der Advocaten Belohnung. + Ac  
certè hic abusus litigantes maximè affigit, ut libe-  
raliter non saltem in judices sed & Advocatos plu-  
ra expendant, quo eorum operam & favorem si-  
bi concilient. Quorum restitutio à parte adver-  
sa iniquissime repeteretur. + Unde fit, ut adhibi-  
tā taxatione damnis potius opprimantur, quam ex  
jure reddito juventur, Petr. Gregor. Tholos. lib. 2.  
de Republ. c. 6. n. 10. Vent. de Valent. in parth. litig.  
lib. 2. c. 6. n. 10.

Ita Domini in causa D. Petri Werner contra Martin Gartmann zu Leipzig/Mense April. An. 1629. (Verba sentent. Dieweil Klägers Principal seine Advocaten-Gebühr auf ein Gewisses angegeben/ und zur rechtlichen Moderation gesetzet/ als wird solche Gebühr nach Gelegenheit dagefalls auff 35. Thh 18. Gr. billich gemäßigt/ welche Beklagter Klägers Principalen zu entrichten schuldig/ in Mangelung gülticher Zahlung wird ihm darzu gebührlich billich verhol-  
fen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Advocatus in propriâ causâ, è condemnato in ex-  
pensas exigere nequit ullum Advocati  
salarium.*

1. D ubium ergo non est, quin victus in expensas  
condemnatus etiam Salarium advocato solu-  
tum victori restituere teneatur, l. sanctimus 15. in med.  
C. de judic. bac. Const. 31. ubi Dan. Moller. numer. 1.  
2. Hartm. Pistor. obs. 140. num. 29. + At quid, si victor  
ipsem in causa propria fuerit Advocatus? + Nul-  
lum certè tum poterit exigere Salarium pro operâ,  
quam in causâ propriâ impedit, uti probat per text.  
in l. quod si domi 28. ff. locati. Andr. Gail. lib. 1. ob-  
serv. 151. n. 16. ubi in Camera Imperiali hoc obser-  
vari, testatur Bartol. in dict. l. quod si domi. 28. Ni-  
col. Boër. decis. 210. n. 4. Matth. Berlich. part. 1. concl.  
72. num. 51. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib.  
2. cens. 2. cas. 154. n. 4. & seqq.

Ita Domini in causa Hansen Voigters zu Freyberg/ M.  
Mart. An. 1632. (Verba sent. Habt ihr wider Peter Seld-  
neen daselbst wegen 100. fl. geliehenes Geldes Klage er-  
hoben/ wo auff Beklagter zu Abtragung solcher Schulde so  
wohl auch zu Erstattung der aufgewendeten Expensen  
durch Urtheil und Recht verurtheilet worden. Ob ihr nun wohl  
die aufgewandten Unkosten liquidiret / und unter andern  
auch die Advocaten-Gebühr angeben/ sc. So mag euch doch  
solche Gebühr/ gestalten Sachen nach/ weil ihr in eurer eig-  
nen Sachen selbst Advocatus gewesen / und keinen andern  
hierzu gebraucht/nicht passirt werden/ sc.)

#### DEFINIT. XIII.

*Nisi id petere velit per modum damni & in-  
teresse.*

S Ed hoc ita, nisi Advocatus in propria causa per  
modum damni & interesse Salarium petat.  
Nam si per negotium proprium tempore exclusus,  
aliis operam suam locare non potuerit, ac sic da-  
mnun ex patrocinio cause propriæ passus fuerit,  
haud certè hujus restitutionem exigere prohibetur,  
+ quia officium suum nemini debet esse damnosum,  
l. sed si quis. 7. ff. testam. quemadmodum. aper. l. si quando.  
19. vers. sed cum minime oporteat. C. de testib. Andr.  
Gail. lib. 1. obs. 151. num. 17. Matth. Berlich. part. 1.  
concl. 78. num. 52. Nicol. Boër. decis. 210. numer. 4.  
+ Quod si dicas, in expensis victoriae venire solum-  
modo expensas circa item factas, non etiam damna  
circa res alias ipsius victoris, l. properandum. 13. §.  
sive autem alterutra. 6. l. sanctimus. 15. Codic. de judi-  
c. Defin. seq. Respondet, + limitandum id esse,  
quando damnum in personâ petentis consistit, ut si  
talis sit persona, quæ ex arte sua lucrum faciat, Jas-  
son. in dict. l. properandum. 13. §. 6. n. 13. + Ex quo §  
etiam fit, ut si victor sit artifex, qui diu ex causa litigii,  
à labore suo vacat, damni hujus ratio haberi  
debeat in condemnatione expensarum, l. sed & se-  
bereditas. 11. §. 1. ff. ad exhib. Andr. Gail. dict. obs. 51.  
n. 18. Quidni ergo de Advocato in causa propriâ i-  
dem dicendum esset? + Planè, si Advocatus cum a-  
lio causam communem habeat, quin pro dimidia-  
saltem parte Salarium jure petat, ambigendum non-  
est, + quia nemo tenetur gratis postulare & patroci-  
nium præstare, Nicol. Boër. dict. loc. Andr. Gail. dict.  
obs. 151. num. 20.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Es wære  
denn/dass ihr immitreis andern zu patrociniren / und etwas  
zu verdienen durch eure eigene Sache verhindert worden/auf  
den Fall waret ihr solchen Schaden zu liquidiren/und ein Ge-  
wisses dasfür zu fordern wohl besugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Victus condemnatus in expensas victori restituendas,  
non tenetur ad damna & interesse.*

A N ergo condemnatus in expensas, etiam ad in-  
teresse & damna à victore probata tenebitur?  
+ Non certè hoc sequitur, licet Advocatus in causâ  
propriâ Salarium tanquam interesse petere valeat,  
ut demonstravi Defin. præced. n. 4. + Nec enim ex-  
pensarum appellatione veniunt damna, interesse &  
deteriorationes, sed tantum expensæ litis, Anton.  
Fab. in Codic. lib. 2. tit. 18. defin. 3. num. 10. + Con-  
demnatus ergo in expensas haud tenebitur ad resti-  
tutionem damnorum & interesse, l. sanctimus. 15. l.  
properandum 13. §. sive autem alterutra. 6. C. de jud.  
Andr. Gail. lib. 1. obs. 151. n. 4. Nicol. Boër. decis. 52.  
n. 6. Matth. Berl. part. 1. concl. 78. n. 100. Joh. Zanger.  
de except. part. 3. cap. 17. n. 43. + Nisi forsitan senten-  
tia se referat ad instrumentum, in quo debitor vel  
Reus ad damna & interesse se expressè obligaverit,  
Anton. Tessaur. decis. 135. + Tantum enim abest, hoc  
casu victim ad damna & interesse non teneri, ut et-  
iam si judex neque de instrumento neque de damnis  
PP 3 in

in sententiâ quicquam dixerit, victorem tamen jure obligationis ea separatim adhuc pôtere posse, exceptum cum Joh. Zanger. dict. cap. 17. num. 38. Jason. in l. i. C. de judic. n. 13. Joh. Garf. de expens. Et meliorat. t. 5. n. 17.

Ita Domini in causa Hansen Wollfens zu Frauenlob/ Mense Sept. Anno 1634. (Verba sentent. Seys ihr in Sachen Martin Schneider/ Klägern an einem/ euch Bellagten anders Theils betreffend/ durch Urtheil und Recht in die Un Kosten verurtheilet worden/xc. So sendt ihr alle diejenigen Expenzen, so von Klägern bey Ausübung des rechtlichen Proces aussgewendet worden/ ihm zu erstatte schuldig; die Schäden sind Interesse aber/ so ihm durch Vergug der Zahlung verursacht worden/ ist er/ gestaltten Sachen nach/ zu fordern nicht befugt/xc.

#### DEFINIT. XV.

*Nisi ratione consumacia vel in expensis retardati processus futris condemnatus.*

- 1 Dique verum est in casu, quo agitur de expensis ratione victoriae, Defin. preced. † Ceteroquin, si ex contumacia actor vel Reus fuerit condemnatus in expensis, tum non solum expensis litis & retardati processus, sed etiam damna & interesse restituere tenebitur, l. sancimus. 15. Codic. de judic. Andr. Gail. lib. i. obs. 115. n. 14. Anton. Tess. decis. 67. n. 4. Nicol. Boér. decis. 52. num. 6. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 2. casu 154. num. 1. 5 seq.
- 2 † Quod & tunc verum est, quando fuerit condemnatus in expensis ratione retardati processus §. i. vers. bac autem omnia inst. de pæn. temer. litig. l. non ignorat. 4. Codic. de fructibus & lit. expens. l. ult. Codic. quando provoc. non est necess. Jason. in l. properandum. 13. §. five autem alterutra. 6. n. 23. C. de judic. Nicol. Boér. dict. decis. 52. n. 6.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es wäre dann, daß ihr ex contumacia, oder weil ihr frivole geläutert hättest/ in die expensis retardati Processus waret vertheilet worden/auff den Fall waret ihr auch Klägern zu Gestung der verursachten Schäden und Interesse verbunden/xc.)

#### DEFINIT. XVI.

*Actor spoliatus in itinere non potest repetere damni restitutionem à Reo, quantumvis ex causâ contumacia in expensis is fuerit condemnatus.*

- 1 Non tamen generaliter ac indifferenter damna quævis refarcire ac restituere tenebitur victus in expensis condemnatus, neque ea, quæ victori ad judicium proficiscenti in itinere à prædonibus ablativa fuere. † De quo certè minus dubitaveris, si in litis expensis ratione victoriae Reus sit condemnatus, quia nempe tum victor damnorum restitutionem prorsus repetere prohibetur, ut dixi Definit. 14.
- 2 † Sed nec melior erit conditio actoris, propterea quod ex contumacia Reus sit condemnatus in expensis, † Obligatus enim tum est Reus ad interesse & damna, saltem intrinseca, non extrinseca, neque principaliter sed per quandam saltem non necessariam consequentiam, ex morâ provenientia, qualia sunt, si litigans eundo ad judicem à Latronibus sit captus, spoliatus, vel equus in itinere mortuus.
- 3 † Hæc enim damna extrinseca quia hæud veniunt sub appellatione expensis, restituenda non erunt parti adversæ, sive de expensis contumaciae, vel retardati processus, sive de expensis victoriae agatur. Anton. Tessaur. decis. 67. n. 4.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Auf den Fall waret ihr auch Klägern zu Gestung der verursachten Schäden und Interesse verbunden; aber dasjenige/ so ihm unterwegs abgeraubt worden/ sendt ihr ihm in seinem Fall zu erstatte und zu bezahlen pflichtig/ V. N. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Victus victori etiam expensis in termino moderationis fastas restituere tenetur.*

**A** Quissimum sanè est, ut victus victori etiam expensas, in termino moderationis expensarum prius adjudicatarum factas, restituat. † Sicuti & sumptus, quos pro consequendis expensis jam taxatis & non soluti impendere necesse habuit, Matt. Col. de process. execut. part. 3. c. 9. num. 175. Et seq. † Aliter enim si diceremus, vix condemnati malitiam & dampnum expensarum victor effugere poterit, contra dispositionem juris in l. sancimus. 15. C. de judic. bac Const. 31. † At, inquietus, cum Matth. Berlich. part. i. concl. 78. num. 95. nunquam litium finis erit, si semper expensæ moderationis sint restituendas, cum sine moderatione nulla debantur, nec moderationis absque expensis fieri possit, & ita lis ex lite nescitur, contra l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expens. † Sed metuendum hoc non erit, si victor in termino moderationis, & casis ipsas expensas, quas in termino moderationis facere coactus est, liquidet ac moderationi judicis submittat, quod omnino facere tenetur. † Hoc enim si neglexerit, pœnam negligenter luet eam, quod moderationis expensas denudo petere volens, non audiatur.

Ita Domini in causa Marci Antonii von Harren contra Hansen von Wirthen & consortes zu Leipzig / Mense Dec. Anno 1631.

In causa der Pfälzerischen Erben contra Dieterichen Schöndorff/ Mens. Jun. An. 1632.

Et in causa Georgii Sandritters contra Merten Schönau/ M. Majo Anno 1633.

#### DEFINIT. XIX.

*A moderatione expensarum appellare quoque ac leuterare licet.*

**M**oderatio expensarum quia arbitrio judicis committitur, b. Const. 31. §. ult. Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 36. §. und viewol. Supr. defin. 6. facile accidere potest, ut condemnatus per taxationem se gravatum existimet: † Quid enim si judex arbitrium suum nimium extendet, vel taxando expensis in mitiorem partem ultra modum inclinet, & se gratiosum exhibeat, † aut errori ejus quid imputetur, ut sepius in materiis ejusmodi arbitrariis fieri solet: Anne revocari poterit immoderata expensarum taxatio & error corrigi? † Non certè, per text. in l. terminato. 3. sub fin. C. de fruct. & lit. expens. siquidem judex, postquam sententiam semel tulit, functus est officio l. judex postea quam 55. ff. de rejud. † Et corrigi nequit sententia definitiva, quoad casum principalem semel lata, Zaf. in l. quod justit. 14. de rejud. c. 311. † Ergò nec quoad expensas, quæ accessorie veniunt, de quibus idem juris est, quod de causa principali, L. f. deposit. 4. C. deposit. Nihilominus gravato succurrendum est per applicationem vel leuterationem. † Etenim, si pars altera se in taxatione expensarum gravatam dicatur, appellare vel leuterare ei omnino licet, per text. in l. ult. C. quando prov. non est necess. Dan. Moll. bic n. 8. Bartol. in l. ab executor. 4. ff. de appellat. n. 13. Matth. Berlich. part. i. concl. 78. n. 94.

Ita Domini in causa heredum Egidi Beders contra Georg. Kurschen ventilata in Prætorie Lipsiæ, Mens. Nov. Anno 1618.

It. in causa Matthes Keglers contra Michael Schmiedens Mens. Mayo Anno 1630.

Et in causa Christophor. Limmers contra Gerhard Voßkern/ M. Febr. Anno 1631.

#### DEFINIT. XIX.

*Expensas, que ante omnia sunt refundenda, sufficiunt per compensationem.*

**N** Eutiquam confundendas sunt expensæ, in quas actor in uno termino, Reus in altero ex contuma-

tumacia forsan fuerit condemnatus. † Non enim, qui condemnatus est in uno termino ex causa contumacia, & postea in causa principali victor existit, repetere valet expensas primi termini, quas vel adhuc debet, vel jam solvit, l. *damni infecti*. 43. §. *cum parietem*. 1. ff. de *damn. infect.* l. si *pignore* 22. ff. de *pign. action.* † Compensatio tamen admittitur, si nondum soluta fuerint. Quantumvis enim litis expensae ob contumaciam debitæ ante omnia sint ex-solvendæ, l. *sancimus*. 15. C. de *judic.* † Non tamen faciet ea res, quo minus cum eo, quod victor vicissim victo debet, compensari possint, si modo liquidum id sit, & statim solvendum, quia compensatio vicem solutionis obtinet, l. si *constat*. 4. Et tot. sit. C. de *compensac.* Ant. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 29. numer. 2. † Ergo, si nihil sit, quod in principali negotio condemnationem remotari possit, non male decernet judex, si, quantum ob expensas contumaciz actor Reo debuit, tantum de Rei condemnatione detrahatur, † cum possit compensatio opponi etiam in executione judicati, l. *cum militi.* 26. §. 4. ff. de *compensat.* Anton. Fab. dict. definit. 29. num. 3.

Ita Domini in causa Hansen Fuchsens contra Paul Böhmen zu Leipzig/ Mensc Mayo An. 1628.

Item in causa Petri Plechschmieds contra Christoph. Fürleger zu Leipzig/ M. April. An. 1630.

In causa Hansen Hennings contra Georg. Rudolph. Gangloffen/ M. Jan. An. 1631.

Et in causa Tobias Siemans contra Dieterich Hoppen/ Mensc Mayo An. 1633.

#### DEFINIT. XX.

*In expensis judex victimum condemnare potest ex officio, parte etiam non petente.*

Condemnare potest judex victimum in expensis, non solum ad instantiam partis, sed etiam ex officio, parte non petente, l. *sancimus*. 15. C. de *judic.* L. *ediles*. 25. §. *item sciendum est*. 8. ff. de *adil. edict.* l. *cum fundus*. 31. ff. de *reb. credit.* Ordinat. process. judic. Elect. Saxon. tit. 36. §. So wollen wir. versi. Da es auch gleich nicht gebeten würde / doch zu der Richter Ermäßigung stehen soll: Ob sie nach Bes- findung auff die expens erkennen wollen. † Nimirum, quia ad officium judicis pertinet reprimere malitiam litigantium etiam non requisitum, quod fit per adjudicationem expensarum, † que propterea non intermittenda, quia dantur fomenta destabilis iurgii, cum improbi vincuntur illæsi, ut notat ex Heimins, tom 3. con 8. p. 108. Ventur. de Valent. in *parthen. litig.* lib. 2. cap. 6. num. 11. Herm. Vul- tej. ad pr. inst. de pen. temer. litig. num. 21. Joh. Goedd. in L. 22. num. 17. ff. de V. S.

Ita Domini in causa Melchior Hasselbachs zu Pottichau/ M. Sept. An. 1618. (Verba sent. Seyd ihr von George Wan- lebens Zusprüchen und der wider euch angestellten Klage durch einen Gerichtlichen Abschied losgezehlet und absolviert/ der Unkosten aber darbei ganz nicht gedacht worden. Wann nun gleich den Gerichten nach Besfindung der Sachen/ zu Erstattung der aufgewendeten Expensen, wann ihr auch gleich solche nicht gebeten/ Rädern ex officio zu vertheilen frey gestanden/ ic.)

#### DEFINIT. XXI.

*Lite principali per sententiam finitam, band peti pos- sunt peculiari actione litis expense, que non nisi officio judicis debebantur.*

Ex officio ergo judex victimum condemnare po- test in expensis, si velit, parte etiam non petente. Defin. preced. Si tamen id non fecerit, nec victimum in expensis non petit, condemnaverit, † nullatenus peccat, nec quicquam ei poterit imputari, l. dies cautions 4. §. hoc autem judicium, 8. ff. de *damn. infect.*

Dan. Moller. lib. 1. semestr. 8. circa fin. Job. Schnei- dew. ad §. omnium. 1. n. 128. inst. de *action.* Mynting. cent. 2. obs. 22. † Aliter vero se res habet in casu, quo expensæ fuerint à parte petitæ; Nam tum judex præcisè tenetur victimum in expensis condemnare; † Idque si facere neglexerit, parti tenebitur, l. prope- randum. 13. §. five autem alterutra 6. l. *sancimus*. 15. vers. si hoc prætermiserint. C. de *judic.* Bartol. in dict. l. properandum. 13. §. 6. numer. 5. Pract. Papiens. in forma libelli. in *actione reali.* §. Et expensis presentis cause. num. 8. † Neque enim victor post latam sen- tentiam in causa principali expensis à victo novâ actione petere potest, † quia finita principalis ne- gotii lite, nulla superesse potest controversia de ex- pensis, quæ non ex conventione, sed officio tantum judicis debitæ fuerunt, l. terminato. 3. C. de *fru- cib.* Et *lit. expens.* Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. Defin. 82. † Siquidem officio judicis locus nul- lus relinquitur finita jam lite, cum ex quo tempo- re sententiam definitivam tulit, judex esse desierit, l. *judex posteaquam*. 55. ff. de *re judic.* l. centum Ca- pue. 8. ff. de eo quod cert. loco l. qui per collusionem. 49. §. 1. ff. de *act. empt.* l. *quaro.* 54. ff. locat. l. 4. C. deposit. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 4. num. 4. † Plani, si victor sententiæ judicis acquie- verit, nec eam per leuterationem vel appellatio- nem suspenderit à viribus rei judicatae, vix ei nomi- ne expensarum adversus judicem regressum compe- tere putaverim, quia in sententiam & omissionem expensarum consensisse videbitur.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Die weil aber dennoch sold es nicht geschehen/ und der Expensen in be- mältem Abschied ganz nicht gedacht worden/ ic. So seyd ihr nunmehr solche Experten von Klägern absonderlichen zu fo- bvern / oder ihn deswegen ferner zu belangen nicht befugt/ B. R. B.)

Et in causa Gregor. VVeskens zu Vendorff/ Mensl. Doc. Anno 1636.

#### DEFINIT. XXII.

*Expensis vero, que jure actionis debentur, etiam post latam sententiam, victor actione peculia- ri petere potest.*

Sed obtinet hoc saltem in expensis, quæ debentur ex officio judicis mercenario: quomodo ut pluri- sum deberi solent expensæ litis, quarum conde- mnatio propter temerariam litem & in ejus poenam infigitur, §. 1. inst. de *pan. tem. litig.* l. 4. C. de *fru- cib.* Et *lit. expens.* Ant. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 35. defin. 4. n. 4. † Secus est in expensis, quæ debentur ex jure actionis, putâ ex conventione, quia in instru- mento per solemnum stipulationem fuerunt promis- se. † Hasce à judice omissas petere potest victor via ordinaria, etiam post latam sententiam. Jason. ad l. properandum. 13. §. five autem alterutra 6. C. de *judic.* n. 28. Anton. Fab. in Codic. de *judic.* lib. 7. tit. 18. defin. 3. n. 5. † Ratio diversitatis in eo consistit, quod officio judicis locus, ulterior non sit finitâ lice principali, ergo nec circu expensas, quæ officio tantum judicis debebantur. † At quæ ex conventione de- bentur expensæ, peti possunt jure actionis peculia- ris, quæ per determinationem litis principalis subla- ta non est, Ant. Fab. dict. defin. 4. n. 4. † Deinde, fini- ta principalis negotii lice de expensis, officio judicis saltem debitæ, propterea nulla superest controver- sia, quod post absolutum dimissumque judicium, ne- fas sit litem alteram consurgere ex litis prima ma- teria, l. terminato. 3. C. de *fru- cib.* Et *lit. expens.* † Quæ ratio cessat in expensis ex conventione debitæ, quæ si jure actionis petantur, lis nova non ex lice veteri, sed ex obligatione & conventione ipsa consurgit, Anton. Fab. dict. defin. 4. n. 3.

Ira Domini in causa Adami Kauschwizens zu Plauen/Mens. Octobr. Anno 16 9. ( Verba sentent. Ob nun wohl in selbigem Urtheil der Unkosten ganz nicht gedacht worden/ se. So seyd ihr doch dieselbe/ weil sich Gegenthil in dem auffgerichteten Conract darzu ausdrücklich verpflichtet/ und sie also ex conventione und iure actionis euch gebühren/ nochmahl zu fordern wohl befugt/ und wann Beklagter mit seiner Nothdurft vernommen/ ergehet der Erstattung so wohl der moderation halber ferner was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Ex contumacia quoque vel delicto si que debentur expense, post item finitam etiam numerum peti possunt.*

- 1 **A** Junct quoque, aliquando expensas non esse in obligatione, neque officio judicis deberi, sed tamen jure actionis peti posse, quales sunt, quae debentur ex contumacia, quas placet peti posse actione in factum, l. i. ff. si quis jus dicent. non obtemp. Pract. Papiens. in forma libelli att. real. vers. & expensis presentis caus. n. 9. Apostill. ad Guid. Pap. quest. 55.
- 2 † Quo exemplo sunt, qui idem putant de expensis, quibus punitur temeritas & negligentia appellantis, quasi possint peti condictione ex e. reprehensibili. 26. extr. de appellat. & sic iure actionis, Anton.
- 3 Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 3. n. 5. † Huc & refero expensas ex delicto debitas, ex quo non minus atque ex conventione obligantur, tot. tit. inst. de Ob-
- 4 ligat. qua ex delict. nasc. † Idque eò magis, quod tum expensæ sint pars poenæ ac coercitionis, qua
- 5 neutquam remitti debet, † Ac in genere, quotiescumque debentur expensæ jure actionis, separatum post litera finitam recte petuntur, nempe quod harum actio per determinationem negotii principalis haud fuerit sublata, Defin. præced. Anton. Fab. dict. defin. 3. n. 5. in fin.

Ita Domini in causa Hansen Sengers zu Liebenwerda/M. April. Anno 1635. ( Verba sent. Ist in Injurien-Sachen euch und euer Weib Klägere an einem Thomas Hankeln Beklagten anders Theils zu Recht erkannt/ daß die libellirten injurien zur Nothdurft erwiesen/ derowegen Beklagter euch und euerm Weibe eine Christliche Abbitte vor Gerichte zu thun schuldig/ und möchte hierüber willkürlicher entweder ein 6. Tage lang mit Gefängniß in Straße gewommen werden. Ob nun wohl in angeregtem Urtheil/ so Kraft Rechtfestens erreicht/ der Unkosten nicht gedacht worden/ So ist euch doch solche bei Beklagten absonderlich zu suchen und gebühren zu liquidiren unbensonnen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIV.

*Victus regulariter victori in expensas condemnari debet, & quatenus hoc verum sit in causis criminalibus.*

- 1 **R** Egula est vulgaris in omnium fere hominum ore: Victum victori in expensas litis condemnandum esse, l. 79. in pr. ff. de judic. l. ult. C. quando prov. non est necff. l. 4. C. de fruct. & lit. expens. Joh. Goedd. in l. 7. n. 9. ff. de V.S. Pract. Papiens. in form. libell. att. real. verb. & expensis n. 3. Ventur. de Valent. in part. litig. lib. 2. c. 6. n. 11. & seqq. † Quam generaliter intelligent de eo etiam, qui liti renunciavit, quod facere non potest invito adversario, Jason. in l. properandum. 13. §. five autem alterutra. 6. 3. n. 2. l. de judic. † nec non de heredibus, si defunctus non habuerit justam causam litigandi, quia litis iniuria cum omnibus coherentibus transit in heredem, Bartol. in l. si eum hominem. 33. ff. de fidejuss. 4. n. 1. & seqq. Jason. dict. loc. † modò defunctus ex contumacia non fuisset condemnandus in expensas,
- 5 l. un. §. ult. ff. si quis jus dicent. non obtemp. † quia contumacia est delictum, l. 6. §. 2. ff. de remilit. quod heredes non obligat. §. non autem omnes. l. inst. de perpet. & temp. action. § 9. vors. ideoque constat. inst. de Lege Aquil. Matth. Berlich. part. i. concl. 78. n. 9.

ubi regulam pluribus illustrat ampliationibus. Sed num etiam † in causis criminalibus victor tenebitur victori in expensas? Utique, si actor in probationibus criminis objecti deficiat, Jas. dict. l. 13. §. 2. n. 21. C. de judic. Jul. Clär. l. 5. sent. §. ult. quest. 62. n. 4. & ibi in addit. Joh. Bajard. n. 16. & seqq. Ventur. de Valent. dict. cap. 6. n. 12. Andr. Gail. lib. 1. observ. 151. n. 1. Modest. Pistor. part. i. quest. 11. n. 1. & seqq. Felin. in cap. accedit. 23. X. de accusat. n. 3. † Sed Reus de crimine convictus tum demum in expensas condemnandus est, quando nullà sanguinis poenâ, hoc est ultimo supplicio, vel poenâ corporis afflictivâ afficitur, ut multis argumentis probavi in practica mea criminali part. 3. quest. 138. n. 7. & seqq. Velut etiam docent Matth. Coler. part. 1. decif. 214. num. 4. Matth. Wesenb. in pr. inst. de publ. judic. n. 11. Jul. Clär. dict. quest. 62. n. 10.

Ita Domini ad consultationem D. Andreæ Tallingers fit Eisleben/ Mens Decembr. Anno 1631. ( Verba sentent. Dafern aber Gefangener nicht peinlichen/ sondern allein mit Landes-Verweisung in Strafe genommen würde/ so wäre es auch auf solchen Fall zugleich die auf diese ganze Sache gewendete Unkosten auf Richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Quando lis una plura babet capita, expensa pro uno capite compensari, pro alio adjudicari possunt.*

**T**enenetur ergo victus victori ad expensas, Defin. preced. At quid, si actor in libello plura capitula separata & distincta proposuerit, quorum unum probaverit, reliqua non, & sic in uno victor existit, non item in aliis? † Pro rata victoriz actor in expensis obtinebit, ut recte sentiunt Nicol. Boér. decif. 74. Anton. Fab. in Codic. tit. 18. definit. 27. † Iniquum enim esset, Reum condemnari in omnes 3 indifferenter expensas, cum in plerisque capitulis libelli justam litigandi causam habuerit, nec victus sit, l. qui solidum. 78. §. 1. ubi Bartol. ff. de legat. 2. † Nec tamen ab omnibus expensis est absolvendus, 4 quia in uno saltem capite nullam litigandi causam habuit, l. eum quem temere. 79. ff. de judic. Anton. Fab. dict. defin. 29. n. 5.

Ita Domini in causa Vincentii Remsingks zu Bonna/M. Jul. Anno 1622. ( Verba sentent. Darneben ist er auch die Expensen, wie vbel derselben auf die reservirte Puncta, weil er nunmehr durch seinen Ungehorsam damit fällig worden/ gänzlich/ jedoch auf vorgehende Liquidation und richterliche Ermäßigung zu erstatten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Compensari debent expensæ, si victus justam litigandi causam habuerit.*

**N**on semper tamen victus victori tenetur ad expensas: Quid enim, si victus justam litigandi causam habuerit? Omnino ab expensis erit excusandus, l. qui solidum. §. etiam Respublica. 2. vers. nec aliter servatur ff. de legat. 2. l. eum quem temere. 79. ff. de judic. † Etiam in foro Saxonicº propter sanctionem manifestam Illustrissimi Electoris, in Ordin. process. jud. tit. 36. §. So wollen wir, vers. seines Vornehmens nicht erhebliche Ursachen gehabt. Hartm. Pistor. part. i. q. ii. n. 1. Andr. Gail. l. 1. observ. 151. n. 23. † Non enim ratione victoria debentur expensæ litis victori, sed ob temeritatem victi, ex regula juris, de qua in l. 79. ff. de judic. † At nulla existit temeritas aut culpa ejus, qui justam litigandi causam habuit, Anton. Fab. in Codic. l. 7. tit. 18. defin. 4. num. 3. † Nisi forsitan expensæ fuerint promissa & sic debentur ex contractu atque conventione, Hartm. Pistor. dict. q. ii. num. 2. & seq. Jason. in l. properandum 13. §. five autem alterutra. 6. num. 3. C. de jud. Lanfranc.

franc. de Orian. ad cap. quoniam. II. ext. de probat.  
¶ Planè licet victus justam litigandi causam habuerit, si tamen ratione contumacia, forsitan in tota causa vel uno saltem termino, ut contumax succubuerit, in expensas condemnari debet, Jason. dict. loc. n.7. Specul. l.2. part.3. tit. de expensis. §. si ante litis contestationem n.5.

Ita Domini in causa Gabriel Hillesohns contra Hansen Rudolphen ventilata in Praetorio Lipsiensi, M. Mayo, An. 1623. (Verba sentent. Dass Beklagter Klägern die geforderten 628. Gl. benebenst den Landüblichen Zinsen à tempore mora abzutragen und zu zahlen verpflicht, die aufgewendete Unkosten aber werden aus beweglichen Ursachen gegen einander compensiret und aufgehoben/ V.R.W.)

Item in causa Tobiz & Georgii der Kühnen contra Caspar. Müllern/ M. Nov. An. 1615.

Et in causa Thomae Michaelis contra Jacobum Spaltey- sen/ M. Jun. An. 1631.

#### DEFINIT. XXVII.

*Ex juramento suppletorio condemnatus non solvit  
expensas victori.*

¶ Cum non ratione victoriae debeantur expensæ li-  
tis victori, sed ob temeritatem victi, Definit.  
præced. num.3. tutò inferre licet, à restitutione ex-  
pensarum merito excusari condemnatum, qui causâ  
etiam quacunque temeritatem purgare valet, Anton.  
Fab. in Codic. l.7. tit. 18. defin. 4. † Quid enim,  
si victus unum duntaxat bonum testem pro sua par-  
te produxerit? † Victoriam sane litis vel saltem  
mediante juramento suppletorio sperare potuisset,  
ut propterea expensarum restitutione gravandus  
haud sit, Bald. in l. admonendi.31. ff. de jurejur. n.22.  
¶ Perinde, ac si communem Dd. opinionem, Jacob.  
Menoch. l.2. præsumpt.71. num.3. † Vel etiam duo-  
rum clarissimorum Dd. aut saltem unius consilium  
pro se habuerit, Fulv. Pacian. l.2. de probat. c.41. n.256.  
Andr. Gail. l.1. observ. 152. n.6. Jalon. in l. properan-  
dum. 13. §. sive autem alterutra.6. num. 8. C. de jud.  
quem propterea in expensas haud condemnandum,  
ajunt, quod justitia causæ sibi persuaderi pas-  
sus fuerit. † Veluti etiam si persona honestæ &  
fide dignæ pro aliquo testari promisissent, nec tamen  
id fecissent, juxta Joh. Crot. de testib. part.3. n.156.  
Omnium maximè verò temeritatis suspicionem ef-  
fugit, † qui condemnatus est saltem ex juramen-  
to actoris suppletorio, Jason. dict. loc. n.10. Jacob.  
Menoch. de arbitr. Jud. quest. l.2. cent. 2. Jas. d. l.  
num.8. & seqq. Anton. Tessaur. decis. 236. num. 1. &  
seqq. Nimurum, quod actor duntaxat semiplene  
probaverit, ubi victus facilimè credere potuisset,  
actorem haud juraturum esse, † cum plerique me-  
tu divini numinis usque ad superstitionem sint ti-  
midì ad jurandum, ut loquitur Ulpian. in l. qua sub  
conditione. 8. ff. de condit. inst. l. cum quidam 21.  
vers. neque enim C. de fide instrum.

Ita Domini in causa Hansen Hoffmanns contra Moritz  
Gelicken zu Leipzig/ M. August. An. 1632. (Verba sent. Wür-  
de Hans Hoffmann des ersten Zeugnis behin 7. und des ad-  
deren Zeugnis behin 11. Articul. gehane Aussage mit seinem  
Eide bestärcken/ und also in supplementum schweren / in-  
massen er zu thun schuldig / so erscheinet aus dem geführten  
Zeugnis so viel/dass er dasjenige/ so er sich zu beweisen ange-  
masset/ zur Nothdurft erwiesen und beybrachte; derowegen  
ihme das streitige Haus um die gesagte Kauf-Summa der 2500  
Gl. gerichtlichen ößlich adjudicaret und zugeschlagen wird/ die  
aber von beyden Theilen aufgewendete Unkosten werden ge-  
gen einander compensiret und aufgehoben/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Victus ab expensis excusat, quando pro se habuit  
instrumentum obligatorium, vel ob honorem  
servandum litigavit.*

¶ Non videtur etiam temerarius litigator, qui  
pro parte saltem obtinuit, Modest. Pistor. con-  
Carpz. Definit. Vol. I.

fil.29. quest.3. n. ult. Nicol. Boér. decis. 74. n. 1. & ult.  
Jac. Menoch. de arbitr. jud. quest. cent.2. cas. 177. n.5.  
† Vel in prima instantia, succubuit autem in appella-  
tione vel leuteratione, Andr. Gail. l.1. observ. 152.  
n.5. Joach. Mynsing. cent. 2. observ. 89. † Aut si pro-  
batio ejus fuerit elisa per reprobationem contrari-  
am, Jason. in l. properandum. 13. §. sive autem alteru-  
tra.6. n. 8. Codic. de judic. Jacob. Menoch. dict. cas.  
177. n.19. † Vel si iussu superioris item suscepit, 4  
Jacob. Menoch. dict. loc. n.16. Cavalc. part.1. decis. 14.  
n.1. & seqq. † Aut, si habuerit testes, qui extra judi-  
cium jactabant, se scire veritatem, at producti in-  
judicio recedunt, vel contrarium deponunt, vel ju-  
dicio pendente moriuntur, Jac. Menoch. dict. loc.  
n.11. Jas. in dict. l.13. §. 6. num.8. † Neutro itaque 6  
casu tenebitur victus in expensas, quia condemna-  
tio solius temeritatis poena est, non præmium victo-  
riæ, ut notant Dd. in l.29. ff. de judic. Anton. Fab. in  
Codic. l.7. tit. 18. defin. 4. n.3. † Similiter & victus 7  
excusabitur ab expensis, si litigaverit ob honorem  
servandum, Domin. Arum. part. 2. decis. 9. n.19. Ja-  
cob. Menoch. dict. cas. 177. num. 14. † Vel si habue-  
rit pro se instrumentum obligatorium, contra quod 8  
fuerit ostensa solutio vel acceptilatio, Rebuff. in-  
tract. de expens. damn. & intereff. art.1. Gloss. un. n.36.  
† scilicet, quia & conservatio honoris, & instrumen-  
tum obligatorium temeritatem purgat.

Ita Domini in causa heredum Joachimi à Schmiedberg  
contra Clausens von Schniedberg Land-Erben an George  
von Winterfelden/ M. Mayo, An. 1633.

Et in causa Hieronymi Kirchners contra Heinrich Löwen  
zu Leipzig/ M. Mayo, An. 1634.

#### DEFINIT. XXIX.

*Veneratione Consanguinitatis & affinitatis, vel ra-  
tione honestatis personæ, expensarum condemna-  
tio plerumq. vieto remittitur.*

Quando inter fratres vel consanguineos proximi-  
mores lis tractatur, non est locus regulæ, quæ  
vult victum victori in expensas litis condemnari,  
l. properandum. 13. §. sive autem alterutra.6. C. de ju-  
dic. † Sicuti & inter affines lite mota, hæc regula  
cessat, ne scilicet ex condemnatione expensarum,  
odia exacerbentur inter eos, qui sanguine vel affi-  
nitate sunt conjuncti, Anton. Fab. in Codic. l.7. tit. 18.  
defin. 63. n. 2. † Planè, nec victum in expensas con-  
demnandum dixerim, quando est persona valde ho-  
nesta, magnæ & spectatæ fidei & vita, non solum,  
quod reverentia aliqua huic debeatur, sed etiam,  
† quia hoc casu cessat præsumptio temeritatis, quæ  
condemnatione expensarum coerceri debet, Supr.  
Defin. 26. n.3. Jas. in repet. l. admonendi.31. ff. de jure-  
jur. n.182. Matth. Berlich. part.1. conl. 73. n.23. Joh.  
Crot. de test. part.3. n.152. † Sed hæc ita, nisi manife-  
sta calumnia dolusque malus ejus, qui succumbit, ar-  
guatur, nam tum nec conditio personæ, nec conjunc-  
tio affinitatis aut consanguinitatis, quenquam à  
condemnatione expensarum liberabit, Anton. Fab.  
dict. defin. 63. n.4. † scilicet, ne dolus aut calumnia 6  
maneat impunita, l.1. ff. simulier ventr. nom. l. Procu-  
rator. II. §.1. ff. de dol. mal. except.

Ita Domini in causa Daniel Bielers Kinder contra Ni-  
clas Richtern/ M. Febr. An. 1628.

Et in causa Georgii Stribels contra Daniel Clausen zu  
Dresden/ M. Octobr. An. 1635.

#### DEFINIT. XXX.

*Victus ab expensis liber est, si de calunnia  
juraverit.*

Non facilè dubitaverit quis, actorem vel Reum  
referentem juramentum parti adversæ eo ipso,  
quo de calunnia jurare tenetur, suspicionem te-  
merita-

meritatis purgare, quippe quod juramentum calumniae ad compescendam temeritatem contentiosorum hominum in lites facile prouentum, fuerit ad inventum, l. i. ubi Dion. Gothofr. C. de jurejur. propt. column. & ibi Joh. Sichard. num. 9. Vent. de Valent. in partibus. litig. l. 2. c. 6. n. 16. † Quantumvis igitur pars adversa, praetito juramento sibi delato, in causa vincat, haud tamen deferens victus in expensas condemnari poterit, scilicet, † quia sola temeritas, non etiam victoria litis condemnationem expensarum importat, Supr. defin. 26. num. 3. Ant. Fab. in Codic. l. 7. tit. 18. defin. 4. n. 3.

Ita Domini in causa der Gemeine zu Wüllenig contra die Gemeine zu Röselig an Wolff Heinrichen von Schleinig/ Mense Nov. Anno 1603. ( Verba sentent. Dieweil beyde Parteien die im jüngst-gesprochenen Urtheil ihnen zuerkannete Ende wärdlichen geleistet und geschworen / so werden nunmehr Beklagter von angestellter Klage billig entbunden / die aufgewendete Unkosten aber aus beweglichen Ursachen gegen einander verglichen und aufgehoben/ B. R. W.)

Et in causa Georgii Sandritters contra Martin Schönen zu Leipzig/ M. Decembr. Ann. 1633. ( Verba sent. Dieweil beyde Parteien/die in unserm jüngst-gesprochenen Urtheil ihnen zuerkannete Ende wärdlichen geleistet und geschworen / so wird nunmehr Beklagter von angestellter Klage billig entbunden / die Gerichtskosten aber werden aus beweglichen Ursachen gegen einander compendiaret und aufgehoben/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXI.

*Condemnatus ex juramento litis decisorio nullas debet expensas.*

**E**xpensarum condemnationi, quæ temerè liti-  
gantibus pœna nomine infligenda est, haud sit obnoxius, qui jusjurandum inficiant detulit, aut deferenti superstitione fortasse religionis venerati-  
one retulit, si jurante adversario vincatur, Bald. &  
Dd. in Aarb. Gener. liter. C. de Episc. & Cleric. An-  
ton. Fab. in Codic. l. 4. tit. 1. defin. 1. n. 6. † Quod qui-  
dem minus dubium habet in actore si Reus jurave-  
rit, praetito nimirum prius à deferente juramento  
calumnia, quo ipso temeritas actoris satis purgata  
est, ut merito quoque pœna temeritatis, quæ est con-  
demnatio expensarum, cessare debeat, juxta tradita  
3 Defin. præced. † At, nec reus in expensas conde-  
mnatus erit, si actor juramentum relatum praestite-  
rit, nempe quod vicit, etiamnum pejeret, † jus  
tamen sibi dicere credatur, l. 5. in pr. ff. quar. rer. att.  
non dat. ex quo testimonium ejus de adversarii te-  
meritate non parùm redditur suspectum, † cum  
omnibus in re propria dicendi testimonii faculta-  
tem jura submoverint, l. omnibus. 10. junct. l. etiam 3.  
C. de testib. † Sufficere ergo debebit actori, quod  
probandi necessitate fuerit exoneratus, ob idque vi-  
cerit, arg. l. eum qui 30. ff. de jurejur. Anton. Fab.  
dict. defin. n. 10.

Ita Domini in causa Catharinen Margarethen/Christian Reisigers Eheverbts contra Paul Langen zu Freyberg/ Mense Mart. Anno 1632. ( Verba sentent. Dieweil Klägers Princi-  
palin nunmehr den referirten End wärdlichen geleistet; so  
ist Beklagte alle und icde libellirte Gerädestückten Klägern zu  
erstatte schuldig/die von beyden Theilen aufgewendete Unko-  
sten aber werden aus beweglichen Ursachen gegen einander  
billig compendiaret und aufgehoben/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXII.

*Moderanda quoque sunt expense immodice & super-  
flue, quantumvis debitor nuda Creditoris assertione  
super iisdem stare promiserit.*

**S**æpius accidit, ut debitor in casum haud factæ  
solutionis, non modo ad interesse, sed etiam ad  
omnes expensas judiciales & extrajudiciales se obli-  
get, ac quidem nullà Creditoris assertione super ex-  
pensis liquidatis stare promittat; Ex quo postea  
controvertitur, an moderationi sive taxationi judi-

eis super expensis locus relinquatur? † Negari sane  
nequit, moderationem expensarum in favorem vi-  
eti induc tam esse, ne is plus æquo gravetur, Andr.  
Gail. 1. obf. 151. n. 11. † At cum favori pro se introdu-  
cto quilibet renunciare queat, l. si judex 41. vers. quia  
unicuiq. ff. de minor. l. pactum. 46. sub fin. ff. de pact.  
l. 29. C. eod. tit. Cur non valebit pactum inter litigatores,  
ut stetur dicto partis, super expensis in li-  
te factis? † Quod & placet Dan. Moll. bīc num. 6. 4  
Joach. Beust. in l. 17. ff. de jurejur. n. 3. & seq. Petr.  
Heig. part. 2. qu. 3. n. 18. Sed concesserim hoc in sum-  
ptibus probabiliter impensis. † Cæteroquin, si vi-  
ctor immensas & superfluas expensas liquidaverit,  
non minus eas atque interesse ( de quo dicam infr.  
part. 2. Const. Elect. 30. Defin. 15.) ad arbitrium  
boni viri seu judicis Ordinarii reducendas existima-  
verim, cum Ant. Hering. de fidejuss. c. 26. num. 75. &  
seqq. Heig. dict. loc. Joh. Thoming. decis. 37. Joh.  
Schneidew. ad inst. de success. lib. n. 10. † Quia in o-  
mni promissione modicum & superfluum excludi-  
tur, l. sciendum tamen est 19. §. illud sciendum est. 4.  
ff. de adil. edict. l. 30. de oper. libert. l. 3. C. de dot. pro-  
miss. Joach. Beust. dict. loc. n. 10. † Et quis non ani-  
madvertisit, pactum litigatorum de stando partis di-  
cto super expensis, non tam moderationem super-  
fluorum sumptuum, quam moram taxationis ex-  
cludere, quod certè ita omnino explicandum est,  
† ne materia detur delinquendi & victimum nimis  
gravandi, contra l. illud convenire. 5. ff. de pact. do-  
tal. l. si unus. 27. §. illud 3. §. pacta que turpem. 4.  
ff. de pact. † Planè, si victimus promiserit stare assertio-  
ne victoris jurata super expensis, quin promissio  
hæc subsistat, adeoque taxationem judicis excludat,  
non multum ambigerem, propter l. jusjurandum. 17.  
ff. de jurejur. & pluribus id probat Matth. Berlich.  
part. 1. concl. 78. n. 77. & seqq.

Ita Domini in causa Hansen Ranchen contra Christian Hoffmannen ventilata in Praetorio Lips. M. April. An. 1623. ( Verba sentent. Dass die von Klägern ohne Ende angegebene Unkosten/ seitnes Fürwendens ungeachtet/auff 293. fl. 3. Gr. 5. Pf. gemäßiger werden/welche Beklagter Klägern zu erstat-  
ten pflichtig/in Mängelung gütlicher Entrichtung/wird Klä-  
gern darzu gebührlichen billig verholßen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIII.

*Pauperi litiganti à parte adversa non nisi certis in  
casibus sumptus litis subministrari  
debent.*

**P**upillo petenti expensas litis à tutoribus, contra  
quos agebat, rescriperunt Imp. Non habet  
rationem postulatio tua volentis in sumptum litis  
ab his tibi pecuniam subministrari, referente Ulpiano JCto in l. Imperatores. 17. ff. de tutel. & rat. dis-  
trab. † Ex quo regulam faciunt Bartol. & Bald. ibi-  
dem, quod nemo teneatur adversario suo contra se  
ipsum suppeditare sumptus litis. † Quæ & placet Dd.  
communiter, Felin. in c. si qui testium. 8. extr. de te-  
stib. Nic. Boer. decis. 103. Hart. Pst. part. 1. qu. 20. n. 2.  
Didac. Covarr. in pract. quest. c. 6. n. 5. † Sunt nihilo:  
minus casus, in quibus pauperi litiganti à parte  
adversa sumptus litis subministrantur, quos & in-  
nuit Illustrissimus Saxon Ord. processi. jud. tit. 1. §.  
Ob wir auch wohl. vers. Und das entweder das Ar-  
muth in gewissen Fällen von seinem Gegenpart  
mit nothwendigem Verlag des Processus verse-  
hen werden soll/c. † Nempe, si actor pauper litiget  
super bonis, quæ prætendit esse communia, vel ad  
se pertinere, & habet aliquam pro jure suo præsum-  
ptionem, per text. in l. si instituta. 27. §. de in officioso.  
3. ff. de inoff. testam. & in l. 2. C. de Carbon. edict.  
Specul. in cit. de inquisit. §. als. vers. porro. Felin.  
in

*in dict. c. si qui testium. g. extr. de testib. Guid. Pape. qu. 561. Alciat. in tract. præsumpt. regul. 3. pref. 9. n. 9. Hart. Pist. dict. quæst. 20. n. 4. Joh. Baptist. Afin. in praxi jud. §. 32. Ampliat. 29. Joach. Mynsing. cent. 6. obf. 21. Matth. Col. part. 2. decif. 276. n. 1. † Aut si disceptetur de alimentis. † Nam & hoc casu pauperi agenti tenetur Reus conventus præstare tam expensas, quam alimenta, Joseph Ludov. decif. 46. Hartm. Pistor. dict. qu. 20. n. 5. Afin. dict. §. 32. Ampl. 23. & seqq.*

*Ita Domini in causa Josephi Möllners contra Adam Preschern zu Weida / M. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Dass Kläger von Beklagten/geschafften Sachen nach/den Vertrag der Recht fertigung zu fordern nicht befugt/et.)*

#### DEFINIT. XXXIV.

*Sed iudex pauperibus litigantibus expensas litis ex fisco publico subministrat.*

**A**t, inquires, fiet hac ratione, ut pauperes justam quantumvis foventes causam, indefensi relinquuntur, aut ex inopia ab actione desistere cogantur? Non certè, sed alio iis prospectum est remedium. † Nempe, iudex sumptus litis inopibus subministrare tenetur, Gloss. in l. 1. g. ait. in verb. non habebunt ff. de postul. Hartm. Pist. part. 1. qu. 20. n. 6. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 2. numer. 120. Martin. Col. de alim. lib. 1. c. 14. num. 25. cum seq. † Idemque placuit Saxoni Illustrissimo in Ord. process. judic. tit. 1. §. Ob wir auch wohl. vers. Oder außer den selben von den Gerichten mit nothwendigem Vertrag des Processus versehen werden soll/et. † Sed hoc non aliter, quam si prævia cognitione, justam litigandi causam subesse iudex deprehenderit, dict. tit. 1. §. Dieweil sich aber. vers. Ob und wie weit der Kläger. † Quin nec hoc casu sumptus sunt erogandi, priusquam juramentum paupertatis fuerit præstitum, dict. tit. 1. §. Würde sich nun. in fin. de quo dixi Supr. Const. 23. Defin. 14.

*Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Es werden ihm aber wegen prætendirter Unvermögenheit/wofern er demas- sen fundiret/daß er vermauthlichen wider Beklagten/etwas er- hältest möchte/nach abgelegtem juramento paupertatis, die nothwendigen sumptus litis zu dieser Rechtfertigung von der Obrigkeit/Gerichts wegen/billig gereicht/B. R. W.)*

#### DEFINIT. XXXV.

*Possessor ad restitutionem rei litigiosa condemnatus, non tenetur ad expensas, nisi dolo posseidisse probetur.*

**N**on tenetur ad restitutionem expensarum vi- etus, si justam litigandi causam habuerit, l. qui solidum. 78. §. etiam Respublica. 2. vers. nec aliter ser- vatur. ff. de legat. 2. l. eum quem temere. 79. ff. de jud. † quia nulla ejus existit temeritas aut culpa, qui causam habet litigandi probabilem & sufficien- tem, Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 4. num. 3. † Ergo nec restitutione expensarum gravandus est possessor Rei vindicatione conventus, & ad restitu- tionem possessionis condemnatus. † Hunc enim vel saltem ratione possessionis, quæ probandi onus in ac- torem transfert, justam litigandi causam habere, ecquis negare ausit? Secus tamen res se habet, si dolosè posseidisse & actori temerariè contradixisse probetur, qui certè propter dolum à præstati- one expensarum immunis non erit, † quia teme- ritatis & contumaciae poena est restitutio expensa- rum, l. 79. in pr. ff. de jud. l. ult. C. quando provoc. non est necess. l. 4. C. de fruct. & lit. expens. Supr. Defin. 24.

*Ita Domini in causa an Albrechten von der Schulenburg/ Mense Jan. Anno 1636. (Verba sententie: Dieweil aber dennoch einer Unterthaner das dominium solches Pferdes erwiesen und bebracht/et. So ist ihm dasselbe der Besitzer auszuhören schuldig / die verursachten Untosten aber weil der Possessor das Pferd mit gutem Glauben an sich bracht/ mag er ihm zu erstatten nicht angehalten werden/ B. R. W.)*

*Et in causa Andreas Heyschels contra Georgium Welken zu Wettensels/ Mense Mayo, Anno 1636.*

#### DEFINIT. XXXVI.

*Non tenetur refundere expensas in causâ convictus, qui jam admissus est ad beneficium Restitutio- nis in integrum.*

**N**unquam condemnabitur Reus convictus in expensas, qui jam admissus est ad beneficium restitutio- nis in integrum, quippe quod nemini con- ceditur, nisi qui justam lœsonis causam docere- potest, Lancellot. de attent. part. 2. t. 14. num. 2. & seqq. Vinc. Honded. vol. 1. decif. 28. num. 42. † ju- stam verò causam si Reus probavit, ecquis eum te- merarii litigii arguere vellet? † At soli temerarii & contumaces litigatores restitutio expensarum gravantur, l. 79. in pr. ff. de jud. l. 4. C. de fruct. & lit. expens.

*Ita Domini in causa Curatoris Justinen Platners con- tra Matthes Henrichen zu Kemnitz/ Mense Januario, An- no 1636.*

## CONSTITUTIO XXXII.

### P A R T I S P R I M Æ.

**B**on der Hülf auff erklagte und ge- standene richtige Schuld.

**D**ann auff vorgehenden Proceß und Urtheil/oder gestandene richtige Schuld/ dem Schuldener die Zahlung afferlegt/ oder in Verbleibung dessen/die Hülf ernährt und angesetzt worden/darzu ihm dann Sachsi- sche Frist gegeben werden soll/und es thut mittler Zeit der Schuldener seinen Gläubigern kei- ne Bezahlung/so soll der Richter auch nach be- schehener Hülf/e das verholffene Gut in der Ge- mein/und auff dem Markt/durch den Fronbo- ten feil bieten/ und subhastiren lassen.

**D**e Executione pro debito, sive ex confessione Rei, sive ex re judicata liquido tribuenda.

**D**ebitor vel condemnatus per sen- tentiam, vel confessus, si cum comminatione executionis sol- vere jussus, intra terminum sex septimanarum & trium dierum, (hanc enim illationem illi dare volumus) non pareat, facta executione, bona, in qua immissus est Creditor, publicè per præconem hastæ sub- jificantur, & licitante quopiam denuò pro- scribantur, eique, qui majus pretium obtule- rit, tradantur.

Giebt sich dann ein Kauffmann du/ und setzt ein Geld drauff/ so soll dasselbige hindiederum ausgerissen/ und das verholffene Gut deme/ so am meisten darvor geben will/ gelassen werden.

Findet sich aber nach beschehener Heilbietung kein Kauffmann/ so soll das verholffene Gut/ nach Verlauffung dreyer vierzehen Tage/durch die Gerichte/ um baar Geld und auff Tagezeit/beydes dem rechten und gemeinen Kauff nach/wie des Orts die Güter auff die Zeit gültig/ gemindert und geschätz/ und mit Vermeldung solcher Tax fernier zu seilem Kauff/ drey vierzehen Tage nach einander/ öffentlich verkündiget werden/ und da Ausgangs der Zeit solch verholffenes Gut nicht verkauft würde/ alsdann sollen die Gläubiger dasselbige in dem Werth/wie es taxiret/ iedoch unbeschadet eines jeden Rechtens und Priorität/ anzunehmen schuldig seyn/ und ihnen frey stehen/ ob sie es der Schaltung nach um baar Geld/ oder auff Tagezeit annehmen wollen.

Würde sich aber der Schuldener/ oder auch die Gläubiger solches Tax aus erheblichen Ursachen beschweren/ so soll ihnen nachgelassen werden/ das verholffene Gut anderweit durch die Landschöppen/ um baar Geld/ und auff Tagezeit/ abermahls würdern zu lassen/ und wie es durch dieselbe geschätz/ darbey solle es bleiben/ und solches in persönlichen Klagen.

Wann aber auff Klagen/ so dinglich sind/ die Hülffe gesucht würde/ so soll der Richter dem Gläubiger zu dem erklagten Gut/ in vierzehen Tagen/ nachdem das Urtheil seine Kraft erreicht/ verhelfsen.

## DEFINITIONES.

1. *Judex, pro decernenda executione requisitus, dener ganseam, actione in factum, ad interesse conveniri potest.*
2. *Tenerur quoque ad interesse judex, ad cuius persuationem Creditor in prorogationem executionis consentiens, damnum inde patitur.*
3. *Ex actione reali condemnatus, si rem non restitutat intra quatuordecim dies, per executionem res ipsi auferatur, & traditur victori.*
4. *Condemnato vero ex actione personali terminus Saxonius, (Sächsische Frist) ad solvendam vel executionem sive immisionem subeundam praesigitur.*
5. *Termini executionis, immisionis & taxationis in prejudicium debitoris baud sunt coartandi nec contrabendi.*
6. *Nisi debitor in coartationem terminorum consentifit.*
7. *Quo in casu debitor non nisi pro unico termino expensas executionis, (das Hülffgeld) solvere tenetur.*
8. *Pluribus bonis simul oppignoratis, liberum est Creditori, in qua executionem fieri velit.*
9. *Avertere potest debitor executionem per cessionem bonorum universorum non etiam unius vel alterius saltem rei immobilis.*
10. *Non potest fieri executio in bona debitoris immobilia, quando immobilia adsunt.*
11. *Executione in bona immobilia fieri debet pro ratione & quantitate debiti.*
12. *Audiendus est debitor, si executionem potius in no-*
- mina certa & liquida, quam bona immobilia fieri velit.*
13. *Non subsistit executio adversus pupillorū indefensos, sed restituenda sunt bona, per executionem occupata.*
14. *Non potest fieri executio pro debito pupilli adversus tutores.*
15. *Beneficium competetiae, ne scilicet per executionem auferantur alimenta debitori, etiamnum bona competit militibus atque Nobilibus, & in ipso executionis actu opponi potest in foro Saxonico.*
16. *In beneficio competetiae, ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas persona ejus considerari debet.*
17. *Privilegium deductionis sive competentia inadultum quoque censetur liberis & familie Debitoris.*
18. *Doctaribus quoque competit beneficium competetiae, sive in quantum facere possunt.*
19. *Non potest valide renunciari beneficio competetiae.*
20. *Non potest fieri executio pro debito mariti in bona uxoris dotalia vel paraphernalia.*
21. *Valida est executio, facta in bonis usufructuarib pro ipsis debito, licet alius in bonis iis habeat proprietatem.*
22. *Res litigiosa sicut non potest alienari, ita nec per executionem diffrabi.*
23. *Valer alienatio judicij litigiosa, si is, qui alienavit, paratus est judicium pati, perinde ac si possideret.*

Si verò nullus, facta subhastatione, reperiatur emptor, tum post spacium quatuordecim dierum ter elapsum, bonis judicialiter, justo, & tum temporis, eoque loci, usitato pretio, tam in parata pecuniā, quam post tempus solvendo, aestimatis, pretium illud denuò publicè per praconem, eodem temporis spacio interposito, ter significatur; Quod si ne tum quidem reperiatur, qui eo pretio emere velit, Creditores illi in solutum accipiant, ita tamen, ut quantum ad prioritatem jus unicuique suum salvum maneat, & liberum sit Creditoribus, ut pretium aestimat vel intra certum tempus, vel, si malint, in parata pecuniā solvant.

Sin verò Debitores vel Creditores hujusmodi estimationi acquiescere ex justis causis nolint, tum quoque, si ita velint, permissimus, ut bona per alias (qui Landschöppen vulgo dicuntur) denuò aestimentur, pretio, vel in parata pecuniā vel post tempus solvendo, cui ipsorum estimationi tandem stari volumus. Et haec in actionibus personalibus.

In realibus verò sententiam, quam Creditor obtinuit, intra quatuordecim dies, postquam rei judicatae vires illa consecuta est, executioni mandari jubemus.

24. Contra singularem debitoris successorem, ejusque bona, fieri non potest executio.
25. Executio à Domino feudi in dubio censemur facta in feudum ipsum, non solum in fructus & commoda eius feudi.
26. Per executionem, in feudum factam, non prejudicatur Agnatis, simulane in investitis, si non consenserint in hypothecam vel executionem.
27. Valeat quidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propriâ autoritate, sed tunc procedit Creditor, adhibendo judicis Imperium.
28. Reddenda est ratio de fructibus ex fundo, in quem Creditores immisi fuerunt, perceptis.
29. Non eò minus tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, quod debitor simplici eorum assertione stare promiserit.
30. Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra quem fit executio, si possideat bona immobilia.
31. Durante executionis processu, debitor ad interius Creditoribus obstringitur.
32. Debentur judici expensa post factam executionem, haud subsecutâ licet taxatione.
33. Non deveniendum est ad subbastrationem, si Creditor bona certo pretio estimata, in solutum accipiat, vel ex eorundem Usufructu satisfactionem querat.
34. Subbastrari quoque debent res mobiles, si Creditor eas, à judice taxatas, in solutum acceptare nolit.
35. Post factam subbastrationem, cum judice contrahit licitator de bonis debitoris; & que sit subbastrationis causa.
36. Creditor absq; previâ subbastratione bona debitoris, judicialiter taxata, accipiens in solutum, tunc non est, quo minus ea restituere, & debitori, sive reliquis Creditoribus de fructibus perceptis rationem reddere teneatur.
37. Non valet venditio sub bastra, si taxatio precesserit subbastrationem, vel si non per tres quaterdenas subbastratio facta fuerit.
38. Factâ subbastratione quilibet suo nomine licitari potest, etiam pro tertio, à quo mandatum licitandi habet, inscius licet judice ac Creditoribus.
39. Licitatori, majus pretium offerenti, bona subbastrata sunt adjudicanda, nisi in secundâ, tertîâ, vel quartâ subbastratione, durantibus abduc tribus quaterdenis, ab alio, plus licitante, is supereretur.
40. Ultimâ quoque die, durante abduc subbastrationis tempore, licitator, majus offerens pretium, adstituitur.
41. In licitatione, præsum pecunia prefertur pretio, distincti terminis exsolvendo, nisi bac, interius deducto, illam in quantitate supereret.
42. Primus licitator offerendo augmentum pretii, à sequentibus licitatoribus oblato, tempore subbastrationis nondum effluxo, in emtione reliquis preferatur.
43. Liberum est debitori & Creditoribus bona subbastrata minus pretium offerenti vendere, alteri ex subbastratione, jure perfectè nondum questio.
44. Factâ licet subbastratione, & licitatione subsecutâ, liberum tamen est debitori, oblato Creditoribus debito, res subbastratas redimere, & ad se recipere.
45. Tempore subbastrationis effluxo, non potest ulterius pænitere licitator, nec licitationem revocare.
46. Adjudicatio rei subbastratae judicialis plenissimum tribuit dominum, & una periculum in licitatorem, vacuâ licet nondum existente possessione.
47. Termino subbastrationis elapso, periculum rei subbastratae pertinet ad licitatorem, adjudicatione licet nondum subsecutâ.
48. Nisi debitor morâ suâ fecerit, quo minus licitator bona subbastrata fuerint adjudicata.
49. Deterioratio fundi subbastrati pertinet quandoq; ad licitatorem, etiam si tempus subbastrationis nondum sit effluxum.
50. Licitator, fundum subbastratum possidens, à præstatione tributorum & collectorum se liberare nequit ex eo, quod fundus sibi nondum sic judicialiter adjudicatus.
51. Factâ subbastratione, Creditor ad licitationem admittendus est, sive reperiatur alius licitator, sive non.
52. Jus Reluctionis, quod competit debitori adversus Creditorem licitatem, prescribitur anno civili in foro Saxonico.
53. Non efficit Creditor, bona sibi adjudicata intra annum alienando, quo minus capitor à tertio possidente redimere queat.
54. Currere incipit annus relutionis à tempore factae realis adjudicationis, non etiam à termino adjudicationi prefixo, scilicet nec ab exmissione debitoris.
55. Sufficit, debitem intra anni spacium se ad relutionem verè & actualiter offerre, licet non statim pretium & expensas judiciales exsolvat.
56. Debitori, fundum adjudicatum redimenti, non retinetur Creditor ad rationum redditionem, aut restitutionem fructuum.
57. Debitor, bona Creditori adjudicata redimens, non tenetur prestatre Domino Laudemium.
58. Non competit debitori jus relutionis adversus extraneum, cui post licitationem, sive ab extraneo, sive à Creditore factam, bona subbastrata adjudicata fuere.
59. Non potest exercere debitor jus relutionis adversus Creditorem, si vel præviâ judicis taxatione bona subbastrata fuerint, vel Creditor primum licitatem superaverit.
60. Non obtinet jure relutionis in bonis, absq; præviâ subbastratione a debitore Creditori in solutum datis.
61. Bonis licet judicialiter taxatis & subbastratis, Creditor tamen, haud reperto emptore, ea in solutum accipere cogendus non est.
62. Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales, (durch die Landschöppen) aliter taxari fecerit.
63. Sive per Scabinos provinciales, sive per alios fiat taxatio, jurata esse debet.
64. Non tantummodo solutionis, sed & quævis alia exceptio, in contingenzi probabilis, in actu execucrionis, ante factam adjudicationem, valide opponitur.
65. Contra executionem, jam intentatam, firmiter etiam opponitur Exceptio non numerata pecunie; & quid si huic fuerit reniciatum.
66. Exceptio non numerata pecunie, post biennium opposita, haud impedit paratam executionem, sed in reconvencionem rejicienda est, si debitor nil sibi numeratum probare velit.
67. Impedit tamen paratam executionem exceptio non numerata pecunie, etiam post biennium opposita, si in continentia est probabilis.
68. In aliis contractibus, extra casum mutui & do- ei, exceptio non numerata pecunie haud transfert onus probandi in Creditorem.
69. Inter mercabiles locum non habet exceptio pecunie non numerata ad impediendam paratam execucrionem.
70. Nec admittenda est inter mercatores actio ex casu non numerata pecunie, ad repetendum Chirographum ante factam solutionem.

## DEFINIT. I.

*Judex, pro decernenda, executione requisitus, dene-*  
*gans eam, actione in factum ad interesse con-*  
*deniri potest.*

- 1 **F**rusta fertur sententia, si non executioni man-  
detur, & similis est Campanæ absque pistillo,  
Dan. Moll. b. n. 2. Andr. Gail. l. 1. obser. 113. in pr.  
2 Matth. Col. de proc. exec. in pref. n. 4. † Nec parum  
autoritatis Magistratui per id detrahitur, Jac. Tho-  
ming. vol. 1. conf. 27. n. 6. † Videant ergo judices, ne  
ipsi met injuriam & contemptum sibi contrahant,  
requisiti executionem denegantes; Ad quam jure  
4 obligantur, sive per executoriales à superiore, † sive  
per literas mutui compassus (vulgò Compas. Brie-  
fe) à pari & æquali demandanda sit executio, Andr.  
Gail. dict. obs. 113. n. 16. Matth. Col. de process. exec.  
5 part. 3. c. 7. n. 31. † Omnium maximè verò judex à  
superiore iussus exequi, id facere tenet, si pœnam  
incurrere nolit, de quo tractatur in Ord. proc. judic.  
Elect. Saxon. tit. 39. in pr. quām latè explicat Matth.  
Berl. p. 1. concl. 79. n. 12. & scqq. † Qualiscunque au-  
tem judex fuerit, ad decernendam executionem re-  
quisitus, si eam deneget, metuere semper habet, ne  
damno per moram Creditori dato, actione in fa-  
ctum ad interesse conveniatur, Bart. in l. à divo Pio  
15. §. sententiam. 1. ff. de re judicat. n. 5. vers. tenebitur  
etiam parti, & ibid. Jalon. n. 19.

Ita Domini in causa Matthæi Spenglers zu Rochlitz / M.  
August. Anno 1632. (Verba sent. Hr. getrauet euch denn bey-  
zubringen und zu erweisen/ daß ihr durch des Reichs Nach-  
lässigkeit und ungebührliche Verweigerung/ euch die Hülffe  
so bald auff euer Ansuchen wiederfahren zu lassen/ um euer  
Schuldforderung gebracht worden / ic. Auff solchen Fall  
waret ihr bemeldten Rath gebührlichen zu belägen wohl be-  
fugt. Und wann derselbe nachmahlis mit seiner rechtlichen  
Notdurft darauf gehörig und dawider nichts beständiges  
einzuwenden hätte/ so wäre er euch den zugefügten Schaden  
und Interesse zu erstatte schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Tenesur quoque ad interesse iudex, ad ejus per-  
suasionem Creditor in prorogationem executionis con-  
sentiens damnum inde patitur.*

- 1 **N**ec aliud dicendum putaverim, si iudex non  
quidem deneget executionem, eam tamen in  
aliud tempus differri & prorogari faciat, persuadens  
2 Creditori, solvendo adhuc esse debitorem, † ejusque  
bona ad exsolvendum æs alienum sufficere, cum ta-  
men res aliter se habeat, nec postea in concursu Cre-  
ditorum ei satisfieri queat. Quantumvis enim non  
dolosè quicquam dixerit iudex, ex falsa tamen per-  
suasione culpa ejus argui potest, quæ non minus ad  
3 restitutionem damni ipsum obligat, † quippe quod  
ipsemet dedisse censetur, arg. l. qui occidit. 30. §. in  
bâc quoque actione. 3. ff. ad Leg. Aquil. l. pretor. ait.  
4. in fin. ff. Vi bon. raptor. † Quin & regulariter  
judex de negligentia (ne dicam de culpa) quæ ab-  
sorbet jus partis, ad totum interesse tenetur, l. si  
quando. 19. sub fin. C. de testib. Par. de Puteo, in tratt.  
Syndic. verb. negligencia, vers. contramagistratum.  
num. 5.

Ita Domini in causa Mauritiæ Pfeiffers zu Leipzig/ Mens.  
Mart. Anno 1593. (Verba sent. Hat der Rath zu Mansfeld  
auff euer Ansuchen die Hülffe wider ihren Stadt-Schreiber/  
so euch mit so. Gl. verhaftet gewesen/ wegen seiner leibes-  
Schwachheit einzustellen gebeten / mit Vermeldung/ es sey  
bei ihm allewie so viel verhanden/dass ihr eurer angegebenen  
Schuldforderung vollständig vergnügt werden könnet/demn  
hr getraut/ und die Hülffe dannhals eingestellter / hernach aber  
ist bemeldter Stadt-Schreiber mit Tode abgangen; und  
es hat sich befunden/ dass seine Verlassenschaft zu Bezahlung  
eurer und anderer Gläubiger Forderung nichtzureichtet / ic.  
So habt ihr bemeldten Rath dorowegen zu belägen wohl  
gefragt und es ist derselbe euch vorerwähnte so. Gl. zusamt den

vorgeschriebenen Zinsen/oder an statt derselben die gebühren-  
de Interesse und Unkosten/so viel ihr derer/wie recht / liquidi-  
ren werdet/zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Ex actione reali condemnatus, si rem non restituit,  
intra quatuordecim dies, per executionem  
res ipsi auferatur & traditur  
victori.*

**N**unquam executio facienda, quin non prius  
terminus præfigatur, intra quem Reus judicatur  
vel jussu judicis parens, executionis ignominiam a-  
vertere queat. † Etsi enim de jure Civili in actioni-  
bus realibus Reus, si executionem effugere velit, sta-  
tim & in continenti rem peritam restituere teneatur,  
§. Etsi in rem 2. Inst. de offic. judic. ubi Matth.  
Weselb. num. 16. Matth. Coler. de process. execut. p.  
3. c. 6. n. 14. † Attamen ius Saxonum condemnato  
ex actione reali, ad partitionem & restitutionem  
quatuordecim dies, à tempore præcepti executivi  
concedit, Landr. l. 2. art. 5. Joh. Schneidew. ad §.  
quadrupli. 25. Inst. de act. n. 62. † Quod & proba-  
tum ab Illustrissimo Saxon. b. Const. 32. §. ult. &  
Ord. process. judic. tit. 39. §. Nemlich wann ein Ur-  
theil. Intra quem terminum si condemnatus non  
pareat, fit executio in rem petitam, † non ut actor  
in possessionem immittatur, (prout fieri solet in a-  
ctionibus personalibus Defin. seq.) † sed ut Reo  
possessor res quasi manu militari auferatur &  
datur victori, l. qui restituere ob. ff. de R. V. l. 1. C. de  
exec. rei judic. dict. tit. 36. Ord. process. judic. §.  
Nemlich/wann ein Urtheil. in fin. verb. Das Gut  
oder Ding/darein er vertheilet/von dem Beklagten  
genommen/und Klägern zugestellt werden. Matth.  
Coler. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 18.

Ita Domini in causa Matthæi Gladius contra Gottfried  
Schäffern zu Weida / M. Jul. Anno 1632. (Verba sentent.  
Dass Beklagter dem gegebenen Decret zu Folge Klägern das  
streitige Pferd binnen vierzehn Tagen ausantworten schul-  
dig/in Verbleibung dessen wird solches von ihm Gerichtlichen  
genommen/und Klägern zugestellt/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Condemnato verò ex actione personali terminus Sa-  
xonicus, (Sächsische Frist) ad solvendum vel  
executionem sive immisionem subven-  
dam præfigitur.*

**A**liud observatur in actionibus personalibus, u-  
bi de jure Civili tempus quadrimestre ad solu-  
tionem faciendam debitori indulsum est, l. intra di-  
es. 7. ff. de re judic. l. eos qui condemnati. 2. C. de U-  
sur. rei judic. Joh. Schneidew. ad §. quadrupli. 25.  
Inst. de action. n. 62. Matth. Col. de process. execut. p. 3.  
c. 6. n. 2. & seqq. † Jus verò Saxonum terminum  
hunc ad unam quindenam restringit, Landrecht. l. 2.  
art. 5. post princip. & art. 70. vers. Dazher zum nä-  
hesten Ding. Weichb. art. 26. Zobel. part. 1. differ.  
45. n. 1. † Sed utrumque Practica fori nostri immu-  
tavit, salterh de consuetudine, quæ terminum Saxo-  
nicum (Sächsische Frist) puta sex septimanæ &  
tres dies debitori concedit, Schneidewin. dict. loc.  
Coler. dict. p. 3. c. 7. n. 7. Zobel. dict. differ. 45. n. 4.  
& 7. † Quam & Saxo Illustrissimus disertè appro-  
bavit, b. Const. 32. in pr. vers. Darzu ihm dann.  
Ord. proc. jud. tit. 39. §. Wann aber das Urtheil.  
† Nec refert an ex re judicata vel confessione pro-  
priæ petatur executio, de quo casu propriæ loquitur  
b. Constit. 32. in pr. † an verò ex instrumento gu-  
rentigato vel merente paratam executionem ex vi  
statuti vel pacti. † Cum unus idemque judicati &  
instrumenti recogniti sit effectus, Matth. Col. de  
process. exec. p. 3. c. 9. n. 17. & seq. † Utroque nimirum  
casu

casu terminus executionis in personalibus est Saxonius, & currere incipit a momento facti præcepti executivi, Gloss. Landr. l. 2. art. 5. sub lit. E. Zobel. diet. diff. 45. n. 4. Matth. Berl. part. i. concl. 81. n. 19. fintra quem si Reus non solvit, realis sive actualis fit executio in bona debitoris, eo ipso die, quem judex in præcepto executivo eventualiter in casum non-factæ solutionis debitori præfigit, diet. Ord. proc. jud. tit. 30. §. Mann aber das Urtheil. vers. Und darneben alsobald. Col. diet. cap. 9. num. 15. & seq.

Ita Domini in causa Gabriel Frigens zu Königswalda/ M Jul. An. 1598. ( Verba sent. Ist euer Bruder euch 70. fl. zu bezahlen schuldig gewesen/ und als er euch keine Bezahlung gethan/ habt ihr wider ihn die Hülffe gesucht / ic. So wird ihme zur Zahlung/ ehe und zuvor die Hülffe wider ihn wärcklich ergehet/ eine Sachische Frist blich verstatret und præfigret/ er ist aber binnen solcher Zeit obberührte Hauptsumma benebens den Land-üblichen Zinsen/ von Zeit an des Bezugs/ abzutragen und zu entrichten schuldig/ V. N. W.)

#### DEFINIT. V.

*Termini executionis, immisionis & taxationis in prejudicium debitoris baud sunt coarctandi nec contrabendi.*

1 **N**on ergò ad executionem properandum, nec terminus hic præfinitus debitoribus præcendens est, quibus commiserationis gratia adhuc alia temporis intervalla, pluresque terminos, nempe ad immisionem & taxationem, indultos videmus, non 2 tam expressâ legis dispositione, & quam consuetudine cujusque judicii, quo ubivis maximoperè 3 attendi debet, Dan. Moll. bic n. 9. & Succurrendum nimirum est debitoribus, qui non statim cum sacco parati sunt ad solutionem, l. quod dicimus. 105. in fin. 4 ff. de solution. & In quorum favorem cum termini hi sint inducti, non certè putandum est, eos coarctari vel contrahi posse, ita ut executioni, immisioni & taxationi unus duntaxat præfigatur terminus, prout male quidam opinantur, per text. in c. quod ad consultationem. 15. sub fin. vers. quia id arbitri potest. extr. de sent. & re jud. Georg. Rotschitz. in process. part. i. art. 44. num. 4. cui respondet Matth. Berlich. 5 part. i. concl. 81. n. 21. & Nec enim in certo temporis intervallo debitoribus indulto judex arbitrium suum ad voluntatem proprii capit is, sed potius ad dispositionem legis vel Statuti conformare debet, l. vir bonus. 18. ff. judic. solv. l. si societatem. 6. ff. pro Socio l. 1. ff. de arbitr. Jason. in l. si convenerit. 18. n. 3. ff. de jurisd. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 6. n. 7.

Ita Domini in causa Matthes Rölers contra Christian Dorren zu Ottstrand/ M. April. An. 1635. ( Verba sentent. Ob nun wohl von Bellagten die Zahlung ziemlich lang verzögert werden. Dieweil sie aber dennoch niemahls gewilligt/ daß in Verbleibung gütlicher Befriedigung alle Hülffs-Acts zugleich zu Werck gerichtet werden sollen/ ic. So ist auch vor euch disfalls nulliter verfahren/ und werden Bellagten die zu einem und dem andern Hülffs-actu gehördliche gesetzte unterschiedliche Fristen nochmahl blich gegönnet/ ic.)

#### DEFINIT. VI.

*Nisi debitor in coarctationem terminorum consenserit.*

1 **S**ed hoc ita, nisi debitor in coarctationem expressè consenserit: Nam si forsitan in literis obligatoriis beneficio dilationis legalis in specie renunciavit, utque in primo statim termino non modo ad executionem, sed simul ad immisionem & substationem procedatur, convenislet, & dubium certè haud est, quin standum sit conventione partium, l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 6. n. 9. & Neque enim negari potest, terminos illos diversos ad executionem,

immissionem & taxationem legalem, debitoris favorem concernere, & quidni ergò huic à debitore renunciari posset? l. pen. C. de pact.

Ita Domini in causa Jobst Königs zu Leipzig/ M. August. An. 1629. ( Verba sent. Dabei der Schuldener verzögert/ wofern er den ersten Termin nicht einhalten würde/ die ganze Summa der 700. Thl. auf einmal versallen seyn/ und er deswegen alsobald ohne fernere Dilation und Termin die Substation dulden wolle/ ic. So ist folch seine Verwilligung vor einer zu Recht beständige Obligation zu achten/ und weil er den ersten Termin nicht eingehalten/ ist er nunmehr die vollständige Zahlung auf einmal zu leisten/ und in Verbleibung gütlicher Entrichtung mit der Substation wider sich verfahren zu lassen schuldig/ ic.)

#### DEFINIT. VII.

*Quo in casu debitor non nisi pro unico termino expensas executionis, (das Hülffsgeld) solvere tenetur.*

**D**ubitatum memini, An eo casu, quo debitor in coarctationem terminorum consenserat, ad eoque in uno termino, executionem simul atque immisionem & taxationem fieri convenerat, pro singulis terminis expensæ peculiares solvendæ essent? & Quod quidem Judices & Scabini executores appetenter: & Sed placuit Dominis contrarium, sufficere nempe unius termini expensas. Rectissime omnino, & cum unicus saltem terminus fuisse præfinitus, & sic cum terminis operæ & labores executorum simul contracti, ut ita executores jure expensas plurium terminorum petere haud valerent. & Idque eò minus, quò magis, si aliud diceremus, debitores gravarentur, quippe quod expensæ in executionem factæ ab hisce exigantur, & quibus tamen omnino favendum est, l. favorabiliores. 125. ff. de Reg. jur. l. inter pares. 38. ff. de re judic.

Ita Domini an die Churfürstl. S. Herren Stifts-Cangler und Räthe zu Wurzen/ M. August. Anno 1628. ( Verba sent. Begiebt sich im selbigen Stifts-Amt zum öfttern/ daß die Debitorum in Hülffs- und Executions-Sachen/ Dilation und Frist zu erlangen/ zur gütlichen Zahlung sich anerbieten/ und in Verbleibung derselben alle actus executionis behaupmentlichen Hülffe/ immision, taxation und adjudication auff einmahl würcklich ergehen zu lassen/ angeloben und versprechen. Und wann nachmahls zu bestimmter Zeit die Zahlung nicht erfolget/ wird/des Schuldners Angelobung nach/die Hülffe vollstrekt/ und mit Aushauung des Spahns/ Taxation und Immision nicht auff sonderliche legi. Fristen/ sondern uno actu verfahren/ ic. So mag auff solchem Fall die vollständige Gerichts-Gebühr/ als wann selbige Actus zu unterschiedenen mahlen und Zeiten geschehen/ nicht gefordert werden/ sondern es seyn Land-Richter und Schöppen sich an demjenigen/was sonst pro uno actu gegeben wird/ begüßgen zu lassen schuldig/ V. N. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Pluribus bonis simul oppignoratis, liberum est Creditori, in qua executionem fieri velit.*

**C**irca executionem decernendam in bona debitoris, non solum debitoris, sed maximopere etiam Creditoris commodum attendi debet, ex quibus nempe bonis ipsi facilius satisfieri queat, ut innuit Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 39. §. Man soll aber auch. & Intantum ut si Creditor hypothecam habeat generalem, pluraque bona ipsi sint obligata, ejus arbitrio relictum censeatur, quodnam eligere velit, l. Creditoris. 8. ff. de distract. pign. ubi Bartol. in pr. Matth. Col. de proc. exec. p. 3. c. 9. n. 29. Hartm. Pist. p. 3. qu. 12. n. 7. & Quod & discretè confirmavit Illustriss. Saxo in Ordin. process. judic. diet. tit. 39. §. Mann aber sonst der Gläubiger. & Nisi forsitan res certa fuerit in sententia expressa, 4 inqueam Reus condemnatus. Nam tum judicatum præcisè observari, atque in illam ipsam rem execu-

executio fieri debet, Ordin. process. jud. dict. tit. 39. §.  
Und da das Urtheil. Bartol. in L. eum qui certarum.  
138. §. cum parè 1. num. 4. ff. de V. O. Ant. Capyc. de-  
cis. 33. num. 3.

Ita Domini in causa Lucæ Wosener zu Weide / M. Jun.  
An. 1630. (Verba sent. Ist euch Beit Siebenliß mit 100. Th.  
verhaftet/wogegen er euch alle seine Güter unterpfändlichen  
verschreiben lassen/ ob ihr nun wohl die Hülfe wider ihn zu  
suchen/ und eurer Beliebung nach/in eines oder das andere  
stid Guts/ so euch verpfändet/ und davon ihr am füglichsten  
bezahlt werden möchtet/ergehen zu lassen befugt/ ic.)

## DEFINIT. IX.

Avertire potest debitior executionem per cessionem bo-  
norum universorum, non etiam unius vel alte-  
rius saltem rei immobilis.

- N**ullone ergo remedio sibi consulere poterit de-  
bitor, quo executionem avertat, si parata pec-  
cunia in promptu non sit? Non certe putandum est,  
¶ t̄ jura miserabilem debitorem omni auxilio destitu-  
tum derelinquere; Ut maximè enim is precibus  
dilationem executionis impetrare nequeat, nihilo  
minus tamen ex parte ipsi prospectum est, saltem ut  
actum executionis ignominiosum avertat, t̄ nem-  
pe, per cessionem bonorum, qua omnino audiri de-  
bet, l. i. §. an potest. 5. ff. de const. pecun. l. item libera-  
tur. 6. §. quia paratus. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyporb.  
4. solv. t̄ Quod & verbis disertis approbat Serenissi-  
mus Saxon. Elector in Ordin. process. judic. tit. 39. §.  
5. Weil sichs aber auch wohl. t̄ dummodò ante ter-  
minum executionis bona realiter Creditori tradan-  
tur, Jaf. in l. 2. §. mutui datio. 1. ff. si cert. petat. num. 3.  
Joh. Köpp. decis. 55. n. 14. & 15.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da aber  
dennoch der Schuldener zu Abwendung der Hülfe erbettig  
wäre/ seine Güter gutwillig einzuräumen/denselben auch al-  
so nachkommen thäte/ ic.) So würde gestalten Sachen nach  
die Hülfe billlich eingestellt/ B. R. W.)

6. t̄ Idque procul dubio obtinet in cessione universo-  
rum bonorum. Ceteroquin, si debitior duntaxat  
unam vel aliam rem immobilem cedere velit, per  
id non liberabitur ab executione, ne scilicet libera-  
facultas petendi executionem, in quæ bona velit,  
Creditori præcipiatur, contra l. Creditoris 8. ff. de  
disfr. pign. ubi Bartol. in pr. Defin. preced.

Ita Domini in causa Pauli Thammers zu Leipzig / Mens. Febr. An. 1597. (Verba sentent. Ob nun gleich der Debitor  
sich erbeut mit seinem Hause zu bezahlen; So seyd ihr doch  
solches wider euern Willen einzunehmen nicht schuldig/ son-  
dern die Hülfe zu seinen Feld-Gütern zu suchen wohl befugt/  
B. R. W.)

Et in causa Wilhelm Bernhard von Hagens/ Mens. Mayo  
Anno 1636.

## DEFINIT. X.

Non debet fieri executio in bona debitoris immobilia,,  
quando mobilia adsunt.

- N**on potest judex indifferenter omnia debitoris  
bona pro debito pignori capere, & Creditori  
adjudicare, sed certum ordinem in executione ob-  
servet, necesse est, t̄ Nempe de mobilibus in execu-  
tione est incipiendum, nec iis existentibus, ad bo-  
na immobilia deveniendum, l. à Divo Pio. 15. §. in ven-  
ditione 2. vers. primo quidem res mobiles. ff. de re jud.  
Ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 39. §. Aufangs-  
lich zwar zu der fahrenden Haab. t̄ Quin non in-  
distinctè mobilia capi debent, sed ea, quæ commo-  
dius distrahi possunt, ut celeriter solvatur res judica-  
ta, dict. l. 15. §. 4. vers. sed illud ff. de re jud. t̄ Sane si  
pecunia parata extet, quin de hac satisfieri debeat  
Creditori, vix ambigendum est, Gloss. in dict. l. 15. §. 2.  
verb. animalia. in fin. ff. de re jud. & ibidem. Zai n. 11.  
Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 9. n. 25. & 26.  
§. t̄ Non vero extante pecunia, capi debent medio-

criter pretiosa, postea vala aurea & argentea, alia-  
que pretiosa suppellex, Zaf. dict. loc. ¶ Et tan-  
dem lecti, vestes, instrumenta, resque se moventes,  
puta oves, vaccæ, equi aratorii, & frumentum, ad  
seminandos agros deputatum, dict. l. à Divo Pio  
15. §. in venditione. 2. ff. de re judic. modò res illæ  
agrorum culturæ haud inserviant. ¶ Alioquin e-  
nim ita sunt privilegiatae, ut non nisi in subsidium,,  
deficientibus nempe bonis aliis mobilibus, nec non  
immobilibus, juribus & actionibus capi queant,,  
Ord. process. judic. Elect. Saxon. dict. tit. 39. §. Ans-  
fänglich zwar. Matth. Col. de process. execut. pars.  
2. c. 3. n. 189.

Ita Domini in causa Johannis Galsfeldens zu Eucca / M.  
April. An. 1632. (Verba sentent. Habt ihr wider Bastian  
Grothen wegen 367. Fl. demit er euch verhaftet/ die Hülfe  
gesucht / gestalt er denn der Schuld nicht in Abrede sehn kön-  
nen/ sondern sich darzu richtig bekannt/ ic.) So wird euch ins  
Fall der nicht Zahlung/ anfänglich zu des Schuldners Mo-  
bilien/ und zwar denseligen/ so cheft verkauft / und ihr dar-  
aus eurer Forderung qm schleunigst fähig werden könnet/  
verholzen/ ic.)

## DEFINIT. XI.

Executio in bona immobilia fieri debet, pro ratione,  
& quantitate debiti.

**D**eficientibus mobilibus, capiuntur res soli seu  
immobilia, l. à Divo Pio 15. §. in venditione. 2.  
vers. si non sufficerit. ff. de re jud. Ord. process. judic.  
Elect. Saxon. tit. 39. Im Fall nun so viel Fahrniß.  
Matth. Col. de process. execut. p. 3. c. 9. n. 45. non in-  
currerent & promiscue, sed ordine juris observa-  
to. Nimurum l. t̄ ut nos inchoetur in bonis im-  
mobilibus pretiosis, nec unumquodque pro libitu  
Creditoris, sed illud quod debitori minus damno-  
sum est, Creditori vero ad exsolutionem sui Crediti  
sufficit, capiatur, dict. Ordin. process. judic. tit. 39. §.  
Und da das Urtheil, in fin. Bartol. in dict. l. 15. §. 2. n. 5.  
Col. dict. c. 9. p. 24. II. t̄ Nec pro debito exiguae  
quantitatis capiantur & distrahanter bona omnia,,  
nec ea, quæ magni sunt valoris & pretii, si ex quibus-  
dam & quidem rebus vilioribus facilè pecunia redi-  
gi possit, dict. tit. 39. §. Im Fall nun, in pr. & vers.  
Allein daß man. Col. dict. loc. n. 45. t̄ ita tamen, ut  
pro dubio & incerto alienationis & distractionis pi-  
gnoris eventu, aliquantò majorem & pinguiorem  
rem pro judicato capere prohibitum haud sit, dict.  
tit. 39. §. Im Fall nun. III. t̄ Caveant execu-  
tores, ne in rerum immobilium executione prædia-  
rustica & tributaria, de quibus certa servitia, census  
& tributa præstari & solvi debent, dividantur, t̄ nec  
bona, in primis vero sylva, in quas executio facien-  
da, devastentur, dict. §. Im Fall nun. vers. und soll  
in den Hülffen. t̄ Et summatim executio in bona-  
immobilia bona fide & arbitratu boni viri fiat, Bar-  
tol. in l. ab executore 4. ff. de appellat. n. 2.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ober da keine  
mobilia und Fahrniß vorhanden/wird euch in ein oder das  
ander unbewegliche Gut / daraus ihr nach Besindung eu-  
rer Schuld vollständig bestrieden werden könnet / verhol-  
zen/ ic.)

## DEFINIT. XII.

Audiendus est debitior, si executionem potius in no-  
mina certa & liquida, quam bona immo-  
bilis fieri velit.

**A**d executionem nominum, jurium & action-  
ium, non aliter pervenitur, quam si nulla alia  
bona mobilia vel immobilia existant, in quibus  
executio fieri potest, ut sic circa executionis ordi-  
nem, deficientibus demum mobilibus atque im-  
mobilibus bonis, nomina succedant, l. à Divo Pio 15.  
§. 2. & 8. ff. de re jud. l. 2. & l. pen. C. quando fiscus  
vel

- vel privat. Ordin. proc. jud. Elect. Saxon. tit. 39. §.* sed si quis ex signatoribus 7. ff. quem ad seft. aper. l. si  
**Endlich wann die.** Matth. Col. de process. execut. part. seruos 61. §. quod verò 5. ff. defurt. l. videlicet. 29. ff.  
 2 3. c. 9. n. 19. † Nihilominus, si ipse debitor malit exec- ex quib. caus. major. † cum negari nequeat, eos non 4  
 tutionem fieri in nominibus, actionibus & juri- voluntariè, sed ex necessitate muneri sibi injuncti  
 bus, quām in bonis immobilibus, audiendus omni- contraxisse, l. aduersus 30. §. tutoribus. i. l. filius 22.  
 3 nō erit, † modò nomina sint liquida & idonea, ac ff. de inoff. testam. † Nec valet executio facta in 5  
 facile sine expensis & judiciali strepitū exigi possint, bonis ejus, cuius nomine non fuit contractum, l. si  
*dīct. tit. 39. §. Endlich wenn, vers. es* volle dann. non subscriptissi. 15. C. de administr. tutor. l. Julianar. 1.  
 4 † Planè, si res certa Creditori oppignorata vel in ju- vers. nam tutores. C. quando ex facto tutor. l. 13. C. si  
 dicato expressa fuerit, præcisè in eam facienda est cert. petat. l. sape. 63. ff. de re jud. † Aliud dicen- 6  
 executio, nec audiendus debitor, si vel mobilia, vel dum esset, si tutor pro pupillo proprio nomine se  
 nomina, quantumvis certa & liquida offerat, *dīct.* obligasset, quo casu parata foret adversus ipsum exe-  
*tit. 39. §. Und diese bisher erzielte Ordnung.* † Nun- cutio, etiam finito officio, l. cum quadam 26. vers.  
 quam enim jus Creditori in re certa acquisitum, per invenimus. & vers. damus igitur junct. dīct. l. si non  
 executionis actum immutari vel auferri debet, *dīct.* subscriptissi. 15. C. de administr. tutor. † aut, si ex do- 7  
*tit. 39. §. Und da das Urtheil.* Anton. Capyc. decis. lo vel culpā tutoris ageretur, l. Julianus. 13. §. sed  
 33. n. 3. Bart: in l. cum quiccertarum. 138. §. cum pure i. cum in facto. 7. ff. de act. empt. Matth. Coler. dīct. c.  
 n. 4. ff. de V. O. Matth. Berl. part. 1. concl. 81. n. 34. 3. n. 258. Ex quo fit, ut si mutuum nomine pupilli  
 Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Es wolte denn  
 der Schuldener lieber geschen lassen/dass zu seinen aussenste- factum, in utilitatem ejus versum non probetur,  
 henden Schulden die Hülfe erginge / damit würde er / jedoch 8  
 anderer Gestalt nicht/ als wosfern solche Schulden richtig/ und  
 ohne sondere Mähe/Rosten und Hülffzwang leichtlichen ein- petat actio pariter & executio, ut notat post alios,  
 O zubringen/büttlich gehobet/ B.R.W.) quos allegat, Matth. Coler. dīct. c. 3. num. 258.

#### DEFINIT. XIII.

*Non sufficit executio adversus pupilos indefensos,*  
*sed restituenda sunt bona, per execusionem*  
*occupata.*

- S**peciale hoc est in pupillis & minoribus, ut si con- 1  
 tra eos executio intentetur, prius nomina, jura  
 & actiones, quam bona immobilia pignori capian- ff. de reb. cor. qui sub tuse. Ord. process. jud. Elect.  
 tur, l. magis puto 5. §. non passim. 9. vers. cuius officio.  
 2 3. c. 9. n. 31. & seqq. † Nequē tamen nomi- 17. Matth. Col. de proc. execut. part. 2. c. 3. num. 116.  
 na, neque alia bona mobilia vel immobilia pupillo- † Nisi privilegium personæ aliquem eximat, putā  
 rum & minorum capi possunt, nisi hi legitimos ha- patrem, socrerum, scorum, patronum, Dominum, li-  
 beant tutores vel curatores. † Quia non valet ex- beros, maritum, uxorem & similes, quibus vel ob-  
 cutio contra pupillos & minores indefensos: Nec sanguinis vinculum & reverentiam hoc debetur, ne  
 dici potest defensus, qui neque per se, neque per le- eos planè denudemus, l. sunt qui in id. 16. vers. etiam  
 gitimam personam defensus fuit, l. pen. C. si advers. parens l. patronus. 17. l. 21. ff. de re jud. l. alia. 14. §.  
 4 † An ergo bona, in quæ facta executio, restituenda eleganter 1. ff. solut. matrim. junct. l. parencies 6. ff. de  
 erunt? Ita omnino putaverim, cum non subsistente in jus vocando. l. 9. ff. de obseq. & lib. & libert. pref.  
 executione, bona absque titulo possideantur à Cre- Matth. Col. de process. execut. dīct. c. 3. num. 117. An-  
 ditore tanquam à prædone, Herm. Vultej. ad pr. inst. ton. Fab. l. 2. conject. 14. Jac. Cujac. l. 24. observ. 38.  
 5 de usucap. n. 38. & ibid. Johan. Harppr. n. 102. † Quid- Georg. Everhard. cons. 38. n. 52. Ant. Hering. de fi-  
 ni ergo restituenda essent? Quamvis aliter sentiat. deudjuss. part. 4. c. 27. n. 80. Joh. Schneidew. in §. sed &  
 Anton. Fab. dīct. defin. 31. si quis 40. n. 2. Inst. de aff. Valent. Franck. de Fidejuss.  
 Ita Domini in causa Hansen von Dalwig / Mensl. Octobr. c. 3. n. 106. & seqq. † Idque privilegium itidem ha- 3.  
 Anno 1635. ( Verba sent. Ob nun wohl die wärfliche Hülfe  
 in ein Stück Guts vollstreckt worden / dieweil aber dennoch  
 des Schuldners Kinder unmündig und nichte bevormundet  
 gewesen / solches die Witebe zwar zum öffeñn vorgeschrücket/  
 und wider die Hülfe gebeten / aber doch nichts ausgerichtet/  
 sondern mit der execution verfahren worden/ce. So ist auch  
 berührtē execution zu recht nichtig/derowegen der Oldubiger  
 die ihme verholffene Hende zusamt den eingehobenen Tu-  
 gingen wieder abzutreten schuldig/ce.)

#### DEFINIT. XIV.

*Non potest fieri executio pro debito pupilli adver-*  
*sus tutores.*

- H**aud ergo fieri potest executio adversus pupili- 1  
 los & minores indefensos, h. e. eos, qui tutores  
 vel curatores non habent, Definit. preced. Sed num  
 adversus ipsos tutores & Curatores pro ære alieno  
 2 pupillorum atque minorum? Negat hoc rectissime  
 Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. num. 256.  
 3 † Ne scilicet eorum officium sit ipsi damnosum, l.  
*Carpz. Definit. Vol. I.*

sed si quis ex signatoribus 7. ff. quem ad seft. aper. l. si  
 seruos 61. §. quod verò 5. ff. defurt. l. videlicet. 29. ff.  
 ex quib. caus. major. † cum negari nequeat, eos non 4  
 voluntariè, sed ex necessitate muneri sibi injuncti  
 contraxisse, l. aduersus 30. §. tutoribus. i. l. filius 22.  
 ff. de inoff. testam. † Nec valet executio facta in 5  
 bonis ejus, cuius nomine non fuit contractum, l. si  
 non subscriptissi. 15. C. de administr. tutor. l. Julianar. 1.  
 vers. nam tutores. C. quando ex facto tutor. l. 13. C. si  
 cert. petat. l. sape. 63. ff. de re jud. † Aliud dicen- 6  
 dum esset, si tutor pro pupillo proprio nomine se  
 obligasset, quo casu parata foret adversus ipsum exe-  
 cutio, etiam finito officio, l. cum quadam 26. vers.  
*invenimus.* & vers. damus igitur junct. dīct. l. si non  
 subscriptissi. 15. C. de administr. tutor. † aut, si ex do- 7  
 lo vel culpā tutoris ageretur, l. Julianus. 13. §. sed  
 cum in facto. 7. ff. de act. empt. Matth. Coler. dīct. c.  
 3. n. 258. Ex quo fit, ut si mutuum nomine pupilli  
 factum, in utilitatem ejus versum non probetur,  
 † adversus ipsum tutorem tanquam ex culpā, com- 8  
 petat actio pariter & executio, ut notat post alios,  
 quos allegat, Matth. Coler. dīct. c. 3. num. 258.  
 Ita Domini in causa Georgii von Opels / contra hæc dies  
 Christophori von Opels/eorumque tutores M. Octobr. Aano  
 1635.

#### DEFINIT. XV.

*Beneficium Competentia, ne scilicet per execusionem*  
*auferantur alimenta debitori, etiamnam hodiè comp-*  
*petit militibus atque Nobilibus, & in ipso*  
*execusionis actu opponi potest in*  
*foro Saxonico.*

**R**egulariter fieri potest executio in omnia debito- 1  
 ris bona, quæ probabiliter ascendunt ad quanti-  
 tam liquidati debiti, in tantum, ut ne debitori  
 quicquam relinquatur, unde vivere possit, l. i. C.  
 qui bon. ceder. poss. Matth. Wesenb. p. 1. conf. 50. n.  
 17. Matth. Col. de proc. execut. part. 2. c. 3. num. 116.  
 † Nisi privilegium personæ aliquem eximat, putā 2  
 patrem, socrerum, scorum, patronum, Dominum, li-  
 beros, maritum, uxorem & similes, quibus vel ob-  
 sanguinis vinculum & reverentiam hoc debetur, ne  
 eos planè denudemus, l. sunt qui in id. 16. vers. etiam  
 parens l. patronus. 17. l. 21. ff. de re jud. l. alia. 14. §.  
 eleganter 1. ff. solut. matrim. junct. l. parencies 6. ff. de  
 in jus vocando. l. 9. ff. de obseq. & lib. & libert. pref.  
 Matth. Col. de process. execut. dīct. c. 3. num. 117. An-  
 ton. Fab. l. 2. conject. 14. Jac. Cujac. l. 24. observ. 38.  
 Georg. Everhard. cons. 38. n. 52. Ant. Hering. de fi-  
 deudjuss. part. 4. c. 27. n. 80. Joh. Schneidew. in §. sed &  
 si quis 40. n. 2. Inst. de aff. Valent. Franck. de Fidejuss.  
 c. 3. n. 106. & seqq. † Idque privilegium itidem ha- 3.  
 bent milites, Nobiles, Comites, aliaque personæ illu-  
 stres, l. miles 6. & l. item miles 18. ff. de re jud. † Nec 4  
 non socius respectu socii l. 16. vers. qui pro socii l. 23.  
 §. quod autem 1. ff. eod. tit. & † donator respectu dona- 5  
 tarii l. ne liberalitate 50. ff. eod. tit. Contra quos si fiat  
 executio, relinquunt ipsi debent alimenta, & quantum  
 ei sufficit, ne egeant. † Quod privilegium vulgo ap-  
 pellit *Beneficium Competentia, vel Exceptionem*  
*in quantum debitor facere potest*, Matth. Col. dīct. c.  
 3. n. 118. & Schneidew. dīct. loc. † Sed an etiamnum 7  
 hodiè beneficio Competentiaz, personæ illæ privile-  
 giataz adversus executionem in bona sua universa-  
 lese tueri poterunt? Negat equidem Matth. Col. dīct.  
 c. 3. n. 119. in fin. & num. 131. beneficium istud in foro  
 Saxonico practicari. † Sed cum nullibi in jure Sa- 8  
 xonico sublatum vel immutatum reperiatur, haud  
 certè video, cur locum habere non debeat, quan-  
 tumvis forsan rarius accidat, ut de alimentis debi-  
 tis

9 tores excipient. † Placuit igitur Dominis adversus milites atque nobiles ita fieri executionem, ne egeant, & in solidum exigantur, sed ut alimenta ipsi relinquenterentur, veluti quoque consuluit Matth. Wesenb. dict. cons. 50. num. 20. Et cum exceptiones quamplurimæ contra executionem opponi soleant in ipso executionis actu, Supr. Const. Elect. 8. defin. 1017. & infr. defin. 64. † nihil obstat, quo minus de exceptione hæc Competentia contrarium afferamus. 1017. † Planè si Creditor petens executionem, in casu, quo solidum non consequeretur, ipsem laboratus esset inopia, ita ut omnino egendum sit, & quius esse debitorem indigere, nec habendum respectum ad splendorem unde vivat, quām Creditorem carere necessariis, facile concesserim, Col. dict. c. 3. n. 126. Vid. infr. p. 2. Const. Elect. 25. Def. 6.

Ita Domini in causa cuiusdam Baronis ad consultationem Eliz Friedels zu Leipzig / Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch Inhalt der Rechte/ so wohl die Sequestratio der Güter/ als auch die executio oder Hülfe wider die Milites anderer Gestalt nicht statt hat/ als dasfern ihren/ ihrem Standen nach/ die alimenta und jährliches Auskommen/ so wohl zu ihren/ und der Ihrigen Unterhalt/ als auch zu Verriitung der Herrn-Dienste/ aus denen Gütern frey gelassen wird/ welches beneficium Competentia denen Illustribus und Adelsgesellen/ nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten hentiges Tages/ auch auf Sachs. Boden geltet/ falls/ und nicht weniger/ als denen Kriegsleuten zustehet/ damit es auch ferner diese Beschaffenheit hat/ daß selbige Exceptio gleich andern vergleichen auch bei Verriitung der Sequestratio oder execution vorgeschützt werden mag/ &c. So hat sich auch hochgedachter Herr Debitor des angezogenen beneficii Competentia nochmals zu gebrauchen wohl fug/ B. N. W.)

Et in causa Wilhelm Bernhards von Hagen / Meaf. Mayo Anno 1636.

#### DEFINIT. XVI.

*Bebeneficio Competentia ne debitor egeat, potissimum conditio & qualitas persona ejus conside- rari debet.*

1 Non gaudet privilegio Competentia debitor, si amplum habeat patrimonium, ex quo post factam executionem tantum ipsi supereft, unde vivere possit; sed deficientibus demum aliis bonis, ad beneficium hoc recurrentum est, Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. num. 120. † in quo computatio alimentorum fieri debet secundum debitoris conditionem, qualitatem & honestatem, cum Nobilis aliusve in dignitate positus, lautoribus & delicatoibus esculentis & potulentis vesci conservetur, † ut proinde honestius veniat exhibendum per l. tutor. secundum dignitatem. 13. ff. de administr. tu- tor. l. 1. §. mulier. 19. l. habitatio. 4. §. servis. 1. ff. de ventr. in poss. mitt. aliter, quām rusticus, † cui pro victu quotidiano in casu, quo denegatur adversus ipsum executio solidi, sufficit constitui panem atrum, allium & cepas cum caseo, Gloss. in l. servis urbanis 99. in pr. verb. libellis ff. de legar. 3. Eleganter Matth. Wesenb. part. 1. consil. 50. n. 20. & 21. Matth. Col. dict. c. 3. n. 120. & seqq. † Cæterum, si debitor sit artifex aut operarius, ita ut labore & exercitio artificii alimenta consequi valeat, audiendus non est, si ad deductionis beneficium configere velit, ne fiat ex laborioso & industrio artifice unus de validis mendicantibus, contra l. 1. C. de valid. mend. lib. 10. Matth. Col. dict. c. 3. n. 123.

Ita Domini in eadem causa, (Verba sent. So hat sich auch hochgedachter Herr Debitor des angezogenen beneficii Competentia nochmals zu gebrauchen wohl fug/ und wird demnach Ihr Gn. dem Herrn Debitori der Creditoren Verweigerung ungeacht/ ihrem Stand und Herkommen nach/ jedoch auf des Lehen-Herrn und dessen verordneten Executoren Gutachten und Ermäßigung/ jährlich eine gewisse Summa Geldes billig angezeigt, und von der Fruchtneßung entrichtet/ B. N. W,

Et in causa Wilhelm Bernhards von Hagen / Meaf. Mayo Anno 1636.

#### DEFINIT. XVII.

*Privilegium deductionis frue Competentie indultum quoque censemur liberis & familia Debitoris.*

F Alluntur omnino debitores privilegiati, qui beneficiio deductionis sive Competentia in tantum sibi prospectum existimant, ut relictum ad sui sustentationem, post obitum in liberos aliosve heredes successionis jure transferre possint. † Nec enim alia conditione bona ab executione excepta debitoribus privilegiatis ad sustentationem assignantur, quam ut post mortem debitoris rursum Creditoribus applicentur, Matth. Col. de proc. execut. p. 2. c. 3. num. 125. p. Et istud obs. consp. horum locorum. † Nihilominus vivo adhuc debitore, per beneficium hoc Competentia, liberis etiam atque familia debitoris succurritur, ita ut in computatione alimentorum ratio ejus omnino sit habenda juxta veriorem opinionem, Matth. Wesenb. part. 1. consil. 50. num. 22. † non solum, quod privilegium concessum personis intelligatur etiam familia indultum, arg. Autb. habita. C. ne filius pro patre. ubi Dd. Bart. I. semper. 5. S. immunitati. 4. ff. de jur. immun. Andr. Tiraqv. de Nobilit. c. 10. n. 124. † Sed potissimum, quia sine liberis & familia debitor cum honestate vivere non potest; Et in consideratione qualitatis & conditionis, quæ omnino in computatione alimentorum attenditur, Defin. preced. non minor liberorum atque familie, quām ipsius debitoris ratio habetur, † ne ex paupertate & damno familiae ipsi debitori in iuria accedat, l. si quis à liberis. 5. S. non tantum 12. ubi Gloss. ff. de lib. agnos. L 2. ff. de usu & habitat. l. si stipulatus fuerim. 76. ff. de V.O. † Quamvis dissentiat Matth. Col. dict. c. 3. n. 125.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und wird demnach Ihr Gnaden dem Herrn Debitori der Creditoren Verweigerung ungeacht/ so wohl zu Verriitung der Ritterdienste/ Unterhaltung der Pferde/ als auch zu ihrer und der Ihrigen Alimentation, ihrem Stande und Herkommen nach/ jährliches eine gewisse Summa Geldes angezeigt/ &c.)

Et in causa VVilhelmi Bernhard von Hagen/Mens. Mayo Anno 1636.

#### DEFINIT. XVIII.

*Doctoribus quoque competit beneficium Competentia, frue in quantum facere posse.*

N On solummodo Nobilibus & militibus armatis exceptio deductionis, sive in quantum facere possunt, confessa est, sed etiam togata & coelestis militia hominibus, putà Doctoribus, Magistris, Professoribus, Advocatis, Scholaribus & Clericis, ut recte sentiunt Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 19. Gloss. in l. item miles. 18. verb. sub armata militia ff. de re jud. Jas. in l. miles 6. n. 9. ff. de re jud. Brun. de ceff. bonor. q. 3. pr. n. 10. † Non minus enim hi provident humano generi, quām si præliis atque vulneribus patriam parentesque tuerentur, l. adv. c. 14. in pr. C. de adv. divers. jud. † quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo ac Magistratui vita subjectorum informatur, Autb. habita. C. ne fil. pro patre. Col. dict. c. 3. n. 119. † Nec ullam hic prærogativam Doctoribus juris tri. buendam putaverim, quibus solis beneficio Competentia subveniendum tradit Matth. Berl. part. 1. concl. 80. n. 54. † Quia privilegium hoc Competentia nominatum militibus indultum, propter omnis generis disciplinarum, legumq; divinarum & humanarum cognitionem, ad Clericos extenditur, juxta tr. dita Col. dict. c. 3. n. 119. † Cur ergo aliarum facultatum Do.

Docktores & Professores, imprimis vero Doctores Theologiz, quorum labores generi humano longe magis sunt proficui, quam unquam fuit studium maximi etiam JCti, excluderemus? Matth. Brun. de reffion. bon. q. 10. q. 4. pr. n. 1. & 3. Ludov. à Peg. de r. 163. nam. 1. & seqq.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Welches beneficium Competentia denen Illustribus, Adelspersonen/ Doctoribus und Clericis nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/ heutiges Tages / auch auff Sächsischem Boden gleichesfalls und nicht weniger als den Kriegsleuten zustehet/uc.)

#### DEFINIT. XIX.

*Non potest validè renunciari beneficio Competentie.*

- 1 **A** Deo favorable habetur beneficium Competentie, sive in quantum facere potest debitor, ut huic nullo pacto queat firmiter renuntiari, quicquid etiam dixerint aut contraxerint debitores, per text. in l. alia causa. 14. §. elegant. 1. ff. solut. matr. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 127.
- 2 Matth. Wesenb. part. 1. conf. 50. n. 20. † Quia privilegium hoc partim ex causa reverentie, partim sanguinis ratione inductum est, Supr. Defin. 15. ut fieri non possit, † quin renunciatio sit contra bonos mores, dict. l. 14. §. 1. ff. solut. matr. Neque jus sanguinis tanquam publicum pactis tolli potest, §. sed naturalia 11. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. juris gentium 7. §. & generaliter 16. l. 24. §. 4. l. 14. ff. de pact. † Ex quo sequitur, saltem inter alias personas, quae sanguinis & reverentia ratione haud sunt conjunctæ, putæ inter socium & donatorem renunciationem omnino subsistere, Decius in l. 15. num. 7. ff. de rej. Matth. Col. dict. c. 3. 129.
- 3 Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Inmassen auch des beneficij Competentia hodgevadter Herr Debitor mit ausdrücklichen Worten sich niemahls begeben/noch denselben beständig renunciren können/uc.)

#### DEFINIT. XX.

*Non potest fieri executio pro debito mariti in bona uxoris dotalia vel paraphernalia.*

- 1 **P**rivilegiata sunt circa executionem super debito mariti, bona mulierum dotalia pariter atque paraphernalia, nec fieri potest in ea executio, quantumvis à marito possideantur, Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 262. Jacob. Schult. quest. pract. 46. † Quia executio non facienda nisi adversus personas contrahentes, earumque bona, Felin. in c. cum super 17. n. 15. & c. pen. extr. de sent. & rej. Bartol. in l. 1. §. interdum. 4. n. 4. ff. à quib. appell. non lic. † At nonne marito in bonis uxoris jus utendi fruendi competit pro exhibitione uxoris, aliquis matrimonii oneribus, l. pro oneribus 20. C. de jur. dot. l. dotis fructum. 7. & l. 57. ff. eod. tit. quidam ergo in usumfructum saltem horum bonorum pro debito mariti fiet executio? † Concesserimus hoc equidem, nisi uxori proprietaria suum interesse etiam in Usufructu prætendere posset, ex quo scilicet ipsius & totius familiæ exhibitio dependet, dict. l. pro oneribus. 20. C. de jur. dot. & l. dotis fructum. 7. ff. eod. tit. † Quod vel maximè verum est de jure Saxonico, quo conjuges in tali indissolubili communione omnium bonorum hinc inde illatorum & acquisitorum constituti sunt, ut eorundem possessio sit penes utrumque pro indiviso, Landr. lib. 1. art. 31. & art. 45. §. Dass wett. † Pieri ergo non potest, quin per executionem in Usufructum bonorum dotalium vel paraphernalium factam haud ipsa offendatur uxori, ut pluribus demonstrat Matth. Coler. dict. c. 3. num. 271. & seqq. † Alia est ratio fructuum ex rebus dotalibus & paraphernalibus perceptio-

rum, sive à solo separati sint, sive non, dummodo ultima cultura fundo dotali fuerit adhibita: † Quia enim tum fructus in foro Saxonico indubitatem ad maritum pleno jure pertineant, Landr. l. 2. art. 53. vers. Des Mannes Saat / nihil certò obstat, quo minus pro debito mariti fructus capiantur, Matth. Col. dict. c. 3. n. 277. Jac. Schult. dict. loc.

Ita Domini in causa Matthes Mebusens contra Welt Gilden zu Oberthau / Mensl. Jan. Anno 1630. ( Verba sent. Dass die execution in Bellagdens Acker / weil folcher seinem Weibe eigenhämlich zu stehet / gestalten Sachen nach / nicht statt hat/ V. N. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Valida est executio facta in bonis Usufructuariorum pro ipsius debito, licet alius in bonis iis habeat proprietatem.*

**N**on ergo valet executio pro debito mariti in bonis uxoris dotalibus & paraphernalibus, ne quidem quoad Usufructum pones maritum residentem, ex speciali nempe ratione, quod in ipso usufructu uxoris interessè aliquo modo versetur, ut dixi Defin. preced. † Quæ ratio cum alibi in usumfructum celeret, rectissime vulgo infertur, adversus Usufructuarium fieri posse executionem, ratione scilicet commoditatis fructuum, quamdiu usufructarius vivit, † per l. cuiuscunque 60. §. si fundus 1. vers. sed si ipsi usufructuario quæst. moreatur ff. de Usufr. Bald. in c. cum super. 17. n. 12. extr. de sent. & rej. & in cap. quoniā frequent. 5. §. quod si sup. n. 5. extr. Ut lit. non contest. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. 6. 3. n. 266. & 270. Matth. Berl. part. 1. concl. 80. n. 26. † Nec obstat, quod executio sit species alienationis, non magis ergo valebit quam ipsa alienatio, vel cesio Usufructus, l. si Usufructus. 35. in pr. ff. de usufr. §. 3. vers. siem finitur Inst. eod. tit. † Etsi enim ipsum jus nequeat alienari vel cedi, attamen perceptionem commoditatis alienari, nil prohibet, videtur enim tum Usufructarius mediante persona cessionari uti frui, §. manus autem. Inst. de usu & habitat. † At licet non valeat tamen concessio, ut non ineptè distinguit Matt. Col. dict. c. 3. n. 268.

Ita Domini in causa Eliae Krummholtz zu Weissenfels / Mensl. April. Anno 1633. ( Verba lene. Ob nun wohl solche Schulden auf die donirten Güter nicht versichert / und die Mutter andere Güter hat / davon dieselben bezahlet werden können/uc.) So hat doch die Hülfe in die donirte Güter / jedoch weiter nicht / als quoad usum fructum, und die Mutter als usufructaria lebet / wohl vollstreckt werden können, V. N. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Res litigiosa sive non potest alienari, ita nec per executionem distrahi.*

**I**ctorum pariter responsis, atq; Imp. rescriptis interdictum est, ne res litigiosa alienetur, eod. tit. ff. & C. de litigios. Ergo nec valebit executio facta in res litigiosas, † cum vocula alienationis comprehendat quoq; jus pignoris, quod per executionem Creditori acquiritur, l. si c. de reb. alien. non alien. Non tamen existimet quis, eo ipso, quo actio de re aliquâ moveretur, illam litigiosam fieri. † Sanè quin per actionem realem, quæ dominium directum vel utile urgetur, res efficiatur litigiosa, minus dubium est, sicut & ipsa actio realis in judicium deducta litigio afficitur, Autb. litigios. C. de litig. Hart. Pist. part. 1. qv. 40. nam. 2. & 3. † Nec non personalis actio ipsa per litigios contestationem in judicium deducta, l. 2. C. de litigios. † Alia vero est ratio rei, quæ petitur per actionem personalem, utpote si emptor agat exempto ad consequendam rem venditam, quæ nunquam efficiatur litigiosa per actionem personalem, juxta-

- veriorem sententiam *Dd.* quos copiosè allegat & sequitur Hart. Pistor. *dict. qv. 40. num. 7. & 8.* † ubi hoc ipsum quoque extendit ad judicis officium, nec per id rem litigiosam fieri tradit, ex Bald. *in l. 1. C. 7 comm. divid.* † Planè divisiones absque virtio litigiosi commodè fieri posse, probat text. *in Autb. de 8 litigiosis.* Hartm. Pistor. *dict. qv. 40. n. 15.* † Hoc tamen quatenus procedat, declarat pluribus Cephalus *consil. 164.*

Ita Domini in causa der Cammermeister contra Franz Nigen / ventilata in Prætorio Lips. Mens. April. Anno 1635. (Verba sent. Und wird bis nach Erörterung dieser Sache die gesuchte Execution billich eingestellt/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Valet alienatio judicij litigiosi, si is, qui alienavit, paratus est judicium pati, perinde ac si possideret.*

- 1 **S**uccurrere voluit Prætor agenti contra Reum rem litigiosam alienantem, dando ipsi actionem infra factum ex edicto peculiari. *in l. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* † Sed tum demum, cum per alienationem judicij molestior adversarius subjicitur, aut alià ratione agendi conditio sit durior atque deterior, *l. 1. l. 2. l. 3. & l. 4. S. 1. ff. dict. tit. ubi Matth. Wesenb. in parat. n. 6.* † Adeoque si ex alienatione nullum detrimentum sentiat actor, putà quod in seque commodum & similem hominem alienatio sit facta, cessabit ex hoc edicto actio, sicuti & hoc in casu, † quo alienator paratus est vindicationis judicium pati, perinde ac si possideret. *per text. in l. 3. S. 5 ult. ubi Bart. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* † Neque enim tum interest agentis, alienationem esse factam vel non, & proinde nihil exigere poterit, *Wesenb. in parat. dict. loc. n. 6.*

Ita Domini in causa Bartholomæ Stolzenbergers zu Guteborn/Mens. Nov. Anno 1635. (Verba sent. Ob nun wohl solche Veränderung für eine lice pendente geschehene innovation, und in Rechten/ in potentiores verbotene alienation gehalten werden will / dieweil aber dennoch dabei dieses pectum zwischen den Contrahenten vorgen/ daß der Kriegs-Officer mit denjenigen actionibus und Streitigkeiten/ so dieses eingeräumten Guts wegen sich zwischen Ticio und Sempronio erhalten/ oder künftig ereignen möchten / durchaus nichts zu thun haben / sondern solche Titus alleine auf seine Gefahr und Unkosten ausüben solte und wolte / und also dem Sempronio in lice kein potentior adversarius opponiret wird/ ic. So mag auch diese des Titii geschehene Einräumung des ihm zugestandenen juris possessionis, weil er zuvor einer von Adel/und dem Kriegs-Officer am Stande gleich/vor einer lice pendente verbotene innovation, oder unguldliche alienation in potentiores nicht geachtet werden / ic.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Contra singularem debitoris successorem, ejusque bona fieri non potest executio.*

- 1 **E**xpediti juris est, contra hæredem debitoris fieri posse executionem, *Felin. in c. 11. extr. de jud. n. 4. Matth. Col. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 32.* † pro rata scilicet, ut quilibet pro sua quotà & portione tantummodo conveniat, nisi pignus vel hypotheca intercesserit, † quæ facit, ut possessio teneatur in solidum, *l. pecuniam 1. l. pro hereditariis. 2. C. de hered. action. Matth. Berl. part. 1. concl. 80. n. 28.* † Sed alia est ratio successoris singularis, putà emptoris, donatarii, legatarii, &c. adversus quem pro debito antecessoris nequaquam fieri potest execu-  
tio per *L. cum precibus 4. C. de rer. permutat. Berl. dict. concl. 80. n. 46.* Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 433. Nicol. Boer. *decis. 204. num. 47.* † Quia obligatio personalis non sequitur fundum, *l. 1. §. si heres. 16. ff. ad SCrum Trebell. l. us pomum. 8. ff. de servit. l. 13. C. de oblig. & action.* Et sicuti executio

ex personali conventione tertio non prodest, † ita nec docere debet, *l. si unus 27. §. 4. vers. ante omnia ubi Jason. n. 4. & 5. & l. juris gentium. 7. §. prator ait. 7. n. 9. ff. de patt.* † Nisi forsitan personaliter & executive obligatus alienaret sua bona in fraudem Creditoris, quo casu, resciscā & revocatā alienatione, executionem adversus singularem successorem recte intentari, non multum reclamaverim, Salycet. *in l. ult. in fin. C. de execut. rei jud. Matth. Col. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 439.*

Ita Domini in causa Virgilii Kropfens contra Barthel Kempfen zu Lauchstädt / Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sentent. Dass die im Beklagten erkaufte Mühl gesuchte execution gestalten Sachen nach nicht statt hat/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Execution à Domino feudi in dubio censetur factam in feudum ipsum, non solum in fructus & commoditates feudi.*

**Q**uod dicitur, executionem in ipsam feudi substantiam & utile dominium haud fieri posse, sed saltem in fructus & commoditates feudi, Henning. Goeden. *consil. 15. n. 15.* Matth. Coler. *de process. execut. in part. 2. c. 3. num. 282.* Joh. Köpp. *decis. 39. n. 5. & seqq.* Matth. Wesenb. *part. 1. consil. 50. num. 7. & seqq.* Andr. Gail. *l. 1. obs. 117. n. 2. & seq.* † id omnino restringendum ad judicem loci ordinarium, qui simul dominus feudi non est, veluti demonstrat Hartm. Pistor. *part. 1. q. 15. n. 34.* ac † placet quoque hoc ipsum Saxoni Illustrissimo in Ord. process. *tit. 40. in pr.* Nec enim facultas execuendi in ipsam feudi substantiam & utile dominium, feudi dominio est admenda, † qui si pro executione requisitus, velit Creditoribus in ipsum feudum facere executionem, eisque facultatem alienandi permittere, jure id facere poterit, ut rationibus atque fundamentis eleganter defendit Hartm. Pistor. *dict. q. 15. n. 70. & seqq.* † cuius sententiam quoque amplectitur seruissimus Saxon. Elector, *dict. tit. 40. vers.* So hat es hierum eine andere Gelegenheit. † Quin & si de mente Domini non manifestè constet, an in feudi substantiam, an verò in fructus saltem & commoditates exequi voluerit, in dubio in feudum ipsum & utile dominium execution facta censeri debet, *dict. tit. 40. vers.* Wenn aber bey solcher Hülfe, † Planè, si debita cum domini consensu sint contracta, isque in hypothecationem feudi consenserit, cogi omnino potest, ut executionem faciat in ipsam feudi substantiam, si Creditores in fructibus & commoditatibus feudi acquiescere nolint. *dict. tit. 40. §.* Was aber die Schulden betrifft. † Quod & verum putaverim in aliis debitis feudalibus, quæ onera feudi concidunt, & in ejus utilitatem versa fuere, Joh. Köpp. *decis. 39. num. 30. & seq.* Matth. Wesenb. *dict. consil. 50. n. 14.*

Ita Domini in causa Wenzel von Neusebachs/ Mens. Jun. An. 1632. (Verba sent. Habi ihr wegen eurer Schuldforderung/damit Heinrich Olberta euch verhaftet/in seinem Lehngut die Hülfe gesucht / welche ihr auch bey dem Lehnherren/ unangesehen ihr auff solchem Gut keine Verpfändung gehabt/ erlangt/etc. So wird dafür gehalten/baß behaldete Execution nicht nur in die Früchte / sondern auch in das Eigenthum des Lehnenguts geschehen/ic.)

#### DEFINIT. XXVI.

*Per executionem in feudum factam non prejudicatur Agnatis simultaneè investitis, si non consenserint in hypothecam vel executionem.*

**I**n arbitrio igitur ac voluntate Domini positum est, an pro debito non feudali, executionem in ipsum feu-

feudum, vel saltem in fructus & commoditates feudi facere vellet, Defin. praecl. † At, inquit, nonne per hanc executionem prajudicabitur Agnatis de feudo simultaneè investitis? Non certè, sed restringenda ita est executio, sive in fructus saltem & commoditates feudi facta, i. † ut diutius non duret, quā Vasallus debitor vixerit, mortuo verò Vasallo ejusque liberis expiret, & feudum ad Agnatos & simultaneè investitos revertatur, Ordin. process. judic. Elector. Saxon. tit. 40. §. Es sollen aber auch Joh. Köpp. docif. 39. numer. 15. Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. num. 300. Andr. Gail. l. 1. obser. 117. n. 2. † Sed hoc ita, nisi Agnati vel simultaneè investiti in executionem vel etiam hypothecam feudi consenserint, nec enim tum habent, de quo conqueri possunt, dict. tit. 40. † Quin nec tum post mortem Vasalli executionem poterunt revocare, si pro debito feudali in utilitatem feudi converso, vel feudi onera concernente, facta fuerit, Matth. Berl. part. 1. concl. 82. num. 41. & 42. Anton. Hering. de fidejuss. c. 21. num. 45. & seq.

Ita Domini in eademi causā (Verba sent. Es mag aber gleichwohl solche Executio den Agnaten und Mitbelehnten/ wofern sie dagegen nicht gewilliger/ an der gesamten Hand und Lebensfall/wenn solcher nach Absterben des Lehensmannes und seiner Söhne an sie kommt/ nicht nachtheilig noch hinderlich seyn/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVII.

Valeat quidem pactum de ingrediendo possessionem bonorum debitoris propriè autoritate, sed tuitius procedit Creditor adhibendo iudicis Imperium.

**N**olo hic repetere argumenta, quæ pro utrāque sententiā prolixè admodum adducit Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 5. ubi demum concludit pro communi opinione, † quod virtute pacti de ingrediendo possessionem bonorum debitoris, Creditor post moram rectè occupet ejus bona, etiam propriè autoritate, per l. Creditores. 3. ubi Bartol. num. 4. C. de pign. l. pignoris 11. C. de pign. action. l. 1. & l. 2. C. si serv. export. ven. l. 1. C. si mancip. ita fuer. alien. ne profit. Panorm. in c. de cetero. s. n. 13. extr. de sent. & re jud. Et multis refellit Col. dict. loc. contraria, quæ huic opinioni adversari videntur. † Rectissimè tamen svadet, iudicis autoritatem adhibere, ut securiores sint Creditores non solum ratione actionis injuriarum, quam pro violata jurisdictione ejus potestatis, in cuius territorio vis privata committitur, metuendam habent, c. ex parte. L. ubi Dd. extr. de V. S. l. si quis 8. §. sed bac 2. & 5. sed & si quis. 3. C. de prescript. 30. annor. † sed & pro evitando periculo armorum & fusionis sanguinis, si invenirent Creditores resistentem: † Quo casu, nec ipsum pactum de ingrediendo in possessionem bonorum debitoris propriè autoritate subsistere, ait Col. dict. c. 5. n. 99. per multas autoritates, quas ibi adducit, † ne forsitan ejusmodi conventio præbeat occasionem tumultus & fusionis sanguinis, l. non est singulis. 176. ff. de reg. jur. l. si cuius. 13. §. sed si inter. 3. ff. de llusfr. † Quod periculum certè avertere poterit, si petat saltem à iudice officiales sibi adiungi, donec realiter fuerit ingressus, possessionemque naestus, ut scilicet metu ministerialium iudicis adversa pars sibi temperet ab injuriis, rixis & scandalis, Salycet. in dict. l. creditores. 3. † Nec habent Creditores, quod metuant moram & processus ambages, quibus per pactum istud de ingrediendo possessionem propriè autoritate occurtere voluerint, † cum vigore istius pacti etiam iudex requisitus absque ulteriori processu Creditores statim.

per officiales suos immittere teneatur Jason. in l. justè u. n. 16. & 19. ff. de acquir. possess. Matth. Col. dict. c. 5. n. 82.

Ita Domini in causa Johann Salfelds zu Eueca / Mens. A. prl 1632. (Verba sent. Inmassen euch auch/wofern ihr selbst zu eurer besserer Verwahrung und Sicherung/die Obrigkeit und gerichtliche Hand hierzu anzulangen nicht gemeinet/ Vermöge des aufgerichteten pacti, propria autoritate die posse des Schuldners Güter einzunehmen/ und euch bis zu eurer Befriedigung dahinein zu setzen/unbenommen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVIII.

Reddenda est ratio de fructibus ex fundo, in quem Creditores immisi fuerunt, perceptis.

**S**ive propriè authoritate vi pacti initi Creditores possessionem bonorum debitoris ingrediantur, sive prævià executione in eam judicialiter fuerint immisi, non sibi persuadeant aliquod jus dominii, † sed ita bonis sui debitoris utantur, ut de fructibus perceptis quotannis rationem reddere queant, veluti ad hanc obstringuntur, ex Ord. process. judic. Elect. Sax. tit. 39. §. Im Fall nun. in fin. vers. Dero wegen diejenigen. † Ac certè tum Creditores in administrandis bonis debitoris eandem curam & diligentiam, ac in propriis impendere, atque fructus perceptos in sortem computare & cum debito compensare necesse habent, Jason. in l. à Divo Pio 15. §. si pignora. 3. ff. de re judicat. num 4. Ant. Neguz. de pignor. part. 5. membr. 5. n. 1. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 9. num. 83. † in tantum, ut si bona debitoris aliquamdiu possederint, ac fructus perceperint, eisque opponatur exceptio solutionis, onus probandi, se scilicet ex fructibus integrum solutionem haud percepisse, iis incumbat, Dan. Moller. lib. 4. semestr. 19. † Destituti autem probationibus, Creditores fructus perceptos mediante juramento judicare, & si quid in rebus pignori captis omissum vel neglectum fuerit, resarcire tenentur, Ord. proc. judic. dict. tit. 39. §. Im Fall nun. in fin. Dan. Moll. dict. cap. 19. n. 2.

Ita Domini in causa Barthel Kochens zu Marienberg/ Mens. Octobr. Anno 1601.

Et in causa D. Andrex Schonii & D. Ottotis Menandi Budig/ Mens. Novembr. An. 1603.

#### DEFINIT. XXIX.

Non è minus tenentur Creditores reddere rationes de fructibus perceptis, quod debitor simplici eorum assertione stare promiserit.

**S**ed num semper Creditores in bona debitoris immisi, de fructibus perceptis rationem reddere tenebuntur? † Quid enim, si debitor hoc casu eorum nudà ac simplici assertione stare promiserit? † Et conventione propriè debitorem tum prohibiri exigere ratione dixeris, cum favori suo bene renunciare potuerit, l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact. veluti sentiunt Bartol. in l. ult. ff. de prator. st. pul. Alex. lib. 2. confil. 5. 4. n. 1. & lib. 1. confil. 47. n. 4. † Sed vereor, ne renunciatio hæc sit contra bonos mores & præbeat occasionem delinquendi, quo sancè casu nulla pactio vel renunciatio valida est, † ut bene limitat Jason. in dict. l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact. per l. illud convenire. s. ff. de pact. dotal. Matth. Col. de prcess. execut. part. 1. c. 10. num. 152. † Vix unquam enim subtilior fabrica vel melius forum pravitatis usurariæ atque deceptionis fraudulentæ, quam per ejusmodi factum dari posset. Taceo alia inconvenientia, † quod nempe unus idemque foret pars & testis in propriè causâ, contra l. nullum. 14. C. de testib. † Quod fides unius dicto tantum habeatur, id quod legibus est execrabilis c. licet universis 23. c. in omni. 4. ubi Gloss. extr. de te- fib.

8. *sib. t. & quod credatur testi non jurato contra l. juris jurandi g. C. de testib.* Placuit ergo Dominis,  
 9. non obstante certa conventione, t. à Creditoribus bene rationes speciales de fructibus perceptis exigi posse, præsertim si ipsorum assertio nuda veritati consona haud sit, quo scilicet occuratur delicto & pravitati naturæ hominis, cui quasi innatum est vitium aviditatis habendi, Bertrand. vol. 3. consil. 59.  
 10. t. veluti in causâ simili, quod non standum sit assertione nudâ & simplici Creditoris super interesse, prolixè disputat atque tetur Matth. Coler. dict. cap. 10. n. 147. t. ubi dicit, ne quidem Principem sumnum decernere posse, ut stetur dicto partis contra adversarium, Socin. in cap. dilecti 17. super Gloss. 3. ext. de foro compet. per c. judicet ille. 4. caus. 3. quest. 7.

Ita Domini in eadem causa DD. Andrea Schonii & Ottonis Menandri zu Budißin/Mensl. Nov. Anno 1603. (Verba sent. Ob nun wol dabej geredet worden / daß der Creditor dem Debitori wegen der Einnahme und Ausgabe keine specificite / sondern nur summarische Rechnung zu thun schuldig seyn/noch auch einige Endes-Betheurung oder Beweis von ihm gefordert werden solte. Dieweil aber dennoch/eurem Bericht nach/ hemeldter von Adel gedachtes Gut in dem Anschlage/wie es auch ein Bruder von dem andern hatte lauffen mögen/nicht annehmen wollen/ sondern alle billige Mittel ausgeschlagen/stracks auf die Hülffe gedrungen/und als ers Hülffe weise einbekommen/übel darauff hausgehalten/und an jährlicher Nutzung kaum 2000. fl. angeben/ da es doch der Debitor auf 4000. fl. genossen/und der Werth des Guts dem landüblichen Anschlage nach/sich auf 43000. fl. erstrecket/ie. So ist er auch/ gestalten Sachen nach/ eine richtige specificite Rechnung der Einnahme und Ausgabe zu übergeben schuldig/ darauf erwarten sie also denn der ordentlichen Obrigkeit moderation und Wetsung. Und was dieselbige vor recht und billig erkennen wird/ daß der Creditor an übermäßiger Nutzung über die landüblichen Zinsen empfangen und eingenommen/solches ist er in sortem zu computeire/und thme aus der Hauptsumma abkürzen zu lassen pflichtig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXX.

*Non tenetur mediante juramento bona mobilia indicare debitor, contra quem sit executio, si possideat bona immobilia.*

1. **N**on modo executionis ordo requirit, mobilia prius capi, quam immobilia, l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judicat. Supr. Defin. 10. Sed & ipsi Creditori, executionem petenti, id consultius videtur, t. cum mobilia longè citius quam immobilia distrahi queant: ideoque debitor, adversus quem executio facienda, seras & ferramenta fori atque cistarum, aliorumque receptaculorum, in quibus asservari solent mobilia, aperire, eaque manifestare obstrictus est, Bald in l. ordo. 3. C. de execut. rei judic. num. 9. Matth. Col. de process. execut. part. 3. cap. 9. num. 43. t. Sed quid, si debitor hoc facere recusat, mobiliaque sua vel saltē pretiosā facile & celeriter distrahenda occultet, aut aliō transferat?
4. t. Tūm mediante juramento debitorem universa sua mobilia indicare teneri, vulgo Dd. afferunt, Pract. Papiensi. in formâ responsionis libelli in act. hypoth. Gloss. exceptionem solut. n. 3. Matth. Col. de process. exec. part. 3. c. 9. n. 44. in fin. Matth. Berl. part. 1. concl. 5. 81. n. 76. t. Quod quidem concederim, si alia debitoris bona sive immobilia sive mobilia non extent;
6. t. Cæteròquin, quando possessionatus est debitor, periculose certe est juramentum ei deferri propter perjurii metum, cum debitores haud solvendo existentes, præsertim falliti, sèpissime sint homines levies, divinum numen parum metuentes. t. Nec est, quod contumaciam debitoris hæc ratione impunitam existimes, cum parùm commodi in ipsum redundabit, si vel res soli statim & celeriter, aut etiam reliqua mobilia pro vili pretio distrahanter,
8. t. vel ipsem debitor tanquam non solvendo exi-

stens incareretur, Paris. de Pateo in tract. sym. dic. verb. exer. vers. pone quod commissa. num 3. in fin. t. Veluti hanc cautelam commendat, & contra mercatorem quendam astutum predicatam meminit Col. dict. cap. 9. n. 48.

Ita Domini in causa Johann Lindner's Erben zu Rempting/Mensl. Mart. Anno 1629. (Verba sent. Seyn euch die Meister des Handwerks der Leineweber zu Ritzevda / derer fast über 50. seyn mit 2500. fl. Hauptsumma in solidum verhaftet/und dieweil sie sich mit der Wiederzahlung sämtig erwiesen/habt ihr wider sie auf die Hülffe gelagte/ und solche zu ihrer Fahrniß ausgebracht. Ob nun wol darauff beniente Schuldnier die Leineweber/eurem Fürgaben nach/ ihre mobilię weggeschafft und versteckt/ also daß man nichts oder gar wenig finden könne/ ic. so mögen sie doch gedachte ihre Fahrniß / weil aus eurer Frage so viel zu vernehmen/ daß esliche der Schuldnier mit unbeweglichen Gütern gesessen/ vermittelet Endes anzuzeigen/nicht angehalten werden/ es wird euch aber auf solchen Fall/wofern keine andere mobilia verhanden/ in bemeldte ihre unbewegliche Gütere schleunig billich verholzen/B. R. W.)

**DEFINIT. XXXI.**  
*Durante executionis processu, debitor ad intercessum Creditoribus obstringitur.*

**C**reditoribus tamen non parum præjudicari, in quies, si bonis mobilibus à debitore occultatis, de rebus soli z. alienum sit exsolendum, cum hæ nunquam tam celeriter distrahantur, ac bona mobilia, quæ facile emptorem inveniuntur, t. Sed non habent Creditores, quod de damno per id sibi dato conquerantur, cum debitor iis ad interesse quoque sit obstrictus, & durante executionis processu, usuras præstare teneatur, tanquam rei judicatae l. 2. C. de usuris rei judic. ex mora. t. Ex quâ solâ si promissæ specialiter non fuerint, usurae debentur l. cum quidam 17. S. si pupillo. 3. ff. de usur. l. Titia Sejo 87. S. usuras. 1. ff. de legat. 2. Anton. Faber. in Codic. lib. 8. tit. 27. Defin. 19. n. 3.

Ita Domini in causa M. Balthasar Büttner's zu Leipzig/Mensl. Febr. Anno 1600. (Verba sent. Und weil der Schuldeñer nicht zu zahlen gehabt/ hat der Creditor die Hülffe und Immision in desselben Haus erlanget. Ob sich nun gleich auff vorgehende Subhastation bis anhero sein Käuffer dazu gefunden, da aber dennoch sonst keine Gläubigere mehr vorhanden wären/ ie. So würde (dem Creditor und nunmehr euch) als dessen Cessionario, vor des Schuldeners Erben) vorange regte Haupftsumma billich verzinset/B. R. W.)

Et in causa Gabriel Feigen's zu Königswalda/Mensl. Jul. An. 1598.

**DEFINIT. XXXII.**  
*Debentur judicii expensæ post factam executionem, haud subsecutæ licet taxatione.*

**N**on solet executio gratis concedi, sed officialibus judicis vel executoribus certa executionis expensæ, quas vulgo Hülffsgeld vocamus, debentur, quæ statim ipso executionis actu sunt exsolventæ, t. nec conceditur executio etiam pro debito liquidissimo, antequam expensæ illæ fuerint numeratae, Dan. Moller. l. b. 2. c. 40. n. 8. Matth. Col. de process. execut. part. 3. cap. 8. n. 25. & seq. t. Restitucadæ tamen hæ sunt Creditoribus iis, qui facta executione ex bonis debitoris exsolvendo omni æri alieno haud sufficientibus, credita non recipiunt, Dan. Moller. ad Const. Elecl. 28. num. 89. part. 1. t. Quam restitucionem & tunc injungit officialibus Illusterrimus Saxon, si realiter facta non fuerit executio, immisio & taxatio, in Ord. Torgens. de Anno 1583. vir. vom Geistbieten/subhastat. S. ult. in fin. t. Hinc cum post factam executionem & immisionem, debitor ante taxationem cum Creditoré transegerat, eique Creditum suum exsolverat, expetas jam solutas jure sibi repeteret licere existimat, t. propterea quod dicta ordin.

Ordin. Torgens. executionem, immisionem & taxationem conjunctim ac simul requirat ad hoc, officiabibus expensæ debeantur, veluti quoque sentit  
 7 Matth. Berlich. part. 1. concl. 81. num. 254. † Sed noluerunt domini ad restitutionem expensarum officiales condemnare, cum jam facta fuerat executio & immisio realis, qui certè actus omnino honora-  
 8 rium meretur. † Nec putandum est, Illustrissimum Electorem ad ultimum executionis actum, subhaftationem nempe vel taxationem, sanctionem suam astringere voluisse, † cui procul dubio mens fuerit, immodestam expensarum petitionem officiabibus praecidere, si nullum omnino executionis actum fecissent.

Ita Domini in causa Quastoris Pirnensis, Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sent. Ob nur wohlberührtes Gut nicht gewürdert oder taxirt worden/und dannenhero der Schuldner die gewöhnliche Hälffte-Gelder abzutragen sich verweigert. Dieweil aber dennoch die Hälffte mit Ausschneidung eines Spahns würtlichen ergangen/ die immision darauff erfolget/ und die subhaftation angeordnet worden; so ist auch der Schuldner die gewöhnlichen Hälffts-Gelder zu entrichten pflichtig/ und hat sich dawider beständiger Weise nicht zu be-  
 hassen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIII.

*Non deveniendum est ad subhaftationem, si Creditor bona certo pretio estimata in solutum accipiat, vel ex eorundem usufructu satisfactionem querat.*

**N**on sufficit, fieri executionem in bona debito-  
 ris, ac Creditores in possessionem realiter im-  
 mitti, si non etiam bona distrahitur, atque ex pre-  
 tio inde redacto debita exsolvantur, ut latè tractar-  
 2 Matth. Col. de process. execut. part. 3. c. 9. † non ta-  
 men ad distractionem est deveniendum, si alia rati-  
 3 one Creditoriis satisficeri queat: † Nempe, si par-  
 tes de valore & estimatione rerum convenient, eas-  
 que Creditores in solutum accipient, per text. in l.  
 ult. vers. ea observantes, de quibus inter debitorem &  
 Creditorem convenitum est. C. de jur. domin. impetr.  
 Gloss. in l. 15. §. si pignora. 3. ff. de re judic. verb. addic-  
 antur. Matth. Col. dict. cap. 9. n. 55. † Sive ergo  
 4 mobilia sive immobilia veniant distrahabenda, tentan-  
 dum prius, an Creditores pro certo atque conuento  
 5 pretio ea in solutum velint acceptare, † prout de-  
 mobilibus expressè sancit Illustrissimus Saxon. Elec-  
 tor. in Ordin. proc. judic. tit. 39. §. Und wann also  
 6 zum Fehnisch/ ic. † Quin &, si de pretio partes conve-  
 nire nequeant, aut Creditores bona debitoris in solutum accipere nolint, nec tum statim ad distractio-  
 7 nem properandum erit, sed alias satisfactionis mo-  
 dus Creditoriis proponendus, † ut nempe rebus  
 pro executione captis tamdiu utantur fruantur, do-  
 nece fructus percepti forti atque usuris respondeant.  
 Gloss. in dict. l. à Divo Pio 15. §. si pignora. 3. ff. de re  
 judic. verb. addic. Matth. Col. dict. cap. 9. num. 77.  
 8 † Ac licet modus hic satisfactionis raro sit acceptus  
 Creditoriis, propter particularem solutionem, que multa secum afferit incommoda l. planè 3. ff. fa-  
 mil. ercit. l. cum bi. 8. §. 9. vers. aut si causa aliqua ur-  
 gat. ff. de transact. † Tentandus tamen omnino est,  
 9 antequam ad distractionem deveniatur, Col. dict. loc.  
 Ita Domini in causa Sigismundi Schlagenhauffens zu Leipzig/Mense Jan. An. 1583.  
 Et in causa Pauli Zennens zu Leipzig/Mense Febr. An. 1587.

#### DEFINIT. XXXIV.

*Subhaftari quoque debent res mobiles, si Creditor eas à judge taxatas in solutum acceptare nolit.*

**L**iberum itaque est Creditoriis, an bona debito-  
 ris certo pretio estimata in solutum acceptarc,

an verò iisdem tamdiu uti frui velint, donec fructus percepti forti & usuris responderint, atq; ita plena-  
 riæ iis satisfactum fuerit, Defin. præced. † Ad neutrum  
 tamen inviti poterunt cogi, sed deveniendum tunc erit ad distractionem, ita ut bona subhaftentur, &  
 plus offerenti tradantur, Gloss. in l. à Divo Pio 15. §.  
 si pignora. 3. ff. de re judic. verb. addicantur. vers. tertio  
 quia potest. & ibi Bartol. n. 3. Matth. Col. de process.  
 execut. part. 3. c. 9. n. 78. † Neque diversa hic est ra-  
 tio rerum mobilium: Quantumvis enim hasce à ju-  
 dice taxatas, Creditores ut plurimum in solutum ac-  
 ceptent, † attamen si vel per taxationem immode-  
 ratam gravatos se existiment, vel pecuniam paratam  
 habere malint, quin & tum mobilia publicè subha-  
 standa & plus offerenti sint tradenda, dubium non  
 est, † ne scilicet Creditores unquam ad acceptatio-  
 nem in solutum cogantur, Modest. Pist. part. 1. quest.  
 12. Job. Köpp. decif. 55. n. 17. & decif. 44. n. 15. Rein-  
 hard. Rosa in addit. ad Dan. Moller. hic n. 19. † Quod 6  
 & disertè approbat Serenissimus Saxon. in Ordin.  
 process. judic. tit. 39. §. Und wenn also zum Fehnisch.  
 vers. Da er aber solches zu thun. † Neque tunc Credi-  
 tores prorsus exclusi erunt, sed facta subhaftatione  
 ad licitationem admittendi, iisque si aliis emptor  
 pinguis pretium non offerat, res adjudicandæ, ex  
 dispositione Electorali in dict. tit. 39. §. Findet sich  
 aber, † in tantum, ut hoc casu debitorius redimendi 8  
 prorsus non competit, quippe de quo in sanctione  
 Electorali hoc casu ne verbulum habetur, ut bene  
fürstl. Sächsischen Ausschreiben sub. tit. von feilbieten/ subhastation und Verkaufung der verholßenen Güter/ &c. Daß nemlich dem Schuldiger/ wann dem Gläubiger auf seine vorgehende litation das Gut zukommt/ frey stehen solle/ dasselbe innerhalb Jahresfrist wieder an sich zu lösen/ vor einem Jahre/ so 52. Wochen in sich hält/ zu versiehen sei/ V. R. W.)

Et in causa Ehrenreichs von Wildenhain auf Wildenstein/ Mens. Decembr. Anno 1626. (Verba sent. Ob nun wohl der Debitor vermehret/ daß die im Thürfürstl. Sächsischen Torgauischen Ausschreiben/ zur relution des Guts auf solches Fall gesetzte Jahresfrist vermöge der Sächsischen Rechte/ von einem ganzen Jahre/ und darüber 6. Wochen 3. Tagen verstanden werden müsse/ dannenhero er vor Verflossung selbiger Zeit den Hinderstand vollends zu zahlen/ und das Gut wiederumb an sich zu lösen gemeinet. Dieweil aber dennoch obberührte Wort im Torgauischen Ausschreiben von einer bloßen Jahresfrist ohne Anhang reden/ und dannenhero strikt von einem Jahre/ so 52. Wochen in sich hält/ zu versiehen/ welche Zeit er aber nicht in acht genommen/ sondern alslerst etliche Stunden nach verflossener Jahresfrist sich eingestellt/ &c. So hat er sich gestalten Sachen nach/ an relution versäumet/ und mag damit ferner nicht zugelassen werden/ sondern es verblebet euch das Gut nunmehr eigenthümlichen blich/ V. R. W.)

#### DEFINIT. LIII.

*Non efficit Creditor bona sibi adjudicata intra annum alienando, quod minus ea debitor à tertio posse posse redimere queat.*

**A**t, inquires, Creditor facillimo negotio facultatem reluendi bona debitori poterit adimere, alienando scilicet ea, quamprimum in summa venerint possessionem. † Nec enim credendum est, ex jure relutionis actionem realem competere debitori, quā adversus tertium possessorem experiri queat, nec datur actio personalis contra singularem successorem l. ult. §. fin. ff. de contr. empt. L. 5. fiberes. 16. ff. ad SCrum Trebell. † prout in pacto de retrovendendo fieri videmus, ex quo vendor aduersus secundum emptorem agere non vallet, Zaf. l. 1. confil. 12. n. 34. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 16. n. 4. Modelk. Pift. vol. 1. confil. 13. n. 20. & seqq. Matth. Wesenb. part. 1. Confil. 39. n. 6. † Sed ne go, jure relutionis haud affici bona Creditori post litationem adjudicata. † Neque enim ex pacto personali, sed ex statuto & lege Saxonica, potestas reluendi competit debitori, ex quā licet non actio realis, sed personalis, putā condicō ex lege, detur, ea tamen vi statuū in rem scripta videtur, ut mirum haud sit, aduersus quemcunque possessebrem agere posse debitorem, † quod & verba generalia ac indefinita Ord. Torg. sub tit. Bon. feilbieten/ subhastation. §. Damit auch, vers. wieder an sich zu lösen/ luculenter innauunt. † Ex quo facilē corruit objecō, quod non liceat experiri ex pacto de retrovendendo aduersus secundum emptorem, quia actio illa nascitur ex solo pacto, & merē personalis est, à qua ad actionem ex statuto in rem scriptam nihil inferre licet. † Quin & vulgo existimant, pactum de retrovendendo judicialiter saltem confirmatū rem afficere, & per consequens dominii translationem impedire, Dd. in Autb. res que. C. comm. de legat. Andr. Gail. diff. obs. 16. n. 7. † Quidni ergo multo, magis juri reluendi à lege non modo confirmato, sed introducto, hæc efficacia adscribenda esset?

Ita Domini in causa Christophori Lopners zu Geraw/ M. April. 1612. (Verba sent. Und es hat der Creditor solche Scheune/ als sie ihm auf seine gethanen litation gerichtlichen überignet worden/ so bald einem andern um 60. fl. verkauft/ welche Scheune ihr nunmehr wiederum an euch zu lösen bedacht seynd. Wofern nun von selbiger Zeit an/ als die Scheune dem Gläubiger zugeschlagen worden/ noch kein Jahr verflossen/ &c. So würde euch angeregte Scheune gegen Erlegung des Kaufgeldes von dem thigen Besitzer wiederum blich eingeräumet/ V. R. W.)

## DEFINIT. LIV.

*Currere incipit annus relutionis à tempore facta realis adjudicationis, non etiam à termino prefiso adjudicationi, sicut nec ab exemptione debitoris.*

**B**enit sepius ut facta licitatione à Creditore, & pinguiore emptore haud reperto, terminus praefigatur adjudicationi, qui tamen postea ex impedimento incidente utriusque tam debitoris quam emptoris consensu prorogatur: Subsecuta postmodum adjudicatione dubitari solet, à quoniam tempore annus relutionis currere incipiat, an à termino adjudicationi facienda prefiso, an vero à tempore factae realis adjudicationis? † Placuit Dominis ab ipsa reali adjudicatione annum relutionis computari. † *Tum* quod Sanctio Electoris debitori jus relutionis tribuat intra spaciū anni ab eo tempore, quo bona subhastata ad Creditorem prævia licitatione pervenerunt, *Als ihm das Gut zu einem* Ord. Torgens. de Anno 1583. sic. *Von feilbieten/ subbafation. &c. s. damit auch der Schuldiger.* At vero ante adjudicationem non dicuntur bona per venisse ad Creditorem, † quia sola judicialis adjudicatio loco traditionis est, & dominium rei subhastatae in licitatem transfert, Supr. Defin. 46. per tradita Gloss. in Landr. lib. 1. art. 34. lit. a. & lib. 3. art. 4. n. 7. Petr. Heig. part. 2. qu. 17. n. 18. † *Tunc*, quia relutio procul dubio in debitoris favorem introducta est, qui certe favor nimis restringeretur, si ab ipsa licitatione, vel termino adjudicationi praefixo annus reluendi computandus esset. † Ex quo porrò assertendum, si debitor facta adjudicatione fundi cedere nolle, usque dum judicialiter exmitteretur, non impedit, quod minus inter spaciū annuale relutioni datum currat, facta scilicet jam antea adjudicatione. † Nullus enim unquam favor est moratoris, sive debitor ille sit, sive Creditor, ne sua ei mora & frustratio prospicit, l. hominem. 37. ff. mandat. l. in condemnatione. 173. §. unicue. 2. ff. de Reg. jar. Ant. Fab. Codic. lib. 3. tit. 29. Def. 47. n. 4.

Ita Domini in causa Georgii Schirmers zu Kritenitz/ M. Nov. Anno 1619. (Verba sent. So seyn des Creditoris Erbe vorbeladet zwey Lecker gegen Empfahung der 209. fl. auch wieder abgetrennt und eingetragen schuldig und haben sich damit das solches Geld nebenst denen Hulffen Geldern und Gerichtsgebühren / binnen Jahresfrist bei der Erfüllung nicht so bald ausgezahlet/ und im Amptewärthlichen depositet/ nicht zu behelfen/ B.R.W.)

Et in causa Dn. à Greywealds contra Nobiles ab Ende, Mens. Mart. 1633.

## DEFINIT. LV.

*Sufficit debitorum intra anni spaciū se ad relutionem vero & actualiter offerre, licet non spaciū prout & expensas judiciales exsoluerit.*

**N**on aliter locum habet relutio debitori adversus Creditorem licitatem conoessa, quam si intra annum elapsum realiter fiat, omnesque simulationes absint, Ord. Torgens. de Anno 1583. sic. *Von feilbieten/ subbafation. s. damit auch. vers.* Jes doch das solches auch binnen der Jahrzeit wärtlich erfolge/ und alle simulationes und Scheinkäufe hierbei vermieden werden. † *Quæ verba repetuntur in Ord. process. jud. nr. 19. s. Damit aber der Schuldener.* An ergo necesse est, ut debitor redimens ante annum elapsum pretium quoque

relutionis, aliasque judiciales expensas realiter exsolvat? † Ita existimare equidem quis posset, propter verba Sanctionis Electoralis modò adducta: *Dass solches binnen Jahrs Zeit wärtlich erfolge.* Sed putaverim, satisfecisse debitorem iusti Electorali, † si intra anni spaciū ad redimendum se purè & realiter obtulerit, mentemque suam declaraverit, ut maximè pretium relutionis atque judiciales expensas non exsolverit. † Notissimi causa juris est, solo consensu & mentis declaratione perfici emptionem, quantumvis pretium numeratam non sit, modò de eo converterit, pr. Inst. de empt. vendit. l. 1. in fin. l. in venditionibus. g. in pr. ff. de contr. empt. l. 2. in pr. & l. in quibuscumque. 48. de obligat. & action. † Quidni ergo idem assertemus de relutione sive redemptione, quæ species est emptionis-venditionis? † Idque eo magis, quod ne verbulo quidem exsolutionera pretii Ordinatio Electoralis requitat. † At erubescimus sine lege ioui, nec absque iureis autoritate quicquam est asserendum, l. differentiis s. C. de repud. c. 18. in fin. extr. de sent. excomm. in bta.

Ita Domini in causa Georgii Schirmers zu Kritenitz/ M. Nov. Anno 1619. (Verba sent. So seyn des Creditoris Erbe vorbeladet zwey Lecker gegen Empfahung der 209. fl. auch wieder abgetrennt und eingetragen schuldig und haben sich damit das solches Geld nebenst denen Hulffen Geldern und Gerichtsgebühren / binnen Jahresfrist bei der Erfüllung nicht so bald ausgezahlet/ und im Amptewärthlichen depositet/ nicht zu behelfen/ B.R.W.)

Et in causa Dn. à Greywealds contra Nobiles ab Ende, Mens. Mart. 1633.

## DEFINIT. LVI.

*Creditori fundum adjudicatum redimenti non tenetur  
Creditor ad rationum redditionem sui refectionem fructuum.*

**C**reditori equidem debitor, res judicatas intra annum redimens, obligatus est ad refundendas meliorationes & impensas, si quas fecerit, Ord. Torg. de Anno 1583. sic. *Von feilbieten/ subbafation. s. Damit auch der Schuldiger, vers.* So soll auch Ord. process. judic. sic. 30. s. Damit aber der Schuldener, vers. Ingleichen soll auff den Fall, † At è contrario Creditor debitori fundum redimenti ad redditionem rationum, aut restitutionem fructuum non tenetur, † quippe quos jure dominii percepit, suosque fecit, l. fractus. 33. sub fin. junct. l. idem est. 34. ff. de R. V. l. adeo. 7. S. præterea. l. vers. per alluvionem. ff. de acquir. rer. domin. l. si ego 11. S. 6. ff. de publ. in rem action. † Non enim jus relutionis translationem dominii impedit, cum nec pactum de retrovendendo nec pactum commissorum id impedit, licet potestate suâ contractum dissolvat, l. ult. ff. de leg. comiss. l. 4. C. de pass. int. empt. & vendit. Zaf. l. conf. 12. n. 34. Jacob. Menoch. lib. 1. conf. 26. n. 3. & seq. Joach. Mynl. 6. obser. 70. † & cum omnne incrementum ad emptorem spectet, h. id quod 7. de peric. & comm. rei vendit. l. n. C. cod. tit. S. 3. vers. sed & si post emptionem. Inst. de empt. vendit. † Cur non etiam ad Creditorem perfecta jam & consummata venditione sub hasta, quam certe non impedit jus relutionis conditionale, † quia non quam efficit conditio, quin venditio perfecta dicatur, Gloss. in l. 1. C. de periculo & comm. rei vendit. † Taceo, quod fructus Creditori loco interesse & usurarum cedant, quas à debitore relinente Creditor à tempore adjudicationis alias petere non valet, deficiente scilicet causa usurarum, quæ est vel promissio ex stipulatione vel mora l. cum quidam 17. S. & pupillo. 3. ff. de liffr. l. 87. S. 2/aras. 1. ff. de leg. 2.

Ita Domini in causa Ilgen Webers zu Kleinstockewitz / Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Ob ihr nun wohl von eurem Bruder bey Wiederabtretung der Acker von denselben die jährige Nutzung und Rechnung begehret/ic. So ist doch derselbe zu einiger Rechnung oder Erstattung der eingehobenen Früchte euch nicht verbunden/ V. A. W.)

## DEFINIT. LVII.

*Debitor bona Creditori adjudicata redimens non tenetur præpare domino Laudemium.*

**N**on magis debitor ex jure relutionis statutario, fundum Creditori adjudicatum redimens Domino tenetur ad præstationem Laudemii, quam Venditor rem venditam ex pacto retrovenditionis remens, † Utroque enim calu relutio fit non ex nova aliqua causa, sed ex necessitate & causa antiqua iahærente primæ venditioni, cui dominus semel consensit, † ut sic neque in retrovenditione, neque relutione, de novo ejus consensum requirere necesse sit, Dan. Moller. lib. 4. semebr. 5. n. 2. ¶ 4. Hart. Pift. part. 1. quest. 50. n. 22. † Iniquum ergo esset contrahentes ad effectum producentes id, de quo prius expressè vel tacite convenitum fuit domino consentiente, novo onere prægravari, Hart. Pift. d. quest. 50. n. 21. † Taceo, quod ex jure relutionis statutario necessaria sit alienatio, in qua laudemium non præstari, afferit Hart. Pift. ditt. loc. num. 52. † quod tamen omni dubio non caret, ut demonstrabo infra part. 2. Const. Elect. 39. Defin. 17.

Ita Domini in causa Johann's Stieffels zu Salza/ Mens. Sept. Anno 1621. (Verba sent. Aber ihr sendt nun mehr die Hufe Landes binnen währender Jahres Frist von dem Creditore wieder an euch zu lösen gemeynet/ic. So ist euch solches zu thun unbenommen/ und ihr seid auff solchen Fall von obenanter Hufe Landes neue Lehns-Wahr zu entrichten nicht verpflichtet/ V. A. W.)

## DEFINIT. LIX.

*Nun competit debitori jus relutionis adversus extraneum, cui post litationem, sive ab extraneo, sive à Creditore factam, bona subhaftata adjudicata fuere.*

**F**allunt omnino, qui debitori in quovis casu distractionis necessariae & sub hasta factæ jure relutionis prospectum existimant, cum Sanctio Electoralis à solo Creditore rem adjudicatam intra anni spacium redimere permittat, in Ordinat. Torgens. de An. 1583. tit. Von Feilbieten / subhaftation. §. Damit auch vers. Wann dem Gläubiger. Ordin. Process. judic. tit. 39. §. Damit aber der Schuldeuer. vers. Wann dem Gläubiger. † Nunquam ergo jus relutionis adversus extraneum licitatem, qui Creditor non est, debitor poterit exercere, sive ab initio statim extraneus fuerit licitatus, sive post litationem à Creditore factam majus pretium obtulerit, & ita Creditorem superaverit, ditt. tit. 39. §. Damit aber. vers. Solche relutio aber auff den Fall/wann einem Fremden/der nicht Creditor ist/das verholffene Gut/jugeschlagen wird/nicht statt finden, Dan. Moller. lib. 3. semebr. 9. n. 2. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 46: n. 20. Reinh. Rosa ad Moller. hic n. 3. 18. † Metuendum namque esset, ut difficilius repellantur, qui ad ejusmodi emptionem, intra anni spacium rescindendam accederent, non absque damno ipsius debitoris, & Creditorum, quorum interest maximè, pignora subhaftata citè distrahi, Matth. Coler. de process. execut. part. 3. c. 9. n. 107. 4. ¶ 108. † Nec habent, quod de læsione forsan ultra modum conquerantur debitores; adempto sibi jure relutionis adversus extraneos licitatores, cum alio remedio ipsis sit prospectum. † Nempe per beneficium 1. 2. C. de rescind. vendit. quod in casu læsionis ultra dimidium etiam in venditione sub

hasta facta obtinere, putaverim cum Andr. Rauchb. part. 1. q. 46. in fin. & Anton. Fabro in C. lib. 4. tit. 30. defn. 4. † De quo dicam infra part. 2. Const. Elect. 34. Defin. 12. Aut si per subhaftationem debitor se gravatum existimet, † beneficio appellationis uti poterit ex quorundam sententia, quam tamca non admittit. Dan. Moller. hic n. 22. ¶ 23. † Etsi omnino damni aliquid pateretur debitor, cogitet nullo prorsus casu de jure communi jus relutionis sibi concessum esse, l. 16. C. de rescind. vendit. l. 8. C. de remiss. pignor. Matth. Coler. de process. exec. cut. part. 3. cap. 9. num. 105. Andr. Rauchb. ditt. quest. 46. n. 21.

Ita Domini in causa Sebastian Ottens zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1632.

## DEFINIT. LIX.

*Non potest exercere debitor jus relutionis adversus Creditorem, si vel prævia judicis taxacione bona subhaftata fuerint, vel Creditor primum licitatem superaverit.*

**N**ec adversus Creditorem licitatem indifferenter debitori jus relutionis indulsum est, sed obtinet id tantummodo in hoc unico casu, quo post executionem factam & bonis subhaftatis, nulloque alio existente emptore, Creditor necessitate quasi coactus ipsem licitatur, ex sanctione Electorali in Ordin. Torgens. de An. 1583. tit. vom Feilbieten / subhaftation. §. Damit aber auch junct. §. Damit auch der Schuldeuer vers. So soll ihm auff solchen Fall/ & Ord. process. judic. tit. 30. §. So soll man vers. Da aber nach bestochener. junct. §. Damit aber der Schuldeuer. † Non itaque privilegium hoc sive Constitutio statutaria ad casus alios contra mentem Constituentis Illustrissimi extendi debet, Matth. Berlich. I. part. 1. concl. 81. n. 195. ¶ 198. Dan. Moller. hic n. 17. & lib. 3. semebr. 9. in fin. † Ergo si non à Creditore ipso, sed à judge res fuerint estimatae, & subhaftatione facta, nulloque emptore invento, qui majus pretium offerret, Creditori volenti adjudicatae, cessabit omnino jus relutionis, ut benè docet Berlich. ditt. concl. 81. n. 195. † Competit enim hoc casu debitori aliud remedium ordinarium, quod scilicet per Scabinos provinciales possit easdem res iterum taxari facere, ut dicam infr. Defin. 62. † Necessitate ergo non est, hoc casu ad extraordinarium relutionis remedium confugero. *L in cause cognitio ne 16. ff: de minor.* † Nec eo magis locum sibi vendicabit jus relutionis, si res pignori captæ, nec à Creditore, nec à judge estimatae, sed simpliciter subhaftatae fuerint, emptorque reperiatur, qui certum offerat pretium, quem facta denuò proclamatione superat Creditor: Ab hoc, inquam, debitor rem adjudicatam redimere nequit, † quia casus ille in sanctione Electorali haud comprehensus est, Matth. Berlich. d. concl. 81. n. 198. † Et isti summa triplex est modus subhaftationis: I. Bona pro executione capta absque ulla estimatione subhaftantur, de quo Supr. Defin. 37. & seqq. II. Præcedente Creditoris litatione venalia exponuntur, nullo scilicet se perto licitatore, Supr. Def. 54. III. Judicialiter taxantur, & ita taxata publicè proclamantur, infr. Defin. 61. veluti hunc ordinem subhaftationis tradidit Serenissimus Elector in Ord. process. jud. tit. 39. §. Und weil Verriðgei † At in solo casu secundo jus relutionis concessit debitoriibus Serenissimus Elector, prout etiampissimum ex Ordin. Torgens. & process. jud. Ergo neque ad easum primum, neque tertium hoc extendi debet. † Aquisistit è fide, cum per jus relutionis Elector occurrere saltem

ſaltem voluerit fraudulentę Creditorum licitationi, qua non reperto alio licitatore pro minimo quandoque debito atque vilissimo pretio bona debitoris ſibi adjudicari, petere non verentur. † Quæ ſanctoratio alijs in caſibus tam facile metuenda non est, ut veriſimum hic ſit, † celiante ratione diſpositionis, ipſam quoque ceſſare diſpositionem, l. adi- gere. 6. 5. quært. 2. ff. de jur. pacr. Nicol. Everh. in loca. & ceſſat. r. ac. n. 2.

Ira Domini in caſa Marten viduz Caspari Gladens zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1647. (Verba ſent.) Ob ihr nun wohl bünnes Jahres- Frift bezeichnetes Haus zu reluiten erbötig ſynd/ dieweil aber dennoch euer Eidam feiner Foberung wegen nicht zu euch gedrungen/ noch ihm als einem Creditori ohne gerichtliche taxation, und weil ſich fonften keine Räuffer angeben/ ſondern als ein anderer albereit licitaret gehabt/ und er ein mehrers darauff geſagte / das Haus zugeschlagen werden/ ic. So hat auch nach Gelegenheit diſfalls vertüdige des Churf. S. Torgauischen Ausschreibens / die reluition nicht ſtar/ B. R. W.)

Et ad consultationem Christophori à Carlewitz, Mens. Dec. Anno 1636. (Verba ſent.) Dieweil bemeldte Creditrix, ehe und zavor es zum gerichtlichen Tax kommen/ ſelbst nicht licitiret/ noch auf das Gut ein Rauffgeld / darum ſie es anzunehmen begeht/ geſetz/ ſondern der gerichtliche Tax unter Würdeung vorgenommen/ ic. So hat auch nach Gelegenheit diſfalls Zahales Churf. S. Torgauischen Ausschreibens die reluition nicht ſtar/ und mag demnach berührte Creditrix, wann gleich bünnes Jahres- Frift der debitor ſolches Gut wiederum annehmen wolte/ dafſelbe abzutreten nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LX.

*Nec obtinet jus reluitionis in bonis absque prævia sub- baſtatione à debitore Creditori in ſolutum datis.*

1 Inus autem dubium eſt, quin debitori fit de-  
2 neganda facultas reluitionis, ſi facta execu-  
3 tione bona absque prævia subbaſtatione Creditori  
4 in ſolutum data fuerint, de quo ſatisfactionis modo  
5 dixi Supr. Defin. 33. † Non ſolum quod hoc caſu  
6 debitor de ulla laſfione & fraudulenta Creditoris  
7 extorſione vix conqueri poſſit, cum volens lubens-  
que bona ſua dederit in ſolutum Creditori, pretiu-  
mque ipſemet elegerit, nee per subbaſtationis re-  
medium pinguorem emptorem querere voluerit,  
8 † que certè ratio jus reluitionis ceſſare facit, ut de-  
9 monſtravi Defin. præced. Sed & † quod ſanctoratio  
Electoralis verbis diſertis reſtringat jus reluitionis  
ad eum caſum; que licitatione facta, jure subbaſ-  
10 tationis bona Creditori fuere aſignata, in verb.  
So ſoll ihm auf ſolchen Fall/ wann dem Gläubiger  
auf ſeine vorgehende licitation das Gut zukommet/  
ic. Ordin. Torg. de Anno 1583. von Geilbieten/ sub-  
baſtation. S. damit auch. Ordin. process. judic. tit. 39.  
S. damit aber der Schuldener. † Subſtendum er-  
gē in hoc caſu, nec ad caſus ſimiles, ne dum alios  
atque diuersos facultas reluendi extendi debet; †  
Qum ſtatutariz Conſtitutiones ejusmodi extenſio-  
nem neutiquam admittant, Andr. Tiraquell. de LL.  
connub. gloss. 2. num. 23. poſt pr. Jac. Schult. lib. 2.  
præt. quært. 65. n. 32.

Ira Domini in caſa Johannis Stieffels zu Salpa/ Mens.  
Mart. Anno 1612. (Verba ſent.) Ob mir wohl gedachte Gläubiger die Güter / deßwegen daß ſie ihnen etwahſt vor ihre  
Schuld ohne vorgehende subbaſtation und licitation in ſolu-  
tum abgetreten worden / jure reluitionis auch wiederum etwahſt  
aufzunehmen und abzutreten / nicht gezwungen werden kön-  
nen/ ic.)

#### DEFINIT. LXI.

*Bonis licet judicialiter taxatis & subbaſtatis, Creditor  
ramen hanc reperto emptore, ea in ſolutum ac-  
cipere cogendus non eſt.*

1 Si Creditor res pignori captas vel ipſe aſtimare  
2 & licitari nolit, vel aſtimaverit quidem, ſed ni-  
cetur. Definit. Vol. I.

mis in aequali preſcio. Succedit tertius ſubbaſtationis modus, qui fit prævia Taxatione judiciali, Supr. Defin. 37. † Aſtimande namque tum ſunt res judicialiter, preſenti pecunia vel in diſtinctos termines exſolvenda, & una cu taxatione judiciali denud publicè venales exponendz, ac empori, qui ſe offert preiumque taxatum exſolvere velit, adjudican- dz, b. Conſt. 32. S. Findet ſich aber. Ord. Torgens. de Anno 1583. tit. Von Geilbieten / subbaſtation. S. Da aber der Gläubiger. Ord. process. judic. tit. 39. S. Mann aber der Gläubiger. † At, ſi prævia judiciali taxatione & subbaſtatione inſecutā, ne tum qui- dem emptor reperiatur, num Creditor preſcis ar- quo neceſſariō res pignoratas pro prelio taxato in ſolutum accipere tenebitur? † Ita voluit D. Au- gustus Saxon. Elect. b. Conſt. 32. S. Findet ſich aber. in fin. Modeſt. Pift. part. i. quært. 12. num. 1. † Sed recessit poſtea ab hāc ſententiā Elector Illustriſſimus, in Ordin. Torgens. dict. tit. Von Geilbieten/ subbaſtation. S. Dieweil aber ſolche, ut nempe Creditor prelio taxato res subbaſtatas neutiquam in ſolutum accipere cogendus ſit. † Quod & denud confirmatum eſt, in Ordin. process. judic. tit. 39. S. Mann nun gleich ein Gut. † Durum enim videba- tur Creditorem cogere, ut loco pecunia merces certo prelio aſtimatas accipiat, contra l. murum. 2. S. murui datio i. in fin. ff. ſi cert. petat. Ideo enim merces vendidit, quod pecuniam ex iis redimere voluit, † cui certè non ſatisficeret, ſi merces aſti- mataz ei offerantur, Modeſt. Pift. dict. quært. 12. n. 3. Joh. Köpp. decif. 55. n. 17. Andr. Rauchb. part. i. quært. 46. n. 19. Matth. Coler. de process. execut. part. 3. cap. 9. n. 108.

Ira Domini in caſa Sigismund Schlagethauſens zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1583. (Verba ſent.) Ob gleich Hieronymus Buchner und Paul Domern auf ſihr ſelbst Be- gehren und Anſuſhung vorgemeldtes Geyerithes Bergwerd/ wegen ellicher Schulden/ damit ihr ihnen verhaftet/ zu einem Unterpfand gerichtlichen verschrieben und ein- geſetzt worden/ ic. So mögen ſie dennoch ſolches Bergwerk in dem Werth / wie es gerichtlichen taxaret werden / an- zunehmen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ ic.)

#### DEFINIT. LXII.

*Nisi Creditor bona per Scabinos provinciales (durch  
die Land- Schöppen) aliter taxari  
fecerit.*

Quid ergo faciendum, ſi facta taxatione judiciali, & subbaſtatione inſecutā, non reperiatur emptor? Liberum eſt Creditori, an pro prelio ju- dicialiter taxato res subbaſtatas emere: † an verò denud licitari resque poſtea subbaſtari, vel etiam ſi judiciali taxationi acquiescere nequeat, res subbaſtatas per Scabinos provinciales, aliter tam in pe- cuniā paratā, quam diuinctis temporibus ſolvenda, aſtimari & taxari facere velit, b. Conſt. 32. S. würde ſich aber. Ord. Torgens. de Anno 1583. tit. von Geilbieten und subbaſtation. S. Da aber der Gläubiger, sub fin. Ord. process. jud. tit. 39. S. Mann nun gleich junct. S. Würde aber der Gläubiger. Matth. Berlich. part. i. concl. 81. n. 217. Matth. Coler. de process. exec- cut. part. 3. cap. 9. n. 120. S. 125. † Sed facta ad in- ſtantiam Creditoris aſtimatione & taxatione per Scabinos provinciales, vel per alios, in ea acqui- ſcendum eſt, & Creditor res ita taxatas, ſi non alio modo ei ſatisfieri queat, in ſolutum accipere tene- tur, b. Conſt. 32. S. Würde ſich aber in fin. dict. tit. 39. S. Würde aber in fin. † In tantum, ut debitor ne- quidem ab ejusmodi taxatione & aſtimatione ap- pellare poſſit, Dan. Moll. bic num. 23. Andr. Rauchb. part. i. quært. 46. num. 14. sub fin.

Tc

Ita

Ita Domini in causa Heinrich Rothhäupts zu Leipzig/Mens. Septembr. Anno 1652. (Verba sent. Und als ihr die Hülffe in euers Schuldeners Haß erstanden und erlanget/ ist es folgenden Tages durch die Gerichte öffentlich feil geboten/ und nach Verschließung dreyer vierzehn Tage taxiret/ und darauf der gesetzte Tax öffentlich verkündigt und ausgerufen worden. Da sich nun kein Käuffer angegeben/ und ihr durch solchen Tax euch aus erheblichen Ursachen beschwert befindet/ so würde es durch andere vereydete Personen wiederum billich taxiret/ und in solchem Tax waret ihr dasselbige anzunehmen schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. LXIII.

*Sive per Scabinos provinciales, sive per alios fuit taxatio, jurata esse deber.*

- S**i Creditor judiciali taxationi acquiescere nolit,  
1 sed denuo bona subhaftata aestimari petat, adhibendi sunt Scabini provinciales ad hunc actum quo-  
2 vis in loco deputati, vulgo die Land-Schöppen. †  
Vel si non habeantur, vicini agrorum Geld-Mach-  
baren/ judices nempe & Scabini ex tribus proxime  
adjacentibus pagis: Quibus tamen estimatoribus  
fides aliter habenda non est, quam si juraverint, non  
3 quidem de veritate, † sed duntaxat de credulitate,  
quod nempe in sua conscientia credant, rem non-  
minoris vel majoris pretii esse, quam prout ipsi eam  
estimatorint, l.bac editali. 6. S. bis illud adjungimus.  
1. vers. mobilium. C.de secund. nupt. Panorm. in c. cum  
causa. 42. Extr. de testib. & arrest. n. 3. Matth. Coler.  
de process. execut. part. 3. c. 9. num. 130. & seqq. Hartm.  
Pist. obser. 77. Dan. Moller. bie n. 14. & seqq. & lib.  
1. semestr. 10. Petr. Heig. part. 1. qu. 20. n. 19. Rauchb.  
4 part. 1. qu. 46. n. 7. & seqq. † Quoniam scilicet ejus-  
modi estimatores nihil aliud sunt, quam testes cap.  
5 proposisti. 4. extr. de probat. † injuratis vero testi-  
bus haud credi notissimum est, l.g. C. de testib. sed  
6 hoc ita, si estimatores jam primum eligantur: †  
Ceteroquin, si ab initio functionis suæ juramento  
generalis ad hoc munus fuerint adstricti, denuo ju-  
rare non compellentur, Dan. Moll. dict. loc. Matth.  
7 Coler. part. 1. dec. 196. n. 3. † Planè, quomodo aesti-  
matio sit facienda, de hoc videantur plenissime  
Matth. Coler. dict. cap. 9. Joh. Köpp. dec. 44. Matth.  
8 Berlich. part. 1. concl. 83. † Hoc autem certum est,  
quod ex quantitate redditum atque fructuum unius  
anni nunquam posit iniri certa computatio inte-  
9 gralis pretii rerum & redditum, † sed perceptio  
multorum annorum cumulari, & inde certa valoris  
aestimatio constitui debet, quo ubertas unius anni  
compensem sterilitatem cæterorum annorum, Joh.  
Köpp. dict. dec. 44. num. 30. Coler. dict. c. 9. n. 149.  
10 Nimurum integrale alicujus rei premium taxari  
debet ex quantitate redditum, qui præstantur per  
viginti annos & viginti annis sortem adæquantur,  
Matth. Coler. dict. cap. 9. n. 150. Köpp. dict. dec. 44.  
n. 30. ARIUS PINELL. in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3.  
11 c. 4. n. 29. † Quia tanto tempore collecta quantitas  
fructuum constituit verum totius rei valorem, Pi-  
nell. Coler. & Köpp. dict. loc.

Ita Domini in causa Hansen von Bichel zu Gangloffsmi-  
tern contra Christoph von Hansen zu Lügensommern veni-  
lata in Praefectura Salzensis Mens. Sept. Anno 1613. (Verba sent.  
Daraus alleinhalb so viel zu befinden/ daß billich Feldnach-  
baren aus dreyen Dörfern/ als nemlich aus irdem der Rich-  
ter mit zweyten Schöppen zu verordnen und zu vereyden/ so  
die Güter in Augenschein nehmen/ und nach derselben Be-  
schaffheit/ und auf den vorgemachten Ausschlag über die  
jährliche Nutzung oder Ertrag derselben deponieren und aus-  
sagen/ darauf also dann in dieser Sache fertig ergehet/ was  
recht ist/B.R.W.)

Et in causa Heinrich Rothhäupts zu Leipzig / Mens. Sept.  
An. 1592. (Verba sent. So würde das Gut durch andere ver-  
eydete Personen wiederum billich taxiret/ und in solchem Tax  
waret ihr dasselbe anzunehmen schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. LXIV.

*Non tantummodo solutionis, sed & quavis alia exce-  
ptio in continentia probabilis, in actu executionis ante  
factam adjudicationem valide opponitur.*

**N**emo forsitan dubitaverit, quin exceptio solutio-  
nis in ipsa executione mox facienda, vel etiam  
jam intentata valide opponatur, vel saltem ex Or-  
dinat. Elekt. Saxon. provinciali de Anno 1555. Von  
versachten Briefen und Siegel, in fn. & process. ju-  
dic. tit. 39. §. Wann aber das Urtheil. † ubi solu-  
tionis exceptio opposita contra instrumentum obli-  
gationis guarentigiatum impedit paratam execu-  
tionem, perinde atque exceptio compensationis, L.  
16. S. cum intra. 1. ff. de compensat. l. ex causa. 2. C. edict.  
tit. l. intradies. 7. ff. de rejudic. Dan. Moller. ad Con-  
stit. Elekt. 8. parr. 1. n. 5. Quod tamen speciale non  
est in exceptione solutionis aut compensationis,  
† Sed obtinet idem in aliis quoque exceptionibus,  
quarum Catalogum ingentem referunt Andr.  
Rauchb. part. 2. quest. 25. num. 102. Matth. Berlich.  
part. 1. conclus. 84. Matth. Coler. de process. execut.  
part. 4. cap. 1. n. 48. & seqq. Joh. Zanger. de except.  
part. 3. cap. 26. n. 61. & seqq. † Neque hoc Ordina-  
tioni provinciali dict. tit. Von versachten Briefen  
und Siegel, vel ordin. process. judic. tit. 39. §. Wann  
aber das Urtheil/ vers. und seines anderes exception, als  
solutionis oder compensationis intra terminum execu-  
tionis liquide dawider zugelassen/ contrariari existi-  
maveris, † si verba sanctionis Electoralis intelli-  
gamus cum Andr. Rauch. part. 2. qu. 25. num. 106.  
de termino probandi ordinario, aut sufficiat circa  
probandum exceptionem solutionis aut compensa-  
tionis, intra terminum probatorium, articulos &  
literaria documenta exhiberi, † cum tamen alia-  
rum exceptionum probatio non aliter admittatur,  
quam si debitör per confessionem Creditoris, aut  
instrumenta, intra executionis terminum easdem  
plene & integrè probaverit. † Sed vide quæ pro ex-  
planatione Ordin. provinc. scripti Supr. Const. Elekt.  
8. Defin. 17. & Defin. 26.

Ita Domini in causa Michael Lössers zu Leipzig/Mens. Jul.  
Anno 1593. (Verba sent. Ob nun wohl der Gläubiger deswegen  
albereit die Hülffe zu eurer Behausung ausbrachte. Da ihr  
aber dennoch wie Recht dorchun möchtest/ daß ihr/eurem Vor-  
wenden nach/ solche Schulden albereit bezahlet und abge-  
tragen hätter: So würde ihr damit innerhalb Sächsischer  
Frist billich gehörer/ und die gesetzte Hülffe mittler Zeit ein-  
gestellt/ B.R.W.)

It. in causa Ludovici Goldhens zu Weissenfels/Mens. Jan.  
Anno 1633. (Verba sent. Welche exceptiones davon ingesamt  
auch bey der Hülffe/ und ehe und zuvor die adjudication des  
geholsenen Guts geschicht/ zu Recht vorgeschützt werden mö-  
gen/ ic.)

Et in causa Bernhardi Dietrichs von Starschedel contra  
George Heinrich von Ende/ ventilata in Praefectura Rock-  
licensis Mens. Jan. Anno 1630.

## DEFINIT. LXV.

*Contra executionem jam intentatam firmiter etiam  
opponitur exceptio non numerata pecunie; quid,  
si huic fuerit renunciatum?*

**V**erissima pariter atque communissima est In-  
terpp. opinio, quod in foro etiam Saxonico,  
contra executionem jam intentatam, pro ea im-  
pedienda, valide opponatur exceptio non numerata  
pecunie, cum & instrumento liquido & confessato  
eadem opponere liceat, Hartm. Pistor. part. 4. quest.  
12. n. 7. Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 10.  
num. 230. Matth. Berlich. part. 1. conclus. 84. n. 76. Joh.  
han. Zanger. de except. part. 3. c. 26. num. 90. † Quam  
opinionem quoque in supremo judicio Appellatio-  
num Dresdeni Anno 1605. probatam & confirma-  
tam novimus: † Non obstante Ordin. provinc. de 3  
Anno

*Anno 1555. tit. von versachten Brief und Siegel/ ut  
4 demonstravi Supr. Const. Elect. 8. Defin. 17. † Neque eo minus debitor hāc exceptione contra executionem se tueri potest, si in instrumento obligations ei expressè renunciaverit, Math. Coler. Ber-  
5 lich. Zanger. dict. loc. † Non, quod huic exceptioni renunciari haud posit, ut frustra quidam disputant, & in rationem hujus specialitatis anxiè inquirunt,  
6 sed potius, † quia sicut debitor spe futuræ numerationis confessus fuit, ita etiam hujus intuitu, renunciasse cādem facilitate videtur, Bartol. Bald. Sa-  
lyc. in l. si ex causione. 3. C. de non num. pecun. Hart.  
7 Pistor. dict. quest. 12. n. 4. † Sequitur hinc ergo, si debitor non in eodem instrumento, sed ex intervallo renunciasset, quia consultò id factum videtur, excipiendi facultatem debitori ademptam esse, Dd. in-  
dict. l. si ex causione 3. C. de non num. pec. Hart. Pistor.  
dict. quest. 12. num. 5. Coler. dict. cap. 10. num. 246.  
8 Et part. 4. cap. 1. num. 110. Berlich. dict. concl. 84. n.  
17. Vinc. Caroc. decis. 14. num. 2. † Cæterum nunquam validè opponitur exceptio non numerata pecunia, quando huic mediante juramento est renun-  
9 ciatum, † quia facilitatis suspicio juramenti religione magis purgatur, quam per temporis interval-  
lum, Hart. Pistor. dict. quest. 12. num. 6. Matth. Col.  
10 dict. cap. 10. n. 248. † Quæ omnia Senatus Apel-  
lat. Elect. Sax. An. 1605. unanimi voto & sententia approbat. Quis ergo summi hujus tribunalis Saxon. Elect. placita non sequeretur? arg. S. quam-  
formam. 7. Inst. de fatisdat. l. si imperialis. 2. C. de  
lb. l. n. 5. ff. ad SC:um Trebell. Cons. Marpurg. vol.  
3. conf. 21. n. 263.*

Ita Domini in causa Michaeli Tentzers zur Lignitz/ Mensl. Mart. Anno 1628. (Verba sent. Ob nun wohl berührte von euch gegebene Schuld-Verschreibung keine causam debiti in sich hält/ und aus der euch jüngstlichen Rechnung sich befindet/ daß eines Theils Posten euch nicht angehen/ und allbereit bezahlet/ der Gläubiger viel ungebührlich Interesse angesetzt/ und ihr die angegebene Summen nicht geständig schul/ sondern ihme exceptionem non numerata pecunia zu opponiren geweynet/ gestalt denn ein debitor durch solche exceptiones von der angesetzten Hälfe sich wohl los würden kan/ie.)

It. in causa Michaeli Löfers zu Leipzig/ Mensl. Jul. An. 1593. (Verba sentent. Ob nun wohl der Gläubiger allbereit die Hälfe ausgebracht/ da ihr aber dennoch wie Rechte dorthin möchten/ daß ihr/ eurem Vorgeben nach/ allbereit bezahlet/ und die gelagte Haupftsumma niemahls vor voll bekommen/ ic. So würdet ihr damit innerhalb Sachsischer Frist billich gebret/ und die angesetzte Hälfe mitler Zeit eingestellt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LXVI.

*Exceptio non numerata pecunia post biennium opposita hand impedit paratam executionem, sed in reconventionem rejicienda est, si debitor nil sibi numeratum probare velit.*

**E**A est natura exceptionis non numerata pecunia, ut onus probandi pecuniam fuisse numeratam, transferat in Creditorem, quo debitoribus consulatur, qui s̄pius necessitate adacti mutuumfumentes, instrumento cavere solent, etiam antequam pecuniam numeratam percipient, l. 1. l. 3. l. si quasi. 7. l. ad severatio. 10. C. de non numer. pecun. lib. 1. C. si conv. pignor. numer. pecun. sec. non fuer. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 22. defin. 1. num. 1. Et de fin. 3. num. 3. † Sed hoc ita, si intra biennum fuerit opposita exceptio non numerata pecunia, que postea biennio elapsō ulterius locum non habet, l. in contraria. 14. in pr. C. de non num. pecun. §. 1. In stit. de liter. obligat. † At quid, si debitor sibi pecuniam non numeratam probare velit? Multi sanè, quos vide allegatos apud Hart. Pistor. part. 4. quest. 12. n. 13. arbitrii sunt, post biennium debitorem contra instrumentum de non numerata pecunia ex-

cipientem omnino non audiendum, † quod & placent Joh. Fabr. §. 1. Inst. de liter. oblig. n. 9. vers. quae-  
ritur octavo. Felin. in c. si causio. 14. num. 60. extr. de  
fide instrum. Andr. Fach. lib. 2. controv. c. 8. Frider. Pruckm. confil. 9. n. 19. Et seqq. † Quam sententiam quoque, si strictam juris rationem potius, quam au-  
toritates sectari malimus, veriorem dicit Hartm. Pistor. dict. quest. 12. num. 13. † Non solum, quia  
jura excludentia post biennium non numerata pecunia exceptionem generaliter loquuntur, † sed etiam, quod de probatione ejus, cuius opponendi facultatem quis non habet, frustra disputetur. † Quin & cum jura ex solis literis obligationis quadam vinculum, & quidem efficax, elapsō biennio, introducant, etiamsi res nulla intervenerit, tot. rit. Inst. de liter. obligat. nihil sanè referre videtur ad hanc obligationem, utrum pecunia numerata sit nec ne, † & quod consequens, frustra debitor in se suscipiet probationem, pecuniam non fuisse nume-  
ratam, cum etiam sine numeratione literis ille obli-  
getur, ut disputat Hart. Pistor. dict. loc. † Attamen rei veritate inspecta, putaverim, non ex solis literis, sed ex præsumpto mutuo, quod pecuniam numerata esse & intendere & ante biennium probare oportet l. ult. C. de cond. ex lege. l. 3. C. de non num. pecun. obligationem induci; † Idque disertè probat l. 5. C. dict. tit. ubi dicitur peti pecunia, quasi crēdi-  
ta, ut nesciam, † annon verè scripsit Reinh. Ba- chov. in nor. ad Hier. Treutl. vol. 1. disp. 20. th. 2. lit. 6. ab Imp. Justiniano abusivè, impropriè & pinguiori Minerva obligationem ex literis fuisse appellitam.  
† Quā stante sententiā, haud animadverto, cur non i 3  
jura exceptionem non numerata pecunia post bi-  
ennium excludentia, in l. 14. C. de non num. pecun. Et  
§. 1. inst. de lit. obligat. ad ordinariam opponendi ra-  
tionem restringere licet, quā scilicet onus proban-  
di rejicitur in Creditorem, ut tamen ei locus sit  
post biennium, si debitor probare velit, atque ita ne-  
gligentia ejus difficultate & onere probationis qua-  
si coérceatur. † Veluti id ipsum probat l. 13. C. de-  
non num. pecun. Et l. 25. §. ult. ff. de probat. Ut sic o-  
pinionem contrariam sicuti communem, ita etiam verissimam & in jure fudatam statuerim, † à quā i 5  
in praxi neutiquam est recedendum, Hart. Pistor. dict.  
quest. 12. n. 13. in fin. ubi ingentem Dd. Catalogum  
allegat, Ant. Fab. in Codic. dict. lib. 4. tit. 22. defin. 1.  
n. 6. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n.  
253. Et 255. Joh. Schneidew. ad tit. inst. de lit. oblig.  
n. 10. Et seqq. † Cæterum, quia post biennium pro-  
batio hujus exceptionis tanquam negativæ diffici-  
litas, non certè per hanc impedire poterit debitor  
paratam executionem, sed mandabitur instrumen-  
tum executioni, exceptione non numerata pecunia  
ad reconventionem & processum ordinarium re-  
servatā juxta Ordin. proc. jud. tit. 39. §. 2. Wann aber  
dos Urtheil, in fin. Matth. Col. dict. cap. 10. n. 254.  
Hart. Pistor. dict. quest. 12. n. 15.

Ita Domini in causa Augustini Stephani Kleiners & Com-  
fort. contra Hansen Wilden/ ventilata in Praetorio Lipsien-  
Mensl. Jun. Anno 1616. (Verba sent. Dass belägerter feinem  
Brief und Siegel nachzukommen/ und Klägern zu bezahlen  
schuldig/ und hat sich darüber mit der vorgebrachten exce-  
ption non numerata pecunia gestalteten Sachen nach/und nach  
Verschließung zweyer Jahr nicht zu behelfen/ Es wird ihm a-  
ber solche seine Nothdurft nach geleisteter Zahlung in der re-  
convention gebührlichen zu suchen/ billich vorbehalten/ B.  
R. W.)

#### DEFINIT. LXVII.

*Impedie tamen paratam executionem exceptio non nu-  
merata pecunia etiam post biennium opposita, si  
in convenienti est probabilitas.*

**R**egulariter itaque in foro Saxonico exceptio non numerata pecunia post clausum biennium objecta, non impedit paratam executionem, ut maximè debitor onus probandi in se recipiat, sed rejicitur hæc exceptio in reconventionem & processum ordinarium, Defin. præced. in fin. † At hoc ita, si aliter quam per testes, & modum probandi ordinariū, intentio Rei nequeat demonstrari; † Nam si debitor in continenti pecuniam sibi non numeratam probare velit, cur non hæc exceptio porinde atque aliae exceptiones in continenti probabiles, ad impedientiam paratam executionem admitti debeat, rationem haud animadixertere possum, † veluti etiam afferit Hart. Pst. part. 4. quest. 12. n. 15. nec non Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 10. n. 253. Idque in pleno Judicij Appellat. Dresdenis Senatu Anno 1605. probatum est. † Et tradit Hart. Pst. dict. loc. duplicem modum, quo pecuniam non numeratam fuisse in continenti probatur. Nempe, i. † si ultra instrumentum super pecunia jam numerata aliud adhuc adest, quo debitori post confessionem priorem instrumentum de pecunia illa numeranda esset cautum, arg. l. minor. 25. annis 23. ff. de minor. 2. † Si probentur numerationes diversis temporibus factæ per alia forsitan instrumenta, unde fortiter colligendum primam confessionem spe saltem futuræ numerationis fuisse elicita, Salyct. post Gloss. in l. 2. C. de non num. pecun. Hartm. Pst. dict. loc.

Ita Domini in causa Ludwig Goldkens zu Weissenfels/ M. Jan. Anno 1631. (Verba sent. Welche exceptio non numerata pecunia (wann dieselbe von Klägern entweder gestanden wird/ oder ex actis notoria und beweislich ist) auch post biennium wider die ausgebrachte Hülffe guldighen/ sc. So werdet ihr gestalten Sachen nach / wann selbige exceptio in continenti verificaret werden kan/ damit nochmals gehört und zugelassen/ und wird inmittels mit ferner Hülffe Proces und Adjudication des Hauses billich in Ruhe gestanden/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXIX.

*In aliis contractibus extra causam mutui & dotis exceptio non numerata pecunia haud transvers onus probandi in Creditorem.*

**I**n solā mutui & dotis confessione exceptio non numerata pecunia intra biennium opposita hæc prærogativā munita est, ut Creditor teneatur probare numerationem, † nempe ut consulatur debitoribus, qui sèpius necessitate adacti mutuum sumentes instrumento cavere solent, etiam antequam pecuniam numeratam acceperint, l. 1. l. 3. l. adseveratio. 10. C. de except. non num. pecun. Anton. Fab. 3 in Codic. lib. 4. tit. 22. Defin. 1. n. 1. † Cessat vero hæc ratio in aliis contractibus: In quibus si quis exceptione hæc tueri se velit contra instrumentum, probari ante omnia debet, numerationem factam non esse, ut appareat ex l. generaliter. 13. & l. in contractibus. 14. S. super ceteris. 2. C. de non num. pecun. Felin. in cap. si causio. 14. n. 54. extr. de fide instrum. Johan. Zanger. de except. part. 3. cap. 24. n. 35. Hartm. Pst. part. 4. quest. 12. n. 9. Donell. lib. 14. comm. c. ult. Matth. Wesenb. vol. 5. consil. 42. n. 21. Natta consil. 43. n. 4. Roland. à Vall. vol. 4. consil. 4. num. 1.

Ita Domini in causa Michael Averers contra Ludovicum de Münters zu Dresden/ Mens. Jul. Anno 1633.

#### DEFINIT. LXIX.

*Inter Mercatores locam non habet Exceptio pecunia non numerata ad impedientiam paratam executionem.*

**C**ommunis est Interpp. & in foro recepta opinio, quod locum haud habeat exceptio non numerata pecunia inter mercatores ad impedientiam executionem paratam, Matth. Coler. de proc. execut. part. 4. cap. 1. num. 10. Gloss. in Novell. 4. cap. 3. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 14. n. 54. Matth. Wesenb. vol. 1. consil. 31. n. 23. Jafon. in L. qui pecuniam. 30. n. 6. ff. si cert. petat. Salyct. in l. si literas. 7. C. mandat. † Rationem si quereras, dicunt, 2 inter mercatores rejectis apicibus juris ex bono & æquo judicari, l. si fidejussor. 29. S. quadam. 4. ff. mandat. Matth. Col. & Joh. Zang. dict. lac. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 27. Defin. 3. n. 2. Andr. Gail. lib. 2. obs. 15. n. 5. † Sed apicibus juris hanc nitier exceptionem, tantum abesse videtur, ut eam potius contra fraudes foeneratorum ex aequitate introducam existimaverim cum Reinh. Bachov. in nos. ad Hier. Treutl. vol. 1. disputation. 20. lib. 2. infir. † Et quidnam æquius, quam probari prius pecuniam fuisse numeratam, antequam repetatur. † Dixerim ergo, in foro Mercatorum huic exceptioni propterea haud locum dari, quod ea solutionem retardat atque in longum tempus differat; † At, interest 6 mercatorum, pecuniam habere in promptu, ne fidès eorum periclitetur. † Non tamen aliter id obtinore putaverim, quam si ambo contrahentes sint Mercatores; Nam si unus saltem sive Creditor, sive debitor non sit ex genere mercatorum, † haud 8 recedendum erit à jure communi, quod per exceptionem non numerata pecunia debitori succurrat, l. 1. l. 3. l. 10. C. de except. non num. pecun. † veluti in 9 casu simili tradit Ant. Fab. dict. defin. 3. n. 1. & lib. 8. tit. 23. defin. 8.

Ita Domini in causa Matthiae Tentzeri zur Lignitz/ Mens. Mart. Anno 1628. (Verba sent. Ob ihr nun wohl die exceptionem non numerata pecunia vorzuschützen geweynet. Die weil aber dennoch beide ihr und euer Gläubiger Kaufleute seind/ und die Schuld von Handelungen herrühret/ sc. So möget ihr auch mit solcher exception nicht gehöret noch zugelassen werden / sondern ihr seind mehrerwohntem euren Gläubiger/ Inhalt eures Briefs und Siegels/ zu bezahlen schuldig/ und in Mangelung gültlicher Entrichtung wird wie der Hülffe wider euch gebührlichen billich verfahren / es ist euch aber nach geleisteter Zahlung eure Nothdurft in der reconvocation hinwiederum zu suchen unbekommen/ V.R.W.)

#### DEFINIT. LXX.

*Nec admittenda est inter Mercatores actio ex causa non numerata pecunia ad repetendum Chirographum ante factam solutionem.*

**N**on magis mercator audiendus, si agat, & repe- 1 nat Chirographum, ante factam solutionem, ex causa non numerata pecunia, quam si de hac excipiat; † Utroque enim modo impediretur parata executio, haud sine ingenti damno Mercatorum, † quorum interest pecuniam mox habere, 3 paratam, ne fidès eorum periclitetur, Defin. præced. † Et cui non competit exceptio non numerata pecunia, si conveniretur ex causa mutui, eidem multo minus competit actio ad condicendum Chirographum, quasi sine causa factum, per tradita Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 22. Defin. 4. n. 1. & 2.

Ita Domini in causa Caspari & Danielis Gerhards contra Hans Jacob Mauln/ ventilat in Praetorio Lipsiensi, Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Daß Klägere suchen nach Gelegenheit daffalls nicht statt hat/ sonderu sie seyn ihr Brief und Siegel wiederum an sich zu lösen/ und Beklagetus/ oder dessen cessionarium zu bezahlen/ und nach geleisteter Zahlung ihre Nothdurft in der reconvention gebührlichen zu suchen schuldig/ V.R.W.)

IN NOMINE JESV CHRISTI!

# JVRISPRVDENTIAE FORENSIS ROMANO-SAXONICÆ PARS SECUNDA

De Contractibus, vel Quasi.

*Secundum ordinem Constitutionum Divi AVGUSTI  
Electoris Saxoniae.*

PARTIS SECUNDÆ  
CONSTITVTIO I.

**Ob Unterpfand und Wiederkauß Juri offerendi aut pacto de retroven-  
præscribit und verjähret werden mögen?**

**S**eynd in dieser Frage bei den Rechtsgelehrten zwey-  
ley Meynungen / denn etliche  
halten / daß die Verjährung  
statt haben solle / die andern a-  
ber schliessen darauff / daß kei-  
ne præscription darinnen zulässlich sey. Dieweil  
denn unsere Juristen-Facultäten und Schöp-  
penstühle derenthalben auch ungleich gespro-  
chen / so haben wir ihnen durch unsere verord-  
nete Rätche auferlegen / und sie mit einander  
vergleichen lassen / nach dieser opinion, so an  
dem Kaiserlichen Cammergerichte/und unserm  
Ober-Hofgerichte zum Theil gehalten / zu er-  
kennen/ nemlichen / daß in beyden Fällen des  
Pfandes und Wiederkauß halben einige Ver-  
jährung oder præscription durchaus/ auch hun-  
dert und mehrjährige/ nicht statt habe / sondern  
zu jederzeit ein Verpfänd- oder Wiederkäuflich  
verkaufß Gut Krafft und Inhalts des aufge-  
richteten erwiesenen Contracts gelöst / oder  
wieder erkauft werden möge.

**D**ixit sunt de hâc quæstione  
Jurisconsultorum opinio-  
nes , quibusdam præscri-  
ptioni locum esse affirman-  
tibus, aliis contrâ id negan-  
tibus. Quia verò nec in

Collegiis quidem etiam Facultatum Juridi-  
carum & Scabinatum nostrarum ditionum,  
eadem omnium de hâc fuit sententia: igi-  
tur nobis per Consiliarios nostros mandan-  
tibus, in id Deputati nostri convenerunt, ut  
secundum eam opinionem, quæ in Camera  
Imperiali, partim etiam judicio Curiali seu  
provinciali nostro obtinet, deinceps & re-  
spondeatur & judicetur, nimurum quod ne-  
que juri offerendi, neque pacto de retroven-  
dendo , ullo unquam tempore, ne centum  
quidem annorum aut plurimum etiam, præ-  
scribatur, sed semper & quandocumque pi-  
gnus redimi, vel res vendita, juxta legem  
Conventionis, ubi illa probatur, lui & reemū  
possit.

## DEFINITIONES.

1. *Contractus pignoratitius differt ab emptione - vendi-  
tione cum pacto de Retropendendo.*
2. *Contractus cum pacto retrovenditionis occasione mu-  
tui initus judicatur pignoratitius & usurarius.*
3. *Heres Creditoris pignoratitii ius offerendi contra  
debitorem præscribere nequit.*
4. *Emptor pignoris adversus debitorem præscriptione  
se fieri potest.*
5. *Aetio hypothecaria non minus ac personalis condi-  
ctio ex mutuo tollitur præscriptione.*
6. *Præscriptio debiti non nisi à tempore solutioni defi-  
nito currere incipit.*
7. *Præscriptio temporis immemorialis differt à præscr-  
iptione centenariâ.*
8. *Pactum de retrovendendo intra certum tempus el-  
apo eo ulterius non obligat pacientem.*
9. *Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de re-  
tropendendo, tempore licet elapo, Relatio ramen  
locum habet.*
10. *Obligatio ex pacto de retrovendendo transferriam  
ad heredes.*
11. *A duobus re vendita cum pacto de retrovenden-  
do, quando una ex illis rem venditam reemere  
possit?*
12. *Pactum de retrovendendo etiam extraneo cedi  
potest.*
13. *Quando ex pacto retrovenditionis aetio queratur  
absensi.*

14. Minor heres Emporis rem emptam cum pacto de retrovendendo absque decreto Magistratus rovendere potest.
15. Empor, qui rem cum pacto de retrovendendo possidet, praeceps eam revendere tenetur, nec liberatur prestatione ejus quod interest.
16. Vendita re empta cum pacto de retrovendendo ab empore, primus venditor à secundo empore rem vendicare nequit, sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emporem in id, quod interest.
17. Ex pacto Retrovenditionis verbis directis concepto seu resolutivo competit Rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorem.
18. Omne incrementum seu commodum pariter at quo incommode, quod rei cum pacto de retrovendendo vendita quocunque modo accedit, indifferenter ad emporem spectat, non autem ad venditorem.
19. Revendentis id, quod ex speciali pacto solvit, una cum pretio restituendum non est.
20. In contractu Retrovenditionis fructus pendencies ultimi anni inter Emporem & Venditorem pro rata temporis dividuntur, nisi inter centrabentes aliter conventum fuerit.
21. Venditor premium Revenditionis non paratà pecunia, sed statim & distinctis temporibus solvere volens, quando admittendus sit?
22. Premium reluctionis solvi debet in moneta, que fuit tempore prima venditionis.
23. Ex venditione, que sit cum pacto de retrovendendo, debetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrovenditione.
24. Revendentis id, quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino solvit, à Reemprestito restitui debet.
25. Cessat jus retrovenditionis, quando bona publicè sub hasta venduntur.
26. Contractus pignoratitus non censetur tacite prorogatus in annum integrum, ex eo, quod debitor termino prefinito non solverit.
27. Revendentis omnes impensa & meliorationes sunt restituenda à reempresto.

## DEFINIT. I.

*Contractus pignoratitus differt ab Emptione-Venditione cum pacto de retrovendendo.*

1. Quamvis contrahentes se pessime hosce Contractus confundant, & in Instrumentis verbo Retrovenditionis & pignorationis promiscue utantur,
2. atque alterum pro altero usurpent; tamen veluti etiam inter hosce Contractus tanta cognatio & affinitas est, ut quandoque aliis ab alio dignosci dijudicari que vix posse, Molin. de usur. n. 267. & 268. Wesenb. in conf. 2. vol. 1. Andr. Rauchb. p. 1. q. 37. n. 23. Certum tamen est, tamen quod à Contractu pignoratitio, qui plerumque usurarius vel simulatus habetur, Ant. Fab. in Cod. tit. de rescind. vendit. Defin. 5. n. 6. Emptio - Venditio cum pacto de retrovendendo
4. multum differat. tamen Tribuit enim hæc fructus Empori irrevocabiliter quos perceptos lucrat, nec eos in sortem imputare tenetur, arg. l. 2. C. de pact. inter Empt. & Venditor. Francisc. Zonanet. in tract. de Empt. Vendit. sub pacto retrovendit. n. 24. & seqq. Mynsing. cent. 2. observ. 50. n. 1. Matth. Col. conf. 27. n. 40. & seqq. vol. 1. Mod. Pistor. vol. 1. conf. 13. n. 11.
5. Idque jure proprietatis atque dominii, quod absque dubio in Emptorem transfertur, et si pactum de retrovendendo adjiciatur, Jac. Menoch. lib. 1. conf. 26. n. 3. & seq. tamen Licet quidam tantum commoditatem fructuum percipiendorum transire putent, quos refutat Zaf. 1. conf. 12. n. 34. Mynsing. 6. observ.
7. 70. tamen Unde fit, quod pactum de Retrovendendo cum lesionē etiam enormissimā subsistat, nec contractum foeneratum & simulatum faciat, Anton.
8. Fab. in Codic. tit de rescind. vendit. Defin. 29. tamen in Contractu pignoratitio, usurario vel simulato, fructus medio tempore percepti in sortem imputantur, tamen in tantum, ut Creditor vel possessor, si fructus percepti pretium excedant, rationem reddere, remque cum fructibus nullo pretio refuso restituere cogatur. l. ex pignore. 1. L. seq. C. de pign. act. 10. si convenerit. 18. S. 1. ff. eodem tit. tamen utpote qui horum ratione perinde male fidei possessor censendus, ac si possessionis suæ titulum nullum haberet;
11. tamen Parum enim refert, an quis habeat titulum nullum, an vitiosum, l. quories 6. ff. qui satid. cog. l. 2. de aut. tunc. Anton. Fab. dict. tit. de rescind. vendit. defin. 3. Matth. Col. Conf. 28. n. 108. Nicol. Boër. decif. 44. n. 34. Henning. Goeden. conf. 109. n. 26. Med. Pistor. dict. conf. 13. n. 16.

Ita Domini ad requisitionem Hansen Goreissen zu Meissen/Mensl. April. Anno 1600. (Verba sent. Und weil ob bemalte Gläubigere die ihnen verpfändete Stücke tun gehabt und genossen/sind sie/wofern solche Stücke so austräglich/ daß sie über alle aufgewendete Mühe und Unkosten/ dieselbe höher/als die Landbüliche Zinsen geniesen können/ davon Rechnung zu thun/ und was sie über die Landbüliche Zinsen eingewonnen/ihnen an der Haupt-Summa abkürzen zu lassen schuldig/ B.R. 23.)

## DEFINIT. II.

*Contractus cum pacto Retrovenditionis, occasione mutui inicius, judicatur pignoratitus & usurarius.*

- Magna quia est differentia inter Emptionem & Venditionem cum pacto de retrovendendo & contractum pignoratitum seu usurarium, ut dixi Defin. preced. multum sane refert nosse, tamen Quando contractus celebratus sit empi-venditi cum pacto de retrovendendo, aut vero pignoratitus vel simulatus? tamen Sanè si ex verbis obligationis de mente & intentione contrahentium, quem scilicet contractum celebrare voluerint, manifestò constet, quin ille Contractus servandus sit, nec ei nomen alienum affingendum, dubium prorsus non est. Hart. Hartman. lib. 2. observ. tit. 22. obser. 4. n. 2. Jacob. Menoch. lib. 3. presump. 22. n. 16. tamen At, si verba contrahentium obscura & dubia sint, quippe quod se pessime verba Revenditionis & pignorationis promiscue in Instrumentis utantur, tamen ex presumptionibus & conjecturis decisio erit desumenda. Simulatio enim cum sit dolus & in animo consistat, tamen probari potest ex solis indicis & conjecturis, l. 1. & 3. C. plus val. quod agit. l. dolum. 6. C. de dolo l. non omnes. 5. 9. à Barberis, 6. ff. de remilit. tamen Quare hoc casu judicis requirit officium, totam rem acutè ponderare & presumptionem capere ex causis quam plurimis, pro personarum & rerum varietatibus, quarum bonè multas refert Matth. Berl. p. 2. concl. 1. n. 6. & seqq. cui calamus de manu eripere nolo, ut loquitur Bald. vol. 1. conf. 315. in fin. tamen Ex sola tamen pretiū vilitate, etiamsi accedat enormissima lesio, non presumitur Venditionis Contractus foeneratitus & simulatus, nisi foenerandi quoque consuetudo interveniat ex parte Emporis, aut alia conjectura, Thom. Grammat. decif. 76. tamen Si hæc tria concurrent: pactum de Retrovendendo, Modicitas pretii, & consuetudo foenerandi, quin Contractus sit pignoratitus & usurarius, nemo dubitat secun-

secundum Anton. Fab. in C. tit. de rescind. vendit. def. s. n. 6. † Quamvis omnino Judicis arbitrium hanc in re excludendum existiment; juxta tradita Hart. Pistor. observ. 219. † Non levius autem præsumptio pro usurario & pignoratitio contractu oriatur, si emptio eum pacto de retrovendendo ex causa mutui originem sumpserit: Veluti quod venditor emptorem pro pecunia sibi mutuanda requisiverit, vel Creditor & possessor noluerit mutuare, nisi sibi fundus cum pacto de retrovendendo vendetur. Licet namque tum verbis manifestis fiat mentio Emptionis-Venditionis cum pacto de retrovendendo, attamen cum causa originalis fuerit mutui & non Emptionis, † Contractus judicabitur usurarius Matth. Col. cons. 29. n. 74. Jac. Menoch. lib. 3. presump. 122. n. 46. Franc. Zoneti. in tract. de Empt. Vendit. sub part. revend. n. 62. † Omne enim id, quod mutui ratione præstatur, censetur usura c. plerumque 88. caus. 11. q. 3. Gloss. in l. rogaft. 11. S. si tibi. l. ff. si cert. petat. l. si ea. 14. l. cum allegas. 145. ubi Dd. C. de Usur. † Quod tum demum admittit Hart. Pistor. si talis accesserit laesio, quam ipsa Venditionis Natura respuit, † vel si aliae præsumptiones concurrant, ex quibus de usuraria pravitate constare queat, observ. 219. n. 56. Quia in rejudicis arbitrio multum tribuendum existimaverim. Vid. infr. Const. 30. Defin. 42. & 43.

Ita Elect. Saxon. Scabini ad consultationem VVolfgangi à Tottelbene, M. April. Anno 1631. (Verba sent. Ob nun wohl der Creditor in denen Gedanken steht/ daß er vermöge des ausgerichteten Contracts die ihm eingeräumte 12. March-Schiff Getreydig unbeschadet des Capitals zu gebrauchen habe/ und thine die eingehobne Nutzung nicht in Sortem compuiret werden möge/ dieweil aber dennoch dieser Wiedergauß ex causa mutui entstanden/ und dahero nach gemeinem Wahn der Rechts-Gelehrten pro contractu usurario zu halten/ ic. So hat sich auch der Creditor dessen nicht zu erfreuen/ sondern er ist bei Wiederempfahrung des Capitals von den eingehobenen Nutzungen Rechnung zu thun/ und dasjenige/ so er über den lastbündlichen Zins daran gewonnen/ ihm in sortem computiren zu lassen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. III.

Heres Creditoris pignoratitii jus offerendi contra debitorem prescribere nequit.

1 Juri offerendi, quod competit debitori adversus Creditorem pignoratitium, nunquam prescribitur, quia Creditor non sibi possidet, sed debitori l. pignori 13. ff. de usucap. † & quod debitor Creditori suo offerre potest ad luendum pignus, in mera facultate magis quam in jure versatur Bart. ad l. cum notissimi 7. C. de prescript. 30. vel 40. annorum, ubi & Ant. Fab. in Cod. defin. 7. Const. Elect. b. 1. ubi Dan. Moll. Beust. ad l. admonendi, 31. ff. de jurejur. 3. n. 871. † Quod & verum, si pactum Legis commissoriæ fuerit adjectum pignori, ut demonstrat Moller. 3. senestr. 19. Sed num idem obtinebit in herede? 4 Creditoris pignoratitii? † utique. Non solum enim vitium reale, ut. furtum, spolium, rapina, sed & personale vitium, hoc est, mala fides defuncti impedit prescriptiōnem in herede seu successore universali, non tantum quando vult uti accessione temporum, quibus defunctus fuit in possessione, † sed & quando ex propria persona velit computare tempora prescriptiōnis; Ut maximè enim is fuerit in bona fide, attamen mala fides defuncti, cui succedit, prescriptiōnem impedit in herede, 6 † Quippe qui ignoratione sua defuncti vitia excludere non potest l. cum heres. 11. ff. de divers. temp. prescript. Ant. Fab. in Cod. tit. plus valer. quod agit. 7 defin. 2. n. 1. † Quin & heres in universum jus defuncti succedit, ejusque personam repräsentat. l.

quories. 9. S. beredes. 12. L. max. minus. 31. 10. ff. de bered. inst. L. nihil aliud 24. ff. de verba sign. † Ergo sicut defunctus non potuit prescribere, ita nec heres; † Cujus etiam interest, ne fama defuncti, quam ut propriam defendere debet, iudicatur, L. 1. ff. de injur. Aut. Consult. Const. Sax. tom. 1. part. 1. qu. 1. n. 9.

Ita Domini in causa Melchior Lindnerus zu Nostheim/M. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Hat euer Vater seinem Nachbar vor vielen Jahren ein Stück Guts Pfandweise eingethan und solches ihm nügen und gebrauchen lassen; Ob nun wohl der betreffende Gläubiger Todess verfahren/ da ihr aber dennoch vorgedachtes Gut wieder einzulösen gemeynet wäre/ ic. So wären euch des Gläubigers Erben solches Gut abgetreten schuldig/ und hätten sich mit der prescriptiōn damit der nicht zu behelfen/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

Emptor pignoris adversus debitorem prescriptiōne sese tueri potest.

Quia Creditor, ut pignoris possessor semper est in mala fide, successor singularis, si ipse velit computare tempora, quibus Autor, à quo ipse causam habet, possedit, nec tempore longissimo pignus emptum prescribere valebit, Auth. malefidei. C. de prescript. long. temp. † Quod si vero emptor pignoris incipere velit prescriptiōnem ex propria persona, nil certe obest, quo minus usitato tempore, puta triginta annis de jure communi (in foro autem Saxonico triginta annis, cum anno & die) pignus emptum prescribere, & vindicahem debitorum hanc exceptione repellere poslit, Auth. Consult. Const. Sax. tom. 1. part. 1. qu. 1. n. 75. vers. de successore vero singulari. † Tum, quod Emptor fuit in bona fide justoque titulo pignus acquisivit l. 5. & tot. tit. ff. pro empt. cui mala fides venditoris haudquaquam nocere potest, scilicet, quia hic non ope & adjumento autoris sui ad defensionem utitur, sed proprio jure prescriptiōnis sese tuetur Aut. Consult. d. qu. 1. n. 6. † Tum, quod quando universa seu mutata est possessio, ut, quia ex aliâ causâ alias incipit possidere, juri offerendi prescribatur, Matth. de Afflict. in c. 1. de feud. dat. invicem leg. commiss. † Tum, quia Confessio Electoralis soli Creditori pignoratitio prescriptiōnem juris offerendi aufert; † Neutquam ergo hæc prohibitio ad alium casum, quo possessor vindicantem Dominum prescriptiōne repellit, extendi debet, per tradita Andr. Tiraquell. de leg. connub. gloss. 2. n. 23. post. pr.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ob wohl sonst wider die Eiwlösung eines Unterpandes die Verjährung nicht statt hat/ da aber dennoch obgedachter Gläubiger das verpfändete Gut einem andern/ Rahwens Johann Näheln verkauft/ derselbe auch unwissen/ daß es ein Pfand-Schilling gewesen/ solches als sein Eigentum hinnenzo. Jahr/ Jahr und Tag geruhlicher besessen hätte/ ic. So hätte Johann Nähel durch Verjährung das Eigentum solches Guts erlangt und ihm wäre dasselbe nunmehr beständiger Weise zu vindicieren nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. V.

Actio hypothecaria, non minus ac personalis Conditio ex mutuo, tollitur prescriptiōne.

Uls luendi pignoris, quod debitori competit adversus pignoratitium Creditorem, quia in mera facultate versatur, nullius quantumvis longissimi temporis prescriptiōne excluditur, Supra Defin. 3. † Non item est, si tractetur id è pignore aut hypotheca, quam Creditor habet constitutam in bonis debitoris ad debiti sui assecurationem; † Hæc namque uti juris est, non facultatis, ita tandem, quam cætera jura, patitur triginta annorum prescriptiōnem l. sicut 3. l. omnes. 4. C. de prescript. 30. 40. annorum. † Adeoq; in foro Saxonico extincta hypothec-

potheca præscriptione tricennali cum anno & die, Creditor debitum ex mutuo petens repellitur. † Hæc enim præscriptio omnes indifferenter actiones tam reales quam personales permit, Joh. Schneidew. in tit. Inst. de usucap. rubr. quo sunt species præscript. n. 13. & 53. Et debito ipso præscriptione sublato, pignus certè seu hypotheca hanc sustineri poterit, † ut quæ accessoria est contractus principalis, l. 43. ff. de solut. l. 5. l. 15. ff. quib. mod. pignus.

Ita Domini in causa VVolfgangi à VVolframsdorff, M. Febr. Anno 1629. (Verba sent. Und es ist der Besitzer des Guts obangeregte 100. fl. abzustatten schuldig/ Es wäre denn/dass der Gläubiger binnen rechtsverwehrter Zeit seine Forderung nicht angestellt/ noch iemahls den Schuldener/oder seine Erben/weniger des Besitzer des Guts in Anspruch genommen hätte/ auf solchen Fall wäre beides die Schuldforderung so wohl das Unterpand erloschen/ und wäre demnach der Gläubiger weder des Schuldener Wittib/ noch den Besitzer in Anspruch zu nehmen befugt/ B. N. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Præscriptio debiti non nisi à tempore solutionis destinato currere incipit.*

Expediti juris est, quod is, qui in diem debet, ante diem solvere non teneatur, sed totum illud tempus arbitrio solventis relinquatur l. 41. §. 1. l. 42. l. 118. §. 2. ff. de verb. obligat. §. pen. inst. de inut. stipul. lat. † adeò ut Creditor plus petat, debitum antedictum exigens §. 33. inst. d. action. Quod si ergo Creditori ante diem solutioni destinatum nulla competit actio, † neutquam huic præscribi poterit, cum non entis nullæ sint qualitates l. 1. ff. comm. prædictor. l. in actionibus. 5. ff. de in lit. jur. Gail. 2. obs. 18. n. 6. † Et semper dandum est initium aliquod præscriptionis, Ant. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 13. defin. 2. n. 5. Nec debitor quicquam ante possessionem præscriptione sibi acquirere potest, † siquidem tantum videtur præscriptum, quantum possellum l. quod meo. 18. §. fin. ff. de acquir. possell. l. 1. §. si quis hoc interdicto. 4. §. Julianus. 5. ubi Bartol. ff. de itin. abb. privat. & in l. cum de in rem verso. 6. col. fin. ff. de usur. † Ac quomodo quædo præscriptione puniri poterit negligentia Creditoris debitum non exigentis, qui ante diem debitorem compellans poenam, plus petitionis incurrit d. §. 33. Inst. de act.

Ita Domini in causa Jacobi Rudels zu Rannevurff/ Mens. Jan. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl von solcher Zeit an dreißig Jahr/ Jahr und Tag verlossen/ dieweil aber dennoch das Darlehen auff 6. Jahr gerichtet worden/ von derer Verfließung selbige Schuld nicht gemahnet werden mögen/ und aber von Zeit der verschriebenen Zahlung anzurechnen/ die zur Verjährung nach Sachsen-Recht erforderliche Frist/ als 30. Jahr/ Jahr und Tag noch nicht verlossen/sei. So haben sich auch des Schuldener Erben mit der Verjährung nicht zu behelfen/ sondern sie seynd beides das Capital und Zinsen nochmals zu zahlen schuldig/B. N. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Præscriptio temporis immemorialis differt à præscriptione Centenaria.*

Exsiquiat Guid. Papz. q. 575. ad præscriptionis immemorialis probationem necessariò requiri probationem centum annorum, quam sententiam quoque tenet Balb. de prescr. 2. pars. 3. pr. qu. 6. & Myaf. conf. 13. n. 21. Qui certè confundere videantur utramque præscriptionem; At male. † Vel sola enim nominis ratio indicat, non sufficere centum annorum probationem ad immemorialem præscriptionem adstruendam. † Immemoriale namque dicitur, cuius memoria non est in contrarium; Sed fieri potest, quod ejus, cuius non est memoria in contrarium à centum annis, sit memoria in centum & decem vel viginti, &c. † Falsum ergo est, quod probatis centum annis sit probata præscriptio immemorialis. Quin & præscriptio cen-

tum annorum probatur ex depositione testium de tempore centum annorum. † Quæ tamen neutram sufficit ad probationem temporis immemorialis, sed ad hanc requiritur, testes ultra asserere, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contrarium actum, nec à majoribus & senioribus aliud audivisse, neque etiam hosce maiores à suis majoribus & senioribus aliter audivisse, hujusque rei publicam esse famam & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent, Gloss. in c. 1. extr. de præscript. Capit. dec. 139. Matth. Stephan. de Jurisd. Imp. Rom. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 158. Gabr. Comm. concil. lib. 5. tit. de prescr. concil. l. n. 81. † Hinc articuli probatorii vulgo formari solent: Wahr und Zeugen wissen/dass Zeugführer und seine Vorfahren vor 10. 20. 30. 40. 50. 60. und mehr Jahren weit über Menschen-Gedenken mit den Schafen auff M. M. Feldern getrieben haben. Zuna andern/ Wahr und Zeugen wissen/dass sie es nicht allein für ihre Person gesehen/ sondern auch von ihren Eltern und andern solches gehöret/ und nie anders erfahren noch gehöret haben/ auch niemand sey/ der es anders gedachte. Joh. Schneidew. in tit. inst. de usucap. rubr. de speciebus præscript. n. 37. vide quoque Matth. Col. ad e. cum vobis. 14. n. 23. & seqq. extr. de præscript. † Ubi aliquot modos probandi seu articulandi super tempore immemoriali tradit, eamque differentiam præscriptionis centenaria & temporis immemorialis, indigitat quoque † Elector Sax. Illustriss. in b. Const. 1. verb. Einige Verjährung oder præscription durchaus/ auch hunderd/ und mehr Jährige nicht statt habe/ est ergo præscriptio aliqua ultra centum annos, quæ immemorialis sit necesse est. Neque hæc differentia suæ effectu destituitur, † Etsi enim in utraque hæc præscriptio ex solo lapsu tam longi temporis, & titulus & bona fides facilimè præsumatur, ipsa etiam temporis antiquitas utroque casu justi tituli viri obtineat, l. ult. ff. de aqu. & aqu. pluv. arc. junct. l. 1. §. ult. eod. tit. l. 3. §. dulcis aquæ. 4. ff. de aqu. quotid. & effiv. † Attamen si tam diutinæ possessionis titulus aliquis vitiosus præferatur, aut qua alia ratione malam fidem ab initio intervenisse, appareat, præscriptio centenaria corruit, Ant. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 13. defin. 2. † Quæ tamen exceptio non cadit in præscriptionem temporis immemorialis, cum immemoriale tempus futurum non sit, si ponas malæ fidei, quæ ab initio intervenit, memoriam aliquam constare, l. si arbiter. 28. ff. de probat. Fab. d. loc. Matth. Steph. dict. c. 7. n. 156.

Ita tractatum in causa Melchior Lindners zu Nostveit/ Mens. Mart. Anno 1633.

#### DEFINIT. VIII.

*Pactum de Retrovendendo intra certum tempus, elapsō eo ulterius non obligat pacificem.*

Et si pacto de Retrovendendo nullo unquam tempore præscribatur, b. Const. Elect. 1. p. 2. Hart. Pist. observ. 38. Andr. Fach. l. 2. Contr. c. 13. Cavallos. com. opin. qu. 207. † Si tamen hoc ad certum tempus verbis expressis restrictum fuerit, elapsō eo jus reluendi ulterius non obtinet. † Nec is, qui intra certum tempus promisit retrovendete, eo elapsō amplius tenetur, Gozadin. confit. 87. n. 5. & conf. 94. n. 51. Cagnol. in L 2. q. 7. n. 63. C. de pacif. int. empl. & venditor. Hart. Pist. observ. 223. Moller. ad conf. Elect. 32. n. 41. p. 2. † Nam quod intra certum tempus fieri debet, postea censetur prohibitum, l. si intra. 23. ff. de statu lib. 1. Titia, cum Testamento. 34. §. ult. ff. de leg. 2. l. Thais. 41. §. intra. 12. ff. de fidei-com. libert. † Et conditio intra tempus expressum im-

implenda, post illud adimpleri nequit, Glosſ. & Dd.  
 5 in l. 1. C. de inst. & ſubſt. † Quo & facit l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. ubi ſi quis promiſit retroven- dere quandocumque, vel intra certa tempora, lex  
 6 conventionis eſt ſervanda; † Quin & facultatem ha- bens intra certum tempus redimendi, ſi intra illud  
 7 non redimat, cenſetur juri ſuo renunciare; † Si quidem paria ſunt, lapsu temporis vel renunciatio- ne excludi l. 1. §. ſed videndum. 11. ff. de ſuccesſ. edict. Ant. Hering. in tract. de fideiſuſ. c. 28. n. 4. Moller.  
 8 dict. conſt. 32. n. 45. † Limitanda tamen videtur haec assertio, quando venditor justum habuit impedi- mentum, quod minus rem intra tempus præfinatum redimeret, ut quia amisi pecunias per nuntium, vel  
 9 ſi ab hostibus detentus eſt, aut aliud ſimile quippi- piam contigit. † Quo ſanè caſu, probato impedi- mento, mora purgatur, & venditor ad redimen-  
 10 dum admittitur. † Ex cauſa namque rationabili aliquid temporis venditori eſt indulgendum ultra conuentum, per tradita Decian. conſ. 84. vol. 2. Hart. Pift. dict. obſervat. 223. n. 7. & 8.

Ita Domini in cauſa Caspari Rolckens Mens. Sept. Anno 1630. (Verba ſent. Hat euer Unterthaner einer ſeinem Nach- bar einen Acker um eine gewiſſe Summa Geldes verkaufft/ darneben aber ihm ausdrücklichen vorbehalten/ daßern er nach dreien Jahren beuelden Acker wiederum löſen würde/ ihm ſo dann/ie doch länger nicht ſoches freystehen ſolle/ und es hat ſich Verkäufer/ unangefehren die geſetzten dran Jahr allbereit vor einem halben Jahr verloſſen/zur Wiederkauſung des Ackers nicht anberoten/ic. So iſt ſolcht Wiederkauſt er- loschen/und hat ſich Verkäufer nunmehr daffen fernar zu ge- brauchen nicht Fug; Er könnte denn wie Recht darthun und erweisen/ daß er ſich des vorbehaltenen Wiederkauſſ zu ge- brauchen durch das Kriegswesen biſhero verhindert worden/ und wegen Unſicherheit des Weges/ das Kaufgeld/ ſo er bei ſich vorhanden gehabt/ dahin nicht ſchaffen noch auszahlen können/daffen genoſſe er auf ſolchem Fall biſlich/B.R.W.)

## DEFINIT. IX.

Vendito fundo ad certum tempus cum pacto de Retro- vendendo, tempore elapſo, Reluſio tamen locum habet.

1 **M**ultum diſſert, utrum Venditor jus reluendi certo tempore exercendum ſibi reſervaverit: An verò venditioni ad certum tempus facta pactum retrovenditionis fuerit adjectum. Priori enim caſu tempore exercenda reluſionis elapſo, nulla ul- terior reluſio obtinebit, prout dixi Defin. prece-  
 2 d. † Caſu verò posteriori facta ſcilicet venditione ad certum tempus cum pacto de retrovendendo, vide- licet (auff drei Jahr wiederkauſſlichen) elapſo licet triennio, vel tempore longiori, reluſio tamen fieri  
 3 potest. † Ratio diversitatis eſt, quod caſu priori tempus certum reluſioni fuerit præfinatum, ſi nem- pe venditor velit intra illud, binne ſo viel Jahr/ fundum venditum reluere, quo ipſo conditio ponit- tur potestativa, quæ poſt tempus elapsum contra- pactum contrahentium ulterius adimpleri nequit. l. ſticho. 40. §. Tiriſ. 7. ff. de Statu liber. Virg. Pin-  
 4 giz. qu. ſax. 6. n. 5. † At caſu posteriori, facultas redimendi ad certos annos non reſtrigitur, neque tempus reluſioni, ſed potius venditioni ſub pacto de Retrovendendo apponitur. Cujus unicus hic eſte videtur effectus, quod durante tempore Ven- ditor facultatem redimendi non habeat, nec emptori oſſerendo preſtium ullam moleſtiam creare po- ſit; † Quæ ſanè mens videtur fuſſe contrahentium, quæ obligationi legem dat & formam l. 1. §. ſi conuenit. 6. ff. depofiti. l. 52. ff. de verb. obligat. l. con-  
 6 tractus. 23. ff. de Reg. Jur. † Cui etiam in dubio ac- quiescendum eſt, uſque dum alia contrahentium intentio ex verbis instrumenti probetur, maximē quia haec pacti interpretatio aqua & benignior eſt,

Carpz. Definit. Vol. I.

quæ minus Venditori præjudicatur, † qui & alias ex iusta aliqua cauſa poſt transactum tempus reu- ditionis facile in integrum reſtituitur l. quibus die- bus. 40. ff. de Condit. & demonſtr. c. ſignificant. & ibi Dd. extr. de pignor. Bald. in repet. l. Emilius. 38. de minor. Roman. conſ. 435. in fin.

Ita Domini ſenati VVeidenſi, Mens Sept. An. 1623. (Ver- ba ſent. Ob nun wohl der Wiederkauſt auf drei Jahr lang gerichtet/ dieſelbe auch alberet vorlängig vorüber und die Wiedereiſlung biß dato noch nicht erfolget/ic. So hat doch der Kaufſter beſtändiger Weife ſich damit nicht zu behelfen/ ſondern es iſt nichts destoweniger von dem Kauf wieder abzufehen/ und gegen Wiederempfahung ſeines ausgezahlten Kauf- Geldes den erkaufsten Leich abzutreten ſchulbig/B. R. W.)

## DEFINIT. X.

Obligatio ex pacto de Retrovendendo tranſit etiam ad heredes.

**S**icuti regulariter pacta ad heredes traſfeunt, l. ex 1  
 contractibus. 49. ff. de oblig. & action. l. veſeris. 13. C. de contr. & comm. ſtip. † Ita etiam ex pacto de 2  
 retrovendendo heredibus actio competit, & datur ex hoc pacto juſ redimendi, non ſolum ipſi vendi- 3  
 tori, ſed & ejusdem heredibus, † Licet iis vendi- tori ſpecialiter non proſpexerit l. ſi pactum 9. ff. de 4  
 probat. Nicol. Boer. decif 182. n. 21. & ſeqq. Hart. Pift. obſerv. 154. Matth. Berl. part. 2. concl. 2. n. 22. & 23. ubi plures allegat. † Ut maximē enim concedatur, pactum de retrovendendo eſte personale, exinde tamen heredis persona haudquaquam ab eo exclu- ditur, quia cum contrahente heres uſque eo ma- gnam habet ſimilitudinem, ut etiam Juris ratione eadem cum ipſo perſona eſte ceneatur l. heredem. 59. ff. de Reg. Jur. † Quod iſum tamen limitat Hart. Pift. d. obſerv. 154. n. 23. in caſu, quo inter con- trahentes ita convenit, ut Venditori tantum, vel ſoli venditori liceat rem venditam reſtituto pretio redimere, quæ verba taxativa pactum hoc ad certam perſonam reſtringunt, ut mirum haud ſit, heredes ſub eo pacto non contineri; † Licet alias omiſſa restrictione viſ hujus pacti adeo extendatur, ut & ad collaterales heredes tranſeat, ceu juſ quoddam obligationis ex contractu vel pacto acquiſitum, d. l. ex contractibus. 49. ff. de oblig. & action.

Ita Domini in cauſa Johann Boyers zu Prauſik/Mens Sept. Anno 1621. (Verba ſent. Ist nach euers Vater Abſterben/ dem jüngſten Bruder zum Beſten das väterliche Gut aufs 18. Jahr lang einem Fremden wiederkaufflichen hingeſaſſen wor- den/ und es iſt gedacht euer jüngſten Bruder in ſeiner Un- mündigkeit vor Verſtieſſung der 18. Jahr Todes verſahr ni- ic. So hat er ſolches Wiederkauſſ. Recht auf euch und eure Brüder gebracht und verſälfet/ und ihr habt euch nach ver- ſloſſenen 18. Jahren/vermöge ſolches Wiederkauſſ/ des Gutes anzumaffen wohl Fug/B.R.W.)

## DEFINIT. XI.

A duobus re vendicā cum pacto de retrovendendo, quando unus ex illis rem venditam reeme- re poſſit?

**S**i duo vel plures vendunt fundum reſervato ſibi 1  
 jure reluſionis, aut ſi venditor deceſſit, duobus vel pluribus heredibus relictis, quætitur, an unus ex 2  
 biſce admittatur, ſi partem preiſ offerat, ac partem rei vendita redimere velit, reliquis reemere nolenti- bus? † Quod ſimpliciter negat Bartol. in l. ſi quis. 46. n. 4. ff. de ſolus. Cujus assertio vel exinde probatur, quod Retrovendere contineat Rei traditionem, ad- coque ſit quiddam individuum, quod pro parte ex- exerci nequeat, l. 72. ubi Donell. & Dd. ff. de verb. oblig. † Quod ſi verò unus ex venditoribus aut he- redibus venditoris totum preiſ ſumptu Emptori cum pacto de retrovendendo offerat, & petat ſibi inte- grum fundum re vendi, communis eſt Dd. conclu- 3

VV

ſio,

- lio, quod admittatur, & Emptor hunc totum fundum revendere teneatur, per l. *stipula.* 78. §. qui fundum. 2. ff. de contr. empt. Joh. Schneidew. in §. actionum. 28. Rubr. de act. ex vendit. n. 20. inst. de action.
- 4 Nicol. Boér. *decis.* 25. n. 1. & 2. † Modò etiam Re-  
emptor caveat de revendendo partem socio, si is in  
posterum eam voluerit habere & redimere, Jason.  
in l. *stipulationes non dividuntur.* 72. n. 21. ff. de verb.  
obligat. Joh. Schneidew. d. §. *Actionum.* 28. num. 20.
- 5 † Neque enim emptor hoc casu habet, de quo con-  
queri possit, quippe qui non modò propter sa-  
tisfactionem præstitam tutus est ab altero vendi-  
toris herede, sed & totum rei venditæ pretium re-  
cipit.

Ita Domini in causa Petri Bidermans zu Grimmieriz/ M.  
August. Anno 1629. (Verba sent. Und nach dem der Verkäufer  
Todes verfahren und ethliche Erben hinter sich verlassen / ist  
der eine unter solchen Erben sich des Wiederkaufs zu gebrau-  
chen/ und die Länderey wiederum an sich zu lösen gemeynet;  
da nun derselbe die ganze Kauffsumma vollständig erlegen/  
und wegen seiner Mit-Erben/ daß er euch gegen sie vertreten/  
und schadlos halten wolle/ gnugsame Caution bestellen wür-  
de/ic. So sendt ihr ihm die erkauften Güter wiederum ab-  
zutreten und einzuräumen schuldig/ und ihr habt euch darwi-  
der beständiger Weise nicht zu behelfen/B.R.W.)

#### DEFINIT. XII.

*Pactum de Retrovendendo etiam extrante  
cedi potest.*

- 1 Jus redimendi ex pacto de retrovendendo non-  
modò heredi universali venditoris competit, sed  
& cessionario, vel alii singulari successor, in  
quem venditor hoc jus per donationem, venditionem, aliamve similem cessionem transtulit, Joseph.  
Lud. *dec. Luc.* 47. Molin. in *Confvet. Parisien.* tit. 1.  
§. 13. n. 20. Joh. Schneidew. ad §. *Actionum.* 28. Rubr.  
de *Action. ex Vendit.* n. 18. Inst. de *action.* Franc. Zo-  
annet. tr. de *empt.* vendit. cum *pacto retrovendit.*  
2 num. 7. & seqq. Mod. Pistor. p. 3. q. 109. † Etenim, quæ  
ad heredem transmittuntur, alteri quoque cedi  
possunt. arg. l. ex pluribus. 42. ff. de *administr. tutor.*  
3 Et alias etiam juris est expediti, † quod actio per-  
sonalis alteri cedi queat, l. per diversas. 22. C. man-  
dat. l. ult. & rot. tit. C. de *heredit.* & act. vendit.  
Quidni ergo idem quoque obtineret in actione ex  
pacto de retrovendendo, quæ certe nullibi cedi  
prohibetur. l. *principius* 32. in fin. *Codic. de appellat.*  
4 † Quamvis aliter res se habeat in casu, quod expres-  
sè fuit conventum: Ut solus venditor per se possit  
redimere, non etiam alii id jus cedere, tunc enim  
pactum servari debet, nec cessio valebit. Hier. Ca-  
gnol. in l. 2. C. de *pact. int. empt.* & *vendit. col.* 8. *vers.*  
*limita nisi pactum.*

Ita Domini Senari VVeidens Mensl Septemb. Anno 1623.  
(Verba sent. Hat Adam Weber vor etlichen Jahren Christo-  
ph Nürnbergern einen Leich auf seine Zeitlang wiederkauf-  
lichen verlassen und zugeschlagen/ und demnach Verkäufers  
Bruder nebst andern des Verkäufers Gütern auch dieses  
Wiederkaufs-Recht durch Cession an sich bracht/ ist er be-  
meldeten Leich wieder an sich zu lösen gemeynet/ic. So ist ge-  
dachter Christoph Nürnberg/ gegen Wiederempfahrung set-  
zes ausgezahlten Kauff-Geldes/ desselben abzutreten schul-  
dig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Quando ex pacto Retrovenditionis alio qua-  
ratur absenti?*

- 1 M<sup>u</sup>ltis parentibus in favorem liberorum im-  
puerum, prædia paterna sèpè venduntur ex-  
traneo cum pacto de Retrovendendo, ita ut si ad  
eam etatem pervenerint liberi, quæ rei familiaris u-  
tiliter præesse & prædia administrare queant, eadem  
2 reemere ipsis liceat; † Ejusmodi contraetus impu-  
eribus vix præesse potest, qui tempore pacti initi

ejus ætatis fuisse videntur, ut, et si præsentes fuissent,  
negotium tamen aliquod cum ipsis geri non potu-  
erit, ut haud immerito pro absentibus habiti fue-  
rint. † Quibus pactum retrovenditionis neuti-  
quam præesse potest propter text. in l. 1. C. de contr.  
stip. qui licet de stipulatione loquatur & ad ejus va-  
liditatem præsentiam stipulatoris requirat, eadem  
tamen ratio videtur subesse in pacto de retroven-  
dendo, † cum ad hoc, ut pactum validè ineatur, al-  
terius partis acceptationem accedere necesse sit,  
Hartm. Pistor. obf. 106. n. 9. † Nec est, quod accep-  
tatio ex temporis longinquitate præsumenda erit.  
Quia hæc ipsa pacti substantiam concernit, adeo-  
que tempore longissimo non inducitur per tradita  
Cravett. in tract. de antiqu. temp. † Alioquin, quæ  
ad tollendas obligationes adinventa est temporis  
præscriptio, easdem potius induceret, & sic con-  
trarium sortiretur effectum, Pistor. dict. loc. n. 14. &  
15. † Meminisse tamen oportet, pactum hoc retro-  
vendendi cedere in utilitatem pupillorum aliorum  
que absentium, si autoritate Magistratus confirma-  
tum ac corroboratum fuerit; † Judicem enim aut  
aliam publicam personam pupillis & cuivis absenti  
acquirere, eorumque nomine stipulari posse, expe-  
ditum est l. 2. ff. rem pupilli salv. for. l. non aliter 18.  
ff. de adopt. Gloss. & Dd. in §. si quis alii 4. Inst. de  
inut. stipulat.

Ita tractatum in causa quorundam pupillorum ad consul-  
tationem Joh. Boyens, Mens. Sept. Anno 1621.

#### DEFINIT. XIV.

*Minor heres Emptoris rem empriam cum pacto de re-  
trovendendo absque decreto Magistratus re-  
vendere potest.*

E<sup>x</sup> utraque parte pactum de retrovendendo ad  
hæredes transit. Quare non solum Vendito-  
ris heredibus ex hoc pacto actio competit, sed &  
contra Emptoris heredes datur l. si fundum 2. C. de  
pact. int. Emp. & Vendit. Joh. Schneidew. §. item,  
si qui in frandem Creditorum 6. num. 24. Inst. de  
act. Hartm. Pistor. lib. 2. observat. tit. 22. observ. 4.  
num. 15. & seqq. † Quod & verum, quando heres 2  
Emptoris est minor viginti quinque annis, qui te-  
netur venditori vel ejus heredibus rem revendere,  
etiamsi decretum Magistratus non intervenierit,  
† ex sanctione Imp. Sever. & Anton. in l. verb. si 3  
probare potes, patrem pupilli, cuius tutores conveni-  
sti, consensisti, ut redditio sibi prædio premium recipi-  
ret, id quod convenit, servabitur. Neque enim in ea  
re autoritas praefidis necessaria est, ut tutorum solici-  
tudini consulatur, si voluntari defuncti pareant C.  
quando decreto opus non est. † Ad quid enim re-  
quirenda esset autoritas judicis, qui pactum con-  
ventum rescindere ac revenditionem promissam  
impedire nequit, Nicol. Boér. *decis.* 182. n. 24. Mo-  
dest. Pistor. vol. 1. confil. 64. n. 38.

Ita Domini in causa Caspari Volkens Mensl Septemb. Anno 1630. (Verba sent. Wenn gleich Käufer immittelst Todes  
verfahren/ic. So sehn doch dessen hinterlassene Erben/ auch  
die minderjährigen/ ohne vorgehendes Decret den Wieder-  
kauf zu halten/ und vorgedachten Acker gegen Wiederempfa-  
hung des ausgezahlten Kauffgeldes Verkäufers abzutreten  
schuldig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XV.

*Emptor, qui rem cum pacto de retrovendendo possidet,  
præcisè eam revendere tenetur, nec liberatur  
præstatione ejus, quod inservit.*

E<sup>d</sup>adem ferè hæc questio est, quæ in materia  
Emptionis Venditionis vulgo movetur, an  
venditor, qui potestatem tradendi habet, præcisè  
rem tradere tenetur? † Quæ sane questio si ad  
spicere

apices juris revocetur, & ex Juris meditullio examinetur, satis expedita non est, ut appareat ex iis, quae subtiliter & acutè scripserunt Salyc. in l. 4. C. de act. empt. Cujacius ad Paul. 1. sent. 13. Anton. Fab. 6. cons. 17. & de Error. pragmat. decad. 22. Error. 4. & sibi ipsi contrarius decad. 85. Error. 4. Donell. in l. 2. 72. ff. de verb. obl. † Attamen in praxi res tam magnam difficultatem non habet, sed ubique locorum teste Moller. b. Cons. 1. in fin. affirmativa opinio recepta est, ut scilicet venditor rem possidens, præcisè eam tradere teneatur, & præstando interesse non liberetur. † Quam multum juvat textus in l. 68. ff. de rei vindicat. ubi manu militari possessio dicitur auferenda, quem locum à Triboniano corruptum absque ratione afferit Ant. Fab. dict. cons. 4. jett. 17. † Minus quoque probabiliter alii hunc textum ad extraordinarium procedendi modum restringunt. † Accedit text. in l. 25. §. 1. ff. de contr. empt. l. ubi autem 75. §. ult. ff. de verb. obligat. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. ex quibus necessitas tradendi haud obscurè evincitur, Dom. Arum. part. 1. decif. 13. per tot. Andr. Fach. l. 2. contr. c. 8. Franc. Zoannet add. l. 2. n. 78. C. de pact. inter empt. & vendit. † Ac certè utilius est Reipublicæ, ut qui non alia lege jus suum in alium transferri passus est, nisi tali fretus conventione, nullam captionem ex contraria patiatur interpretatione, secundum Arium. Pinell. in repet. l. 2. p. 2. c. 3. C. de resc. vendit. † per l. fin. C. de pact. int. empt. & vendit. † In foro saltem Saxonico de hac decisione dubitare quis posset perpendens art. 9. Landr. l. 1. junct. Apostill. ibid. ad text. in fin. verb. Stirbet der Verkäufer/ ehe er nur das verkauftes Gut aufzösst/ seine Erben seynd nicht schuldig den Rauff zu halten. Sequitur hinc ergo, venditoris heredes ad rem tradendam cogi non posse, sed liberari præstatione ejus quod interest. † At verba hæc juris Saxonici intelligi debent secundum jus commune, puta, quando venditor vel ejus heredes non habent facultatem tradendi rem venditam, alias secus, ut rectè advertit, & probat ex verbis præcedentibus istius textus Matth. Coler. part. 1. decif. 8. n. 4. † Semper enim facienda est interpretatio, ut jura juribus concordentur & vitetur, quantum potest, Legum correctio, l. præcipimus 32. in fin. C. de appellat.

Ita Domini in causa Thomæ Weissens zu Hammelburg/ Mens. Mart. Anno 1613. (Verba sent. Habe ihr vor eßlicher Zeit eueren Nachbar einen Garten wiederläufflichen um eine gewisse Summa Geldes hingelassen/ welchen ihr wiederum an euch zu lösen gemeynet seyd/ da nun euer Abkäufer solchen Garten nochmals in Besitz hat/ und des Wiederkauffs geständig ist/ic. So wird er zur Abtretung selbiges Gartens billich angehalten/ und er hat sich mit seinem Erbieten zu Abtrag des Interesse beständiger Weise damit nicht zu behelffen/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Vendit à re empt à cum pacto de retrovendendo ab empte, primus venditor à secundo empte rem vindicare nequit, sed habet actionem personalem ex vendito adversus primum emporem in id quod interest.*

¶ Illud hic controvertitur, an pactum Retrovenditionis rem venditam affiat, ita ut exinde nascatur realis, nimirum utilis Rei vindicatio? † Hoc enim si dicamus, sequitur inde, primum venditorem vigore pacti de Retrovendendo contra tertium possessorum, cui emptor non obstante eo pacto rem illam rursus vendidit, agere remque ab eo vindicare posse. † Idque ipsum haud pauci arbitrantur, nec ut sibi videntur, destituti textibus juris & rationibus, ut cernere est apud Nic. Boër. decif. 182.

Carpz. Definit. Vol. I.

Didac. Covarr. var. resolut. lib. 3. c. 8. per totum, ubi hanc questionem latissimè discutit, Schurff. conf. 40. cent. 2. per tot. Socin. Sen. conf. 80. n. 1. vol. 3. † Sed absque dubio verius est, quod pactum Retrovenditionis rem ipsam non affiat, adeoque nec actio realis inde nascatur, sed tantummodo actio personalis exempto vel præscriptis verbis, † per textum expressum in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. quem ad hoc bene ponderat Zafius lib. 1. conf. 12. n. 34. † Et inepta est responsio Vasq. illustr. contr. 6 c. 69. quod ibi sit verbum obliquum (restituatur) quia non tam à verbis, quam à natura & qualitate pactorum hic effectus pendet. † Similis est textus 7 in l. rebus 6. C. de rer. permitt. & in l. si sterilis 21. §. si tibi fundum 4. ff. de act. empt. † Sequitur hinc ergo, quod nec venditor primus contra secundum emptorem rei vindicatione agere possit, quia personalis actio non datur contra singularem successorem l. fin. §. f. ff. de cont. empt. l. 1. §. si heres 16. ff. ad SCrum Trebell. † Quæ sententia quoque communis & in praxi recepta est, eamque defendit pulchre Zaf. lib. 1. conf. 12. num. 34. Andr. Gail. lib. 2. observ. 16. n. 4. ubi testatur de observantia Cameræ Imperialis Wesenb. part. 1. conf. 39. n. 6. Cujac. 8. ad Afr. in l. 24. de præscr. verb. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 13. q. 2. n. 20. & seq. † Ne tamen venditor prorsus causadat, tenetur ipsi emptor primus ad interesse, Gail. dict. loc. num. 5. Nam licet in Contractibus prohibitio non impedit alienationem quoad translationem Dominii, l. nemo pacificando 61. ff. de pact. † Impeditur tamen eatenus alienatio, ut si contra fiat, committatur obligatio ad interesse, vel ad ponnam si adjecta sit l. fin. C. de reb. alien. non alien. l. si ita quis 135. §. eâ lege 3. ff. de verb. obligat. Hartm. Hartm. lib. 2. obs. tit. 22. observ. 5. Mynsing. 6. observ. 69. † Eaque sententia minus dubii habet in foro 12 Saxonico propter sanctionem claram Illustrissimi Elector. in Constit. 32. p. 2. vers. aber da disfalls. Quæ licet de jure retractus ex singulari pacto competenti loquatur; † Haud inepte tamen ex ratione identitate ad pactum retrovenditionis extenditur, in utroque siquidem casu solius pacti vis & efficacia attenditur, quæ ubique ferè æqualis est.

Ita Domini ad requisitionem Georgii Lüders zu Gehersdorff / Mens. Jul. Anno 1611. (Verba sent. Ob nun wohl der Wiederkauf solcher Güter um eben selbige Rauff. Summa euch vorbehalten worden; Dieweil aber dennoch die Käuferei hernach einem andern solche Güter hinwiederum verkauft und zugeschlagen/ic. So ist/ gestalten Sachen nach / solcher Rauff/ des beschœnen Pacts ungeachtet/ zu recht kräftig und beständig/ und mag von euch nicht hinterzogen werden / ihr seyd aber nichts minders eure Abkäufere ad interesse zu belangen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Ex pacto Retrovenditionis verbis directis concepto seu resolutivo, competit rei vindicatio primo venditori adversus tertium possessorem.*

Praedictam Definitionem, quæ omnem prorsus actionem denegat venditori adversus tertium possessorem, nemo universaliter veram existimet; † Quid enim, si pactum retrovenditionis hypotheca judiciali corroboratum fuisset? † vel tertius haud ignarus hujus pacti rem ab Empte emislet, Anne & tum Venditori primo Vindicationis via erit preclusa? Non certè; Siquidem hisce casibus jus retractus, quod ex pacto alicui competit, tribuit rei vindicationem adversus tertium possessorem, ut demonstrabitur infra Const. 32. Defin. 11. & 12. † Quidni ergo idem diceremus de pacto retrovenditionis, cuius certè haud minor vis est & efficacia, † quodque judicialiter confirmatum procul dubio rem af-

- ficit, & per consequens Dominii translationem impedit, Dd. in Autb. res que C. comm. de legat. Andr. 6 Gail. lib. 2. observ. 16. n. 7. † Alios præterea casus, quibus venditori datur actio realis adversus tertium possesseorem, refert Matth. Berlich. p. 2. concl. 2. num. 17. & seqq. inter quos notabilis hic est, qui admodum frequenter accidit, † si nempe pactum de revendendo verbis directis conceptum fuerit, putata: Quod si venditor pretium offerret, liceat ei rem suam recipere, vel res sit inempta & similiter. 8 † Tum enim, licet maximè Emptor alii vendisset, nihilominus venditor eam à tertio possesseore vindicare poterit, Berlich. dict. loc. num. 18. Nicol. 9 Boër. decif. 182. n. 16. † Prout luculenter probat l. 13. in fin. pr. ff. de pact. ubi ex pacto Creditoris actio in rem datur debitori, junct. l. 10. §. ult. ff. quib. 10 mod. pign. solv. † Non enim existimet quispiam cum Anton. Fab. Decad. 22. Err. 9. illum versiculum 11 à Triboniano fuisse adjectum; † Sed peculiariter hoc receptum est in casu præsenti, ut aliquis effectus sit pacti-hujus, qui alias nullus esset, cum actio in persona ex illo pacto debitori quæri non possit; † ut sic pacto illi data sit vis quædam pacti resolutivi, quod eleganter probat d. l. 10. & ult. ff. quib. mod. 12 pign. solv. quo posito, necessum est, † Jus pristinum vindicandi salvum manere debitori, uti & accidit in casu simili, in l. 7. §. 1. ff. de dist. pign. Vid. Bald. in l. ea lege 3. col. 2. vers. ad evidenter, & vers. ego dico C. de condit. ob caus. dat.

Ita judicatum à Scabinis in causa Martini Grohmanns zu Wachau/Mensl. Mayo Anno 1625. (Verba sent. Ist euers Vater Gut von seinen Erben dem ältesten Bruder vor und um 520. fl. käuflichen zugeschlagen/ darneben aber dieses ausdrücklichen bedinget worden/ daß euch heut oder morgen frey stehen solte/ dieses Gut um eben den Kauff wiederum anzunehmen/ welcher Bedingung zwider/ der Käufer ohne euer und euer Miterben Vorwissen bemeldtes Gut M. T. vor und um 682. fl. anderweit verkauft/ um ihr seyd nunmehr obgedachte Gut vermöge der Vergleichung um die gesetzte Kauffsumma der 520. fl. wieder an euch zu lösen bedacht/ ic. So ist M. T. euch dasselbe um 520. fl. zu überlassen schuldig/ es ist ihm aber wegen des Hindernandes seiner angezahlten Kauff-Gelder sich an seinen Verkäufer/ oder dessen Erben gebührlichen zu halten unbenommen/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Omne incrementum seu commodum pariter atque incommódum, quod rei cum pacto de retrovendendo vendita quocunque modo accedit, indifferenter ad Emptorem spectat, non autem ad venditorem.*

- Fundamentum hujus decisi in eo ponitur, an per Vindicationem cum pacto de retrovendendo transferatur verè dominium in Emptorem? † Quod si afferamus, commodum pariter atque incommódum ad eum pertinere, expeditum est, quia hoc rei venditæ cohæret, & Domino accedit l. fructus 33. subfin. junct. l. idem est 34. ff. de Rei Vindicat. l. adeo 7. §. præterea 1. vers. per alluvionem ff. de acq. rer. 2 dom. l. si ego 11. §. 6. ff. de publ. in rem att. † At satis perspicuum est, pactum de Retrovendendo translationem dominii haud impedire, cum nec pactum 3 commissorium hoc impedit, † licet potestate sua contractum dissolvat l. ult. ff. de leg. commiss. l. 5. ff. eodem tit. l. 4. C. de past. int. Empt. & Vendit. Jacob. Menoch. l. 1. cons. 26. n. 3. & seqq. Zaf. l. 1. cons. 12. numer. 34. Mynsing. 6. observ. 70. † Quin & juris aperi est, quod incrementum ad emptorem spectet, l. id quod 7. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. 1. C. eodem §. 3. vers. sed. et si post empionem Inst. 5 de empt. & vendit. † & perfecta emptione com- modum & incommódum ex re vendita emptorem sequitur, l. necessario 8. ff. de pericul. & comm. rei

vendit. † Satis autem perfecta dici venditio potest, licet sub pacto Retrovenditionis facta fuerit, quia conditio non efficit, quin venditio perfecta dicatur, ut ait Gloss. in l. 1. C. de per. & comm. rei vendit. & in d. L. necessario 8. ff. eod. † Licet ergo concessem, venditorem redimere posse rem venditam cum augmento, attamen secundum jam dicta non aliter hoc accipi debet, quām si venditor estimationem, augmenti solvat, quod de omni indifferenter incremento, tam ex factō hominis, quām à natura contingente, sive latens sive patens sit, intellectum velim; † Ita ut hoc soli emptori accedat, qui in contrario omne quoque damnum atque incommódum sentit, ut eleganter docet Anton. Tessaür. decif. 140. num. 4. & seq. & Jacob Menoch. l. 1. cons. 26. † Quamvis aliter sentiant Baptist. Aym. in tr. de jur. alluv. l. 2. c. 10. n. 10. & seqq. Amœde à Ponto in quest. laudem. quest. 8. n. 12. Andr. Tiraq. de reir. cōvent. ad fin. num. 92. quos sequitur Matth. Berlich. p. 2. concl. 2. num. 53. † rationes ac jura prædictæ opionis restringentes ad eum Emptorem, qui perpetuò est Dominus & à quo dominium revocari non potest, quod in pacto Retrovenditionis de emptore neutquam afferendum, † penes quem non nisi revocabiliter sit dominium rei emptæ, perinde ac fundi dotalis dominium penes maritum, §. per traditionem 40. Inst. de rer. divis. l. dorale 13. §. 2. ff. de fund. dot. l. si preedium 23. C. de jur. dot. † qui propterea soluto matrimonio, cum omnibus incrementis ad mulierem revertitur, l. si proprieta- ti 4. ff. de jur. dor. † Existimant scilicet, Empto- 13 rem cum pacto de retrovendendo non plus juris habere in fundo empto, quām usufructuarium, ut expresse docet Matth. Berlich. de concl. 2. num. 16. vers. primò quia Empor. † Quod quām falsum. 14 sit, patet ex antea dictis. † Nec commode emptor 15 cum pacto de retrovendendo comparari potest cum Marito, qui dominus quidem dicitur fundi do- talis, sed non nisi subtilitate quadam juris, & quo- ad effectum vindicandi atque fruendi, † verè au- 16 tem & naturaliter res dotalis permanet in dominio mulieris, l. 30. C. de jur. dor. l. 3. §. 5. ff. de minor. l. 16. de relig. & sumpt. funer. Cujac. in observ. 32. Vult. 1. disc. 17. & 1. Jurisp. 20. n. 29. ubi. juris solummodo in re dotali constituti, hoc est, datis in proprio si- gnificatu dominum statuit maritum, Rei vero ipsius uxorem.

Pronunciarunt ita Scabini ad consultationem Johann. Dieterichs von Haritzsch/Mensl. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl wegen allerhand Durchzüge und Einquartie- rungen des Kriegsvolks vielerley Beschwerungen und extraordinar. Steuern dem Gute afferleget worden/ zu welchen sich Käuferin des Guts nicht versteht will/ dieweil sie aber dennoch durch den geschlossenen Wiederkauf das Eigen- thum und dominium des Guts erlanget/ und dannenhero alle onera und Beschwerungen zu tragen verbunden/ so wohl als sie sich hingegen Zeit währenden Wiederkaufs aller und ieder Nutzungen und Zugzüge zu erfreuen hat/ ic. So ist sie auch für sich obangeregte Beschwerungen und extraordinar. Steuern zu tragen und abzustatten schuldig/ und es mögen Verküsse damit nicht belegen werden/ V.R.W.)

Et in causa simili an Barbaren Lorenz Moritzens Wittben zu Schönau/ Mensl. Jun. Anno 1632.

An Verwalter zu Somzig/Mensl. April. Anno 1632.

In causa Martin Johas zu Bahren / Mensl. April. Anno 1634.

Item in causa Hansen Röppens zu Behla/ Mensl. Febr. Anno 1635.

Et in causa Heinrici Friderici à Lütichau, Mensl. Mart. Anno 1636.

#### DEFINIT. XIX.

*Revendenti id, quod ex speciali pacto solvit, una cum pretio restituendum non est.*

**I**ntructos usitatum est, ut, cū quis illorum de-  
cedit relictis liberis impuberibus, horum tutores  
viduæ matri bona defuncti certo pretio vendantur,  
hoc pacto, ut natu minimo ē filiis, si factus fuerit  
major, eodem pretio illa redimere liberum sit, du-  
rante autem contractu retrovenditionis, usque-  
dum filius ad majorē aetatem pervenerit, Mater em-  
ptrix liberis alimenta præstare, & in nuptias eorum  
ex bonis emptis sumptus impendere teneatur. † Quod genus impensarum vulgo appellant, das zu-  
bereits oder zugeschnitten / liberisque ante nuptias  
morientibus ulterius non debetur, sed bonis vendi-  
tis accedit, *Vid. infra* Const. Elect. 46. Defin. 21. † Sumptus ergo nuptiales si quos mater impenderit,  
queritur, an filius bona paterna redimens, hosc una  
cum pretio matri restituere sit obstrictus? † Sanè, si  
de restitutione harum impensarum expressè inter-  
contrahentes conventum fuerit, dubium prorsus  
non est, quin hoc pacto stare teneantur *l. juris gen-*  
*tium 7. s. ait prætor 7. ff. de paet.* † At si de hoc nil  
dictum fuerit, Matrem bona paterna revendentem,  
impensas in nuptias liberorum factas haudquaquam  
repitere posse, judicarunt Domini. † *Tum*, quod  
mater nil prorsus de suo erogaverit, sed ea, quæ li-  
beris matrimonium contrahentibus præstitit, & in  
nuptias impedit, ex bonis paternis desumferit,  
quæ hoc pacto & onore emit, nec sibi de restitutio-  
ne, si bona à filio minore redimantur, expressè ca-  
vit; † Igitur & sibi imputet, quod legem apertiores  
non dixerit, *l. veteribus 39. ff. de paet. l. stipulatio ista*  
*38. §. stipulationibus 18. ff. de verb. obligat.* † *Tum*,  
quod mater pietatis causa impensas nuptiales fecis-  
se presumatur: † Expensæ autem pietatis causa fa-  
ctæ non repetuntur, *l. ex duobus fratribus 27. §. ult.*  
*ff. de negot. gest. ubi Gloss. & in l. urum 47. ff. de do-*  
*cator. inter vir. & uxor.* † *Tum*, quod factum Emptoris  
sibi ipsi, non autem venditori nocere debeat,  
præsertim cum aliud in conventione non sit dictu-  
*l. non debet alteri 74. ff. de Reg. Jur. l. si quis in suo 33.*  
*C. de inoff. Testam.*

Ita Domini in causa Hansen Windlers zu Ochelwig/Mens.  
April. Anno 1601. (Verba sent. Was aber die Stücken/ so die  
Tochter zur Ausstattung empfangen/ anlanget/ weil dahero/  
dass dieselben aus dem Gute entrichtet werden/ und wenn die  
Kinder unverehlich sterben/wiederum ins Gute fallen sollen/  
so viel zu besinden/ dass sie nicht ein Stück des Kaufgeides  
segn/ die Mutter auch derentwegen der Wiedererstattung  
Ihr nicht vorbehalten; So seyd ihr auch derselbigen halber  
einige Erstattung zu thun nicht schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. XX.

*In Contractu Retrovenditionis fructus pendentes ul-*  
*timi anni inter Emptorem & Venditorem pro rata*  
*temporis dividuntur, nisi inter contrahentes*  
*aliter conventum facit.*

**N**on unanimis hac de re Dd. est sententia. E-  
quidem Zonian. *ad l. 2. C. de paet. int. Empt.*  
& *Vendit. n. 137.* tempus initi Contractus & caden-  
tis diei spectandum arbitratur, ita ut si illo anni tem-  
pore, quo primitus facta venditio fuit, extent fructus,  
in fundo eodem modo retrovenditio facienda  
sit, sin vero lectis fructibus fundus emptus fuerit,  
nullo jure redemptio ante perceptos fructus fieri  
possit. † Quæ opinio admodum probabilis vide-  
tur. Nec movet, quod Ant. Tessaur. *decis. 56. n. 3.*  
objicit, ita non posse decidi casum, quo pacto con-  
cessa est facultas quandocunque redimendi. † Et-  
enim tale pactum civiliter intelligendum erit, ue-  
incertus annorum terminus intelligatur exclusus,  
non etiam ut quocunque die & mense fundi evictio  
permittatur. † Quin & si id expressè fuerit actum,  
haud inepte hoc imputandum dixerim Emtori, qui

tales pactum adjici permisit, & haecenus ei succur-  
rendum, ut sumptuum in agrorum culturam & cu-  
ram factorum ratio habeatur. † In practica ta-  
men & judiciis receptum est, ut fructus pendentes  
ultimi anni inter Emptorem & venditorem pro rata  
temporis dividantur, ita ut si Emptor fundum  
per quatuor menses detinuit, tertiam partem fructu-  
um percipiat, venditor vero reliquum. † ex ma-  
gis communi sententia, quæ & procul dubio æqui-  
or est, ut demonstrant Tessaur. *decis. 56.* Modest.  
Pistor. *vol. 1. conf. 56. q. 2. n. 24.* † Quamvis & hac  
sententia suas patiatur limitationes, ut videre est  
apud Berlich. *p. 2. concl. 2. n. 75. & seq.* Pistor. *d. loc. n.*  
*25.* † In primis autem tenor pacti inspiciendus, &  
secundum hunc decidendum. † Rarissime enim  
fundus cum pacto de retrovendendo vendi solet, ut  
de singulis redemtionis qualitatibus & circumstan-  
tiis expressè non prospiciatur, quod & innuit Const.  
Elect. 1. p. 2. in verb. *Krafft und Inhalts des auffges-*  
*richteten erwiesenen Contracts geldset / oder wieder*  
*erkauffet werden möge.*

Placuit hæc sententia Dominis ita respondentibus Thomae  
Weissens zu Rammelburg/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba  
sent. Ob wohl sonst nach gemeinem Schluss der Rechts-  
Gelehrten/ bei Ablösung wiederkauflicher Güter/ die vor-  
handene unabgenommene Früchte unter Käuffern und Ver-  
käufern pro rata temporis zutheilen/ da aber dennoch bei  
Schließung des Wiederkäufers dieses Punkts halber ein an-  
ders abgredet und verglichen werden wære/ ic. So wür-  
de solcher Vergleichung allenfalls billich nachgelebt/ B.  
R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Venditor, pretium revenditionis non paratæ pecuniâ,*  
*sed statis & distinctis temporibus solvere volens,*  
*quando admittendus sit?*

**Q**uando Emptor cum pacto de retrovendendo  
rem emit paratæ pecuniâ, nemo dubitat, quin  
Venditor redimens rem venditam, pariter pecu-  
niâ paratæ, pretium solvere debeat, nec admitta-  
tur, si statis temporibus solutionem facere velit, &  
quia pactum de Retrovendendo non parum est o-  
diosum, & propterea strictè accipendum, *l. inter-*  
*pretatione 42. ff. de paen. c. odia 15. de Reg. Jur. in sex-*  
*to.* † At quid, si emptor non parata pecunia, sed  
solutione pretii in distinctos terminos (auff Tages-  
zeiten) dilatâ, rem cum pacto de Retrovendendo e-  
merit? Dixerim, hoc casu venditorem audiendum,  
si pari modo rem venditam redimere & pretium  
restitutionis statis ac distinctis temporibus solvere  
velit, cum Andr. Scheffer. *lib. 3. qu. 10.* † Debet si-  
quidem fieri revenditio pro eodem pretio ex natu-  
ra hujus Contractus propria, quæ Venditorem du-  
riori conditione haud gravari permittit, juxta tra-  
dicta Matth. Coler. *conf. 28. n. 43.* id quod in Retro-  
venditionis instrumento haud rare etiam disertis  
verbis exprimitur; † Sed quis non animadvertisit,  
solutionem difficulterem exigi à venditore, qui, di-  
stinctis terminis factâ solutione pretii ab emptore,  
illud paratæ pecuniâ pendere cogitur, & quoniam  
is, qui rem præfenti pecunia emit, majus solvit pre-  
mium, quam qui emit solutione in tempus dilatâ *l.*  
*cum qui 15. ff. de ann. legat. l. solidum 85. ff. de solut.*  
*l. si prædio 15. sub fin. ff. de in diem addict. Bartol. in l.*  
*à Divo Pio 15. §. 4. ff. de re judic. num. 2.* † Facit  
namque mora solvendi pretii quandam deminutio-  
nem *l. circa legem 66. ff. ad Leg. Falcid.*

Ita Domini in causa Martini Kürstens zu Solitz/ Mens.  
Decembr. Anno 1572. (Verba sent. Haben eure Mutter und  
Geschwister Paul Grundmann / als dem einen Schwester  
Mann / einer Väterlich Gut aufz 12. Jahr lang um 500. fl.  
Wiederkauflichen verkauft / also dass er in Jahr und Tag  
200. fl. zum Angelde/ und das andere auff Tageszeiten zahlen  
solte/

sollte/ie. Und es seyn nunmehr die 12. Jahr verlaufen/ dero- wegen ihr das Gut annehmen wollet. So ist Käuffer euer Schwager euch dasselbe zu dem Kauf/ wie ers angenommen/ wiederum abzutreten/ und sich gleicher Gestalt mit Tagzeiten befriedigen zu lassen schuldig/B.R.W.)

Ec ad requisitionem Johann Fischers zu Dahlem/Mens. April. Anno 1635.

#### DEFINIT. XXII.

*Premium relictionis solvi deber in moneta, que fuit tempore prima venditionis.*

- 1 **E**odem semper modo, eodemque pretio fieri debet Revenditio, quo res fuit vendita cum pacto de retrovendendo, ne vel Emptoris, vel Venditoris conditio dura pariter & iniqua reddatur, Matth. Coler. conf. 28. n. 43. Dd. in l. cum quid 3. l.
- 2 **quod te 5. l. vinum 22. ff. si cert. petatur.** † Quare si valor monetæ mutatus fuerit, estimatio ea, quæ fuit tempore venditionis, inspici ac secundum hanc
- 3 **3 premium relictionis solvi debet.** † Ut maximè ergò moneta reprobata, à venditore Thaleri Imperiales exigi queant, attamen ut Venditor secundum valorem & estimationem hodiernam, quæ est tempore relictionis, hosce solvat, haudquaquam cogi poterit, Aut. Cons. Constit. Saxon. tom. 1. part. 1. qu. 40.
- 4 **4 Andr. Fach. lib. 2. controvers. c. 10.** † Dissoluto enim contractu, uterque nil amplius consequi debet, quam haberet, si venditio facta non fuisset, l. cum autem 23. §. 1. ff. de adil. edit. Dan. Moller. lib.
- 5 **5 4. semeſtr. 4. n. 5.** † Nam & alias in solutionibus valor monetæ respiciendus est, qui fuit tempore contractus; Const. Elect. 28. part. 2. Ernest. Cothman. vol. 1. conf. 34. num. 32. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 73. n. 6. & seq. Pruckm. vol. 2. conf. 12. n. 18.

Ita Domini ad consultationem Senatus VViedensis, Mens. Sept. Anno 1613. (Verba sent. So ist Käuffer solchen geschlossenen Wiederkauff zu halten/ und gegen Wiederempfahrung der ausgezahlten 60. alten Schell/ welche ihm an solcher Münze/ so Anno 1611. Zeit des geschlossenen Wiederkauffs gangbar gewesen/ oder derselben Werth nach billich abgetragen worden/ das erkaufte Leichlein abzutreten schuldig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Ex venditione, que fit cum pacto de Retrovendendo, debetur Laudemium Domino, non etiam ex ipsa Retrvenditione.*

- 1 **S**i bona vendantur emphyteutica cum pacto de Retrovendendo, debetur Laudemium domino consentienti, Hart. Pistor. part. 1. q. 50. n. 8. Dan.
- 2 **2 Moller. 4. semeſtr. 3. in pr. Anton. Tess. decis. 71.** † quia ejusmodi venditio cum pacto de retrovendendo pura est atque perfecta, non conditionalis, † Idque minus dubii habet in terris Electoratus Saxonici, propter Constit. Elect. tit. Von Lehenwahr/ quæ est prima inter eas, quæ certis de causis publicè editæ non fuerunt: in verb. Wo ein Gut auf einen Erb- oder Wiederkauff verkauft wird/ so ist der Käuffer wegen der recognition, und daß er von dem Herrn in Schutz genommen/ die Lehenwahr zu entrichten schuldig/ ic. Sed, an postea Venditor rem venditam ab emptore redimens, laudemium denuò solvere tenebitur?
- 4 **4 † Neutquam; Siquidem retrovenditio non sit ex nova aliqua causa, sed ex necessitate, & causa antiqua inhärente primæ venditioni, cui dominus semel consensit, † ut sic de novo consensum ejus in Retrvenditione requirere non sit necesse, Moller. dict. cap. 3. n. 2. & 4. Hartm. Pistor. dict. q. 50. n. 22.**
- 6 **6 † Nam dominus recipiendo Laudemium pro primo contractu, simul etiam causam illam, ex qua videlicet secundus Contractus, nempe Retrvenditionis descendit, comprobavit, atque inde simul pro secundo contractu, qui in primo tanquam pars ejus inclusus fuit, Laudemium recepit; † ut proin-**

de rationi non satis convenire videatur, si contrahentes ad effectum producentes id, de quo prius convenerunt, & Laudemium jam persolverunt, novo onere graventur, Molin. in *confuetud. Parif. 1. p. 5. 22. n. 15. & 19. Pift. d. quest. 50. n. 21.*

Pronunciantibus ita Dominis Thomæ Weisen zu Rammelburg/ Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Hat bemeldter Käuffer/ als er den Garten wiederkäufflichen angenommen/ dem Lehenherrn die gewöhnliche Lehenwahr entrichten und abzahlen müssen. Ob nur wohl anigo der Lehenherr/ nachdem ihr/ vermöge des Wiederkauffs/ selbigen Garten gelöst/ von euch als Wiederkäuffern/ abermals Lehenwahr zu fordern gemeinet/ ie. So möglicher doch einige fernere Lehenwahr zu entrichten nicht angehalten werden.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Revendenti id, quod Laudemii nomine ex prima venditione Domino solvit, à Reemptore restituui debet.*

**Q**Uamvis venditor ab emptore cum pacto de Retrovendendo fundum redimons, denuò Laudemium ex redemptione Domino solvere non tenetur, ut dixi Defin. preced. † Attamen illud, quod primus Emptor Laudemii nomine ex prima venditione dedit, ipsi restituere obstrictus est, Moller. lib. 4. semeſtr. cap. 4. Arius Pinell. in rep. l. 2. p. 2. cap. 3. n. 37. & 38. C. de refc. vend. Cagnol. ad l. 2. n. 100. C. de patr. int. empt. & vendit. † Nam dissoluto contractu, uterque nil amplius consequi debet, quam haberet, si venditio facta non fuisset, l. cum autem 23. §. 1. ff. de adil. edit. Et quicquid rei emptæ causa erogavit emptor, modò sponte non dederit, restituti ei debet dissoluta venditione l. debet 27. in fin. ff. eod. tit. † Quis autem negabit, Laudemium in causa proposito necessariò dandum fuisse Domino, cum absque eo venditio contrahi non potuisset, quare illà dissoluta, emptori unà cum pretio hoc restitendum erit. † Nec movet quicquam, quod unus Laudemiorum ad emptorem pertineat, non ad venditorem, l. fin. C. de jur. Emphyt. Socin. Jun. conf. 70. num. 8. vol. 8. Hartm. Pistor. p. 1. q. 50. n. 4. † quia hoc tamdiu coedetur, quamdiu Emptor vices Emptoris tenet, atque venditio durat. † Qua resoluta, restituti debent laudemia, quo emptor indemnus ab exemptione discedat. d.l. debet 27. ff. de adil. edit. Moller. dict. cap. 4. n. 7.

Ita Domini in eadem causa (Verba sententia: Ihr seyd aber Käuffern gleichwohl dasjenige/ so er hieb vor zur Lehenwahr entrichten müssen/ zugleich nebenst der Kauf-Summa wieder zu erstatten schuldig/B.R.W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Cessat jus Retrvenditionis, quando bona publicè sub hasta venduntur.*

**S**At validum quidem est jus Retrvenditionis, adē ut etiam heredes obliget supr. Defin. 10. † Attamen venditionem publicam sive necessariam haud annullare potest, sed venditis sub hasta bonis, jus Retrvenditionis prorsus cessat, subsecutā maximè adjudicatione. Publicas namque venditiones sub hasta factas non facilè irritas fieri. publicè interest l. 7. §. ers 7. & §. quatuor 8. l. quod si minor. 24. §. non semper i. ff. de minor. † Ne alioquin futurum sit, ut difficilius reperiantur, qui ad ejusmodi emptiones velint accedere, † propterea quod nulla de evictione obligatio hoc casu queratur, l. 1. & tot. tit. C. credit. evict. pig. non deb. Ant. Fab. in Codic. l. 4. tit. 3. defn. 4. n. 3.

Ita Domini in causa Ursulae, vidue Melchior Wesens zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Ob ihr nun wohl euers Theils in solchen Kauf nicht gewilligt/ dero- wegen ihr die Schenke/ vermöge des Wiederkauff-Rechts/ wiederum an euch zu lösen gemeinet send. Dieweil aber dennoch gebachter Kauf drangseliger Schulden halber nothwendig geschehen müssen/ und die Schenke einmal von den

den Gerichtes. Personem judiciali autoritate Peter Rettern erblichen jugeschlagen und verkauft worden/it. So verbleibet auch darbey billich/ und ihr seynd den Käufzer wiederum abzutreiben nicht befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Contractus pignoratius non censetur tacite prorogatus in annum integrum, ex eo quod debitor termino praefinito non solverit.*

- 1 **Q**uod jure constitutum reperitur, in conductione, ut scilicet conductor, finito conductionis tempore, remanens in prædio conducto, eadem pensione, iisdemque, quibus antea, conditionibus illud reconduxisse censatur, l. item queritur 13. §. qui implorat 11. & l. seq. ff. locat. Ant. Fab. in Codic. l. 4. tit. 41. Defin. 48. Andr. Gail. lib. 2. observat. 23. n. 2 25. id neutiquam ad casus alios extendi debet. † Non certè ad contractum pignoratitium. Haud enim ut in conductione utriusque & locatoris & conductoris utilitas versatur, ita & in contractu pignoratitio creditoris lucrum attendi debet, aut 3 si commodi quicquam ei indulgendum erit, † id certè in sola restituendi fide & securitate consistit, arg. §. Creditor. 4. inst. quib. mod. re contr. obligat. 4 4 L. legata 9. §. ult. ff. de supell. legat. † Salva autem res est, si debitor solutionem offert. Ergò, quecunque tempore id fiat, Creditor ad pignoris restitucionem paratus sit necesse est. † Quid autem, si pignore, loco interesse, uti concessum fuerit? Non è magis Creditorem audiendum existimaverim, modò debitor unà cum sorte interesse quoque pro ratâ temporis solvere velit, ne scilicet habeat Creditor, quod de damno conqueri possit. † Est enim Contractus ille pignoratitius, quem vulgo antichreticum appellant, sapientem usurarius & maximè odiosus. Anton. Fab. in Codic. cit. de rescind. 7 vendit. defin. 5. † ac proinde absque contrahentium conventione expressâ non prorogandus, sed omnino restringendus c. odia 15. ex cr. de Reg. Jur. in 6to.

Ita Domini in causa VVilhelmi Kirchner zu Beymar/Mens. Dec. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch berührte Vergleichung die Natur und Eigenschaft eines rech-

ten Miet. Contractus nicht hat/ sondern vielmehr pro contractu pignoratiorio zu achten/it. So hat auch derselbe stillschweigend nicht erlangert/ und nach Verfließung des ersten Jahrs auf das andere erstrecket werden mögen/ derwegen die Mutter/ wenn ihr der Sohn das schuldige Capital zusammen dem von Zeit des Bergangs an aufgelaufenen kündlichen innerse nochmals entrichtet und abgestattet/ das Gut abzutreten pflichtig ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Revenenti omnes impensa & meliorationes sunt restituenda à Receptore.*

**N**on valet vendor rem sub pacto retrovendendi reliuere, priusquam emptori omnes impensas & meliorationes restituerit, Franc. Zoann. in tract. de empl. vendit. sub pacl. re: revend. num. 122. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 11. q. 3. num. 13. Matth. Coler. conf. 29. n. 6r. † Ne scilicet vendor cum emptori jactura locupletetur, contra l. nam hoc natura 14. ff. de condit. indeb. l. jure natura 206. de reg. jur. † Nam & minor volens recuperare prædium per Curatores venditum à possessore, tenetur emptori præstare omnes impenas, quas bona fide emptor factas probaverit, l. intramile 39. §. venditibus 1. ff. de minor. † Quidni ergò ad idem, obligatus esset vendor sub pacto reliuitionis rem suam, distrahens? idque eo magis, quod dissoluto venditionis contractu, † uterque nil amplius consequi debeat quam haberet, si venditio facta non fuisset. l. cum autem 23. §. 1. ff. de adil. edit. Dan. Moll. lib. 2. semestr. 4. n. 5. † Quò & facit text. in l. empl. 65. ff. de rei vindicat. ubi possessor prædii, qui id habet à non domino, haud tenetur restituere, nisi recipiat de pretio id, quod in utilitatem domini vertit. † Hoc si verum est in possessore rei alienæ, quam consecutus est à non domino, bona fide tamen; multò magis utique id obtinebit in illo, † qui ab ipso domino rem emit cum pacto de retrovendendo, ut bene refert Modest. Pistor. conf. 11. n. 13.

Ita Domini in causa Heinrichi Friderici à Lüttichaw, Mens. Mart. An. 1636. (Dafern N. N. Zeit vorhandenes Wiederkauff Hauptgebäude in herübrem Gute führen müssen/ so würde ihm die scheinbare Besserung auf Erklärtwürdig hinwiederumb billich erstattet/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO II.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob jährliche Zinsen und Pfächte ganz und gar können præscribiti oder versähret werden?

**O**nwohl eine schwere Disputation in Rechten ist/ num annuae præstationes in totum possit præscribi? Dennoch so haben unsere Verordnete dahin geschlossen/ daß die jährliche Zinsen und præstationes, die aus einer Zusage oder Contract ihren Ursprung haben/ so sie über Rechte verwehrte Zeit nicht erleget/ können versähret werden/nicht allein/dass die versessene Zinsen nicht zu zahlen/ sondern dass auch die zukünftigen nicht dürfen erleget werden/welches auch in Testamēnt und letzten Willen ohne Unterscheid/ als Kraft unserer Constitution, dieweil in Rechten derowegen Zweifel gewesen/ statt haben/ und die Zinsen præscribiret werden sollen/ darauf dann unsere Gerichte zu erkennen haben.

Annuae præstationi an in totum possit præscribi?

**E**t si quæstio admodum ambigua & difficilis est, annuae præstationi num in totum præscribi possit? Inter deputatos tamen nostros ita convenit, ut quæ ex promissione vel ex contractu originem habent, præstationes, vel anni census, si ultra tempus præscriptioni illorum constitutum, soluti non sint, præscribi possint, adeò ut non præteriorum tantum, sed nec futurorum quidem etiam nomine actio detur, id quod indistinctè in iis quoque, quæ ex ultimis voluntatibus debentur (nam etiam de eo dubitatum fuisse intelligimus) locum habere, atque ita autoritate Constitutionis nostræ pronunciari volumus.

## DEFINITIONES.

1. Annuis redditibus ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non prescribitur.
2. Prestationi Laudemiorum nullo unquam tempore prescribitur.
3. Conductor sive colonus pensionem futuri temporis prescribere nequit.
4. Libertas à decimis praestantis quadraginta annis prescribitur.
5. Annuae prestationes viginti annorum spacio in minoris summa recipiens residuum petere nequit.
6. Nisi creditor petitionem residui expressa protestatione, aliove modo sibi reservaveris.
7. Ex solutione annua pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur presumptio totius debiti in præteritum soluti.
8. Presumptio debiti soluti ex annua pensione solutione triennali probationem admittit contrariam.
9. Ex usurarum prestatione ultra tempus prescriptio legitimum inducitur obligatio tam super usariis, quam super ipsa sorte.

## DEFINIT. I.

*Annuis redditibus ex pacto de retrovendendo in futurum solvendis non prescribitur.*

1. Quod Elector Saxon. Illustrissimus b. Conf. 2. disponit, ut scilicet is, qui per triginta annos, annum & diem annuos census solvere cessaverit, amplius eodem praestare non teneatur, sed se prescriptione adversus Creditorem exigentem, tueri possit, † secutus hac in re sententiam Bulgari in l. cum notissimi 7. §. in bis etiam ult. C. de prescr. 30. vel 40. annorum. † id ad redditus annuos sub pacto de retrovendendo promissos haudquaquam extendi debet. Minime enim hi ita prescribi posunt, ne in futurum debeantur, sed in illis etiam in Elektoratu Saxon. solùm de anno in annum & pro singularis, pro quibus cessatur, triginta annorum spatio prescriptio procedit, Franc. Bald. in tratt. prescript. in 4. parte quart. princip. qu. 4. num. 3. & 4. Andr. Gail. lib. 2. observ. 74. Joh. Zanger. de except. p. 3. c. 10. num. 189. Matth. Berlich. p. 2. concl. 4. num. 22. Reinh. Rosa in addit. ad Moller. b. Constit. 2. num. 4. 8. † Etenim Constituens Illustrissimus non nisi de accessionibus annuis & usuris loquitur, verbis disertis (dass die jährliche Zins nicht zu zählen.) † Atqui quod annuatim ex ipso contractu emptionis cum pacto de retrovendendo percipitur, non est usura, sed fructus pecuniarum, neque accessio aliqua ad formam, sed sors ipsa, sive merx & res empta. Andr. Gail. lib. 2. observ. 7. num. 6. Zanger. dict. cap. 10. num. 189. quæ, cum antequam dies solutionis venire, in rerum natura non est, † utique nec adversus eam prescriptio aliqua currere potest, l. cum notissimi 7. §. illud autem 4. C. de prescr. 30. vel 40. ann.

Ita Domini in causa fratrum Nobilium à Steinitz in Drauchitz & Cartitz, Mens. Mayo Anno 1598. (Verba sent. So seyn nach Gelegenheit dieses Contracts, als eines Wiederkaufs/ nur alleine die Zinsen/von welcher Vertragung/als sie nemlich fällig worden/ 10. Jahr/Jahr und Tag verflossen/durch die Verjährung aufgehoben/aber wider die Zinsen/ so innerhalb Rechtsverwehrer Zeit vertraget/hat gebachter Roth mit der angezogenen Verjährung sich nicht zu behelfen/ sondern sie sind auch dieselbe zu entrichten schuldig/B.R.W.)

Item ad consultationem Quæstoris in Hering, Mens. Febr. Anno 1608 (Verba sententia: So seyn auch nach Gelegenheit dieses Contracts, als eines Wiederkaufs/ diejenigen 6. Markscheffel/von welcher Vertragung an/als sie nemlich fällig worden/ so viel Jahr verflossen/ durch die Verjährung aufgehoben/ aber wider die andere Zinsen/ so innerhalb Rechtsverwehrer Zeit betraget/hat sich wohl ermeldes Grafen Willhelms hinterlassene Frau Wittib nicht zu behelfen/ sondern sie ist solch Zinsen zu entrichten schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. II.

*Prestationi Laudemiorum nullo unquam tempore prescribitur.*

1. Quæ Principibus & Superioribus in signum subjectionis & superioritatis solvuntur, ut sunt triouta, census aliæque pensiones, nullo tempore prescribuntur l. 6. C. de prescr. 30. vel 40. annor. Balb.

in tract. de prescript. p. 2. part. 5. princip. qu. 1. num. 1. & seq. Felin. in cap. ad audienciam 13. extr. de prescript. num. 20. Dan. Moller. ad b. constit. 2. n. 8. † 2 Ubi hoc verum quoque existimat in tributis & pensionibus, quæ Principibus inferioribus superiorem recognoscuntur, quippe quod hi in suis territoriis Imperatorem repræsentent, † Idemque 3 possint, quod Imperator in Imperio, Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 6. n. 10. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 24. n. 1. Ludolph. Schrader. in tr. feudal. p. 2. part. princip. sect. 10. n. 36. & seqq. † Quin & ex rationis 4 identitate idem asservendum puto de Nobilibus aliisque Magistratibus inferioribus, quibus tributa & census æque in signum subjectionis solvuntur. Eoque refero prestationem Laudemiorum, † quæ non minus ac reliqui census vel tributa, in recognitionem Dominii & signum subjectionis debentur, l. ult. C. de jur. Emphyt. Anton. Fab. in C. lib. 4. tit. 42. defin. 1. n. 18. & 23. † 5 Quare licet forsitan accidat, ut intra centum annos fundus Emphyteuticus non fuerit alienatus, propterea tamen Emphyteuta, facta postea translatione, à Laudemii prestatione se liberare nequit; † 7 Maximè cum & prædi Emphyteutici alienatio, & per consequens Laudemii exactio sit res mere facultatis; † Atqui ea, quæ consistunt in mera facultate, prestatione non tolluntur l. viam publicam 2. ff. de via publ. Andr. Gail. lib. 2. obf. 18. n. 4. Cujac. in parat. C. de prescr. 30. ann. Wurm. 1. obf. tit. 44. obf. 5.

Ita Domini ad consultationem Johann à Wölfersdorff Mens. Mart. Anno 1653. (Verba sententia: Ob sich nun gleich der Fall mit Verkauffung des Guts zu Döllig länger als in hundert Jahren nicht zugetragen / da es aber dennoch im Stift Merseburg/ darunter dñs Gut gehöret/ durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/ und über Rechtserwerbte Zeit unverbrüchlichen gehalten worden/ dass wann ein Rittergut oder Dorff verkaufft/ die Unterehanen ihre Güter von dem neuen Herrn in Lehn zu empfängen/ und das gebräuchliche Lehngeld zu entrichten pflegen/ ic. So würden auch bemerkte eure Unterehanen/ so ihr mit dem Gut Döllig erkaufft/ sich selben Gebrauch gemäß zu verhalten schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. III.

*Conductor sive Colonus pensionem futuri temporis prescribere nequit.*

C onductor si per annos triginta & ultra pensiones 1 locatori solvere cessavit, queritur, an locator in posterum eas petere queat? Sane quin pensiones ante triginta annos debitæ nec solutæ præscriptæ fuerint, non multum dubito; † talis etenim 2 præscriptio omnia fere debita perimit, l. cum notissimi 7. C. de prescr. 30. vel 40. annorum. † At quo 3 minus conductor pensionem temporis futuri prescribat, facit textus in l. malè agitur 2. C. de prescr. 30. vel 40. annor. quæ præscriptionem proprietas impedit in prædio conductor. † Etsi enim Colonus seu conductor per triginta annos nihil solverit, haud-

haudquam tamen aliquid præscribit, quia non sibi sed alii possidet, † atque ita semper in mala fide versatur l. pignori 13. ff. de usucaption. d.l. 2. ubi Accurs. in verb. debeat. † Eadem certè ratio pensionis quoque præscriptionem impedit, cum nec Colonus, titulo ad præscriptionem apto destitutus, mercedem solvere cessans, bonam fidem allegare queat, Balb. de prescript. part. 4. p. 4. princip. q. 11. n. 3. † Quin & Constit. Elect. b. 2. præscriptionem saltem præstationum annuarum seu usurarum permittit, ad quas minus rite pensiones Conductoris referri poterunt.

Ita Domini in causa Johannis Döbers in Altenberg/ Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr von eurem Gut/so ihr viel Jahr her Pachtweiss innen gehabt/die Pachtgelder nicht entrichtet. Ob nun wohl der Locator diejenigen/ so alberet vor 30. Jahren/Jahr und Tag fällig gewesen/und bis dato nicht eingefordert worden/nunmehr zu mahnen nicht bemächtigtet, So habt ihr euch doch wegen der künftigen Pachtgelder/ so wohl auch derjenigen/ so binnen Rechtsverwechter Zeit allererst fällig worden/ wider den Verpachter einiger Vorjährung nicht zu erfreuen/sonderu ihr seid dieselben Pachtgelder nochmals abzustatten schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Libertas à Decimis præstandis quadraginta annis præscribitur.*

Jus decimandi seu decima nullo unquam tempore à Laicis præscribuntur, c. causam 7. extr. de prescript. c. revertimini 65. caus. 16. q. 1. † Non solum quod Deo in signum universalis Dominii debeantur, c. tua nobis 26. §. nimis profecto. c. cum non sit in homine 33. §. cum autem extr. de decim. Sed & † quia jus decimandi spirituale est ac proinde in Laicum non cadit, c. final. de rerum permut. junct. c. causam. 7. extr. de prescript. ubi Matth. Coler. Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. defin. 14. † Ubi hoc ipsum limitat in quotâ decimâ, quam bene tam ratione pectorum, quam possessori præscribi posse afferit Balb. de prescript. part. 1. part. 5. princip. qn. 7. num. 2. & seqq. Aliud obtinet in præscriptione libertatis à decimis præstandis. † Sicut enim liber & immunitas à Decimis solvendis consuetudine fieri quis potest, sic & præscriptione, cù quod potestate & autoritate sint pares, Azor. i. instit. moral. lib. 7. c. 26. vers. quarti. † Deficit enim hic ratio prohibitionis, nempe incapacitas, immunitatis namque Laicos incapaces esse, nec ex juris pontificii sanctionibus, nec aliunde liquet. † Quid ergo obstat, quò minus Laici libertatem hanc non solvendi decimas, & sic fructus integros absque detractione ex Agris propriis percipiendi jus præscribere possint, arg. l. sequitur 4. §. libertatem 29 ff. de usucap. l. pen. C. de servit. & aqua l. ult. in fin. C. de prescript. longi temp. Vasq. illustr. controv. l. 2. c. 89. n. 20. Canis. de decim. c. 17. n. 18. Paul. Matth. Wehner. in præct. obser. in verbo Noval-Behend/vers. An autem libertas Didac. Covarr. l. 1. var. resol. c. 17. n. 10. † Nec huic contradicit Constit. Elect. Ecclesiast. c. 275. tit. 22. Von den Behenden. §. als auch zum offtermalen &c. Quia non loquitur de præscriptione immunitatis unius vel alterius Laici à Decimis præstandis, sed de † præscriptione & acquisitione agrorum, ex quibus Decimæ debentur, quam omnino prohibet. Wahn det Behend erliche Jahr nicht gegeben und zur Unbilligkeit vorerthalten/die Pfarr-lehen geschwächet/ und dem Oppfart: Herren entzogen worden. † Notandum tamen, quod ad præscriptionem hanec libertatis non sufficiant triginta anni annus & dies, sed requiritur præscriptio quadraginta annorum, secundum Constit. Elect. 3. part. 2. c. neque decennii 16. q. 4. Novell. iii. c. 1. & Novell. 151. t. 6. c. de quarta 4. c. ad annos 6. c. additum 15. extr. de prescript.

Gloss. Definis. Vol. I.

Ita Scabini in causa Syndicorum Universitatis zu Horschmar/Mens. Aug. An. 1529. (Verba sentent. Ob wol vor vielen Jahren dem Dom-Capitel zu S. Martin in Heiligenstadt die jährliche Decemhafer von euren Vorfahren umveigerlich entrichtet worden/dteweil sie aber dennoch hernach sich dessen verweigert/und weder sie noch ihr nunmehr weit über 40. ja über 50. Jahr selbigen Decem entrichtet/dabey es das Dom-Capitel bewenden lassen/ und biannen solcher Zeit euch gerichtlichen deswegen nicht belangen/re. So habt ihr euch nunmehr mit der Verjährung zu behelfen/ und möget ferner den gesoderten Decemhafer zu entrichten gestalten Sachen nach nicht angehalten werden/B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Annuas præstationes viginti annorum spacio in minori summa recipiens residuum petere nequit.*

Quæritur; An Creditor, à debitore certi annui census, viginti annorum spacio minorē censum recipiens residuum illud, quod minus singulis annis solutum erat, petere possit? Evidem regulariter Creditor partem debiti recipiendo non excluditur à residui petitione, nisi legitime præscriptionis tempus jam decursum esset; Quod cum in casu præsenti, quo non nisi aliquot annorum spacio minor census solutus, evinci inde videtur, creditorem cessatione hæc vicennali haud sibi præjudicasse, quo minus Residui petitio amplius sit integræ. † Idque, potissimum videtur procedere in foro Saxonico. Nam cum hoc jure uniformis tantummodo, videlicet tricennialis locum habeat præscriptio, sane viginti annorum præscriptione quis scire tueri non poterit juxta tradita Thoming. decis. 33. n. 1. † Quod & expresse facit Constit. Elect. 3. p. 2. ex qua porrò inferatur, absque titulo allegatam præscriptionem nil quidquam prodesse. † Ac licet ex cursu 10. vel 20. annorum remissionis titulus præsumatur, ut tradunt Dd. in l. si certis 28. C. de pali. & in l. cum de in rem verso 6. ff. de usuris & in cap. pervenis 5. extr. de censib. † Res tamen absque dubio aliter se habet, quando sine tituli allegatione quis simpliciter temporis præscriptione nititur Jason. & Dd. dict. locis. † At neutrum necessariò requiri, sed solam receptionem spontaneam census minoris complurium annorum spacio factam, ante impletam etiam præscriptionem & absque titulo jus residuum petendi tollere, arbitror cum Jac. Thoming. decis. 33. Hartm. Pist. obser. 144. Balb. de prescript. part. 4. princip. q. 7. n. 4. † Ex diutina enim receptione minoris residuum præsumitur remissum; † Et dum Creditor ejusmodi receptionem multoties per decem ac viginti annorum curricula repetiverit, ex tam crebris & tam sèpè multiplicatis receptionibus enixa & spontanea voluntatis perleverantia elucet, ut ulteriori aliquo titulo haud sit opus, secundum tradita Glofli. in fin. in cap. si quis l. caus. 2 q. 3. † Hocque ipsum luculenter probatur ex l. advers. 5. C. de usur. Qui textus licet de usuris loquatur, tamè quò minus in annuis censibus idem admittamus, causa sati justa subesse non videtur, † præsertim si non solum triennialis receptione, quæ in usuris saltem consideratur, sed viginti annorum spaciū intervenerit, Hart. Pist. dict. obser. 144. n. 2. ut taceam, † contra etiam annuarum pensionum non omni carerè vitiō & scrupulo usurarum, Bald. in l. i. n. 29. C. de his qui paue. † Quin & consimilē habemus textum in l. quis-1 & 2 & 3. C. de Apob. p. 10. ubi is, qui tribus annis proximitate lapsis annicas pensiones solverat, recte semper solvisse intelligitur. Qui textus non loquitur de solutione usurarum, ut proinde odditatio, quæ ex d. l. adversus 5. C. de usur. in causa usuratum allegari possit, hic non subsit. † Nec quicquam obest, quod de præscriptione 30. anno

rum modò dictum fuit, cum hic non de jure vel quærendo, vel omnino tollendo, quin immò nec etiam de præscriptione agatur, † sed de præsumtā remissione, siquidem magna est differentia, utrum de lapsu temporis agatur in eum finem, ut inducatur præscriptio, quo casu legitimū præscriptionis tempus requiritur *l. hereditatis 7. C. de petit. hereditat. 15dit.* † an verò in eum effectum, ut inducatur præscriptio. † Hoc etenim casu legitimū præscriptionis tempus non est necessarium, *l. si filius familias 10. C. eodem tit.* Hartm. Pst. dict. observ. 44. n. 28. & 17seqq. † Et ad quemnam porro effectum tituli allegatio hoc casu foret necessaria, cum non de obligatione inducenda, ubi titulus requiritur Bart. & 18Dd. in *l. si certis annis 28. C. de pact.* † Sed de liberatione & remissione obligationis hic agatur, quo certe casu nulla cause vel tituli allegatio desideratur, *l. tale pactum 40. in pr. ubi Dd. ff. de pact.* Thoming. d. decisi. 33. num. 7.

Ita Domini in causa Johann Thiemens zu Alteroda/Mens. April. An. 1633. (Verba sent. Ob ihr wohl vermöge eines getroffenen Contracts einem von Adel einen gewissen jährlichen Zins als iedes Jahr fünf alte Schock abzufesten anheischich worden/da ihr aber dennoch eine geraume Zeit her und in die 20. Jahr jährlichen mehr nicht als ein neues Schock entrichtet hättet; So möchteet ihr nunmehr den hinterstelligen Rest und Abgang der jährlichen Zinsen ferner zu zahlen nicht angehalten werden/B.R.W.)

#### DEFINIT. VII.

*Ex solutione annue pensionis, tribus annis proximis facta, inducitur præsumptio totius debiti in præteritum soluti.*

R Egula ab Interpp. tradita est. † Ex solutione annue pensionis pro tribus annis præteritis, de quā constat per tres Epochas induci juris præsumptionem, quod totius temporis præcedentis nomine nil omnino debeatur, † quasi integris solutis omnium annorum pensionibus per text. in *l. quicunque 3. C. de Epoch. publ. l. 10. Gloff. & Dd. in l. 2. C. de jur. Emphyteut. Joh. Sichard. ad l. si probaveris l. n. 9. C. de fideicom. Ant. Fab. in Cod. l. 8. tit. 29. defin. 32. Hartm. Pst. obs. 195. † Nec enim verisimile est, exactorem tam negligentem esse, ut recipiat solutionem continuatam trium posteriorum annorum, omissa exactione annorum præcedentium. † Ex qua ratione generali dispositionem dict. l. 3. C. de epoch. publ. ad quascunque privatorum causas Dd. extendunt; Trentacinq. var. resolut. l. 2. resol. 2. n. 5. Mynsing. cent. 1. observ. 39. num. 1. And. Fach. 13. contr. 89. Jac. Menoch. l. 3. pres. 139. n. 15. 16. Malc. de probat. vol. 3. concl. 1320. n. 4. Alciat. de pref. Reg. 2. pref. 26. n. 3. Ubi notatu dignum est, † quod hæc præsumptio tum demum efficax sit, quando singulis continuis annis tribus census soluti fuere, & integra tribusque pensionibus & epochis divisa solutio probatur. † Alioquin, si vel unā numeratione trium annorum pensiones solutæ sint, vel minus integra solutio, aut non continui triennii facta proponatur, † nulla de reliquorum anteriorum temporis solutione præsumptio nascitur, d. l. quicunque 3. ibi: si trium coherentium sibi annorum epochas securitasque protulerit C. de Epoch. publ. Hartm. Pst. dict. obs. 195. num. 4. & seqq. Anton. Fab. d. def. 32. num. 2. Jos. Mascard. dict. conclus. 1320. n. 7. Menoch. dict. pres. 139. n. 24. Trentacinq. dict. loc. n. 19. Jas. ad l. 28. num. 4. & seqq. C. de pact.*

Ita Domini in causa predicta Johann Thiemens / Mens. April. Anno 1634. (Verba sent. Habt ihr die nächsten drei Jahr her nach einander die jährlichen Zinsen bezahlet und abgestattet/da ihr nun einen ieden Jahr's-Termin iedem Jahr in rechter Zeit absonderlich und völlig erlege/und solche Zinsen niemahls zusammen stehen lassen/et. So würde vermutlich dafür gehalten/daß auch vorige Jahrs-Zinsen von euch bezahlet worden/ und ihr möchtest derwegen vom Creditor ferner nicht belangen werden/B.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Præsumptio debiti soluti ex annue pensionis solutione triennali probationem admittit contrarium.*

Q Uamvis ex solutione annue pensionis pro tribus annis præteritis facta, oriatur præsumptio solutæ pensionis omnium annorum, ut dictum Defin. preced. † Attamen si Creditor probare velit contrarium, reliquorum scilicet præteriorum annorum pensiones adhuc deberi, omnino audiendum est, Ant. Fab. in Cod. l. 8. tit. 29. defin. 32. n. 3. Jac. Menoch. l. 3. pres. 139. n. 29. Trentacinq. var. resol. l. 2. in fin. † Vincit namq; præsumptionem probatio, *l. si Chirographum 24. & seq. ff. de probat. l. 10. C. de non numerata pecunia.* † Necq; hujus alias est effectus, quam ut probandi onus transferat in adversarium L. alimenta. 21. C. de negot. gest. † Ideoq; cedit probationi nisi sit justis & de jure *l. fin. in pr. C. quodam.* Caus. Gravett. conf.

*Nisi creditor petitionem residui expressa protestatione, aliove modo sibi reservaverit.*

1 E Atēnū Creditor complurium annorum spacio censem minorem recipiens, id quod annuatim residuum permansit, repetero non potest, si sponte vel sine protestatione, ohne Fürbehalt/census minores per tot vices receperit, Hartm. Pst. observ. 144. n. 2. 40. † Quod si verò qualitercumque appareat, Creditorem non sponte recepisse hanc in minori censi factam solutionem, nil impedit, quo minus adhuc integra sit Residui repetitio, per text. in *l. qui semissis 13 ff. de usur. Paul. de Castro in l. adversus 5. 3. C. de usur. ubi docet.* † Quod etsi is, qui per triennium minores usuras debito recipit, censeatur renunciasse majoribus, id tamen tum demum procedat, si sponte recepisset, cum potuisse habere majores. † Proindè si Creditor minores census receperit, expressa protestatione sibi reservando id, quod annuatim residuum permansit, nemo ferè dubitat, quin hoc residuum petere posse, sit enim regulariter protestatio ad jus conservandum. *l. ult. ff. quib. 5. mod. pign. vel. hypoth. solvitur.* † Quin etsi protestatio omessa erit, si tamen Creditor probare velit, se non remittendi animo minorem summam recepisse, audiendus omnino est, eoque probato ad petitionem Residui admittendus, cedit enim præsumptio remissionis veritati, Hartm. Pst. dict. observ. 144. n. 42. Neque sola protestatio remissionis præsumptionem infringit, † sed aliis quoque modis doceri potest, quem non remittendi animo minorem censem recepisse, utpote si doceat, se non sponte, sed quia à debitore plus exigere non potuerit, recepisse, Paul. de Castro in *d. l. adversus 5. C. de usur. quig. 7. in necessitatibus nemo liberalis existit.* † Nec debitor, qui renitente, Creditore minorem summam solvit, bonam fidem (qua ad præsumptionem necessaria est) allegare poterit, præsertim si instrumentum obligationis, quā ad majorem summam devinclus est, penes se habuerit, Hartm. Pst. dict. observ. 144. n. 50. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann, daß der Creditor wegen des Hinterstandes ausdrücklichen

conf. 35. n. 5. & conf. 146. n. 7. Quin & contra præsumptionem Juris & de jure admitti probationem, non solum per confessionem partis, sed etiam per indirectum, id est, † ratione facti, quod jus præsupponit, tractat Osalc. decif. 101. n. 33. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es könnte dann Creditor ein anders/ und daß die vor 4. 5. 6. und mehr Jahren gefällige jährliche Zinsen noch nicht abgestattet worden/ erweisen und darthun/damit er denn billich zugelassen wird/ auf den Fall wäret ihr die Zahlung nochmals zu leisten schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Ex usurarum prestatione ultra tempus præscriptionis legitimum inducitur obligatio tam super usuras, quam super ipsa sorte.*

**S**i quis ultra præscriptionis tempus legitimum, quod est de jure Saxonico triginta annorum, anni & diei, nomine alterius, qui principaliter in obligatione est, annum censem, vel usuras præstiterit, is absque dubio ad solutionem pensionum futurarum in posterum tenebitur, per l. cum de in rem-

verso 6. ff. de usuris. † Et alias expeditum est, quod per legitimi temporis præscriptionem obligatio inducatur, juxta tradita Thomingii decif. 33. n. 5. & 7. Hartm. Pistor. observat. 144. n. 29. † Sed num & fors exigi ab eo poterit? Ita existimat Bartol. ad d. locum, de in rem verso 6. n. 12. ff. de Usur. nec ut opinor absque ratione; † Præsupponunt enim annua præstations semper aliquam sortem, cuius respectu fuerunt solutæ. † Estque fortis obligatio principalis, usurarum vero accessoria; † Atqui non potest accessorium subsistere, principali non subsistente, l. nihil dolo 129. §. 1. l. cum principalis 178. ff. de Reg. Jur. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 24. Defin. 5. n. 3.

Ita Domini in causa Aschen à Morenholt/Mens. Mayo Anno 1600. (Verba sent. Hat Anno 1550. Herr L. à M. ein tausend Goldgulden jährliche wiederkaufliche Zinsen ausgethan/ ob nun gleich die Haupt-Verschreibung auf den Nach zu O. gerichtet/ da aber dennoch S. H. die jährlichen Zinsen bis auf die nächste abgelaufene zwey Jahr/ und also über Rechtsverwehrter Zeit erlegen/ ic. So wäre auch S. H. nochmals die jährliche Zinsen oder Hauptsumma abzutragen schuldig/V. R. W.)

## CONSTITUTIO III.

## PARTIS SECUNDÆ.

**W**enn jährliche Zinsen oder Pächte in guter Münze oder Getreyde Anfangs hätten sollen gegeben werden/ und es ist die Bezahlung über Rechtsverwehrte Zeit in geringer Münze oder Pächten geschehen/ ob dagegen die Verjährung statt finde?

**U**nseren Verordneten haben sich vereinigt/ ohne Unterscheid zu sprechen/ daß die Verjährung dagegen statt finde/ es wäre dann/ daß mala fides wider den/ so den Zins zu reichen schuldig/ nicht allein vorgewandt/ sondern auch erwiesen würde/welches wir uns auch gefallen lassen.

## DEFINITIONES.

1. *Præfatio Creditoris recipientis annum censem, in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrupit præscriptionem.*
2. *Ex solutione anni censis, ultra tempus longissimum in alio frugum genere, disformiter tamen facta non indicitur præscriptio.*
3. *In foro Saxonico non nisi duo habentur species præscriptionum, Tricennialis nempe & Annalis.*
4. *Speciales juris conuenientis præscriptiones etiam in foro Saxonico usum recepta sunt.*
5. *Quare præscriptionibus Saxonici augmentum sex Hebdomadarum acque trium dierum fuerit adiectum, Quidque juris in præscriptionibus juris communis singularibus in foro etiam Saxonico astata.*
6. *Annalis præscriptio in foro Saxonico requirit bonam fidem, qua à præscribente probari debet.*
7. *Ad præscriptionem quoque tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, qua etiam ex lapsu temporis longissimi pro præscribente preservatur.*
8. *Nisi sit, contra quem præscriptum est, malem fidem præscribentis probare velit.*
9. *Præscriptio annalis in foro Saxonico quæcumque res mobiles regulariter comprehendit.*
10. *Bona hereditatis mobilia quanto tempore præbantur in foro Saxonico.*
11. *Liberi bona hereditatis materna nulla obstante præscriptione à patre petere valent.*
12. *Gerade quoque & Res expeditoria præscribuntur Carpz. Definit. Vol. I.*
13. *anno & die, quod tempus iacten posse trigeminum currere incipit.*
14. *Filiae matris defuncte Geradam à patre non presentes præscriptione anni eam hanc amittant, et si de jure suo protestata non fuerint.*
15. *Res inventa aduersus Dominum præscribuntur in foro Saxonico sex hebdomadis.*
16. *Res furtiva tempore longissimo præscribi potest.*
17. *Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteus eos prediique conducti præscribant.*
18. *Quanto tempore præscribatur evictio in foro Saxonico.*
19. *Edificium, quod quis in suo solo non jure extraxit, elapso etiam decennio potest impugnari.*
20. *Actione Pauliane, quæ competit ad revocanda bona in fraudem Creditorum alienata, quanto tempore præscribatur.*
21. *Ad introducendam consuetudinem in foro Saxonico requiritur spatium triginta annorum cum anno & die.*
22. *Præscriptio consuetudinis debet esse continua, non interrupta.*
23. *Privilegium per non usum longissima temporis haud amittitur, quando occasio atendi se non est obtulit.*

**T**iam de eo convenit inter Deputatos nostros, quod indistincte hoc in casu locum habeat præscriptio, nisi & alleget malam fidem debitoris petitor, & probet, idque nobis placet,

24. Regalia etiam in foro Saxonico tempore immemoriali prescribuntur.  
 25. Venatio præscriptione temporis immemorialis in foro quoque Saxonico potest acquiri in fundo alieno.  
 26. Probatis extremitatibus temporis ad præscriptio-

## DEFINIT. I.

Protestatio Creditoris recipientis annum censum in alio genere frugum ultra tempus longissimum, non interrumpit præscriptionem.

- 1 **O**bligatus solvere annum censum in certo frugum genere, si ultra longissimum tempus in alio frugum genere cum solverit, ex obligatione amplius non tenetur, sed præscriptione se tueri potest, b. Const. 3. ubi Dan. Moll. n. 1. † Quod & verum est, etiam si Creditor censum annum in alio frugum genere recipiens protestatus fuerit, ac jus suum ex prima obligatione quæ situm sibi reservaverit, ut in terminis tradunt Budel. de moneta l. 2. c. 24. n. 25. & Albert. Brun. de monet. augm. limit. 4. n. 3. quos sequitur Matth. Berlich. p. 2. concl. 5. num. 8. 3 † Etsi enim protestatio remissionem census excludat, atque jus protestantis conservet l. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Hartm. Pift. observ. 144. n. 41. & seq. 4 † Præscriptionem tamen haudquam impedit; Neque enim hoc loco de remissione aliqua census, de qua dixi Defin. 6. const. præced. sed de præscriptione legitima agitur, † quæ & contra ignorantem currit, & semel bona fide inchoata, extrajudiciali denunciatione vel protestatione non interrumpitur, l. 23. ubi Bartol. n. 2. ff. pro emtor. Balb. de prescr. p. 3. p. 6. princ. q. 4. n. 19. Matth. Coler. de process. execut. 6 pars. i. c. 3. n. 103. † Nec movet quicquam, quod debitor per protestationem, ac eo ipso momento, quo scit, aliquid à se peti, etiam extrajudicialiter constituantur in mala fide l. item venient 20. §. 11. & 7 12. de petit. beredit. † Sufficit enim initium possessionis inculpatum eamque bonâ fide, videlicet sine scientia juris alieni cum interventu patientiæ Domini, coepitam esse, l. sequitur 4. §. de illo 16. l. just. 44. §. et si possessionis 2. ff. de usucap. l. clam. possidere 6. in pr. ff. de acquir. possess. † quam superveniens scientia rei alienæ ex protestatione Contradictoris extrajudicali non interrumpit, ut pulchre demonstrat Coler. dict. c. 3. n. 104. & seqq.

Ita Domini in causa Melchior Lüders zu Auerbach/Menf. Jan. Anno 1625. ( Verba sent. Ist euch N. N. jährlichen ein gewisses Pacht-Getrendigt an 12. Scheffel des besten Rottens zu erschüttern schuldig werden / dafür es aber bis anhers 12. Scheffel Hasen entrichtet / ob ihr nun wohl dawider unterschiedlichen protestirt; da ihr aber dennoch über Rechtsverwahrte Zeit das schuldige Pacht-Getrendigt allewege an 12. Scheffel Hasern angenommen habet / ic. Da verbliebe es auch künftige Zeit bei solchen 12. Scheffeln Hasern billich/ und ihr wäret den versprochenen Rotten hinführte zum jährlichen Pacht-Getrendigt mit Bestand zu sodern nicht berechtigt/B. R. W.)

## DEFINIT. II.

Ex solutione anni census, ultra tempus longissimum in alio frugum genere, difformiter tamen facta non inducitur præscriptio.

- 1 Præscriptio adversus Creditorem, annum certum in alio frugum genere ultra tempus longissimum recipientem, aliter locum non habet, quam si uniformiter semper, seu ad unum eundemque modum, at in alio quopiam, certo tamen frugum genere facta fuerit solutio. † Nam si debitor in alio quidem, sed diverso semper frugum genere, & sic difformiter ac diversimode censum solverit, haudquam præscriptione tutus est, † Tum, quod

- nem requisiti, principio scilicet & fine, probata conseretur continua posse.
27. Probata possessione vel quasi alicuius juris per maiorem partem provinciæ, videtur probata possessio etiam in aliis locis ejus provincie.

ad legalem præscriptionem requiratur possessio continua §. diutina 7. Instit. de usucaption. l. nunquam 31. §. 1. ff. cod. tit. l. longi temporis 2. C. de præscript. longi temp. † At continua non potest dici possessio, si possessor modo hoc, modò aliud accipiat, sicuti nec continua possessionem allegare potest, qui interdum plus, interdum vero minus accipit, Bald. in l. sicut 3. n. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. † Tum per Constit. Elector. 4. part. 2. §. Wann aber das Dienstgeld/ ubi & Rustici non certam & uniformem sed difformem pecuniae quantitatem solverint, præscriptio dicitur interrupta, Dan. Moller. ad dict. const. 4. † quod ipsum ad præsentem quoque casum, annui census, in diverso frugum genere soluti, ex rationis identitate haud inepte extenditur. † Tum, 7 quod mutatio pensionum regulariter cursum præscriptionis interrupat, Aut. Consult. Const. Saxon. p. 5. q. 15. n. 3. tom. 2.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Es wäre denn/ daß der Debitor nicht alle Jahr befehlte Pachte auf einerley Weise/und alle wege an Hafer/sonderu zuweilen an Gersten/ und dann wieder an Hafer abgestattet hätte/ ic. Auf solchen Fall hätte er sich mit der Verjährung nicht zu behelfen/ sondern er wäre dem ersten Contract zu folge/ die Pachte nochmals an Röcken zu liefern schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. III.

In foro Saxonico non nisi dua habentur species Præscriptionum, Tricennalis nempe & Annalis.

**B**ono publico, ne incerta semper essent rerum dominia, & ut aliqua inter desides & vigilantes extaret differentia, inducta fuit Usucapio l. 1. ff. de usucap. Ang. Mattheac. de vita ac ratione jur. l. 1. c. 19. num. 1. & seq. † Cujus natura & qualitas apud omnes pariter gentes haud æqualis est ac uniformis; Nulla siquidem hodie est provincia, quæ non certo jure in Præscriptionibus utatur, † unde & tam variaz ac infinitæ ferè quæstiones de materia Præscriptionum inter Interpp. extiterunt, teste Heig. part. 1. quest. 16. n. 10. quibus hand minimam causam dederunt diversæ præscriptionum species, † quarum in jure civili varia admodum & multæ reperiuntur, de quibus Oldendorp. in tract. de usucap. Johanna. Schneidew. in tir. Inst. de usucap. Hostiens. in sum. de præscript. † Quamvis præcipue & magis frequentes potissimum tres sint, Mobiliū nemp̄ rerum, quæ triennio perficitur; Immobilium, quæ inter præsentes decennio, intet absentes viginti annorum spacio completur, princ. Inst. de usucap. Et jurium seu actionum, quæ spacio annorum 30. vel 40. perficitur, l. sicut 3. l. omnes 4. C. de præscript. 30. annot. In foro tamen Saxonico † dñe tantum reperiuntur expressæ species præscriptionum: Una est Annalis, † quæ res mobiles respicit, & compleetur spacio unus anni & sex hebdomadarum ( vulgo dicitur Jahr und Tag/ dñe ist ein Jahr und 6. Wochen und 1. lib. 1. art. 28. in pr. lib. 2. art. 44. Gloss. Weltbibl. art. 4. in verb. Jahr und Tag. † Altera est tricennalis, quæ concernit bona immobilia, & compleetur circulo triginta annorum & unitis anni, junctis sex hebdomadis, de quâ loquitur textus Landt. lib. 1. art. 29. junct. Gloss. Landt. lib. 1. art. 28. Gloss. Weltbibl. art. 21. & 26. & 140. Gloss. Weltbibl. art. 27. & 28. † Eaque adjura quoque, actiones & letvitutes aliasque res in-

incorporales pertinet, quæ tanto tempore, videlicet triginta annis, anno & sex hebdomadis, præscribuntur, Matth. Coler. ad c. de quarta 4. n. 77. extr. de prescript. & part. i. decis. 20. n. 3. & 10. Schurff. cens. 1. cons. 32. n. 14. & cons. 69. n. 1. Henning. Göden. cons. 2. n. 56. Petrus Heig. part. i. q. 16. n. 11. Zobel. p. 2. diff. 1.

Ita Domini in causa Valentini Wanglers zu Altengottern/ Mens. Mayo Anno 1617. ( Verba sent. Ob nun wohl sonst in Sächsischen Rechten mehr nicht / denus zweierlei Art der Verjährung eingeführet/ durch derer eine alleine die Mobilia und Fahrzeuge in Jahr und Tag præscribit, die unbewegliche Güter aber/ so wohl actiones usq; iura binen 30. Jahr/Jahr und Tag durch Verjährung verändert werden können.)

## DEFINIT. IV.

*Speciales Juris communis prescriptiones etiam in foro Saxonico usu recepta sunt.*

1. **D**ux licet tantummodo præscriptionum species habeantur apud Saxones, de quibus *Defin. praeced.* & *céd.* † Attamen ubi propter causarum vel persona rum singularem aliquam prærogativam tempus longius in jure civili statutum reperitur, certe & jus Saxonum illud sequitur, † Siquidem nova constitutio seu statutum non trahitur ad casus speciales in jure antiquo comprehensos, ne per illud auferatur privilegium à jure communi concessum. Heig. p. 1. quest. 16. num. 43. † Hinc sit, quod aduersus Eccleiam & pia loca in foro Saxonico, non nisi 40. annis præscribatur, Constit. Elect. 5. p. 2. Matth. Coler. ad c. de quarta 4. n. 87. extr. de prescript. † Veluti & quæ de immemoriali & centenariâ præscriptione in causis exceptis de jure civili statuta sunt, in foro quoque Saxonico obtinent, Matth. Coler. c. de quarta 4. n. 88. & seqq. Heig. ad loco num. 48. † Non aliter quoque judicandum de præscriptionibus, quæ spaciis brevioribus à jure civili terminantur, ut est biennii, quinquennii, in actione de dolo, inofficiis Testamenti, adulteria, &c. quæ nec in foro Saxonico sublatæ sunt, sed unaquæque procedit in suo casu Zobel. p. 2. diff. i. Coler. dict. c. de quarta 4. n. 93. extr. de prescr. Sicuti & delicta vicennio in foro Saxonico præscribuntur, Joh. Schneidew. in tit. Inst. de usucap. rubr. quos sunt species præscription. num. 55. Quare & Const. Elect. 6. p. 1. † in probandâ Exceptione spolii non vulgariter terminum Saxonum, sed communem, & singulariter in hac causâ receptum secundum jus Canonistum retintuit, cap. 1. de rest. spoliat. in sexto. † Nempe, distinguendum est inter præscriptiones Regulares seu decretivas, quarum in foro Saxonico non nisi duæ habentur *Defin. preced.* & permisivas seu speciales, † quæ jure communi ex causa quadam peculiari in casibus specialibus inducunt, apud Saxones quoque usu recepta sunt. † Non enim existimandum est, Saxones definitione sua duorum temporum totam observationem præscriptionum, tantis vigiliis excogitatam, voluisse everttere, l. si quatinus 103. in pr. C. de inoff. restam. † ut proinde in specialibus & singularibus illis præscriptionibus, ne quidem in foro Saxonico ad Regulas hujus Juris sit returnendum.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Diezweck aber noch dadurch, obigen Verjährungen, so nach gewissen Rechten in sonderbaren Fällen binen, gewisser Zeit eingeführet / und auf Sächsischen Boden nicht aufgehoben/ sondern sichtlich seyn / ic. So hat auch die præscriptio binibili in gegenwärtigem Fall statt/ und Ihr habe euch wider erheben actionem doli damit billig zu beschaffen/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Quare præscriptionibus Saxonice augmentum sex Hebdomadarum atque trium dierum fuerit adjectum; quidque juris in præscriptionibus iuris communis singularibus in foro etiam Saxonico usitatis.*

**S**axones præscriptionem annalem uno anno & sex septimanis, Tricennariam vero triginta annis, anno & die, h. e. sex septimanis terminant *Defin. 3.* † Huic temporis triduum addit Constit. Elect. 6. p. 2. Ut hodie in foro Saxonico præscriptio tricentria sit, ein und dreißig Jahr/ 6. Wochen / 3. Tage; præscriptio vero annalis ein Jahr/ sechs Wochen und 3. Tage. Andr. Rauchb. p. 2. quest. 24. n. 34. Matth. Wesenb. in paras. ff. de usucap. n. 7. † *Quod curiā factum & annorum spacio abhac septimana & dies aliquot adjecti fuerint, mirari aliquis posset?* Sane licet præscriptionum temporalium ratio exacta dari nequeat, secundum Zaf. in l. non omniam 20. ff. de legib. num. 16. admodum tamen probabile videtur, † placuisse majoribus in foro Saxonico, post ordinatum præscriptionis tempus adhuc modicum aliquod laxamentum desidibus & otiosis indulgeri, intra quod moram veluti purgare, & res suas recuperare posint, † id quod jure communi interdum admittitur, l. promissor. 21. ff. de const. pecun. l. si debitor 21. §. de Judic. † Præsertim, cum hoc tempus pro justo & legitimo intervallo judicialium & extrajudicialium actionum plerumque habeatur, quam dilationem Saxoniam, completo licet anni spacio, ei, contra quem præscribitur, indulgeri equum fuit visum, arg. Lehent. art. 48. 70. † Autem quoque Heig. p. 1. q. 16. n. 30. dies illos præscriptionibus Saxonice additos fuisse propter varias annorum & mensium computationes, & dierum intercalarium interventum, ne quis ex ejusmodi computationibus apud Saxones error nasceretur, l. cum bisextum 98. ff. de verb. signif. Quicquid sit, † illud notatu dignum est, quod augmentum hoc septimanarum ac trium dierum, non nisi regularibus, scilicet in Jure Saxon. adiumentis præscriptionibus, annali scilicet & tricennariæ fuerit adiectum, ac propterea † ad præscriptiones juris civilis speciales & singulares ac in foro etiam Saxonico usitatas (ut est biennii, quinquennii, vicennii, 40. annorum præscriptio, &c.) neutriquam extendendum, † quippe quod præscriptiones haec juri communi sint relatae, nec in foro Saxonico quoad eas quicquam immutatum, Pet. Theod. in colleg. crim. disp. 10. Them. 7. lit. D. Aut. Cons. Constit. Saxon. p. 4. q. 1. Vide, practicam meam criminalem part. 2. qn. 59. n. 14. & seqq. quamvis dissentiat Zobel. 2. diff. 3.

Judicatum ita Scabinis, Mens. Jun. Anno 1592. (Verba sent. Da von Zeit an solches delicti alberat 20. Jahr vollständig verlossen wären, so wäre selbiges delictum euch auch Sächsischen Boden nunmehr verjährt/ und Ihr möchtet dann wieder auswärts auch gleich die inquisitio binen 6. Wochen nach verlossen 20. Jahren wieder euch erhoben worden wäre/ mit einziger Straße nicht belegen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Annalis præscriptio in foro Saxonico requirit bonam fidem, quæ a prescribente probari debet.*

**B**ona fides (quæ definitur sincera & illata conscientia excusans possessorem de ignorantia rei alienae, Joh. Schneidew. in tit. Inst. de usucap. n. 14. Vel ipsa opinio, quæ quis credit, rem esse suam, Matth. Coler. ad rubr. extende prescript. num. 8.) ad præscriptionem tantum est necessaria, † ut absque

- et nec possessio justa sit, nec usucatio ulla subsistat, id quod in præscriptione rerum mobilium annali minus dubii habet, siquidem & de jure communi ad triennalem & longi temporis præscriptionem bona fides requiritur, † quam etiam præscribens probare debet, pr. & S. furtiva 2. Inst. de usucap. l. 2. C. de prescript. long. temp. l. un. vers. cum autem C. de Usucap. transform. Mynsing. l. dec. resp. 4. num. 22.
- 4 Joh. Schneidew. ad tit. Inst. de Usucap. n. 19. † Atqui præscriptio Saxonica annalis surrogata est præscriptioni triennali juris communis, Andr. Rauchb. part. 2. q. 28. n. 8. post. pr. Quare nec hæc absque bonâ fide ullum habebit effectum, † quam propterea ipse met præscribens probare debet, Andr. Goldb. in tr. gerad. cap. 9. num. 38. Que ipso statim includitur titulus possessionis, † sine quo vix subsistere potest bona fides; Quomodo enim quæso credat præscribens rem esse suam, si causam & titulum possessionis ignoret? Matth. Coler. dict. loc. n. 7. † Ut non minus titulum ac bonam fidem ad præscriptionem annalem requiri existimem cum Goldb. dict. c. 9. n. 38. Aut. diff. jur. civ. & Saxon. part. l. diff. ii. & quod hæc duo requisita in præscriptione annalide jure Saxon. necessariò intervenire debeant, est textus apertus junct. Gloss. Landr. l. 2. art. 18. num. 4. & Gloss. Lehnrecht/c. 13. 5. Auch ist dies zu vernehmen, vers. entweder Landr. l. 2. art. 36. Matth. Coler. ad c. de quarta 4. n. 79. extr. de prescript.
- Pronunciarunt ita Domini ad requisitionem Luca Dörings/ M. Decembr. An. 1601. (Verba sent. Ob nun wol sonst in vergleichenden Fall die præscriptio binnen Jahr und Tag statt hat/ da aber dennoch P. B. in mala fide gewesen/ ic. So hätte er sich auch mit der angeführten præscription nicht zu behelfen/ sondern er wäre euch euer eigenhümliches Gut wiederum abzutreten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Ad præscriptionem quoque tricennalem requiritur in foro Saxonico bona fides, que tamen ex lapsu temporis longissimi pro præscribente præsumuntur.*

- 1 Majors est dubitatio, An in tricennali præscriptio ne de jure Saxonico bona fides exigatur? Hæc enim de jure civili in præscriptione longissimi temporis non requiritur, sed sufficit cum possessione.
- 2 solus cursus 30. vel 40. annorum: † Tanto siquidem tempore tollitur omne jus, omnis actio realis & personalis, non attinet bonâ fidei l. sicut g. l. omnes 4. l. cum norissimi 7. C. de prescript. 30. vel 40. annorum.
- 3 † At iura Canonica mala fidei possessorum nullo unquam tempore præscribere ajunt, e. sfn. e. si diligenti 17. c. vigilanti 5. extr. de prescript. c. possessor ma- la fidei 2. de reg. jur. in sexto. † Questio in orta est, an in terris Imperii iura Canonica bac in re corrigant iura civilia? Quod licet neget ac multis rationibus tueatur Matth. Coler. ad C. quoniam 20. extr. de prescript. † Fateretur tamen postea ipsemet num. 33. secundum magis communem Dd. opinionem per dispositionem juris Canonici ind. c. f. extr. de prescript. correcta esse iura civilia, quæ permittunt præscriptionem tricennariam cum malâ fidei l. si quis empionis 8. §. 1. C. de prescript. 30. annor. c. placuit 15. §. prescripcionum vers. prescriptiones junct. vers. quod si 6 cum mala fide caus. 16. q. 3. † Quæ ceu veriore & in practica recepta opinione stante, ne quidem in foro Saxonico præscriptionem tricennalem cum mala fide perfici posse, rectissime asserunt Schurff. cons. 32. cent. l. num. 13. vers. clarum est. enim. Joh. Schneidew. ad pr. Inst. de usucap. num. 20. Andr. Goldb. de gerad. cap. 9. numer. 42. Heig. p. 1. q. 16. num. 59.
- 7 † Quicquid etiam in contrarium dicat Matth. We-

senbec. in addit. ad Schneidew. dict. loc. lit. A. & confil. 14. num. 77. & Matth. Coler. de process. exec. p. 1. c. 3. num. 128. Harm. Pastor. observ. 201. n. 5. † Tum, quia jus Saxonum de bona vel mala fide, nihil determinat, sed hoc saltem dicit: In Erb und Engen mag sich der Sachs verschweigen binnen 30. Jahren/Jahr und Tag/er nicht/art. 29. lib. 1. Landr. † Ideoque standum est in foro Saxonico dispositione Juris communis, siquidem præscriptio statutaria surrogatur loco præscriptionis Juris communis & regulatur secundum ejus naturam, Corn. Conf. 18. n. 4. & seqq. vol. 2. Coler. ad c. ult. de prescript. nam. 33. † Tum, ob verba manifesta Const. Elect. 3. p. 2. 10 Es wäre denn/dass mala fides nicht allein für gewendet/sondern auch erwiesen würde. † Tum, proper 11 Gloss. in c. 13. Lehnrt. Gloss. art. 29. in verb. In Eigen- und Erbe/ lib. 1. Landr. & addit. margin. ad art. 18. in verbo: Man soll auch nicht / lib. 2. Landr. add. ad text. lat. d. art. 29. l. 1. Landr. † Hoc tamen certis 12 simum est, quod in præscriptione tricennali seu temporis longissimi, de jure civili pariter atque Saxonico non sit opus aliquâ probatione sive tituli sive bonâ fidei, sed hæc ambo præsumantur ex cur- fu longissimi temporis, prout hisce in provinciis & Scabinatibus Saxoniz pronunciatur, teste Matth. Coler. ad c. ult. n. 39. extr. de prescript. Petr. Heig. p. 1. q. 16. n. 55. Aut. Consult. Const. Saxon. tom. 1. p. 5. q. 15. n. 9. tom. 2. p. 5. q. 13. n. 1. & 2. † Id quod et. 13 iam haud obscurè innuit b. Constit. Elect. 3. p. 2. † Modo à præscribente bona fides saltem allegata, 14 quippe quæ non allegata non præsumitur, ut ele- ganter docet Col. d. c. ult. n. 31. Joh. Schneidew. in princ. Inst. de usucap. num. 26.

Ita Domini in causa Eliz. Wagens zu Arlebach / Mens. Mayo 1625. (Verba sent. Hat N. N. als Ihr sein Haß gebührlichen zu Anspruch genommen / exceptionem præscriptionis vorgeschützt. Ob nun wohl zu dergleichen Verjährung bona fides auch auf Sächsischem Boden notwendig er- fodert wird/da aber dennoch gedachter N. N. über 30. Jahr und Tage das freitige Haß geruhig besessen hätte/ ic. So würde daraus bona fides vermutlich geschlossen / und wäre demnach Besitzer denselben zu erweisen nicht verpflichtet/ V. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Nisi sit, contra quem præscriptum est, malam fidem præscribentis probare velit.*

L Icit in præscriptione tricennali bona fides pro præscribente præsumatur, † Attamen si is, contra quem præscriptum est, velit probare malam fidem præscribentis, omnino auditur per textum ex- pressum in b. Const. 3. † qua probata, præscriptio nullum habet effectum Dan. Moller. ad Conf. 3. Ber- lich. p. 2. conclus. 4. n. 28. Heig. p. 1. q. 16. n. 15. Rauch- bar. p. 2. q. 28. n. 36. Zobel. ad text. latin. Landr. l. 1. art. 29. Etenim im dubio † cuiilibet præsumptioni opposita veritas hoc præstat, ut superior in conflitu evadat, l. divus 7. ff. de in integr. res fit. † Neque vi- detur jus Saxonum impium in præscriptione præsidium constituisse & delinquendi occasionem præstare, maximè cum hodie in universum placeat definiçio Canonica de mala fide in foro quocunque standuisse, Mynsing. cent. 4. observ. 6. Heig. dict. q. 16. n. 59. † Probatur autem mala fides conje- cturis & præsumptionibus variis, veluti quod ante Contractum præscribenti fuerit denunciatum, rem esse alterius, l. si falso 17. C. de Rei Vindic. † Auf si de hoc inter vicinos fuerit fama: Vel præscribens, contrarerit non adhibitis solennitatibus requisitis à jure communi vel municipalis, vel etiam insolitis ad- hibitis cautelis, aliusque multis modis, quibus sci- entia

entia rei alienæ probari potest, Joh. Schneid. ad pr. Inst. de usucap. n. 24. Menoch. de arbitr. jud. quæst. l. 2. centur. 3. c. 225. Zobel. in addit. ad text. latin. Landr. redit. l. 1. art. 29. sub fin. † Quin & in dubio quandoque existentibus indiciis & præsumptionibus contra præscribentem, ipsius juramento bona fides erit probanda, ut jure se bonâ fide possedisse, Gloss. in l. atqui 19. §. cum me absente 3. in verb. committat. & ibi Bart. ff. de negot. gest. Schneidew. dict. loc. n. 30. & 31. † Sufficienter autem probatur mala fides per confessionem præscribentis, quando nempe confessus est, se scivisse rem alienam, quia tunc præsumitur illud habuisse in mente, quod dixit, l. Læbo 7. §. Tubero 2. ff. de supellect. legat. † Nulla enim probatio est melior, quam confessio partis l. cum te 2. C. de transact. l. generaliter 13. C. de non numer. pecun.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr könnet dann durch N. N. eigenes Bekanntniß / oder sonstens durch andere starke und unzweifelbare Veranuthungen ein anders und malam fidem præscribentis beweisen und darbhin/damit würdet ihr binnen Sächsischer Frist billich zugelassen/ und ergengetharauff in der Sache ferner was recht ist/B.R.W.)

## DEFINIT. IX.

Prescriptio annalis in foro Saxonico quæcunque Res mobiles regulariter comprehendit.

Prædicti antiqui harum provinciarum præscriptiōnem annalem Juris Saxonici valde coarctabant, eamque restrigebant ad bona triplicia in hereditate defuncti reperta, putà ad bona utensilia, Res expeditorias & Cibaria domestica, propter text. in art. 28. l. 1. Landr. † Verùm ex usitata interpretatione, textus ille ad quæcunque alia mobilea non hereditaria, item non tantum ad personam Judicis occupantis, sed cujuscunque etiam privati possidentis talia mobilea per annum, regulariter extenditur, secundum Gloss. in l. 2. Landr. art. 44. n. 4. in verb. Welche man/verb. und dis ist allermeist zu verstehen von fahrender Haabe/re. † Quam interpretationem satis probant verba finalia d. art. 28. ibi: Dis ist aber ges redt von fahrender Haabe. † Rectissimè igitur sentit Matth. Coler. ad c. de quarta 4. extr. de prescript. n. 78. & part. 1. decif. 20. n. 16. quod in foro Saxonico regulariter omnia mobilea & moventia, quatenus bonâ fide & cum titulo per annum possidentur, dicuntur esse præcripta, adeò ut possessori deinceps super iis aliqua controversia in effectu vel utiliter moveri non possit. † Quod & diserte probat art. 44. Landr. l. 2. (Welch Mann ein Gut hat in sein Gewehren Jahr un Tag/ohne rechliche Widersprach/ der hat daran eine rechte Gewehr.)

Pronunciarunt ita Domini ad requisitionem Hansen Fuchs zu Leipzig/ Mensl. Martio Anno 1625.

Et Valentini Wanglers zu Altengotttern/ Mensl. April. Anno 1625.

## DEFINIT. X.

Bona hereditatis mobilea quanto tempore præscribantur in foro Saxonico.

Dubium est inter Dd. An simpliciter & indistincte possidens bona alicujus hereditatis mobilea per annum & diem a præscribat, ita ut possessori super iis bonis deinceps non possit moveri per heredem controversia? Licet autem quondam interpp. antiqui hoc indistincte affirmaverunt, teste Matth. Coler. ad c. 3. de quarta 4. n. 80. extr. de prescript. † Rectius tam men hodiè communiter distinguitur inter res hereditarias mobiles separatis existentes: Et bonis immobilebus vel juribus hereditariis cohærentes, Petr. Heig. p. 1. quæst. 16. num. 35. Christoph. Zobel. in art. 28. lib. 1. Landr. lit. e. Matth. Coler. dict. c. de quarta

4. n. 80. & p. 1. decif. 20. n. 3. † Pro illis, quatenus 4 seilicet res mobiles separatae sunt ab aliis rebus hereditariis immobilebus vel juribus, post annum dene- gatur actio heredibus, propter text. in art. 28. l. 1. Landr. & art. 44. l. 2. Landr. quod & forsitan minus dubii habet, Col. d. loco. † Quatenus autem bona 5 hereditaria mobilea inveniuntur commixta cum aliis immobilebus vel juribus hereditariis, petitio horum ad instar ipsius hereditatis est perpetua, & du- rat 30. annis, anno & die, Heig. & Coler. d. loco Matth. Wesenb. in not. marginal. ad Joh. Schneide- win. Inst. de usucap. rub. quot. sunt species præscript. n. 53. lit. P. ubi dicit, quod anno & die non præscri- 6 batur hereditas, quamvis constet ex solis mobilibus. † Transeunt enim hoc casu res mobiles cum heredi- tate, & censentur secundum Naturam hereditatis, non aliter atque partes secundum naturam totius, arg. l. que de totâ 70. ff. de Rei Vindicat. † Petition 7 autem hereditatis durat in foro Saxonico 31. annis sex septimanis, Landr. lib. 2. art. 29. Col. d. c. de quarta 4. n. 81.

Ita Domini in causâ Dominorum Comitum zu Gleichen und Hohenlohe/ Mensl. Novembr. Anno 1627. (Verba sent. Und kan Ihrer Gräßlichen Gnaden an Fordering der Erb- schaft beydes am mobiliens und immobilien/ die præscriptio, weil noch zur Zeit nicht 31. Jahr/6. Wochen/3. Tage verslosen/keines weges hinderlich seyn/B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

Liberi bona hereditatis materna nulla obstante præscri- ptione à patre potere valent.

Etsi alias bona hereditaria tam mobilea, quam immobilea, certo temporis spacio præscribantur, ut dixi Defin. preced. † Attamen si pater hereditatem conjugis ad liberos devolutam possideat, pul- la certè impedit præscriptio, ne quidem quadraginta annorum, quo minus liberis bona materna à patre petere possint, prout in simili tradit Moller. l. 2. se- mest. c. 6. n. 5. † Præsumuntur enim liberi tacuisse ob reverentiam paternam, quod ipsis nequaquam præjudicare potest, l. pen. ff. de fure. l. 1. §. si quis ra- men 10. ff. quod vi aut clam. in verb. Non offendit vel te, vel eum, qui te magni faciebat. Felin. in c. causam matrimonii 16. extr. de offic. & potest. jud. delegat. n. 3. ubi & Philipp. Decius. Nec patientia filii operatur consensum, quando agitur de magno 20. præsertim quia liberi in potestate patris con- stituti adversus ipsum actione experiri nequeunt, l. 4. ff. de jud. l. 4. C. de bon. que lib. Matth. Coler. consil. 3. num. 7. & 8. † Ac quomodo, quæso, jure suo 4 privari ac præscriptione puniri poterunt liberitacen- tes, qui tanto majore præmio videntur digni, quod patrem offendere noluerint?

Ita Domini in causa Hansen Henningkens zu Kenizsch/ Mensl. Nov. Anno 1616. (Verba sent. Ist eure Mutter al- reit vor 40. Jahren Todes verfahren/worauß der Vater zum andern und drittenmal sich wiederum verehlicht / euer zuste- hendes Mutter-Theil aber alleweg bey sich behalten / darüber er unlängsten gleichfalls verstorben. So wird euch solches euer mütterliches Erbe hell aus eures Vaters Verlassenschaft zum Voraus billich gefolger und ausgeantworret / und es ha- ben eure Mitterben/die Kinder anderer Ehe / sich wie der von ihnen vorgesetzten præscription, weil ihr aus kindlicher Furcht und Gehorsam/zu Ausantwortung euers mütterlichen und großväterlichen Antheils/ ihn euren Vater bey seinem Leben nicht dringen wollen / damit beständiger Weise nicht zu behelfen/B. R. W.)

Et in causa Nicolai Herolds zu Burckstädt Kinder / ad re- quisitionem. Quæstoria zu Hochsburg/Mensl. April. An. 1634.

## DEFINIT. XII.

Gerada quoque & Res expeditorias præscribuntur anno & die, quod tempus tamen post trigesimum cur- rere incipit.

- C**omprehendit etiam præscriptio annalis Geradæ & R. s. expeditorias, Dan. Moller. 2. semeſtr. 11. Andr. Goldb. de gerada c. 9. num. 19. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. p. 4. q. 131. n. 200. Matth. Coler. ad c. de quarta 4. n. 78. extr. de prescript. & p. 1. decif. 20. n. 14. Petr. Heig. part. 1. q. 16. num. 35. Frid. Pruckni. vol. 1. conf. 31. n. 22. Wefenb. conf. 79. circa fin. † Non solum quod res hæc inter mobilia referuntur, sed & ob clarum textum juris Saxon. † in art. 28. l. 1. Landr. ibi: Was solches Dinges erblos stirbet / als Heergeräthe/Erbe oder Gerade/das soll man antworten dem Richter oder Fronboten/ob er es heischet nach den Dreyfigsten/ic. Das soll denn der Richter behalten Jahr und Tag unverthan/und warten/ob sich jemand darzu ziehen wolte mit Recht / kommt denn niemand/so kehre es der Richter zu seinem Nutz. † Ubi probè notetur, non statim à tempore mortis sed demum à die trigesimo initium præscriptionis esse computandum, Goldb. d. c. 9. n. 35. † Accedit, quod harum rerum nomine nemo debeat molestari ante trigesimum, artic. 15. Landr. l. 3. Gloss. Welsch. bld. art. 23. † At, non valenti agere de jure non currut præscriptio, l. 1. in fin. C. de annal. except.

Ita Scabini in causa Gottfried Gebhards/Mens. Novembr. Anno 1592. (Verba sent. Ob ihren wohl zu folthem Heergeräthe der nächste Schwerdmagen seyd / da ihre aber dennoch nach dem dreyfigsten Jahr und Tag verstessen lassen/und solches Heergeräthe nicht gefordert hättet/ic. So wäre die euch zu solchem Heergeräthe zustehende Forderung nunmehr verjähret / und es möchte M. L. dasselbe euch abfolgen zu lassen ferner nicht gedrungen werden/V. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.'

*Annalis præscriptio Gerade & rerum expeditoriarum ignorantia non nocet.*

- P**rescribitur quidem petitioni gerade & returno expeditoriarum anno & die in foro Saxonico,
- Defin. preced. † Sed hoc aliter verum non est, quād si heres alias vē, ad quem res hæc spectant, eas sic delatas esse, sciverit; Secus si ignoraverit; † Ignoranti enim memorata præscriptio non nocet, Andr. Goldb. de gerada cap. 9. num. 33. Matth. Coler. in cap. de quarta 4. num. 78. vers. quod tamen dicimus extr. de prescript. Zobel. in addit. ad Gloss. art. 28. lib. 1. Landr. † Tum ob textum in dict. art. 28. junct. ibid. Gloss. num. 3. in verb. Erſtlichen/ so er nicht gewußt/dass iener verstorben gewesen/hindert ihme solches nichts an seinen Rechten/ sondern mag es nochmals bei Jahr und Tag/nachdem er es erfähret/ sondern/ic. Tum, quia non valenti agere, non dicitur currere præscriptio l. 1. §. 2. C. de annal. except. l. 30. C. de jur. dot. Neque enim fieri potest, ut quis de eo jure, quod sibi competere ignorat, experiatur l. 55. ff. de adul. edit. l. 19. ff. de inoffic. testam. Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 9. def. 1. n. 1. & 2. Tum quod unius anni spacium ignorantia nunquam currere soleat, l. semper advers. 15. §. hoc interdictum 3. vers. annus ff. quod vi aut clam. l. annus 6. ff. de calumnias. l. genero 8. ff. de his qui not. infam. l. 2. quis ordo in bonor. posseß. servet. Tiraquell. de retract. §. 36. Gloss. 4. num. 1. & 22. Hartm. Pistor. lib. 2. queſt. 12. num. 24. † Nisi forsitan ignorantia fuerit affectata & provenerit ex doloso facto ejus, qui pretendit ignorantiam; Hæc squidem non impedit, quod minus annum etiam tempus currere incipiat, l. 1. §. 1. ff. de act. empl. l. qui contra 4. C. de incest. nupt. Tiraquell. d. l. num. 28.

Ita judicatum à Scabinis in causa Senatus Hallensis contra Senatum Martisburgensem ad requisitionem Sculpti Hallensis, Mens. Novembr. An. 1628. (Verba sent. Ob nun wohl bemerkter Rat unter andern auch die Verjährung vorschreibt/indem sich die Gerichten zu Halle binnen Jahresfrist zu folget. Et.

rade nicht angegeben/noch dieselbe gefordert/dieweil aber dass noch dergleichen Verjährung von Zeit der erlangten Wissenschaft an zu rechnen/da sicher aber/ und als sie hierum Wissenschaft erlanget/ die Gerichten zu Halle die Jahresfrist nicht verstellen lassen/ce. So hat sich auch der Rath zu Mecklenburg obangeregter Gerade nicht anzunässen / sondern es wird dieselbe denen Gerichten zu Halle aufrühr gebührliches Ansuchen nochmals billig gefolget/V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Matris defunctæ Geradam à patre non petentur prescriptione annali eam haud amittunt, et si de jure suo protestata non fuerint.*

**Q**uod de præscriptione Geradæ annali dictum fuit Defin. preced. illud notabiliter limitandum est in filiabus, quæ, licet defunctæ matris Geradam intra annum & diem à patre non petierint, eam tamen propterea non amittunt, nec patrivel ejus heredibus, exceptionem præscriptionis agentibus postea filiabus opponere licet, † quia ex reverentia paternæ tacuisse præsumuntur juxta tradita Supra Defin. 11. Dan. Moller. 2. semeſtr. 8. n. 5. Andr. Goldb. de Gerad. c. 9. num. 26. Nicol. Boer. decif. 100. in fin.

Pronunciantibus ita scabinis an Christoph Schumanns Erben zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1588.

† At quid, si filie tacentes intra annum & diem, de jure suo protestata non fuerint? Licet Rotschitz. post proc. in tract. Gerad. sub rub. Gerade weine die zuständig. S. darauff ist türklich zu antworten/protestationem necessario † requirat, & si filiae intra annum & diem hanc non interposuerint, eas postea non audiendas existimet. † Contrarium tamen verius est secundum Moller. & Goldb. dict. loc. 2. † Neque enim protestationi hæc vis & efficacia est adscribenda, ut præscriptionem annalem impedire queat, † quippe quæ nec citatione sola interrupitur, prot. ut Berlich. p. 2. concl. 9. n. 23. & 33. per l. 2. §. 21. ff. pro empl. l. Julianus 9. §. proinde 6. ff. ad exhib. † Sed ob solam reverentiam paternam filiae ad petitionem Geradæ etiam post annum & diem admittuntur, Nic. Boer. & Moller. dict. loc. † quæ reverentia in filiabus tanto majori præmio digna videtur, quanto minus hæc erga patrem de jure suo protestare ausa fuerint.

Ita Domini an G. H. Wittib und Erben zu Leipzig / Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Würden G. H. Tochter erster Ehe gebührender Massen bescheinigen/ dass sie nach Absterben ihrer Mutter elliße Sachen/so zur Gerade gehörig/ den ihrem Vater stehen lassen/ und solche ob reverentiam paternam nicht gefordert/ic. So würden ihnen solche Gerade Stücke/ ungeachtet sie darüber nicht darüber nicht protestirt, billich gefolget/und es haben sich ihre Miterben mit der angeführten præscription nach Gelegenheit dieses Falles nicht zu beklagen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Res inventa adversus Dominum prescribitur in foro Saxonico sex hebdomadis.*

**E**st & alia peculiaris species præscriptionis in foro Saxonico, nēmpe trium quaterdenarum circa res inventas, aut furibus vel raptoribus in fugâ ablatas vel extortas. † Etenim de jure civili si quis res furtivas, aut alio vitio affectas inveniat, nec sciat Dominum, cui reddere debeat, licet potest eas retinere & usucapere saltem ex titulo pro derelicto, secundum Bartol. in l. falsus 43. §. qui alienum 4. n. 4. ff. de furt. † Si vero non existimet, res habitas pro derelicto, dabit eas pauperibus, si ipse est dives, Bartol. d. loc. Johan. Fab. & Angel. in §. ult. inst. de ser. de furt. Matth. Wefenb. in parat. de furt. num. 10. At Jure Saxonico aliud dispositum est: † Nam inventor, ut & is, qui in fugâ constitutis raptoribus aut furibus extortas res furtivas, facta hujus rei de-

nunciatione in foro per personam publicam , ita ut ad plurium notitiam perveniat , profiteri debet palam , se tales res tenere , easque Domino intra res quaterdenas repetenti & refundenti expensas , si quæ in eas res factæ sunt , restituere tenetur . † Nisi forsan Dominus rerum inventarum alienæ jurisdicitioni fuerit subjectus : Tum enim de rebus inventis , aut in fuga extortis à furibus vel raptoribus , non recipiet nisi duas partes , tertia remanente penes inventorem , vel eum , qui à furibus vel raptoribus ilias receperit . † Quà de re est textus manifestus in art. 37. Landr. lib. 2. in verb. Und was ein Mann also findet / ic. † Aliter enim , & si inventor ejusmodi res inventas aut à furibus vel raptoribus extortas , lucri faciendi causa occultaverit , furtum committitur , art. 37. in pr. Zobel. part. 2. differ. 61. Ludovic. Fachs. differ. 59. Matth. Coler. part. 1. decif. 149. n. 4. † Post lapsus verò sex hebdomadarum , res inventa est præscripta , ac denegatur Domino omnis actio pro repetitione rei suæ , & applicantur duæ partes istorum bonorum fisco , tertia parte remanente penes inventorem dict. art. 37. lib. 2. Landr. in verb. Kommt aber niemand in 6. Wochen/der sich darzu ges ge/so nimmt der Richter zwey Theil/und jener behält den dritten Theil/Matth. Coler. ad cap. de quarta 4. numer. 83. in fin. extr. de prescript.

Ita Domini ad consultationem Senatus in Ronneburg/ Mens. Jun. Anno 1630. ( Verba sentent. Da nun der Herr des Beutels/so ihn verloren/sich gebührlichen angeben/ und daß er sein sey/ bescheinigen möchte/so würde ihm der Beutei/ benebenst dem Gelde/billich ausgeantwortet/ tedoch/ dafern er unter andern Gerichten gesessen/ist er dene/ so ihn gefunden/ vermöge Landüblicher Sächsischer Rechte/ den dritten Theil davon zu entrichten pflichtig. Auffn Fall aber binnen 6. Wochen von Zeit des Ausruffens sich niemand darzu finden würde/verbliebe der dritte Theil des gefundenen Geldes dem Finder billich/die andern zwey Theil aber wären euch/ dafern ihr die Obergerichte habt/anheim gefallen/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Res furtiva tempore longissimo prescribi potest.*

1 Certeissimi juris est , quod res furtivæ non præscribantur , neque à fure , nec alio quopiam possessor. Nam lex 12. tabul. & lex Attilia inhibent usucaptionem rerum furtivarum , §. furtiva quoque 2. Inst. de usucap. l. 4. §. 6. l. 33. pr. ff. eod. tit. quia vitium 2 furti ipsam rem afficit ; † Ejusmodi autem vitia realia præscriptionem impediunt in persona cujuscunque possessoris universalis vel singularis , quia rem comitantur , ad quemcunque res illa transit l. vitia 3 l. C. de acquir. poss. † Sed verum est hoc solummodo in præscriptione longi temporis , non etiam temporis longissimi 30. videlicet annorum ; Nam 4 per tale tempus purgatur illud vitium reale , † ita ut etiam de jure civili fur ipse tempore longissimo rem furtivam præscribat ; l. omnes 4. l. sicut 3. junct. Gloss. fin. C. de prescript. 30. annor. l. 1. §. ad bac 1. C. de annual. except. ubi spacio 30. vel 40 annorum tollitur actio furti : Ergo & vitium , seu qualitas furtitatis Joh. Schneidew. in tit. Inst. de usucap. Rubr. que res 5 poss. prescript. n. 65. † Quare , licet res furtiva in foro Saxonico anno & die non præscribatur , ut reliquæ res mobiles , attamen præscriptione tricennali comprehenditur , ita ut possessor rei furtivæ effluxis 30. annis , anno & die eam haudquaquam restituere teneatur.

Judicarunt ita Domini in causa Melchior Fidlers zu Aulitz/ Mens April. Anno 1633. ( Verba sentent. Habe ich ein gülden Halsband bei N. N. angerissen / wann nun gleich dasselbe hiebevor euren Eltern gestohlen worden wäre/ diemelli aber dennoch eurem eigenen Bericht nach bemeldet N. N. solly Halsband/abberet über dreißig Jahr/ Jahr und Tag in ge Carpe. Definit. Vol. I.

bührlichem Besitz gehabt/und darum nicht angesprochen werden/ ic. So hat er sich auch nunmehr mit der Verjährung zu behelfen/ und ihr seyd dasselbe ferner zu vindiciren nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Colonus & Emphyteuta quanto tempore dominium Emphyteuseos prædicti conducti prescribant?*

PRAESCRIPATIO TEMPORIS LONGISSIMI FIVE TRICENNALIS currit pro rebus immobilebus , & incorporalibus ac perficitur in foro Saxonico triginta & uno annis cum sex hebdomadis & 3. dieb. Landr. lib. 1. art. 29. Lehnr. cap. 13. in pr. Weichbild. art. 21. adeo ut si tanto tempore quis detineat & usurpet bona aliena , ea ex præscriptione acquivisse dicatur , Matth. Coler. ad c. de quarta 4. num. 84. extr. de prescript. † An ergo Colonus & Emphyteuta quoque proprietatem predii conducti & emphyteutici præscriptione hanc acquirere poterunt ? Non certè per l. 2. & 7. §. ult. C. 3 de prescript. annorum. Ex quibus textibus haud obsecrè probatur , quod nec 30. aut 40. annorum præscriptione Colonus vel Emphyteuta , quod minus Dominum agnoscat , eique rem restituat , se defendere possit . † Quod absque dubio verum est hoc solummodo casu , quo quis pensionem aut Canonem solvit , seque emphyteutam aut Colonum fatetur , & simpliciter propter lapsus 30. annorum actionem consumptam putat , de quo casu citati textus loquuntur . † At si colonum vel emphyteutam quis se negans pensionem solvere recusaverit , & sic pro suo possidere inceperit , eamque possessio nem 30. annis continuaverit , vix dubitandum erit , † quin post tantum tempus exceptione tricennali se defendere queat , secundum tradita Bartol. & Salyacet. in l. 2. C. de prescript. 30. annor. Gloss. & Castrens. in l. 1. C. de usucap.

Ita Domini in causa Jacobi Ruhels/ Mens. Jul. Anno 1618. ( Verba sent. Ob nun wol sonst das Eigenthum eines verpachten Guts nicht leichtlich præscribet werden mag / ic. Da ihr aber dennoch allbereit vor 30. Jahren/ Jahr und Tag den Pacht vereinet/ auch das Pachtgeld zu erlegen euch verweigert/ und also den Acker bis anhero über Rechtsverwahrte Zeit als euer Eigenthum in gebührlichem Posseß gehabt habet/ ic. So hättet ihr euch nu mehr/ gestalten Sachen nach/ mit der Verjährung zu behelfen/ und ihr möchtet berührten Acker wiederum abzutreten mit Bestande nüche gedrungen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Quanto tempore prescribatur evictioni in foro Saxonico.*

DE JURE CIVILI , QUOCUNQUE ETIAM TEMPORE RES evicta fuerit emptori , Venditor EVICTIONIS nomine conveniri potest , non obstante longi temporis præscriptione , ex sanctione Impp. in L. empli 12. C. de eviction. † Quin tamen longissimo tempore , tringita nempe annis , hæc actio perimitur , dubium non est , Matth. Coler. p. 1. decif. 27. n. 1. † At jure Saxonico aliud dispositum in art. 83. lib. 3. Landr. in verb. Wer eigen oder fahrend Haab verlaufft/ des soll er ein Gewehrer seyn/dieweil er lebet/ ic. † Nulla ergo obstante præscriptione evictionis nomine Venditor alodii tenebitur , quamdiu vivet. † Quamvis aliud 5 obtineat in Venditore predii feudalis , qui solummodo per annum est Guarandator rei venditæ dict. art. 83. vers. Wer ein Gut lebet. Sed textum hunc juris Saxonici Christophorus Zobel. ad eum restrin git casum , † quo traditio nondum judicialiter facta , aut expressè inter contrahentes ita conventum fuit , in addit. dict. art. 38. pr. d. ubi porrò tradit. de-

7 consuetudine hodiernâ fori Saxonici, † Venditorem immobilium regulariter de evictione conveniri posse usque ad 31. annum cum tribus quaterdenis, Mobilium autem Venditorem post annum non amplius teneri. † Quis sanè consuetudo optimâ nititur ratione, siquidem emptor tenet res mobiles per annum poterat se tueri exceptione præscriptionis analis, quâ si usus non est, habet, quod sibi imputet, nec regressus ei datur contra Venditorem l. 19. C. de evit. Matth. Coler. dict. decif. 27. n. 4. † Adeoque hodie in foro Saxonico venditor rei venditæ Guarantor tamdiu esse debet, donec emptor eam præscribat, quod fit in rebus immobilibus triginta annis, anno & die, in rebus autem mobilibus post annum & diem, Zobel. dict. loc.

Ita Domini in causa Johann Meusers in Seidewitz/Mens April. Anno 1633. (Verba sent. Habt ihr eurem Nachbar hiebevor ein Haus um eine gewisse Summa Geldes verkaufft/ und in Lehen reichen lassen / x. So seyd ihr ihm dasselbe gebührlichen zu gewehren schuldig/ es wäre denn/ das Räuffer über 30. Jahr/Jahr und Tag/und also über rechtsverwehrte Zeit solch Haus geruhltchen besessen hätte/ auf solchen Fall wäret ihr ihm zu fernerer Gewehr nicht verbunden / V. R. W.)

**DEFINIT. XIX.**  
Edificium, quod quis in suo solo non jure extruxit, elapsò etiam decennio potest impugnari.

1 **A**dificium quis extruxerat in suo solo, ex quo vicino damnum aliquod inferri, ejusque aquæ ductus injuriâ impediri videbatur, quæsumum hinc fuit: *An post decennium hoc opus impugnari & ad ejus destructionem agi possit?* † Sanè quia ad ejusmodi opus destruendum nulla alia actio competit, quâm interdictum, Quod vi aut clam. Matth. Wesenb. l. 1. cons. 34. n. 51. † Quod interdictum absque dubio annale est l. semper 15. §. hoc interdictum 3. ff. quod vi aut clam, videbatur dicendum adificium hoc elapsò decennio ulterius impugnari non posse. 4. † Maximè cum ex lapsu decennii præsumatur consensus, ut tradit Wesenb. dict. cons. 34. n. 46. † Sed contrarium Dominis verius fuit visum post elapsum nempe decennium ac etiam vicennium, adificium non jure exstructum à vicino impugnari posse, siquidem præter interdictum, Quod vi aut clam, etiam negotioria actio competit contra adificium non jure exstructum, ut in simili tradit Modest. Pistor. p. 1. q. 28. n. 5. † Quæ quia perpetua est, dummodo servitus, triginta annis, anno & die non fuerit præscripta, sicuti & ipsa rei Vindicatio, Joh. Schneidewin. in §. ult. num. 19. Inst. de servit. & Inst. de usucap. sub tit. de spesib. prescript. n. 53. † nil certè obstat, quo minus hac actione ad destructionem novi operis agi possit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Hat bemeldeter euer Nachbar in seinem erkaufsten Hause eine Rüche erbauet/ ob nun wol solches allbereit vor 11. Jahren geschehen/ da aber dennoch solche Rüche von ihm weniger als mit Recht erbauet/ und dadurch euch zur Ungebühr Schaden zugezogen worden wäre/ x. So wäret ihr deswegen bemeldeten euren Nachbarn zu beschagen/ und daß die erbauete Rüche wiederum eingerissen und abgeschaffet werde/ zu suchen wohl befugt/ und es hätte sich derselbe mit der Verjährung noch zur Zeit nicht zu behelfen/ V.R.W.)

**DEFINIT. XX.**  
Actioni Pauliane, que competit ad revocanda bona in fraudem Creditorum alienata, quanto tempore præscribatur.

C esti juris est, quod Creditoribus liceat revocare bona à debitore fraudulenter alienata intra annum utillem, quo effluxo, ipsis porro nulla compe-

tit actio l. 1. & 10. in pr. ff. que in fraud. Credit. ubi Matth. Wesenb. in parat. n. 12. Zal. ad d. l. 10. num. 18. † Quod tamen duplicit fallit; Primo in actionibus seu juribus incorporalibus, veluti si debitor in fraudem Creditoris debitorem suum liberasset, quo casu Creditori ad revocandam suam liberationem tantum datur tempus, quantum actio illa debitoris durasset, l. ait prætor. 10. §. si conditionalis 23. ff. que in fraud. Creditor. Secundo, † in alienatione facta ex causâ lucrativâ. Nam de eo, quod ex causâ onerosâ hoc casu tenet possessor, intra annum utilem solummodo à Creditoribus conveniri potest, de hoc vero, quod ad ipsum pervenit ex causa lucrativa, tenetur perpetuò, nimurum intra triginta annos, per text. in d. l. ait prætor. 10. §. 24. ff. que in fraud. Creditor. ubi Bartol. Joh. Schneidew. in §. item si quis in fraudem 6. num. 81. Inst. de action. † Ergo facta donatione in fraudem Creditorum, actioni revocatoriae in foro Saxonico non nisi triginta annis, anno & die præscribitur.

Ita Domini in causa C. A. ab H. Mens Jun. Anno 1632. (Verba sent. Aufn Fall die angeführte donatio in fraudem Creditorum geschehen/ seynd die Gläubigere actionem revocatoriam anjustellen befugt/mis welcher action sie aber nach Gelegenheit dieses Falls/weil ihr des Schuldeners mobilia ex causa lucrativa erlanget/ auch nach verflossener Jahresfrist zu gelassen werden/V.R.W.)

**DEFINIT. XXI.**  
Ad introducendam consuetudinem in foro Saxonico requiritur spacium triginta annorum cum anno & die.

N on unanimis est Dd. opinio, quantum tempus ad Consuetudinis præscriptionem de jure civili sit necessarium. Etsi enim communiter existiment, ad hoc, ut consuetudo introducatur, sufficere de jure communi spacium longi temporis, scilicet decem vel 20. annorum juxta l. sed & ea 35. ff. de leg. arg. l. 1. in fin. C. de usucap. transform. l. pen. & tot. tit. C. de long. temp. prescript. l. si cum fideicommissa 10. §. Arist. 3. ff. qui & à quib. manum. l. sine præfinito 23. ff. de pæn. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 28. & part. 1. decif. 21. n. 1. Audr. Gail. lib. 2. observat. 31. Ludov. Fachs. 1. differ. 12. † Attamen dissentient alii, ut videre licet apud Christ. Zobel. part. 2. differ. 4. & recenset quatuor diversas opiniones hac de re Bald. lib. 5. cons. 340. n. 2. † tandemque in eò subsistit, quod longissimo tempore præscribatur consuetudo. † Nec enim hæc res aperto jure definita est, ut meritò tempus præscriptionis ad introducendam consuetudinem arbitrio Judicis relinquendum existimet cum Jac. Menoch. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 33. n. 6. De jure autem Saxonico res dubio caret. † Sive enim præter, si ve contra jus inducatur consuetudo, requiruntur semper triginta anni, annus & dies, dreyßig Jahr/ Jahr und Tag/Ludoy. Fachs. dict. diff. 12. Bened. Reinh. diff. 2. part. 6. Zobel. dict. differ. 4. in fin. Matth. Coler. dict. cap. 3. n. 29. & decif. 21. num. 5. Schneidew. in §. sine scripto 9. n. 5. Inst. de jur. natural. & Civili.

Pronuntiantibus ita Domini in causa H. ab H. ab una, ejusdemque subditorum ab altera parte, Mens. Sept. Anno 1620. (Verba sent. Es wäre denn ein anders durch eine beständige Gewohnheit über 30. Jahr/Jahr und Tag eingeführet/ sc. ob-

**DEFINIT. XXII.**  
Præscriptio consuetudinis debet esse continuata, non interrupta.

Q uis super consuetudine intentionem suam fundat, easin probare debet, Andr. Gail. lib. 2.

- 2 obser. 31. n. 14. † Adeo ut non credatur Judici de consuetudine testanti.  
Veluti pronunciarunt Domini in causa Magdalenen Martinus Eusebius Chepeids contra Georg Schöner zu Döllitzsch/Mens. Jul. Anno 1633.
- 3 Qua consuetudo facta est, c. i. de const. in 6to. † Facta vero non presumuntur l. in bello 12. §. facti 2. ff. de capt. & postlim. revers. c. cum in jury 31. Extra de offic. & p. p. jud. delegat. † Nisi consuetudo sit generalis & notoria, qua probatio non indiget, Bartol. in l. Lege Juli a 4. ff. de testib. Gail. lib. 1. obser. 36. n. 16. Non sufficit autem in genere consuetudinem probari, † sed si quis succumbere nolit, debet eam probare cum suis requisitis, de quib. vide Andr. Gail. lib. 2. obser. 31. Joh. Schneidew. in S. fine script. 9. n. 4. & seqq. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 34. ubi instruit advocatos in probanda consuetudine & formandis articulis probatoris. † Imprimis vero bene notandum, quod consuetudo præscriptione aliter non inducatur, nisi præscriptio sit continuata, non interrupta, adeoque probanda quoque est continuatio consuetudinis per diversos actus, Coler. dict. v. 3. n. 34. vers. tertio articulabie per l. i. & 2. C. qua sit longa consuet. † Sufficit tamen duos ad minimum probari actus, si frequentiores habeti nequicant, accedente tempore longissimo, modò ne contraria actus existant. Col. dict. loc. Gail. dict. lib. 2. obser. 31. n. 7. Joh. Schneidew. dict. S. fine scripto. 9. numer. 6.

Ita Domini in causa A. à S. ju S. Mens. August. Anno 1633. (Verba sent. Ihr könnet den euren Fürgeben nach/ wie recht erweisen und beybringen/dass in euren Gerichten ein anders durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/ solche auch über rechtesverwahrte Zeit unverbrüchlich jedesmal auf begebende Fälle also gehalten werden wäre/re.

## DEFINIT. XXIII.

**P**rivilegium per non usum longissimi temporis band amittitur, quando occasio utendi se non obrutit.

- 1 Privilegium, quò alicui facultas faciendi aliquid conceditur, decem jure communi, & triginta annorum anni & diei spacio jure Saxonico non utendo amittitur l. i. ff. de Nundin. Aut. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 13. defin. 10. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 11. num. 98. Andr. Gail. lib. 2. obser. 60. Quod alter verum non est, † quam si curriculum temporis effluxerit ab illo termino, quo privilegii usus aliquis esse potuerit, nec tamen ullus subsecutus sit.
- 3 Anton. Fab. dict. defin. 10. † Etenim, si occasio utendi se non obtulerit, quia tum nulla negligentia culpa non utenti imputari potest, privilegium haud amittitur, etiamsi eo ultra hominum memoriam vel mille annos quis non fuerit usus Peck. in c. decet 16. n. 6. & 8. de Reg. Jur. in 6to. Gail. dict. obser. 60. n. 1.
- 4 Rauchb. dict. q. 11. n. 100. † Tum, per l. unus ex sociis. 34. §. ult. cum seq. ff. de serv. rust. pred. uti servitus hauriendo aquam ex fundo alterius non amittitur, si fons exaruerit, ita ut servitute possessor uti non potuerit, & l. & Artilicinus 35. ff. eod. tit. † Tum, quod non valenti agere non currat præscriptio l. i. & ne autem 2. C. de annal. except. † Tum, ubi non est negligencia, ibi nec debet esse poena, Jason. Col. 3. cons. 7. in fin. † Hinc adversus nobiles, qui ex concesione & privilegio merum habent imperium, non currit præscriptio, si longissimo tempore gladii potestate adversus facinorosos usi non sint, ed quod non obveniret occasio puniri facinorosos: † Sed eveniente postea occasione, nullà præscriptione obstatte, possunt non tantum in facinorosos animadversare, sed & furcas restaurare, & loco collapsarum novas origere, Gail. dict. obser. 60. n. 6.

Carpe. Definit. Vol. I.

 curritur; † Etenim quia hic defuncti personam re-  
 præsentat, & ejusdem cum defuncto Juris censetur;  
 accessio etiam temporis, quo defunctus possedit,  
 ipsi prodest, §. diutina possesio 7. Inst. de usucap. t. de  
 accessionibus. 14. in pr. ff. de divers. temp. præscript.  
 † Idque verum est non solum in herede universalis,  
 sed & in successore singulari, ita scilicet, ut & Em-  
 por vendori succedens utatur accessione tempo-  
 ris ejus, quo vendor in possessione fuit, dict. §. 7.  
 inst. de usucap. l. 14. ff. eod. tit. lib. 2. pen. ff. pro em-  
 ptor. † Quamvis inter heredem & Emptorem haud  
 minima existat differentia; illi enim defuncti mala  
 fides nocet, bona vero defuncti fides prodest. † At  
 huic, nec mala vendoris fides obest, si modò à sua  
 persona usucaptionem incipiat, l. 5. ff. de div. temp.  
 præscript. l. 13. §. 4. ff. de acqu. vel amitt. poß. nec bo-  
 na fides prodest l. 2. §. 14. ff. pro empt. † Non enim  
 ut heres defuncti, sic emptor vendoris personam re-  
 præsentat, neque ut heres in jus universum, sed in  
 rem duntaxat singularem succedit, l. 24. ff. de verb.  
 signif. l. 62. ff. de Reg. Jur. † Adeoque ad continuan-  
 dam usucaptionem in persona Emptoris ipsius bona  
 fides omnino requiritur. † Quamvis si expressè de  
 mala fide non constet, bona fides ex cursu temporis  
 longissimi præsumatur, nisi contrarium, emptorem  
 scilicet in mala fide constitutum fuisse, à Domino  
 probari queat, Matth. Coler. ad c. ult. n. 39. extr. de  
 prescript. Petr. Heig. part. 1. quest. 16. n. 55. Vid. Const.  
 precep. Defin. 7.

Ita Domini ad consultationem Prætoris & Scabiorum  
 Freibergensium, Mens. Dec. Anno 1633. (Verba sent. Ob  
 nun wol solche Erb-Geloer allbereit vor dreysig Jahren/Jahr  
 und Tag/fällig gewesen/und die Häuser/darauffse stehen und  
 haissen / solche Zeit über nicht einen / sondern un:erschiedene  
 Besitzer gehabt/und etliche in die dritte und vierde Hand kom-  
 men/und verkauft worden. Da sie aber dennoch binnen ob-  
 gesetzter Zeit niemals gemahnet worden/ic. So wären sie  
 nunmehr verjähret / und möchten mit Bestande ferner nicht  
 eingemahnet werden/B. R. W.)

Et in causa Luck Dörings zu Breslau / Mens. Dec. Anno  
 1601.

## CONSTITUTIO V.

## PARTIS SECUNDÆ.

**Ob die Præscription der Sächsischen Rechte als 30. Jahr/Jahr und Tages/ auch wider Kirchen/Universitäten/Hospital und pia loca statt habe?**

**W**nsere Verordnete seyn dessen einig/ daß die Præscription der 30. Jahr/ Jahr und Tages/ davon die Sache redet/ nicht statt habe wider Kirchen/ Universitäten/Schulen/ und andere pia loca. Und weil dann die gemeinen Rechte verordnen/ daß nach Verlauffung 40. Jahr wider Kirchen könne præscribiret werden/ daß sie auch innerhalb vier Jahren und nach 4. Jahren/ justa ex causâ zu restituiren/ herowegen sey billich/ daß man sich im Sprechen díffalls nach den gemeinen Rechten halte/ solches Privilegium aber die Clerici, Professoren der Universitäten oder einzelne Personen/ in ihren selbst Privat-Sachen/ nicht haben sollen/ So lassen wir es auch dabej bleiben/ und sollen sich unsere Gerichte in rechtlicher Erklänniß dessen also halten.

Præscriptio Juris Saxonici, quæ est  
XXX. annorum, anni & diei, num locum habeat  
contra Ecclesias, Universitates, Hospi-  
talia & pia loca?

**P**raescriptionem Juris Saxonici tri-  
ginta annorum, anni & diei, con-  
tra Ecclesias, Universitates, Scho-  
las & alia pia loca admittendam  
non esse, Deputati nostri existimârunt. Sed  
cum jure communi quadraginta annorum  
præscriptio contra Ecclesiam requiratur, eo-  
que tempore elapsi intra annos quatuor sub-  
sequentes, & postea ex justa causa in inte-  
grum eadem restituatur, id in judicando se-  
quendum existimarunt, ita tamen ut privile-  
gium hoc ad Clericos, Academiarum Pro-  
fessores aliasque, quatenus de rebus ipso-  
rum privatis agitur, non extendatur, quod  
& nos probantes, in judiciis nostrarum ditio-  
num servari volumus.

## DEFINITIONES.

1. *Contra prædia, ad Ecclesias & Universitates pertinencia, non nisi quadragenaria præscriptio obtinet.*
  2. *Neque Ecclesia contra Ecclesiam, hospitalia aliæque pia loca breviori temporis spacio prescribit.*
  3. *Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis quadagenaria.*
  4. *Præscriptio quadagenaria pertinet etiam ad Reditus annuos, qui Ecclesia aliisve piis locis debentur.*
  5. *Contra pagum vel universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis cum anno & die.*
  6. *Res mobiles Ecclesiæ, Hospitalium aliorumque piorum locorum, anno & die in foro Saxonico prescribuntur.*
  7. *Præscriptioni quadagenaria contra Ecclesiam ne*
- quidem in foro Saxonico additur augmentum anni & diei in præscriptionibus Saxoniciis alias usitatum.
8. *Stipendium certis personis atque familia studiorum causa relictum, etiamsi nemo in familia literis operam navet, in alios tamen pios usus converti nequit.*
  9. *Salarium semestre sive annum gratia, das Gnaden-Jahr / lucrantur heredes defuncti, etiamsi hereditati paterna renunciaverint.*
  10. *De anno gratia seu salario semestri et alienum defuncti exsolvi haud debet.*
  11. *Defuncto Ecclesia ministro proventus ex anno gratia simul liberis & vidua ipsius debentur, etiamsi hec bona marito illata repeatat.*
  12. *Salarium semestre inter defuncti Pastoris viduam & liberos equaliter & secundum capita dividii debet.*

## DEFINIT. I.

*Contra prædia, ad Ecclesias & Universitates pertinencia, non nisi quadagenaria præscriptio obtinet.*

1. **D**efinitionem generalem ponit jus civile, quod præscriptio longi ac longissimi temporis non currat adversus Ecclesiam aliqua pia loca, sed requiratur ad hanc spacum quadraginta annorum,
2. *Auth. quas actiones C. de Sacrof. Eccles. & quod & Ju-  
ri Canonico in c. de quarta 4. c. ad aures 6. c. illud. 8.*
3. *exer. de prescript. & atque moribus Saxoniciis con-  
venit, in Gloss. art. 29. lib. 1. Landr. num. 4. S. der  
Sächs. bac. Constit. Elect. 5. Eaque definitio am-  
pliatur primo in prædiis ad Ecclesias aliqua pia  
loca pertinentibus, ut putâ si quis prætenderet  
jus servitutis ex præscriptione in prædio ad Eccle-  
siam pertinente, Didac. Cov. pract. qu. 37. num. 8.  
Hartm. Pift. observ. go. Joh. Schneidew. in tit. Inst. de  
prescr. rubr. quot sunt spec. præscript. n. 22. & Tùm.,*
4. *propter verba generalia dict. Const. & Gloss. art. 29.*

lib. 1. Landr. Tùm., & quod prædium pertinens ad Ecclesiam istius pars quædam censeatur, sicuti villa vel castrum dicitur pars Civitatis, Salycet. in l. Res. publica 4. num. 4. C. quib. ex caus. major. & Tùm., 7 per text. in l. qui ex vico. 30. ff. ad municip. l. nulli. 28. q. quod si in vico 4. C. de Episc. & Cleric. ex quibus probatur, quod juris est in civitate, idem etiam obtinere in villis ad civitatem pertinentibus, Hartm. Pift. d. l. n. 7.

Ita Domini in causa des Hospitals zu Werben/ und des Kirchen zu Gertewitz Mensl. April. Anno 1633. (Verba sent. Hac das Hospital zu Werben aufs etlichen Bauer-Ackern eine Schaaf-Trift und servitut prætendiret/und sich derselben gebrauchet. Ob nun wovor 14. oder mehr Jahren berührte Acker der Kirchen zu Gertewitz verkauft/ihren Gütern ge-geeignet worden/ und nunmehr vor Kirchen-Gut zu halten seyn/da aber democh das Hospital nunmehr in die 40. Jahr die Schaaf-Trift auf selbigen Acker geruhiglichen gehabt hätte/ ic. So hätte auf solchem Fall berührtes Hospital durch Verjährung auf den Kirchen-Ackern eine servitut und Gerechtigkeit erlanget/ und möchte derselben wider seines Willen nicht entzogen werden/B.R.W.)

## DEFINIT. II.

*Neque Ecclesia contra Ecclesiam, Hospitalia, aliaque pia loca breviori temporis spacio prescribit.*

1. **A**mpl. secundò in Hospitalibus & Ecclesiis præscribentibus contra Ecclesiæ atque pia loca. De quo equidem primâ fronte dubitare quis posset propter Canones, qui tricennalem hoc casu comprobant præscriptionem, ut est cap. placuit. 4. c. quicunque 44. caus. 16. quest. 3. c. sanctorum. 3. extr. de præscript. † Quibus suffragatur vulgatum illud brocardium, quod privilegiatus non utatur privilegio adversus privilegiatum l. verum. 11. §. pen. ff. de minor. † At Canones istos, concedentes præscriptionem tricennalem Ecclesiæ adversus Ecclesiæ, hodie correctos esse, satis liquet ex verbis c. illud. 8. extr. de præscript. Unde rectissimè infertur, † nedum in privato præscribente contra Ecclesiæ, sed etiam si una Ecclesia præscribat contra aliam Ecclesiæ aliae pia loca, semper requiri præscriptionem quadragenariam, † quod & probant c. ad aures 6. c. de quart. 4. extr. de præscript. † Idemque sentiunt Dd. communiter in Auth. quas actiones Cod. de Sacrof. Eccles. Matth. Coler. in dict. cap. illud 8. num. 3. ubi & Gloss. Balb. de prescript. part. 1. part. 5. princip. quest. 1. n. 4. † Nec quicquam movet Dd. brocardicum, Prælegiatum scilicet suo privilegio non uti adversus privilegiatum. Quod certè universaliter verum non est, secundum Gloss. in l. verum 11. §. p. ff. de minor. & Matth. Coler. dict. c. illud 8. num. 3. † Quin & falsum hoc esse, dicit Ant. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 2. defin. 86. n. 17. Absque dubio † illud non aliter intelligendum, quām si privilegiatus (ut in casu præsenti) certet de damno vitando adversus prælegiatum lucrum quærentem, prout eleganter probat l. fin. ff. ex quib. caus. major.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Auf solchen Fall hätte benannts Hospital durch Verjährung (der 40. Jahr) auf den Kirchen-Ackern eine Service erlanget/B.D.W.)

## DEFINIT. III.

*Ecclesia succedens privato, contra quem inchoata est præscriptio, gaudet privilegio præscriptionis quadragenarie.*

1. **A**mpliatur Tertiò, si Ecclesia succedit privato, contra quem inchoata est præscriptio. Quo casu, Ecclesiæ uti jure privati, cui succedit, tradit. Gloss. in Auth. quas actiones Cod. de Sacrof. Eccles. 2. † per text. in l. fiscus, cum in privati jus succedit. 6. ff. de jur. fisc. idemque probare videtur l. si fundum. 16. ff. de fundo dorali, ubi prælegium non interpellat 3. eam possessionem, quæ antea cœperat. † Sed Glossam hanc reprobant communiter Dd. tribuentes prælegium præscriptionis quadragenariæ Ecclesiæ vel universitati, aut alii pio loco, etiam si privato, cœptâ jam præscriptione, successerit, tēste Jason. in Auth. quas actiones n. 36. C. de SS. Eccles. ubi pro confirmatione hujus assertionis † allegat textum notabilem in Auth. quod si quis quibusdam. C. de prescript. long. temp. 10. vel 20. annorum. quō naotus in eandem descendit sententiam Dan. Moller. ad Const. banc 5. n. 6. † Quæ neutiquam infringitur d. l. fiscus 6. ff. de jure fisci, jubet siquidem hic textus fiscum uti jure privati, cui succedit pro antiquo saltē tempore, relinquent ipsi prælegium suum, posteaquam succederit. † Quamvis & dici queat, agi ibidem de jure privati perfecto & consummato, non etiam de jure seu præscriptione cœptâ, nondum consummata, quæ si semel contra privatum fuerit perfecta, ne quidem ab Ecclesia, succedente privato, rescindi potest, † Minus obest dict. l. si fundum 16. ff. de fundo

dotali, quæ illo tantummodo prælegio uti prohibet prælegiatum succedentem privato, per quod præscriptio in totum tollitur. † At prælegium præscriptionis quadragenariæ, Ecclesiæ competens, jus præscriptionis non tollit; sed paulisper immutat atque differt, ut propterea Ecclesia suo prælegio uti nulla ex causa prohiberi debeat; † Quantum enim differat jus aliquod differri, & simpliciter tolli, vel exinde constat, quod princeps posit concedere debitori rescriptum, per quod differatur solutio & debitum, sed non licet ipsi dare rescriptum, per quod in totum tollatur debitum, l. quoties 2. l. universa. 4. C. de prec. Imp. offer. Jason. dicto loco n. 37.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ob nun wohl vor 40. oder mehr Jahren berührte Bauer - Acker zu Gereuth verkauft worden/ihren Gütern jügeiget/und nun nicht vor Kirchen-Gut zu halten seyn/ie.)

## DEFINIT. IV.

*Præscriptio quadragenaria pertinet etiam ad Reditus annuos, qui Ecclesia aliisve piis locis debentur.*

1. **A**mpl. quartò Definitio 1. in annuis reditibus aliisque præstationibus, quæ Ecclesiæ, Universitati aliisque piis locis debentur, ut hisce non nisi spacio quadraginta annorum præscribatur. † Satis enim generalia sunt verba Constit. Elect. quod scilicet præscriptio juris Saxonici tringita annorum, anni & diei contra Ecclesiæ, Universitatis, Hospitalia & alia pia loca admittenda non sit, † quæ & propter ea generaliter de omni indifferenter præscriptione, contra Ecclesiæ & pia loca eorumque jura intelligi debent l. de pretio. 8. ff. de publ. in rem. aet. l. i. §. generaliter. 1. ff. de legat. præstand. Bald. l. i. cons. 35. ut dubium non sit, † quin & anua. præstationes, quæ Ecclesiæ piis locis debentur, prælegio hoc quadragenariæ præscriptionis gaudeant; Quo & facit, quod Novell. 131. cap. 6. prælegium quadragenariæ præscriptionis extendat ad exactionem legatorum & hereditatum, quæ ad piis causas relicta sunt, cum quibus ratione qualitatis bene comparantur annui reditus ac præstationes, quæ Ecclesiæ debentur.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris in Heringen/ Mense Febr. Anno 1608. (Verba sent. So viel aber die übrigen 6. Scheffel Haber jährlicher Zins anlanget/dieweil mehr gedachte Hospitals Vermunden von bestimmter Zeit an zwölff March. Scheffel nicht allein jährlichen angenommen/ sondern auch darüber quittiert / die übrigen 6. March. Scheffel aber von derselben Zeit an nicht gemahnet/ie. So seyn auch diejenigen 6. March. Scheffel/von welcher Verfaßung an 40. Jahr verlossen/durch die Verjährung aufgehoben/B.D.W.)

## DEFINIT. V.

*Contra pagum vel universitatem currit præscriptio usitata Saxonica tricennalis cum anno 5 die.*

1. Imitatur autem primò dict. Defin. 1. in universitate Rusticorum, sive pago alioque hominum ci-viumque collegio. Rationem dubitandi quidem præberet hec Const. Elect. 5. † quæ præscriptionem tricennariam Saxoniam contra Universitatem non magis atque contra Ecclesiæ admittit, sed ad præscribendum hoc casu præcisè quadraginta annos requirit, quare nec breviori temporis spacio adversus communitatem in pago vel oppido præscribi existimat Matth. Coler. part. 1. decif. 20. num. 7. & ibidem Jacob. Schult. in addit. num. 17. quod & jamdudum sensisse videtur Zobel. in addit. ad art. 29. lit. B. l. 1. Land. Recht. † At si verba Const. Elect. penitus inspiciantur, ex illis hoc nequaquam probari, quilibet fateri necessum habet, † quippe de Universitatibus ibidem agitur seu Academiis, ut manifestè probatur ex verbis initialibus, Universitatēn / Schulēn / rc.

Et

Et subsequentibus verb. Aber die Professoren der Universitäten oder einzelne Personen/ic. † Nec ratio dict. Const. quæ potissimum favorem piorum locorum concernit, communitati hominum civiumque in pagis & oppidis accommodari potest. † Quin & si tricennialis præscriptio usitata Saxonica currit contra Rempubl. ac civitatem, uti probat Const. Elect. 6. p. 2. multò magis præscriptio hæc triginta annorum, anni & diei contra communitatem in pagis locum habebit, nec opus erit præscriptione quadragenaria, † Ne scilicet Rustici in pagis majori gaudent privilegio, quæ cives ac incolæ in oppidis & Civitatibus, ut probè animadvertisit Dñ. Moller. ad hanc Constit. s. num. 8.

Ita Domini in causa Rudolphi à P. und der Gemeinde von Göttberg/Mensl. Octobr. Anno 1630. (Verba sent. Ob wohl die Gemeinde zu Göttberg euch die Erffit. Gerechtigkeit auff ihren der Gemeinde Feldern nicht geständig seyn will / da ihr euch aber dennoch derselben über 30. Jahr/Jahr und Tag geruhlichen gebrauchet hättet/ ic. So hättet ihr solche Erffit. Gerechtigkeit auff der Gemeinde Feldern durch Verjährung erlanget/ und es wäre euch nunmehr berührte Gemeinde beständiger Weise darwider Eintrag zu thun nichts befugt / B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Res mobiles Ecclesiærum, Hospitalium aliorumque locorum piorum anno & die in foro Saxonico prescribuntur.*

1. Limitatur secundò in rebus mobilibus ac se moventibus Ecclesiærum, aliorumque locorum piorum, in quibus præscriptio quadragenaria cessat. 2. † Hasce tamen res mobiles etiam in foro Saxonico non anno sed triennio præscribi, secundum dispositionem Juris communis in Aub. quas actiones. Cod. de S. S. Eccles. tradit Berlich. part. 2. conclus. 7. num. 3. 12. † eò quod Lex vel statutum ad jus commune reducens, atque privilegium præscriptionis quadragenariae contra Ecclesiam concedens sit favorable, ac propterea de uno ad alium casum extendatur, secundum Jason. in l. non dubium s. num. 42. Cod. de legib. & l. n. 4. Cod. de ius vocando. † Sed vel non intelligo hanc rationem ejusque applicationem ad casum præsentem, vel si quicquam stringit, sequitur exinde, non nisi quadraginta annis res mobiles Ecclesiærum præscribi. † Loquitur enim Constitutio statutaria de præscriptione quadagenaria, quæ hac ratione, si extensio fieret cum omnibus suis qualitatibus, prout de jure fieri debet, l. sed si manente. ff. de precar. Menoch. lib. 4. prefumpt. 39. num. 33. traheretur etiam ad res mobiles, quod nec ipsem fecit Berlich. † Sanè quia dicta Constitut. Elect. s. 6. non nisi de casibus agit, in quibus alias in foro Saxonico locum habet præscriptio tricennaria anni & diei, in cuius locum substituit præscriptionem quadagenariam, utique de rebus mobilibus ac se moventibus nil speciale ibidem dispositum videtur, quia hæc res non continentur tricennaria præscriptione. † Remanente ergo circa res mobiles Ecclesiæ dispositione communi Saxonica, ad harum præscriptionem annum & diem sufficere, concludimus ex art. 28. lib. 1. Landr. art. 21. Wettbild. Gloss. in Wettbild. art. 4. Schneidew. in tit. Inst. de præscript. Rubr. quot sunt spec. Præscript. n. 53.

Ita Domini ad requisitionem Caspari Schlegels zu Birckhain/Mensl. Mayo Anno 1633. (Verba sent. Seyn etliche Schafe/so dem Spital daselbst gehörig/ unter einer Bich vermenget worden. Da nun solches die Vorsteher des Hospitals gewußt/ und binnen Jahr und Tag dazwischen geschwiegen/ ihr auch nicht anders vermeynet/ als daß selbige Schafe euch gehörig gewesen/ ic. So hättet ihr nunmehr berührte Schafe durch Verjährung erlanget/ und möchtet sie dem Hospital ferner auszuarbeiten nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Prescriptioni quadragenarie contra Ecclesiam, ne quidem in foro Saxonico additur augmentum anni & diei in prescriptionibus Saxonice alias usitatum.*

Cum dispositio juris Saxonici præscriptioni tricennaria addat annum & diem, hoc est, sex septimanæ & tres dies, intra quem terminum nemo contra alium res immobiles & incorporales præscribere potest, nisi exactè sit præterlapsus, dubitatur, an in præscriptione quadagenaria contra Ecclesias vel alia pia loca etiam annus & dies requiratur, ita ut contra Ecclesias in foro Saxonico non precise quadraginta annis, prout de jure communi dispositum est, sed annis quadraginta addito anno uno & die prescribar? † ita quidem sentit Christ. Zobel. part. 2. diff. 3. n. 3. & seqq. quem sequitur Matth. Berlich. p. 2. concl. 7. n. 8. & seqq. † At dictum suprà Constit. 3. De finit. 5. augmentum anni & diei in præscriptionibus usitatum, ne quidem in foro Saxonico præscriptionibus specialibus & singularibus, quæ alias de jure communi estimantur, adjiciendum esse, † eò quod dispositio nova statutaria trahi non consueverit ad causas speciales in antiquæ jure communi expressos & exceptos, † ne alioquin per illam privilegium à jure communi concessum alicui auferatur, Andr. Ti. raquell. de retract. lignar. §. 1. gl. 14. num. 103. & seq. † Quare nec in casu præsenti præscriptio quadagenaria contra Ecclesiam in foro Saxonico immutanda, eique spaciū anni & diei addendum erit, † Id que tanto minus, quanto clarioribus verbis D. Augustus Elector in b. Constitut. 5. confirmando præscriptionem quadagenariam ad jus commune (quo augmentum istud anni & diei planè incognitum est) se refert, & secundum hoc in judiciis Saxonice pronunciari jubet, verb. Derowegen sey billich/ daß man sich im Sprechen díßfalls nach den gemeinen Rechten halte/ ic. So lassen wir es auch dabey bleiben/ und sollen sich unsere Gerichte im rechtlichen Erfäntniß dessen also halten.

Ita Domini ad requisitionem Questoris in Heringen/Mensl. Febr. Anno 1608. (Verba sent. So seynd die jetzigen 6. Mart. Scheffel/ von welcher Vertragung an/ als sie wenlich fällig worden/ 40. Jahr vollständig verlossen/ durch die Verjährung aufgehoben/ und es ist das Hospital solche Sinsen ferner zu fordern nicht berechtigt/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Stipendium certis personis atque familia studiorum causa relatum, etiam si nemo in familia literis operam navet, in alios tamen usus pios converti nequit.*

Dubitandum non est, quin verosimilius etiam voluntas testatoris servanda sit, l. cum res 47. in pr. ff. de legat. 1. l. sicut certi. 9. l. sicut vel in utero. 10. C. de testam. milit. 1. Titius. 25. §. Lucius Titius. 1. ff. de lib. & posth. † illudque potissimum inspici debeat, quod testator verisimiliter disposuisset, si de eo fuisset interrogatus, l. ult. Cod. de post. ber. inst. l. quoni-am. 4. C. de donat. liber. l. qui gravi. ii. ff. de jur. Codicill. † adeò, ut licet casus omissus habeatur pro omisso, tam si subsit Conjectura mentis testatoris, dispositio extendatur, Jul. Clar. libr. de sentent. S. testam. quest. 76. vers. quinta regula. Jason. vol. 1. cons. 4. n. 1. Francisc. Mantic. de conject. ult. volant. lib. 3. tit. 19. n. 4. † Quare cum verisimile sit, testatorem stipendium, certæ familiae studiorum causâ relatum, in alium similem finem potius collocari quam extingui maluisse, probabiliter forsitan quis dixerit, † ex mente etiam testatoris ejusmodi stipendium ad alios usus pios converti posse, si nemo in familia

- 6 existat, qui studiis incumbere velit, † maximè cum ob favorem pia causa multò facilius fiat extensio dispositionis de causa ad causam, ut tradit Mantic.  
 7 dict. tit. 19. num. 10. † Verum de mente disponentis non controvertendum, nec voluntatis extensio admittenda est, quando dispositio ipsa effectum sortiri potest, Mant. dict. libr. 3. tit. 3. num. 14. † quod sit in causa praesenti, si deficientibus in familia studiosis, pecunia ad honestum lucrum & usuras licitas collocetur, indeque stipendium augeatur ac crescat, quo tempore futuro. Studiosus in familia existens ampliori ac pinguiori testatoris fruatur beneficio. Ut sic contra expressam disponentis voluntatem quicquam moliri impium esse videatur. † Tum quod potius servanda sit voluntas Testatoris, quam contra ejus voluntatem danda libertas l. contra voluntatem 7. C. de test. man. l. si cui purè libertas 31. Ioin fin. pr. ff. ad SCium Trebell. † Nec pertinet ad arbitrium alicujus, mutare voluntatem testatoris, adeò ut relictum ad certum usum non possint etiam in meliorem usum ab executoribus commutari, ut 1 latè consuluit Natta conf. 7. † Tum, quod voluntas testatoris, si in totum servari non possit, debeat saltem servari, quantum potest, l. in testamento. 31. ff. de condit. & demonstr. Cravett. conf. 1. num. 5. † Tum, quod nec favore pia causa liceat à voluntate disponentis declinare, sed favorabilibus causis ita demum favor debet exhiberi, si aliis injuria non fiat, cap. ex senore. 11. Extr. de for. compet. cap. nuper. 6. Extr. de donat. int. vir. & uxor. Bald. vol. 1. conf. 254. in fin. 13 Angel. conf. 328. n. 5. ubi ex facto respondit, † quod pia dispositio ad plium propositum testatoris debeat conservari, sed non ita, ut trahatur ad alium plium usum, de quo testator non sensit, quia in hoc, inquit, nulla versatur pietas, sed magis impietas.

Ita Domini in causa H. E. ab H. Mens. Dec. Anno 1630.

#### DEFINIT. IX.

*Salarium semestre sive annum gratie das Gnaden  
Jahr lucrantur heredes defuncti, etiam si per  
terne hereditati renuncia-  
verint.*

- 1 Plerisque in locis liberis & heredibus ministrorum Ecclesiaz mortuorum salario totius in sequentis anni concedi solent, vulgo das Gnaden. Jahr/ 6  
 2 Andr. Rauchb. p. 1. qu. 25. n. 12. † Hisce autem in- 7  
terriss semestria solummodo salario liberi defunctorum pastorum consequuntur ex dispositione D. Au-  
gusti Elect. Saxon. in Conf. Ecclesiast. de Anno 1580. sub tit. Von immunitatē und Freyheiten der Kirchens-  
 3 Diener. §. Und zu fernerer Gnade /c. † Eaque 8  
debentur, etiam si paternaz hereditati renunciaverint, siquidem salario hoc non ex hereditate pa-  
 4 tris, † sed ex liberalitate Principis seu peculiare quoddam beneficium lucrantur, uti satis appareat ex dict. Constit. Ecclesiast. loco allegato in verb. Und zu fernerer Gnade /c. Ex gratia itaque Principis Electoris Illustrissimi hoc beneficium tenent. † At- 9  
qui liberi ea, quæ non à patre sed aliunde accipiunt, retinere possunt, etiam si patris hereditate se abstineant l. si arrogator 22. §. 1. ff. de adopt. l. si maritus 46. ff. famil. ercisc. l. Papinianus. 8. §. meminisse 4. ff. de inoffic. testam. l. si post mortem 68. in pr. ff. de legat. 1.  
 6 † Idemque obtinet in anno gratiae, quod competit post mortem Praelatorum Canonicorum ipsorum, liberis, ex identitate nempe rationis, quæ in casu simili idem jus facit, l. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 9. §. 2. ff. de edendo.

Ita Domini in causa liberorum I. E. ab H. gegen Zeit Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Ob euch nun wohl das annus gratiae verweigert werden will/in Betrachtung/dass ihr

euch eures Vaters Erbschaft leimahl verglichen / und dahero selbiger proventuum euch anzumessen nicht befugt wäret/die weil aber dennoch bemeldtes beneficium der verstorbenen Pra- laten und Canonicorum Nachkommen und Erben nicht jure hereditario, sondern aus einer sonderbaren Concession und Verordnung zuständig/und also unter des Verstorbenen Erb- schaft nicht begriffen/noch dahero die von euch beschene re- nunciatio hereditatis paterna. Inhalts der Rechte auf das annum gratiae zu ziehen/c. So habt ihr euch auch/ der be- schenen renunciatio hereditatis ungeachtet/ des anni gra- tiae nochmals zu erfreuen/nud es werden euch die Einkünfte selbiges Jahres billich abgefølget.)

#### DEFINIT. X.

*De anno gratiae seu salario semestri as alienum de-  
functi exsolvi haud debet.*

S Alaria vel honoraria annua etiam nondum eme- rita, si intra annum illi, qui officium gesserunt, veluti Doctores, Professores & Advocati, moriantur, ad eorundem heredes integra transmittuntur l. si quis in sacris. 11. in fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. l. matriculam 3. C. de agent. in rebus lib. 12. l. 1. §. 13. ff. de var. & extraordin. cognit. l. qui operas. 38. ff. locatil. 11. §. 9. C. de Judic. Bartol. in dict. l. 1. §. 13. n. 8. ff. de var. & extr. cognit. Andr. Gail. lib. 1. obser. 44. n. 12. † De quibus dubium non esse videtur, quia heredes Creditoribus defuncti satisfacere teneantur per text. in d. l. si quis in sacris 11. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. cum hoc additamentum jure hereditario heredibus quibuscumque tam ab intestato quam ex testamento deferatur l. post. duos 15. C. de Advoc. di- vers. judicior. dict. l. matriculam. 3. C. de agent. in reb. lib. 12. † Sed numeris de anno gratiae seu salario so- mestri, quod liberis defuncti ministri Ecclesia debetur, as alienum solvendum erit? Recte hoc negat Andr. Rauchb. p. 1. qu. 25. n. 23. † Tum per text. in l. ult. cum Autb. seq. C. de pignor. Novell. 53. c. 5. Nov. 97. c. 4. ubi in iis commodis, quæ mortuis militantibus he- redibus eorum pro tenore communis militantium placiti vel divinæ sanctionis tale præstantis benefi- cium dari solent d. l. ult. C. de pign. Creditoribus nihil omnino juris competit, nisi defuncti eorum pecuniæ militiam sibi comparaverint. † Atqui huic militum beneficio, Annus gratiae, de quo in præsen- ti, optimè comparari potest, † Tum, quod heredes defuncti pastoris annum gratiae non ex hereditate patris, sed ex speciali privilegio & concessione prin- cipis habeant, ut dixi Defin. preced. † Quare nec de hoc debita hereditaria solvere tenentur, perinde sicuti nec Agnati & filii, ad quos feudorum successio ex pacto & providentia defertur, debita hereditaria agnoscere compelluntur. † Cum feuda ex Domini investientis & primi acquirentis beneficio, non he- reditario jure vel ab ultimo defuncto adipiscantur c. un. & ibi feudist. an filius vel agnatus. Rauchb. dict. qu. 25. n. 25.

Ita Domini in causa Georgii Blaueschieds & VVolfgangi Kiesens zu Weyda/Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Dietweil aber dennoch nach Absterben eures Pfarr-Herrns der hinterlassenen Wittib und Erben vermöge Churf. Sächs. Kirchen-Ordnung/die halbjährige Pfarr-Einkünften als eine sonderbare Begnadigung zustehen/und also mit des verstorbenen Pfarr-Herrns Erbschaft nicht vermenget / noch des Pfarr-Herrn Schulden davon bezahlet werden dürffen/c.)

#### DEFINIT. XI.

*Defuncto Ecclesiaz ministro proventus ex anno gratiae simul liberis & vidua ipsius debentur, etiam si  
hac bona marito illata repetat.*

D Efuncto Ecclesiaz ministro semestria salario li- 1  
beris solis non debentur, sed & vidua ex pro- 2  
ventibus anni gratiae suam portionem lucrat, de- 3  
quo vix dubium esse potest, propter verba clara Ord. 4  
Ecclesiastic. Elect. Saxonie de An. 1580. tit. Von im- 5  
mu-

- munitaribus und Freyheiten der Kirchendiener. S. und zu ferner Gnab/ibi: wollen wir der verstorbenen Pastor und Kirchendiener Wittiben und Kindern ein halb Jahr nach ihres Ehemirths und Vatern Absterben den halben Theil seiner Jahrs: Besoldung von 2 Zeit seines Absterbens an folgen lassen/et. † Quid autem, si vidua bona marito illata repetat, nec portionem statutariam eligat, quod ipsi facere licet, ex 3 Constitut. Elector. 20. part. 3. † Sanè, nec tum viduam à proventibus anni gratiæ excludendam dixerim, quia Constit. Ecclesiastica non distinguit, sed indefinitè ac generaliter viduæ ac liberis hoc beneficium tribuit, quare nec nos distinguere debemus. 4 de pretio 8. ff. de public. in rem. act. l. i. §. generaliter. 4 i. ff. de legat. prestand. † Nec movet me, quod viduæ bona illata repetenti, nil quicquam ex bonis mariti competit, secundum Constitut. Elector. 20. 5 p. 3. ubi Dan. Moll. † Siquidem salarium semestre post obitum mariti viduæ & liberis non jure hereditario, & ex bonis mariti ac patris, sed potius ex liberalitate Principis, ceu speciale quoddam beneficium, debetur, quod cum bonis hereditariis nil commune habet, dicit. Ord. Eccles.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Ob wohl vorgedachte Wittib zu ihrem Einbringen gegriffen / daher sie die Kinder zu den halbjährigen Pfarr-Einkünften/das Guaden-Jahr genannt / zugelassen nicht gemeinet seyn / dieweil aber dennoch solches Gnaden-Jahr der hinterlassenen Wittib und Erben als eine sonderbare Begnadigung juziehet/ et. So wird auch mehrgedachte Wittib zugleich nebenst ihrem Einbringen zu solchen halbjährigen Pfarr-Einkünften zu gleichem Theil billich zugelassen/ (V. R. W.)

Et in causa hereditum Martini Riedels zu Kauffungen/ Mens. Jun. Anno 1634. ( Verba sent. So wird solches Gnaden geld unter die Wittib/ wenn sie auch gleich zu ihrem eingebrochenen Gut kieste/ und die Erben zugleich billich vertheilet/ (V. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Salarium semestre inter defuncti Pastoris Viduam & liberos equaliter & secundum capita dividi debet.*

Quæsitum etiam fuit, si plures liberi cum vidua defuncti Ecclesie ministri concurrant, an proventus anni gratiæ equaliter & juxta capita inter eos dividendi debeant? Quod affirmare non dubitavimus. † Tum, quod si proventus salarii semestris competit 2 ipsis ex speciali quodam privilegio Principis, non jure hereditario, neque ex bonis defuncti patris & mariti, † ut sic divisio secundum Constit. Elect. 20. 3 p. 3. quæ viduæ tertiam aut quartam partem bonorum mariti tribuit, residuo liberis relieto, nequam fieri beat. † Tum, quod simul viduæ & liberis defuncti pastoris salarium semestre concedatur in Ordin. Ecclesiast. sub tit. Von immunitatibus und Freyheiten der Kirchendiener / S. zu ferner Gnab in verb. Wollen wir der verstorbenen Pastor und Kirchendiener Wittiben und Kindern/ &c. Ubi notanda particula (&) conjunctiva, † cujus ea est Natura, ut conjuncti æqualiter & pro virilibus portionibus admittantur, l. Reos. 11. §. cum in tabulis. 1. ff. de duobus reis l. duobus 85. in pr. ff. de legat. 1. l. un. §. bis ita 10. vers. hoc ita tam varie. & §. ubi autem 11. Cod. de caduc. toll. l. si quis Titio 7. ff. de usufr. accresc. † Hinc frater & ejus filii heredes instituti conjunctim & ex æquis portionibus vocati videntur, Franc. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 4. tit. 7. n. 20.

Ita Domini in causa Johannis Sartorii zu Scheidig/Mens. Dec. Anno 1631. ( Verba sent. Ist euer Grossvater ein Pfarr-Herr im Stift Merseburg Lodes verfahren / und hat seine Wittib an einem / und euch und euer Brüder seine Kinder am andern Theil/hinter sich verlassen/ et. So werden die halbjährigen Einkünften/so vermöge Churf. Sächs. Kirchen-Ordnung der Wittiben und Erben gehören/ unter euch und eure Brüder als seuer Kindes-Kinder / und die Wittibe zugleich nach den Häuptern / also das eins so viel als das andere bekomme/billich vertheilet/ (V. R. W.)

Item an Georg Blanschmieden zu Weida/Mens. Mart. Anno 1633. ( Verba sent. So wird die Wittib zugleich mit den Kindern zugelassen/und ihr davon so viel als einem unter den Kindern billich ausgeantwortet/ (V. R. W.)

## CONSTITUTIO VI.

### PARTIS SECUNDÆ.

Ob wider eine Stadt die Präscriptio der Sächsis. Rechte statt habe?

 S halten gleicher Gestalt etliche da vor/dass die Verjährung der S. Rechte wider eine Stadt oder Rempublicam nicht statt habe. Dieweil aber unsere Schöppenstühle aus guten erheblichen Ursachen bis anhero nach Sachsen-Recht auf die Verjährung der ein und dreißig Jahr/sechs Wochen und drey Tage/in diesen Landen diffalls gesprochen/So lassen wir es auch das bey bleiben/und wollen/dass hinführō dermassen auch also erkannt werden soll.

#### DEFINITIONES.

1. *Præscriptio contra certos quosdam cives intentata civitati non nocet.*
2. *Magistratus municipalis, licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales ordinationes condere potest.*
3. *Impetrans Privilegium contra utilitatem publicam quando & quatenus peccet contra Juramentum, quo juravit, se promoturum utilitatem publicam.*
4. *Nobilibus in pagis & castris suis, absquo speciali concession aut præscriptione Cerevisiam vendere, aliudque perniciuum urbibus mercimonium exercere non licet.*
5. *Neque Rusticis ac Incolis in villis aut pagis Cerevisiam coquere & vendere, aliaque Civium commercia exercere permisum est.*
6. *Liberi adium paternarum possessores Cerevisiam*

- coquere possunt, etiam si ipsi met in numerum Civium recepti non sint.
7. Nobiles tamen pro usu domus & familie sue Cervisiam coquere haud probibentur.
  8. Privilegia Civitatis aut Civibus concessa latissime sunt interpretanda, & quisnam eorum interpres.
  9. Collegia opificum de causis ad Collegium pertinentibus cognoscere, Collegios punire ac coercere possunt.
  10. Extracausas tamen ad Collegium pertinentes iurisdictio Opificum in collegios ad alias causas & delicta non extenditur.
  11. Non valent statuta opificum, quibus probibent, Ne quod unus cepit, alter perficiat.
  12. Legitimus per subsequens matrimonium, in collegium opificum recipi debet.
  13. Non minus quoque in collegium opificum est recipiendus, dicens uxorem, quam antea impregnaverat.
  14. Nec removendus è Collegio opificum, qui ab alio impregnata dicit in matrimonium.
  15. Legitimus per subsequens matrimonium dari potest testimonium natalitium, quod ex thoro legitimo & parentibus honestis natus fuerit.
  16. Legitimus per Comitem Palatinum Civium consoratio dignus judicatur.
  17. Collegio per mortem Collegiorum dissoluto bona Collegii Superioris, seu Magistrati accrescunt.

## DEFINIT. I.

*Præscriptio contra certos quosdam Civiles intentata Civitati non nocet.*

1. Præscriptio Juris Saxonici triginta annorum, anni & diei etiam adversus Civitatem vel Rempublicam locum habet, b. Const. 6. Ad hoc tamen ut contra Civitatem præscribatur, requiritur,
2. † quod præscriptio sit incepta contra ipsam Civitatem & communionem nomine universalis; alias si contra certas quasdam personas singulares tan-
3. tummodò præscribatur, † haud contra Civitatem præscriptum censetur, Modest. Pist. vol. 1. conf. 12. n. 12. & 13. Felin. in c. cum accessissent g. n. 29. Extr. de
4. const. † Siquidem ea, quæ sunt Civitatis seu Universitatis, non sunt singulorum §. universitatis & inst. de rer. divis. l. sed si bac lege 10. §. qui manumittitur 4. ff. de injus vocand. l. sicut municipium. 7. §. si quid
5. universitati. 1. ff. quod cujusque univers. nom. † Quare nec factis singulorum jura toti Civitati competentia immutari, nec præscriptione adversus singulos intentata quicquam Universitati auferri potest.
6. † Quia nemini sine proprio facto jus suum auferitur, l. id quod nostrum. 11. ff. de Reg. Jur. l. fin. ff. de pact.
7. † Nec factum alterius alteri obesse, aut præjudicium afferre debet, l. non debet alteri. 74. ff. de Reg. Jur. l. de pupillo. 5. §. si plurimum. 5. ff. de oper. nov. nunci. at. l. quidam. 25. §. si quis filium. 2. ff. ad SCium Trebell.

Ita Domini in causa Civitatis G. Mens. Nov. Anno 1630. Verba sent. Ist eure Stadt und geweine Bürgerschafft vor undenclichen Jahren vom R. Kaiser aller Zölle im Reiche aus sonderbahrer Begnadigung befreyet worden / wenn nun gleich etliche unter den Bürgern in der Nachbarschafft und bey etlichen vom Adel den gewöhnlichen Euch-Zoll auch über Rechtsverwehrte Zeit entrichtet hätten/ ic. So hätte doch die Stadt und gemeine Bürgerschafft solche ihre Freyheit dadurch nicht verloren / und haben auch dannenhero bemeldte vom Adel einige Verjährung wider die Stadt und ganze Bürgerschafft zu prætendiren nicht Zug/B. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Magistratus municipalis, licet jurisdictionem non habeat, circa res tamen venales ordinationes condere potest.*

18. Ex Contractu Senatus & Administratorum Civitas ejusque bona non obligantur, nisi Civis, vel saltē consilium omnes Civis representans in contractum illum consenserit.
19. Veli si probetur Mutuum in rem & utilitatem civitatis versus esse.
20. In venditione annuorum redditum à Civitate facta, probatio in rem versionis ab Emptore non exigitur.
21. Quando pecunia mutuò data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qui contraxerunt, ex mutuo tenentur.
22. Quā de causā, Creditor actionem ex mutuo adversus Civitatem & Administratores eodem libello alternativè intendere potest.
23. Nec Administratores exceptione non verse pecunia in rem Civitatis aduersus Creditores fere rueri possunt.
24. Pro debito communī legitimè contracto, Civis singulares, eorumque bona obligantur.
25. Nisi cives contrabentes semetipso singulatim obligaverint.
26. Bonis Civium singulorum obligatis, num unusquisque in solidum conveniri queat?
27. Legitimatio per Rescriptum Principis aus Comitem Palatinum facta in successione jus quæsumum nemini auferit.

Quæsitum fuit, an Magistratus municipalis Civitatis, que Jurisdictionem non habet, facere quæcæ ordinationes de rebus, que venales in foro sunt proponenda? † Rectissimè id affirmat Mod. Pistor. p. 4. qu. 134. Tum, quod Magistratus, etiam si Jurisdictionem non habeat, nihilominus tamen representet populum istius Civitatis, in cuius domino videtur esse forum, Hottom. in §. universitatis. 6. Inst. de rer. divis. † adeoque jure dominii licet Magistrati facere ordinationes de rebus in foro venalibus, cum quilibet sit justus moderator & arbiter rei suæ, l. 21. C. mandati. † Tum, quod forum sit locus publicus magis jure Civitatis, quam vi alicujus Jurisdictionis l. prætor ait. 2. §. & tam publicis 2. ff. ne quid in loc. publ. † Quare & ii, quibus jura Civitatis competunt, de foro disponere possunt, arg. l. omnes populi 9. ff. de Just. & jur. ubi Bartol. qu. 1. num. 3. vers. si verò queris. permittit hujusmodi Magistribus facultatem statuendi circa administrationem bonorum suorum, ad quæ videtur pertinere & forum. † Tum, per tit. ff. de administr. rer. ad Civitat. 6. pert. Ex quo colligi videtur, quod administrationem rerum civitatis pertineat ad Magistratus civitatis illius, Modest. Pist. dict. qu. 134. n. 8.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Wann gleich selbiger Stadt/davon eure Frage meldet/ eine jurisdiction nicht zuständig wäre/ So wählen doch die Gerichts-Personen gemarter Stadt zum besten eine gewisse March-Ordnung zu machen/ wohl befugt/B. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Impetrans Privilegium contra utilitatem publicam quando & quatenus peccet contra juramentum, quo juravit, se promotorum utilite tem publicam.*

Perjurium & contra Jusjurandum facere videri, qui impetrat privilegium contra utilitatem publicam, quam se promotorum juravit, tradit Mod. Pistor. part. 3. quest. 121. num. 1. secundus Joh. Bolognetum in l. si quis major. 4. n. 50. Cod. de transact. † Ubi docet, impetrantem privilegium contra utilitatem Reipublicæ in perjurium incidere, quamvis eo non fuerit usus. † In quam sententiam videtur quo-

quoque inclinare ipsem Modest. Pistor. absque dubio motus autoritate & rationibus Bologneti, quas refert Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. **dicit. quæst. num. 12. num. 5. &c. seqq.** † Ac sanè ipsa intentio personæ impetrantis privilegium reprehensione digna est, quæ nec quicquam petere debeat contra fidem jurisperandi. † Neutro tamen casu impetrans privilegium, sive eo fuerit usus, sive non, perjurium incurrit, si per id nullum Reipublicæ damnum afferatur, sed tantum lucri perceptio impediat: † Inter quæ duo magna existit differentia, cum commodo suo cuiilibet inhibere liceat, quamvis alterius lucro, quo is antea usus est, aliquid decedat, ut bene advertit Jacob. Thoming. *allegatus à Modest. Pistor. dicto loco num. 2.*

Ita Domini in causa Martini Grossmans zu Horschleben/Mensl. Majo Anno 1633. (Verba sentent. Habe ich als eine Nachs-Person des Orts/den gewöhnlichen Eyd ablegen/ und gemeiner Stadt Beses zu suchen schweren müssen / worauf ih unlängsten bey der hohen Obrigkeit um den Weinschance supplicirer/ und auf eurem Hause ein sonderbares privilegium Wein zu schenken erhalten. Ob nun wohl hierdurch dem Rathskeller und also gemeiner Stadt nicht wenig Genos entzogen wird/rc. So habt ihr doch durch Erhaltung gedachtes privilegii eurem geleisteten Eyd keinesweges zu wider gehandelt/ derwegen ihr auch mit einiger Strafe nichts zu belegen seyd/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Nobilibus in pagis & castris suis, absq; speciali concesione aut præscriptione, Cerevisiam vendere aliq; perniciosa urbibus mercimonium exercere non licet.*

**S**ingulæ Civitates de jure fundatum habent privilegium, ne infra miliare circum circa habeatur Vinum vel Cerevisia extranea venalis, & ne fiant decoctiones hujusmodi, neque incolis, in villis adjacentibus, perniciosa urbibus mercimonia exercere permittatur, art. 66. in pr. ubi Zobel. lit. a. l. 3. Landr. **†** Nam quælibet Civitas ad tantum spacium & imo amplius habet dominium & territorium sive districtum, Bart. in l. ult. Cod. de colleg. lib. ii. Dd. in cap. ubi periculum. §. porro. in verb. territorio, de elect. in 6to. l. nulli. 28. quod si in vico. 4. Cod. de Episcop. **3** Cleric. † Adeoque & nobiles infra miliare & Cerevisiam vendere, aliave mercimonia exercere **4** prohibentur. † Sed num in castris vel pagis, ultra miliare adjacentibus, illud Nobilibus permisum erit? Sanè si Nobiles ex speciali concessione aut privilegio, vel etiam præscriptione hoc jus non acquisiverint, † facultatem coquendi & vendendi cerevisiam, aliaque mercimonia civium propria exercendi, neutquam ipsis competere existimandum est, per text. in l. Nobiliores. 3. Cod. de commerc. & mercat. ibi: Nobiliores natalibus & honorum luce conspicuos, & patrimonio ditiones perniciosa urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebejos & negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium. † Quæ sanctio cum jure Saxonico expresse sublata aut mutata non reperiatur, nil certè prohibet, quò minus observari etiamnum debeat in foro quoque Saxonico, l. precipimus. 32. Cod. de appellat. † Nam casus in jure provinciali omissus dispositioni juris communis censetur relictus, arg. l. quicquid adstringenda. 99. ubi Dd. ff. de Verb. Obligat. Jas. in l. si posthumus. 14. n. i. ff. de lib. & postb. Gram. decis. 47. num. 4. & 5. **8** † Quo & facit sententia postb. Weichbild. rubr. Ob Edelleute auf ihren Lehen & Gütern mögen Bier brauen und ausschenken lassen / p. 115. fac. 2. in verb. daß die erbare Mannschaft Bier zu ver-

kauffen oder auszuschenken/noch andere Bürgerliche Nahrung zu üben oder zu treiben gar nicht Zug noch Recht haben/rc. † Quia & ejusmodi 9 commercia perinde ac artes mechanicae Nobilitati non conveniunt, Anton. Fab. in Cod. l. 9. tit. 28. definit. 18. num. 1. & 2. † ut vel propterea Nobiles ab 10 exercitio vilis hujusmodi mercatura abstinere debeant; † Siquidem Nobilitas amittitur, quoties No- 11 bilis utitur vilibus artibus & mechanicis, Tiraqu. de nobil. c. 27. Bald. d. l. 3. Cod. de commerc. & mercat. Fab. dict. defin. 18. n. 2. † Atque de hoc minus dubii 12 est in Electoratu Saxonie, propter claram sanctio- nem D. Augusti Electoris in Ord. provinc. de Anno 1555. sub tit. Brauen/Schenken/und andere Bür- gerliche Handthierungen auffm Lande/rc.

Ita Domini ad consultationem Wolffens von Kraßheim, M. Nov. An. 1595. (Verba sentent. Dieweil denen vom A. del / vermöge gemeiner geschriebener Rechte / Bürgerliche Nahrung und Handthierung zu treiben verboten/ auch nicht zu befinden/ daß in Sächs. Rechten ein anders verordnet/ sondern vielmehr auch auf Sächs. Boden solches in Übung und Brauch also gehalten wird. So mag auch denen vom A. del / welche solche Gerechtigkeit durch ein privilegium oder Verjährung nicht erlanget/ungeachtet/ daß sie weiter als eine Meilwege von der Stadt/davon eure Frage meldet/gesessen sind/mit deme von ihnen gebrauchten Bier/thre Kreßschmar/ Krüge/oder Schenken zu verlegen/ nicht gesattet und nachgelassen werden/ V.R.W.)

## DEFINIT. V.

*Neg. Rusticis ac Incolis in villis aut pagis cerevisiam coquere ac vendere aliq; Civium commercia exercere permisum est.*

**Q**uod nobilibus ceu Magistratui non licet, Desi- nit. preced. † Illud multò minus Rusticis sive subditis erit concedendum. Quare nec hisce commercia urbibus perniciosa exercere, imprimis vero cerevisiam coquere ac vendere licebit. † Et qui- dem de habitantibus in villis infra milliare adjacen- tibus, minus dubium esse videtur propter text. man- ifest. in art. 66. lib. 3. Landrecht. in pr. ibi: Man mag keinen Markt bauen/dem andern auf eine Meile zu nahe/ † Ubi per Vocabulum (Markt) 3 quævis intelliguntur commercia, aliaque jura, quæ Civium ac incolarum in urbibus sunt propria, secundum Gloss. dict. art. 66. lit. a. in final. verb. Et intellige textum hic in verb. Markt von allerley Bürgerlicher Handthierung/welche den Städten zuständig seynd. † At nec Rusticis in villis & castris ultra millaria adjacentibus facultas com- mercia ejusmodi exercendi cerevisiamque braxan- di & vendendi, competit. † Quia commerciorum 5 jura sunt privilegiata, ac non nisi iis concessa, qui exercendorum mercatum licentiam Principis in- dultu & autoritate meruerunt, l. un. C. de nundin. l. i. ff. eod. tit. Gloss. German. dict. art. 66. in verb. Man mag keinen Markt bauen, num. 2. art. 1. Weichbild. vers. Markt-Recht ist dieses. † Qua- re cum nullibi Rusticis Jura commerciorum ac Ci- vitatis concessa reperiantur, utique, nec absque spe- ciali privilegio aut præscriptione iisdem exercere ea licere, dicendum erit.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba sententia: Wie denn auch die Bauersleute außerhalb der Städte und Märkte in Dörfern / welche von der hohen Obrigkeit Stadt- und Markt-Recht nicht erlanget / oder sonstigen dermassen privilegiert/ daß sie Bürgerlicher Handthierung und Nahrung sich gebrauchen mögen / ungeachtet / daß solche Dörfer von bemeldter Stadt auch weiter als eine Meilpeges gelegen/Bier zu brauen/und dasselbige den Kreßschmar oder andern zu verkaufen nicht befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Liberi adium paternarum possessores Cerevisiam coquere possunt, etiam si ipsi non in numerum Ci-*

*vium recepti non sint.*

**I**ntra jura Civium sive Incolarum haud certè minimum est, quod Cerevisiam coquere ac vendere queant; id quod speciali privilegio civibus indulatum videtur, nec aliis, qui in Civium numero haud reperiuntur, vel certo pretio exsoluto Jura Civitatis (das Bürger-Recht) assecuti sunt, concedi solet. **†** Hinc defuncto aliquo ex numero Civium, liberis sive heredibus ejus, etiam si zedes paternas possideant, jus Cerevisiam coquendi seu braxandi non competeare, multi sibi persuasum habent. **†** Cum enim id privilegium, non nisi ratione officii & juris municipalis datum sit, quod neque in heredes translat, neque in liberos, fieri non potest, ut finito illo jure & officio duret, finitur **†** siquidem privilegium competens ob certam aliquam qualitatem, illa qualitate finita, *i. athlete. 8. §. gentium. 1. ff. de excus. tutor.* Anton. Fab. in *Codic. lib. 9. tit. 28. de fin. 9. num. 10.* **†** Neque privilegium personale personam privilegiatam egreditur, *i. quia tale. 13. ff. foliat. matrim. l. ex pluribus. 42. de adm. tutor.* **†** Sed iniquissimum esset, hoc emolumenti, quod interfructus hereditatis non male refertur, liberis atque heredibus, zedium paternarum possessoribus, denegare, maximè cum jus braxandi Cerevisiam mere personale non sit, **†** sed plerumque ipsis zedibus inhæreat, & tanquam jus reale possessorem sequatur, in remunerationem aliquam administrationis familiaris ac domus. **†** Ex qua causa & ratione privilegium illud & restringendum & ampliandum est, *arg. l. Titia Sejo. 87. §. usuras. 1. ff. de legat. 2. l. 26. §. 1. ff. de Testam. milit. l. impuberi. 40. ff. de administ. 9. tutor.* **†** Et quis nescit, tributa, collectas, aliaque onera ab heredibus ceu possessoribus zedium exigit? **10.†** Quidni ergo zedibus fruendi ac proinde etiam facultas Cerevisiam coquendi & vendendi ipsis concedenda erit? *l. videlicet. 29. ff. ex quib. caus. 1. major.* **†** Quod tum certè zequissimum videtur, quando liberi sunt minorennes & Jurium municipalium nondum capaces, & nihilominus interim periculum atq; incommodum rei familiaris eos subire oporteat, *arg. l. 5. §. ult. ff. de testib. l. 7. ff. testam. quem. aper.*

Ita Domini in causa Eva filii Michael Lauters zu Pegau/Mens. Febr. Anno 1634. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl das Bürger-Recht noch zur Zeit nicht erlanget / dieweil ihr aber dennoch gleich anderu Nachbarn alle bürgerliche Beschwerung tragen müsset/ solches aber/da ihr euer Haus nicht nutzen sollt/ euch zu thun nicht möglichen/dahero andern Bürgern die Oeera zuwachsen/ und dr hohen Obrigkeit die Erancsteuer geschmäler würden/ce. So ist auch berührter Rath euch das Bierbrauen zu verweigern nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Nobiles tamen pro usu domus & familia sue Cerevisiam coquere haud prohibentur.*

**E**t si non magis Nobilibus ac Rusticis ipsis in castris, & villis Cerevisiam venalem habere, aliaque, quæ propriè civium sunt, exercere liceat; **†** Attamen, quin solum pro usu domus & familia sue Nobiles Cerevisiam coquere queant, ambigendum non est, prout in simili ferè casu tradit Dan. Moller. *de Nobili*, cum hoc pacto in Civitatem recepto, ne Cerevisiam coquere ei licet, quem tamen, conventione non obstante, tantum Cerevisia coquere potuisse, quantum pro familia opus haberet, responderunt Scabini, *lib. 4. Semestr. 17.* Hartm. Pistor. *Observat. 49.* ubi similem ferè casum tractat.

**†** Ita enim text. in *l. nobiliores. 3. C. de Commerc.* 3 & mercat. ab Interpp. communiter solet limitari, ut mercimonia Civium, Nobilibus etiam concessa, intelligantur pro necessitate domus sua & familiæ, Moller. *dicho loco.* **†** Eamque limitatio nem jamdudum placuisse *CCis Saxonis*, appareat *ex sententia post Weichbildi rubr.* Ob Edelleute auff ihren Lehn-Gütern mögen Bier brauen und ausschenken lassen / pag. 115. fac. 2. in verb. Allein mögen sie für sich und zur Nothdurstt ihrer Haushaltung Bier und allerley Getränke brauen/ und ihr Getreyde / was sie desß auff ihren eigenen Gütern bauen/ und anders nicht ihres Gefallens wohl verkauffen/ ce. **†** Quin & disertis 5 verbis hoc in Elector. Sax. permisum est Nobilibus, Ord. Prov. Elect. Augusti de Anno 1555. *ir.* Brauen / Schenken / und andere Bürgerliche Handthierung auffm Lande / vers. darum ordessen. in verb. anders denn er vor seine Haushaltung nothdürftig ist / und nicht auff den Kauff brauen soll/ ce.

Ita Domini in causa M. à R. Mens. Mayo 1633. (Verba sentent. Ob wohl denen vom Adel auffm Lande / ohne der hohen Landes-Obrigkeit sonderbare Verwilligung zu brauen/ und das Bier zu verschenden/und den Kreischaum zu verhandeln/ oder auch andere Bürgerliche Handthierung zu treiben nicht gehöhret/da ihr aber dennoch für eure Haushaltung allein Bier brauen wollet/ce. So wäre euch dasselbe auch ausser erlangter sonderlicher Concession für euch selbsten zu thun unbenötigten/ B.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*Privilegia Civitati aus civibus concessa latissime sunt interpretanda, & quisnam eorum interpres?*

**I**llustrissimus Elector Saxonie cum privilegium super impressione alicujus libri concessisset, eumque recudere, recudendum dare, vel alibi impressum palam seu occulte distrahere, sub certa poena alios prohibuisset, typographi autem quidam librum illum non quidem separatim, sed cum aliis eiusdem ferè materiæ libris conjunctim typis alibi impressum & in certum aliquod volumen redactum vendidissent, **†** quæsitus fuit, *an bisce typographis pena in privilegio prænominata esset imponenda?* **†** Certè, cum beneficia seu privilegia principalia ipsi Principes eorumq; successores soleant interpretari, *l. ex facto. 48. ubi Dd. ff. de vulgar. & sp. pill. substitut. l. Neratius. 191. ff. de Reg. Jur. l. ult. & ibi Bald. C. de legib. c. ordinarii. 3. de offic. jud. ord. in sexto. c. fin. extr. de concess. præbend. causa hæc haud inepte forsitan remitti potuisse ad explicacionem Illustrissimi privilegiantis. † Attamen Princeps 4 tum demum interpres est suorum privilegiorum, quando de mente vel sensu privilegii inter subditos contentio oritur difficilis, quæ ex verbis privilegii neutiquam potest decidi, Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 11. n. 142. **†** In casu autem præsenti, quo privilegium indefinitè concessum, ac prohibitio verbis generalibus facta fuerat, vix dubium esse potuit, **†** quin prædicti typographi vigore hujus privilegii ab opere suo abstineret, nec librum, cum aliis eiusdem farinæ materiis commixtum impressum vendere debuissent, ut propterea nulla ratione à poena, in privilegio expressâ, exempti essent. **†** Siquidem 7 beneficia ac privilegia Principis non sunt restrin- genda, sed latissime interpretanda, Jason. in *l. bene- ficium. 3. num. 18. ff. de confit. Princip.* Dan. Moller. lib 4. semestr. 21. **†** Hinc Hyppol. de Marsil. in pract. 8. §. aggredior. num. 143. & seqq. & Octav. Cacher. decis. 136. tradunt, immunitatem in dubio conces- sam*

sam censeri pro bonis etiam postea quæsitis, per text.  
in c. quia circa. 22. extr. de privileg.

Ita Domini in causa Johann. Helfrichs zu Leipzig/Mens. Septembr. Anno 1584. (Verba sentent. Hat der Elector zu Sachsen und Burggraff zu Magdeburg/ sc. Unser gnädigster Herr/ auf einer unterhängtis Ansuchen über euer Büchlein/darinnen ihr die Reise ins heilige Land beschrieben/ ein gnädigst Privilegium ertheilet / und darinnen dasselbe nachzudrucken/oder auch/ da es anderswo nachgedruckt / in diesen Landen zu verkauffen/ bei Straße 100. Reichshalter/ und Verlust der nachgedruckten Exemplarien verboten/dessen ungeachtet / haben die Buchführer alhier ob bemeldtes euer Literarium, so zu Frankfurt am Main nachgedruckt / öffentlich sell gehabt. Ob nun gleich dasselbe nicht besonders und allein/ sondern neben etlichen andern Büchern / so von gleichen Reisen beschrieben / in ein Volumen zusammen gedruckt/ da aber dennoch obgedachtes Privilegium gehürlchen publicaret worden/ und sie dessen Wissenschaft also bekommen hätten/ sc. So wäre ein jeder insonderheit in die Straße des ob bemelben Privilegii gefallen/B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Collegia opificum de causis ad collegium pertinentibus cognoscere & collegiatos punire accörcere possunt.*

1 **C**ollegia Opificum approbata, putà Fabrorum, Sutorum, Pistorum &c. de rebus ad eorum artem & professionem spectantibus, statuta inter se se specialia, etiam contra statuta Civitatis generalia condere possunt, l. ult. Cod. de Jurisdic. omn. judic. l. 2. §. fin. Cod. de Confis. pecun. Bartol. in l. omnes populi. 9. num. 6. ff. de Justit. & Jur. ibi & Jason. num. 37. Angel. in §. jus a. civile. 1. num. 4. Inst. de Jur. Nat. Gent. & Civil. Dan. Moller. libr. 2. Semestr. 15. in pr. De hisce statutis notandum primò:

2 † Quod necessariò non egeant confirmatione Superioris, cum à lege communi confirmetur, d. l. 2. Cod. de conf. pec. Jason. d. l. 9. num. 38. ff. de J. & J. Herm. Vultej. in l. ult. n. 18. vers. verius tamen est.

3 **C. de Jurisdic.** † Quamvis de consuetudine contrarium observari videamus, daß die Innungen und Zünfte von den Oberherren confirmaret werden / Johan. Schneidewin. in §. jus autem Civile. 1. num. 15. institut. de jure Nat. gent. & civil. Secundò:

4 † Eiusmodi statuta non nisi collegiatos ligant, hoc est eos, qui sunt ex numero Collegii, Zunftbrüder/ Jason. dict. l. 9. num. 37. ff. de J. & J. Vultej. dict. l.

5 ult. n. 23. † Dicuntur namque hujusmodi statuta Collegiorum conventiones, l. sed & ea 35. ff. de legib.

6 Atqui conventio inter certas personas aliis non præjudicat, l. si unas. 27. §. 4. vers. ante omnia. ff. de pæct.

7 Tertio: † Tribuunt quoque hæc statuta Magistris Collegiorum, den Zunftmeistern/ aliqualem jurisdictionem ac potestatem coercendi, mulctamque civilem irrogandi, Paul. de Castro. in l. privatorum. 3. num. 5. C. de Jurisd. Vult. in d. leg. ult. num. 18. & 20. Cod. cod. † ita ut de causis, inter collegiatos controversis, cognoscere, ac transgressores statutorum punire queant, Oldrat. consil. 128. num. 2.

8 & 3. † Quam jurisdictionem consequuntur Seniores Collegii eo ipso, quod eliguntur sive ab ipsius Collegiatis, sive ab ipsorum superiori. † Neque hoc casu contra l. privatorum. 3. C. de Jurisdic.

9 oprivatorum consensu Jurisdicatio datur. † Quippe quod Collegium aliquod sive universitas approbata non simpliciter loco privatorum habetur, & ab initio ita constitutum sit, ut eligendi sibi Judices potestatem habeat, quales esse nequeunt sine Jurisdictione, ejusdemque exercitio Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 8. n. 19.

Ita Domini in causa der Ober- und anderer Meister des Po-

famentierer-Handwerks/ Mensl. Sept. Anno 1629. (Verba sent. So seyd ihr beyde in eure Zunft gehörige Personen mit einer gewissen/eurem Articulis-Briefe gemäßigen/ Busse oder

Graffe zu belegen wohl befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Extra causas tamen ad Collegium pertinentes Jurisdictio Opificum in Collegiatos, ad alias causas & delicta non extenditur.*

1 **S**icuti statuta Opificum non nisi Collegiatos ligant, Gloss. in l. 2. C. de Confis. pecun. † Ita & Collegati non nisi de rebus ad Collegium pertinentibus statuta condere possunt. † Quæ duntaxat valent in causis civilibus, non etiam Criminalibus, Herm. Vult. in l. per iniquum ult. C. de Jurisd. n. 19. & seq. † Et quidem non indefinite in omnibus causis civilibus, sed solum ipsorum artem vel professionem concernentibus, non in aliis putà hereditatibus & similibus, Bald. in l. omnes populi. 9. ff. de Just. & jure num. 33. & in l. per iniquum ult. n. 3. & 4. C. de Jurisd. ubi & Paul. de Castro n. 2. & Vultej. n. 19. Joh. Schneidew. in §. jus autem civile. 1. num. 15. Instit. de jur. nat. gent. & civil. † Unde porro infertur, Collegia Opificum ac mercatorum nec super delictis à Collegiatis perpetratis cognoscere, nec delinquentes punire posse, siquidem Jurisdicatio Collegiorum cognitioni Magistratus ordinarii neutquam præjudicat, neque ad delicta contra jus commune civitatis perpetrata ullatenus extenditur, Vult. dict. num. 19. & 26.

Ita Domini ad consultationem J. H. à VV. Mens. Jun. An. no 1631. (Verba sentene. Hat N. N. ein Schuster in gutem bekannt und gestanden / daß er dem Schäfer zu Heckendorff zwey Thüren/ und anderswo einen Sack mit Hopfen vertruet und entwendet/ sc. So wird er solcher seiner Verbrechung wegen von euch willkürlichen/ entweder 14. Tage lang mit Gefängniß oder um füß Reueholt billich in Straße genommen/ das Schuster-Handwerk aber ist ihm derwegen zu bestraffen nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Non valent Statuta opificum, quibus prohibent, nequod unus coepit, alter perficiat.*

1 **C**ollegia mercatorum & Opificum licita & approbata, quæ Syndicum constituere, & in certo aliquo loco convenire, vel tractatus collegiales negotiorum communium exercere, aut etiam arcam communem, Gemeine Lade / & sigillum habere solent, Matth. Stephan. in pr. de Jurisd. lib. 2. p. 2. cap. 6. num. 82. & seqq. Felin. in c. accedentes. 11. extr. de prescript. num. 2. † Statuta de rebus ad ipsorum collegium pertinentibus condere posse, dixi Defin. præced. † Quod tamen aliter verum non est, quam si eiusmodi statuta juri divino & naturali non sint contraria, aut irrationalia, nec inter eos aliquod præjudicium generent, Jason. in l. omnes populi. 9. n. 27. & seqq. ff. de Just. & Jur. Matth. Steph. dict. p. 2. de Jurisd. cap. 8. n. 24. † Quare nec statutum, ut quod unus coepit, alteri perficie ne liceat. Daf/ was einer angefangen oder zugeschnitten/ der andere nich/ ausmachen dürffe/ valet, sed unusquisque, non obstante hoc statuto, quod ab altero inchoatum & derelictum est, sine timore aliquo dispendii perficere potest, † prout disertis verbis sanctum ab Imp. Zenone in l. un. vers. Ut ne quis. C. de monopol. Dan. Moller. lib. 2. semestr. cap. 15. Matth. Stephan. d. c. 8. num. 26. † Quamvis à plerisque Collegiis ex perversa consuetudine contrarium observari, testetur Moll. dicto loco.

Ita Domini in causa des Fischers-Handwerks zu Glaucha/ Mensl. Decembr. Anno 1630. (Verba sent. Ob wohl in euren Innungs-Briefen klar und deutlich versehen / daß/ was ein Fischer zu arbeiten angefangen und liegen lassen/ ein ander Meister in solchem Handwerk nicht fertigen und ausarbeiten dürffe/ dieweil aber dennoch der gleichen Vorstellung und Verordnung den gewissen Kaiserlichen Rechten schmädrat/ zu wider ist/ sc. So seyd auch berührte Innungs-Briefe/ so viel diesen Artikel anlangt/ zu Recht nicht gültig noch zulässlichen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Legitimus per subsequens matrimonium, in Collegium Opificum recipi debet.*

- 1 **I**ntra alia opificum statuta irrationabilia, & illud minimè probandum est, quod statuitur: Ne quorundam certorum opificum liberi, verbi gratia, Mollitorum, Textorum, Chirurgorum, Pastorum ovi-um, Tibicinum, Balneatorum, &c. in Collegia recipiantur, prout ejusmodi error abundè convin- citur ex Recess. Imp. August. de Anno 1548. sub rubr. Von Handwercks Söhnen/ Gesellen / und Lehr- Knaben. in pr. 2. part. Von Reformation guter Policey. p. 67. Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. p. 2. cap. 8. § 43. & 44. At hoc statutum omnino valet:
- 2 **F**ut nemo in Collegium recipiatur, nisi qui sit legitime natus, Joh. Schneidew. in §. jus autem civile. 1. num. 15. in fin. Inst. de jur. nat. gent. & civil.
- 3 **T** Quod ipsum tamen ad legitimatos per subse- quens matrimonium nequaquam extendi potest, quippe qui plane non differunt à legitimis Novell.
- 4 **74. & 89. cap. 1.** **T** Nam subsequens matrimonium purgat vitia omnia, quibus sublati, matrimonium existit justum, ac liberi inde nati habentur legitimi, c. tanta. 6. ubi Gloss. extr. qui filii sint legitimi. Andr.
- 5 **Gail. lib. 2. Observ. 141. num. 2.** **T** Nec valeret ejusmo- di statutum contra matrimonii jus & favorem, et iam si hunc casum disertè comprehendenderet, Matth.
- 6 **Wesend. in §. aliquando autem. 13. verb. efficitur. Inst. de nupt.** **T** Quin & iniquissimum esset, liberos inno- xios tanquam peccantes puniri, ut ait Imp. in pre- fect. Nov. 12. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 30. num. 31. & 26. Matth. Stephan. dicit. c. 8. num. 40. & seqq.

Ita tractatum in Scabinatu Mens. Decembr. An. 1622.

## DEFINIT. XIII.

*Non minus quoque in Collegium opificum est recipi- endus ducens uxorem, quam antea im- pregnaveras.*

- 1 **Q**uemvis omnis culpe expers non sit, qui carna- liter se commiscet cum ea, quam postea in uxorem dicit, ut propterea etiam vulgi opinione aliqua macula laboret. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 30. n. 31. **T** Attamen contractis postea nuptiis culpa tol- lilitur, ominisque macula cessat, matrimonium quippe retrotrahitur fictione juris omniaque vitia præ- cedentia purgat, **T** ita ut statim ab initio ante co- pulam carnalem contractum videatur matrimonium, cap. tanta. 6. ubi Gloss. & Panorm. 4. & 7. extr. qui filii sint legitimi. Andr. Gail lib. 2 Observ. 141. n. 2. **T** Quid ergo mirum, ut nuptiis subsecu- tis ejusmodi stuprator maritus postea factus legi- timus, in Collegium opificum recipi debeat. **T** Quod maximè verum est, si carnaliter cognoverit eam, cui matrimonium promisit, quo casu nec stuprum, committi rectissime quis affirmaverit. **T** Contractis siquidem sponsalibus, nuptias inter sponsum & sponsam celebratas fuisse atque Conjugium coepi- se, haud ineptè afferi potest, **T** præsertim cum de ju- re Civili Sponsalia sint verè matrimonium, seu nu- ptia, ut potè quas non concubitus sed consensus fa- cit, l. nuptias. 30. ff. de Reg. Jur. l. sufficit. 4. ff. de Spon- sal. c. alter. 1. caus. 30. quest. 5. c. honorantur. 13. caus. 32. quest. 2. **T** Quamvis de moribus Saxonici per co- pulam Sacerdotalem conjugium demum consum- mari dicatur, Const. Elect. 24. p. 2.

Ita Domini in causa H. Z. zu Kindelbrück/Mense Martio Año 1630. (Verba sententia: Habt ihr euch nach ausge- standenen Lehr-Jahren mit M. h. in ein Ehegeblößniß einge- lassen/und bey der Weißbecker-Innung euch des Handwercks zu gebrauchen gemuthet/und den gewöhnlichen Much-Gro- schen in die Lade erlegt. Ob sich nun wohl darauff begeben/

dass Ausgang eines viertheiljahres nach der Priesterlichen Copulation euer Weib niedergekommen / und eines Kunden genesen/ce. So möget ihr doch daunenhero an Treibung eu- ers Handwercks nicht gehindert werden/sondern es ist be- meldtes Handwerk/weil durch erfolgte Copulation vorige Unthat purgiret worden/ auch in ihre Zuflucht aufzunehmen schuldig/ B. N. W.)

Item an die Meister des Posamentirer-Handwerks zu Leip- zig/Mens. Septembr. Anno 1629. (Verba sent. Ob nun wohl derselbe sein Ehemahl/ ehe und juvor er sie gehyrathet/ ge- schwängert gehabt/ dieweil aber dennoch durch die vollzoge- ne Ehe der Mackel/ so durch vorhergehende Schwangerung ihme zugewachsen/ wiederum erloschen und aufgeheben wor- den/ce. So wird er auch in die Handwercks-Innung billich aufgenommen/ B. N. W.)

Item an die Meister des Schuster-Handwerks nach Neu- stadt an der Orla/Mens. Mart. Anno 1634.

Et in causa Sigismundi Nansei zu Bautzen/ Mens. Februar. Anno 1636.

## DEFINIT. XIV.

*Nec removendus à Collegio Opificum, qui ab alio impregnata ducit in matrimonium.*

**V**Idemus Collegia Opificum ac Mereatorum sa- pissime habere statutum vel consuetudinem, ne quis Collegiatus infamem ducat Uxorem, cum fieri vix possit, ut ex Conjugis infamia haud inura- tur macula quedam marito: Ex quo dicendum vi- debatur, Collegiatum cum muliere vitiata & ab alio imprægnata matrimonium contrahentem, vigore istius statuti, ex collegio jure removeri posse. **T** Sed durum & valde iniquum foret, si maritum hoc casu eam, quam non admisit, culpam luere oportere dic- ceremus: **T** Neque enim ex conjugis delicto mari- tus obligatur, vel culpam aliquam contrahit, ut nec propterea poenæ locus esse queat, l. aliud fraus est. 131. ff. de verb. signif. l. sanctius. 22. Cod. de pen. l. ab administratione. 8. Cod. de legat. l. si ideo. 7. ubi Bald. Cod. de his quib. ut indig. **T** Tantumque ab- est, opificem meretricem ducento peccare, ut potius egregium Charitatis opus exercere dicatur, c. inter opera. 20. extr. de Sponsal. c. integritas. 13. S. ult. caus. 32. qu. 1. **T** Nec est, quod verba statuti ur- geantur, quæ infamem uxorem ducere prohibent. Etsi enim maculæ laboret, quæ corpore suo qua- stum facit, l. 43. §. 1. & 4. ff. de rit. nupiar. **T** Atta- men de ea, quæ palam se se non prostituit, sed amo- re alicujus capta illi soli copiam sui fecit, seque stu- prari passa fuit, hoc neutiquam afferere ausim, nec ullibi jura huic infamiam irrogant. **T** Licet nam- que ejusmodi mulier, ex prava & sinistra hominum opinione, macula & infamia facti laborare censem- tur, l. 2. in fin. pr. ff. de Obseq. parent. pr. **T** Attamen in seriis vulgi opinioni falsæ non inhærendum est; Ab imperita enim multitudine qui pendet, inter ma- gnos viros non est numerandus, teste Ciceron. **T** Cùm non modò non gravissimum sit multitudinis testimonium, Cic. lib. 2. de finib. sed plerumque ne honestum quidem quod est gloriosum in vulgus, idem Cic. lib. 4. Academ. quest. Hartman. Pistor. lib. 1. quest. 30. num. 35. **T** Quicquid sit, per matrimonio- um postea contractum omnis uxoris macula, si qua restat, purgata est, Dd. in c. tanta. 6. extr. qui fil. fint legit.

Ita Domini ad requisitionem Michaelis Hoffmanns zu Leipzig/ Mense Septembr. Anno 1631. (Verba sententia: Ob sich nun wohl M. N. in ihrem Wittwenstande schwän- gern lassen/ dieweil sie aber dennoch hierdurch an ihrer Ehre nicht anrichtig worden/ ihre Verbrechung auch durch ausgestandene Straße allbereit gebüßet/ce. So ist auch dem Meister des Fleischer-Handwerks/der sie igo zu ehlichen Vor- habens ist/ solches zu thun unbenommen/ und es mag ihns verhalben von seinen Mitmeistern das Handwerk nicht gelegt/ noch er uebenst dem Weibe aus derselben Vor- nung/ als anrichtig/ entsezt und gestossen werden/ B. N. W.)

## DEFINIT. XV.

*Legitima per subsequens matrimonium dari potest testimonium natalitium, quod ex eborō legimo & parentibus bonis natus fuerit.*

- ¶ **P**lerisque in locis testimonio Natalitio vulgo den Geburts-Briefen multum fidei tribuitur, eoque non exhibito, nemo ferè aut difficulter admodum jura civitatis consequitur, inque civium consortium recipi solet. † Quæstum hinc fuit: *An legitimato per subsequens matrimonium, ejusmodi testimonium, quod scilicet natus fuerit ex probis honestis parentibus ac eborō legimo, von ehrlischen frommen Eltern/ und aus einem rechten/ ehelichen/ unbefleckten/ ungetadelten Ehebette herkommen und gebohren/ dari queat?* † Quod affirmare non dubitavimus. (1.) Siquidem hoc casu matrimonium retrotrahitur ad tempus Nativitatis filiorum, omnemque maculam purgat, & efficit, ut ante matrimonium natus, verè legitimus sit, atque pro eo habeatur, ac si legitimè natus esset, cap. tanta. 6. ubi Dd: qui filii sunt legit. † Contractum enim videtur matrimonium ante filiorum nativitatem, Hartman. Pistor. lib. 2. quæst. 41. n. 15. & 33. Andr. Gail. lib. 2. 5 Observ. 1. 41. n. 2. (2.) † Unde & legitimati per subsequens matrimonium omnia jura legitimorum adipiscuntur, antiquæ ingenuitati restituuntur, nihilque differunt à legitimis, Novell. 12. c. fin. Novell. 74. cap. 1. & 2. Novell. 89. cap. 9. Mant. de conject. ult. volvnt. lib. 11. cap. 10. n. 10. & seqq. † Et quod tales legitimati per omnia legitime natis comparantur, judicasse Cameram Imperialem, restatur Gail. dict. loc. num. 2. (3.) Hinc & fit, † ut statuta de filiis legitimis disponentia, quantumvis strictè sint intelligenda, l. 3. §. bac verba 1. ff. de negot. gest. nichilominus tamen comprehendant legitimatos ex subsequentे matrimonio, ut docet Bald. in l. cum accutissimi 30. C. de fideicommiss. Dec. in c. cum in cunctis. 7. n. 11. extr. de E/ect. Jalon. vol. 4. conf. 168. col. 4. Nicol. Boët. decis. 159. n. 5. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 49. Hart. Pistor. dict. quæst. 41. 8 num. 3. & 15. (4.) † Facit huc textus in c. cum in cunctis. 7. junct. c. annotuit 20. & ibi Gloss. extr. de E. lect. Nam in d. c. cum in cunctis. 7. dicitur Episcopum debere eligi natum ex matrimonio legitimo. Et tamen in dict. c. innotuit. 20. junct. gloss. communiter recepta probatur: Etiam naturalem per subsequens matrimonium legitimatum posse Episcopum eligi.
- † Sequitur hinc ergo, quod de legitimatis ex subsequenti matrimonio verè dici queat, eos ex matrimonio legitimo procreatos fuisse.

Ira Domini ad consultationem Hier. Otten Rhewetters/ Mens. Decembr. Anno 1622. (Verba sentent. Hat H. G. Anno 1596. C. R. geschwängert/ darauff sie eines jungen Sohnes genesen/ so Christoph genannt worden/ es haben aber nachmahlis Anno 1598. vorgedachte beyde Eltern einander gehablichet/ und sich trauen lassen/ und nachdem bentemter ihr Sohn Christoph erwachsen/ und zu D. Bürgerliche Nahrung und Handel zu treiben Vorhabens ist/will ihm solches anderer Gestalt/ als gegen Vorlegung und Aufweisung eines Geburts-Briefes nicht gestattet werden/ ic. So sendt ihr ihm dergleichen Geburts-Brief/ daß nemlichen er Christoph G. von H. G. und C. R. seinen leiblichen Eltern/ als Christlichen ehrlichen frommen Eheleuten/ aus einem rechten/ ehelichen/ unbefleckten/ ungetadelten Ehebette herkommen/ gezeuget und gebohren/ zu geben wohl befugt/ B. M. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Legitimus per Comitem Palatinum civium consortio dignus judicatur.*

- ¶ **P**er rescriptum Principis legitimati, non minus iurium civitatis civiumque consortii capaces sunt ac mediante matrimonio legitimati; utraque

sc. legitimatio maculam ex coitu parentum illegitimo contractam tollit. † Etsi enim modus legitimandi per Rescriptum debilior sit illo, quod fit per subsequens matrimonium, ut patet ex Nov. 74. † At tamen per utramque legitimationem persona generaliter & absolute habilitatur, & Natalibus ingenuitatique plenè restituitur ad omnes gradus successios & honores, perinde ac si quis ex & de legitimo matrimonio natus esset, Matth. Steph. de jurisd. l. 2. part. 1. c. 6. membr. 1. num. 49. † Unde & legitimati per Rescriptum habent jus Suitatis & Agnationis, ut idcirco non tantum patri succedant, sed & aliis, d. Nov. 74. ac vere legitimati dicuntur † non per fictionem, Rol. à Vall. vol. 3. conf. 83. n. 12. † nec non liberorum legitimorum nomine comprehenduntur. Pist. l. 2. q. 41. n. 30. Quin & domus ac familiæ armæ gestare & usurpare pollunt, si Princeps in Rescripto hoc concederit, Steph. c. 6. n. 70. Ut mirum haud sit, ad jura civitatis Civiumque consortium eos admitti. † Quæ & dicta velim de legitimato per Comitem Palatinum, qui æque legitimus censetur, ac is, qui ab ipso Imperatore legitimatus, jura consecutus est, † easdemque vires legitimatio per Comitem Palatinum facta habet, ac legitimatio facta ab ipso met Imperatore, Gloss. in l. 1. ff. de tuz. Matth. Steph. dict. c. 9. num. 29. † Tota enim legitimandi potestas in Comite Palatino ex Imperatoris Privilio & autoritate dependet. C. porrò. 7. extr. de privil. l. fidejussore. 68. §. pro Aurelio. 1. ff. de fidejuss. Alex. vol. 1. conf. 67. † Quod si ergo per Rescriptum Imperatoris legitimatus ad consortium civium admittitur, ut modò dixi, quin & per Comitem Palatinum legitimatus hoc Civium consortio dignus beat judicari, ambigendum prorsus non est ex identitate rationis, † quæ idem jus facit l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de translat. Episcop.

Ita Domini in causa VV. à L. ad requisitionem Johann Fuchsens zu Leipzig/ Mens. Jan. Anno 1609. (Verba tentent. Ist einer/von welchem eure Frage meldet/von zweyen ledigen Personen außer der Ehe gezeuget / nachmahlis aber von welch D. Nicolaus Rulinero, Comite Palatino, Kraft habender Rely. Maj. Begnadigung legitimaret worden/ ic. Ist er auf solche erlangte legitimation das Bürgerrecht alhier zu Leipzig zu suchen wohl befugt/ B. M. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Collegio per mortem collegiorum dissoluto bona collegii Superiori seu Magistratu accrescunt.*

Communis utilitas efficit, ut omnes ejusdem juris collegii participes non ut singuli, sed ut unum corpus considerentur, † ita si quid universitati vel collegio debetur, non singulis debitum est, † si quid debent singuli non dicuntur debere, l. sicut municipum 7. §. si quid 1. ff. quod cuiusq. univers. nomin. l. in tantum. 6. §. 1. ff. de rer. divis. Matth. Steph. de jurisd. l. 2. par. 2. c. 6. n. 77. † Quin etiamsi omnes ex collegio præter unum mortui sint, jus collegii in eum recedit, & in eo solo collegii nomen stat, dict. l. sicut municipium 7. §. ult. in fin. ff. quod cuiusq. univ. † Unde dicendum videtur, hunc ultimo superstitem de bonis collegii disponere atque testari, eaque pro lubitu alienare posse. † Quod quidem verum est, si collegati pecuniam vel bona habuerint communia propter se ipsos principatiter, & ad singulorum atque cuiuslibet proprium ac certum usum, ut tenuiores collegati alantur, ad eorumque victum inde aliquid ematur, l. 3. §. 2. ff. de colleg. illicit. Bart. in l. ult. n. 22. ff. cod. tit. † Quod si vero Collegati bona habeant non propter se, sed ut distribuant inter alios, veluti Collegium misericordie nutrit pueros, &

8 alit infirmos: † Aut sibona habeant propter officium & laborem, quem sustinent pro civibus; tum certe destructo ac dissoluto in totum Collegio bona illa remanent apud Superiorum seu Magistratum.,  
 9 † Cessante labore cessat premium, l. Sejo amico 10. in iopr. ff. de ann. legat. † Et sunt hoc casu Collegiati quodammodo ministri, apud quos nullum debet remanere commodum, l. si quis Titio 17. ff. de leg. 2. Bart. in dict. ult. ff. de colleg. illicite num. 22.

Ita Domini in causa des Rosencreuzers/an Christoph Engerten zu Annaberg/ Mensl. Jan. Anno 1610. (Verba sent. Dieweil aber dennoch nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten/ die Rechte und Güter solcher Collegiorum und Corporum, wenn dieselbe gänzlich zergangen/ dem Superiori und der Obrigkeit anheim fallen/ sc. So habt ihr auch mehrheitlicher Gelder euch erblich und eignethümlich anzumassen/ und dieselbe eurem Gefallen nach zu schenken und zu wenden nicht fug/B. R. W.)

### DEFINIT. XVIII.

*Ex contracta Senatus & Administratorum, Civitas ejusque bona non obligantur, nisi Cives, vel saltem Confiliarii omnes cives representans, in contractum illum consenserit.*

1 Quæ de obligatione civitatis ex Contractu Consulorum vel Burgimistrorum, aliorumque administratorum vulgo disputantur, ea procul dubio decidenda sunt ex l. Civitas. 27. ff. si cert. petat. in cuius enarratione sudando ultra modum se ita involvunt Dd. † ut ex illo Labyrintho disputationum via ipsimet sese extricare valeant, teste Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 348. † Attamen verba d. l. 27. ff. si cert. per. admodum clara sunt, nec res adeò difficilis, si generali inhæreamus Regulæ: "Quod scilicet Consules & Senatores harum provinciarum (quorum jurisdictio & administratio temporalis est, ac non nisi per annum durat, subinde aliis ex electione succedentibus) accipiendo mutuum, vel a liter contrahendo nomine civitatis, Civitatem vel bona Civitatis communia non obligent, Hart. Pist. lib. 1. q. 37. n. 5. Joh. Köpp. pen. q. 60. n. 3. Matth. Coler. dict. c. 3. n. 348. † Ne scilicet administratores occasionem juris ad iniquum trahant compendium, arg. l. ult. ff. pro emptor. l. pen. ff. de reb. cor. qui sub tut. Autb. hoc jus porrectum. C. d. S.S. Eccl. † Quia alias facile futurum esset, ut Administratores prodigi pro habendo pecuniam acciperent mutuum, abutendo sigillo communi. Henning. Gœden. de jur. civit. conf. 5. n. 23. † Nec Consules ac Senatores, quibus gubernandæ Republicæ cura apud nostros demandari solet, omnes cives adeò representant, ut si quid communi omnium horum consensu constitendum sit, id non vocatis aliis expedire queant.,  
 7 † nec liberam potestatem alienandi bona ad universitatem pertinentia habent, sed potius decurionibus æquiparantur. Gœden. dict. conf. 5. n. 10. Wesenb. 8 conf. 40. n. 22. † Quare nec ipsimet irreqūsito omnium civium consensu civitatem ejusque bona obligare poterunt, nisi versio in rem probetur, dict. l. Civitas 27. ff. de reb. credit. Hart. Pist. d. q. 37. num. 23. cum regulariter quis ex contractu alterius obligari nequeat, nisi proprium consensum adhibeat, l. consensu 2. ubi Dd. ff. de oblig. & action. §. si quis alium 9. 3. Instit. de inut. stipul. † Nec in his, quæ ad singulos pertinere debent, consensus majoris partis populi ceteris quicquam præjudicat, sed ut omnes simul consentiant, necesse est, c. quod omnes. 29. de Reg. jur. in sexto l. per quem locum. 14. ff. de servit. rust. prædiorum. Hartm. Pist. dict. q. 37. n. 21. Quæ tamen Regula dupliciter fallit. † Primo namque Civitas ejusque bona obligantur, quando Consules ac Senatores

convocatis ac consentientibus omnibus civibus, vel saltem omnibus Consiliariis & tribunis plebis (qui vulgo vocantur Guldemeister/Biertheils/ five Zunftmeister/ ac de consuetudine loci unà cum aliis populum Civitatis repræsentant) mutuum accepterint. † Nec tū refert, utrum pecunia in rem Civitatis versa fuerit, nec ne, utroque enim casu obligatur civitas efficaciter, Bart. Bald. Alex. Jaf. Büttigell. ad l. civitas 27. ff. de reb. Credit. Hartm. Pist. dict. q. 37. n. 1. & 5. & ibi Simon. Ullric. Pist. in addit. lit. 4. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 349. Köppen. q. 60. n. 32. † Nam quod proceres Civitatis ac tribuni plebis, quibus gubernatio & omnis administratio rerum publicarum commissa est, faciunt, id pro eo habetur, ac si singuli Cives fecissent, l. nulli 3. ff. quod cujusq; univers. nom. Bologn. in d. l. civitas. 27. n. 15. ff. de reb. cred. † pacta siquidem eorum, qui præsunt corporibus & collegiis, præsunt & nocent ipsi collegio, l. item magistro. 14. ff. de pact. cùm Cives intelligantur scivisse & scire, item fecisse & facere, quod sciunt & faciunt ii, quibus perpetua gubernatio corporis concredita est, l. municipes 14. ff. ad municip. l. sed & ex dolo 15. §. 1. ff. de de dolo malo. l. 2. de jur. immen. † Unde & defensores Civitatis recipiendo per longius tempus minoris usuras, quā promissas præjudicant Reip. l. adversus creditorem. C. de usur. † Eoque faciunt l. si quis qui bona 11. & l. si inter 21. ff. de pignor. l. curator. 3. C. si alien. res pign. Autb. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles. ex quibus aliisque textibus similibus hanc sententiam probat eleganter Matth. Coler. dict. c. 3. n. 361. & seqq. ubi porrò tradit, † præsumi consensum totius ordinis decurionum, si in Instrumento expressum sit, quod Consules & Senatores trium consiliorum, alle drey Räthe / unà cum tribunis plebis in mutuum aliumvè contractum consenserint, ac sigillo communi Civitatis roboraverint istud Instrumentum, † Cum populus præsumatur ap. 17 probasse omnia, quæcumque mediante sigillo communi Administratoribus commisso gesta fuerint, num. 364. Gloss. in c. significavit. 48. ubi Panorm. n. 3. extr. de appellat.

Ia Domini in causa civitatis H. Mensl. Augusti An. 1602 (Verba sentent. Es auch ferner die Beschaffbarkeit hat/ daß nicht alle drey Räthe/derer 30. Personen seyn/ noch alle Viertheilmeister und Achtmänner/deren 12. seyn/ und die gemeine Bürgerschaft repræsentiren sollen/ um die Auffnahme der 1000. St. gewußt/ dieselbe bestehen/ und die obligation præsumt der einverleibten Verpfändung der gemeinen Bürgerschaft Güter unterschrieben/ sc. So möget auch ihr als die gemeine Bürgerschaft der Stadt H. die ohne euer Wissen und Willen erborgte 1000. St. Capital und Zinsen von eueren der gemeinen Bürgerschaft Gütern zu zahlen nicht angehabten werden/ B.R.W.)

### DEFINIT. XIX.

*Vel si probetur Mutuum in rem & utilitatem Civitatis versus esse.*

Secundò, fallit Regula Defin. præced. posita, si sprobetur versio mutui in rem Civitatis. Etsi enim absque reliquis civibus vel consilio Civitatis, omnes cives repræsentante, Magistratus vel Administratores Civitatum mutuò sumserint pecuniam, † Attamen si constet pecuniam versam fuisse in utilitatem Civitatis, bona Civitatis erunt obligata, Hartm. Pist. lib. 1. quest. 37. num. 23. Matth. Coler. de Process. execut. part. 2. cap. 3. n. 349. † Quæ de re textus est manifestus in l. Civitas. 27. ibi: Civitas mutui datione obligari potest, si ad ejus utilitatem pecunia versa sunt. ff. de rebus Credit. † Quando enī pecunia in utilitatem Civitatis est conversa, tum ipsa naturali æquitate suadente, haud immerito ad resti-

restitutionem obligatur civitas, & res ejusdem eo nomine validè obligari possunt, l. si is qui bona. n. ff. de pignor. † Cum jure naturæ æquum sit, neminem cum alterius injuriâ locupletari l. jure naturæ 206. ff. de Reg. Jur. † Idemque Juris est in minore, l. si. in rem. 3. C. quando ex faœlo tutor. ubi Dd. C. si advers. Credit. Hartm. Pistor. d. q. 37. num. 24. Ubi notandum (1.) hoc casu † Creditori, qui adversus civitatem experitur, onus probandi incumbere, quod sua pecunia in utilitatem publicam communitatis, cuius sigillum habet, conversa fuerit, per text. in l. 1. C. de solut. & liberat. deb. lib. II. Autb. hoc jus. C. de SS. 8 Eccles. l. si prædium 16. C. de præd. minor. † Debet enim is, qui contrahit cum persona minus habili, curiosus esse de versione in rem, l. vir uxori 17. l. fin. in pr. ad SCt. Vellejan. Gloss. in dict. l. civitas 27. ubi & Bartol. num. 2. Jason. num. 4. ff. de reb. cred. Matth. Coler. de process. execut. p. 2. cap. 3. num. 35. Hartm. Pistor. l. 1. q. 37. n. 30. Menoch. de arbitr. jud. 9 quest. cas. 432. (2.) † Nec relevat Creditorem ab onere probandi, quantumvis in Instrumento dicatur, pecuniam in rem civitatis versam esse, Bartol. dict. loc. n. 13. Joh. Köppen. q. 60. n. 7. Joseph. Mascard. de probat. concl. 1. 61. num. 19. Coler. dict. c. 3. n. 352. Hart. Pistor. dict. q. 37. n. 31. ubi hoc latius persequitur. 10 (3.) † Non requiritur hoc casu usque adeò ocularis vel necessaria probatio, quin sufficiant etiam verisimiles conjecturæ, pecuniam utiliter collocatam fuisse, Menoch. de presumpt. lib. 3. pres. 55. n. 4. Mascard. de concl. 1. 61. n. 1. † Nam manifestè apparere dicitur etiam illud, quod ex conjecturis probabilitibus colligitur l. 1. ubi Jason. C. de testam. l. licet Imperator. 74. ubi Gloss. & Dd. ff. de legat. 1. † Quā in re multū tribuendum esse judicis arbitrio monet Alciat. per text. in l. 3. pr. vers. tu magis ff. de testib. in d. l. Civitas 27. ff. de reb. cred. allegatus ab Hart. Pistor. d. q. 37. n. 38.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dietweil aber dennoch ihr als die gemeine Bürgerschafft wider solche Obligation euch des beneficij l. Civitatis 27. ff. de Reb. Credit. gebraucht/ dessen ihr denn auff Zulassung der Rechte wohl befugt / und der Creditor noch zur Zeit nicht beybracht/ daß das von ihm erborgte Anlehen in gemeiner Stadt Nutzen wäre angewendet worden/ ic.)

It. in causa Alexandri Eademanns zu Schneeberg / M. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent. Ob wohl eine Stadt und Gemeine/ das vom Rath ohne ihre der Stadt Bevilligung erborgte Geld/ ehe und zuvor vom Creditor erwiesen/ daß solches nüglichen angewendet worden / wieder zu zahlen nicht verbunden/inmassen dann ihnen die Rechte in l. Civitas. 27. ff. de reb. Credit. hierinnen zu statten kommen/ ic.)

Et in causa M. H. B. à M. T. Mens. Jan. Ann. 1631. Worauff sich der Rath auff das beneficium l. Civitatis 27. ff. de reb. Credit. berufen/ fürgebende/ daß obgedachtes Anlehen der funffzig tausend Thaler zu gemeiner Stadt Westen und Nutzen nicht angewendet worden/ ic. Wann nun gleich solches beneficium so wohl in andern/als contractu mutui, statt hätte/ und gebraucht werden könnte/ ic.)

#### DEFINIT. XX.

*In Venditione annuorum Redituum à Civitate facta probatio in rem versionis ab Emperore non exigitur.*

**N**on solum in mutuo, sed & in aliis contractibus dispositionem l. civitas. 27. ff. de reb. Credit. locum sibi vindicare, & Creditorem æque probare debere, pecuniam in utilitatem Civitatis versam esse, nonnullis placet, quorum meminerunt Alciat. in d. l. civitas. 27. col. 21. ff. de reb. Credit. Petr. Heig. part. 1. quest. 34. n. 3. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 37. n. 51. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 432. 2 n. 7. † Unde existimare quis posset, in casu venditionis annuorum Redituum, perinde ac in mutuo, ab Emperore probationem in rem versionis requiri, cum

Gloss. in l. 1. C. de vendit. reb. civit. libr. II. maxime cum emptiones annuorum Redituum, perinde ac in mutuo, sèpè sint odiosæ ac suspectæ, & affinitatem quandam cum mutuo sub usuris habeant. Sed, ut maximè concedatur, dispositionem d. l. civitas. 27. ff. de reb. cred. in aliis quoque contractibus præter mutuum locum habere; † Verum tamen est id solummodò in iis contractibus, qui saltem utilitatem contrahentis, non etiam civitatis concernunt, ut probe animadvertisit per text. in c. 1. extr. de deposit. Hartm. Pistor. dict. q. 37. num. 29. Heig. d. q. 34. num. 8. † In reliquis vero contractibus, qui utriusque contrahentium emolumenntum complectuntur, ad hoc, ut inde contra Civitatem actio competat, probationem versionis in rem Civitatis neutquam requiri, verior est Dd. sententia, † quam defendunt Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 4. num. 70. C. de resp. vendit. Alciat. Hart. Pistor. Heig. dd. locis. Joh. Köpp. q. 60. n. 10. † Quare cum Venditio Redituum contractus à mutuo sit diversus, & simul Civitatis emolumenntum concernat, uti in aperto est, sequitur inde, quemadmodum in alia quapiam Venditione rerum Civitatis non requiritur probatio versæ in utilitatem civitatis pecuniaæ, ita nec in hâc eam exigi: † De similibus enim idem est judicium, prout ritè concludit Petr. Heig. dict. quest. 34. num. 9. & 10. † modò debitæ solennitates in venditione Redituum à civitate factâ intervenerint, l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. II. Heig. d. loc. n. 21.

Ita Scabini in causa Hermanni Lutheri zu Halsberg/Mens. Januar. Anno 1625.

#### DEFINIT. XXI.

*Quando pecunia mutuò data non est versa in utilitatem Civitatis, soli Administratores, qui contrixerunt, ex mutuo teneantur.*

**E**x mutuo Administratorum bona Civitatis non obligari, nisi cives universi aut eorum saltē nomine tribuni plebis in mutuum istud consenserint, vel pecunia in rem civitatis versa fuerit, patet ex dictis Defin. 18. & 19. † Horum si neutrum factum fuerit, bona Civitatis haud sunt obligata. Quid ergo, *An tum Creditor omni medio pecuniam mutuò datam recuperandi destituetur?* Minime, † sed regressus ipsi competit adversus Administratores, qui contrixerunt; † Hi namque soli ex mutuo illò tenentur, prout manifestis verbis probatur in d. l. Civitas. 27. ibi. *Alioquin ipsi soli, qui contrixerunt, non civitas, tenebuntur.* ff. de reb. Credit. † Ne scilicet is, qui fidem Administratorum secutus pecuniam mutuò dedit, manifestam rei suæ jacturam subeat, contra æquitatem l. si me & Titium. 32. ff. si cert. petat. † Ex qua ratione etiam introductum est, ut si contractus mutui celebretur nomine absentis, eo non ratiificante, residueat in eo, qui mutuum recipit, l. si absens. 4. C. si cert. petat. † Ac si non appareat, in publicam utilitatem pecuniam mutuò acceptam conversam fuisse, præsumitur potius versio in rem propriam, & non magis administrationi, quam dilapidationi talis contractus similis est, quæ in Administratoribus cujuscunque conditionis non toleratur, l. preses. 12. C. de transact. l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emperor. l. in cordum 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l. ult. §. 1. ff. de curat. furios. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 37. n. 65. Matth. Coler. de process. excus. part. 2. c. 3. num. 351. † Idque usque adeò verum existimat Hartm. Pistor. d. q. 37. num. 66. ut Administratores non solum durante officio, sed etiam eo finito teneantur, utroque siquidem casu eadem subest æquitatis ratio, ne, si neminem habet

ret obligatum, Creditor in damno relinqueretur.  
¶ Quin et si Administratores expressè protestati fu-  
erint, se non velle ex illo contractu obligatos esse,  
eosdem tamen nihilominus teneri, non quidem ex  
mutuo sed condicione ob causam, quasi pecunia  
in rem Civitatis non versa causa, ob quam ea mutuo  
data sit, secuta non fuerit, arbitratur Bart. in d. l. ci-  
vitas. 27. ff. de reb. cred. arg. l. si procuratori. 14. ff.  
de condic. caus. dat. quem sequitur Hartm. Pistor.  
dict. loc. num. 68.

Ita Domini in causa Alexandri Eademanns zu Schnee-  
berg / Mens. Decembr. Anno 1630. ( Verba sent. Ob nun  
wohl bemelbte Administratores fürwenden möchten, daß sie  
für sich nicht/ sondern allein im Nahmen gemeiner Stadt ge-  
handelt/ und für dieselbe Geld aufgenommen / dannenher-  
sie auch beständiger Weise von euch nicht belangen werden  
können. Dieweil sie aber dennoch selbige Zeit/ als das Anle-  
hen geschehen/ im Rath gewesen/ der Handlung selbst ben-  
gewohnet/ das Geld gezahlt empfangen/ und also/ Inhalts  
der Rechte/ und nach gemeinem Bahn der Rechts. Gelehr-  
ten/ in subdium, außen Fall von gemeiner Stadt Gütern die  
Wiederzahlung nicht erfolgen möchte/ dafür zu haften/ und  
die gemachten Schulden ein jeder pro rata von dem ihrigen  
abzutragen verbunden/ ic.)

## DEFINIT. XXII.

*Quā de causa Creditor actionem ex mutuo adversus  
Civitatem & Administratores, eodem libello alter-  
nativè intendere posse.*

- 1 **E**ventualiter, si nempe pecunia in rem Civitatis  
versa non esset, ut ipsum Administratores ad  
redditionem mutui condemnentur, Creditorem  
simul adversus Rempubl. & Administratores uno  
libello alternativè experiri posse, tradit Decius in l.  
2 Civitas. 27. ff. de reb. Credit. ¶ Quam practicam ceu-  
tutiorem & salubriorem commendat Butigel. in re-  
petition. d. l. Civitas. 27. n. 32. ff. de Reb. cred. ¶ Nam reg-  
ulariter ob incertitudinem, quæ ex facto adversa-  
rii provenit, alternativus libellus admittitur, l. i. §.  
3 quia autem q. ubi Dd. ff. quod legator. ¶ Et contra  
plures personas ex eodem facto in solidum obliga-  
tas in uno eodemque libello agi posse, ita ut ab una  
earum debitum saltem exigatur, probat per ext. in  
Auth. hoc ita. num. 20. C. de dxob. reis. Bartol. ibid.  
4 n. 20. ¶ Nec obstat l. i. C. de fidejuss. tutor. per quem  
textum ab hac practica dissentit Alciat. in d. l. ci-  
vitas. 27. ff. de reb. cred. Quod enim ibidem dicitur  
cum tutor & fidejussoribus in solidum agi non pos-  
se, ¶ illud aliter accipendum haud est, quam ut à  
quolibet solidum exigi nequeat, cum hac ratione A-  
ctor bis idem consequeretur, contra c. bona fides. 83.  
6 de Reg. Jur. in 6to. ¶ Quando verò è mente contra  
duos agitur Reos, ut solutione ab alterutro horum  
imperatà, actor contentus esse velit, nil prohibet,  
quò minus etiam contra plures ejusmodi libellus  
7 admittatur. ¶ Quamvis & dici queat d. l. i. C. de fid.  
tut. tantummodo procedere in pluribus reis, quo-  
rum alii principaliter, alii verò accessoriè saltem  
sunt obligati, prout tradit Marian. Socin. in cap. i. in  
8. artic. membr. 4. de libelli oblat. allegat. ab Hartm.  
Pistor. lib. i. quæst. 37. n. 47.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Derowegen  
ihr ein Kläg-Libell abgesetzt / und die Klage zugleich wider  
Bürgermeistere und Rath der Stadt N. N. samt und son-  
ders/ und in specie wider die Administratores, insonderheit  
aber wider diejenigen / so die, Gelder empfangen / in Rech-  
nung geführet/ und ihres Gefallens damit gebahret/ gerich-  
tet und angestellt/ ic. So mag die Klage wider den Rath der  
Stadt N. N. und die Administratores zugleich wohl bestehen/  
und wird demnach das uns zugesetzte Kläg-Libell für bestän-  
dig und rechtmäßig billich gehalten/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Nec Administratores exceptione non versa pecunia in  
rem Civitatis adversus Creditores fereueri possunt.*

**E**x facto Administratorum, Civitas, ejusq; bona &  
aliter non obligantur, quam si pecunia mutuo  
data in utilitatem Civitatis versa fuerit l. Civitas. 27.  
ff. de reb. Credit. ¶ id quod in favorem Civitatis  
specialiter introductum est, ne Administratorum  
culpā damnum Respublica subeat l. ult. C. de vend.  
reb. civit. lib. ii. ¶ Quare hoc privilegio non ga-  
udent ipsi Administratores, à Creditoribus conven-  
ti, quippe qui contrahendi mandatum ac potesta-  
tem à Civitate non habuisse, sed negotium suum  
gesisse videntur, ut proinde haud mirum sit, quod  
ex facto proprio teneantur, ¶ nec privilegio Civiti-  
tatis fereueri queant l. adigere 6. S. quamvis. 2. ff.  
de jur. patronat. Jason. in l. quod dictum. 32. num. 2.  
ff. de part. ¶ Quin & propter hoc ipsum, quibd  
mutuum in rem Civitatis haud conversum fuit.,  
ipsimet Administratores conveniuntur, presumuntur  
enim tum potius versio in rem propriam Coler. de  
process. execut. part. 2. cap. 3. num. 351. ¶ Et quia... 6  
ejusmodi contractus magis dilapidationi quam ad-  
ministrationi similis est, fieri non potest, ut Admi-  
nistratores exceptionem non factæ versionis in rem  
Civitatis opponendo, haud propriam turpitudinem  
allegent, ¶ ex qua certè nemo commodum senti-  
re debet, Bartol. in l. transactio. 30. n. 1. C. de trans-  
act. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part.  
4. q. 140. num. 23.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Ob wohl ei-  
ne Stadt und Gemeinde das entlehnte Geld / ehe und zuvor  
erwiesen/ daß solches möglichen angewendet werden/ wieder  
zu zahlen nicht verbunden / inmassen denn ihnen die Rechte  
in l. Civitas 27. ff. de reb. Cred. hierinnen zu statten kom-  
men/ ic. Dieweil aber dennoch allein die gemeine Bürgerschaft  
einer Stadt/ nicht aber die Raths-Personen und Ad-  
ministratores sich desselben beneficii zu gebrauchen und zu  
erfreuen haben/ ja vielmehr/ wann die mögliche Anwendung  
nicht beybracht wird/ sie vor sich die Wiederzahlung zu thun  
verobligiret seyn/ ic. So mag auch vom beklagten Rath der  
Stadt N. N. und deren Administratoribus die exceptione non  
versionis in rem & utilitatem Civitatis wider die angestellte  
Klage beständiger Weise nicht opponiert werden/ V. R. W.)  
It. in causa Senatus Civitatis Z. Mens. Jun. Anno 1630.  
It. in causa M. H. B. à T. Mens. Jan. Anno 1631.  
It. in causa D. B. Mens. April. Anno 1632.

## DEFINIT. XXIV.

*Pro debito communis legitime contracto cives singula-  
res eorumq; bona non obligantur.*

**Q**uamvis ex mutuo per magistratus ac tribunos  
plebis insimul contracto, pecuniave in com-  
modum Rēpubl. conversa, bona civitatis commu-  
nia obstringantur, ¶ non tamen propterea ipsi ci-  
vies singulariter obligati sunt. ¶ Quare nec hoc in 3  
casu executio in bona Civium singulorum, sed sal-  
tem in bona universitatis admittitur, Matth. Coler.  
de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 371. Joh. Köppen.  
quæst. 60. num. 16. Hart. Pistor. lib. i. quæst. 37. num. 6. Et  
ibi Simon. Ulric. Pistor. in addit. lis. d. ¶ Nam quod 4  
universitas debet, singuli non debent, l. scuti 7. ubi  
Bartol. ff. quod cujusque universit. nom. Decius in l.  
Civitas. 27. num. 6 ff. de Reb. Credit. Ideoque cum in  
proposito debitum sit Civitatis nomine contractum,  
meritò ex bonis Civitatis communibus solvi debet,  
non autem ex marsupiis singulorum, ¶ quia bona 5  
singulorum impropriè dicuntur bona Communita-  
tis, ne circa unam eandemque rem, plures in solidum  
Domini constituantur, contra §. singulorum. 11. In-  
stit. de rer. divis. junt. l. si ut certo. 5. & 15. ff. comme-  
dat. Col. dict. cap. 3. num. 371. ¶ Hinc & Magistra-  
tum, si bona communia non sufficient, collecta in-  
dicta, ut in commune tantum conferant, quod ex a-  
lienum exsolvi queat, cives cogere posse arbitratur  
Hartm. Pistor. dict. quæst. 37. n. 6. Bartol. in l. si se non  
obtulit.

- obtulit. 4. S. actio. 2. ubi & Jason. ff. de re judicas.  
 7 Andr. Gail. lib. 2. de pac. publ. cap. 9. num. 15. † Quod verum existimaverim in Civitate libera Imperiali, que jus collectandi habet, nam Civitates municipales sine consensu principis, cui subsunt, collectam imponere non possunt, Petr. Peck. de jur. sistend. cap. 4. nd7.

Ita Domini in causa Martini Römers zu Zittau / Mense Jan. Anno 1616. (Verba sent. Habt ihr bei einer Stadt/ von welcher euere Frage meldet / eine Summa Geldes von 39000. Reichsthalern um Vergütung hinterlegt/ wann nun gleich der Magistrat selbiger Stadt mit Zugiehung und Einwilligung der Zunft-Meister und gemeiner Bürgerschaft solches Anlehen aufgenommen hätten/ oder auch dasselbe an meiner Stadt Nutzen verwendet worden wäre/ic. So möchte doch bemeldte Bürgerschaft vor sich/ und von ihren eignethümlichen priyat-Gütern die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden / sondern es würde in Verbleibung gütlicher Befriedigung die Execution allein in gemeiner Stadt Güter vollstrecken/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Nisi Cives contrahentes semetipos singulatum obligaverint.*

- 1 **V**ix dubium esse potest, quin bonis singulorum civium obligatis, Magistratus contrahens nomine officii, eo etiam finito, de propriis debitum solvere teneatur, prout docet Hartm. Pistor. observ. 20. usque ad eō, † ut licet obligationem quoad bona singulorum Civium haud validam assuramus juxta opinionem quorundam Dd. in l. civitas. 27. 3 ff. de reb. Credit. † nihilominus bona magistratus contrahentis videantur esse obligata, per tradita Bart. in l. sicut. 7. ff. quod cujusq; univers. nom. quod in casu, ubi ex contractu Magistratus non possunt obligari singulare personæ, sint tantum obligati ii, qui præsentes fuerunt in contractu, referente Hartm. Pistor. dict. observat. 20. num. 10. † Sed num reliquorum etiam Civium bona hoc casu erunt obligata? Sanè si cives contrahentes semetipos singulatum obligare voluerint, idque expressè ab iis, vel eorum nomine ac consensu à Tribunis plebis dictum fuerit, quilibet eorum obligatus est, & in privata corundem bona executio fieri poterit, † per l. in pr. ff. de magistr. Convent. l. ult. vers. in provinciis vero. C. de vend. reb. civit. lib. 11. Bart. in l. n. 5. ff. de albo scribend. Henn. Goeden. cons. 5. num. 14. Köpp. q. 60. n. 20. Hartm. Pistor. l. 1. q. 37. n. 7. Coler. dict. c. 3. n. 372. 6 † Quatenus vero hoc casu obligentur cives ii, qui contractui à Communis Civitatis consilio inito, non interfuerunt, nec convocati consenserunt de hoc, Vid. Hartm. Pistor. d. loco num. 8. & seqq. & Coler. d. c. 3. n. 375. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/ das bemeldte Bürgerschaft samt und sonders sich zur Wiederzahlung verpflichtet/ und also diese Schulden auf sich genommen/ auch wohl ihre eignethümliche Güter unterpfändlichen verschrieben hätten/ auf solchen Fall hoffeten dieselben darf billlich/ic )

## DEFINIT. XXVI.

*Bonis civium singulorum obligatis, num unusquisque in solidum conveniri queat?*

- Ta quidem existimat Bart. in l. ff. non obtulit. 4. S. 1. actio. 2. ff. de re judic. per text. in L aliena. 20. S. 1. ff. de pign. act. Sed tantum abest, ex eo textu hoc evinci posse, † ut etiam contrarium inde probari arbitretur Hart. Pistor. d. q. 37. n. 2. Dum eam JCtus ibidem in casu, quo pluribus res simul pignori datur, æqualem omnium causam esse dicit, hoc videtur sentire, quod in æquales portiones Creditores vocati censemantur, atque adeò ad quemvis ipsorum pars pignoris pertineat, prout tradit JCtus Martianus in l. fundus. 16. S. 1. dvo. 8. ff. de pignor. & hypoth. † Rectius itaque docet Hartm. Pistor. d. q. 37. n. 18. Civibus pro mutuo singulatum obligatis, in dubio unumquemq; non solidum videri obligatum, sed pro virili saltem † per text. in l. Reos. 11. in fin. ff. de duob. reis. † quod 4 & placet Marth. Col. dict. cap. 3. n. 381. & Köpp. dict. 5 q. 60. n. 27. † Nisi in solidum Cives expressè fessi obligaverint, tūm enim unus solvendo partem suam neutiquam erit liberatus, Pistor. & Col. dd. locis.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Jedoch/dass sie sich nicht in solidum alle vor einen/ und einer vor alle ver- schrieben/ mag ein ieder ein mehreres/ als so viel ihm die Schuld pro rata und zu seinem Anteil austrägt/ zu zahlen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Legitimatio per Rescriptum Principis aut Comitem Palatinum facta, in successione jus quesum nonemi aufert.*

- S**i legitimations fiant per Rescriptum Principis, aut per Comitem Palatinum, consensus exquirendus est eorum, quorum præcipue ac principali interest, putà ejus, qui jus successionis jam quæsitum habet, sive ex substitutione, sive alio directi dominii jure, sive in bonis omnibus, sive in bonorum parte; † Ne scilicet hujusmodi legitimatis commento frans aliis fiat, l. si ita quis. 51. ff. de legat. 2. l. 76. ff. de condit. & demonstrat. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 16. defin. 5. n. 6. † Alioqui, 3 valebit quidem legitimatio autoritate ejus facta, qui jus legitimandi habet, sed salvo jure tertii, † Nisi 4 is consenserit, arg. l. 8. ff. de eq. & aqua pluv. arc. l. 2. l. 4. l. 5. ff. de natal. rest.

Ita Domini in causa E. G. zu Freyberg / Mense Junio Anno 1633. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl vom Comite Palatino legitimiret und in den Stand der recht ehelichen geborenen Leute gesetzet worden/ dieweil aber dennoch solches nach der Zeit/ da euers Vaters Bruder sich der brüderlichen Erbschaft allbereit angemasset/ geschehen/ und ihr zur Zeit euers Vaters Absterben der väterlichen Erbschaft nicht fähig gewesen/ic. So seyd ihr auch nunmehr dieselbe von seinem Bruder zu fordern nicht befugt/ B. R. W.)

## CONSTITUTIO VII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Pfändung die Praescription interrumpt?

**S**wollen etliche der Meynung seyn: Wann in Sachen/Trifft und Hütung belangend/ oder dergleichen/ von dem Grundherrn gepfändet/ und der/ so gepfändet ist/ sich de facto nicht daran kehret/ sondern seines Hüters und Treibens Carpz. Definit. Vol. I.

Per pignorationem num interrumptur Praescriptio?

Xistiunt quidam, si in controversia de jure agendi & pascendi pecora, & ejusmodi similibus, Dominus fundi pignoratione adversus alium utatur, is vero cù neglecta in agendo & pascendo perseveret, vel impedi-

hält / oder pfändet wieder / daß hierdurch die quasipossession præscriptionis nicht soll interrumpirt seyn / sitemahl der so gepfändet / dieselbige behält und continuiret. Unsere Verordnete aber haben dahin geschlossen / daß die Pfändung von der Zeit an / als sie geschehen / die præscription servitutis Juris pascendi, oder vergleichen interrumpire / es wäre dann / daß nach solcher Pfändung der andere Theil wiederum geruhiglich über 30. Jahr / Jahr und Tag getrieben. Und wohl wahr / wann einer in solcher Servitut ein quasi possession erlanget / daß er so lang dabey gelassen werden soll / bis er ordentlicher Weise daraus entsehet / So haben doch nichts desto weniger auch die Pfändung ihre Wirkung / als nemlich den effectum interrumpendi. Dabey wir es auch bleiben lassen. Es soll aber gleichwohl mit der Pfändung gebührlich / und / wie Land-bräuchlich / gebahret / und die Pfände in das Gericht / darinn der Grund gelegen / überantwortet / oder da sie daselbst nicht angenommen / in das nächste Amt dabey gewendet und eingestellet werden.

re conantem vicissim pignoret , isto casu præscriptionem non interrumpi, cum pignoratus in quasi possessione manens eam continuet. Verum Deputati nostri in eam sententiam convenerunt, præscriptionem servitutis Juris pascendi & ejusmodi similium, per pignorationem interrumpi ab eo tempore, quod primum illa facta est. Nisi forte postea alter ille jure isto ultra triginta annos, annum & diem, aeternae deinceps impediente, usus fuisset. Etsi enim is, qui in quasi possessione hujusmodi Juris vel servitutis constitutus est, in ea tuendus sit, donec per adversarium legitimo modo ex ea ejiciatur: tamen & pignorationes hunc effectum habere nostri putarent, ut præscriptiones interrumpant. Quod & nobis probatur, dum tamen pignorationes legitimè fiant & pro more in ditionibus nostris usitato, ita nimirum, ut pignora capta Judici ejus loci, in quo fundus situs est, aut, eo non recipiente, illi, cui præfecturæ proxime adjacentis administratio commissa est, tradantur.

## DEFINITIONS.

1. Dominus fundi babens Jurisdictionem, propriâ autoritate ad præscriptionem interrumpendam pignorare, & pignus retinere potest.
2. Schulteti tamen in pagis pignus penes se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus vel questoribus tradere tenentur.
3. Pignorationum causa pertinent ad jurisdictionem inferiorem.
4. Prescriptio Saxonica triginta annorum, anni & diei, sola interrumpitur Citatione.
5. Citatio tamen ad processum extrajudicarium præscriptionem non interrumpit.
6. Prescriptio etiam annalis rerum mobilitum in foro Saxonico sola Citatione interrumpitur.
7. Citatione quoq; interrumpitur prescriptio annalis, auferens agnatis facultatem redimendi feudum alienatum vivente adhuc alienatore.
8. Facta probitio quando interrumpat præscriptionem Servitutis.
9. Quando alium est petitorio & possessorio simul,

### DEFINIT. I.

*Dominus fundi babens Jurisdictionem, propriâ autoritate ad præscriptionem interrumpendam pignorare, & pignus retinere potest.*

1. **S**ola pignoratio privati non interrumpit præscriptionem prius inchoatam, nisi pignora capta Judici ejus territorii, in quo contigit pignoratio, Dominus fundi presentaverit, prout notat Christoph. Zobel. in addit. ad spec. Saxon. Landrecht. 2. art. 27. in Gloss. latin. lit. F. in fin. & late Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 90. & seqq. prout & disserit in provinciis Electoratus Saxonici sancitum b. Constit. 7. p. 2. &c. Aliter tamen res se habet in Domino fundi, habente simul Jurisdictionem. & Huic enim pignoranti licet pignus acceptum in suo fundo & territorio penes se retinere, donec ipsi satisfactum fuerit, Matth. Coler. dict. c. 3. num. 155. & part. 1. decif. 136. num. 22. Matth. Berlich. p. 2. concl. 9. num. 9. & Nam quia in persona pignorantis simul concurrit potestas juris dicendi, mirum haud est, si
2. Constit. 7. p. 2. &c. Aliter tamen res se habet in Domino fundi, habente simul Jurisdictionem. & Huic enim pignoranti licet pignus acceptum in suo fundo & territorio penes se retinere, donec ipsi satisfactum fuerit, Matth. Coler. dict. c. 3. num. 155. & part. 1. decif. 136. num. 22. Matth. Berlich. p. 2. concl. 9. num. 9. & Nam quia in persona pignorantis simul concurrit potestas juris dicendi, mirum haud est, si
3. mino fundi, habente simul Jurisdictionem. & Huic enim pignoranti licet pignus acceptum in suo fundo & territorio penes se retinere, donec ipsi satisfactum fuerit, Matth. Coler. dict. c. 3. num. 155. & part. 1. decif. 136. num. 22. Matth. Berlich. p. 2. concl. 9. num. 9. & Nam quia in persona pignorantis simul concurrit potestas juris dicendi, mirum haud est, si
4. num. 9. & Nam quia in persona pignorantis simul concurrit potestas juris dicendi, mirum haud est, si

- super solo possessorio quandoque judex pronunciare potest.
10. Petitorum cum possessorio Retinenda cumulari nequit.
11. Interdictum, uti possidetis, datur etiam contraturbantes quasi possessionem jurium incorporalium.
12. Interdicto retinenda possessionis Dominus quoque contra subditos suos obedientiam recusantes agere valet.
13. Ex l. diffamari, nemo experiri potest adversus possidentem, ad turbandum ipsius possessionem.
14. In foro etiam Saxonico possesso habetur legitima, licet non fuerit annalis.
15. In summario vel summarissimo possessorio creditur etiam testibus non juratis.
16. In summarissimo possessorio admittitur etiam probatio per unicum testem facta.
17. Audiendus est Reus in summarissimo etiam possessorio contraprobatonem Actoris summariam.

pignoratio ejusmodi interrumpat præscriptionem, nil quicquam obstante b. Const. Electoral. 7. & quæ pignoris retentionem prohibet solum privato, qui Jurisdictionem habet nullam, prout ex verbis Const. satis liquet.

Ita Domini in causa Hansen Wolffens zu Rameln/ Mensd August. Anno 1630. (Verba sentent. Ob wohl sonstigen dem Gerichts-Herrn/deine dñs Orts die Gerichte zuständig / die Pfändung für sich selbst zu thun/ auch dñs Pfand bey sich zu behalten unbewonnen/ ic.)

### DEFINIT. II.

*Schulteti tamen in pagis pignus penes se retinere nequeunt, sed illud Nobilibus vel Questoribus tradere tenentur.*

**L**icet Nobilis vel alius territorii Dominus, cui Jurisdiction competit, hanc facultatem habeat, ut si proprio fundo aliquem pignoraverit, pignus penes se retinere queat, Defin. preced. & Attamen hoc ipsum ad Schultetus in pagis neutiquam extendi debet, prout recte animadvertit Berlich. part. 2. concl.

*concl. g. num. 10.* cuius rei ratio haud obscura est; *3* † Habent siquidem ejusmodi Schulteti in pagis (*Die Dorff-Schulzen oder Dorff-Richter*) de Jurisdictione n*o* ferè proprium, Zobel. *in addit. ad Gloss. lat. Landr. libr. 2. art. 12. lit. M. sub fin. vers.* *4* Aber ben uns. † Quin imd nullam Jurisdictionem habent, *Gloss. latin. Landr. lib. 2. art. 13. lit. D. vers.* *5* Talis autem judex; † Sed sunt tantummodo ministri, ac quasi praecones & executores eorum, quibus Jurisdictione in loco competit, Matth. Col. *de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 31. vers. sed ministri.* *6* † Haud mirum itaque est, quod pignus in fundo suo captum Praefectis aut Nobibus suis tradere teneantur, si præscriptionem pignoratione interrumpere velint, † sicuti & alias horum iusl & nutu omnia disponunt, ut maximè in banco vel sedē Scabinali sedeant, Coler. *dīct. c. 1. n. 131.*

Ita Domini in eadem caus. (Verba sent. So hat sich doch der Richter auf solchem Dorffe dannt nicht zu behelfen/ sondern er ist das abgenommene Pfand dem Gerichts-Herrn einquantworten schuldig gewesen/ und weil er solches nicht gethan/ ist auch durch die von ihm beschobene Pfändung die Præscription oder Verjährung der eingeführten Gerechtigkeit nicht interrumpiret worden/ V.R.W.)

### DEFINIT. III.

*Pignorationum cause pertinent ad Jurisdictionem inferiorem.*

**N**on cuivis Judici, Jurisdictionem habenti, pignus tradi debet, sed tantummodo ei, qui in loco eo, ubi fundus, in quo sit pignoratio, situs est, jurisdictionem habet, disertis verbis ita disponente Illustrissimo Dn. Electore *in bāc Const. vers.* Und die Pfande in das Gerichte / darin der Grund gelegen/ überantwortet/ic. † Nisi judex pignus accipere recusaverit, quo casu illud tradi debet ei, cui Præfectura proximè adjacentis administratio commissa est, b. Const. 7. *in fin.* † Sed quid, si judex non nisi inferiorem habeat jurisdictionem, die Nieder- oder Erb-Gerichte? Huic pignus captum offerendum esse, rectissime docet Matth. Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 3. n. 120. & 150.* † Tūm, propter textum expressum in Ordin. Provinc. Elect. Saxon. *de Anno 1550 tit. Was zu Ober- oder Nieder- und Erb-Gerichten gehöret/ 5. Und alle Bürgerliche Sachen/ 5 vers.* Pfändung; † Tūm, quod pignora capiantur ut plurimum propter ingressum violentum ac invasionem fundi alieni, præter & contra Dominorum voluntatem, quo ipso haud minima domino inferatur injuria, † quæ absque dubio refertur inter gradus & species inferioris jurisdictionis, quare & denuncianda est Judici locorum hereditario, dñe die Erb-Gerichte zuständig/ Landrecht. *lib. 3. art. 91.* Matth. Coler. *dīct. cap. 3. n. 120. & 121.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Das in den gleichen Fällen die abgenommene Pfande demjenigen Richter/ welchen des Orts die Erb- oder Nieder-Gerichte zuständig/ billich eingeantwortet werden/ V.R.W.)

### DEFINIT. IV.

*Præscriptio Saxonica triginta annorum, anni & diei, sola interrumpitur Citatione.*

**S**olam Citationem absque litis contestatione sufficere ad interrumpendam præscriptionem Saxoniam rerum immobilium, tradit Andr. Rauchb. *part. 2. question. 28. n. 7.* † restringens tamen hoc ipsum ad præscribentem in malā fide constitutum, quod & placet Matth. Berlich. *p. 2. conclus. g. n. 40.* † At vereor, ne sententia hæc effectu destituatur, cum nec in foro Saxonico præscriptio absque bona fide subsistat, † quæ & regulariter pro præscribente præsumitur, Matth. Welsenb. *in paras. ff. de 14-15. Carpz. Defin. Vol. I.*

*sucap. n. 11.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 138.* Zobel. *part. 2. diff. 2. n. 1.* Petr. Heig. *in p. 1. qu. 16. n. 55.* Rectius quis affirmaverit, † indifferenter præscriptionem rerum immobilium ac incorporalium, triginta scilicet annorum, anni & diei, sola citatione interrumpi; Cum Juris ferè sit indubitati, † quod per citationem interrumpatur, præscriptio temporis longissimi, triginta nempe vel quadraginta annorum, l. 3. vers. quæ ergo. l. cum notissimi. 7. in pr. C. *de præscript. 30. vel 40. annorum. l. 3. vers. Sancimus. C. de annal. except.* Matth. Col. *in cap. illud. 8. num. 14. ext. de præscript.* Andr. Rauchb. *part. 2. qu. 28. n. 6.* Mod. Pistor. *p. 4. q. 147. in pr. & ibi Jacob. Scultet. in addit. n. 14.* † Quidni ergo idem asserendum erit de præscriptione Saxonica tricennali, prout rectè sentit Chilian. König. *in process. cap. 34. in fin.* † Maximè, cum statutarie præscriptiones omnies Citatione interrumpi dicantur, Welsenb. *consil. 73. n. 69.* Hart. Pistor. *lib. 2. quest. 12. n. 45.* † Quamvis de præscriptione temporis immemorialis aliter sentiat Mod. Pistor. *p. 4. q. 148.*

Ita Seabini ad requisitionem Martini Hillens zu Reisigk! Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sentent. Habt ihr euren Nachbarn wegen eines Hauses in Anspruch genommen/ in Meinung/ dasselbe als euer Eigenthum gebührlichen von ihm zu vindicieren. Ob nun wohl bemeldet euer Nachbar fürgietet/ das er über 30. Jahr/ Jahr und Tag dasselbe besessen/ inne gehabt/ und sich dannenhero mit der Verjährung zu behelfen gemeinet ist; Da ihr aber dennoch allbereit vor 10. Jahren deswegen wider ihn Klage erhoben/ und ihn gebührlichen eindren lassen/ ic. So wäre hierdurch die prætendite Præscription interrumpiret worden/ und hätte sich demnach Beklagter damit ferner nicht zu behelfen/ V. R. W.)

### DEFINIT. V.

*Citatione tamen ad processum extrajudicarium præscriptionem non interrumpit.*

**Q**uod dictum Defin. præced. Citationem interrumpere præscriptionem tricennalem, illud solummodo exaudiendum de Citatione judiciali, quæ fit præviâ libelli oblatione, ad causam in judicio ventilandam & decidendam, non etiam de citatione ad processum extrajudicarium ( vulgo zur Verhöhr der Sachen.) † Quare si princeps vocet partes ad aulam, & ibi causam audiat, vel per Consiliarios suos audiri procuret, & sic ea in decisa relinquatur, præscriptionem non videri interruptam, docet Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 12. num. 35. & part. 4. quest. 147.* † per text. in l. sicut 3. verb. Aut in judicio postulatione depositâ fuerit subsecuta per executorum convenio &c. C. *de præscript. 30. vel 40. annor.* quæ certè verba exigunt judicium. † Unde inferri potest, quod etiamsi quis extra formam judicij vocatus sit ad competenter Magistratum vel Judicem, zur Verhöhr der Sachen per hoc tamen non interrumpatur præscriptio, etiamsi Senatus Commissarios dederit. † Quò & facit l. ule. *vers. Sancimus ibi:* Sed qui obnoxium sum in judicium clamaverit &c. C. *de annal. except.* † Quod si tamen post ejusmodi cognitionem extra-judiciale factum esset Decretum ein Abschied, per id præscriptionem interrumpi, rectissime concludit Jacob. Scultet. *in addit. ad Modest. Pistor. dīct. quest. 147. num. 18.* † Quia decretum præsupponit causæ cognitionem l. nec quicquam. g. §. ubi decretum. l. ff. de offic. procons. l. quod principi. l. §. 1. ff. de conf. princ. † quæ summario processu perfecta fuerit, nil imputandum ei, ex cujus parte interrupta videtur præscriptio. † Quin & iniquum esset, non dari summarie causarum expeditioni, quod oriundario processu attributum est, cum tamen summarius

processus videatur favorabilior, quippe per quem litigantes citius disimuntur, arg. l. 21. in fin. ff. de reb. credit. L. maximum: i. ff. de jurejur. Schult. d. loc.

Ita Domini in causa Fabiani Hellers / Mense Decembr. Anno 1559.

## DEFINIT. VI.

*Prescriptio etiam annalis rerum mobilium in foro Saxonico sola Citatione interrupitur.*

- 1 **U**sacaptionem rerum mobilium cum titulo & bonâ fide, quam favorabilem nuncupant, nec per litis contestationem, nec Citationem, sed per sententiam definitivam interrupti, tradit Andr. Rauchb. part. 2. quest. 28. num. 4. quem sequitur
- 2 Matth. Berlich. part. 2. concl. 9. n. 33. † Ita namque jus commune requirit sententiam definitivam ad interruptionem præscriptionis rerum mobilium triennalis, in l. Julianus. 17. in fin. cum l. seqq. l. 21. ff. de Rei Vindicat. l. Julianus. 9. §. proinde. & ff. ad exhib. l. 2.
- 3 §. ult. ff. pro empt. † In cuius locum præscriptio Saxonica annalis surrogata est, Zobel. p. 2. differ. 2. n. 9. vers. cum annalis prescriptio. Ludov. Fachs. dif- fer. 11. vers. cum annalis prescriptio, † Ut sic meritò ejus naturam sapiat, l. §. b. c. actio. 10. ff. si is qui testamento liber esse. Everh. in topic. loco, à vi surrogat. n. 1.
- 4 Sed hoc me nullatenus movet, † quò minus Citationi effectum interruptionis in præscriptione annali tribuendum censem, cum Matth. Coler. in c. illud. 8. num. 10. vers. Et Interruptione extr. de præscript. Dan. Moller. lib. 2. Semestr. cap. 11. † Quorum opinio satis munita est sanctione Imper. Justiniani, in l. ut perfectius. 2. in verb. Licentia ei detur adire presidem provinciae, vel libellum ei porrigitur, & hoc in querimoniam deducere intra constituta tempora, & interruptionem temporis facere, & sufficere hoc ad plenissimam interruptionem. C. de annal. except. & in l. ult. in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annor.
- 5 † quà sanctione novissimè textus ex ff. à Rauchb.
- 6 & Berlich. allegatos correctos fuisse existimo. † Accedit & hoc, quod regulariter præscriptions statutariaz, inter quas etiam præscriptio annalis Saxonica referenda, sola Citatione interrupatur, Balb. de præscript. part. 3. part. 6. princip. qu. 4. num. 10.
- 7 Felin. in cap. illud. 8. num. 2. extr. de præscript. † Ac certè non video effectum usucaptionis post citationem currentis cum ex mente Berlich. & Rauchb. præscribens, non obstante usucapione, rem restituere teneatur, l. si post acceptum. 18. ff. de Rei Vindic. l. pro empore. 2. §. 21. ff. pro empore.

Ita Domini in causa Martin Hillens zu Neßigk/Mens. Maij. Anno 1633. (Verba sentent. So viel aber die im streitigen Hause vorhandene mobilia anlanget / dieweil nicht zu befinden/ daß ihr dererwegen Besigern binnen Jahr und Tag in Anspruch genommen / und gebührender massen Citation dadurch die Verjährung interrupiert worden wäre ) wider ihn ausgewürcket/ so er das Eigenthum derselben durch Verjährung erlanget/ und ihr sendt nunmehr solche mobilia ferner zu vindicare nicht berechtiget/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Citatione quoque interrupitur præscriptio annalis auferens agnatis facultatem redimendi feudum alienatum, vivente adhuc alienatore.*

- 1 **V**ivo adhuc alienatore, Agnatos feudum alienatum intra annum tempus revocare posse pretio refuso, probatur ex c. Titius si de feudo defuncti & c. 1. §. porro. Qualit. olim feud. poter. alien. Bald. in d. c. Titius. Hart. Pift. l. 2. q. 11. num. 11. & q. 12. n. 18.
- 2 † Quod tempus annuum extrajudiciali requisitione atque insuper oblatione pretii non. interrupti, expeditum est; † Et probat hoc ipsum post Joh. Fabr. in l. acceptam. 19. C. de Usur. quem allegat-

Hartm. Pift. diff. qu. 12. n. 44. per text. in l. 2. in fin. C. de jur. Empbys. † Et quia non reperitur oblatione inter modos impediendi cursum præscriptionis, Andr. Tiraquell. de retract. tit. 1. §. 8. gloss. 2. num. 1. † At major subest dubitatio, annon citatione saltem & præscriptio bac annulis interpelletur? † Negat hoc 6 quidem Hartm. Pift. d. q. 22. n. 45. ad interruptio- nem requirens litis Contestationem post Schrader. de feud. p. 8. qu. 7. num. 59. qu. 11. † Sed verior vi- detur sententia affirmativa, quam propugnat Ro- senth. in synop. feud. c. 9. membr. 2. concl. 94. num. 7. & Matth. Wesenb. vol. 1. conf. 73. n. 75. † Siquidem 8 præregula traditum est, præscriptionem à statuto vel consuetudine introductam, quā agendi facultati certus præstitutus est terminus, sola interrupti Citatione, Bartol. in l. 2. §. si rem. 21. n. 2. ff. pro emtor. & in l. in omnibus. 6. num. 3. ff. de obligat. & a- ction. Panorm. in c. illud. 8. n. 12. ext. de præscript. quod certè in revocatione feudi nullibi expressè correctum est.

Ita Domini in causa H. B. à L Mens. April. Anno 1603. (Verba sentent. Diewell aber dennoch nicht zu befinden/ daß ihr durch Erstattung des Kaufgeldes dasselbe württelich eingelöst/ oder außen Fall der Verweigerung diese Sache zu Recht anhängig gemacht/ ic. So möget ihr nunmehr nach längst verflossener Jahres-Frist damit nicht zugelassen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Facta prohibitio quando interrupcat præscriptio- nem Servitutis?*

**Q**uemadmodum denunciatio extrajudicialis 1 haud interrupit præscriptionem, juxta tra- dita Heig. p. 1. qu. 16. num. 64. ita nec per impati- tiam seu prohibitionem verbalem & extrajudicialem adversarii, possessio & præscriptio Servitutis inter- ruptitur; † Nisi vel Impatientia conjuncta sit cum 2 impedimento quodam, per quod quis non modò turbatur in possessione Juris, sed & de quasi posses- sione servitutis dejicitur b. Constitut. 7. part. 2. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 123. 141. & seqq. † vel si prohibitio habuerit effec- tum, arg. l. ult. ff. de itin. attuque privat. in verb. sed si prohiberetur non facturus, &c. Anton. Fab. in Codic. 3. tit. 24. defin. 10. num. 2. † Et catenus di- citur interrupti præscriptio servitutis naturaliter, 3 per contradictionem & prohibitionem ejus, adver- sus quem præscribatur l. junct. Aut. male fi- dei. C. de præscript. longi temporis l. 2. & l. 3. C. de an- nal. except.

Ita Domini in causa Valentini Morters zu Garleben/M. Octobr. Anno 1625. (Verba sent. Seyd ihr mit eurem Nach- bar wegen einer Trifft-Gerechtigkeit in Rechtlichen Proces gerathen. Ob ihr euch nun wohl auf die Verjährung zu gründen gemeinet/ da aber dennoch euer Nachbar vor Ver- flassung der 30. Jahr/Jahr und Tag euch gebührlich pfänden lassen/ oder aber auch ihr nach beschriebenem Verbot und Einhalt euch der Trifft-Gerechtigkeit ferner nicht gebraucht hättest/ ic. So wäre hierdurch die præscriptio interrum- pirt worden/ und ihr hättest euch nunmehr darmit nicht zu be- hälfern/ B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Quando actum est petitorio & possessorio simul, sa- per solo possessorio quandoque Judex pro- nunciare potest.*

**Q**uando actum est solo petitorio, tum etiamsi ap- pareat Reum in possessorio obtinere potuisse, 1 attamen super petitorio saltem pronuncian- dum est c. ult. ext. de caus. poss. & propr. Joh. Vincent. Honded. vol. 2. conf. 24. n. 37. † Ideoque Reus, si actor 2 dominium plenè non probet, ut maximè de posses- sione appareat, prorsus absolvit debet, Hartm. Piftor.

- 3 p.i. qu. 45. n. 4. Sicuti & vice versa, † ubi possessorio saltem actum est, licet ex probationibus, & aliis in actis deductis appareat, actorem in petitorio magis justam causam fovere, tamen de possessorio saltem dijudicandum erit, ut in terminis consuluit  
 4 Corneus vol. 4. conf. 91. † Quia sententia debet esse conformis libello l. ut fundus. 18. ff. comm. divid. c. licet Heli 31. de Simon. † Et fatuus est Jūdex, qui aliter condemnat, quām fuerit petitum, ut ait text. in l. fin. C. de fideicom. quippe cuius potestas ultra libellum non extenditur, Specul. in tit. de action. §. super petitionibus. vers. Sed quid si Reus. n. 8.  
 6 † Ex libelli autem conclusione potissimum dijudicandum est, utrum possessorium, an petitorium; an vero utrumque in judicium fuerit deductum c. ex parte 15. extr. de for. compet. c. litera. 3. extr. de dilat. Jason. in l. 1. ff. de edendo. & in §. 1. n. 16. Inst. de  
 7 Action. † Narrata enim in libello non extendunt vires libelli ultra, quām in conclusione petitum fuit;  
 8 † Nisi in libello subjiciatur clausula illa (Petens jus & justitiam fieri & ministrari) Jason. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. num. 191. ff. de acquir. poss. Panorm. in c. cum dilectus. 2. extr. de ord. Cognit.  
 9 † Hujus clausulae generalis quisnam sit effectus, & quando ejus vigore Jūdex possit sententiam ferre secundum probata, eleganter docet Hart. Pst. dict. qu. 45. n. 25. & seqq. Illud tamen observandum est,  
 10 † quod si possessorium cum petitorio cumulatum, & utrumque simul in judicium deductum fuerit, (quod fieri potest secundum tradita Dd. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. ff. de acquir. poss.) tum utrumque etiam sententiā determinari debere, c. cum Ecclesia. 3. & c. cum dilectus. 6. extr. ubi Dd. de  
 11 caus. poss. & propriet. † Quod si tamen judici ita videbitur, poterit prætermisso petitorio, super solo possessorio pronunciare c. 2. ubi Dd. extr. de caus. poss. & propriet. Jason. in d. l. 12. §. nihil commune. 1. num. 180. ff. de acq. poss. Pistor. dict. qu. 45. num. 13. Honed. vol. 2. conf. 22. n. 28.

Ita Domini in causa R. à B. zu N. ab una & R. à B. zu B. ab altera parte M. Mayo, Anno 1633.

#### DEFINIT. X.

*Petitorium cum possessorio Retinenda cumulari nequit.*

- 1 Uli actione instituta se solum dominum sedum, quas possidet, contendit, non potest simul petere, ut Reus à turbationibus possessionis desistat, & de non amplius turbando cautionem præstet.  
 2 † Etenim petitorio agere videtur, qui petit, se declarari dominum bonorum, quæ jam possidet, Gloss. in cap. inter dilectos. 6. verb. pertinere. extr. de fid. instrum. & in cap. cum Ecclesia. 3. extr. de caus. poss. & prop. † Dum vero ulterius petit, Reo injungi, quod à turbationibus desistat & cautionem de non amplius turbando præstet, simul agit possessorio, siquidem petitio hæc possessorio Retinenda convenit. Nam quando agitur pro turbationibus & molestationibus super possessione illatis, dicitur agi possessorio Retinenda, Bartol. in l. in pr. & in §. 4. vers. retinenda. & in §. interdictum. 6. ff. Uti possid. Menoch. de recup. poss. in pralud. n. 18. Id vero minus recte factum, † quia regulariter petitorum cum possessorio Retinenda in uno eodemque libello cumulari nequit, Bart. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. n. 22. ff. de acquir. poss. Cujus sententiam ibi sequuntur Dd. comm. secundum Jason. n. 79. & Hart. Pst. l. 4. q. 18. n. 4. Menoch. de retin. poss. Remed. 3. n. 531. † Nam qui possessorio Retinenda agit, hoc ipso se possidere assertit, atque adeo fibimeti-

ipsi adverians petitorio, quod tamen vult cumulare, agere se non posse fatetur, cum nulla sit prodata actio, † quā possidens rem à se possessam persequi, eamque suam esse judicio petitorio contendere possit, l. i. §. interdictum autem. 6. ff. Uti possid. §. aque. 2. ubi Dd. Inst. de action. Hancque sententiam pluribus defendit ac latius persequitur Hart. Pst. dict. q. 18.

Ita Domini in causa Simon Schallens & Ludovici Beckens zu Ayeln/ M. Octob. An. 1624. ( Verba sent. Hat sich Ludwig Beck euch an der Nutzung und Besitz eures Hauses zu perturbieren unterstanden/ deswegen ihr wider ihn Klage erhoben/ dafern ihr nun eurem Andenken nach euch für den rechtmäßigen Herrn des Hauses zu erklären gebeten hättest/ ic. So möchte euer Klag-Libell auf Erhaltung des Hauses Posses nicht gerichtet/ noch daß vom Beklagten cautio de non amplius turbanda possessione bestellel würde/ von euch darinnen zugleich gesucht und gebeten werden/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XI.

*Interdictum Uti possidetis datur etiam contra rurbanentes quasi possessionem Jurium incorporalium.*

Interdictum Uti possidetis, quod est prohibitorium ad retinendam possessionem, de soli, h. e. Rei corporalis & immobiliaris possessione scriptum est, secund. Ulpian. in l. i. §. hoc interdictum. 1. ff. uti possid. † Ex interpretatione tamen utile hoc interdictum etiam pro juribus incorporalibus & horum quasi possessione retinenda competit, l. fin. ff. eod. tit. l. sicuti. g. 5. in fin. ff. si servit. vindic. l. quoties. 20. ff. de servit. Bartol. & Dd. in l. i. C. Uti possid. Menoch. de retin. poss. Remed. 3. quest. 13. n. 103. & seq. † Nec refert, de quorumnam jurium quasi possessione disceptetur, cum & pro Nobilitate & dignitate possessorium concedatur, Didac. Covarr. lib. 1. variar. resolut. c. 16. n. 12. Vincent. de Franc. part. i. decis. 90. n. 6. afferens in consilio Neapolitano ita judicatum esse. † Nec dubium, quin & pro quasi possessione Jurisdictionis interdictum Uti possidetis competit c. licet causam. 9. extr. de probat. c. querelam. 24. extr. de elekt. c. suborta. 21. extr. de sentent. & re judic. c. inter. 8. extr. de major. & obedient. Bartol. & Dd. in l. i. ff. Uti possid.

Ita Domini in causa Hansen von Schöufels & Hansen Abel Giebers ad requisitionem Quæstoris Zwickaviensis, M. Dec. An. 1630. ( Verba sentent. Daß Beklagter bey der Possess vel quasi der articulirten Gerechtigkeit / bis so lange er von Klägern in ordinario possessorio oder peritorio daraus mit Recht entseget / bishlich gelassen und geschützt wird / B. R. W.)

Item in causa Leonhardi à Milckau, & Caspari à Schöufels/ M. Dec. Anno 1615.

Et alia in causa ad requisitionem præfести in Wendelstein/ Mense Dec. Anno 1630.

#### DEFINIT. XII.

*Interdictio Retinenda possessionis Dominus quoque contra subditos suos obedientiam recusantes agere valet.*

Majus vero dubium existit: *An domino à subditis suis in jurisdictione turbato, adversus eos competat utile hoc interdictum, Uti possidetis, vel vice versa subditis contra Dominum?* † Vulgo namque interdicta appellari existimant, quasi inter duos dicta de re tertia, §. 1. vers. exhibitoria. Inst. de interdict. Sed quando subdito de scipso refert quæstionem, non est Res tertia, de qua contenditur. † Quare nec interdictum hoc retinenda possessionis locum habere, quando Subdito Superiori contradicit, scribit post Petr. de Bellapert. in l. i. C. Uti possidetis. Bartol. in l. i. §. bujus autem interdicti. 2. ff. codem iste. † At scitè magis, quām verè interdicta inde appellari, quod inter duos dentur, ait Pratejus

in Lex. Quippe cum aliis inde sic dicta videantur, † quia interim, donec negotium principale determinetur, dicantur, Paul. lib. 5. sentent. l. 3. §. ult. ff. de lib. hom. exhib. † Et concessa hāc Etymologia, quomodo inde impediri poterit Dominus, quod minus interdicto Uti possidetis contra subditos suos experiatur, cūm dubium non sit, Dominum & subditos duas personas in interdictis repräsentare, easque contendere de Re tertia, possessione scilicet Jurisdictionis. † Ut non immorit ab opinione Bartoli hac in re divortium fecerit Hartm. Pst. l. 4. q. 19. n. 6. siquidem ad hoc, ut interdictum Uti possidetis locum habeat, † duo tantummodò requiruntur, videlicet possessio vel quasi ex parte Actoris, & Turbatio possessionis ex parte Rei, fatente ipsomet Bartol. in l. 1. §. ult. n. 18 ff. Utri possidet. quæ duo hoc in casu, quo Dominus adversus subditos inobedientes vult experiri, intervenire, expeditum est. † Præterea haud parum confirmat hanc sententiam text. in c. suborta. 21. extr. de sentent. & re judicat. ubi inter Episcopum Meldens. & Monasterium Attrebatis possefforio actum fuerat de subjectione ejusdem Monasterii. & quia ex confessione hujus constabat, Episcopum quasi possessionem obedientiae habuisse, hæc illi adjudicatur. † Accedit & hoc, quod pro Jurisdictione petitorum detur inter Dominum & subditum, Actio nempe realis Confessoria & negatoria, secundum Dd. in c. conquerente. 16. extr. de offic. jud. Ordin. & cap. inter quatuor. 8. extr. de major. & obedient. & in §. prejudiciales. 13. l. inst. de action. † Possessoria vero & petitoria judicia sibi invicem adeò correspondent, ut ubi petitorium seu actio aliqua Realis competit, ibi etiam detur interdictum possessorium, & vice versa, Bartol. 12 in l. ult. ff. quor. bonor. † ut vel propterea etiam inter Dominum & Subditos ratione Jurisdictionis interdictum dari possessorium, rectissime affirmaverit Hart. Pst. dicit. loc. num. 8. secutus Menoch. Remed. 3. retin. possess. qu. 15. n. 122. aliosq; quos allegat n. 15. & 16.

Ita Domini in causa Jacobi Reinhardi contra subditos suos zu Frauenloba/ Mense April. Anno 168. (Verba sententia: Dass Kläger bey der Possess vel quasi der angezogenen Jurisdiction und Erb-Gerichte über beflagte seine Unterthanen / bis so lange er von ihnen durch ein ordentliches possessorium oder petitorium daraus entsezt / billich gelassen wird/ B. R. W.)

### DEFINIT. XIII.

*Ex Lege diffamari nemo experiri potest adversus possidentem, ad turbandam ipsius possessionem.*

A Bsurdum haud est, ut possessor, cui alias competit interdictum, Uti possidetis, agat remedio, L. diffamari. adversus diffamatorem, quin nec interdicto possessorio experiri potest in casu diffamationis verbalis, † quia interdictum hoc violentiam turbativam requirit l. 1. in pr. in verb. vim fieri res. ff. ut ipso possidet. † Nisi forsitan per diffamationem impediatur simul libera possessio, dum propter eam possesso non queat invenire operarios, qui velint colere prædium vel subditi nolint possessori tanquam non habenti Jurisdictionem obedire, † quo certè casu, quia videtur turbata possessio, adversus diffamatorem interdictum quoque Uti possidetis competit, Bart. in l. 1. §. bujus autem interdicti. 2. ff. Uti possidet. Joh. Schneidew. in §. retinenda. 4. n. 21. l. inst. de interdict. † Quamvis Actor utroque remedio simul experiri, & interdictum possessorium, cum remedio L. diffamari, cumulare nequeat, prout eleganter demonstrat Hartman. Pst. obseru. 94.

† Adversus possessorum autem Remedio L. diffamari, experiri volens non auditur: Ne scilicet beneficium possessionis, quod possidentem ab onere agendi & probandi eximit, per indirectum ipsi auferatur; † Hæc enim natura est L. diffamari, ut diffamantem agere compellat, Angel. is rubr. Inst. de except. Hartm. Pst. dicit. obs. 94. n. 11. † Quin & per ejusmodi provocationem non parum possessio turbatur, ut inde potius agentem ex L. diffamari, interdicto, Uti possidet, repellere licet l. 1. ff. Uti possidet. † Absurdum præterea esset, ex L. diffamari, petitorum seu Rei vindicationem injungi ei, qui possidet, quippe quæ non competit habenti possessionem, sed contra possidentem datur, ut habetur in l. un. C. de alien. jud. mut. caus. facti & §. o. mni. l. Inst. de action.

Ita Domini in causa Christiani von Eckardsberg contra Haissen Jenithens Wittib ad requisitionem Quatoris Dresdenis Mense Febr. Anno 1629. (Verba sent. Würde diffamant Schein zu den acten bringen / daß er in possess. vel quasi der geforderten Lehenwahr wäre/ So hätte der angestalte Diffamation Proces nach Gelegenheit dieses Falls nicht statt/ B. R. W.)

### DEFINIT. XIV.

*In foro etiam Saxonico possessio habetur legitima, licet non fuerit annalis.*

V ERBA sunt Juris Saxonici in art. 44. in pr. lib. 2. l. Landr. Wer ein Gut hat in seinen Gewehren Jahr und Tag ohne rechtliche Widerrede/ der hat daran eine rechte Gewehr/ h. e. Quicunque bona aliqua per annum & diem posidet absque justa eu- jusquam contradictione, eorumdem verus efficitur possessor. † Unde vulgo existimant, in foro Saxonico possessionem haud legitimam haberi, quæ annalis non est. † Quod tamen neutiquam inde evincitur, ut maximè enim ex possessione quietâ unius anni presumatur legitima possessio, id quod probatur dicit. art. 44. lib. 2. Landr. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. num. 108. † Inde tamen non sequitur, illegitimam esse possessionem, antequam annus fuerit elapsus, maximè si de titulo possessionis constet, qui absque dubio fortius jus tribuit, quam spaciun annale. † Quamvis Benedict. Reinhard. art. 44. explicit de possessione, quæ jus aliquod tribuit contra tertium prohibentem part. 6. differ. 50. apud Zobel. p. 2. differ. 35. n. 6. † Non incepit quoque dixeris, agi in d. art. 44. de posses- sione rerum mobilium, quæ post annum, sex septem- manas & tres dies verum tribuit dominium in foro Saxonico, † ut sic non tam de possessione, quam do- minio ex præscriptione quæsito, verba Juris Saxonici intelligi debeat. Quod videtur sensisse Glöss. dicit. art. 44. in verb. welche man. vers. Quin an- dern mög dich.

Ita Domini in causa Melchior Oelschlegels zu Halle/ M. August. Anno 1632. (Verba sententia: Ob ihr nun wohl auch der Buchdrucker Jahr und Tag nicht gebraucht/ dieweil ihr aber dennoch solche durch einen rechtwährenden Titel einsamml erlanget/ und nunmehr über eines halben Jahres Frist in gerühlicher Ubung und Gebrauch gehabt/ ic. So werdet ihr auch daben/ bis so lange ihr im Stande des Rechthens dar aus entsetzet/nochmals geschwäget/ und ihr möget detselbigen dannwehero/ als wann nach Sachsen-Recht zu Erlangung einer rechtwährenden Possess Jahr und Tag erforderlich würde/nicht destwider werden/ B. R. W.)

Ei in eadem causa Scabini Hallenses. (Verba sent. Wies wohl nur das Sachsen-Recht zu einer rechten Gewehr Jahr und Tag erforderlich/ dieweil aber solches die Doctores allerseits in dem Fall verstehen und appliciren/ da man ein freies Gute zu sich bekümmt/ oder ein Recht contra tertium, qui jus prohibendi habet, erlangen will/ ic. So wird auch nach Gelegenheit dieses Falls zu der Possess Jahr und Tag nicht erforderlich/ sondern ihr habt solche zur Gnade behauptet/ und sendet daraus unverkennbares Rechthens nicht zu entziehen/ B. R. W.)

### DEFI-

## DEFINIT. XV.

*In summario vel summarissimo possessorio creditur etiam testimoniis non juratis.*

- S**ummarium vel summarissimum possessorium multum differt à possessorio plenario sive ordinario, † Non enim jure actionis, sed per officii Judicis implorationem in judicium deducitur, sine figura & strepitu Judicii, absque libello & litis contestatione Bald. in l. ordinarii. 13. n. 9. C. de rei vindic. 3 Jac. Menoch. de retin. possess. remed. ult. n. 32. † Nec plena & perfecta probationes desiderat, sed leviores & semiplena recipit, Ord. Cam. part. 2. c. 21. in fin. vers. und alsbald dorauff summarie ohne einigen gerichtlichen Proces oder weitläufige Ausführung der Sachen. & Menoch. dict. rem. ult. n. 34. Andr. Gail. l. 1. obser. 7. n. 2. & 6. Petr. Frid. de process. 4 Cam. c. 43. † Unde & possessorium summarissimum levius dicitur præjudicii, Plot. de in lit. jur. §. 3. n. 35. in quo sententia fertur tantummodo interlocutoria, non afferens præjudicium irreparabile, Gail. d. obser. 9. n. 6. Menoch. d. loco. num. 46. 47. 5 † Et est præparatorium judicii possessorii principalis vel plenarii, dict. Ord. Cam. c. 21. vers. Sich derselben bis zu endlichen Ausstrag des endlichen Rechtens in possessoria, oder petitorio zu enthalten, Gail. dict. obser. 7. num. 3. Menoch. dict. remed. ult. n. 44. † In quo etiam principaliter de turbatione, secundario autem de possellione disceptatur. l. 1. §. hoc interdictum. 1. ff. Uti possidat. Frider. d. c. 45. Quas, aliasque plures differentias summarii & plenarii possessorii congessit Andr. Rauchb. p. 2. qu. 6. n. 61. & seqq. † Quibus & hæc addi potest, quod licet in possessorio ordinario, perinde ac in petitorio judicio testes jurare debeant, in summarissimo tamen credatur etiam testipus non juratis, Menoch. de retinend. possess. remed. ult. n. 39. Ernest. Cothm. vol. 1. Respon. 20. n. 27. Accurs. in L. ult. verb. depositionibus. C. de edit. div. Adr. toll. Bald. in c. 1. §. si duo. n. 4. de pace tenend. Roland. lib. 4. conf. 8. num. 41. Joseph. Maillard. de probat. vol. 3. concl. 13. 2. n. 15. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 51. n. 16. 7 Frider. Pruckman. vol. 1. conf. 23. n. 19. † Ex quo enim probationes recipiuntur à Judice ex officio ad sui informationem, juramentum non videtur necellarium, que nadmodum scribit Gloss. in cap. 1. §. si duo homines. in verb. testimonium de pace tenend. † Et comprobatur hæc sententia vel ex eo, quod in judicio summarissimo sufficiat levius & qualis qualis probatio, dict. Ord. Cam. p. 2. c. 21. Menoch. dict. rem. ult. n. 34. † At quando sufficit qualis qualis probatio, testimoniis etiam non juratis adhiberi fides potest, per tradita Jac. Menoch. de arb. jud. qu. 1026. in fin. † Nec est, quod hoc casu strictè inhæamus dispositioni l. jurisjurandi. g. C. de testib. ubi regula traditur generalis, quod testi injurato fides adhibenda non sit. Quia textus ille de probatio- 11 ne ordinaria loquitur, ut in aperto est. † Atqui in summarissimo judicio testes non tam ad probatio- nem, quam judicis informationem adhibentur. Menoch. de retin. possess. remed. final. ex Judicis of- fisc. num. 39. Junge Decis. Elect. noviss. 1.

Ita Domini in causa Detloffen à Winterfelds & Johannis à Grumbergs an die Churf. Brandenburg. Regierung zu Cöthen/ Mense Mart. anno 1609.

Item in causa Leonhardi à Mückau & Calpari à Schöufels en Schöffer zu Zwiesau/ Mense Dec. Anno 1615.

Item ad requisitionem Praefecti in Wendelstein/Mense Dec. Anno 1630.

Et in causa Georgii Berndtmans contra Hansen von Porzig quiss. Bobbach zu Eisenberg/ M. Dec. Anno 1635.

## DEFINIT. XVI.

*In summarissimo possessorio admittitur etiam probatio per unicum testimoniem factam.*

**C**um possessorium summarissimum levius dicatur præjudicii Defin. preced. n. 3. meritò admittit leviores quoque & semiplena probationes. Ord. Cam. part. 2. cap. 21. in fin. vers. und alsbald dorauff. Andr. Gail. lib. 1. obser. 7. n. 2. & 6. Andr. Rauchb. p. 2. qu. 6. n. 64. Jacob. Menoch. ih. remed. ult. retin. possess. num. 34. Joseph. Maillard. de probat. vol. 3. concl. 1198. † Cui conseqens, probari intentionem Actoris etiam per unicum solummodo testimoniū juratum, quia probatio ejusmodi dicitur semiplena, Supr. part. 1. Constit. Elect. 23. Defin. 4. Dd. in l. admonendi. 31 ff. de jurejur. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 1. defin. 4. n. 8. & defin. 18. n. 7. † Planè, nec in summarissimo possessorio testimoniū personæ & dicta reprobari queunt, ut docet post Ant. Capit. dec. Neap. 55. num. 5. & Jac. Menoch. de arbitr. Judic. quest. lib. 1. qu. 32. num. 11. Andr. Rauchb. dict. qu. 6. num. 95. † Ex quo non facilè testimoniū de depositione repellendum existimaverim, præsertim si pro actore probante alia militent conjecturæ & probationes.

Ita Domini in causa der Alrogge contra David Walthern zu Leipzig/ Mense Mart. anno 1636. (Verba sentent. Des Klägers ihre angejogene Possess der streitigen 4. Fass Wein nach Gelegenheit dieses processus und summarissimi possessorii durch den eydlich. abgehörten Zeugen zur Notwendigkeit dargethan und beybracht/ berowegen ihnen Beklagter solche 4. Fass Wein zu restituieren und in ihre Gewehr zu verschaffen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Audiendus est Reus in summarissimo etiam possessorio, contra probationem Actoris summariam.*

**E**T si in possessorio summarissimo etiam leviores & semiplena probationes, vel saltē demonstrationes (Bescheinigungen) admittantur, & extra ordinem, processus ille ventiletur, Ord. Camer. p. 2. c. 21. in fin. Andr. Gail. l. 1. obser. 7. n. 2. & 6. Petr. Frid. de process. Camer. c. 45. † audiendus tamē erit Reus, si contra probationem Actoris summariam aliud docere ac demonstrare velit, modò & hic summarie procedatur, non per reprobationem, ordinariam, sed nudam demonstrationem, (Gegenseitige Bescheinigung) † Ne scilicet deterior sit conditio Rei quam Actoris, quæ tamen favorabilius esse debet, L. favorabiliore. 125. de reg. Jur. l. Arianus. 47. ff. de O. & A. Quin nec † in judicio summarissimo adeo tumultuarie procedendum est, ut substantialia processus à jure naturali inducta omittantur, Bartol. in extravag. ad reprimendum. in verb. figura. n. 4. Joh. Zanger. de except. part. 1. cap. 2. n. 9. † Nec judex item ita potest abbreviare, quin probationes necessariae & defensiones legitime admittantur, Clem. sepe. 2. de V. 8.

Ita Domini in eadem cau. (Verba sentent. Die weil Beklagter bey unterschiedenen angesetzten Terminen zu seiner prædictirten Gegenbescheinigung nichts eingegeben/ inmassen ihm zu thun frey gestanden/ ic.)

## CONSTITUTIO VIII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wann die Pfande in ein ander Gericht geführet werden.

**N**ann die Pfande in ein ander Gerichte von dem/so nicht unterthan ist/entführet seyn/so sprechen unsere Schöppenstüle zu Abtrag die gesetzte Buß der Sächsischen Rechte/ als 30. Schilling Pfennig/ und daß er das Pfand in die Gerichte/daraus es genommen/einstellen/ und sich solches hinsiero zu erhalten caviren soll. Da aber ein Unterthan die Pfande aus seines Herrn Gericht entführet/ und desselben Jurisdiction eximiret/derselbige/ so ers in Meynung transferendi Jurisdictionem gethan/soll mit ziemlicher Geld-Buß oder Gefängniß gestrafft werden. Es möchte auch der Frevel und die Verbrechung daffalls so groß seyn/dass der Gerichts-Herr Macht hätte/ dem Verbrecher auffzuerlegen/ zu verkauffen/ und sich aus seinen Gerichten/die er ihm entziehen wollen/zu wenden/ welches auch also nach Gelegenheit der Umstände erkannt werden soll.

Si pignora capta in alienam Jurisdictionem transferantur?



Ignora capta, ubi non subditus in alienam Jurisdictionem transfert, loco satisfactionis multam Juris Saxonici, quæ est 30. solidorum, quorum quilibet

16. nummis usitatis valet, huic dicunt Scabinatus nostri, & ut pignus judici ejus loci, in quo pignoratio facta est, tradat, insuper etiam de tali quopiam in posterum non commitendo caveat. Qui vero subditus pignora capta Jurisdictioni Domini sui eximit, is, si animo transferendi Jurisdictionem id fecisse compertus fuerit, pro arbitrio Judicis vel poena pecuniariâ, vel carcere multabitur; Quamvis si gravitas commissi doli & delicti id exposcat, mandare is, qui Jurisdictioni praestat, delinquenti possit, ut bonis suis divenditis, locis Jurisdictioni suæ, quam in alium transferre conatus est, subjectis excedat, & ita pro qualitate commissi pronunciari volumus.

## DEFINITES.

1. Cum duobus super eadem re controversiam moventibus possessor non tenetur litem suscipere.
2. Remedium c. redintegranda. 3. caus. 3. quest. 1. non competit ei, qui possessionem in adversarium.

## DEFINIT. I.

Cum duobus super eadem re controversiam moventibus possessor non tenetur litem suscipere.

1. Expeditum est de jure civili, Ut si duo vindicent rem eandem ab eodem possessore, ambo audiatur, ita ut, si habito processu aliquis eorum obtineat, victori res petita restituatur, † qui tamen victo cautionem indemnitatatis præstare debet, quod si forte pro secundo etiam petitore judicaretur, ipsum defendere velit l. penult. ubi Bartol. ff. de petit. heredit. l. 15. l. s. à quo 57. ff. de Rei Vindicat. Alius vero observatur processus in fero Saxonico;
2. Etenim si duo moveant alicui controversiam super eadem re, possessor cum aliquo eorum litem supercipere non tenetur, † sed aut rem petitam apud se retinet, aut in judicio exhibet, donec alter litigatorum adversus competitorem obtainuerit, cui res tum attribuitur, per text. Landr. lib. 3. art. 15. in pr. ibi: Ob zweene Mann ein Gut ansprechen/jener der es unter ihm hat/der soll ihr es seinem geben/sie vereinigen sich denn vor durch Freundschaft mit einander/ oder ihr einer weise den andern ab für Gericht mit Rechte. Et paulò post: Ist ein Gut angesprochen von zweyen Mannen/und hetschet es der Richter zu sich auf Recht/man soll es ihm ausantworten/und der Richter soll es unter ihm behalten/bis sich diese darum entscheiden mit Recht/ und einer soll davon ledig seyn/ der es dem Richter antwortet. Vid. quoque art. 41. lib. 3. Landr. Math. Coler. part. i. decif. 112. n. 2. & 3. Ludov. Fachl. diff. 44. Bened. Reinh. p. 4. diff. 37.

Ita Domini ad requisitionem Wolff Apels zu Ober-Drap.

sponte translatis.

3. Qui primò possidet partem indivisam, si possea non ciscatur totum, novus possessor non dicitur.
4. Nemo possessionis sue titulum edere tenetur.

pach/Mense Mayo, Anno 1630. ( Verba sent. Werdet ihr eines Pferdes wegen von ihrer zweyten/ derer ieder das beste Rechte daran zu haben vermeintet / in Anspruch genommen/ wenn nun gleich einer oder der ander sein Recht wider euch ausführen würde/ sc. So möchte ihr doch/ ehe und zuvor sie beide ihrer Streitigkeiten verglichen/ seinem das Pferd abfolgen zu lassen angehalsen werden/ sondern es verbleibt das selbe/bis so lange sie unter einander entschieden/ bei euch oder in den Gerichten in Bewahrung billich/ B. R. W.)

## DEFINIT. II.

Remedium c. Redintegranda 3. caus. 3. quest. 1. non competit ei, qui possessionem in adversarium sponte translatis.

Quæri solet, An remedium c. Redintegranda. 3. 1. quest. 1. concedatur illi, qui suo facto & culpa possessionem admittit? Et non concedi, † concludunt omnes, secundum Jacob. Menoch. de Recup. poss. remed. 15. n. 95. ubi quamplurimas in hanc sententiam autoritates adducit Modest. Pistor. lib. 2. conf. 26. n. 81. & part. i. quo 13. † id quod etiam probatur ex 3. verbis d. c. Redintegranda: Et per quascunq; injicias causas, &c. Ergo secus, si causa fuerit justa, nec iustitia causa inveniri potest illa, quæ ex propriâ voluntate provenit, † cum damnum, quod quis sua culpa sentit, alteri imputare non debeat, c. damnum. 4. 86. de reg. jur. in 6to. Ex quo porrò sequitur: † Spoliatum non restitui, si possessionem in adversarium sponte translulerit, juxta text. c. super 5. extr. de remun. Jacob. Menoch. dict. remed. 15. n. 96. † Quamvis & hoc suas patiatur limitationes, ut videre est apud Menoch. d. l. Mod. Pistor. d. q. 18. & ibi. Jacob. Schult. in addit. n. 4.

Ita Domini in causa Henningi Tumens contra Jacobum Volhardem/ Mencl. Martio, Anno 1597.

## DEFI-

**DEFINIT. III.**  
Qui primò possidet partem indivisam, si postea nani-  
scatur totum, novus possessor non  
dicitur.

**P**rivilegium vendendi vinum concessum fuerat  
Titio in ædibus suis, earumque possessori subsequenti, dem nachkommenden Besitzer des Hau-  
ses/ mortuo Titio, postquam ejus liberi aedes per an-  
nos aliquot possedissent pro indiviso, decellerunt  
omnes, unico filio superstite relicto, de quo dubitatur, an pro secundo vel tertio possessore habendus  
2 esset? † Sane quia defuncto Titio ejus liberi con-  
junctim secundam possessionem habuerant, ac possi-  
dendo simul omnes secundi possessoris personam  
3 representaverant, *juxta l. cui fundus s. in fin. ff. de*  
*condit. & demonstr.* † Omnidicendum videba-  
tur, superstitem pro tertio possessore haberi, in quo  
4 privilegium desisset, † quippe qui ante non nisi  
certam tantummodo partem pro indiviso possedis-  
set *l. locus 26. ff. de acqu. possess.* † Verum, cum su-  
perstes ille filius semper à morte patris una cum re-  
liquis liberis coheredibus in possessione fuisset, in  
qua adhuc manere videretur, quin etiamnum se-  
cundus post patrem possessor dicendus, ac proinde  
privilegii possessori quoque secundo concessi capax  
6 esset, haud dubitavere Domini, † secuti sententiam  
Modest. Pistor. part. 3. qu. iii. Quamvis enim jura co-  
heredum in superstitem devoluta fuissent, Attamen  
7 † cum in persona ipsius nullus intervenerat actus  
naturalis, per quem novam acquisivisse possessionem  
videri posset, causam magis possessionis, quam i-  
psam possessionem inde mutatam existimaverunt.  
8 † Nam & is eandem retinet possessionem, qui plus  
9 juris in illa possessione consequitur, † perinde ac  
is Collegium conservat, in quo, reliquis defun-  
ctis, jura collegii seu universitatis retinentur, *l. si-  
cut. 7. §. ult. in fin. ff. quod cujusque univers.* Ja-  
cob Schult. in addit. ad Modest. Pistor. dict. qu. iii.  
num. 4.

Ita Domini in causa Johannis Titii zu Hörscha/Mense  
Majo, Anno 1633. (Verba sentent. Ist euerim Vater auff  
seinem Hause der freye Weinschank nachgelassen / solcher  
auch dem nachkommenden Besitzer allein vergünstiget wor-  
den/ und als euer Vater Todes verfahren/ seyd ihr benebenst

euren Geschwistern eine geraume Zeit in communione ver-  
blieben / und habe euch des Weinschanks gebraucht. Ob  
man wohl eure Geschwister ingesamt Todes verfahren/ und  
also ihr allein solches Haus in Besitz behalten/ ic. So mag  
euch doch dannenhero berührter Weinschank nicht entzogen  
werden/ sondern ihr seyd euch dessen / so lang ihr solches  
Haus in Posseß behaltet / zu gebrauchen wohl befugt/  
B. R. W.)

**DEFINIT. IV.**

**R**egula est Dd. generalis, quod nemo teneatur  
indicare titulum suæ possessionis, *l. cogi. n. C.*  
*de petit. heredit. ubi Dd. Gloss. in cap. Ordinarii. 3.*  
*verb. exhiberi. de offic. ordin. in oto. Jalon. in §. a-*  
*ctionum. 28. n. 200. Inst. de action. Hart. Pistor. part. 2,*  
*qu. 46. num. 1. Henr. Rosenthal. de feud. cap. 8. concl.*  
*33. n. 7. † quippe cum nimis grave sit, Reum ur-*  
*geri ad exhibitionem eorum, per quæ sibi negotium*  
*fiat, *l. nimis grave 7. C. de testib.* † Et propterea*  
*actor proprias afferre probationes, non autem alio-*  
*rum instrumentorum inspiciendorum potestas ei*  
*fieri debeat *l. qui accusare. 4. C. de edend.* † Patitur*  
*tamen limitationem hæc regula, quando pro acto-*  
*re militat juris aliqua præsumptio, possidenti vero*  
*resistit *c. cum coatingat. 29. extr. de decimis.* † Aut*  
*quando quis jus in re aliena prætendit; Nam tum*  
*possessor ad tituli editionem omnino est devinctus,*  
*arg. *l. alius. 8. & l. si tibi. 10. C. de servit. & aqua. §.**  
*pen. Inst. de servit. Matth. de Afflict. in c. 1. n. 85. de*  
*controv. invest. Andr. Gail. lib. 2. observat. 69. n. 7.*  
*¶ Ex quo fit, quod Vasallus, qui se talem profite-*  
*tur, teneatur ostendere Domino instrumentum in-*  
*vestiture, & docere de titulo suæ possessionis, ut*  
*doceat Rosenthal. dict. conclus. 33. n. 6. & 7. pluribus*  
*autoritatibus adductis, idemque latius persequitur*  
*Hart. Pistor. dict. quest. 46.*

Ita Domini in causa Clement und Christian Freibergers  
zu Großjehna/M. Jul. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun  
wohl des Rauffs wegen weder im Amte noch sonst einige  
Nachrichtung vorhanden/ dieweil aber dennoch niemand den  
titulum possessionis suæ zu ediren und darzuthun verbun-  
den/ ic. So wird Jeremias Fritsch bey der Posseß der Schä-  
ferey/bis so lange von euch in ordinario possessorio oder pe-  
titorio ein anders beständiger Weise ausgeführt/ billich ge-  
lassen/B. R. W.)

Ex in causa Henr. à Polenz auff Gartib/M. Jun. A. 1635.

**CONSTITUTIO IX.****PARTIS SECUNDÆ.**

**D**ass die Restitutio in integrum hi-  
der die Verjährung aus Färwendung der Un-  
wissenheit / ex capite ignorantiae nicht  
statt habe.

**D**ieser Punct wird sehr weitläufig  
tig und zweifelhaftig von den  
Rechtsgelehrten disputirt / und  
von etlichen davor gehalten/ quod  
ex capite justæ ignorantiae detur  
restitutio, mit Erklärung was justa Ignoran-  
tia sey. Dieweil aber da dieser Opinion zu fol-  
gen/ viel præscriptiones außgehoben/ und also  
die Haupt-Ursachen/darum die Verjährung einz  
geführt/ als nemlich/dass der Güter eigenthüm-  
liche Gerechtigkeit nicht ewig ungewiss / und des  
Ganges und Haders ein Ende sey/zerrüttet wär-  
den / daraus eine grosse Veränderung folgen  
wolt; So haben sich unsere Verordnete vergli-  
Carpe. Definit. Vol. I. chen/

**R**estitutionem in integrum adversus  
præscriptionem ex capite Ignorantiae non  
dandum.

**I**nstitutionem hanc in jure valde in-  
tricatam & ambiguam esse intel-  
ligimus, & esse, qui ex capite  
Justæ Ignorantiae restitutionem  
dandum existiment, addentes, quæ sit ju-  
sta ignorantia. Quia vero manifestum est,  
opinione hæc admissa futurum, ut sublati  
multis præscriptionibus, earumque præcipua  
causa, ne videlicet dominia rerum in per-  
petuum sint incerta, & ut finis aliquando sit li-  
tium, magna rerum subsequatur mutatio;  
Ideoque deputatis nostris placuit, post spaci-  
um 30. annorum, anni & diei elapsum, etiam  
ob justam ignorantiam restitutionem dan-  
dam

chen/das die restitutio etiam ob justam ignorantiam, wann es über 30. Jahr / Jahr und Tag ist/ nicht statt haben/noch darauf gesprochen werden soll / welches wie aus auch alio gefallen lassen.

dam non esse, id quod & nos probamus, & in judiciis observari mandamus.

DEFINITIONES.

1. *Annalis prescriptio ignorantiae nunquam currit.*
2. *Prescriptio triginta vel quadraginta annorum contra minorem incipit & capta currit.*
3. *Possidens hereditatem peregrinè absentis, de cuius morte dubitatur, nunquam eam prescribit.*
4. *In materia prescriptionum eras minorum majoritatem non patrocinetur; Et quando beneficium unius ex confortibus litis concessum ad alios litigantes extendi debeat?*
5. *Minori datur Restitutio in integrum tam ob declinatoriam, quam dilatoriam exceptionem emissam.*

#### DEFINIT. I.

*Annalis prescriptio ignorantiae nunquam currit.*

- R**estitutionem in integrum adversus præscriptionem ex capite Ignorantiae haud competeret, probatur ex b. Const. 9. † Quod tantummodo exaudiendum est de præscriptione triginta annorum, anni & diei, ut satis innuant verba Const. Dass die Restitutio etiam ob justam ignorantiam, wann es über 30. Jahr / Jahr und Tag ist / nicht statt haben soll/xc. † Adeoque de præscriptione annuali, aliavè, quæ minori temporis spacio, quam triginta annis, anno & die finitur, Sanctio hæc Electoralis non loquitur; † Sed contra ejusmodi præscriptiones omnino datur Restitutio in integrum ex capite ignorantiae, prout rectissimè sentiunt Gloss. Landr. verb.  *kommt aber.* num. 3. art. 28. lib. 1. & Leshent. t. 39. Dan. Moller. hæc const. n. 1. in fin. Matth. Col. ad cap. de quarta. 4. n. 78. vers. *Quod tamen ditimus &c. extr. de prescript. Matth. Berlich. p. 2. conclusio. num. II.* † *Quin nec opus esse hoc casu Restitutio in integrum, dicere ausim, propterea quod tempus annale ignorantiae nunquam currit l. semper. 15. S. boc interdictum. 3. vers. annus f. quod vi auct. l. annus. 6 ff. de column. l. genero. 8. ff. de bis qui nor. infam. l. 2. ff. quis ordo in bon. poss. servet. Hartmann. Pistor. lib. 2. quest. 12. n. 26. Moll. dict. loco.*

Ita Domini in causa Hansten Fuchsens zu Leipzig/ Mense Mart. Anno 1575. (Verba sent. Ob ihr nun gleich solches Pferd über Jahr und Tag in euerm Futter gehabt / da aber dennoch der von Streckau von der Zeit an / als ihme wissend worden/dass ihr sein Pferd gekauft/binnen Jahr und Tag die Abforderung gethan/ic. So hättet ihr euch mit der Verjährung nicht zu behelfen/ und möchten ihme auch dasselbe nicht vorerthalten/ V. R. W.)

#### DEFINIT. II.

*Prescriptio triginta vel quadraginta annorum contra minorem incipit & capta currit.*

- C**ertum est, tempora præscriptionis legalis non currere contra pupillum, l. ult. C. in quib. caus. Rest. in integr. non est necess. † At nec contra minorem, si de ea præscriptione loquamur, quæ non nisi decem annorum sit inter præsentes, aut viginti inter absentes, d. l. ult. l. non est incognitum. 3. C. quib. non obj. long. temp. prescript. l. 1. l. 3. l. fin. C. si quis ignorans rem minor. esse sine decreto. Joh. Zang, de except. part. 3. c. 10. num. 162. Guid. Pap. q. 31. num. 3. † Nam quæ triginta vel quadraginta annorum est, licet durante pupillari ætate dormiat, Guid. Pap. d. q. 31. num. 4. † contra minorem tamen non solum incipit, sed & coepit currit, l. sicut. 3. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Zang. d. cap. 30. num. 162. † At ita, ut ætatis beneficio adversus præscriptio nem restitui possit; Ita namque vulgo sentiunt Dd. Sf. Odd. part. 2. q. 88. art. 4. & q. 90. art. 1. num. 2. Franc. Cald. in l. 3. C. de reg. in integr. verb. sua-

facilitate. n. 46. & 48. Gloss. in l. 3. C. de prescript. 30. annor. & ibid. Salycet. Cyn. & Caltronif. in l. ult. Cod. in quib. caus. in integr. rest. † De quo tamen ego valde dubito cum Ant. Fab. in Cod. lib. 2. sit. 20. defin. 2. num. 4. propter text. in l. 3. C. de prescript. + 30. annor. † qui solam ætatem pupillarem excipit, 7 junct. l. ult. C. in quib. caus. in integr. restit. ibi: Exceptionibus 30. annor. in suo statu manentibus. † Etu 8 enim si restitui contra hanc exceptiones minorem Justinianus Imp. voluisse; potius ne ipso iure current, constituisse ex eadem ratione, quæ & temporales actiones ipso iure curerent prohibuit, † quod scilicet melius sit intacta iura servare, quam post causam vulneratam remedium querere, d. l. ult. C. in quib. caus. in integr. restit.

Ita Domini ad consultationem Salomon Meiners zu Annaberg/ Mense Augusto, Anno 1629. (Verba sentent. Hat anno 1504. Gregor. Schmid 133. S. so euerm Weibe juständig gewesen / zu sich genommen und biss dato bei sich behalten/ic. Ob nun wohl selbiger Zeit einer Weib noch minderjährig gewesen/ auch weder sie noch ihr etwas davon gewußt/ sondern älterst igo aus den Annabergischen Stadt-Büchern und eingelegter Bormundsschafft-Rechnung solches erfahren. Dieweil aber dennoch dasseit 30. Jahr und Tag verflossen/ und binnen solcher Zeit weder Gregor Schmid noch dessen Erben dieser Schuld wegen weder besprochen/noch gemahnet worden/ ic. So ist auch angeregte Schuld durch Verschüttung verlochen/ und es mögen Gregor Schmids Erben ob angeregtes Kapital der 133. S. nun mehr zu zahlen beständiger Weise nicht angehalten werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. III.

*Possidens hereditatem peregrinè absentis, de cuius morte dubitatur, nunquam eam prescribit.*

**C**um fratres atque sorores ejus, qui aliquandiu in absens fuerat, portionem ipsi delatam inter se divisissent, atque eo nomine satisdedissent, se revertero portionem hanc restituturos, eamq; ultra tempus longissimum, triginta scilicet annos, annum & diem possedissent, quærebatur, † an non præscriptio ne temporis longissimi turbi satisdatio expirasset, eaque possessores adversus absentem fratrem postea reversum se securi possent? † Existimare forsitan quis ita potuisse, perpendens verb. b. Const. 9. quæ ex capite, etiam ignorantia præscriptionem triginta annorum, anni & diei currere haud prohibent, ned contra præscriptionem perfectam & consummatam dant Restitutio em in integrum. † Ac suadet verborum generalitas, ut sanctionem hancce procedere quoque asseramus eo casu, quo quis justissimam facti ignorantiam habuerit, puta, † quod ignoraverit, hereditatem sibi delatam, vel proximum cognatum mortuum esse, secundum tradita Jacobi Schult. in addit. ad modest. Pistor. p. 4. q. 131. nnn. 251. & 252. † Sed contrarium placuit Dominis, bene advertentibus, quod possessores hoc casu bonam fidem pretendere haud possent, † quam tamen ad præscriptionem temporis quoq; longissimi in foto Saxonico requiri

luculenter probat Constat. Elector. 3. p. 2. ubi Dan. Moller. num. 3. Christoph. Zobel. in addit. ad text. latin. Landrecht. lib. 1. art. 29. Petr. Heig. part. 1. quest. 16. num. 58. Andr. Rauchb. p. 2. quest. 28. n. 36 & seqq. † Quomodo enim quælo bonam fidem & ignorantiam rei alienæ, ad se non pertinentis, allegare poterit, qui propterea satisdedit, ut rem istam vero domino reverso redderet. † Ut maximè igitur absentis ignorantia non nocet, quod minus portio ei delata prescribatur, attamen scientia rei alienæ & mala fides possidentis prescriptionem impedit.

Ita Domini ad requisitionem Johann Schallens zu Freyberg/ Mense Julio, Anno 1598. ( Verba sent. Dass ob bemeldtem Antonii Heinens Sohne die 100. fl. und was ihm sonst gebühret / auf seines Vaters hinterlassenen Hause so lange bis er zur Stelle kommt/ oder man seines Todes gewis ist/billich versichert bleiben/ und hat dagegen die von seinen Geschwistern angeführte Verjährung propter malam fidem nicht statt/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*In materia prescriptionum easas minorum majoribus num patrocinetur? Et quando beneficium uni ex consortibus litis concessum ad alios litigantes extendi debeat?*

¶ **N**otissimi juris est, quod ex alterius persona tertius consequatur privilegium, quod per se afferri non poterat, & vulgatum habet Interpp. dictum: † Beneficio mihi ex alterius persona competente me gaudere, et si id per me nequeam per text. in L. si post mortem. 10. §. ult. ff. de bon. possef. cons. tab. l. amicissim. 36. ff. de excusat. tutor. † Unde fit, ut, si coram judge probatum fuerit, unam eandemque fuisse eorum condemnationem, quorum justa fuit appellatio pronunciata, nec factorum diversitate separationem accipere, victoriæ emolumenntum ad eum quoque, qui non provocavit, pertineat L. & 2. C. si unus ex plur. appellat. l. si qui se paratim 10. ff. de appellat. † Quod & spectat l. si communem. 10. ff. quemadmodum serv. amic. ubi disponitur, Quod si communem fundum ego & pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, attamen propter pupillum & ego viam retinere possim. † Sed vera hæc sunt tantummodo in individuis & conexis, secus si dividi ac separari queant l. & n. si post Csn com. eademque caus. Joh. Mauric. de Rest. in integr. c. 185. num. 1. † Mirum igitur haud est, si in servitute omnes consortes eodem fruantur beneficio, quia servitus est individua l. i. §. si ususfructus 9. ff. ad Leg. Falcid. † Pariter & unius consortis appellatio prodest alteri, etiamsi is non appellaverit, quia sententia est individua, l. in hoc judicio. 27. ff. fam. er. csc. quamvis & dici queat, † hoc propterea fieri, quod appellatio sit juris communis beneficium, ut cum ejusdem litis sint consortes, unius provocatio

suffragari ceteris debet arg. 1.2. C. de consort. ejusdem lit. † Ex eodemque principio afferit Matth. Coler tempus restitutionis minoribus concessum conducere etiam natu majoribus in causa individuâ; veluti præstationis Juramenti, † quod adeò individuum & connexum habetur, ut salvum jus minorum esse nequeat, nisi maiores simul restituantur, cum maiores & suo & minorum tanquam coherendum nomine istud juramentum præstare obnoxii fuerint, part. 2. decif. 273. n. 4. † At quando causa separari & dividi possunt, ut accidit in materia præscriptionum, quando itidem defensiones sunt separatae in lite intentata, & diversus est agendi modus, litis consortes uno eodemque fori beneficio non gaudent, d.l. un. C. si in comm. eademq. causa, &c. Mauric. de Rest. in integr. cap. 189.

Ita Domini in causa Christoph. VVolff. à Burckersroda & Joh. Christoph. Marschalch M. Mart. Anno 1600. ( Verba sent. So haben seine hinterlassene Erben / aufin Fall euer Eheweib sie derowegen belangen wird/ sich gegen denselbigen mit der Præscription und Verjährung/ so viel ihren Anteil anlanget/ wohl zu schügen/ und kan ihr euer Fürwenden / dass nemlichen ihre Geschwister zur Zeit ihres Vaters Absterben noch kleine Kinder gewesen/nicht zu statthen kommen/B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Minori datur Restitutio in integrum tam ob declinatoriam, quam dilatoriam exceptionem omissem.*

Distinguit Francisc. de Cald. inter exceptiones declinatorias & dilatorias, & in his quidem. Restitutionem admittit, non verò in illis, in l. si Curatorem 3. verb. adversarii dolo nam. 11. C. de in integr. rest. minor. † Sed cum in utrisque eadem pariter sit ratio, non certè video, quare differentia aliqua inter hasce exceptiones constituenda sit. † Ob dilatorias autem exceptiones omissas minorem restituendum esse, verior & usu forensium receptior est sententia, secundum Vincent. de Franch. decif. 290. Sforz. Odd. de restit. in integr. p. 2. qu. 64. art. 5. n. 36. & art. 7. num. 64. Felin. in cap. exceptionem. 12. n. 26. extr. de except. Bald. in cap. fin. num. 6. extr. de offic. jndic. † Quare & Francisc. de Cald. d. l. relata tandem distinctione, post alios, quos allegat, satieri necesse habet, etiam ob declinatorias omissas restitutionem esse concedendam, quando probabile aliquod damnum inde emergit. † Ita enim communiter predicta assertio limitatur, ut in exceptionibus demum magni momenti prætermis, minori concedatur restitutio; † Non etiam si exceptiones modici fuerint præjudicij, Felin. dict. loco Hartm. Pistor. observat. 208. num. 2. Afflict. decif. 390. num. 6.

In tractatum in causa Caspari Wendels & Martini Grossens/ Mense Mart. Anno 1613.

## CONSTITUTIO X.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob die väterliche Gewalt/Patria potestas, nach Sächsischem Recht aufgehaben?

**M**eil in den Sächsischen Rechten nirgend zu befinden/ daß die väterliche Gewalt insonderheit aufgehaben/ so bleibt auch dieselbe nochmals nicht unbilllich bestehen. Nachdem aber allein der halben Zweifel fürgefallen/ durch was Mittel und Wege die Carpz. Defin. Vol. I. Kins-

Patria potestas Jure Saxonico numerit sublata?

Ulm patria potestas in liberis Jure Saxonico in specie mutata, nusquam reperiatur, eam robur suum etiamnum obtinere par est. Quia verò de modo emanicipationis, per quem patriæ potestati liberi in foro Saxonico eximantur, non eadem omnium

Kinder auff Sächsischen Boden emancipiret/ und der väterlichen Gewalt entnommen werden/ so seynd wir erinnert/ wie es bishero im Gebrauch gehalten/ nemlich daß die Kinder/ so ihre mündige Jahr erreichtet/ dadurch aus väterlicher Gewalt kommen seyn/warn sie von ihnen geschieden. Bey diesem Gebrauch lassen wir es auch nochmals bleiben/ und wollen/ daß solcher Gewohnheit nach/ auch Kraft dieser Constitution in unsern Gerichten erkannt werden soll/nemlich/da sich Kinder/ so zu ihren mündigen Jahren kommen/ von dem Vater mit Anstellung ihrer eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden/ daß alsdann solches für eine Emancipation soll/ ungeacht/ob gleich solche Emancipation anderer Gestalt/und für Gerichte nicht geschehen und fürgenommen würde.

### DEFINITIONS.

1. *Majorennes solummodo liberi, non etiam minorennes, per Separationes à patris Oeconomia, patriæ potestati eximuntur.*
2. *Per matrimonium filie patria potestas dissolvitur, licet ea adib⁹ mensaque patris abducatur.*
3. *Fili⁹ verò per matrimonii contractum à patria potestate non liberantur.*
4. *Neg⁹ dignitas Doctoralis, neg⁹ Clericalis filium à ne-xibus patrie potestatis liberat.*
5. *Liberis emancipatis, & à patre separatis bona ma-terna plenariè sunt restituenda, non recente patri usufructu.*
6. *Filie elocate pater bona materna restituere tenetur, etiam si illam abduc exhibeat.*
7. *Patri in bonis liberorum adventitiis competit ususfructus jure patria potestatis, etiam si bi de pane ipsius non vivant, sed aliunde habeant ali-menta.*
8. *Filia, licet parenti operas prefest ancillares, usum-fructum tamen bonorum adventitiorum petere ne-quit.*
9. *A patre possidente bona materna, de sorte reddenda finito usufructu cautio regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem Inventarii vel saltem ad nudam confignationem.*
10. *Ususfructus parenti ex bonis filii adventitiis debitus ei auferri potest.*
11. *Adempto licet patri per testamentum usufructu in bonis liberorum adventitiis, nihilominus ad-ministratio ipsi competit, nisi à testatore alias Cu-rator datus sit.*
12. *Pater usumfructum ex bonis adventitiis non per-cipiens censetur eum liberis donare.*
13. *Mater, licet bona liberorum ceututrix administret, eorundem tamen usumfructum non habet.*
14. *Pater nomine bonorum adventitiorum, in quibus habet usumfructum, sine consensu filii in judicio ex-periri non potest.*
15. *Pater privatus usufructu in bonis liberorum ad-*
16. *venitiis, ab eorundem successione non videtur ex-clusus.*
17. *Macedoniani exceptio non solum filio, sed & ipse patri filio succedenti prodest, modo ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.*
18. *Pater tenetur alere filium etiam naturalem & spu-rium, nisi hic semetipsum exhibere queat.*
19. *Mater alit filium inopem, non frater qui beres patri haud extitit.*
20. *Avus quoque tenetur alere Nepotem etiam spuri-um ex filio legitimō procreatum.*
21. *Avus maternus non alit Nepotes, quando superflue abduc est avus paternus.*
22. *Mater alimenta filio præstata, ab ipso ejusq; heredi-bus repetere nequit, nisi de hoc fuerit protestata.*
23. *Aut nisi alimenta filio præstata in libro rationum consignaverit.*
24. *A Patre verò ejusq; heredibus alimenta filio præ-stata repeti non possunt.*
25. *Vitricus expensas factas in alimenta Privigni re-petere potest.*
26. *Nisi privignus proberet, animo donandi à Vitrico sibi præstata fuisse alimenta.*
27. *Repetere etiam nequit Vitricus alimenta, si privi-gnus privignavè fuerit in ipsis obsequio & ser-vitiis.*
28. *Pater filii bona administrans quatenus præstata al-imenta & sumptus studiorum repetere possit?*
29. *Obligati sunt liberi ad præstanta alimenta paren-tibus egenitibus.*
30. *Præteriti temporis alimenta, qua ex officio Judiciis debentur, peti nequeunt.*
31. *Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, qua debentur jure actionis.*
32. *Fili⁹ licet ante dignitatem patris suscepti fue-rint, attamen patris dignitate & privilegiis fru-tuntur.*

### DEFINIT. I.

*Majorennes solummodo liberi, non etiam minorennes, per separationem à patris Oeconomia, pa-trie potestati eximuntur.*

**P**eculiaris Emancipationis modus habetur in fo-ro Saxonico, Separatio vel Secessio liberorum, à patris Oeconomia, quando scil. se liberi à suis pa-tribus separant, separatim habitare incipiunt, & propriam Oeconomiam ac rem familiarem instituunt, die sich von dem Vater mit Anstellung ihrer

um opinio fuit, usu autem hactenus obser-vatum fuisse intelligimus, ut liberi puberta-tis annos egressi, quamprimum scorsim à pa-tribus habitare incipiunt, remque familia-rem propriam instituunt, pro emancipatis, patriæque potestati exemptis habiti sint, Con-suetudinem illam etiam in posterum valere,

& secundum illam, autoritate hujus nostræ Constitutionis, in judiciis nostris judicari vo-limus, etiamsi emancipatio alio modo, & in loco Judicij facta non sit.

Bey diesem Gebrauch lassen wir es auch nochmals bleiben/ und wollen/ daß solcher Gewohnheit nach/ auch Kraft dieser Constitution in unsern Gerichten erkannt werden soll/ ungeacht/ob gleich solche Emancipation anderer Gestalt/und für Gerichte nicht geschehen und fürgenommen würde.

**D E F I N I T I O N E S.**

*venitiis, ab eorundem successione non videtur ex-clusus.*

*16. Macedoniani exceptio non solum filio, sed & ipse patri filio succedenti prodest, modo ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.*

*17. Propter dignitatem & bonorem liberatus patriæ potestare, exceptione Macedoniani se tueri nequit: Et quid Juris in Nobilibus.*

*18. Pater tenetur alere filium etiam naturalem & spuri-um, nisi hic semetipsum exhibere queat.*

*19. Mater alit filium inopem, non frater qui beres patri haud extitit.*

*20. Avus quoque tenetur alere Nepotem etiam spuri-um ex filio legitimō procreatum.*

*21. Avus maternus non alit Nepotes, quando superflue abduc est avus paternus.*

*22. Mater alimenta filio præstata, ab ipso ejusq; heredi-bus repetere nequit, nisi de hoc fuerit protestata.*

*23. Aut nisi alimenta filio præstata in libro rationum consignaverit.*

*24. A Patre verò ejusq; heredibus alimenta filio præ-stata repeti non possunt.*

*25. Vitricus expensas factas in alimenta Privigni re-petere potest.*

*26. Nisi privignus proberet, animo donandi à Vitrico sibi præstata fuisse alimenta.*

*27. Repetere etiam nequit Vitricus alimenta, si privi-gnus privignavè fuerit in ipsis obsequio & ser-vitiis.*

*28. Pater filii bona administrans quatenus præstata al-imenta & sumptus studiorum repetere possit?*

*29. Obligati sunt liberi ad præstanta alimenta paren-tibus egenitibus.*

*30. Præteriti temporis alimenta, qua ex officio Judiciis debentur, peti nequeunt.*

*31. Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, qua debentur jure actionis.*

*32. Filii licet ante dignitatem patris suscepti fue-rint, attamen patris dignitate & privilegiis fru-tuntur.*

eigenen Haushaltung und Nahrung scheiden.

*† Quæ separatio, licet judicialiter non facta fuerit, in foro Saxonico effectum Emancipationis fortitur, & exemptionem à patriæ potestate inducit, b. Conf.*

*10. ubi Dan. Moller. num. 4. Frider. Pensold. in ad-dit. ad Matth. Coler. part. 2. decis. 222. numer. 7. Matth. Welsenb. in not. marginal. ad Schneidewin. tit. Inst. de patr. potest. num. 47. lit. C. Anton. Her-ing. de fidejuss. cap. 7. num. 625. † Quod verum est tam in filiis quam filiabus, Pensold. dict. loco num. 9.*

*† Et*

4 † Et siue fecellio cum voluntate patris, siue præter eam facta fuerit, Moller. b. Conſt. num. 9. † In liberis tamen adhuc minorennibus separatio effe-  
ctum exemptionis à patria potestate non habet. Si-  
quidem Constitutio Electoralis expressis verbis il-  
los solummodo liberos per separationem à nexi-  
bus patriæ potestatis vult liberari, † qui legitimam  
ætatem compleverunt, sive zu ihren mindigen Jahren kommen/ hoc est, qui vigesimum primum ætatis  
7 annum attigerunt. † Nam hi propriè dicuntur  
mindig/ Wesenb. in not. ad hanc Constit. 10. Frider.  
Penſold. in diſt. decif. Coler. 222. n. 11.

Ita Domini in cauſa Hansen Schelens zu Mücheln/ Mensa Mart. Anno 1600. (Verba sentent. Innassen euch denn auch die Fruchtutessung von allen euers Sohns mütterlichen Gütern/ so lang bis er seine mindige Jahre erreicht/ und sich mit Anstellung seiner eigenen Haushaltung von euch abgesondert/ und also sich der väterlichen Gewalt entbrochen/ vermöge der Rechte/gebührer/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Per matrimonium filie patria potestas solvitur, licet ea adib⁹ mensaque patris adduc fruatur.*

1 **E**xpediti juris est in foro Saxonico, quod uxor statim celebratis nuptiis transeat in potestatem mariti, per text. in art. 31. verb. (Wann ein Mann ein Weib nimmt/ & art. 45. in verb. und ob wohl ein Mann lib. 1. Landr. art. 45. verb. der Mann ist auch seines Weibes/ c. lib. 3. Landrech. † Quos textus vulgo Interpp. Juris Saxonici de tutela & cura mariti tantummodo accipiunt, quia non obstante, uxorem ex dispositione Juris communis sub patria adhuc esse potestate existimant, Zobel. in addit. ad diſt. art. 31. lib. 1. Landr. lit. F. & ad art. 45. lib. 3. Landr. lit. D. & part. 2. differ. 24. num. 2. Schneidew. ad §. ult. n. 8. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.

3 Henning. Goeden. conf. 66. num. 17. † Sed vereor, ne sententia hæc ex ratione Juris infringatur, quæ in patria potestate existentem sub alterius tutela aut cura vivere haud permittit, §. permisum 3. Inst. de tutel. † Quare cum uxor, ex omnium confessione,

4 in foro Saxonico tutorem ac Curatorem habeat maritum suum, † ex necessaria consequentia eam per matrimonium à nexibus patriæ potestatis liberari, rectissime concludunt Matth. Coler. part. 2. decif. 222. ubi Frider. Penſold. in addit. num. 12. Andr. Rauchb. p. 2. queſt. 18. num. 24. Jacob. Schult. in addit. ad Modeſt. Pistor. p. 4. queſt. 131. numer. 89. & seqq. Matth. Wesenb. in parat. ff. de his, qui sui vel alieni jur. sunt. num. 3. Berlich. p. 2. conclus. ii. n. 43.

6 aliique ab ipso allegati. † Usque adeo ut nec matrimonio per mortem dissoluto, filia in patriam potestatem recidat, sed sui juris remaneat, Dan. Moller. ad b. Conſt. 10. num. 7. Penſold. in addit. ad

7 Coler. decif. 222. num. 19. † Quia jus patriæ potestatis semel extinctum reviviscere non potest, arg. l. 66. §. duorum. 1. ff. de legat. 2. l. qui res 98. §.

8 aream. 8. ff. de ſolut. † At quid, si filia nupta separatim non habitet, propriamque Oeconomiam insti- tuat, sed adib⁹ mensaque patris adduc fruatur?

9 † Neutquam hoc impedimento esse, quo minus uxor in tutelam viri transeat, & à patris potestate eximatur, luculentus probat Art. 31. in verb. Sie sondern sich mit der Kost oder nicht. lib. 1. Landr. oFrid. Penſold. diſt. loco num. 14. † Nec ratio, ob quam patria potestas ex matrimonii contractu dissolvitur, in separatione bonorum & mensæ ponitur, quæ alia per se existit modus emancipationis peculiaris,

10 Defin. præced. † Sed in eo, quod filia nupta in tutelam & curam mariti transeat, quæ ratio non minus

obtinet, si filia elocata cum patre habitet, quam si separatim vivat, † ut propterē in caſu utroque idem Jus statuendum sit, l. illud 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 103. de verb. obligat. Berlich. diſt. concl. ii. num. 44. Coler. conf. 3. num. 7.

Ita Domini in cauſa Martini Heyers zu Auligf. M. Jun. Anno 1633. (Verba sentent. Habt ihr nach Abſerben euers Weibes einer Tochter ein gewiſſes Mutter-Geld ausgezahlt/ welches ihr doch bei euch behalten und genützt / Ob nun wohl bemeldt eure Tochter bis dato noch bei euch wohnet/ und an eurem Tisch ist/ dieweil ihr aber dennoch selbst berichtet/ daß sie sich älberret vor einem Jahr verehlicht/ ic. So ist durch ſolche Verehligung die väterliche Gewalt erloſchen/ ic.)

## DEFINIT. III.

*Fili⁹ vero per matrimonii contractum à patria potestate non liberantur.*

**N**ullibi in jure Saxonico dispositum reperitur, ut filius inçundo matrimonium, patris potestati subtrahere ſe possit. † Saxonici quoque Juris Interpp. de filia in specie loquuntur, easque ſolam per matrimonii contractum à nexibus patriæ potestatis liberari ajunt, Schneidew. in §. ult. n. 8. vers. filiam. nupti. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. Andr. Rauchb. p. 2. qu. 18. n. 24. Matth. Wesenb. in parat. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni. jur. n. 3. Aut Conſt. Conſtit. Elect. Saxon. vol. 2. part. 1. qu. 59. num. 3. † Idcirco filium familiæ, qui uxorem duxit, & in ædibus patris adhuc exhibetur, potestati patris ſubjectum manere, censet rectissim⁹ Frider. Penſold. in addit. ad Coler. p. 2. decif. 222. n. 17. † Ac ne quis putet filios præter rationem deterioris effo conditio- nis quam filias, contra l. maximum vitium. 4. Eodice. de lib. præ. & exhered. bene advertenda est causa, ob quam filiæ per matrimonii contractum patriæ po- testati eximuntur, † quia ſcilicet in tutelam & cu- ram viri tranſent, absurdum eft autem, ut quis uno eodemque tempore patriæ potestati & curatæ al- cuius ſubſit, §. permisum 3. Inst. de tutel. Gloss. La- tin. ad text. german. Landr. lib. 1. art. 11. lit. B. † Quæ ratio in filiis ceſſat, quippe qui non tranſent in tu- telam & curam uxorū. Ut ſic propter rationem di- versitatis disparitatem Juris in filiis & filiabus hæc in re nemo mirari debeat, arg. l. inter ſtipulantem. 83. §. sacram. 5. ff. de verb. obligat.

Ita Domini in cauſa Mauritii Clemens zu Gufsegf / Mensa Septembr. Anno 1617. (Verba ſent. Ob wohl euer Sohn ſich vor 3. Jahren verehlicht/ ic. Dieweil er aber dennoch biß dato noch bei euch wohnet/ und an eueren Brodte ift/ und ſich durch Anſtellung ſeiner eigenen Haushaltung von euch nicht abgesondert hat/ ic. So ift er auch dannenhero der väterlichen Gewalt noch unterworfen/ und ihr möget demnach ſein Mutter-Gut ausquantworten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Neque dignitas Doctoralis, neque Clericalis ſt- liam à nexibus patriæ potestatis liberat.*

**C**erti traduntur modi dissolvendæ patriæ potestatis ab Imperat. Justiniano in tit. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. † Inter quos cum Dignitas Doctoralis non reperiatur, utique nec filium af- sumendo gradum Doctoris per id liberari à ſacris parentum, quisquam existimabit, Joh. Schneidew. ad §. filius familiæ. 4. n. 5. Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv. ubi & Herm. Vult. n. 6. Iafon. int. patre fa- rioso. 8. num. ult. ff. de his qui ſai vol alieni. jur. Anton. Hering. in tract. de fidejuff. c. 7. n. 624. † Nec nullibi in jure reperiatur, quod veteres illi prudentes, quib⁹ de jure respondendi potestas data erat, in quo- quem locum procul dubio nostri temporis Doctores

- Juris successerunt, patria potestate fuerint exempti,  
 4 † quin & contrarium patet ex l. i. §. 3. ff. de postul.  
 Ac sanè, quia armata militia neminem de patria po-  
 testate liberat, ut dicit Imp. in §. filius familiæ. 4. Inst.  
 quibus mod. jus patr. potest. solv. l. si maritus. 7. C.  
 5 de patr. potest. † neque militia legalis hoc efficere  
 poterit, cum milites armati majora habeant privi-  
 legia, quam milites togati, §. ult. Inst. de testament.  
 6 milit. Schneidew. d. l. † Idemque assertendum de  
 sacerdotio vel clericatu, quod nempe filius, si fiat Sa-  
 cerdos, vel alius clericus inferior Episcopo, per hoc  
 non existat sui juris, sed maneat sub patris potesta-  
 te, † quia nec dignitas Clericalis inter modos dis-  
 solvenda patriæ potestatis refertur ab Imp. Justin,  
 in tit. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. Schnei-  
 dewin. in d. §. filius familiæ. 4. n. 6. Jason. in dict. l. 8.  
 n. 48. & 50. ff. de his qui sui vel alieni juris.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob wohl einer Sohn sich allbereit vor drey Jahren verehlicher/ auch vor einem Jahr den gradum Doctoris an sich genommen/ ic. So ist er doch der väterlichen Gewalt noch unterworfen/ ic.)

#### DEFINIT. V.

*Liberis emancipatis & à patre separatis bona mater-  
 na plenariè sunt restituenda, non retento patri  
 usufructu.*

- 1 **E**mancipationis effectus varios recenset Dom. Card. Tusch. tom. 6. præl. concl. lit. P. concl. 131.  
 2 † Veluti quod liberi emancipati, quandocumque voluerint, matrimonium contrahere, & quamlibet uxorem, etiam non requisito consensu parentum, du-  
 cere possint, l. filius emancipatus. 25. ff. de rit. nupt. Joh. Schneidew. ad tit. Inst. de nupt. part. 2. num. 33. Joach. à Beust. de sponsal. p. 1. c. 20. vers. quod ideo  
 3 notandum est, &c. † Et quamvis liberi in potes-  
 tate patris constituti, quicquid lucrantur, non sibi,  
 sed patri acquirant, secus tamen res se habet, si liberi  
 à potestate patris sint liberati, pr. Inst. per quas perf.  
 cuique acquir. l. 6. §. 3. sub fin. C. de bon. que lib. Matth.  
 4 Coler. decis. 66. n. 10. † Contra parentem quoque  
 liberis emancipatis judicio experiri licet, quod ali-  
 às, si sub ejus potestate essent, facere non possunt,  
 l. lis nulla. 4. ff. de judic. ubi Bartol. Gloss. Land-  
 recht. lib. 1. art. 13. n. 3. vers. Zum dritten mag ein  
 5 Kind. † De bonis itidem suis liberi emancipati  
 & à patre separati testari queunt, Joh. Dauth. in  
 tract. de testam. rit. qui testam. facere poss. num. 159.  
 & qui sunt alii effectus Emancipationis, quos latè  
 refert Tusch. dict. loc. inter quos haud minimus ille  
 est, quod liberis emancipatis bona materna aliave  
 adventitia, non retento patri usufructu, plenariè re-  
 stitui debeant. † Quamvis enim jure civili in bo-  
 nis maternis pater indistinctè usumfructum retine-  
 at, donec vivat, sive liberi matrimonium contraxe-  
 rent, & se à suis patribus separaverint, sive non l. i. l.  
 7 ult. C. de bon. matern. † Attamen de consuetudine  
 juris Saxonici patri non conceditur usumfructus ad  
 tempora vite sua, sed saltem eo usque, donec liberi  
 ab ipso separentur atque discedant, per text. in art.  
 11. lib. 1. Landrecht. Matth. Col. part. 1. decis. 41. n. 3.  
 8 & seqq. † Idque verum est, qualitercumque etiam  
 separatio illa facta fuerit, sive per contractum à fi-  
 lia matrimonium, sive quod liberi seorsim incipiunt  
 negotiari, nec amplius de pane parentum vivant.  
 Coler. dict. loc. num. 8.

Ita Domini in causa Hauses Dieterichs zu Dresden/  
 Mense Mayo Anno 1620. (Verba sentent. Hac euer Schwä-  
 her-Water seiner Tochter/eurem Weibe/100. fl. zu Mutter-  
 Theil ausgesagt/ welches Geld/ unangesehen euer Ehe-Weib  
 eine geraume Zeit nicht mehr an seinem Tische gewesen/ bey  
 sich behalten/ ic. So ist berührter euer Schwäher von der  
 Zeit an/ als euer Weib nicht ferner an seinem Brodte gewesen/

sondern ihre eigene Haushaltung angestellet / die gebührende  
 Landübliche Zins von solchem Gelde zu entrichten/ und bene-  
 bens dem Capital abzulegen schuldig/ V. R. W.)

It. in causa Dieterich Briers zu Lommitsch/ Mens. Mart.  
 Anno 1588.

It. An Stadtschreiber zu Mügeln/Mense Mart. Anno 1595.  
 (Verba sentent. Dem Vater auch die Nutzung der Kinder  
 Muttertheil nur so lang/ bis sich dieselbe durch Anstellung ih-  
 rer eigenen Haushaltung von thme gesondert/ gebühret/ ic.  
 So ist er nunmehr eurem Weibe/ seiner Tochter/dasselbe be-  
 nebenst aller Nutzung abzutreten und zu entrichten schuldig/  
 V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Filia elocata pater bona materna restituere tenetur,  
 etiam si illam adhuc exhibeat.*

**I**n negativam quidem sententiam, quod scilicet  
 hoc casu parens ad restitutionem bonorum ma-  
 teriorum cogi nequeat, inclinat Dan. Moll. ad b.  
 Conf. 10. numer. 10. † Verum, quia per solum filiæ  
 matrimonium absque separatione à mensa paren-  
 tum potestas patria dissolvitur, ut dixi Defin. 2. cu-  
 jus solutionis effectus ferè præcipuus est Restitutio  
 bonorum adventitiorum : † Non certè video, quo  
 jure pater restitutionem maternorum declinare  
 possit. † Quod & sensisse videtur Matth. Coler. 4  
 conf. 3. num. 9. ubi simpliciter affirmit expeditum  
 esse, patrem filiæ elocatae teneri solvere & restituere  
 omnia bona materna, atque ita totâ die practicari.  
 † Nec inepta hujus rei videtur ratio, quam addit  
 Frid. Penfold. ad Dec. Coler. 222. num. 15. si prius  
 paternas ædes relinquere deberent liberi, quam ipsius  
 bona restituantur, contingere posse, ut alimentis ca-  
 reant, cum bona materna, de quibus sustentari spe-  
 rant, nondum potiantur. † Hoc tamen Moller 6  
 largior, quod pater, quamdiu filiam elocatam aluit,  
 ad fructuum perceptorum restitutionem non tene-  
 atur, per Gloss. ad text. latin. art. 11. Landrecht.  
 lib. 1. in verb. fructus autem. † Sicuti nec facta re-  
 stitutione bonorum, ad alimenta pater ulterius obli-  
 gatur, per l. si quis. 5. §. sed si filius. 7. ff. de lib. agnosc.  
 Penfold. dict. loc.

Ita Domini ad petitionem Martini Höyers zu Aulig/Mens.  
 Jun. Anno 1615. (Verba sententie: Derowegen ihr euer  
 ausgestatteter Tochter/unangesehen sie noch an eurem Tisch  
 ist/ ihr Mutter-Theil abzutreten und auszuantworten schul-  
 dig/die Fruchtteilung aber dessen verbleibt euch die Zeit über/ als sie an eurem Brodte gewesen/ und noch seyn möchte/  
 V.R.W.)

#### DEFINIT. VII.

*Patri in bonis liberorum adventitiis competit usus-  
 fructus jure patria potestatis, etiam si bi de pane  
 ipsius non vivant, sed aliunde habeant  
 alimenta.*

**Q**uicquid ex bonis maternis, aut materni gene-  
 ris ad filium in patria potestate constitutum  
 pervenit, sive ex testamento, sive ab intestato, id  
 omne acquiritur patri quoad usumfructum & ple-  
 num administrationem, l. i. & 2. C. de bon. matern.  
 † Quod & verum de bonis adventitiis, in quibus pa-  
 ter & que plenum habet usumfructum, l. cum ope-  
 ret 6. C. de bon. que liber. † Neque res altera se ha-  
 bet in foro Saxonico, ubi de consuetudine genera-  
 li, tam in maternis, quam reliquis liberorum bonis  
 adventitiis patri usumfructus competit, art. 11. lib. 1.  
 Landr. Matth. Coler. part. 1. decis. 41. n. 3. Hartman.  
 Pistor. observat. 16. in pr. Heig. p. 2. quest. 12. Dan.  
 Moller. lib. 2. semestr. 26. Zobel. p. 3. diff. 5. Ludo-  
 vic. Fachs. differ. 19. num. 5. Andr. Rauchb. part. 1.  
 quest. 30. num. 33. † In hoc tantum relicto disci-  
 mine, quod de jure communi patri concedatur usus-  
 fructus ad tempora vite sua d. l. i. & 2. Cod. de bon.  
 matern.

- 5 matern. † Jure verò Saxonico pater uſumfructum in bonis liberorum adventitiis eo usque ſaltem retineat, donec hi ab ipſo ſeparentur & ex patria potestate liberentur, † Nec immerito, quia hic principiā ſerē effectus patriae potestatis habetur, ut bonis liberorum uitifruī liceat, Gloss. ad text. lat. dict. art. 1. lib. 1. Landrecht. Coler. dict. loc. num. 7. Fachl. dict. differ. 19. num. 5. Ex quo porro ſequitur, 7 † licet aliunde habeant liberi, quō ſe ſuſtentare poſſint, nec à patre alimēta petant, veluti quod filius peregrinē abſit, ac in exteris locis induſtria ſuā & labore tantum acquirat, quantum ſibi ad ſuſtentationem ſatis eſt, vel liberi ab avo, alioſque cognati alantur, nihilominus patri ex eorundem bonis maternis & adventitiis uſumfructum competrere, 8 Iaſon. in l. de alimētis. 8. n. 6. Cide transalt. † Quippe in cuius potestate liberi adhuc existunt, nondum facta separatione totali, & cui imputari non poſteſt, quod liberos non exhibeat, qui ope ipſius non indigent. † Durante itaque patria potestate, patri haud denegari poterit uſuſfructus, qui jure hujus potestatis ipſi debetur, Gloss. ad text. latin. dict. art. 11. lib. 1. Landrecht.

Ita Domini in cauſa Haneſen Richters Erben zu Pegau/ Mense Mart. Anno 1633. (Verba ſentent. Ob nun wohl der eine Sohn/ George genannt/ Anno 1623, in fremde Lände ge reiſet/ und ſieder Anno 1625. der Vater auf ihm nichts wenden dürfen/ gleichwohl aber ſein Mutter-Teil immittreff gebraucht und genügt. Dieweil aber dennoch bemeldter Sohn durch Anstellung einer ſonderlichen Haushaltung von dem Vater ſich nicht abgesondert/ ſondern in delfben Ge walt biß an ſein Ende verblieben/ ic. So iſt auch des aus ländiſchen Georg Richters Curatoi neben denen 1000. Guſ den Mutter-Teil von der Zeit an/ als er von dem Vater nicht alimenitet und unterhalten worden/ Biſne zu fodern nicht berechtigt/ V. R. W.)

Et plane simili in cauſa an Sebastian Kuhns Erben zu Borna/ Mense Oktobr. Anno 1620.

Item ad requisitionem Haneſen Fischers Tochtere zu Leipzig/ Mense Oktobr. Anno 1528. (Verba ſentent. Ob gleich euer Va ter euer Mutter-Teil als 325. Fl. zu ſich genommen/ und nun biß in die 12. Jahr bey ſich gehabt/ genügt und gebraucht/ und ihr ſolche Zeit über bey ihm nicht geweſen/ noch von ihm erzogen nī unterhalten worden/ ic. So iſt er dennoch bemeldte 325. Fl. zu verzinſen nicht ſchuldig/ V. R. W.)

Et simili in cauſa an Stadtſchreiber zu Mügeln/ Mense Martio, Anno 1595.

#### DEFINIT. VIII.

Filia, licet parenti operas preſtis ancillares, uſumfructum tanq[ue] bonorum adventiſtorum pertere nequit.

- 1 **S**æpè accidit, ut filiæ, quarum bona materna- Spater adminiſtrat, vices agant famularum, ac opera faciant ſerviles in ædibus paternis, de quibus 2 dubitare quis poſſet, † anno pater ipſis prouenetus ex bonis maternis reſtituere teneatur, properea quod filiae ejusmodi inſtar ancillarum, operis ſuī viſtum magis quarant, quæ inſtar liberorum à patre ala- 3 tur? † Sed nec tūm filiabus ad reſtitutionem uſuſfructus pater tenebitur, quippe qui ipſi jure patriæ potestatis competit, art. 11. lib. 1. Landr. l. 1. & 2. Cod. de bon. matern. Coler. part. 1. decis. 41. † Quis au tem inficias ibit, filias, ut maximè opera faciant ſerviles in Oeconomia patris, in potestate patria 5 etiamnum exiſtere, † quæ certè nulla opera ſervili diſſolvit, tot. tit. Inſtit. quibus mod. ius patr. 6 potest. ſol. † Hoctamen dicere auſim, filiam, quæ opera preſtat ſerviles & quotidianaſ in ædibus paternis, ſi mercedem ſive ſalarium petat, audiendam eſſe. † Etenim filiæ non denegandum eſt, quod famulæ debetur, cujuſ vices filia gerit, cap. Charitasem. 45. cauſ. 12. qu. 2. cap. cum ſic. 10. exſcr. de Simon. Gloss. ad art. 22. lib. 1. Landr. in verb. Igit

verdieneſt Lohn/ ic. † nec quisquam ſuo ſumptuah teri inſervire tenetur, arg. leg. in rebus 18. §. poſſunt. 8 2. ff. commod.

Ira Scabini ad requisitionem Bartholomæi Barths zu Schmersdorff/ Mense Jan. Anno 1611. (Verba ſentent. Ob nun gleich der Vater gedachte ſiue Tochter in der Haushaltung zu allerhand Arbeit/ welche ſonſten die Magde zu ver richten pflegen/ gebraucht/ ic. So iſt er doch daher ihr wegen der Auzungen/ ſo er die Zeit über/ weil ſeine Tochteren iſt ne geweſen/ und ſich mit Anſtellung ihrer ſonderlichen Haushaltung nicht abgesondert hat/ von ihren anererbten Gütern eingehoben/ Rechnung und Abtrag zu thun nicht ſchuldig/ Er iſt aber wegen der verrichteten Arbeit ihr zu lohnen/ poſtichtig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

A patre poſſidente bona materna, de ſorte reddenda filio uſuſfructu cauſio regulariter exigi nequit, tenetur is tamen ad confectionem inventarii, vel ſaltem ad nudam conſignationem.

**C**ontrovertitur ab Interpp. Num pater liberis teneatur preſtare cautionem ratione bonorum maternorum, de uendo boni viri arbitrio, & de reſtituendo, ſi nō uſuſfructu? † Quod regulariter nego cum Andr. Rauchb. part. 1. queſt. 30. num. 24. Modest. Pistor. part. 1. queſt. 33. Frideric. Pensold. in addit. ad decif. Coler. 222. part. 2. num. 16. Dan. Moller. ad Conſtitut. Elector. 25. numer. 6. part. 3. Fachl. differ. 19. num. 4. † Tūm, per text. in l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. l. ult. §. ſin autem. 4. Codic. de bon. que liber. † Tūm; propter art. 23. lib. 1. Landrecht. in verb. final. Wo aber der Vor mund auch Erbe mit iſt/ ſo darf er niemand des Kindes Gut berechnen/ noch Bürgen ſehet/ ic. † Quā de cauſa etiam pater tutus eſt a redditione rationum de bonis adventitiis filiorum, Vid. infra Conſtit. II. Definit. 5. Moller. ad d. Conſtitut. Elec tor. 25. num. 6. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. queſt. 126. num. 127. † Tūm, quod nec maritus uxori luſe ſatisfidare cogatur, Gloss. German. ad art. 24. lib. 1. Landrecht & Gloss. ad art. 26. Weichbild. num. 46. † Tūm, quod liberis per tacitam hypothecam in bonis parentum ſatisfidare videatur, ut novo ſatisfidandi onere haud quaquam pater gravari debeat, Modest. Pistor. diff. queſt. 33. num. 4. † Dixi tamen, regulariter ſaltem patrem ad preſtandam cautionem non teneri. Etenim ſi bona immobilia non poſſideat, & ſuſpicio ſubſit diſſipationis, † tantum abeft, ob ma lam administrationem à patre cautionem exigi non poſſe, ut & ipſi † hac de cauſa administratione penitus interdicci queat, Iaſon. in l. ſi conſtant. 24. num. 197. ff. ſolut. maerit. Bartol. Alexand. & Dd. in l. Imperator. 50. ff. ad SCum Trebell. per textam. in l. fin. circa med. Codic. de ſentent. paſſ. & ref. Pinell. in l. 1. num. 33. & 38. C. de bon. matern. Schurff. cent. 2. conf. 20. num. 10. Rauchb. dict. qu. 30. n. 24. † Et eateñus defendi poſſunt ſententiae I Scabinorum, quæ in conterarium adductæ fuere à Modest. Pistor. dict. queſt. 33. & addit. Zobel. ſen tent. 96. † Præterea & hoc ſciu dignum, patrem, ut maximè liber ſit à preſtatione cautionis, ad Inventarii tamen confectionem bonorum maternorum nomine vel nudam ad minimum eorundem conſignationem omnino obligari, ſeundum tra dita Rauchb. dict. qu. 30. num. 33. ubi JGtos Wittebergenses Anno 1576. ita pronunciæſſe refert. † Siſt 13 ficit enim hoc caſu nuda conſignatio, ne patercogat̄ur jurare in defectum inventarii contra reverenti em, quam liberi parentibus debent, erg. l. 5. jan. & l. 7. § 3. ff. de obſeq. parent. l. 16. ff. de jarejan. l. 8. §. 5. ff. qui ſatiad. cogunt. l. 34. §. 4. obi Anton. Fab. in Ration.

- 2 Ration. ff. de jurejur. Jacob. Cujac. 9. observat. 37.  
 14† Et tollit suspicionem fraudis parentum Consili-  
 15 um, † de quo jura optimè præsumunt, l. 7. Cod. de  
 curat. furios. l. 8. § 3. ff. quod met. caus. l. 25. Codic. de  
 inoff. testam. l. 2. Cod. qui & adv. quos in integr. refit.  
 16† Ut vel propterea liberi nudā designatione conten-  
 ti esse debeant, Rauchb. dict. loc. Wesenb. part.  
 2. conf. 86. num. 4. Dan. Moll. ad Confit. 25. num. 6.  
 p. 3. Pruckman. vol. 1. conf. 48. num. 40. Nicol. Boer.  
 decis. 61. num. 7.

Ita Domini in causa Martini Hoyers zu Auligk/Mens. Ju-  
lio, Anno 1533. (Verba sent. Dass ihc euern Kindern we-  
gen thres Mutter-Guts/ außen Fall ihr mit unbeweglichen  
Gütern besessen/ oder sonsten richtiger Verdacht übeler ad-  
ministration wider euch noch zur Zeit nicht bebracht/ einige  
caution zu bestellen nicht verpflichtet/ ihr send aber gleich-  
wohl über solches eurer Kinder Mutter-Gut ein Inventari-  
um außzurichten/ oder dasselbe zu ihrer besserer Nachrichtung  
sonsten außzuzeichnen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Ususfructus, parenti ex bonis filii adventitiis debi-  
tus, ei auferri potest.*

- 1 **N**on semper tamen ac indifferenter patri usus-  
fructus ex bonis liberorum maternis vel avitis  
2 competit. † Quid enim, si mater, vel avia, aliive  
parentes filio, nepoti, vel reliquis liberis descendenti-  
bus per ultimam voluntatem, certam hereditatis  
3 partem relinquenter, hac conditione, ut pater, aut  
qui eos habent in potestate, in hac re neque usum-  
fructum, neque quodlibet penitus habeant partici-  
pium? † Quod parentes facere, eoque modo patri  
4 usumfructum ex bonis liberorum maternis vel avi-  
tis adimere posse, probat Novell. 117. cap. 1. & Auth.  
excipitur Cod. de bon. que liber. † Quin non so-  
lum ex verbis expressis, sed tacite ac verbis æqui-  
pollentibus, veluti per ademptionem administra-  
tionis quandoque usumfructum patri auferri, do-  
cent Moll. lib. 2. Semest. 26. Matth. Coler. part. 2. de-  
cisi. 226. Petr. Heig. part. 2. quest. 12. ubi in fin. ad-  
5 dit declarationem generalem, † quod nempe in-  
casibus, quibus usufructu privat pater, alimenta-  
nihilominus ipsi ex bonis filii debeantur, quando  
eget & inops est, per l. Imperator. 50. ff. ad Sct. Tre-  
6 bell. Boer. decis. 61. num. 17. Nec solum parentes,  
sed † & quivis extranei, alterius cujusdam homini-  
nis liberis aliquid legare possunt adempto patri e-  
orundem usufructu, prout disertis verbis tradit-  
Imperator Justin. in d. Novell. 117. C. 1. verb. Hoc itaq;  
7 non solum parentibus, sed etiam omni persona licere,  
precipimus, &c.

Ita Domini in causa filiorum Christophori Webers/ ad  
requisitionem Senatus VVeidenfis, Mense Novembr. Anno  
1625. (Verba sententia: Hat Georg Berger von Würzburg  
in einem Testement seiner Schwestern Kindern/ so sie mit  
Christoph Webers gezeugt/ 800. fl. legiret/ dergestalt/ dass  
solche Gelder zinsbar ausgeliehen/ und die jährliche Zinsen  
nicht der Kinder Eltern gefolget/ sondern wiederum als ein  
Capital bis zur Kinder Mündigkeit ausgethan werden sol-  
ten/ ic. So verbleibt es bei solcher Verordnung billich/  
und es mag die Fruchtniesung solcher Gelder und die jähr-  
lichen Zinsen davon den Eltern nicht gefolget werden/ B.  
R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Adempto licet patri per testamentum usufructu in-  
bonis liberorum adventitiis, nihilominus administra-  
tio ipsi competit, nisi à testatore aliis Curator  
datus sit.*

- 1 **P**ater absque dubio legitimus Administrator est  
bonorum adventitiorum filii, in quibus usum-  
fructum habet, licet is ad perfectam ætatem perve-  
norit l. 1. ubi Pinel. part. 1. num. 13. Cod. de bon.

matern. l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. in l. ult. §. 5.  
vers. filii autem. 5. §. ubi autem. 6. Codic. de bon. que  
lib. † Sed quid juris in casu, quo patri ususfructus  
fuit ablatus in bonis liberorum adventitiis? Com-  
muniis hic ferè Interpp. Schola existimat, † pa-  
trem pro legitimo Administratore haud haben-  
dum, sed bonis hisce Curatorem dandum esse, cu-  
jus autoritate agat vel disponat filius familiæ, se-  
cundum Cagnol. in l. fratre. 38. num. 163. ff. de con-  
dict. indeb. Salyc. in Auth. excipitur. & l. cum opor-  
ter. 6. C. de bon. que liber. † Quam tamē senten-  
tiam eleganter refellit Hartm. Pistor. lib. 4. quest.  
11. num. 13. per l. fin. C. de curat. furios. ubi de bonis  
agitur Castrensis, in quibus patri ususfructus  
non quæritur, ac nihilominus furioso in patris po-  
testate constituto Curatorem recte dari negatur,  
quia sufficiat ei ad gubernationem paterna rever-  
tentia. † Quem textum adeò clarum dicit Hart-  
man. Pistor. ut nisi quis claris legum verbis obloqui,  
vel in luce cœcutire mallet, acquiescere omnino  
necessis habeat. † Hocque ipsum confirmat quo-  
que textus in l. ult. §. fin autem in secunda. 1. Cod. de  
bon. que liber. ubi sancitum, si filius familiæ mi-  
nor recusante patre hereditatem adierit, quo casu  
ususfructus patri non competit, tum demum dan-  
dum esse Curatorem illis bonis, si pater noluerit  
gubernare bona filii: Unde sequitur à contrario,  
si pater velit gubernare, administrationem ad eum  
pertinere. † Ac certe ex eo, quod ususfructus bo-  
norum adventitiorum patri denegatur, nil quic-  
quam ad administrationem inferri, neque illa su-  
specta reddi potest, l. naturaliter. 12. §. nihil commu-  
ne. 1. ff. de acquir. possess. l. Papinianus. 20 ff. de mi-  
nor. † Cum præterim ejus, cur denegetur usus-  
fructus, longè alia posit esse causa omnis suspicio-  
nis expers, videlicet, ut omnis rei commoditas ad  
filios solummodo pertineat, nihil vero pater con-  
sequatur. † Nihilominus hoc largitur Pistor. d. 9  
l. num. 15. quod pater administrans bona, in qui-  
bus non habet usumfructum, perinde ut quilibet  
alius rationem reddere debeat, in quo ipso differ-  
à patre administrante bona, in quibus habet usum-  
fructum, cum hic rationem reddere non teneatur,  
l. cum oportet. 6. §. nov autem. 2. & l. final. §. fin  
autem. 4. in fin. Cod. de bon. que liber. † Patituri  
tamen Hartman. Pistor. opinio limitationem, si te-  
stator liberis bona relinquens, ac patri usumfruc-  
tum adimens, aliud disposuerit, ac bonis peculia-  
rem Curatorem dederit, eique administrationem  
commisserit. † Hoc enim testatorem facere, ac  
non minus administrationem quam usumfructum  
per ultimam voluntatem patri auferre posse, satis  
liquet ex Novell. 117. cap. 1. Petr. Heig. part. 2. quest.  
12. num. 10. Matth. Coler. part. 2. decis. 226. num. 8.  
& sequentib. ubi hoc latius persequitur. & ibi Fri-  
der. Pensold. in addit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia. Und es hat  
der Testator verordnet/dass solche Geldere durch der Kinder  
Vormunden/ so von euch dem Rath hierzu sonderlich zu ver-  
ordnen/zinsbar ausgeliehen/ und die jährlichen Zinsen hier-  
von nicht der Kinder Eltern gefolget werden sollen/ ic. So  
verbleibt es bey solcher Verordnung billich/ ic.)

#### DEFINIT. XII.

*Pater, usumfructum ex bonis adventitiis non percipi-  
ens, censetur eum liberis donare.*

**E**xistit alias adhuc casus, quo ususfructus in  
bonis liberorum adventitiis patri denegatur,  
si nempe eum non perceperit, sed administra-  
tionem liberis permiserit, tum enim censetur illis  
usumfructum donasse. † Unde patre defuncto  
cohe.

coheredes quicquam repetere nequeunt, per text.  
in l. cum oportet. 6. §. non autem 2. Cod. de bon. qua  
lib. † Quare nec filius, ex cuius bonis pater usum-  
fructum non percepit, eo defuncto illum conferre  
terebitur, prout ex Bald. in Autb. ex testamento. n.  
24. & 34. C. de Collar. doceat Hartm. Pistor. obser-  
vat. 10.

Ita Domini in causa Nicolai Meners zu Pröbeln/Mens.  
April. Anno 1613. ( Verba sent. Ob wol euerm Vater die  
Fruchtniesung eures müsterlichen Guts zugesstanden und ge-  
bühret/ dieweil er sich aber dennoch derselben bey seinem Le-  
ben nicht angemasset/ sondern euch selbst den die Nutzung einhe-  
ben lassen/ce. So verbleibet darben billich/ und ihr möget  
nummehr deswegen euren Mit-Geschwistern etwas herausst  
zu geben/und in gemeine Theilung zu conferire/ nicht ange-  
halten werben/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIII.

Mater licet bona liberorum ceu tutrix administraret,  
corundem tamen usumfructum non habet.

**N**imis audacter scribit Matth. Wesenbec. ( Vir  
tām experientia quam judicio præpolsens) in  
parat. ff. de tutel. n. 5. Matres, quæ moribus Saxon.  
bona liberorum jure paterno administrant, fructus  
inde lucrari, donec liberi adolescent, & ab iis sepa-  
rentur, per art. 11. lib. 1. Landr. † Quem gregatim se-  
quentur Dd. Juris Saxon. Jac. Schult. quest. pratt.  
46. n. 21. & in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. qu. 27.  
n. 11. Reinhard. Rola in addit. ad Dan. Moll. p. 2. Conf.

3 1. n. 12. Matth. Berlich. p. 2. concl. 12. num. 14. † Cu-  
jus tamen assertio neutiquam probatur ex allegato  
art. 11. dict. lib. 1. Landr. qui solum de restitutione  
bonorum paternorum loquitur, eamque matri in-  
jungit, postquam liberi ab ea secesserint, nec verbu-  
lo quicquam de usufructu disponit. Quare nec tu-  
tò absque Legis autoritate matribus hac in re quid  
indulgendum; † Nisi & cuilibet indifferenter tuto-  
ri usufructum in bonis pupillorum competere,  
haud sine insigni absurdō autumare velimus, quia  
Saxo matrem cum reliquis tutoribus conjungit uno  
ferè verborum contextu ( und ein teglicher Mann/  
der der Kinder Wurmund ist ) uti cuivis dict. art. 11.  
5 accuratè insipienti obviam est. † Nec fortius con-  
cludit art. 23. lib. 1. Landr. vers. Wo dicit Wurmund.  
ex quo vulgo Wesenbecii assertionem probare co-  
nantur: Quia de solā rationum redditione ibidem  
agit, quæ quotannis à tutoribus exigi solet, à qua  
mater tutrix est exempta, ut demonstrabo infra  
Const. sequenti Definit. 5. Matth. Wesenb. in not.  
marginal. ad Joh. Schneidew. in pr. inst. de satisd. su-  
tor. n. 15. lit. B. Zobel. in Glos. dict. art. 23. lit. N.

6 † Sed nihil à rationum redditione ad usufructum  
rectè infertur. Ac quò minus hoc Wesenb. lar-  
7 giar, movet me, † quod in bonis liberorum adven-  
titii patri usufructus competit jure patri potesta-  
tis, l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. que lib. teste,  
quoque ipsomet Wesenb. cons. 63. n. 4. vers. quod  
proprium potestatis est &c. quam rationem in matre  
8 cessare, nemo non videt. † Adeoque quæ de usu-  
fructu, in bonis liberorum adventitiis patri compe-  
tentē, hactenus dicta fuere, ea ad matrem haudqua-  
9 quam extendere licet, † quia absque lege nil tenere  
asseverandum est, l. dissentientis. 5. Cod. de repud. cap.  
10 sis qui in Ecclesia. 18. text. de fent. excomm. in 6to. † Ne-  
que in practica habetur, quod legē non cavitur,  
Baldus in cap. nibil. 44. n. 25. ext. de elect. & elect.  
potest. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 13. n. 36. Adde Decis.  
Elect. nov. 62. Unde mater bona mariti admini-  
strans, vel inventarium, vel juratam specificationēm  
edere tenetur, Decis. Elect. Nov. 21.

Ita Domini in causa liberorum Hiobi Burkards zu Dö-  
beln/ Mens. Septembr. Anno 1630. ( Verba sent. Ist hie  
Capz. Definit. Vol. I.

Burkard Lodes verfahren/ und hat euch sein Epewreib an ei-  
nem/ und ein Söhlein am andern Theil/ zusammen einer Erb-  
schaft auff drey tausend Gilden hoch an unbeweglichen Gü-  
tern nach sich verlassen/ von welcher dem Söhlein Inhalts  
der Stadt Döbeln Willkür zwey/ und euch das dritte Theil  
gebührer/ce. So mögen euch eures Söhleins zwey Theil  
zu nutzen und zu gebrauchen/wann ihr auch gleich dasselbe mit  
aller Nothdurft versorgen wollet/ nicht eingehan und über-  
geben werden/V. R. W.)

Item in causa Georgii Eysoldis zu Dresden/Mense Mayo;  
Anno 1636. ( Verba sent. Ob nun wol welche der Sächsischen  
Rechts-Gelehrten dieser Meinung seyn/ daß der Mutter in  
Vormundschaft ihrer Kinder von den Gütern die Fruchtnies-  
fung zustehe. Dieweil aber dennoch nach gemeinen Kaiser-  
lichen Rechten die Mutter oder Groß-Mutter sich des usus-  
fructus in der unmündigen Kinder Gütern nicht zu erfreuen/  
und gleichwohl an keinem Ort in Sächsischen Rechten dasselbe  
ausdrücklich aufgehoben/ noch ein anders verordnet/ oder  
durch beständige erweisliche Gewohnheit eingeführet/ dero-  
wegen hierinnen à dispositione Juris communis, beworbs/  
weil dadurch der unmündigen Bestes gesucht und befördert  
wird/ auch auf Sächsischen Boden nicht abzuweichen/ zumal  
weil den Vätern der ususfructus in der Kinder Gütern allein  
jure patris potestatis zustehet/ welches Rechte bey der Mutter  
und Groß-Mutter nicht statt findet/ce. So seyn auch obge-  
dachte Groß-Mütter in Vormundschaft ihres Enckleins sich  
in dessen Gütern und Fruchtniesung anzumassen nicht befugt/  
V.R.W.)

Ei in causa liberorum Tobiz Mespordes zu Sößen/Mense  
Mart. Anno 1629.

## DEFINIT. XIV.

Pater nomine bonorum adventitiorum, in quibus ha-  
bet usufructum, sine consensu filii in judicio  
experiri non potest.

**P**lenissimam potestatem utendi fruendi gubern-  
tandique bona liberorum adventitia concedit  
patri Imp. Justinianus in l. cum oportet. 6. §. non au-  
tem 2. C. de bon. qua lib. Unde infertur, † patrem.  
2 etiam sine consensu filii harum rerum nomine agero  
posse. † Quod & voluisse videtur Imper. Constanti-  
nus in l. 1. C. de bon. matrem: tribuens patri potesta-  
tem bona adventitia in examine per se, vel per pro-  
curatorem poscere, & omnia ita agere, tanquam so-  
lidum perfectumque dominium eorum illi acquisi-  
tum esset, † Veluti sentit Bartol. in d. l. n. 1. ubi & Bal-  
dus n. 8. Paulus de Castro n. 2. quam opinionem  
æquiorum dicit Pinell. in dict. l. 1. part. 2. n. 6: † Sed 5  
aliter mentem suam explicat Imperat. Justinianus in  
l. ult. §. ubi autem in unum. 3. C. de bon. qua lib. Ubi  
postquam dixerat, patrem in agentibus & fugienti-  
bus actiones quidem suscipere & movere debere,  
subjungit: Adhibeat autem etiam filiorum con-  
sensus, nisi adhuc in primâ ætate sint constituti:  
Quibus verbis Interpp. vulgo insistentes † prædicta  
jura secundum hæc intelligenda & patrem sine con-  
sensu filii agere non posse, rectissime concludunt Sa-  
lyc. in d. l. f. §. ubi autem. 3. Cagnol. in l. frater à fratre.  
38. n. 164. ff. de condit. indeb. Angel. in §. actiones  
autem. 10. num. 4. Inst. de actione. Hartm. Pistor. lib. 4:  
quest. 11. num. 17. Vasq. de success. lib. 1. §. 6. num. 56:  
circ. fin. ubi addit, † textum in dict. l. fin. §. ubi an-  
tem 3. C. de bon. qua lib. apertiùs loqui non potu-  
isse, nisi afflatu quodam divino velis, ut Justin. re-  
nascatur, illudque vivâ voce testetur. Probè ta-  
men nosse oportet, † sanctionem hanc Justitiane-  
8 am haud locum habere, quando filius in primâ  
ætate est constitutus, uti satis liquet ex verbis  
d. l. fin. §. ubi autem in unum. 3. ibi: Nisi adhuc in  
primâ ætate sine constituti, &c. † Quæ verba de pu-  
pillari ætate usque ad annūm 14. rectè intelligit Pi-  
nell. dict. loc: Similitet f' nec patri officit, si filius  
consentire nolit, ant quādō de usufructu solum,  
non etiam de proprietate bonorum adventitiorum  
movetur controversia; † Nam & tum patrem ab. i. &  
que

que consensu filii agere posse, tradit Pinell. loc. alleg. quem sequitur Hartm. Pst. dict. qu. n. 19. 20.

Ita Domini in causa Caspari Dertels zu Ohndorff/ Mensc Jun. Anno 1629. (Verba sent. Hat euer Sohn nach eures Weibes Absterben ein Viertheil Landes als Mutter-Gut ererbet/welches ihr als der Vater bis anher im Besitz gehabt/ und die Fruchtentfessung eingetragen/und es ist nun mehr wegen berührtes Viertheil Landes Streit und Irrung entstanden/deßwegen ihr als der Vater Gerichtlichen zu klagen vorhabens seyd. Da nun beweider euer Sohn/ wofern er das vierzehende Jahr seines Alters erfüllt/hierzu seinen Consens und Einwilligung geben würde/ie. So wöret ihr seines Mutter-Guts wegen Gerichtlichen zu agiren wohl besugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Pater privatus usufructu in bonis liberorum adventitiis, ab eorundem successione non videretur exclusus.*

**E**xistimare equidem quis posset, adempto patri usufructu in bonis filio relictis, ne quidem jus successionis salvum ei esse filio defuncto, maxime si avus in testamento denegaverit genero suo usumfructum in bonis nepotum, quos invicem potius substituisse, quam genero quicquam reliquere voluisse, præsumit, † cum parentes bona sua ad neminem magis, quam ad liberos posteritatemque suam pervenire concupiscant l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. scripto. 7. §. fin. ff. Unde liber. l. nam et si. 15. in pr. de inoff. testament. l. de emancipatis 13. C. de legit. hered. † Sed quid recurrentum ad præsumptiones & conjecturas ad eliciendam mentem testatoris contrariam, cum ipsius verba clarasint ac manifesta, l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. † Secundum quæ denegatio usufructus ad fructuum commoditatem tantummodo vivo adhuc filio restringenda, non etiam ad successionem in proprietate extendenda est, Mod. Pst. p. 2. quæst. 5. 59. † Nam periculosest à scripto recedere, & id magis sequi convenit, quod præmeditata à testatore præscriptum, quam quod contra acutè excogitatum est, l. si alii. 19. ff. de usufruct. legat. † Et quia leges deferunt patri successionem in bonis liberorum, ex tacita testatoris voluntate, hæc ei neutrum quam est invertenda, † quippe qui id voluisse præsumitur, quod Lex ipsa disponit Bartol. in l. heredes mei. 57. §. cum ita 1. num. 4. ff. ad SCtum Trebell. & in l. ut jurisjurandi. 7. §. si liberi. 6. n. 5. ff. de oper. liber. Franc. Mantic. de coniect. ult. volv. lib. 6. tit. 5. n. 1.

Ita Domini in causa Valentini Mundess zu Pöppeln/ Mensl. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Hat euer Schwäher-Vater in seinem Testamente euren Kindern eine gewisse Summa Geldes zum Voraus vermachts. Ob er nun wol darneben Verordnung gethan/ daß ihr die Fruchtentfessung daran nicht haben/ sondern die jährlichen Zinsen den Kindern zum besten allewege als ein Capital wiederum um Verzinsung ausgethan werden sollen/ie. So ist euch hierdurch der Erbfall nicht entzogen worden/ sondern wann eins oder das andere unter beniedeten euren Kindern versterben möchte/ So habt ihr euch dessen Antheil an solchem prælegato ab iurestatu bishlich anzumassen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Macedoniani Exceptio non solum filio, sed & ipsi patri filio succedenti prodest, modo ejus voluntate contractum non fuerit mutuum.*

**H**aud minimus patriæ potestatis effectus est, quod filius in sacris parentum constitutus mutuum accipiens, adversus Creditorem pecuniam mutuò datam repetentem exceptione SCtum Macedoniani se se tueri possit, l. i. & passim. tit. ff. & Cod. ad SCt. Macedon. † Quæ exceptio non eò minus ipsi prodest, quod sigillo patris exquisitâ per Credi-

torem fraude Chirographum filii obsignatum proponeatur, l. 2. C. de reb. alien. non alien. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. 3. num. 2. † Modò non aliis ex probationibus appareat, Consensum patris intervenisse: quo casu Macedoniani exceptionem cessare certum est, l. sed Julianus 7. §. interdum. 11. & §. pen. l. si tantum. 12. l. filium. 14. ff. ad SCtum Macedon. † Nec refert, an intervenerit ab initio, an ex post facto. Quod si verò de voluntate ac consensu patris Creditor docere nequeat, † adeò efficax est hæc exceptio, ut non solum filio contrahenti, sed & ejusdem heredi prosit, † nec non patri filio defuncto in bonis maternis & adventitiis succedenti, l. pen. C. eod. tit. Welenb. in parat. ff. ad SCtum Macedon. n. 8.

Ita Domini in causa Georgi Volkmanns zu Leipzig/Mensl. Julio, Anno 1575. (Verba sent. Ist euch H. G. ein vornehmer Bürgers Sohn zu K. 225. fl. schuldig worden. Ob er nun wohl in seiner Beschreibung zugesagt/ daß euch solche Schuld wann er freyen oder versterben würde/ von seinem Mutter-Theil/ so er bey seinem Vater stehen hat/bezahlet werden sollte. Die weil ihr aber dennoch selbsten berichtet/ daß solche Schuld ohne Vorwissen und Bewilligung seines Vaters/ in dessen Gewalt er noch gewesen/ geschehen/ie. So seyd ihr auch berührte Schuld von seinem Vater igo nach des Sohnes Tode von dem hinterlassenen Mutter-Theil zu fordern nicht besugt/ B. R. W.)

**DEFINIT. XVII.**  
*Propter dignitatem & honorem liberatus patriæ potestate, exceptione Macedoniani se tueri nequit; Et quid Juris in Nobilibus?*

**N**on excludit dignitas filii beneficium SCtum Macedoniani: Nam etiamsi is Consul sit, vel alterius eiusvis dignitatis, Senatusconsulto locus est. Verba sunt Jcti Ulpiani in l. 1. §. ult. ff. de Senatus-cons. Macedon. † Unde infertur, ei, qui propter dignitatem patriæ potestate liberatus est, hanc exceptionem non denegari, quæ sententia est Costalii & Salycet. in d. l. 1. §. ult. hac ratione, quod tantum liberati intelligantur patria potestate in favorabilibus, non verò in odiois, Saty. in Autb. sed Episcopalis. C. de Episc. & Cler. Bartol. in l. item. 3. in fin. ff. de his quisvis &c. † At ratio hæc Salycet. & Bartol. mihi non satisfacit, quia SCtum Macedonianum principaliter favorem filii non spectat, sed odium concionatoris l. 40. in fin. pr. ff. de condit. indebit. ut ex parte filii periculo corruptionis & insidiarum in patrem occurritur l. 1. ff. de SCt. Macedon. ubi Matth. Welenb. in parat. n. 3. † Quaspræsumptiones excludit qualitas dignitatis, postquam scilicet hic non amplius sunt filiifamilias, Novell. 81. † Et cum ita per dignitatem & honorem liberati patriæ potestate, omnia sibi acquirant, cessabit in iis SCtum, perinde ac in emancipatis, ut rectè advertit Gloss. in d. l. 1. §. ult. ubi & Castren. num. 3. ubi in terminis tradit, † quod statutum disponens, ne filius officio publico fungens sine patre contrahere possit, non habeat locum in ea specie officii, quod liberet potestate patris. † Cui nil obstat d. l. 1. §. ult. ff. de SCt. Macedon. quam Accurs. rectissimè jure novo per dict. Novell. 81. sublatam esse, docet, siquidem loquitur de Consule filiifamilias. † Sola tamen Nobilitas, licet per se aliqua sit dignitas, non facit, quod minus filiifamilias nobili hoc beneficium competit, † Quia Nobilitas non est modus dissolvendæ patriæ potestatis, ac Nobilis non minus ac plebejus in sacris parentum constitutus est, ut proinde etiam post mortem patris exceptione Macedoniani gaudeat, nec es alienum, vivo patre contractum, solvere teneatur l. 1. ff. de SCt. Macedon. † Modò non post mortem pa.

patris paterfamilias effectus æs illud ratificaverit,  
L. 7. §. ult. l. g. ff. eod. rit.

Ita Domini in causa Nobilis cuiusdam Viri C. à S. in R. & C. à S. in S. Mense Septembr. Anno 1625. ( Verba sent. Über die auch solche Schulden noch bei Lebzeiten seines Vatens O. von S. und da er noch / wie Klägern nicht unwillkürlich in dessen Väterlichen Gewalt gewesen / gemacht worden / dannenher er sich des beneficii Scii Macedoniani, Inhalts der Rechte nicht unbillig zu gebrauchen hat / ic.)

## DEFINIT. XVIII.

Pater tenetur alere filium etiam naturalum & spuriū, nisi bīc semetipsum exhibere queat.

- D**ubium non est, quin pater teneatur filios aleare, l. si quis à liberis. 5. §. si quis ex his. 10. ff. de lib. agnosc. ubi Bartol. & Dd. adeo ut si hoc non fecerit, te reddat indignum corundem hereditate; 2 Matth. Coler. p. 2. decis. 256. † Est enim educatio juris Naturalis, pr. Instr. de jur. Natur. gent. & civil. 3 cap. jus naturale. 7. distinct. i. † Unde pater dicitur filios necare, denegando ipsis alimenta l. necare. 4. 4 ff. de lib. agnosc. † Quod tamen non aliter exaudiendum, quām si filius proprio labore ac industriā vivit & amictum querere nequeat; † Justa siquidem causa denegandi filio alimenta est, quando filius potest seipsum exhibere, ut est text. in d. l. si quis à liberis 5. §. sed si filius. 7. ff. de lib. agnosc. ubi Gloss. & Bartol. † Idque verum est, non solum quando filius possidet bona, ex quibus alimenta sumere posse, sed etiam quando potest vivere ex suis operis L. un. C. de mendic. valid. lib. ii. ubi Bartol. n. 7. dicit, quod filio sano & robusto valenti operari, non teneatur pater ministrare alimenta, Johan. Petr. Surdus de aliment. titul. 7. quest. 6. in pr. † Hocque procedit non modò in filio, ex legitimo matrimonio procreato, sed & in naturali ac spuriō, cui æquè pater teneatur præstare alimenta, nisi seipsum exhibere queat, Autb. licet. Codic. de natur. liber. cap. haberet. 5. extr. de eo qui duxit in matrimon. quam poll. per adul. cap. cum inter. 2. extr. qui filii sint. legir. quod latius persequitur Surdus de aliment. tit. 1. quest. 9. Matth. Coler. p. 2. decis. 254. Andr. Gail. l. 2. obs. 88. n. 4. Hart. Pift. lib. 1. qu. 42. Myrling. cent. 1. obs. 35:

Ita Domini in causa Michaelis Ruchels zu Griesbach/Mens. Decembr. Anno 1598. ( Verba sent. Hat A. M. eines Hirten Tochter geschwängert / welche eines Sohns gewesen / und denselben nach dem Vater H. M. nennen lassen / und nachdem sich gedachtet A. M. verehlichet / und hernach gestorben / hat er eine Tochter / so er im Ehestande gezeugt / zusammen einer ansehnlichen Erbschaft nach sich verlassen / wenn er nun gleich bei seinem Leben obherrliche Schwangerung gestanden / und gedachtet H. M. für sein Kind erkannt hätte / da aber dennoch derselbe nunmehr erwachsen / und sein Brodt selbsten erwerben könnte / ic. So wäre die eheliche Tochter ihme die alimenta oder sonst etwas aus ihres Vaters Gütern zu geben nichts schuldig (B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

Mater alit filium in opem, non frater, qui heres patri haud extitit.

- S**i quis habeat matrem & fratrem divites, ipse vero inopia laboret, alimenta à matre peteret potest, non à fratre, si heres patris non extiterit, ejusque hereditatem adeptus haud fuerit, l. si quis à liberis. 5. §. 1. & §. item rescriptum. 17. ff. de lib. agnosc. ubi Bartol. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 106. ubi plures allegat, † quippe mater filio vinculo longè fortiori obstricta est, quām frater fratri, quia nullus amor vincit parentum amorem l. ult. C. de curat. furios. 3. l. isti quidem. 8. ff. quod. met. caus. † Quin & mater cogitur filium educare naturali jure, à quo descendit educatio l. i. §. jus naturale. 3. ff. defusit. C. Jur. Carpz. Definit. Vol. I.

l. ult. §. 5. vers. filiis. C. de bon. qualibet. † At frater non instinctu Naturæ, sed impulsu legis Civilis ad id tenetur, arg. l. cum plures 12. §. penult. ff. d. admin. tutor. l. qui filium 4. ff. ubi pupill. educ. † vel propterē ergo tantò magis est obstricta mater, quantò fortior est obligatio naturalis civili. l. eas obligationes. 8. ff. de capit. min. §. sed naturalia. 11. Inst. de jur. nat. gent. & civ.

Ita Domini in causa Caspari Eberards zu Mindwig/Mens. Mayo, Anno 1612. ( Verba sent. So mög doch der Sohn seine Schwester / so blöde ist / weil die Mutter noch am Leben / im Gute zu behalten und zu alimentiren nicht gedrungen werden / sondern bewehrt die Witwe / als des Magdians leibliche Mutter / ist dasselbe mit nothdürftigem Unterhalt zu verschafft schuldig (B. R. W.)

## DEFINIT. XX.

Avus quoque tenetur alere Nepotem etiam Spurium ex filio legitimo procreaturn.

- D**ixi Defin. 18. patrem teneri alimenta præstare filio; Sed an idem in avo paterno? Ita certe; † Nam & hic, quando filius superstes non est, aut liberos suos exhibere non potest, Nepotibus de alimentis propictere tenetur, Gloss. in l. si quis à liberis. 5. de agnosc. vel. al. liber. Nam pater non solum tenetur alere filium, sed etiam alia onera sustinere, † Ergo & alere Nepotes ex filio, quia illi numerantur inter onera filii l. pen. ff. de lib. agnosc. Surd. de aliment. tit. 1. qu. 12. n. 1. † Quod & verum in Nepote spurio, procreato ex filio legitimo, cui etiam avus paternus tenetur alimenta præstare, si se ipsum aliunde exhibere nequeat. † Est enim legibus minus odiosus, ut notatur in l. fin. Cod. de nat. lib. † Tradunt sic in terminis Nicol. de Ubal. intrat. de success. ab intest. part. i. num. 47. quem refert & sequitur Surd. de alim. dict. qu. 12. n. 8:

Ita Domini ad consultationem Senatus in Budissen, Mens. Augusto, Anno 1600. ( Verba sent. Da nun solches außer der Ehe erzeugtes Kind von seiner verstorbene Mutter so viel nicht erbetet / davon es seinen nothdürftigen Unterhalt haben könnte / so wäre der Großvater G. D. von wegen seines ausländischen Sohnes / dasselbe zu sich zu nehmen / und zu ernähren / oder es sonst mit nothwendigem Unterhalt / bis es sein Brodt selbsten verdienen kan / seinem Vermögen nach zu versetzen schuldig (B. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

Avus maternus non alit Nepotes, quando superstes abduc est avus paternus.

- A**VUS Maternus & AVIA Materna non tenentur Nepotes agnoscere; qui enim ex filia mea nascuntur, non mihi; sed patri suo; vel avo paterno sunt oneri; inquit JCTus Marcell. in l. non quemadmodum. 8. ff. de lib. agnosc. ubi Bartol. † Ex quā ratio ne infert Gloss. avum maternum non teneri dotem dare Nepti ex filia, quia onus dotandi sicut alendi, est paternum, non maternum, in l. fin. ubi & Bartol. & Salyc. Cod. de dor. promiss. Dd. in l. i. ff. solut. matrim. † Sed quando avus paternus superstes amplius non est, patre quoque mortuo, vel egente, nec habili existente matre præstandis alimentis, tunc demum in subsidium avus maternus tenetur alere Nepotes dict. l. non quemadmodum. 8. in fin. † Ex quo porrò sequitur, quod avus maternus tenetur quoque dotare Nepotes in subsidium, Bald. in l. neque mater. 14. C. de jur. dot. † Quemadmodum enim non nisi in subsidium mater cogitur alere & dotare liberos, si nempe pater est inops, nec liberi aliunde quid habent, l. si quis à liberis 5. §. utrum. 2. vers. an. verò etiam matrem. ff. de lib. agnosc. l. pen. ff. cod. tit. Autb. si pater. C. de divorce. fact. Bartol. & Dd. in l. alimenta. 11. C. de negot. gest. † Ita nec avus maternus vel avia materia: Nam Ddd 2 sic.

sicuti patris appellatione venit avus paternus, ita & matris appellatione avus maternus, Baldus in l. Nefennius. 34. num. 2. ff. de neg. gest.

Ita Domini in causa Hansen Kühlers und Balthasar Lögschens zum Buchholz/Mens. Martio Anno 1627. (Verba sent. I. Christoph Kühler und sein Ehemann Todes verfahren/und haben zweien Söhne nach sich verlassen/und weil beides Christoph Kühlers und seines Weibes Vätere als Hans Kühler und Balthasar Lögsch noch am Leben seyn/ersteht unter ihnen beiden Irrung/ welcher des Christoph Kühlers zweien Söhne unterhalten soll/et. So ist der Großvater vom Vater Hans Kühler seines Sohnes Kindere von dem Seinen nochdärftig zu versorgen schuldig/und es mag der Großvater von der Mutter Balthasar Lögsche/so lang Hans Kühler am Leben/und Vermögens ist/etwas darzu zu geben/wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Mater alimenta filio præstata ab ipso ejusvè heredibus repetere nequit, nisi de hoc fuerit protestata.*

**R**egula generalis est Interpp. quod Mater in dubio videatur intuitu pietatis aluisse filium, ac proinde non repeatat ab ipso filio, quod in causam alimentorum impedit, per text. in l. Nefennius. 34. ff. de negot. gest. vers. ut si mater aluisse. l. alimenta II. C. eod. tit. ubi Salycet. num. 1. Bart. in d. l. Nefennius 34. ff. de negot. gest. Menoch. de arbitr. jud. quæst. cas. 88. num. 20. † quod & procedit in aviā maternā, dict. l. Nefennius 34 ff. de negot. gest. Gloss. & Salycet. in d. l. alimenta. II. C. eod. † quandoquidem ardentius descendit amor in nepotes, quam viget in filiis, l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. signif. ut sic avia tanto majori pietatis affectu & amore de propriis Nepotes aluisse videatur. Non semper tamen vera est hæc Regula, sed fallit Primo, † quando mater protestata fuisse alere se filium repetendi, non dandi animo. ‡ Quo casu alimenta à filio bene repetere potest, ut est textus clarus in dict. l. Nefennius 34. vers. quid enim sicutiam protestata. ff. de negot. gest. ubi Bartol. dict. l. alimenta II. C. eod. ubi Salycet. n. 4. Quod tamen haud aliter intelligendum, quam si protestatio facta fuisset à principio, † nam facta post alimenta jam filio præstata, non valet, ut pulchrè declarat post alios, quos allegat, Surdus de aliment. tit. 6. q. 8. n. 67. & seqq. † Quando enim agitur de præjudicio tertii, cui jus fuit quæsumum, protestatio ex intervallo non prodest, nec retrotrahitur ad tempus dispositionis, Tiraq. in l. si unquam 8. verb. libertis. n. 15. C. de recip. donat. Dec. in l. in ambiguis 85. n. 4. ff. de Reg. jur. Castren. in l. heredes palam. 21. §. si quid post. 1. n. 4. in fin. ff. qui testam. fac. poss.

Ita Domini in causa Maria Schönbörnlin zu Pirna/Mense Decembr. Anno 1628. (Verba sent. Ob nun wol sonst dafür zu achten/dass solches aus mütterlicher affection geschehen/dannenhero in dergleichen Fall die repetitio alimentorum nicht statt hat; da ihr aber dennoch angeregte Kosten und aliment-Geldere anderer Gestalt nicht als darleihensweise auf euern Sohn gewendet und vorgeschoßen / deswegen auch anfänglichen alsobald protestirt hättest/et. Auff solchen Fall wäre euch euers verstorbenen Sohns Wittib/ auf vorgehende richtige liquidation und Bescheinigung/Wiedererstattung zu thun schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Aut nisi alimenta filio præstata in libro rationum consignaverit.*

**F**allit Secundo hæc Regula, quando mater in libro rationum familiarium scripsisset filium debitorem pro alimentis, quæ illi præstitit. Nam per id videtur animum declarare, quod velit repetere, non donare, per text. in l. Nefennius 34. in fin. vers. maximè si etiam in ratione &c. ff. de negot. gest.

2. † Qui licet de libro avia defunctæ lequatur, cui

magis creditur, quam libro viventis, ut sic forsitan hic textus minus ritè ad præsentem limitationem applicari queat; † Attamen hoc inde sufficienter probatur, quod animus repetendi probetur ex declaratione, & quod declaratio probet animum, Surd. de aliment. tit. 6. q. 8. n. 76. † Et alias liber rationum probat in iis, quæ pendent à voluntate nostrâ Bartol. in dict. l. Nefennius 34. ff. de negot. gest. n. 4. Quodque per librum privatum rationum & expensarum probetur animus, docet Bald. in d. l. Nefennius 34. ff. de negot. gest. n. 5. † Quare cum mater alimenta præstata consignaverit in libro rationum, satis videatur declarasse mentem, quod repetendi animo hoc fecerit. † Hoc tamen non aliter exaudiendum, quam si constet, quod liber scriptus sit à principio, post factam siquidem impensam scriptus liber aucta facta consignatio non probat animum repetendi, † quia declaratio debet fieri re adhuc integrâ & à principio, non post consummatum actum, ut dixi Defin. preced. Surd. dict. qu. 8. num. 77.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Deswegen auch so bald anfänglichen protestiret/ oder sonst die ausgelegten Unkosten als eine Schuld aufgezeichnet/ und also eure Meinung gnugsam erklärt hätte/ et. auff solchen Fall wäre euch euers verstorbenen Sohns Wittib/ auf vorgehende richtige liquidation und Bescheinigung/Wiedererstattung zu thun schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*A patre vero ejusque heredibus alimenta filio præstata repeti possunt.*

**F**allit Tertiò Reg. prædicta, si mater non contra filium ipsum, sed contra maritum agat ad restitutionem alimentorum, quæ filio præstata. † Communis siquidem est opinio Dd. quod detur repetitio à patre, vel alio, qui erat obligatus, per text. in l. Nefennius 34. ib. pone patrem obiisse ff. de negot. gest. l. si quis à liberis. 5. §. si mater. 14. ff. de liber. agnosc. † Quando enim onus alendi spectat ad alium, putat patrem vel avum, quem sciebat vel credebat mater vivere, tunc etiam sine aliâ protestatione videtur impendisse repetendi, non pietatis animo, † quia non subest pietas inter eam & illum, qui tenebatur filium alere, Bartol. & Castren. in d. l. Nefennius 34. ff. de negot. gestis. Salycet. in l. alimenta II. num. 3. C. eod. † Quare & merito hoc casu matri datur repetitio non solum à patre sed & ejusdem heredibus, quia actiones tam activæ quam passivæ transeunt in heredes & contra heredes. tot. tit. C. ut att. ad bered. & cont. bered. † Ejusdem enim conditionis est heres cum defuncto l. heredem. 59. ff. de Reg. Jur. nec variatur obligatio ex persona heredum l. 2. §. ex bis 2. ff. de verb. oblig. Surd. de aliment. tit. 6. qu. 8. n. 5. † Quia & hoc verum est non solum in matre, sed etiam in avo vel aviā maternā, qui, si nepotem aut neptem aluerint, cum tamen onus alendi ad patrem spectaret, possunt à patre ejusve heredibus alimenta repetere, † modò non plus impenderint, quam pater in causam alimentorum erogatus erat arg. leg. in rebus. 18. §. possunt. 2. ff. commod. l. 2. & l. si servum. 10. C. de negot. gestis. † quia appellatio matris includit omnes ascendentis per maternam lineam, Innocent. in c. si verè. 34. Extr. de sentent. excomm. † Et quod avia veniat matris appellatione, tenet Bartol. in l. 2. §. videndum. ult. ff. ad SCium Tertull. Bald. in d. l. Nefennius 34. ff. de N. G. n. 2. & in l. quicquid. 2. in pr. C. de bon. matern. Surd. dict. quæst. 8. n. 13.

Ita Domini in causa Jeremid Meldners / Pastoris in Reinhardsgrem / Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sentent. Habt ihr bey Lebzeiten euers Eydams/seinen mit eurer Tochter erzeugten Sohn in die 7. Jahr mit nochdärftigem Unterhalt verschen und alimentirt, &c. so seyd ihr nunmehr die Un-

rosten/so auff solche alimentation gangen/ aus bemeldtes eu-  
ers verstorbenen Endatis Verlossenheit wieder zu foderu  
wohl besugt/B. R. W.)

## DEFINIT. XXV.

*Vitricus expensas factas in alimenta privigni re-  
petere potest.*

- 1 **E**utychiano querenti, an expensas in alimentationem privigni factas repetere queat, hisce verbis rescribit Imp. Gord. *Si paterno affectu privignas tuas aluisti, seu mercedes pro his aliquas magistris expendisti, ejus erogationis tibi nulla repetitio est: Quod si ut repetitur ea, que in sumptum misisti, aliquid erogasti, negotiorum gestorum tibi inten-  
tanda est actio, in l. si paterno. 15. C. de negot. gest.*
- 2 **†** Unde manifestum est, si constet, quod vel donandi vel repetendi animo vitricus privignum privignam-  
ve aluerit, voluntatem Vitrici servandam esse, de-  
quo casu minus dubium est, Salyce. in d. l. *alimenta* 11. C. d. r. Fulg. Capra. in cons. 101. n. 1. *At quid si de-  
bujus voluntate & animo non constet? Verior & com-  
munior est Dd. sententia, quod in dubio Vitricus*
- 3 **p**räsumatur aluisse animo repetendi, & consequen-  
ter possit repetere, Salyce. dit. l. *alimenta* u. C. d.  
r. num. 1. Surd. de aliment. tit. 6. qu. 11. n. 4. Jacob.
- 4 **M**enoch. de arbitr. jud. qu. cas. 88. n. 13. **†** Tum, quia  
vitricus in dubio präsumitur odio habere privignos  
l. s. ubi Gloss. C. ubi pupill. educ. deb. Cravett. cons.  
142. numer. 18. Joseph. Mascard. de probat. conclus. 531.  
5 **n. 62.** **†** Tum, quod is, qui in rem alterius impendit,  
videatur habere animum repetendi, l. *cum de indebi-  
to. 25. de probat.* Surd. d. quast. n. n. 4.

Ita Domini in causa Ludovici & Ernesti Fachsiotum, eo-  
rumque Vitrici Johannis Rudolphi zu Steckitz/Mens. Nov.  
Anno 1595. (Verba sent. Habt ihr eure beyde Steff. Söhne  
Ludwig und Ernst die Fachse Gebrüder von Auno 76. bis auf  
Auno 95. mit Essen / Trinken / Kleidung und aller anderer  
Notdurft versorget/ sc. So sehn sie sich hierum mit euch  
abzusieden/ und gebührliche Erstattung zu thun schuldig/ B.  
R. W.)

Et in causa Andrex Kretzschmars zu Mählerberg/Mens. Jul.  
Anno 1633.

## DEFINIT. XXVI.

*Nisi privignus probet, animo donandi à vitrico fibi  
praestita fuisse alimenta.*

- 1 **I**n dubio solummodo vitricus präsumitur aluisse.  
Privignum animo repetendi, cui & propterea da-  
tur repetitio, Definit. preced. Secus vero **†** si constet  
de animo donandi l. si paterno. 15. C. de negot. gest.
- 2 **†** Probatur vero animus donandi conjecturis & prä-  
sumptionibus, desumptis ex qualitate privigni vel vi-  
trici, ut declarat Bartol. in d. l. si paterno 15. C. d. r.  
ubi etiam Bald. & Salyce. Consistit namque in ani-  
mo, an quis voluerit donare, an vero repetere; **†** At  
ea, quæ in animo consistunt, occulta sunt, ideoque  
conjecturis & indicis probari possunt. Nam in his,  
quæ sunt difficilis probationis, contentatur lex iis  
probationibus, quæ ex natura rei queunt haberi,
- 3 **S**urd. de alim. tit. 6. quast. 11. num. 52. **†** Cumque ex  
diversitate factorum jus varietur, ideo judicis arbi-  
trio committitur, quæ sufficiens habecatur conjectu-  
ra ad präsumendum vel donationem vel repetitio-  
nem, l. i. ff. de jur. delib. Corn. volum. 1. cons. 265. in  
fin. Hoc tamen expeditum est, **†** quod Privigno in-  
cumbat onus probandi animum donandi in vitrico,  
pro quo semper militat präsumptio repetitionis, se-  
cundum tradita in Defin. preced.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da nun solches  
anderer Meinung von euch nicht geschehen/ denn dass sie euch  
derwegen Erstattung thun solten/dafür es im Zweifel/wann  
von ihnen eta anders nicht ausgeführt werden kan/zu halten/  
R.)

## DEFINIT. XXVII.

*Repitere etiam nequit Vitricus alimenta, si Privignus  
privignave fuerit in ipsius obsequio &  
servitiis.*

- R**estringenda quoque est repetitio alimentorum. 1  
Vitrico concessa ad privignum, qui non erat in  
servitio vitri. **†** Quoniam, si privignus privignave 2  
fuerat in illius obsequio & servitio, cessat repetitio  
alimentorum, Gloss. in l. *s. paterno* 15. C. de negot.  
gest. Surd. de aliment. tit. 6. quast. 11. numer. 18. Bartol.  
Bald. & Salyce. in d. l. si paterno. 15. C. d. r.  
**†** Tum, quod recipiens servitia, videatur impende-  
re alimenta in illorum recompensationem, l. sed si 3  
vir ex lana. 31. §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. si-  
cur. 48. ff. de oper. libert. **†** Tum, quod alere quis te-  
neatur eum, cujus operis utitur, l. in rebus 18. §. pos-  
sunt. 2. ff. commodat. 4

Ita Domini ad requisitionem Georgii Bethmanns zu Leipzig/  
Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sent. Hat ein Bürger/ von  
welchem eure Frage meldet/seine drey Steff. Töchter / bis sie  
zu ihren Jahren kommen/alienen/ und mit Unterhalt ver-  
sorget / Ob er nun wohl der Ältesten und Jüngsten das Kost-  
Geld/ so sie schuldig gewesen/ gutwillig geschenkt/ sc. So  
mag er doch auch der mittelsten/ so er 45. Jahr/ sich unter-  
halten/ vergleichen zu thun/ und ihr das Kost-Geld zu erlassen  
wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ sondern/ vorfern  
er bemeldte seine mittelste Steff. Tochter zu seinen Diensten  
nicht gebraucht/ noch dieselbe als eine Magd arbeiten lassen/  
ist er von ihr wöchentlich einen halben Thaler Kost-Geld zu  
fövern wohl berechtigt/B. R. W.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Pater filii bona administrans quatenus praefixa ali-  
menta & sumptus studiorum repere possit.*

- Q**uarto. Datur quoque Matri facultas repeten-  
di alimenta filio praestita, quando ipsius bona  
& negotia administravit, quia präsumitur de bonis  
filii prästitis, l. *Nesennius* 34. vers. ex contrario. ubi  
Bartol. n. 4. & 5. ff. de negot. gest. **†** Nam tunc de-  
mum donationis conjectura capitur, quando alia  
sumi non potest t. cum de indebito. 25. ff. de probat.  
Afflit. decis. 44. n. 24. At ubi filii bona administrat,  
sumi potest alia conjectura, quād donationis, id est,  
quod solverit de bonis filii: Item **†** donari tum vi-  
detur aliquid, quando nullo cogente jure solvitur  
l. *donari* 29. ff. de donat. At prästando alimenta  
filio, cuius gerit administrationem, videtur id solvi-  
re, ad quod cogi poterat, Ergo non videtur donare,  
ad eoque data repetere potest, Joh. Petr. Surd. de ali-  
ment. tit. 6. quast. 8. num. 46. & seqq. **†** Eodemque 3  
modo repetitio alimentorum competit patri bona fi-  
lli administranti, secundum tradita Surdi dit. quast.  
8. num. 105. & quast. 15. n. 3. Neque enim hic vide-  
tur solvere de proprio, ex quo non tenetur alere fi-  
lium divitem, atque ita cessat obligatio & präsum-  
ptionis ratio dit. l. *Nesennius* 34. ff. de negot. gest.  
**†** Quod tamen notabiliter limitandum est in patre 4  
possidente bona filii adventitia, quorum usumfructum  
habet, pro quo alere videtur filium, vel saltem  
in foro Saxonico, ubi patri datur ususfructus in bonis  
liberorum, quamdui hi ab ejus mensa non sepa-  
rantur, quæ separatio emancipationem facit, b. Con-  
stit. 10. **†** Attamen sumptus studiorum ex bonis ad-  
ventitiis, in quibus usumfructum habet, jure repe-  
tit, cum hi sumptus plerumque usumfructum mul-  
tum superent, ad eoque eos non donandi animo,  
**†** Sed de peculio filii pater videtur administrare, Bartol. in dit. l. *Nesennius* 34. ff. d. t. n. 5. in fin. per text.  
in l. t. in fin. ff. de petie hered. Surd. dit. quast. 8. n. 102.

Ita Domini in causa Jacobi Freislebens zu Weida/Mens.  
Febr. Anno 1634. (Verba sentent. Ihr seyd aber den beyden  
Cöhnen ihre legitimam davon zu entrichten schuldig/dagegen  
Ddd 3

ist euch dasjenige/was ihr/über nothdürftige Unterhaltung/zu Erlangung des gradus Magisterii, und ihrer Ausstattung/auff sie erreichlich gewendet/von ihnen hinwieder zu foderne unbemommen/V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Obligati sunt liberi ad praestanda alimenta parentibus egentibus.*

- 1 **N**on solum parentes liberos, sed & hi vicissim parentes suos alere tenentur, si pauperes sint, imbecilles, vel senio confecti, ita ut tantum acquirere nequeant, quantum sibi satis est ad quotidianum victum & amictum, per text. in l. ult. §. ipsum autem. 5. C. de bon. que lib. l. filia. 5. C. de patr. potest. l. 1. & 2. C. de alend. liber. l. si quis à liberis 5. in pr. ff. de lib. agnosc. c. caerum. 20. dist. 86. Bartol. in tract. de alim. num. 8. Surdus. in tract. de aliment. tit. 1. quest. 2. 17. num. 1. Salyset. in dict. l. 2. C. de alend. liber. † Ut verè dixerit Salomon Proverb. 28. Homicidam esse, qui patri subtrahit necessaria. Nec mirari hoc quis. 3. quam debeat, † cum & pater in extremâ famis necessitate quondam filium vendere potuerit l. 2. C. de patr. potest. quanto ergo magis alimenta propriâ autoritate capere, bonaque filii distraheret, l. ult. §. 4. ipsum autem 5. C. de bon. que liber. † Neque hac alendi necesitas à patria dependet potestate, cum & à filio emancipato pater alimenta consequatur dict. l. si quis à liberis 5. §. sed. utrum. 1. ubi Dd. ff. de liber. agnosc. l. legatum. 10. ff. de capit. min. Cagnol. in l. un. n. 25. C. quando non per. part. Surd. dict. quest. 5. 17. num. 6. † Sed naturali nititur ratione, quæ beneficiant quilibet tenetur benefacere l. sed et si lege. 25. 6. §. consuluit. 11. ubi Bartol. ff. de perit. hered. † Unde bene infert Aristoteles lib. 3. econ. quod sicuti parentes aluerunt filios imbecilles, senio facti vicissim eadem alimenta à valentibus filiis reportare debeant.

Ita Domini ad consultationem Johann Rothens zu Leipzig/Mensl. Jun. Anno 1627. (Verba sent. Da es aber dennoch/einem Fürgeben nach/mit der Mutter eine solche Beschaffenheit gehabt hätte/dass sie nemlich in höchster Not/krankheit und Armut gewesen/ auch in das Hospital nicht kommen können/ also dass sie ausser der Kinder Hülfe verderben müssen/ auf welchen Fall dann die Kinder ihre Eltern nothdürftig zu alimentiren schuldig seyn/V. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Præteriti temporis alimenta, quæ ex officio judicis debentur, peti nequeunt.*

- 1 **Q**uando alimenta debentur solo officio Judicis, tunc præteriti temporis ratio non habetur, & qui habuit aliunde, vel ex industria sua, vel erogatione aliorum, ea petere nequit. Bartol. in l. libertis quos. 18. §. 1. n. 3. ff. de alim. & cibar. legat. Surdus de alimentis tit. 5. quest. 1. n. 43. Modest. Pistor. part. 2. quest. 58. numer. 1. Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 2. defin. 20. n. 2. † Officio namque judicis alimenta ideo decerauntur. ut quis vivat, nec fame pereat, nemo autem in præteritum vivit, licet vixerit, Fab. 3. dict. loc. † Unde est, quod de alimentis præteritis transfigi posse, non etiam de futuris l. de alimentis. 4. 8. C. de transact. Sequitur hinc ergo, † quod si filius se suis operis alimentaverit, vel fuerit sibi donatum aliquid à tertio, non agere tunc possit contra patrem 5. pro alimentis præteriti temporis, † quia pater solum obligatus est ad alimenta præstanda, quando filius ea non habet aliunde, l. si quis à liberis 5. §. si vel parrens 8. ff. de lib. agnosc. Bartol. in dict. l. libertis 18. ff. de alim. & cib. legat. † Ubi hoc limitat, si quis coactus fuerit mutuo accipere pecuniam, vel contrahere a se alienum, & se obligare. † Vel etiam si alimenta non solo jure sanguinis debeantur, sed & ratione operarum & servitii, vel contemplatione alte-

rius rei, putà dotis vel aliter, quibus casibus alimenta quoque præteriti temporis peti posse ait, quem sequitur Surdus dict. quest. 1. num. 46. & 67.

Ita Domini ad requisitionem Petri Philippi zu Ostramunda/Mensl. Jan. Anno 1626. (Verba sentent. Ob nun wohl solche Schwäche arung H. VV. zugemessen werden will/und daher der unähnliche Sohn die aliment-Geldere von demselben fordern thut/ie. So mag doch gedächter H. VV. gestalten Sachen nach/weil er der unähnliche Sohn bis ins 20. Jahr seines Alters von andern Leuten unterhalten worden/aliment-Geldere zu geben nicht angehalten werden/V. R. W.)

Et in simili causa an Stadtschreiber zu Mugeln/Mense Mart. Anno 1596.

## DEFINIT. XXXI.

*Peti autem possunt alimenta præteriti temporis, que debentur jure actionis.*

- 1 **A** Liter res se habet in alimentis, quæ jure actionis debentur, ex promissione factâ vel testamento. † Hæc namque pro tempore etiam præterito peti possunt ab eo, qui aliunde habuit, & alitus fuit, Bartol. in l. libertis quos 18. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 7. defin. 20. n. 1. Surd. de aliment. tit. 5. quest. 1. n. 40. & tit. 9. quest. 4. num. 7. Modest. Pistor. part. 2. qu. 58. Felin. in c. ex parte. ii. in fin. extr. de accusat. † Eaque causa est, quod de hisce alimentis præteritis etiam transfigi queat, l. de alimentis. 8. ubi Dd. C. de transact. l. cum unus. 10. §. 1. libertis. 18. §. 1. ff. de alim. & cibar. legat. Anton. Fab. dict. loco. † Unde & fit, quod defuncto alimentario, alimenta, quæ debebantur, dum viveret, transmittantur ad heredes, & queant ea heredes alimentarii petere à debitore, dict. l. libertis quos. 18. §. 1. ff. de alim. & cib. legat. l. uti frui. 5. §. ult. ff. si usus fructus perat. l. fructus 33. in fin. cum l. seq. ff. de Re vindicat. l. qui usum fructum. 36. §. fin. l. quefatum. 37. ff. de usufr. Surd. dict. quest. 1. num. 39.

Ita Domini in causa Caspar Grunitz zu Freyberg/Mensl. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Da ihr aber dennoch zu erwiesen hättest/dass euer Vater euch zu versorgen ihme anbefohlen/ und solches von ihm nicht erfolget/ So wäre er euch die aliment-Geldere/ so euch verslossener Zeit gebühret hätten/nochmals zu erstatten schuldig/V. R. W.)

Et in causa simili ad consultationem Senatus Lipsiensis Mensl. Dec. Anno 1630.

Item ad requisitionem Nicolai Hoffmanns zu Meissen/Mensl. Jul. Anno 1636.

## DEFINIT. XXXII.

*Filiis licet ante dignitatem patris suscepti fuerint, at-tamen patris dignitate & privilegiis fruuntur.*

- 1 **Q**uæri solet, An filii ex nobilitate patris Nobiles si. 1. & privilegiis Nobilitatis fruuntur, si, ante-quam pater jura nobilitatis adipisceretur, nati fuerint? Hæc questio disertis verbis † deciditur à JCTO 2. Ulpiano in l. senatoris 5. ff. de Senat. ubi & eum Senatoris filium nominat, ac senatoriâ dignitate fru- 3. assit, qui à Senatore susceptus est per adoptionem, antequam pater senatoriam dignitatem adeptus es-set. † Negotium solummodo videtur facere l. sena-tor. ii. C. de dignit. lib. 12. ubi Imp. Senatoris vel clarissimi filium privatum esse dicunt, editum ante-quam pater susciperet dignitatem. † In quo dubio 4. dissolvendo anxi laborarunt Interpp. ut videre est apud Henr. Bocer. de Regal. cap. 2. n. 10. & 11. ubi in-quiet dict. l. 11. non nisi de certa functione legali lo-qui, à quâ immunes esse filios Senatoris, natos ante patris dignitatem; † Ex quo porro infert, ejusmodi 5. filios frui quidem patris dignitate, sed non ejusdem privilegiis gaudere, per. l. 2. §. in filiis. 2. ff. de 6. decur. † At quid juvat filios dignitas, si privi-legiis non gaudeant, ut sic stante Boceri sententiâ, decisionis Ulpiani in d. l. 5. ff. de Senat. haud ma-gnus

- 7 gnius esset effectus: † Aliter itaque respondet Jul. Pacius cent. i. quest. 39. distinguendo inter hæc duo: Filium Senatoris esse secundum Ulp. d. l. 5. ff. de Sen- nate. Et filium ex Senatori natum esse secundum Impp. in d. l. ii. C. de dign. lib. 12. † Alii suscepimus seu conceptum ante patris senatoriam dignitatem, de quo Ulp. loqui autem, distinguunt à filio natu- to ante hanc patris dignitatem, de quo Impp. rescri- buntur aijunt in d. l. ii. C. d. t. Sed neutra distinctio sub- sistit, ut demonstrat Bocer. d. loco: † Non male forsitan dixerim cum Duar. 2. disp. annivers. cap. 29. Quod in principio l. ii. C. de dignit. lib. 12. ab Impp. dictum fuerit, id postea mutari in vers. Cum autem &c. Quod & placet Gothofr. in dict. l. ii. C. d. t. oblit. t. † Ex hoc porrò deciso & illud haud inepte infertur, quod filii opificis nati, antequam opifex

Magister fieret opificii, æquè dicantur filii Magistri, Metters-Kinder/ ac proinde etiam horum privile- giis gaudeant, perinde ac si à Magistro opificii nati fuissent; Quæ enim de Nobilitatis privilegiis No- bilium natis competentibus, dicta fuere, haud in- eptè ad opificum privilegia in suis terminis exten- di possunt, ex identitate rationis, † quæ idem jus i 2 facit, l. illud. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 7. §. 2. C. de re- voc. donat.

Ita Domini ia causa des Letneweber · Handwerks zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1589. (Verba sent. Ob gleich eiliche Ge- sellen in eurem Handwerk/ ehe sie das Meisterrecht erlangen/ ehrlich worden/ und Kinder erzeugen/ da sie aber dennoch nach- mals Meister werden wären/ ic. So würden solche Kinder vor Meisters-Kinder gehalten/ und ihr wäret sie demnach von euren Privilegien ausgeschlossen nicht befugt / V. N. W. )

## CONSTITUTIO XI.

### PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verordnung der Sächsischen Rechte/ daß die Vermünden ihrer Mündlein wechsten Erben jährlich Rechnung thun sollen/ nicht allein in legitimis, sondern auch in testamentariis vel dativis tutoribus statt haben soll?

**S**ie ist nach Sachsen-Recht ein Zweifel gewesen/ ob die tutores testamentarii & dativi nicht weniger als die legitimi jährlich Rechnung zu thun schuldig/ und ob nun wol diesem alfo/dieweil aber dennoch bisanhero obberührtes Sachsen-Recht auf alle Vermünden ohne Unterscheid durch einen Brauch aus gleichen Ursachen extendiret und erstrecket worden/ und damit darinnen fortan desto mehr Gewissheit gehalten/ So ordnen und sezen wir solches hiermit und Kraft dieser Constitution, und wollen/ daß alle Vermünden ohne Unterschied jährlich ihrer Verwaltung halben Rede und Antwort geben/ auch gebührliche Rechnung thun sollen.

### DEFINITIONES.

1. De bonis etiam feudalibus Pupillorum Tutores quotannis rationes reddere debent.
2. Hodie Tutores etiam suâ sponte & irrequisiâ quotannis rationes reddere tenentur.
3. Tutor simul heres proximus pupillo existens, non quotannis, sed finitâ demum tutelâ, ipsi pupillo red- dit rationes.
4. Remissâ confectione inventarii à testatore tutor ne quidem finitâ tutelâ rationes reddit, restamen pu- pilli privatim conscribere tenetur.
5. Mater tutrix liberorum, finitâ tutelâ, mediane Inventario rationes reddit.
6. Tutor reddens rationem administrationis, ante omnia inventarium exhibere, vel, eo deficiente, bona pupilli juramento indicare deberet.
7. Nec mater tutrix, qua inventarium facere omisit, à juramento se liberare valet.
8. Ne quidem redditis rationibus per generalem qui- etationem tutor liberatur, quod minus ob frau- dulentam administrationem denuo conveniri queat.
9. Quo anno incipiat Majorenitas in foro Saxonico, nec non Pubertas?
10. Administratio tutoris licet ex bodiernâ conservudi- ne pubertate non finitur, attamen si tutor Curatoris vices ulcerius gerere nolit, invitus ad hoc cogi- nov potest.
11. Mater vidua quando & quatenus sit tutrix libero- rum suorum in foro Saxonico.
12. Mater absque conatore sibi adjuncto, nomine pu- pilli, validè non contrahit.
13. Nepoti ex filio prædefuncto Mater tutrix non da- tur superficie avo paterno.
14. Mater tutrix non admittitur, priusquam renunci- averit secundis nuptiis & SCto Vellejano, quod tamen renunciatio jurata esse non debet.
15. Mater non petitis tutoribus, quando amictat libe- rorum successionem.
16. Mater, non petens tutorem liberis quatenus vocat a via in successione defunctis Nepotibus.
17. Creditor, minoris tutelam vel curam suscipiens absque manifestatione Crediti, actionis jacturam susinet.
18. Etiam si nec minor nec pater ipsum mutuum acce- pris pecuniam, sed debitum albunde in ipsum fuerit translatum.
19. Cre-



Tsi dubia fuit quæstio hæc in foro Saxonico , an tutores te- stamentarii & dativi non minus ac legitimi, quotannis rationes reddere tenerentur: quia tamen illam ipsam juris Saxonici dispositionem conservudo ha- ctenus ad tutores sine discrimine omnes ex paritate rationis extendit, igitur quod minus in posterum quoque de eo dubitetur, ordina- mus, autoritateque hujus nostræ Constitutio- nis statuimus & volumus, ut quicunque sint tutores quotannis de administratione sua re- spondeant omnes , ejusque rationes red- dant.

19. Creditor tutelam suscipiens absque manifestatione pecunie credita illam non amittit, quando creditum est notorium.
20. Creditori minori tutor vel Curator dari potest, si hoc Magistratus placuerit.
21. Rei à tute re pecunia pupillari empta dominium pupillo acquiritur, cui & propterea Rei vindicatio competit.
22. Tutor, pecuniam pupillarem lito lucro ac fanori non exponens, ipsem usuras vel Interesse pupille refundere tenetur.
23. Nisi media elocandi pecuniam pupillarem idonea defecerint, & cuinam hoc casu incumbat probatio?
24. Finita tutela vel curâ, minor nomina contracta agnoscere tenetur, nec horum periculum ad tute rem vel curatorem pertinet.
25. Nisi tutoris vel Curatoris culpâ in exigendo vel contrahendo, nomina inidonea facta fuerint.
26. Quo casu pupillus vel minor culpam tutoris sive Curatoris probare debet.
27. Minor finita tutela vel curâ usuras pecunia elocata à debitore exigens, periculum nominis insuscipit.
28. Bonarum immobilia absque sufficiente causa, ejusque cognitione & decreto Magistratus alienari nequeunt.
29. Sed absque debitissimis solennitatibus alienata à minore vindicari possunt, ipsique facta presu refusione, cum omni causa sunt restituenda.
30. Nisi alienatio injusta bonorum minoris lapsu quinquennii post maiorem astatem à die sententia confirmata fuerit.
31. Approbat quoque alienatio à minore, quando major factus pretium accepit, aliudve ultrò fecit, quo priorem contractum valere presupponit.
32. Minor predium injustè & absque debitissimis requisitionis alienatum vindicans, defectum requisitorum sollempnum quando probare debeat.
33. Tutor potest emere rem pupilli non ab ipso pupillo,
34. Minoris competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an verò in integrum restituui & bona in iustâ alienata revocare velit.
35. Heredes tutoris ex levii ipsius culpa non tenentur.
36. Beneficium ordinis tum demum competet tutores, quando ab ipsis facta est divisio.
37. Apoche seu Quittance tutoris non liberat debitorem, quo minus à minore in solutione lafo conveniri queat.
38. Nomen seu debitum pecunia minoris factum ad ipsum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in chirographo.
39. Non semper tria tutela onera vacationem praestant.
40. Tutor propriis sumptibus res pupilli administrare non tenetur, salariū tamen petere nequit.
41. Excussis Tutorum accuratorum facultatibus actio subsidiaria etiamque bodie in Magistratum dari solet.
42. Pupillus apud matrem, qua ad secunda vota transiit, educari non debet.
43. Nisi cognitâ causâ matris, vitrico nubenti, educationis cura à Magistratu fuerit commissa.
44. Minor laesione probata restitutus contra mutuum absolvitur, nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit.
45. Solutio, facta pupillo absque decreto Judicis, non liberat debitorem, etiam si tutoris autoritas inseruit.
46. Judicialis quittatio non liberat debitorem pupilli, si non decretum Judicis processerit.
47. Non impugnari potest solutio tutori vel pupillo extrajudicialiter facta, si pecunia deperdita non sit.
48. Tutor nomine pupilli quando donare possit?
49. Ipsomet tutor donationem de rebus pupilli factam revocare nequit.
50. Minor beneficio restitutio per Juramentum efficaciter renunciare potest.

## DEFINIT. I.

*De bonis etiam feudalibus pupillorum Tutores quotannis rationes reddere debent.*

1. Neminimirum videatur, quod Illustrissimus Elector omnes indifferenter tutores adeoque testamentarios & dativos & quæ ac legitimos quotannis rationes reddere jubeat b. Const. II. † Cum & de jure communī quilibet rei aliena administrator, sive tutor sit, sive Curator, sive negotiorum gestor, aut quicunque alius, rationes reddere teneatur suæ administrationis, secundum tradita Dd. quos longo agmine allegat & sequitur Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. qu. 126. numer. 32.
2. † Nec refert, qualiaunque illa bona fuerint administrationi tutorum subjecta, ut merito Constitutionem hanc Elector. † ad bona etiam feudalia extenderet licet cum Matth. Col. de process. execut. part. 2. c. 3. n. 306. Dubium solummodo faciuntur textus Jur. Saxon. in l. 2. Landrecht. art. 58. in verb. Hat auch der Lehen-Herr lassen sien / sc. & Lehen recht cap. 26. verb. Der Herr soll auch stets der Rins der Vormund seyn/ic. disponentes, quod si vasallus moriens post se relinquat minorennes filios, Dominus feudi eorum sit tutor usque ad annos pubertatis, percipiatur fructus ex feudo, neque cogatur rationem reddere. † Sed per contrarium usum à tota hac dispositione Juris Saxonici recessum esse, testatur Coler. d. c. 3. num. 306. Neque hodie de-

minus feudi magis quam alius quicunque tutor, durante pupilli pubertate, fructus feudi suos facit; † sed tenetur actione tutela de fructibus totius temporis, donec ejus administratio duravit, pupillo rationem reddere, non aliter atque de bonis allodialibus fieri solet, † prout à senenibus in causa G. A. à W. contra ejus tuteorem & dominum feudi C. à G. Comitem Anno 1561. responsum refert Coler. loc. alle-gatio. † Quin & hodiē vasallos minores habere tutores, qui horum nomine Dominis servitunt, & ideo fructus feudi accipiunt, inque ipsorum pupillorum usus convertunt, tradit Christoph. Zobel. in addit. Gloss. dict. lib. 2. Landr. art. 58. lit. D.

Ita Domini in causa V. A. à G. ejusque agnati C. à G. Mens Febr. Anno 1631. ( Verba sent. Seyd ihr euers Brüderen Söhnen C. à G. zum Vormunden verordnet worden; Ob nur wohl sonstigen Inhalts der Rechte ein ieglicher Vormund von allen seiner Mündlein Lehen- und allodial Gütern wegen geführter administration alle Jahr Rechnung zu thun / und sich auch selbst unverdorben hierzu angugeben schuldig ist/ie.)

## DEFINIT. II.

*Hodie tutores etiam suā sponte & irrequisiōe quotannis rationes reddere tenentur.*

Simplieiter ac indeterminatè jura Saxonica lo-quuntur, quando tutores administratæ tutelæ rationes quotannis reddere jubent in art. 23. lib. 1. Landr. art. 49. Welchibid. & b. Const. II. p. 2. † Unde existimare quis posset, tutores tum demum ad rationes reddendas obstringi, si haec ipsis exigantur, alias

aliás si ab eis non petantur, suā sponte rationes reddere non cogi, † prout sentit Zobel. in Gloss. ad dict. art. 23. lit. R. vers. Et tutor tenetur, quem sequitur Dan. Moller. ad b. Constit. n. 4. & ad Constit. Elect. 19. num. 4. 18. p. 1. & lib. 1. semestr. c. 8. quia † quandounque lex vel statutum requirit aliquid fieri, debet hoc intelligi, si petatur, Jason. in l. universit. 6. C. de pre-cib. Imper. offer. Felin. in c. si autem. 9. num. 4. extr. de Rescript. Menoch. remed. adipisc. poss. 2. num. 79. 5 † Quod & disertis verbis dispositum ab Imp. Carolo V. In Recess. August. de Anno 1548. tit. Von der pupillen und minderjährigen Kinder. §. item daß er nach vers. und Jährlich auff Forderung der Obrigkeit. † Sed postea illud correctum fuit ab Imp. Rudolph. II. in ordinat. Polit. Francof. de An. 1577. tit. 32. Von der Pupillen und minderjährigen/rc. §. item daß er rc. in verb. Jährlichen nicht allein auff Erforderung der Obrigkeit/sondern auch selbst/vermōge seines anbefohlenen Amts/auch geleisteten Pflicht und Eydēs gebührliche Rechenschaft anbieten und thun / um seine Verwaltung/Rede und Antwort geben/rc. Ex quā sanctione Imperioriā in foro quoque Saxonico tutores etiam non requisitos ad rationum redditionem obstringi, dubium non est, quia legibus Saxonici nulli contrarium expreſſe sancitum reperitur, † adeoque standum dispositione Juris communis secundum Gloss. final. art. 36. n. 13. lib. 2. Landr. & Gloss. art. 44. verb. Da ließen sie die Bauren/vers. diff. vers. nūm aber alles / lib. 3. Landr.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und sich auch selbsten unerfordert hierzu anzugeben schuldig ist/rc.)

### DEFINIT. III.

*Tutor simul beres proximus pupillo existens, non quotannis, sed finitā demum tutelā, ipsi pupillo reddit rationes.*

¶ Ille Saxonico quando idem & heres & tutor est pupilli, non tenetur quotannis rationem reddere administratā tutelā, prout clarus est textus in art. 23. lib. 1. Landr. in fin. verb. Wo aber der Wurmund auch Erbe mit ist/so darf er niemand der Kinder Gut heredet/rc. † Quod iniquissimum & absurdissimum dicit Matth. Wesenb. in addit. margin. ad Joh. Schneidew. in pr. Inst. de satisfactione tutorum. 3 num. 15. lit. b. † eo quod tutor tantò propensior in fraudem esse soleat, quanto majorem spem habet successionis. † Quare id ipsum per Constit. b. Elect. 11. hodie correctum existimat Moller. bīc n. 8. dum Illustrissimus Elector à legitimis etiam tutoribus rationes quotannis exigit. † Sed neutquam sequitur, Legitimi tutores juxta b. Constit. 11. quotannis rationes reddere debent; Ergo & ii, quis spem habent successionis, † quos dict. art. 23. disertè exceptos, procul dubio Dn. Elector. b. Constit. generali non comprehendit. † Neque enim Constitutio nova trahitur ad casus speciales in antiquo jure comprehensos, ne per illam auferatur privilegium à jure communi concessum, Jason. in l. ex facto. 43. n. 32. ff. de vulgar. & pupill. substit. Bart. in l. sciendum. 15. n. 1. ff. qui sa. tisd. cog. † Et sufficit, legem novam ac correctoriā etiam in minimo aliquid operari posse, Jason. in Autb. quas actiones. C. de S. S. Eccles. num. 16. & seqq. † Quare nec per Constit. banc. Electoralem, nec per Ordinationem Imperialem, neque per despetudinem jus illud abrogatum esse, eleganter defendant Abel Strasburg. conf. 5. vol. 2. confil. Jacob. Thomingii subnexo num. 23. & seqq. vers. Dass auch solche Versörnung/rc. Rosa ad Moller. bīc num. 10. Berlich. part. 2. concl. 12. n. 12. Matth. Coler. part. 1. decif. 6. num. 10. & 24. Zobel. p. 2. diff. 16. num. 6. † Illud tamen Carpz. Definit. Vol. I.

concesserim Wesenb. d. loc. quod ipsi pupillo finitā demum tutelā, tutor legitimus spem habens successionis administratā tutelā rationes reddere tenetur, † quo ipso corruit objectio Wesenb. quod heres propter jus successionis propensior in fraudem esse soleat, quam fraudem procul dubio impediet onus rationum reddendarum finitā tutelā, Coler. dict. decif. 6. n. 20.

Ita Domini eadem in causa. (Verba sentent. Da ihr aber dennoch gedachtes eures Vettors des Unmündigen näheres Erbe zugleich mit wälret/rc. So möchtet ihr auch jährlichen Rechnung abzulegen nicht angehalten werden/ jedoch seyd ihr nichts weniger nach geendeter Wormundschaft eurer Verwaltung und administration halber/ dem gewesenen Mündlein gebührliche Rechnung zu thun schuldig/B. R. W.)

### DEFINIT. IV.

*Remissā confectione Inventarii à testatore tutor nequidem finitā tutelā rationes reddit, Res tamē pupilli privatim conscribere tenetur.*

Dubitatur: Antestator Inventarium confici prohibens eo ipso rationes quoque à tutore exigi revertisse intelligatur? in quo mire variant Interpp. ut videre est apud Dan. Moll. lib. 1. Semestr. cap. 39. † qui meo judicio recte affirmativam tenet: siquidem rationes reddi nequeunt absque Inventario, † utpote quod caput & fundamentum dicitur rationum reddendarum, Bartol. in l. cum tale 72. §. Titius 2. num. 2. ff. de condit. & demonstr. Jason. in l. Marcellus 3. n. 61. ff. ad SCtum Trebell. Nicol. Boer. decif. 61. num. 6. † At remisso fundamento & necessario antecedenti, remissa quoque videtur necessarium consequens, arg. l. 2. ff. de Jurisd. ubi Bartol. num. ult. † Ex quo ille tenetur reddere rationes, qui obstrictus est confidere Inventarium & econtrā, Valentin. Först. in tract. de succēs. ab intest. lib. 7. cap. 11. num. 4. † Cum micā tamen salis hoc accipi velim, ut nempe tutor per remissionem confectionis inventarii à redditione rationum sc̄e liberare nequeat, quando doli & fraudis arguitur, quam testator neutquam remisisse videtur nec remittere potuit, † adeoque per remissionem confectionis Inventarii culpa & negligentia solummodo tutoris remissa cenetur, & ne in rationum redditione fiat scrupulosa inquisitio l. si servus 50. ff. de legat. 1. Moller. dict. cap. 39. num. 8. & seqq. ubi & hoc probē monet, † Per remissionem nempe confectionis inventarii, non omnem omnino signationem rerum administrationi subjectarum tutori remissam intelligi, sed modum tantummodo confectioni adhibitum, † quod scilicet publicē, & in præsentia personarum publicarum Inventarium rerum suarum testator fieri nolit, ne vel invidiae exponantur divitiae ejus cum periculo pupilli, vel paupertatis vilitas detegatur, contra l. 2. C. quando & quib. quart. pars. lib. 10. † sed sufficere testator existimet, si tutor res privatim adhibitis cognatis pupilli conscriberet, arg. l. ult. C. arbit. rut. Moll. allegat. loco n. 10. Jul. Clari lib. 3. sentent. §. testamentum quest. 66. num. 4. & seqq. Montan. de tutel. cap. 32. regul. 5. num. 106. Didac. Covarr. lib. 2. var. refolut. cap. 14. num. 4. Matth. Wesenb. part. 2. confil. 68. n. 4. & confil. 91. num. 17. Frid. Pruckma. vol. 1. confil. 48. num. 25. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/ dass der testator über seine Verlassenschaft ein Inventarium aufzurichten ansdrücklichen verboten/ so möchtet ihr auch/ weil ihr noch zur Zeit keines Betrugs beschuldigt/ nach geenderter Wormundschaft einige Rechnung zu thun nicht an gehalten werden/ jedoch seyd ihr so bald bey Anreitung der

Vormundschaft eures Mündleins aber erbetet Verlassenschaft im Beyfeyn dessen Verwandten / zur Nachricht ausschreiben/und zu ein richtiges Verzeichniß zu bringen schuldig gewesen/ (V. R. W.)

## DEFINIT. V.

Mater Tutrix liberorum finitā tutelā mediante  
Inventario rationes reddit.

- C**erti Juris est, à patre, qui filii in potestate constituti adventitia bona administravit, redditio nem rationum exigi non posse. † Nam cum eorum bonorum ususfructus patri competit, i. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. qua lib. pater sanè in iis tanquam re propria, jure optimo versatur, † ut ita nemini rationem administrationis reddere teneatur d. l. 6. §. non autem. 2. ubi Bartol. in pr. Cod. de bon. que liber. Dan. Moller. ad Const. Elect. 25. numer. 6. part. 3. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 126. n. 127. † Sed quid juris in matre, qua se pro tutrice gessit? Et hanc propter reverentiam ab onere perhibendae rationis relevari, tradit Christoph. Zobel. in Gloss. lat. ad text. Germ. Landr. lib. art. 23. lit. N. quem sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 12. n. 11. eo quod non mater perinde ac ipsem pater fructus ē bonis liberorum lucretur, donec hi ab ea non separantur. † Sed rationem hanc falsam esse, & matri tutrici usumfructum in bonis liberorum nullo jure nec moribus Saxonici competere, probavi Defin. 13. Const. 10. Quare deficiente hoc casu ratione, quæ patrem à rationum redditione eximit, Matrem non minus ac reliquos tutores extraneos, finitā tutelā, obstringi ad redditionem rationum mediante Inventario, dicere ausim cum Matth. Wesenb. vol. 1. conf. 86. n. 5. vers. multò igitur magis & Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 31. defin. 4. num. 5. † Nec movet me in contrarium art. 23. lib. 1. Landr. in verb. Wo der Vormund Erbe mit ist / so darf et niemand der Kinder Gut berechnen. Siquidem hæc verba matrem aliasq; tutores consanguineos, spem successionis habentes in bonis pupilli, finita tutela à redditione rationum haudquaquam liberant, sed hoc solummodo inferunt, † matrem aliasque tutores, pupillo heredes existentes, non quotannis ad instar tutorum extraneorum rationes reddere tenori, ut satis liquet ex verbis præcedentibus dict. art. So soll ein Vormund von Jahr zu Jahr des Kindes Gut berechnen/ ic. Matth. Wesenb. in not. margin. ad Joh. Schneidew. in pr. Inst. de fatisd. tutor. n. 15. lit. b. quod certè non infiior, † idemquesi senserit, eo quæ modo verba dict. art. 23. intellexerit Zobel. in dict. gloss. lit. N. nec eum dissidentem habeo.

Ita Domini ad requisitionem M. Georgii Hartmanni zu Leipzig/Mensl. Mart. Anno 1666. ( Verba sent: Dass die Mutter als gewesene Vormundin/ ein richtiges Inventarium vorzulegen/ und wegen geführter Vormundschaft/ Rechnung zu thun schuldig/ V. R. W.)

Item ad consultationem Johann. Bisotens zu Dessau/Mense Nov. Anno 1660.

Et in causa Georgii Eysolda zu Dresden/Mensl. Mayo, Anno 1636.

## DEFINIT. VI.

Tutor reddens rationem administrationis ante omnia inventarium exhibere, vel, eo deficiente, bona pupilli juramento indicate debet.

- I**ndubitati juris est, Tutorē super bonis pupilli inventarium confiscare teneri, adeò ut nec prius, quam hoc fecerit, attingere debeat administrationem, i. tutor qui repertorium. 7. ff. de administ. tutor. Anton. Faber. in Cod. lib. 5. tit. 25. defin. 1. num. 2. 5. † quomodo enim quæso rationes tutelæ legitij-

mo modo administratæ reddere poterit, antequam demonstret, quid acceperit, & quantum pupillus ab initio cœpta administrationis in bonis habuerit, † ut proinde legitimū inventarium caput ac fundamentum sit rationum reddendarum, Bartol. in l. 72. §. 2. ff. de condit. & demonstr. n. 2. vers. quia inventarium est caput rationis. &c. Petr. Heig. part. 1. quæst. 20. num. 8. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quæst. 126. n. 47. † Idque hodiè etiamnum obtinet, quamvis illud in desuetudinem abierit, ut juramentum tutoribus & curatoribus deferatur, quod jura aliæ ipsis imponunt, l. 20. C. de Episc. audient. l. ult. §. at si quidem parens. C. de curat. furios. Ordin. Cam. c. 75. & 76. part. 1. † ne scilicet reddatur difficile invenire tutores, Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 2. n. 95. At quid, si tutor inventarium facere omiserit, aut in confiando eo requisita legitimi Inventarii non observaverit? † Certè nullum aliud restat remedium, quo de bonis suis pupillus aut Magistratus certior reddi queat, quam ut tutor juramento, quid & quantum acceperit, indicet, arg. l. ult. §. licentia danda 10. C. de Jur. deliber. Dan. Moller. ad Const. Elect. 33. num. 6. part. 3. & lib. 2. semestr. 14. ubi monet, † alterutrum horum sufficere, nec juramentum imponendum esse, nisi deficiente inventario legitimo, quod sic praxis Saxonica docet.

Ita Domini ad requisitionem Andreæ Weidmanns zu Schwarzenberg/Mensl. Octobr. Anno 1639. ( Verba sent: So ist bemeldter Vormund vor allen Dingen ein richtiges Inventarium seines Mündleins Vaters ganzer Verlassenschaft zu ediren/ oder in Mängelung desselben solche vermittelst seines leiblichen Eydens anzugeben schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

Nec Mater tutrix, que Inventarium facere omisiit, à juramento se liberare valet.

**D**ubitare equidem quis posset, Annon saltem. Mater, quæ tutelam liberorum gessit, ob reverentiam à juramento excusari debeat, præsertim, cum in ea non præsumur fraus & dolus, Gloss. in art. 23. lib. 1. Landr. lit. n. Rosa ad Moller. b. c. n. 12. † Sed si ratio hæc stringeret, nec rationum redditionem à matre exigendam, nec inventarii confectionem ei imponendam esse, sequeretur. At quia utrumque falsum est, juxta tradita supra Definit. 5. † Utique & matrem deficiente inventario legitimo bona pupilli juramento indicare teneri dixerim. † Quomodo enim quæso defectus hic aliter suppleri poterit, nec tamen ad rationum redditionem devenerit posse, priusquam per Inventarium bona pupilli indicata fuerint, expeditum est, Jason. in l. Maccus 3. n. 61. ff. ad SCtum Trebell. Nicol. Boër. decis. 61. num. 6. † Ac quo minus de eo quis dubitet, in casu simili matrem heredibus ad exhibitionem Inventarii, vel eo deficiente ad juramentum obstringi, haud absonum visum fuit Illustrissimo Electori Saxon. in Const. 33. vers. So muste sie auf der Erben Erfordern/ ic. ubi Dan. Moller. num. 4. & 6. part. 3. † Nec movet me in contrarium reverentia, quamlibet perinde matri ac patri debent, arg. l. furiosa. 4. ff. de Curat. furios. l. 6. ff. de in jus vocand. Ex quo patrem riudam consignationem exhibentem audiiri, nec ad inventarii solennis confectionem vel juramentum obstringi, dictum fuit Const. præced. Defin. 9. n. 12. † Quia sola reverentia patri immunitatem hanc non præbet, sed potius eximio à rationum redditione. Quid enim opus est solenni inventario in casu, quo rationes haud sunt reddendæ l. 6. in pr. C. de bon. que liber. † Cessante vero hac

ratione in matre, juxta tradita *Supr. Defin. 5.* Ecquis non diversitatem animadvertis?

Ita Domini in causa vidue Daniel Müllers ejusque liberorum zu Weissenfels/Mensl. Decembr. Anno 1600. (Verba sentent. So ist die Mutter / als der Kinder gewesene Vormundin / ein richtiges Inventarium, was in ihres Mannes Erbschaft nach seinem Absterben allenthalben vorhanden gewesen/vorzulegen/oder in Mangelung dessen/ solches eydlich anzugezen schuldig/B. R. W.)

Et in simili causa agn. Johann. Bisoteni zu Dessau/Mense Nov. Anno 1600.

### DEFINIT. VIII.

*Ne quidem redditis rationibus per generalem quietationem tutor liberatur, quo minus ob fraudulentam administrationem denuo conveniri queat.*

**C**um reddore rationes officio tutoris incumbat, l. i. §. officio. 3. ff. de tutel. & ration. distr. utique liberatio generalis nisi redditis rationibus non subsistit, Roland. à Vall. vol. 1. conf. 49. Petr. de Anchor. conf. 330. Bartol. Socin. Conf. 159. & conf. 190. Hartm. Pistor. Observ. 185. † At, postquam tutor rationes semel probè reddiderit, rationesque ritæ calculatae fuerint, per quietationem factam ita liberatur, ut denuo conveniri & ad calculum urgeri nequeat, Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. Centur. 3. cas. 109. num. 37. Dec. conf. 10. n. 9. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 126. num. 62. Petr. Heig. part. 1. quest. 20. † Dixi autem tutorem liberari, si rationes rite calculatae fuerint. Nam si errorem in computatione intervenisse allegetur & doceatur, dubium non est, † quin, ut denuo rationes edantur & calculentur, postulari possit, Heig. dict. quest. 20. n. 36. Joseph. Mascard. lib. 3. concl. 125. num. 14. Franc. Vivius lib. 2. decis. ult. num. 39. † Quin & si rationes dolo redditas fuisse pupillus contendat, quietatione tutor liberatus non est, quo minus ob fraudem & dolum, in administratione & rationibus commissum, veluti quod aliquid retinuerit, & damno pupilli locupletior factus fuerit, denuo ad reddendas rationes conveniri possit, Jacob. Menoch. dict. cas. 209. num. 38. Jacob. Schult. dict. loc. num. 69. & 70. Hartm. Pistor. dict. observ. 158. num. 12. Heig. d. q. 20. n. 32. † Quia rationum redditione facta, dolus minimè per quietationem censetur remissus, Mascard. de probat. dict. concl. 125. num. 18. † Nam liberationes regulariter strictè sunt accipienda, l. mater decebens. 19. ff. de inoff. testam. l. q. §. 12. de transalt. † præsertim ne ad doli renunciationem tendant, Parif. lib. 1. conf. 84. n. 21. † Vide de hac materialatissimè Jacob. Schult. & Petr. Heig. loc. allegat.

Ita Domini in causa Hansen Schredens Kinder und der Vormunden zu Leipzig/Mense Novembris Anno 1592. (Verba sent. Ob ihr nun gleich solcher gehanen Rechnung halber euer Vormund vor dem Rath allhier ingemein quittiret/und seiner Vormundschaft los gehelet/da ihr aber dennoch mit seiner Rechnung oder sonstien erweisen könnet / daß gedachter Vormund euch in vielen Puncten gefährdet/ unterschiedliche Posten und Zinsen eingenommen / und euch dieselbe nicht verrechnet hätte/ ic. So wäre euch solcher unrichtiger Puncten und nicht verrechneter Zinsen halber obgedachter Vormund/ oder nunmehr seine Erben/ nochmals zu belangen unbenvonnen/B. R. W.)

### DEFINIT. IX.

*Quo anno incipiat Majorenitas in foro Saxonico, nec non pubertas.*

**Q**uamvis de jure Civili minor ætas duret usque ad 25. annum, quo tempore completo natura lis quoque vigor completus censetur, l. i. ubi Bartol. ff. de minor. & in l. ult. n. 1. C. de bis qui ven. etat. Carpz. Definit. Vol. I.

† Attamen in terris Saxonici maturius aliquanto sapiunt homines, ac propterea majores statim dicuntur completo 21. anno, art. 42. lib. 1. Landre. Gloss. in art. 23. dict. lib. 1. Landre, cap. 26. Lehrenrecht. De quo minus dubium. † Sicuti nec hoc in controversiam vocatur, quod jus Saxonum feudale in heredibus feudalibus terminet pubertatis annos, finito 13. anno cum 6. hebdomadis dict. cap. 26. Lehrenrecht. in pr. ubi Gloss. Et Gloss. Weichbild. art. 29. & 49. † At illud expeditum non est, quo tempore beres allodialis in foro Saxonico dicatur pubes? Existimat enim Matth. Coler. part. 1. decis. 6. num. 10. & 11. apud Saxones, non habitâ differentia Sexus, pubertatem post annum demum decimum quartum incipere, per Gloss. in art. 42. verb. Wann ein Kind zu seinen Jahren kommen ist, num. 4. & in art. 23 verb. Wo die Söhne binnan ihren Jahren/lib. 1. Landrecht. † Castitas enim nostri seculi non patitur, ut secundum dict. art. 42. ex inspectione corporis, an vide-licet in locis solitis pueri puellæ crines alant, pubertas judicetur, sed indefinite *juxta* Gloss. determinatur: Daß ein Kind zu Landrecht nicht ehe vor mündig zu halten/dann wann es vierzehn Jahr erreicht. † Ut sic jus Saxonum divortium fecerit à jure Ci- vili, quod in masculis 14, in feminis autem 12. an-num pubertatis constituit, pr. Inst. quib. mod. tutel. fin. † Verum videntur Colerum fefellisse verba. Glossæ dict. art. 23. & art. 42. quæ utroque in loco de masculis tantummodo loquuntur, ut patet ex verbis textus, ex quibus Gloss. interpretanda, ut in art. 23. Wo die Söhne binnan ihren Jahren seyn/ & art. 42. Wann ein Kind zu seinen Jahren kommen/ so mag es Vormund seyn seines Weibes/ quæ verba non nisi de pubere masculo uxorem ducente accipi possunt. † Nec aliquem hactenus vidi, qui Coleri opinionem in hoc amplexus fuerit. Quare ut maxi- mè concesserim, † in delictis puellas in foro etiam Saxonico non nisi post completum annum 14. dici puberes, art. 164. Ordin. Crimin. Carol. Vide pra- dictam meam criminal. part. 3. quest. 143. num. 26. At- tamen cum in tutelis, Contractibus, testamentis, aliisque negotiis civilibus, quoad annos pubertatis dispositione expressa juris Saxonici nil immutatum fuerit, dubium certè non est, quin & in foro Saxonico ex sanctione Juris communis post annum statim duodecimum pubertas puellarum incipiat, & tutela finiatur, uti rectè sentit Joh. Schneidew. in pr. Inst. quib. mod. tutel. finit. n. 4. in verb. Et de jure Saxonico: Ist zu Land- und Weichbild Recht / wann ein Knab 14. Jahr/und ein Mägdelein 12. Jahr voll hat/ mündig/aber zu Lehrenrecht/wann er 13. Jahr und 6. Wochen alt ist/ ic.

Ita Domini in causa Hansen Melzers zu Wiedebach/M. Mayo, Anno 1624, (Verba sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/daß Anna Burcklebens euer Mündlein nur 10. Jahr und 12. Wochen alt ist/ ic. So mag sie noch zur Zeit vor mündig nicht gehalten werden/so bald sie aber das zwölffte Jahr ihres Alters erfüllt / ist sie auch nach Sachsischen Rechten mündig/ und von ihren Gütern zu testiren befugt / B. R. W.)

Et ad requisitionem Catharinen/ Georg Schurichts Ehe- weibes zu Freyberg/Mensl. April. Anno 1600.

Item ad consultationem Senatus zu Dederan/Mensl. Mayo, Anno 1633.

Etin causa Jacobi Bernhardi zu Leipzig/Mensl. Jan. Anno 1634. (Verba sent. Wofern die Testirerin das zwölffte Jahr ihres Alters vollständig erreicht/um also mündig gewesen/ ic.)

**DEFINIT. X.**  
*Administratio tutoris licet ex badiernâ consuetudine pubertate non finiatur, attamen si tutor Caro- ris rices ulterius gerere nolit, invitus ad hoc cogi non potest.*

**E**x generali quādam ubique locorum in Germania receptā cōsuetudine, († quam & apud Gallos invalidisē a gravissimis plerisque viris se audiisse testatur Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 29. defin. 2. n. 3.) administratio tutelæ continuatur & porrigitur usque ad legitimam etatem adulorum. † Nam qui semel legitimè dati sunt tutores, iidem plerumque & Curatores permanent, & rebus minorum præsunt usque ad majorem etatem, hoc est, usque ad 2 i. annum completum in foro Saxonico, Andr. Gail. lib. 2. observ. 96. Matth. Coler. part. 1. decis. 6. n. 16. Matth. Wesenb. in pr. Inst. quib. mod. tut. fin. † idque propter consensum tacitum vel expressum, tam adulorum, quibus regulariter invitatis non datur Curator, §. item inviti 2. Inst. de curat. quād tutorum, † qui administrationem suā sponte continuant, cūm possint redditis rationibus tutelā liberari, l. tutores 39. §. Curator. 1. ff. de administr. tut. † Unde fit, quod non solum nomen Curatoris & tutoris promiscue usurpetur, quod nec à jure Civili prorsus alienum est, ut patet ex L. Pater Severianam 101. §. conditionum verba 2. ff. de condit. & demonstr. † sed & tutores finitā tutelā periculum administrationis subeant, & de malā administratione teneantur, l. ita autem 5. §. si tutor. 5. ubi Bart. in pr. ff. de administr. tutor. l. à tutoribus 33. §. 1. l. tutores qui post 39. ff. eod. tit. Gail. dict. observ. 96. n. 3. Anton. Fab. dict. defin. 2. num. 3. Joh. Schneidew. ad pr. n. 3. Inst. quib. mod. tut. finiat. † At hæc vera sunt, si tutores pupillis jam puberibus factis non petierint dari Curatores, vel adultos admonuerint, ut ipsimet Curatores sibi dari petant, qui eorum bona ob judicii imbecillitatem & etatis infirmitatem probè administrent. † Quod si vero, tutelā pubertate finitā, Curatoris vires ad legitimam usque, sive majorenem pupilli etatem, gerere nolint, sed ad rationes reddendas se offerant, administrationem deponant, & adulto Curatorem dari petant, † haud obstante prædicta cōsuetudine, ad id minimè cogi poterunt, sed tutelā liberantur, Andr. Gail. dict. observ. 96. num. 3. & 6. Schneidew. dict. loco. num. 3.

Ita Domini ad consultationem Mauritii Preussens zu Leipzig/Mensl. Aug. Anno 1582. (Verba sent. Dieweil ihr selbst berichtet/das eure Brüder/von denen eure Frage meldet/das 14. Jahr ihres Alters vollkommen erreichen/ So ist auch Joachim Wiedmann ihre Vormundschafft / damit er vom Rath zu Merseburg belegt worden/wider seinen Willen fern zu verwalten/nicht pflichtig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Mater Vidua quando & quatenus sit tutrix liberorum suorum in foro Saxonico.*

**I**n tutela legitima gerenda Agnati præferuntur cognatis de jure Saxonico, eo quidem ordine, ut semper ad proximiorem, & inter plures proximiiores ad seniorem Agnatum hoc tutelæ onus spectet, art. 23. lib. 1. Landr. † Et proximiore agnato adhuc minorenne existente Agnato sequenti defertur tutela, qui interim administrat, donec proximior Agnatus fiat major, art. 49. Weichb. Matth. Coler. part. 1. decis. 6. n. 3. 4. Joh. Schneidew. ad pr. Inst. de legis. Agnat. tut. n. 12. & ad tit. Inst. de fiduc. tutel. n. 6. in fin. † Utrosque autem, tam Agnatos, quād cognatos excludit mater vidua, cui licet tutelam liberosrum suorum administrare, neo non avia, † quod quidem de jure communi omni dubitatione caret, propter text. in Novell. 118. c. 5. Auth. Matri & avie C. quando mulier. tutel. offic. fung. Anton. Fab. in C. lib. 5. tit. 21. defin. 1. Sed de jure Saxonico dubitari hand immoritè poterat, † quia ipsamet mater

aut avia Curatore eget in contrahendis negotiis, Const. Elect. 15. §. Gleicher Gestalt soll auch denen Weibes-Personen/ie. part. 2. † At ei, qui in tutela vel cura est, aliorum tutelam vel curam subire, jus non permittit §. item major. 13. vers. cum sit in civile. Inst. de excusat. tutor. 1. fin. C. de legit. tut. Nihilominus tamen † Vidua mater etiam de jure Saxonico, agnatis postpositis, tutrix esse potest liberorum suorum, per text. in art. 11. in fin. Landr. lib. 1. ubi Gloss. † Quod & observantia fori Saxonici satis comprobavit Joh. Schneidew ad pr. Inst. qui test. tutor. dar. pos. num. 10. Matth. Wesenb. in paral. ff. de tutel. n. 5. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quest. 27. n. 11. Non obstante hoc, quod ipsamet Curatore indigeat, quodque tutela virile sit officium, cuius incapax perinde mater est, atque alia mulier quælibet; † Quod enim matri defertur tutela filii, non tam jure fit, quād intuitu Pietatis, quæ juris subtilitates respuit, ut scitè respondet Anton. Fab. dict. defin. 1. n. 7. † Quamvis nec semper ac omnibus indifferenter casibus mulier Curatore opus habeat, nec omne id, quicquid gesit absque Curatoris autoritate, invalidum sit, Jacob. Schult. dict. loco num. 12. † Circa hanc tamen matris tutelam nosse oportet, (1) Ei adjungi proximos Agnatos in tutelæ administratione, ut adnotavit Zobel. in art. 23. lit. B. lib. 1. Landr. † Licet hoc non tam strictè ubique locorum observetur, sed supplet quandoque hujus defectum autoritas Curatoris matri in item dati. (2) † Permittitur matri, ut tutrix esse posit, si velit; nam invita tutrix fieri non cogitur, Novell. 118. cap. 5. vers. bis enim solis. Joh. Schneidew. dict. pr. Inst. qui test. tut. dar. pos. n. 10. Anton. Fab. dict. definit. 1. num. 4. Zobel. in addit. Gloss. art. 11. lib. 1. Landr. n. 4. (3) † Tutrix est mater solummodo in alio lodialibus seu hereditariis, non etiam in feudalibus bonis, Petr. Heig. part. 2. quest. 13. num. 42. Modest. Pistor. p. 1. quest. 27. n. 7. & ibi Schult. in addit. n. 14. (4) † Praefertur mater tutrix aliis tutoribus legitimis & dativis, non etiam testamentariis, si nempe pater alium in testamento tutorem constituerit, † defuncti namque voluntas præponenda est, dict. 16 Novell. 118. c. 5. & Auth. matri & avia. C. quando mulier tutel. Heig. dict. quest. 13. num. 30. Schneidew. d. loc. num. 10.

Ita Domini ad requisitionem Georgii Hartmanni zu Leipzg/Mense Mart. Anno 1566. (Verba sent. Da Hansen Hartmanns nachgelassene Wittib zusagen würde / daß sie ihren Witwen-Stuel nicht verrücken noch verändern / und ihrer Kinder Vormund seyn wolle / so würde sie zu solcher Vormundschafft gelassen. Es würde ihr aber gleichwohl von den unmündigen Söhnen einer billig zugesordnet / seiner unmündigen Geschwister Mit-Vormunde zu seyn/B. R. W.) Item in causa Morten Hertels zu Auffiz/ Mensl. Dec. Anno 1624. (Verba sent. Ist euer Ehemann Todes verfahren / und hat etliche unmündige Söhne nach sich verlassen / da nun bestimdet euer Ehemann in seinem Testamente keine Vormunder verordnet / und ihr sollet eurer Kinder Vormund seyn / so würdet ihr in Erb- und allodial-Gütern/aufser dem Leben / bis so lange die auch weiterum verheyrathet/zur Vormundin billig gelassen/B. R. W.)

**D E F I N I T. XII.**  
*Mater absque Centutore sibi adjuncta nomine pupillæ validè non contrahit.*

**S**æpissime tamen matri, filiorum tutrici, alium adjungi contutorem videmus, maximè si tutela sit difficultis administrationis, † ne ex sexū fragilitate filii incommodum sentiant, Petr. Heig. part. 2. quest. 13. n. 45. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 1. quest. 27. in fin. † Quod casu matrem absque consensu & autoritate centutoris bona pupillæ haud

\* haud administrare, nec ejus nomine validè contra-  
here, quivis facile concederit, † quia pluribus datis  
tutoribus, omnibus simul administratio incumbit,  
l. testamento. 17. pr. vers. sed recte & ibi Bartol. ff. de  
test. tutel. † & de culpâ etiam atque negligentî ad-  
ministratione singuli tenentur l. 2. in pr. C. de divid.  
tutel. Joh. Schneidew. ad §. sed si ex testamento l. n.  
ii. Inst. de fatis d. est.

Ita Domini in causa Dn. Anna Viduæ à Biberstein, Men-  
se Sept. Anno 1635. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die  
Frau Vormundin bei solcher Handlung selbsten keinen Cur-  
torem gehabt / auch nicht diejenigen / so ihrem unmündigen  
Herrn Sohn ihr zum Mit-Vormund zu geben und bestätigt/  
darzu gezogen/dieselbe fernher darein niemals gewillget/  
noch die Vergleichung unter schrieben/ sc. So mag auch an-  
geregte Vergleichung zu Recht nicht bestehen/ sondern sie wird  
vor null und nichtig bishlch gehalten/V. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Nepoti ex filio predefuncto Mater tatrix non datur,  
superstite aro paterno.*

**D**ixi Definit. præc. in fin. Matrem in tutela præfer-  
ri reliquis tutoribus legitimis, *An ergo etiam  
avo paterno?* † Ita quidem censet Bartol. contra-  
Gloss. in Autb. matri & avie. C. quando mul. tut. off.  
† cō quod mater præferatur avo in successione pro-  
pter gradus prærogativam, Novell. 118. c. 1. Eadem  
verò causa esse soleat tutelæ, quæ successionis, l. quo  
3 tutela. 73. ff. de Reg. Jur. † Sed quid opus est, tutri-  
cē dari nepoti ex filio predefuncto, qui in lacris  
avi paterni constitutus est, l. 2. vers. nepotibus. ff. de  
vulg. & papilli subst. l. penult. ff. de agnosc. & alend.  
4 liber. † cum tutorem habere nequeat, nec debeat,  
qui in aliena est potestate, l. filio 23. ff. de lib. & possib.  
l. 1. in pr. ff. de tutel. l. ult. versi. quibus si dannoso. G.  
5 de sent. paf. & rest. † Quare tūm demum de legi-  
tima tutela querendum esse, quoties persona tuto-  
rem habere potest, verè scripsit contra Bartol opinionem Anton. Fab. in Error. 7. decad. 6. de error. præ-  
gmat. & in Cod. lib. 5. tit. 17. Definit. l. n. 5.

Ita Domini in causa S. F. viduæ Quaftoris in Mygeln/  
M. Sept. An 1632. (Verba sent. Sehd ihr eurer Kinder Vor-  
mundschafft auff euch zu nehmen/u. gebührlichen zu verwästen  
vothabens/ sc. So werdet ihr/ vermeide der Rechte/ vor al-  
len andern Blutsfreunden/ausserehalb des väterlichen Gross-  
Vaters/ wann er noch vorhanden/ und selbst Vormund segg  
wolte/darzu bishlch zugelassen/V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Mater tutrix non admittitur, priusquam renuntiati-  
verit secundis nuptiis & SCto Vellejano, qua-  
tamen renunciatio jurata esse non  
debet.*

**Q**uæ ad secundas transfiit nuptias, non potest tu-  
trix esse liberorum prioris matrimonii, tametsi  
maxime velit, & agnati cognati omnes consen-  
tiant, Autb. sacramentum C. quando mul. tut. off.  
fung. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 21. defin. 2. n. 1.  
† Idque propter suspicionem, quod mulieres novis  
maritis non solum bona, sed etiam vitam liberorum  
addicant, l. lex qua tutores. 22. vers. lex eniç C. de ad-  
3 min. tutor. Quare † si Vidua mater ad tutelam li-  
berorum aspirare velit, secundis nuptiis & SCto  
Vellejano renunciare tenetur, Petr. Heig. part. 2.  
quest. 13. num. 46. Joh. Schneidew. in pr. Inst. qui te-  
4 stam. tut. dar. poss. n. 10. † Quæ renunciatio quoniam  
dām cum juramento fieri debebat l. 2. C. quando mul.  
5 tut. offic. fung. potest. † Sed moribus nostris & ab  
ipso Imperat. Justiniano postea hoc improbatum est  
ac sufficit hodiè, si mater apud acta judicii, simpliciter  
absque juramento secundis nuptiis & aliis beno-  
ficiis Juris renunciaret, Autb. matri, juncit. Autb. sacra-  
mentum C. quando mul. tutel. off. fung. pot. † quia

libera debent esse matrimonia l. si patre cagente 22. ff.  
deritu nuptiarum; illud tamen retentum est, ut  
tutrix manere nequeat mater, quæ contra renunci-  
ationem ad secunda vota convolavit, sed statim à  
tutela repellitur, d. Autb. sacramentum C. quando  
mul. tut. off. Anton. Fab. dict. defin. 2. num. 10. Heig.  
dict. quest. 13. num. 46. Schneidew. dict. loc. num. 13.  
Zobel. part. 2. diff. 15. n. 1.

Ita Domini in eadem causa (Verba sentent. Ihr seyd  
über denen secundis nuptiis und SCto Vellejano, jedoch ohne  
Ehd zu renunciren/ und euch von der Obrigkeit/ unter wel-  
cher ihr und eure Kinder gesessen/ zur Vormundin gebührlichen  
bestätigen/ auch ein tutorum zu legitimirung eurer Person in  
Einnahmung der Schulden ausantworten zu lassen pflichtig/  
V. R. W.)

Et in causa Marien Hertels zu Aussig/ Mensl. Dec. Anno  
1624. Verba sentent. So werdet ihr/mann ihr zuvor den se-  
cundis Nuptiis und SCto Vellejano gebührlichen renunciret/  
zu solcher Vormundschaft zugelassen/ jedoch wann ihr der re-  
nunciation juwiber euch anderweit verheyrathet/ höret die  
Vormundschaft wieder auff/ und werden euern Kindern ande-  
re Vormunden bishlch verordnet/V. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Mater non petitis tutoribus, quando amittat libe-  
rorum successionem?*

**M**ater, sive ab initio tutrix liberorum esse nolit, &  
sive suscepta tutela transeat ad secunda vota,  
petere debet liberis tutores, quibus non petitis in  
negligentia suæ poenam liberorum successionem  
privatur, l. sive ingenua. 2. §. si mater. 23. ff. ad SC-  
tum Tertull. l. matres 3. l. omnem 6. C. eod. tit. Autb.  
iisdem pennis. C. de secund. nupt. Modest. Pist. part. 2.  
q. 57. n. 1. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18. defin. 2. n. 3.  
† idque si non petitis alii tutoribus, nec redditâ ra-  
tione administrationis, transferit ad secunda vota,  
non solum propterea, quod ad ipsius officium & pi-  
ctatem spectet, ut liberis suis impuberibus tutores  
petat, † sed & quod tutelam ipsa suscipere perperam  
& contra leges non debuerit, Ant. Fab. in Cod. lib. 5.  
tit. 21. def. 2. n. 11. † Quod nec aliter se habet in fo-  
ro Saxon. ubi si mater nolit esse tutrix suorum libe-  
rorum, tenetur illis tutores petere, nisi incidere  
velit illi poenam, quæ matribus, liberis suis tutores  
non potentibus, de jure indicta est, Christoph. Zob-  
el. in addit. Gloss. art. 11. n. 4. l. 1. Landrecht. † No-  
tamen semper ac indifferenter poenam hanc priva-  
tionis mater incurrit, sed antequam liberorum he-  
reditas ob non petitos tutores ipsi afferatur, cer-  
ta quadam requisita concurrere oportet: (1.) † ut  
intra annum tutores petere neglexerit, tanti enim  
temporis spatiū matri indulgetur, quo nondum  
effluxo poena privationis locum non habet, l. scianz.  
10. C. de legie. bered. §. sed quemadmodum. 6. Inst. de  
SCto Tertull. (2.) † Ut liberi in pupillari æstate mortui  
fuerint, si enim puberes facti decesserint, mater  
omnino excusatur, quia necessitas petendi Curato-  
res minoribus ipsi non incumbit, d. l. 10. C. de le-  
git. bered. & d. §. sed quemadmodum 6. Inst. de SCto  
Tertull. l. matris pices 6. C. qui pet. tut. l. matres. 3.  
C. ad SCtum Tertull. Ant. Fab. in Cod. d. lib. 5. tit. 18.  
defin. 2. n. 2. (3.) † Ut matri non præferantur alii in  
tutela. Nam si ex statuto vel dispositione testato-  
ris agnatis vel aliis deferatur tutela, nihil † est, quod  
imputetur matri, si non petierit tutores, Bald. in  
l. matres. 3. C. ad SCtum Tertull. (4.) Requiritur, †  
ut mater sit constituta in æstate majorenni. l. 2. C. si  
advers. delict. cui in foro Saxonico est annus 21.  
præfinitus, (5.) † Denique ut pupillo expediat dari i  
tutores, nec aliquà justa causâ excusati possit ma-  
ter, Joh. Schneidew. in tit. Inst. de bered. que ab ina-  
rest. defer. de fusc. ascend. limit. 4.

Ita Domini in causa Eichartnien/Georgii Schurichts Ehe-  
weibs zu Freyberg / Mensl. April. Anno 1600. (Verba sent.  
Ob ihr nun gleich/in Ansehung daß der Großvater als der na-  
türliche Vormund noch gelebet / die Unterlassung ihrer Toch-  
ter einen Vormund zu hitten/ nicht hinderlich seyn kan ; Da  
sie aber dennoch hernach/als auch der Groß-Vater Todes ab-  
gangen/sich mehrbemeldet ihres Kindes innerhalb Jahres-  
Frist nicht angenommen/noch denselben einen Vormund ge-  
beten/und warum sie solches unterlassen/leine erhebliche Ur-  
sachen gehabt / ic. So wäre sie der Erbschaff/ so viel be-  
nannte ihre Tochter/wosfern dieselbe unter 12. Jahren gewesen/  
die Mutter auch das 21. Jahr ihres Alters vollendet gehabt/  
nach sich verlassen/verlustig/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Mater non petens tutorem liberis, quatenus noceat  
avia in successione, defunctis  
Nepotibus.*

- 1 **L**icet mater non petierit tutorem infra annum,,  
non tamen excluditur avia à successione, etiam-  
si per alium annum steterit, quod tutorem non pe-  
tierit, sicuti nec alii consanguinei, quibus hoc com-  
peteret, matre exclusa, Nicol. de Ubald. de success.  
ab intell. part. 2. n. 19. Joh. Philipp. Port. concl. & re-  
2 **gul. utriusque jur. lib. 5. concl. 4.** † Nam licet ma-  
ter, si non petuit infra annum, excludatur à suc-  
cessione, tamen non videtur renunciare tutelæ, nec  
ipso in hoc generatur præjudicium. *l. tutela. 3. §. sed*  
3 **et si 2. ubi Gloss. & Bartol. ff. de legis. tutor.** † ut pro-  
pterea superstite matre reliquis cognatis nil impu-  
4 **tari queat, quod tutorem non petierint.** † Quod si  
verò mater esset mortua, vel transiisset ad secunda-  
vota, quia tūm non esset spes, quod amplius tutorem  
petere posset, avia, quæ tunc in primum locum suc-  
cedit, eadem sollicitudo incumbit, & propterea isto  
casu negligentia ei nocet, ac non petenti tutorem  
succesio denegatur in bonis Nepotum, Nicol. de  
Ubald. dict. loco.

Ita Domini in causa Jacobi Hensels zu Gruben / Mensl.  
Febr. Anno 1604.

## DEFINIT. XVII.

*Creditor minoris tutelam vel curam suscipiens absque  
manifestatione Credici actionis jacturam  
sustinet.*

- 1 **M**inoris debitorem vel Creditorem repellit hodiè  
ab administratione Curatæ, expeditum est ex  
nova Imp. Justiniani Constitutione in Novell. 72. c.  
4. & 5. Autb. minoris debitor. C. qui dar. tutor. vel cu-  
rat. Ne forsitan sit debitor pupilli, chirographa,  
instrumenta aut alias probationes subtrahat: Vel si  
sit Creditor, epochas, aliasve semel forte solute pe-  
cuniæ probationes intercipiens, pupillum defensio-  
nibus atque exceptionibus suis privet, dict. Novell.  
72. c. 1. Quare Creditor minoris Curator creatus,  
debet probare vel jurare, se credere minorem obli-  
gatum; Nam si taceat, actionis sustinebit jacturam.  
2 **† Item, si debitor taceat, nec redhibitione, nec aliâ  
tempore administrationis solutione juvabitur, dict.**  
*Aut. minoris. C. qui dar. tut. Joh. Guttierretz. de tu-  
tel. part. 1. c. 20. n. 2. Francisc. de Cald. in repet. l. si  
Curatorem habens. 3. verb. fine Curatore constitutus n.  
105. C. de integr. restitut. minor.* Etsi verò Constitu-  
tio illa Justiniani de curatela solummodo minorum  
3 loquatur, † artamen quin ad tutelam quoque impu-  
berum extendi debeat, ita ut Creditor absque pro-  
testatione & manifestatione crediti sui, tutelæ ad-  
ministrationem suscipiens petitionem sive actionem  
4 amittat, dubium non est. † Tūm, propter identita-  
tem prohibitionis; quæ idem jus facit, l. illud. 32. ff.  
5 *ad Leg. Aquil. l. à Tito 108. ff. de Verb. Obligat.* † Tūm,  
ob verba dict. Novell. 72. c. 1. ibi: *Non jam solum  
cum esse fidelem ad impuberum aut adolescentium,*

*curam, sed conjungi tutorem alterum, aut Curatorem,*  
Et. † Quam extensionem sequuntur omnes se- 6  
cundum Franc. de Cald. dict. loc. Ant. Fab. in Cod.  
lib. 5. tit. 20. defin. 1. Salyc. ad d. Autb. minoris debi-  
tor. C. qui dar. tut. n. 8. Guttierretz. dict. c. 20. n. 3.  
Adde Decis. Elect. noviss. 34.

Ita Domini in causa Andreæ Ellingers zu Naumburg/Mens-  
se Mart. An. 1628. (Verba sent. Ist euer Vetter in euer Un-  
mündigkeit euch zum Vormunden bestätiger worden/ und als  
ihr nunmehr eure mündige Jahre erreicht/ hat er eine Schulde  
von 2500. fl. von euch gefordert; ob er sich nun wohl zu derer  
Behauptung auf eine Obligation berufet/da er aber dennoch/  
euerm Fürgaben nach/bey Antretung der Vormundschaft an-  
geregter Schulde nicht gedacht/ sondern dieselbe gänglichen ver-  
schwiegene/und die administration ohne Entschuldigung auf  
sich genommen hätte/ ic. So hätte er sich auch ob angeregter  
seiner Anforderung hierdurch verlustig gemacht/ und ihr möch-  
tet ihm nunmehr dieselbe zu zahlen nicht angehalten werden/  
B. R. W.)

Item in causa Annae Baroniss à Biberten, Mensl. August.  
Anno 1635. (Verba sent. Hat wohlberichtet Herr Vormund  
bey dem Herrn Unmündigen starke Forderungen gehabt/ und als er zur Vormundschaft bestätiger worden/solche verschwie-  
gen/ und nicht offenböhret / ic. So hat er sich derselben da-  
durch verlustig gemacht/ B. R. W.)

Et in causa Abrahami Beckers zu Salzen/Mensl. Majo, An-  
no 1628.  
Nee non in causa A. à G. Mensl. Jul. Anno 1628.

## DEFINIT. XVIII.

*Etiam si nec minor, nec pater ipsius mutuam accepit  
pecuniam, sed debitum aliunde in ipsum  
fuerit translatum.*

**A**T quid, si nec minor nec pares ipsius mutuam ac-  
cepit pecuniam, sed debiti obligatio jure heredi-  
tario aliove modo in minorem translata fuerit? † Sanè 2  
nec tūm Curatorem vel tutorem tacentem excusari,  
quo minus Creditum, quod suscipiens administrationem  
indicare noluit, amittat, probat generalitas  
prohibitionis in Novell. 72. c. 1. & c. 4. quæ planè non  
distinguit. † Lege autem non distinguente, nec 3  
nos distinguere debemus, & generalia verba legis  
generaliter intelligi debent *l. de precio. 8. ff. de publ.*  
*in rem act. l. i. §. generaliter. l. ff. de legat. praestand.*  
† Accedit ratio prohibitionis, ne scilicet Creditor, 4  
curator vel tutor minoris probationes solutionis  
corrumpat, cautionem furetur, & curatio fiat mi-  
noris rerum interitus propriarum *d. c. 1. Nov. 72. que*  
*zquæ hoc casu locum habet, ut mirum haud sit.,* 5  
*idem quoque jus obtinere, l. illud. 32. ff. ad Leg.*  
*Aquil. c. inter corporalia. 2. extr. de transl. Episcop.*

Ita Domini in causa C. & N. ab E. M. Dec. An. 1630. Ver-  
ba sent. Ob ihr nun wohl in denen Gedanken steht/ daß/  
weil anfanglichen weder der Unmündige noch dessen Vater vor  
ihre Person euch mit eidiger Schulde verhaftet gewesen/ sob-  
alden-eure Forderung anderwo herabhänget/ euch die exceptio  
Novell. 72. c. 4. nicht opponire werden können/ ic. Dieweil  
aber dennoch selbiger Text in gemein von Schuldforderungen  
redet/dessen eigentliche ratio auch/ so in c. 1. Nov. 72. ausge-  
drückt/ general ist/ und dadurch/ daß der Unmündige A. ab E.  
noch seines Vaters Absterben in der heiden Gebrüder E. und  
D. von E. jura tam activa, quam passiva succedit/ gedachte  
Schuld noch vor angehender Vormundschaft sein eigen ge-  
macht. So hat er sich auch nunmehr mit dem beneficio an-  
geregter Novell. 72. c. 2. im Stande des Rechten wohl zu helfen/  
B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Creditor tutelam suscipiens absque manifestatione pe-  
cunia credita, illam non amittit, quando Cre-  
ditum est notorium.*

**Q**uod Justiniani Constitutione introduxit, ut mino-  
ris debitor nec tutor, nec Curator dari possit;  
*Autb. minoris debitor. C. qui tutor. aut. Curat. dar.*  
non semper ita se habet, nec ad quosvis indiffe-  
rentes tutores & Curatores pertinet, † non certe  
ad testamentarios, quos defunctos scivit debitores  
&

& Creditores, quorum fidem approbasse videtur, Guid. Pap. qu. 144. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 20. defin. 1. n. 3. Joh. Guttierretz. de tutel. part. 1. c. 20. n. 6.  
**3** † Secus vero, si testator ignoraverit, nam tum & que locus erit Constitutioni, quia non potest videri approbasse fidem eorum, quos tales ignorabat, arg. l. mater decebens. 19. ff. de inoff. testam. Guttierretz. d. l. ubi hoc latus persequitur, Ant. Fab. dict. defin. 1. n. 3.  
**4** 4. † Fallit quoque *Constitutio Justinianea* in debito modico ex judicis arbitrio, † nisi ante tutelam delata tam esset jam lis super debito, quia magnum videatur ex eo, quod sit de eo magna lis inter partes. Guttierretz d. l. n. 13. Quin nec tutore aut curatore pecuniam creditam amittere dixerim, etiamsi tacuerit, † si creditum alias notorium fuerit, praesertim Magistratui, qui tutorem Curatorem vè constituit, cum Gloss. in l. pater filio. 70. ff. de procur. verb. Creditorem. sub fin. v. alii, quod non cadit. Et Bart. in Nov. 72. c. 4. n. 10. post. med. v. Et hunc §. fieri vero & seq. † Nam tum Magistratus videtur approbasse fidem Curatoris, quem Creditorem bene sciebat, Ant. Fab. defin. 1. n. 2.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich ein Creditor, so dem unmündigen Debitor zum Vormund bestätigt wird / bei Antritung der Vormundschaft / seiner Schuldforderung ausdrücklichen nicht erwähnet / da aber dennoch dieselbe ohne das kundbar/und der Obrigkeit / so den Vormunden bestätigt/wissend ist / ic. So wird benannter Vormund also dann seiner Forderung nicht verlustig / B. R. W.)

Et in causa Baroniss à Biberstein, Mens. Aug. Anno 1635. (Verba sentent. So hat der Herr Vormund solcher Schuldforderung sich verlustig gemacht / es wären denn solche Forderungen ohne das kundbar/und der Obrigkeit wissend gewesen / und nich:s weniger zu solcher Vormundschaft bestätigt worden / auf den Fall wären seine Erben solche nochmals zu fordern befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Creditor minori tutor vel curator dari potest, si hoc Magistratus placuerit.*

**1** *Q*uamvis debitor vel ereditor minoris ab administratione tutelæ vel curatelæ lege repellatur, Nov. 72. Auth. minoris debitor. C. qui tutor. aut carat. dar. attamen hoc non aliter accipiendum, † quam si Magistratus ipsum habeat suspectum, ejusque fidem sequi nolit, ob hanc ipsam rationem, quæ Justiniani novella Constitutionai causam dedit, quod nempe verisimile sit, debitorem aut Creditorem pupilli utilitates suas pupillaribus præpositum, Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 20. defin. 1. n. 4. † Quid autem, si tutor curatorvè datus debitum vel creditum manifestaverit, nihilominus tamen Magistratus fidem ejusdem approbando administrationem ipsi demandaverit? Tum nec ullam prorsus jacturam creditæ pecunia metuendam nec tutorem datum removeendum esse, dicere ausim. Etenim † si testator minoris debitori vel Creditori administrationem tutelæ jure imponere potest, ut dixi Defin. preced. num. 2. Ant. Fab. dict. defin. 1. n. 2. † Cur idem Magistratus facere nequeat, haud certè animadvertere possum, maximè cum magistratus exactius fidem Creditoris probare, & minoribus pleniùs hac in re prospicere censeatur, ut in aperto est. Junge Decis. El. noviss. 35.

Ita Domini in eadem causa C. & N. ab E. (Verba sent. Wenn gleich ein Creditor seinem unmündigen Debitor zum Vormund verordnet wird / dafern er aber dennoch bei Antritung der Vormundschaft seine Forderung entdeckt und kundbar macht/ic. So ist er solcher Schuld nicht verlustig/ sondern dieselbe nochmals einzumahnen und zu fordern wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Rei à tutori pecunia pupillari emptæ dominium pupillo acquiritur, cui & propterea Rei vindicatio competit.*

**I**ndubitate Juris est, rem emptam pecunia aliena ejus fieri, qui eam suo nomine emit, l. 5. §. plane 17. ff. de trib. act. l. 3. C. pro Socio. l. si patruus. 4. C. comm. utriusque jud. † nec domino pecunia quicquam inde acquiri, l. 1. l. pen. C. si quis alter. vel sibi. l. si ex ea. 6. C. de Rei vindicat. Quare si pater, seu legitimus bonorum filii adventitiorum Administrator, pecuniâ filii rem aliquam suo nomine, (id † quod in dubio presumitur, cum quilibet potius suo, quam alieno nomine gesisse censeatur l. & magis. 4. ff. de solut. Bart. in l. Imperator. 70. §. si centrum. 1. ff. de legat. 2.) emerit, † nihil inde filio acquisitum videri, rectissimè defendit Hart. Pst. part. 1. qu. 7. n. 14. Et seqq. † Aliud vero in tutori obtinet; Nam si constet, eum de pecunia pupilli rem aliquam emisse, hoc casu licet suo nomine emerit, in commodum tamen & utilitatem pupilli emere, adeoque pupillo acquirere voluisse presumitur, cui & propterea dominum & Rei vindicatio competit. l. 2. l. 8. §. 1. ff. de reb. cor. qui sub tutel. vel cur. l. 3. C. arbitr. tut. Salycet. in l. si ut proponis. 8. C. de Rei vindicat. Cravett. vol. 2. conf. 286. Hart. Pst. d. q. 7. n. 3. ubi Simon. Ulric. Pistor. in not. lit. C. † perinde sicut & minor rem emptam à Curatore utili vindicatione petere valet, Joh. Sichard. ad l. 12. C. de jur. dot. n. 7. † Tum, quia ex officii necessitate tutori incumbit, ut pecuniam pupillarem in emptionem prædiorum collocet, eoque prætermisso culpâ non caret, l. ita autem. 5. in pr. ff. de adminisfr. tut. † Tum, quia tutori, ne pecunias pupilli in proprium usum convertat, legibus interdictum est, l. Lucius Titius 46. §. tutorem. 2. ff. de admin. tutor. † Ne igitur in manifesta ac duplicitate culpâ deprehendatur tutor, præsumendum est, eum in utilitatem potius pupilli, quam proprium in commodum rem comparare voluisse. l. merito 51. ff. pro socio. † Unde & generaliter intertur, quod quotiescumque tutor aliud facit, ad quod tenetur, licet id suo nomine fecerit, censeatur tamen pupilli nomine fecisse, secundum Bart. in l. Titium 47. al. tero 6. ff. de admin. tut. † Nec est, quod credamus i. r. Ant. Fab. lib. 5. congett. cap. 9. afferenti, minori aut pupillo dominium haud acquiri ex ea potissimum ratione, quod jura tacita hypothecæ privilegium pupillo indulgent, † hac autem consistere nequeat, si pupillo res propria efficeretur per l. neque pignus 45. ff. de Reg. Jur. Ad hoc enim jamdudum respondit Ripa in l. Senatusconsulto. 1. n. 14. ff. in quib. caus. pign. tac. contr. † non simpliciter rem pupillificari, sed ita demum, si velit, ut proinde in arbitrio ipsius sit, utrum Rem vindicare, an vero pignoris justitiammodò persequi malit, siquidem res, ex pecunia pupilli à quoqueempta, eidem pupillo tacite obligata est l. idemque 7. ff. qui pot. in pign. l. 3. ff. de reb. cor. qui sub tut. vel curat. † Nil itaque prohibet, & hypothecam & dominium, non quidem simul, sed alternativè concurrere, ita ut uno electo alterum tollatur, Simon. Ulric. Pst. dict. loc. Jac. Marchisell. qu. 152. n. 2. Vid. omnino supr. i. Const. 28. Def. 108.

Ita Domini in causa Rudolphi ab Oppingens, Mens. Maij, Anno 1623. (Verba sent. Hat einer Vormund in wahren der Vormundschaft erliche Acker Landes erkaufet / ob er nun wohl solches für sich und in seinem Namen gehan / dieweil er aber dennoch selbige Acker mit euerin als des Mündleins Geld bezahlet/ic. So sieht das Eigenthum selbiger Acker euch billich zu / und ihr seyd dennoch dieselbe zu vindicare wohl befugt/ B. R. W.)

Item in causa Christiani Krebsens zu Schwargenberg/ Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wohl einer Vormund selbigen Garten und Scheune in seinem Nahmen und vor sich erkaufet / dieweil er aber dennoch mit euerin als des Mündleins Geld die Zahlung geleistet/ic. So sieht das Eigenthum berührtes Gartens u. der Scheune euch billich zu/ic.)

## DEFINIT. XXII.

*Tutor pecuniam pupillarem licito lucro ac fœnori non exponens, ipsem usuras vel interesse pupillo refundere tenetur.*

- 1 **C**erti juris est, tutores pecuniam pupillarem vel in prædiorum emptionem elocare, vel licito fœnori & lucro exponere teneri, l. tutor qui repertorium. 7. S. si post depositionem 3. S. 7. & S. 11. l. 13. S. 1. l. 15. ff. de admin. tutor. l. 2. C. de usur. pupill. Hartm. Pist. obf. 82. n. 1. Montan. de jur. tut. & curat. q. 9. n. 189.
- 2 **G** 208. † Quod nec jure Authenticorum simpliciter correctum, licet ad certum modum redactum fuerit, si nempe hoc negotiorum pupilli administratio & tuendæ vitæ pupilli ratio necessariò exegerit, Novell. 72. c. 6. in fin. Autb. novissimè. C. de admin. tutor. & curator. Hartm. Pist. p. 1. q. 49. num. 29. & 26.
- 3 ubi dicit, † si tutor unà cum sorte etiam usuras solitas & consuetas pupillo reddat, mox contra ipsum, finistram apud plerosque oriri suspicionem, eum in propriam suam utilitatem pecuniâ pupillari usum fuisse; & negotia pupilli non satis bonâ fide gessisse, ut vel propterea tutor, si suspicione istâ se liberare, atque existimationis suæ justam habere rationem velit, pecuniam pupillarem sub fœnore mutuo dare debeat. † Quin & abrogato propemodum Novellarum, & in usum revocato veteri jure, hodie rursum introductum esse videtur, ut tutores licito lucro & fœnori secundum morem Regionis pecuniam pupillarem exponere, vel in emptionem prædiorum collocare, & si hoc neglexerint, usuras, vel id, quod interest, pupillis refundere teneantur, secundum Bartol. in d. l. tutor. qui repertorium. 7. S. si post. 3. & S. ult. ff. de admin. tutor. Andr. Rauchb. part. 2. qu. 26. n. 6. Hartm. Pist. dict. qu. 49. num. 24. Matth. Steph. ad dict. Novell. 72. n. 29. Ernest. Cothm. vol. 4. respons. 9. n. 69. Salycet. in d. Autb. novissimè n. 2. in fin. Didac. Covarr. lib. 3. variar. resolut. c. 2. n. 1.
- 5 † in tantum, ut nec contra ejusmodi negligenterum tutorem Interesse probari debeat, sed is citra liquidationem loco Interesse in usuras, in regione consuetas condemnari posit, dict. l. tut. qui repertorium 7. S. si post depositionem 3. S. usura. 11. l. tutor. 13. S. 1. l. 15. l. ob fœnus. 49. l. qui negotiationem. 58. S. pupillo. 3. ff. de admin. & peric. tutor. l. 4. l. 5. l. 24. C. cod. tit. & Latiūs hoc deducit ac probat Rauchb. dict. qu. 26. n. 6. u. & seqq. † Quod in Electoratu Saxon. minus dubium videtur habere, propter Ord. Illustr. Elect. Aug. An. 1583. post conventum Torgensem editam sub tit. Von wucherlichen Contracten/rc. S. Als haben wir
- 7 solcher ihrer Bitte/rc. † nec non hodie in toto Imperio Romano juxta Recess. Imp. Spirensis de An. 1600.
- 8 S. So viel nun/rc. Modest. Pist. p. 3. qu. 108. † Nematamen hanc definitionem universaliter ac semper veram quispiam existimet, dico, tutorem pecuniam
- 9 pupillarem non fœnerantem † omnino excusari, si vel negotiorum pupillarum administratio ejusmodi fœnerationem haud desideraverit, vel sumptus quotidiani ad sustentationem pupilli erogandi hoc non admiserint, juxta dict. Novell. 72. c. 7. & dict. Autb. novissimè C. de admin. tut.

Ita Domini. in causa Martini VVerners zu Romblingen Mensl. Jan. Anno 1631. (Verba sent. Hat einer gewesener Vormund in währender Vormundschaft etliche Posten Geldes eingenommen/ ob er nun wol damit nichts gewonnen/ noch einigen Nutzen geschaffet/dannenhero er sich zu Abstättung des Interesse von solchen Geldern nicht verstehen will/dieweil aber dennoch ihm als einem Vormunde gehöhret/exere des Mädleins Gelder/so er zur täglichen Ausgabe nicht benötiget gewesen/euch zum besten/ und weil ihr ohne das nicht übrigens Vermögens/um Vergütung auszuleihen/oder andern Nutzen damit zu schaffen/ rc. So ist er auch/weil er solches unterlassen/ nunmehr nebenst angeregten Gelder/ die Landüblichen

Stufen davon/an statt der Interesse, zugleich abzustatten schuldtg./B. R. W.)

Iorem ad requisitionem T. & H. à S. Mensl. Mayo, An. 1633.  
Et in causa Hansen Bastian von Schleinitz/ M. April. Anno 1635.

## DEFINIT. XXIII.

*Nisi media elocandi pupillarem pecuniam idonea defecerint, Et cuinam hoc casu incumbat probatio.*

**E**xcusantur præterea tutores, nec pecuniæ pupillaris otiosa usuras pendere coguntur, si eam credere, vel in emptionem prædiorum convertere non potuerint, eò, † quod non esset idoneus, cui crederent, vel prædia venalia non existerent, l. cum plures. 12. S. ult. cum l. seq. ff. de admin. & per. tutor. & Cur. l. si pecuniam. 3. C. de usur. pupill. Rauchb. p. 2. q. 36. n. 14. † Ideoque pupilli, qui hanc ob causam tutores convenire volunt, probare tenentur, prædia venalia fuisse, vel aliam facultatem honestè collocandæ pecuniæ tutores habuisse, tantumque iis superfuisse, ut vel prædia venalia emere, vel aliis eam elocare potuerint, Bart. vol. 1. conf. 102. Menoch. in tract. recip. poss. rem. 7. n. 23. Hart. Pist. observ. 82. n. 15. Joseph. Mascard. de probat. concl. 467. n. 27. lib. 1. Rol. à Valle. lib. 1. conf. 9. n. 34. † Ab hoc verò one re probationis relevat pupillum, si docere poterit, tutorem interea temporis sibi prædia de suo comparsa; Nam inde facile constabit, fuisse prædia venalia, Dec. conf. 192. Hart. Pist. dict. observ. 82. n. 16.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/ daß bemeldter Vormund keine begrenzte und tügliche Mittel gehabt/solche Gelder um Vergütung auszuleihen/oder sonstigen möglichen anzuwenden/ auch ein anders von euch nicht erwiesen/noch beybracht werden möchte/ dessen genöss er auf dem Fall billich/B. R. W.)

Et in causa Hansen Bastian von Schleinitz/ Mensl. April. Anno, 1635.

## DEFINIT. XXIV.

*Finita tutela vel cura, Minor nomina contracta agnoscere tenetur, nec borum periculum ad tutorem vel Curatorem peri net.*

**M**inus forsitan dubium est, minorem nomina illa, quæ jam eo tempore, quo tutor vel Curator administrationem bonorum suscepit, contracta fuerunt, agnoscere teneri, usque eo, † ut periculum horum ad tutorem sive Curatorem finita tutela non pertineat, l. tutorem qui 37. & l. cum post. 43. ff. de admin. & peric. tutor. † Idque non solum procedit in nominibus paternis, prout loquitur textus in l. nomina paternorum. 2. C. arbitr. tutel. Sed & in iis nominibus, † quæ ab antecessore contracta is, qui in tutela vel cura ipsi succedit, suscipit, ut per l. debitoribus. 18. C. de admin. tut. sentit Gloss. in l. qui nominibus. 44. ff. cod. tit. Hart. Pist. part. 1. q. 49. n. 7. Quamvis enim successor nomina ab antecessore contracta suscipere cogatur, † periculum tamen in se transferre non tenetur, l. tutor sive 35. ff. eod. tit. Nisi sponte id fecerit; dict. leg. qui nominibus 44. ff. d. t. † At, quid juris in nominibus à tutore vel Curatore contractis? Et hæc finito officio ipsorum, minorem agnoscere teneri, tutorem verò vel Curatorem omni periculo eximi rectissimè concludit Hartm. Pistor. dict. quest. 49. n. 16. † per text. in l. cum post mortem. 43. in pr. de admin. tutor. ubi JC- tus generaliter respondit, si tutela per mortem pupilli finita nomen idoneum esse desinat, tutorem periculo eximi. Neque distinguit, utrum nomina à tute, an verò ab alio contracta fuerint. † Quod & facit textus in l. cum quaritur. 16. ff. de admin. tut. & in l. 2.

1. 2. ff. quando ex facto tute. ubi videmus, finitâ tutelâ, nomina usque adeò ad pupillum pertinere, ut, etiamsi stipulatio non in ipsum concepta fuerit, utilis tamen actio ei competit. † Accedit quoque l. si tutela. 8. ff. de admin. tutor. ubi JCtus respondit: Si nomine in diem contracto, is tempore finitæ tutelæ necdum venerit, quod tum pupillus diem illum expectare debeat. Unde satis liquet, à tempore finitæ tutelæ nomen illud ad pupillum pertinere, cum alioqui diem non expectare teneretur, sed pecuniam ipsam à tute exigi posset. Hart. Pst. d. & loc. num. 17.

Ita Domini in causa T. & H. à 8. Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl den Vormunden der Mündlein Geld ihres zum besten zinsbar auszuleihen / und damit der Mündlein Rügen zu schaffen / und zu beförbern oblieget / die Mündlein auch nach erlangter Mündigkeit dergleichen debita agnoscieren und auf sich zu nehmen verbunden / ic.)

Iem in causa Nicolai Grulibz zu Breslau/Mens. Mayo, Anno 1603. (Verba sent. Da aber dennoch vorgemeldte Kaufleute zu der Zeit/als ihnen die Vorzezung geschehen / mit unbeweglichen Gütern besessen gewesen/und vor beglaubigte Handelsleute von manigfachen gehalten worden / ic. So wären obgedachte Mündlein angestrebte debita zu agnoscieren und sich daran verweisen zu lassen schuldig / ic.)

#### DEFINIT. XXV.

Nisi tutoris vel Curatoris culpâ in exigendo vel contrahendo, nomina inidonea facta fuerint?

- A**n ergo tutor vel curator semper tatus erit, nec unquam periculum sustinebit, quocunque etiam modo in exigendis vel contrahendis nominibus versatus fuerit? † Quid enim, si nomina paterna tempore suscepit administrationis idonea, per hoc, quod ea tempore oportuno non exigerit, minus idonea efficiantur, aut culpa sua male contracta fuerint, utpote si ejusmodi debitori mutuò dederit pecuniam pupillarem, cui diligens & circumspectus paterfamilias non credidisset? † Culpam certè tutoris vel Curatoris defendere non fert animus, uterque enim perinde ut in ceteris rebus, ita etiam in nominibus faciendis tam levem quam latam culparum præstare debet, l. quicquid. 7. C. arbit. tutel.
- † Quorum periculorum demum eximetur, si nomina tempore finitæ tutelæ aut Curatæ idonea & solvendo reperiantur, † vel præter ipsius culparum casu fortuito inidonea sint facta juxta tradita Defin. prec.
- † Quod si verò tutori vel Curatori quipiam jure imputari poterit, quod vel latæ vel levis culpa nomine veniret, veluti quod in exigendis debitibus diligentiam debitam non adhibuerit, aut ipsem debitori jam antea obearato pecuniam pupilli mutuò dederit, tum sanè pupillus aut minor ea nomina agnoscere minimè tenebitur, † sed periculum horum nominum, ex propria tutoris vel Curatoris culpa lata vel levi descendens ad ipsum pertinebit. l. nomina. 2. C. arbitr. tutel. l. litis contestata 37. 5. si pecunia. 1. ff. de negot. gest. l. cum queritur. 10. l. Cibirographis 57. l. tutores 39. 5. negligentia. 14. ff. de administ. tutor. l. debitoribus. 18. C. eod. tit. l. periculum. 35. ff. cert. petat. Alciat. & Dd. in dict. l. periculum 35. ff. d. t. Hartm. Pst. part. 1. qu. 49. n. 8. 18. 19. 8. Socin. conf. 2. Roman. conf. 43. † Etsi enim Jacob. Cujac. in parat. C. arbitr. tutel. latam præcisè tutoris requirat culparum, si adversus ipsum subsisteret, agendo velint pupilli, quem sequitur Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pst. p. 3. q. 126. n. 30. attamen

- 9 ex peculiariter quādam ratione hoc ipsum † ad exactiōnem nominum paternorum restringit Hartm. Pst. d. q. 49. n. 10. veluti etiam de nominibus paternis solum loquitur Cujae. non impugnans quoad no-

mina à tute contracta regulam, quæ tam levem quam latam culpam exigit. † Non ergo sufficit ad hoc, ut tutor vel Curator periculum sustineat, nomina existere inidonea, sed & culpa ipsius intervenire debet, ex quâ periculum descendit, ut sic necessariò de duobus constare necesse sit, antequam tutor vel Curator hoc onere gravetur. † Primā, ut nomina sint inidonea. Deinde, ut culpâ tutoris vel Curatoris inidonea facta fuerint; † Quorum alterutrum si deficiat, tutor sive Curator omnino tatus erit, ut patet ex textibus modò allegatis, & fusius pro more suo hoc tractat Hartm. Pst. qu. 49.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dares abet dennoch mit solchem Ansehen eurem Andeuten nach diese Verpflichtung hatte / daß nach eures Vaters Absterben unterschiedliche Capitalia an gewissen Vatern um Vergütung gestanden/welche die Vormünder ohne einige erhebliche Ursache aufgelösigt/anderswohin transferirt / und also durch ihr eigenes faktum und Schuld solche debita schwer gemacht / ic. So möchte ich euch auch der ausgeliehenen 21000. fl. halber an den Schulden verweisen zu lassen/und die Beschreibung anzunehmen nicht gedrungen werden / sondern es wären die Vormünder solche Schuld zu gelten und euch gut zu thun verpflichtet / V. R. W.)

Item in causa Nicolai Grulibz zu Breslau/Mens. Mayo, Anno 1603. (Verba sent. Sie könnten dann wie Recht darthut und beweisen/dass solche debita durch obbenannte Vormünder Verwaltung und Nachlässigkeit unrichtig worden/ und zu einem solchen Stande gediehen/dass sie nunmehr nicht zu ermahnen noch einzubringen/auf den Fall wären die Vormünder beydes die Hauptsumma und hinterstellige Zinsen zu erstatten pflichtig / V. R. W.)

Et in causa Cyriaci Ackermanns zu Leipzig/Mens. Febr. Anno 1601. (Verba sent. Ob nun wohl anjego solche Schulden nicht wohl einbrach werden mögen/da aber dennoch gedachte Vormünder am fleischen Einmahnem nichts hätten erwinden lassen/und also nicht durch ihren Unfleisch/Nachlässigkeit und Versäumnis verursacht/dass obbenmehr restirende Gelder in währender Vormundschaft nicht einbrach / ic. So wären sie dieselbe euerem Weibe zu erstatten / oder solche auf ihre Unkosten einzumahnen nicht schuldig / V. R. W.)

#### DEFINIT. XXVI.

Quo casu num pupillus vel minor culpam tutoris sive Curatoris probare debeat?

**D**iffert omnino culpa in contrahendo commissa ab ea, quæ in exigendo committitur. † Nam in nominibus à se contractis tutor ante omnia probare debet, tempore pecuniae mutuò data nomina fuisse idoneum, adeoque se debitam diligentiam in contrahendo præstisit l. 1. 5. si magistratus 11. ff. de magistr. conv. l. si res pupillaris. 50. ff. de administ. tutor. † Qui enim aliquid idoneum affirmat, illud probare debet l. non est necesse. 11. ff. de probat. l. si contendat. 28. ff. de fidejuss. Nicol. Boër. decis. 59. † Unde & fit, quod de nominibus paternis tutor non aliter teneatur, quam si tempore suscepit tutelæ ea idonea fuisse, pupillus probaverit, Haft. Pst. part. 2. qu. 49. n. 12. Jacob. Schult. in addit. ad Mod. Pst. p. 3. qu. 126. n. 31.

Veluti etiam domini pronunciarunt ad requisitionem Höß von Milckens / Mens. August. Anno 1635. (Verba sent. Da aber dennoch der Vormund beschützen und beibringen mögliche, daß der Schuldener zu der Zeit/als ihm solches Geld geliehen worden/gnugsam begütert und angesessen gewesen / ic. So möchte er auch dafür zu haften / und von dem Seinigen die Zahlung zu leisten nicht angehalten werden / sondern das Mündlein wäre sich an die äusserstehende Gelder verweisen zu lassen schuldig / V. R. W.)

† Probata autem à tute vel Curatore diligentia in contrahendo, si pupillus vel minor alleget, debitum ob negligentiam tutoris vel Curatoris in noti exigendo commissam deterius & inidoneum esse factum, Utique tum ipsum pupillus sive minor id probare tenetur, † quippe quod culpa, nisi probatur, regulariter non presumatur l. Cibirographis.

57. ff. de admin. tutor. Dd. in l. periculum 35. ff. d.  
 7 Reb. Credit. † Onus autem probandi ei incumbit,  
 qui culpam seu negligentiam allegat, dict. l. Chiro-  
 graphis 57. ff. de admin. tut. Gloss. in l. 2. C. arbitr.  
 rurel. Hartm. Pift. d. qu. 49. n. 3.

Ita Domini in eadem causa C. & H. à S. Mens. Mayo, Anno  
 1633. (Verba sent. Solche der Vormunden Schuld und Fahr-  
 läufigkeit auch von euch (Innossen euch dann / als dem gewes-  
 senen Mündlein/vor allen Dingen oblieget) wie recht erwie-  
 sen werden möchte.)

### DEFINIT. XXVII.

*Minor finitā tutelā vel curā usuras pecunia elocata à  
 debitore exigens, periculum nominis in se  
 suscipit.*

- 1 **D**ubitandum certè non est, quin mitius agen-  
 dum sit cum tuatore vel Curatore, si pupillus vel  
 minor usuras pecuniae suæ à tutore mutuò datæ à  
 2 debitore exegerit; Tum, † quod hoc ipso nomen-  
 agnoscat, & factum tutoris seu Curatoris approbet,  
 cui postea contravenire nequit, Hartm. Pift. part. 1.  
 3 qu. 49. n. 30. † Tum, quia is, qui usuras suæ pecu-  
 niæ petit, nominum etiam periculum in se susci-  
 pe cogitur l. cum queritur. 16. ff. de admin. tutor.  
 4 † Tum, quia audiendus non esse videtur, qui dum  
 ipse usuras à debitore exigit, tutori vitio vult dare,  
 quod huic & non alii pecuniæ suam mutuò dede-  
 rit, & foenerator fuerit, l. ubi pugnantia. 188. ff. de  
 Reg. Jur. l. scriptura 14. C. de fid. instrum. Quod ta-  
 5 men non aliter accipi velim, † quam si pupillus vel  
 minor finita tutela aut curatela jam major factus  
 usuras exegerit, & sic nomen approbaverit, secus  
 verò, si impubes vel minor adhuc existens durante  
 6 tutela vel cura hoc fecerit, † quia tum sibi haudque-  
 quam præjudicare potest l. 2. C. si major factus rat.  
 hab. Hart. Pift. d. q. 49. n. 26.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun wol-  
 die Vormunden fürgeben/ daß sie allbereit dreithalbjährigen  
 Zins selbsten eingemahnet/ und also das debitum agnoscat/  
 da aber dennoch solches/eueren Andenken nach/vor Ablegung  
 der Vormundschaft. Rechnung und allein auss Abschlag ge-  
 schehen/nach erlangter Mündigkeit aber/ihr euch der völigen  
 Zins-Rechnung niemals angemessen hättet/ ic. (So möchte  
 euch auch solches zum Nachtheil nicht gereichen/ ic.)

### DEFINIT. XXVIII.

*Bona minorum immobilia absque sufficiente causa,  
 ejusque cognitione & decreto Magistratus alie-  
 nari nequeunt.*

- 1 **I**ls certum ac indubitatum hodie habemus ex l. 22.  
 Cod. de administr. tutor. bona minorum immobi-  
 lia à tutore vel curatore validè alienari non posse  
 absque certis solennitatibus & requisitis, And. Gail.  
 lib. 2. obser. 72. Jacob. Schult. part. 1. qu. 17. num. 4.  
 2 Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 37. defin. 1. † (Quare nec  
 actio minori competens ad res immobiles simplici-  
 ter alienabilis est, de quo vid. pluribus Jacob. Schult.  
 3 in addit. ad Modelst. Pift. p. 3. qu. 124. n. 22. seqq. † ubi  
 & illud tractat, an valeat cessio actionis, qua compe-  
 tit minori ad fundum, vel ad centum, cuius alterna-  
 tivi electio est penes debitorem, c. in alternativis. 70.  
 Ext. de Reg. Jur. in 6to. l. 10. §. si res in dotem. in fin. ff.  
 de jur. dor. Horum requisitorum tria legibus prodi-  
 4 ta sunt, † Primum, est justa alienandi causa, d. l. 22.  
 verb. Nisi hac forte necessitate, &c. Et postea: Et pro-  
 bationem causa, &c. C. de admin. tut. ubi Gothofr.  
 lit. Z. l. 12. C. de pred. min. fin. decret. non alien. in pr.  
 ibi: Ob es alienum tantum, &c. ubi recte supplet.  
 5 Accurs. vel similem causam, † ut dotem, donationem  
 propter nuptias, famem conjunctarum personarum.  
 6 &c. juxta d. l. 22. C. de admin. tut. † Nec enim taxati-  
 va dictiones excludunt casus similes, in quibus par-

aut major est ratio, ut Interpp. loquuntur teste Go-  
 thostr. in d. l. 12. C. de pred. min. fin. decr. † Secun-  
 dum requisitum est decretum & autoritas Magistra-  
 tus, d. l. 22. in verb. interpositionemque decreti ut frau-  
 di locus non sit. &c. C. d. admin. tut. l. 1. l. 10. l. 11. l. 12.  
 & tot. tit. C. de pred. minor. sine decret. non alien. 8  
 † Tertium requisitum est causæ cognitio d. l. 22. in  
 verb. per inquisitionem Judicis & probationem cause,  
 &c. C. d. admin. tut. Nec enim sufficit, causam ad-  
 esse, nisi ad alienationem sufficiens à Magistratu  
 deprehensa & cognita fuerit. † Ac certè ipsum  
 Magistratus decretum causæ cognitionem includit,  
 ubiunque enim autoritas prætoris vel Judicis in-  
 aliquo actu requiritur, semper necessaria est causæ  
 cognitio l. sed si bac 10. §. prætor. 12. ff. de in jūs vo-  
 cand. † Qua in re ab imperitis judicibus plerum-  
 que pernitiosè peccatur, qui nimis properè & abs-  
 que legitima causæ cognitione in maximum minor-  
 rum dispendium & præjudicium decreta sua inter-  
 ponunt, veluti conqueritur Andr. Gail. dict. obser.  
 72. n. 5. ubi dicit, † talia decreta ipso jure nulla esse,  
 nec pupillis nec minoribus præjudicare, per text.  
 in l. magis puto. 5. §. non passim. 9. §. si es alienum. 14.  
 ff. de reb. eor. qui sub tutel. l. nec quicquam. 9. §. ubi  
 12 decretum. 1. ff. de off. procons. † In quam rem notat  
 Decius, tunc demum pro decreto præsumi, quando  
 exprimitur illud cum causæ cognitione interposi-  
 tum, alias id nullius momenti esse, in conf. 351. n. 6.  
 Eaque tria requisita non solum Imp. Constant. in  
 d. l. 22. C. de admin. tutor. † Sed & Dioclet. & Maxim.  
 conjunctim requirunt in l. 12. ibi: Ob es alienum tan-  
 tum, causa cognita, præfiali decreto prædium rusti-  
 cum minoris provinciale disfrabi permittitur, C. de  
 14 præd. min. sine decret. non alien. † ut dubium non sit  
 hisce tribus requisitis deficientibus, alienationem  
 bonorum immobilium minoris vel pupilli factam  
 à tutore vel Curatore prorsus invalidam esse.

Ita Domini ad requisitionem Bartholomæ Priesters zu  
 Langeneychstädt/Mens. April. Anno 1595. (Verba sentent. Da  
 nun vorberührte Schulden in andere Wege ohne Veräußerung  
 obgedachter halben Hussen Landes richtig gemacht und bezahlt  
 werden können/ und vorbereitete Veräußerung auch ohne  
 vorgehendes Richterliches Decret und Erkäntniß geschehen/  
 ic. So wäre solcher Contract aus Mangelung gebührlicher  
 Solemnitäten/ so zur Veränderung unmündiger Kinder Gü-  
 ter/Bewegde der Rechte/ erforderlich werden/ zu Recht richtig/  
 ic.)

Iisdemque fere formalibus ad consultationem Andreæ Ro-  
 thens zu Nebra/Mens. Aug. An. 1611.

Et Wolfgangi Schmidens zu Meissen / Mens. Aug. An-  
 no 1599.

Et Hansen Reils zu Schleis/Mens. Jun. Anno 1603.

† Quin nec irrita solum est alienatio bonorum mi-  
 noris immobilium, si tria hæc requisita prorsus defi-  
 ciant, sed & ob unius requisiti defectum haud subsi-  
 stit alienatio, ut maximè reliqua observata fuerint.  
 † Conjunctim namque hæc tria requisita concurre-  
 re debere, satis liquet ex d. l. 12. C. de pred. min. fin. de-  
 cret. non alien. † Ex quo sequitur, decretum Ma-  
 gistratus alienationem horum bonorum haudqua-  
 quam corroborare, si caula alienationis insufficiens  
 deprehendatur, quod & sensisse videntur Imp. in l.  
 Et si preses provincie. 5. C. de pred. min. fin. decret. non  
 alien.

Ita Domini in causa Hansen Ehrlich's Kinder zu Eisleben/  
 Mens. Jul. Anno 1596. (Verba sent. Ob nun gleich der Amt-  
 schösser in solchen Kauff gewilligt/ da aber dennoch euren  
 Bericht nach/ eure Vormunden solche Güter wohl hätten  
 erhalten können/ und dringender Schulden/ oder anderer er-  
 heblichen Ursachen halber dieselbe nicht verkaufen dürfen/ ic.  
 So wäre solcher Kauff nichtig und unfräftig / ic.)

Et iisdem formalibus in causa Mariae Conjugis Johanna  
 Rothaups zu Malchitz/Mens. Dec. Anno 1601.

## DEFINIT. XXIX.

*Sed absque debitibus solennitatibus alienata à minore vindicari possunt, ipsique facta pretii refusione, cum omni causa sunt restituenda.*

Bäuerliche Güter samme dero von Zeit euers Vaters Absterben getragener Nutzung gegen Erlegung des Kauff-Geldes zu fordern wöhl [Fug.]

## DEFINIT. XXX.

*Nisi alienatio injusta bonorum minoris lapsu quinquennii post maiorem etatem à die sententiae confirmata fuerit.*

**N**on semper tamen defectus solennitatum ac requisitorum juxta minorem, ut bona ab ipso vel etiam à tutore aut Curatore injustè alienata recuperare queat. † Non certè, si major factus per quinquennium tacuerit. Constitutum enim ab Imp. Justiniano, Ut alienatio nulla ob defectum decreti aliorumque requisitorum per cursum illius temporis, corroboretur non secus, ac si ab initio res rite alienata fuisset, l. ult. C. si major factus alien. fact. fin. decret. rat. hab. ubi Castreni, Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 2. n. 1. † Idque tempus quinquennii in foro nostro Saxonico ab exeunte 21 anno currende incipit, Petr. Heig. part. 2. qu. 19. n. 2. † At dicte quis posset, quomodo silentio confirmabitur alienatio, quæ per se nulla est, siquidem contractus ipso jure nullus non confirmatur ratihabitione, l. dol. 19. vers. idemque est in minore ff. de novat. l. 3. §. scito. 2. ff. de minor. † ut verè dixerit Bald. ad l. quædam. 7. ff. de jur. Codicill. quotiescumque causa efficiens deficeret, confirmationem nihil operari. † Sed aliud obtinet in eâ ratihabitione, quæ à legis expressa dispositione inducitur, quo casu ipsa lex per cursum temporis supplet defectum solennitatis & formæ, Gloss. in l. 1. verb. comprobaverint C. si major factus ratum. Franc. Cald. in l. si curatorem 3. verb. infra legitimum tempus in fin. C. de in integ. restitut. Cagnol. in l. quod initio 29. n. 2. ff. de Reg. Jur. † Unde cursus ille temporis non est præscriptitius, sed Ratihabitionis inductivus, & sanat omnē nullitatis vitium ex quovis capite proveniens, Heig. dict. q. 19. n. 9. † Hactenus verò alienationem hujusmodi silentio confirmatam esse, prodest, si eam minor jam sciverit, cum major factus est, alioqui non nisi à die scientia quinquennium illud computabitur, Anton. Fab. dict. defin. 2. n. 3. † Neque enim æquum est, ut hoc tempus currat ignorantis; † Nec tacitè consentire videri potest, qui ignorat, l. cum sex 55. ff. de adul. edit.

Ita Domini in causa Annae Nicolai Hoffmanns Eheweibes zu Laucha/Mensl. Majo, Anno 1577. ( Verba sent. So wäre solcher von euerer Vormunde ohne dringende Schulden geschlossener Kauff zu Recht unfrästig / es wäre dann / daß ihre euer vollkommenes Alter erreicht / und nach Erreichung des selben / und erlangter Wissenschaft bemeldeten Kauff durch ein fünfjähriges Stillschweigen ratificirt hätte / auf den Fall hätte ihr der Kauff zu widerfiechten nicht Fug/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*Approbatur quoque alienatio à minore, quando maior factus pretium accepit, aliudve ultrò fecit, quo priorem contractum valere presupponit.*

**A**lienatio rei immobilis ad minorem spectantis, in minori etate facta sine decreto aliquaque requisitis, non tantum lapsu quinquennii & silentio, sed & expresso aliquo facto à minore, postquam ad perfectam etatem pervenerit, confirmatur, ita ut restitutionis beneficio postea rescindi nequeat. Quid enim, si minor major jam factus, elapsu nondum quinquennio, pretium ab emptore acceperit? In consequiam quidem & executionem prioris contractus potius, quam ad ejus confirmationem id fieri, ac proinde venditionem rei immobilis à minore

- 1 **E**x eo, quod dixi Defin. preced. alienationem bonorum minoris immobilium, à Curatore vel tutori absque debitibus solennitatibus & requisitis factam, jure haud subsistere, sed prorsus invalidam esse, tria inferuntur, quæ scitu digna sunt. † **P**rimum est; quod hoc casu minor sive pupillus, quando ad majorenem pervenerit etatem, bona alienata vindicare queat, nec opus habeat restitutione integrum. † Necessaria enim non videtur restitutio, quando contractus talis proponitur, qui nullus est ipso jure l. 2. C. de pred. min. fin. decret. non alien. l. 4. C. si advers. rem judic. l. 3. C. si advers. libert. l. 16. ff. de minor. † Et quod bonorum absque decreto alienatorum minor dominus maneat, satis probat. l. si minor. 15. & 16. C. de pred. min. fin. decret. non alien. † Ut sic dubium non sit, ipsum Rei vindicatione adversus possessorem utiliter experiri posse. g. omnium. 1. Inst. de act. l. in rem actio. 23 ff. de Rei Vind. d. l. 16. C. de pred. min. fin. decret.

Ita Domini ad consultationem Andrea Rothens zu Nebra/Mensl. Aug. Anno 1611. ( Verba sent. So möchte solcher Kauff euren Mündlein zu Schaden und Nachtheil nicht geretschen/sondern es wäre demselben obberührte Güter von deren legitigen Besigern zu vindiciren unbemommen/B. R. W.)

- 6 **† Secundo**, minor vindicans bona absque debitibus solennitatibus & requisitis alienata, emptori debet restituere pretium solutum unà cum melioratione & usuris pecunia, si ea in utilitatem ipsius cessit. l. 14. & l. 16. C. de pred. minor. sine decret. non alien. **† Iniquum enim est**, minorem fieri locupletiorem, cum alterius detimento l. nam. hoc 14. ff. de condit. indebit. siquidem minor eo respectu ad restitutio nem pretii tenetur, ne in lucro versetur. † Nec sufficit pecuniam ad minorem pervenisse, nisi etiam inde locupletior factus sit, l. patri. 27. §. 1. vers. predium. in fin. ff. de minor. l. si fundus. 13. vers. quamquam. ff. de reb. eor. Jason. in l. nam postea. 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. alisque Dd. quos allegat. & sequitur Hartm. Pift. part. 1. q. 38. n. 35. † Unde emptori onus probandi incumbit, versum fuisse pretium in rem minoris, d. l. si predium. 16. C. de pred. minor. nisi minor cum Curatoris autoritate contraxerit, quo casu emptor onere probandi non gravatur; Nam qui minori solvit cum Curatoris autoritate, tutus est, l. 7. §. 1. ff. de minor. l. 1. C. si advers. fol. Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 12. defin. 1. n. 45. & 11.

Ita Domini an Marien Hansen Rothdupts Eheweib zu Malchwig/Mensl. Dec. Anno 1601. ( Verba sent. Ist demnach überwehter Hans Becker euch euers Vaters Gut gegen baa-re Erstattung seines angelegten Kauff-Geldes der 200. fl und der nußbarlichen Besserung der Erdgelder/ingassen er dieselbe erlegt / wiederum abzutreten / und einzuräumen schuldig/ B. R. W.)

- 11 **Tertio**, & illud probè notandum est, † quod bona minorum injustè alienata cum omni causa & fructibus perceptis sint restituenda. † Etenim, quia absque causa & titulo fuere possessa, fructus percepti non cedunt possessori, sed in restitutionem veniunt, unà cum prædio empto, l. si predium. 16. in verb. & fructuum vel his non existentibus conditionem competere, &c. C. de pred. min. fin. decret. non alien.

Ita Domini in causa Nicolai von Lestwigs/Mensl. Mart. Anno 1575. ( Verba sentent. So ist solcher Vertrag zu Recht unfrästig/ und der Besitzer des Guts Endersdorff mit allen Zugehörungen/und eingehobenen Nutzungen euch abzutreten und einzuräumen schuldig/ B. R. W.)

Item an Nicol Hoffmanns Wittib zu Laucha/Mensl. Majo, Anno 1577. ( Verba sentent. Und ihr hättest bemeldte eures Carpz. Definit. Vol. I.

- sine decreto factam per pretii acceptiōem non probari afferit Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 1.
- 4 n. 3. † Sed quid prohibet, quod minus per executionem prioris contractus ipsa alienatio confirmetur, ut sic tam ad confirmationem simul, quam executionem contractus pretium peti, haud inepte dixerim; † Quomodo enim minor factus major executionem petere poterit, si contractum valere nolit, idque ipsum est, quod scribit Scævola Jctus,
- 6 † eum, qui petit pretium, videri approbatē venditionem in l. quidam. 12. ff. de evict. † Idemque iudicandum de aliis similibus factis, quibus minor major factus priorem contractum valere haud obscurē presupponit, tot. tit. C. si major fact. rat. habuer.
- 8 † Eiusmodi namque facta ratihabitionem inducunt, a restitutionem in integrum impediunt, l. i. & tot. tit. C. si major. fact. alienat. fact. sine decret.

Ita Domini in causa Joh. Matstads zu Laucha / Mens. Jul. Anno 1578. (Verba sent. Da ihr nun solchen Kauff/ wie ihr euer vollkommen Alter erreicht/ durch Annahmung des Kauff-Geldes oder sonst nicht ratificirt hättet / sc. So wäre iher denselben zu fechten wohl befugt / sc.)

Et in causa Hansen Ehrlichs Kinder zu Eisleben/Mens. Jul. Anno 1596. (Verba sent. Da aber dennoch euer Bornmün- der solche Güter wohl hätten erhalten können/ und dringender Schulden oder anderer erheblicher Ursachen halber dieselbige nicht verlaufen dürfen/ ihr auch/ als ihr eure mündige Zahl erreicht/ durch Annahmung des Kauff-Geldes/ oder sonst folchen Kauff nicht ratificirt hättet/ so wäre derselbe nichtig und unkräftig/ sc.)

Ita ad requisitionem Jacob Dangigers zu Schweinfurt/ Mens. Majo, Anno 1579.

#### DEFINIT. XXXII.

*Minor predium injusc & absque debitiss requisitis alienatum vindicans, defectum requisitorum solennium quando probare debeat.*

- 1 **M**inore vindicante predium injuste alienatum, postquam ad perfectam & majorenem atatem pervenerit, cuinam onus probandi incumbat, ex qualitatibus libelli, oppositā exceptione, & intentione agentis dijudicandum erit. † Etenim si minori, vindicanti predium suum, Reus opponat exceptionem factae venditionis, dubium vix esse potest, quin Reus venditionem omniaque requisita, ad alienationem bonorum minoris necessaria, probare debeat, siquidem intentionem in legitimā ac justā venditione fundat, † quam & propterea ceu affirmans probare necesse habet, l. ei incumbit. 2. ff. de probat. l. attor. 23. in pr. C. de probat. † Juris namque expediti est, quod intentionem suam fundans in aliquo actu, certā qualitate imbuoto, ita quidem, ut cum ea qualitate conjunctus actus singularem effectum habeat, non modò ipsum actum, sed & qualitatem actus docere teneatur, nisi succumbere velit, sc. ab eo. 31. Ext. de elect. in sexto. c. licet. g. ubi 3 Felin. num. 40. Ext. de probat. † At quid, si minor vindicans ex hoc capite alienationem impugnet, quod debita requisita non fuerint observata, eamque qualitatem alienationis & defectum requisitorum libello suo inserat, cui Reus negativē respondet? Hoc casu minorem ceu actorem contenta libelli, ac requisitorum defectum probare teneri, reūtissimē quis affirmaverit cum Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 37. defin. 2. n. 4. & Jac. Schult. part. 1. qu. 17. 7 † Tum, per text. in l. magis puto. 5. §. pen. ff. de reb. eor. qui sub tutel. ibi: Minet actio pupillo, si posse poterit probari, obreptum esse prætori &c. † Tum, quod presumatur pro solennitate necessariā, eam intervenisse, ubi de facto ipso constat, l. i. C. de contr. & comm. stipulat. l. ab ea parte. 5. §. idem respondit. 1. jūnt. Gloff. ibidem in verb. prestare. ff. de probat. l.

Titia 34. ff. sol. matr. l. si cum pater. 2. in pr. C. si advers. rem judic. † Tum, quod agenti & alleganti defecitum alicujus solennitatis necessariā, incumbat onus probandi, l. verius. 21. ff. de probat. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. sp. 35. n. 11. † Tum, quod fundans intentionem suam in non facto, illud non factum probare teneatur per text. in l. hoc jure. 10. ff. de verb. obligat. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 1. n. 4.

Ita Domini in causa Pauli Schneiders/ & Consortium ab una, Viduæ & heredum Petri Schneideri ab altera parte ventilata in præfectura Leisnicensi, Mens. Febr. Anno 1628.

#### DEFINIT. XXXIII.

*Tutor potest emere rem pupilli non ab ipso pupillo sed a conatore, aut judge facta subhaftatione rei pupillaris.*

**E**xpediti Juris est, tutorem non posse emere rem pupilli, l. si in emptione 34. §. ult. l. non licet. 46. ff. de contr. empt. Quod tamen non aliter accipendum, † quam ut ab ipso pupillo emere nequeat, quia nec pupillo in rem suam auctor esse potest, l. 2. l. quod dicimus 7. ff. de autor. tutor. † Ceterum, si habeat contutorem, qui autoritatem præstare queat, quin tum emere possit, tantum abest, iura prohibere, ut etiam expressis verbis hoc permiserit Jctus Ill. pian. in l. pupillus. 5. in pr. & §. 2. ff. de autor. tutor. † Quod & afferendum de venditione publicā, facta rei pupillaris subhaftatione à Magistratu, nam & tum tutor emptor rei pupillaris admittitur, Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 35. defin. 2. num. 4. † Etsi enim publica venditio, quæ fit jussu Magistratus, perinde habeatur, ac si à pupillo ipso facta esset, per l. si ob causam 13. C. de evict. l. i. C. si in caus. Jud. pign. capt. fit. † Attamen Magistratus autoritas necessaria videri possit, argum. l. sancimus. 25. C. de ad. min. tutor. Ant. Fab. dit. defin. 2. n. 6.

Ita tractatum à Scabinis in causa H. P. R. & D. E. H. Mens. Febr. Anno 1622.

Et in causa Christophori à Carlovitz, Mens. Decemb. Anno 1636.

#### DEFINIT. XXXIV.

*Minori competit electio, an contra tutores vel Curatores agere, an vero in integrum restituiri & bona injuste alienata revocare velit?*

**M**inor non solum in casu factæ alienationis ob defectum requisitorum solennium adversus possessorem experiri, & bona alienata rei vindicatione repetrere potest, † Sed & eo casu, quo iuris autoritas alienationi non resistit, ipsi læso per in integrum restitutionem succurritur, licet decretum Judicis & autoritas Curatoris intervenerit, l. 2. l. si quidem. 11. C. de præd. minor. l. ult. & tot. tit. C. si tut. vel Curat. interv. l. ult. C. si advers. rem judic. Ant. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 39. defin. 2. n. 6. † Utroque tamen casu liberum est minori, an tutores vel Curatores propter malam administrationem convenire, quam in integrum restitui ac bona alienata revocare malit, Hartm. Pistor. part. 1. quest. 12. n. 7. Joh. Petr. Surd. conf. 75. num. 20. cum seqq. Fr. Becc. conf. 12. num. 77. & seqq. Bursat. conf. 412. n. 32. † Idque propter claram textum in l. etiam. 3. C. si tut. Curat. interv. ubi ajunt Imp. jampridem placuit etiam in iis, quæ minorum tutores vel Curatores malè gesuisse probari possunt, licet personali actione à tutele vel Curatore jus suum consequi possent minores, in integrum restitutionis auxilium eisdem dari, nullo eius prejudicio per electionem generando. † Ideaq; pro-

batur per text. in l. ult. C. cod. tit. l. 45. vers. Imperator. ff. de minor. l. si minoris 25. ff. de admin. tut. l. ait Prator. 7. §. sed & in iudicis 4. l. minor. 25. annis omissam. 36. ff. de minor. Glott. & quam interpp. comm. sequuntur in l. eum, qui 46. ff. de minor. † Nec movet quicquam in contrarium vulgata juris Regula, quā Remedium extraordinarium, quale est restitutio in integrum, per ordinarium excludit, traditur, l. in provinciali. 3. ff. de oper. nov. nunciat. l. fe. edibus 32. l. qui bona 13. §. de illo 6. ff. de damn. in- 7. feli. † & quod Restitutio regulariter non competit, quando minor communis auxilio & mero jure munis 8. tūs est, l. in causa. 13. ff. de minor. † Etenim fallunt hæc omnia, ubiunque alicui per Remedium extraordinarium magis consultum est, tum enim extraordinarior potius quam ordinario uti licet, Bartol. & 9. Dd. in d. l. in provinciali 3. ff. de op. nov. nunciat. † Quamvis & aliter repondeat Ant. Fab. in Rational. ad dict. l. in causa. 13. ff. de minor.

Ita Domini in causa Michael Martini zu Altenkemnig/ Mens. Mart. Anno 1621. (Verba sent. Da aber dennoch das Mündlein/so nun mehr verh. yrachet/fich ihres Schadens lieber bey euch (innassen ihr denn solches zu thun frey stehe:) als bey dem Vo:munden erholen wolte/und euch deswegen belau- gen würde/ie.) So wäret ihr den Schaden zu erstatten schuldig/ B. N. W.)

Et in causa Volkmar Bschanschmans zu Thörlig / Mens. Jan. Anno 1628.

† Quin & non solum ipsi minori, sed etiam ejusdem heredibus hanc electionem adversus tutorem, aut Curatorem scilicet agendi, vel bona injüstè alienata repetendi competere tutò affirmaverim, † quippe quod remedium Restitutionis ad heredes quoque pertineat, l. 6. ff. de rest. in integr. l. 18. §. f. l. 24. §. l. 12. L. 44. ff. de minor. † Nec tam jure privilegii per- 10. sonalis, (quod cum persona alias extinguitur, l. 196. ff. de Reg. Jur.) quam remedii communis censeatur, 11. † Et restitutionem non ex merà gratiâ, sed ipsa quoque justitiâ & æquitate distante, tribui, rectè notat Bartol. citatus à Sfort. Odd. q. 50. art. 1. n. 8.

Ita Domini in causa, Augusti pum Breden ab una, & Simo- nem Leven zu Leipzig ab altera parte concernente, Mens. Dec. Anno 1628.

#### DEFINIT. XXXV.

Heredes tutoris ex levi ipsius culpâ non te- nentur.

1. Tūtorum non solum ob dolum, sed & ob cul- 1. pam tam latam, quam levem conveniri posse, certi juris est, l. 3. §. ult. ff. de suspect. tutor. l. 2. l. 3. 2. l. 5. ff. de magistr. conven. † Sed aliter res se haberet in heredibus, qui ex levi tutoris culpâ non tenen- 3. tur, per text. in l. 1. C. de hered. tutor. † quæ lex nec ad singularem doli speciem restringenda, nec emen- danda, ut putat Cujac. 3. obser. 29. contra quem dis- putat Suer. repet. pralect. cap. 1. & Anton. Faber. 1. 4. conject. 12. † Eaque sententia, quod ex levi culpâ tutorum heredes non teneantur, procul dubio est communis & approbata ab Accursi. Bart. Bald. & Salycet. in dict. l. 1. C. d. hered. tut. Objicit quidem 5. † Cujac. & post eum Merc. 2. opin. 24. quod, cum in heredes detur actio tutelæ, & in hanc levis culpa- 6. veniat, absurdum videatur, propter levem culpam defundi non teneri heredes, † cum alias ex persona heredum non mutuetur obligatio l. 2. ff. de verb. 7. oblig. Sed scire debuissent, † haud absurdum esse, ut actio in heredes transitoria non semper eodem modo & qualitate contra heredes detur, perinde sicut Magistratus de omni periculo, heredes autem ex latâ tantummodo culpâ tenentur, l. 2. C. de ma- 8. gistr. conven. l. 4. ff. evd. tit. † Et notat Salycet. in l. Curatoris. 17. C. de negot. gest. num. 2. per il-

lum eum. mirabile ac peculiare hoc est, quod quæ contra defunctum competit pro latâ & levi cul- pa, contra heredem pro levi culpâ defuncti intentari non posit.

Ita Domini ad requisitionem Johann. Gottschalches zu Annaberg/Mens. Febr. Anno 1612. (Verba sent. Iff. C. Go- curem Eheweibe zum Vormunden verordnet worden/und hat sich darauff solcher Vormundschaft angemessen/ und von be- meldetes seines Mündleins Geld 10. Gilden in seiner Ver- wahrung gehabt/als aber die unlängst zu Annaberg entstan- dene Feuersbrunst auch gedachten Vormund mit beroffen/ seyn des Mündleins Geldere in solchem Brande wegkommen/ ic. So seynd seine Erben/ungeachtet/ daß er der Vormund sein eigen Geld im selbigen Brande weggeslehet/ solche 10. Gilden zu erstatten nicht schuldig/ B. N. W.)

Et in causa vidua Christophori Vogels/contra liberos Bal- thasari Traheffers zu Endorff/Mens. Octob. Anno 1634.

#### DEFINIT. XXXVI.

Beneficium ordinis tum demum competit tutoribus, quando ab ipsis facta est di- visia.

Quando tutela divisa haud est inter tutores, pu- 1. pillus habet electionem, quem ex tutoribus convenire velit, sive omnes administraverint, sive nullus, quia sunt in pari culpâ, l. 2. in pr. C. de divid. tutel. Joh. Schneidew. in §. sed si ex testam. 1. num. II. Inst. de satisdat. tutor.

Veluti pronunciavunt Domini in causa Alberti Christi Gläubiger zu Eöthen/Mens. Sept. Anno 1594. (Verba sent. Hat der verstorbene Albert Christel benevolentia auctern etliche Vormundschaften auf sich gehabt. So seyn desselben Vte- Vormunden/ welche noch am leben/dem Mündigen für dasjenige/ so gemeldeter Christel verwaltet und eingetragen/ zu antworten und solches zu bezahlen schuldig/ B. N. W.)

Et in causa Nicolai Steingaens zu Naumburg/Mens. Apr. Anno 1636. (Verba sent. Wann nun gleich euer Mut- Vormund die Baarschafft allein zu sich geommen/ da er aber dennoch nicht solvendo ware/ so wäre das Mündlein sich des- wegen an euch zu halten wohl desfugt/ B. N. W.)

† Facta autem divisione inter alia, quæ pluribus con- 2. tutoribus concessa sunt juris beneficia, non postre- 3. dum est ordinis beneficium, quo tutori subveni- 4. tur, ut non ex proprio, sed contutoris facto conven- 5. tus de ordine excipiendo, possit eō rem deducere, 6. ut actor prius contutorem, de cuius facto queritur, 7. si quidem is solvendo fuerit, convenire, & eundem 8. excutere cogatur, l. ult. C. si tut. vel Curat. non ges- 9. l. ult. C. de divid. tutel. l. tutores qui 39. §. in eum 12. ff. de administr. & per. tutor. † Quæ tamen ordinis 3. consideratio in illis. olum casibus locum habet, in- 4. quibus agitur de pluribus tutoribus in solidum ita- 5. obligatis, ut ob factum unius alter tutorum, quem 6. elegerit pupillus, conveniri possit, l. tres tutores 55. in pr. l. à tutoribus 33. §. heredibus. 2. ff. de admin. tu- 7. tor. † Etenim, si in solidum obligati non sunt, 8. nec inter eos periculum est commune, tum alter ex 9. alterius facto ne ipso quidem jure tenetur, sed quilibet pro sua administratione conveniri debet, non atento, utrum aker solvendo sit nec ne, Hart. Pist. part. 1. q. 6. n. 4. † Quare si tutela vel à testatore, 10. vel à judice inter tutores fuerit divisa, quia tum in solidum obligati non sunt, neque alter ex facto al- 11. terius tenetur, sive solvendo fuerit, sive non lib. 2. vers. in divisionem autem C. de divid. tutel. utique 12. non opus tunc habent beneficio divisionis seu ex- 13. cussionis, Hart. Pist. d. qu. 6. n. 7. Joh. Schneidewin. 14. dict. loc. n. 11. † Ut sic ordinis beneficium eo so- 15. lummodo casu locum habeat, quando divisio tute- 16. la facta est ab ipsis tutoribus. † Quo casu etiam 17. competit tutoribus beneficium cedendarum acti- 18. onum & utilis actionis, de quibus Schneidewin. 19. loco allegato & fusius de beneficio ordinis Hartm. 20. Pistor. d. q. 6.

Ita Domini in causa Henzen Delschen zu Maineweh/Mense Nov. A 1627. (Verba sent. Sched ihr R. R. nebenst noch andern Personen zum Vormund zu verordnet worden/ und nachdem euer Mündlein seine vollkommene Jahr erreicht/ hat er euch etlicher Mängel wegen in der geführten Vormundschaft in Anspruch genommen/ da ihr euch nun nebenst den Mit-Vormunden verglichen/ und einem allein die Verwaltung aufgetragen hättest/ ic. So wäret ihr Klägere die exceptionem beneficij ordinis zu opponiren wohl befugt/ und ehe und zuvor derjenige Mit-Vormund/ der sich der Verwaltung angemessen/ gehörlichen excusaret worden/ mögert ihr zur Erstattung der Mängel nicht gehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXVII.

*Apocha seu Quittantia tutoris non liberat debitorem, quo minus à minore in soluzione lesu conveniri queat.*

- 1 **S**olet apocha dari pro pecunia solutæ professione *l. ult. §. Titius 2. ff. de condit. indebit. l. qui tabulas 27. §. apocha. 2. ff. de furt. l. plures apocbis. 19. C. de fid. instrum. tot. tit. C. de apoch. publ. lib. 10. junct. l. pecunia solute 14. C. de solut.* Vulgo Quittantiam vocant. † (Errant siquidem pragmatici, qui apocham pro chirographo dicunt, Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 5. def. 1. n. 1.) Quare, † si à tutore ejusmodi
- 2 3 **Q**uittantia data fuerit debitori minoris, utique probabit ea debitorem solvisse, etiam contra pupillum seu minorem, arg. *l. Lucius 46. §. tutela. 5. ff. de administr. tutor. Joseph. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. iii. num. 21. Raphaël Cuman. conf. 24. col. 2. & conf. 31. col. 2. Andr. Tiraquell. tract. de utroque retract. §. 1. gloss. 18. n. 93.* † At fallit hoc ipsum,
- 4 quando tempore solutionis contingit læsio ipsi minori, veluti si minus loco, tempore, vel causa, aut in deteriore moneta accepérit tutor vel. curator solutionem, aut si aliquid de debito remiserit, tunc enim, quia male gessit, non oblitante Quittantiā tutoris vel Curatoris, † datur minori restitutio in integrum, & facultas convenienti denuò debitorem *l. 3. C. si tutor. vel Curat. Franc. Cald. ad l. si curatorem. 3. verb. basis. num. 61. C. de restit. in integrum. Joh. Guttieretz. de tutel. part. 2. cap. 22. num. 22.*
- 5 6 **†** Quod & verum est, etiamsi autoritas magistratus intervenerit, & in judicio apocha data fuerit, Cald. dict. loc. num. 67. & Guttieretz. d. c. 22. n. 27.

Ita Domini in causa Michael Martins zu Altenkemnitz/ M. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Ob euch nun wohl der Vormund über solche 100. Gulden/ so seinem Mündlein zuständig gewesen/ und ihr am leichten Geld erlegen/ Gerichtlichen quiret/ und dannenhero euch ferner in Anspruch zu nehmen nicht berechtiget. Da aber dennoch das Mündlein sich seines Schadens bei euch erholen wolte/ und euch deswegen gehörlichen belangen würde/ ic. So wäret ihr die gezahleten 100. Gulden leichtes Geld entweder mit antiquo schwerer Münz auszuwechseln/ oder den Abgang an solcher nochmals zu erzeigen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXVIII.

*Nomen seu debitum pecunia minoris factum ad ipsum pertinet, licet tutor creditor fuerit nominatus in chirographo.*

- 1 **C**um tutor pecuniam pupillarem foenori elocasset, & semetipsum in chirographo desuper exhibito creditorem nominari curaslet, quæsitum fuit, an non finitâ tutelâ illud nomen ad minorem jam factum majorem pertineret? † Quod affirmare haud dubitavere Scabini. Etsi enim quilibet actus † presumatur factus nomine proprio potius quam alieno, arg. *l. & magis. 4. ff. de salut. l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus. 2. ff. de verb. oblig. l. si pactum. 9. ff. de probat. l. post. mortem 5. ff. quando ex fact. tutor. l. Titium 47. §. praefectus 4. ff. de admin. tutor.* † Attamen non procedit hoc in labore vel Curatore faciebat id, quod nomine alieno est obligatus agere.
- 2 3 4

† Et ideo, licet quid faciat nomine suo, præsumitur tamē & censetur facere nomine pupilli, *l. Lucius 46. §. tutorem. 2. ff. de admin. tutor. Bartol. in l. Titium 47. §. altero. 6. n. 2. ff. eod. tit. Petr. Surd. lib. 1. conf. 9. num. 4. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 38. n. 2. & 3.* † Unde tutor non solum præsumitur sollevisse de pecunia pupilli *Masc. concl. 1393. n. 6. Cravet. vol. 1. conf. 129. n. 3. maximè quando non erat adeo dives, ut possit præsumi, eam pecuniam, quam solvit, habuisse, Crav. d. loc.* † Sed & continuans mercantiam vel negotia patris, censetur nomine pupilli continuare, *Guttieretz. de tutel. & Cur. part. 2. cap. 10. n. 9. Mascard. d. l. n. 14.*

Ita Domini in causa Benignen, & Mechelden, sororum à Mindwitz Mens. März. Anno 1599. (Verba sent. Ob nun wohl der Vormund die Schulde-Beschreibung auf seinen Namen stellen lassen/ diemē aber dennoch herührtes Geld euch zuständig/ ihr auch die Schulde-Beschreibung in Händen habt/ und allbereit etliche Zinsen darauff empfangen/ ic. So ist nunmehr des Vormundes Sohn an Abforderung der Haupt-Summa/wosfern er keine andere erhebliche Ursachen/ als daß ob bemeldte Handschrift auf seines Vaters Namens gerichtet/ davider anzuziehen hat/ euch zu hindern nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXIX.

*Non semper tria tutela onera vacationem prestat.*

**T**ria onera tutelæ vel curæ largiuntur vacatio- nem à quarta, *l. 2. §. ult. l. 3. & §. tribus seqq. ff. de excus. tut. l. un. C. qui num. tutel.* † Tum favore tutoris, ne is negotiis alienis nimium oneretur, Tum favore pupilli, cuius res administrari recte nequeunt ab eo, qui multis munib⁹ est districtus, Conrad. Rittersh. in §. item tria. 5. num. 1. Inst. de excusat. tutor. Ex quo fit, quod non semper triplex tutela à quartâ tutorem excusat, † non enim excipere potest tutor, (1.) si unius vel alterius tutelæ finis instet, *l. non tantum. 17. in pr. ff. de excus. tut.* (2.) † Aut si tutelæ fuerint affectatae, vel studio peccitæ, tum namque tutorem non excusant §. item tria. 5. Inst. de excus. tut. l. spadonem 15. §. est autem 15. ff. eod. tit. † quia volenti non fit injuria *l. 1. §. us. 5 que adeo. 4. ff. de injur. l. nemo. 145. ff. de reg. Jur.* (3.) Si tutelæ non sint operosæ aut magni laboris, † sed levēs, ut plerumque sunt pauperum pupillorum, Gloss. & Joh. Schneidew. in dicto §. item tria. 5. n. 2. (4.) Nec æstimandus est numerus tutelarum ex pluralitate pupillorum, sed potius ex diversitate patrimoniorum, plurimum namque fratum tutela non triplex est, sed unica, quæ excusationem non tribuit. † Planè evenit interdum, ut unica tutela ad excusationem sufficiat, si nimis illa tam diffusa & negotiosa sit, ut pro pluribus cedat, *l. 31. §. ult. ff. de excus. tut. Rittersh. dict. loc. Harpp. in dict. §. item tria. 5. n. 5. ubi & Joh. Schneidew. num. 4. Ant. Fab. tom. 1. Jurisp. Papin. tit. 24. pag. 1098.*

Ita Domini in causa Christophori Borgers zu Miweida/ Mens. April. Anno 1615. (Verba sent. Da ihr nur zu vorgedachten dreyen unterschiedenen Vormundschaften euch nicht selbst angegeben/ und derselben noch seue sich geendet/ ic. So verbleibt ihr mit der vierdten Vormundschaft bislich verschont. Es möchte dann erwiesen und behbracht werden/ daß obberdñe drei Vormundschaften also geringe/ daß ihr die vierdte ohne sonderbare Mühe/ auch mit Nutz der Unmündigen wohl verrichten könnet/ auf solchen Fall möchteet ihr euch derselben nicht entbrechen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XL.

*Tutor propriis sumptibus res pupilli administrare non tenetur, salarium tamen petere nequit.*

**I**ndubitate juris est, tutorem haud propriis sumptibus teneri administrare res pupilli, sed si quos sumptus fecerit, eos à pupillo repetrere posse, *l. 1. §. item*

§. item sumptus litis. 9. ibi item sumptus litis curor reputabit & viatica, si ex officio necesse habuit aliquo excurrere vel proficiendi. ff. de tutel. & rat. distr. l. à tutoribus. 33. §. ult. ubi Bartol. ff. de admin. tutor. l. sumsus. 3. C. eod. l. 3. §. pen. ff. de contr. alt. tutel. Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 36. defin. 1. n. 2. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 173. Cavalcan. de tutor. n. 286. & 309. Hartm. Pistor. observat. 124. n. 2. Sed num & tutorum salarym sibi ceruum constituere & ex bonis pupilli petere poterit? † Neutquam, sed tutor operam gratuitam pupillis praestare debet, per text. in l. qui sine 38. in fin. ff. de negot. gestis. Gloll. in l. 1. §. ult. ubi & Bartol. & Bald. ff. mandat. & in l. in eos. 9. ff. de tutel. l. 1. l. à tutoribus 33. §. ult. ff. de administr. tutor. l. 1. §. si pupillis 6. ff. de tutel. & rat. distrab. Fr. Vivius decis. 40. n. 4. & 5. Hartm. Pistor. dict. observ. 124. num. 1. Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. cas. 512. † Quin eti tutor negotia pupillaria administrando rebus suis præesse non potuisse, an inde damnum aliquod sensisset, attamen damni refusione cum repetere non posse, tradit Hart. Pistor. dict. loc. n. 8. † eo, quod eandem diligentiam adhibere eandemque operam praestare debeat in rebus pupilli, quam in suis. † Hoc tamen certum est, quod per id Magistratus autoritas non constringatur, quod minus, si ita ei placuerit, tutori salarym ex certa causa constituere possit, l. à tutoribus. 33. §. ult. ff. de admin. tutor. junc. l. idem Labco ait. 9. ff. mandat. Ant. Fab. dict. defin. 1. num. 3.

Ita Domini in causa Johannis Göbelis zu Döhlitz/ Mense Nov. Anno 1616. (Verba sent. Ob ihr wohl eine Zeitlang eurer Pflege-Dötter Vormundschaft geführet / und darben Fleisch und Rühe anwenden müssen/ ic. So seyd ihr doch einige recompens und Ergödigkeit dafür anzusezen und zu fordern nicht befugt/B. R. W.)

Et jam pridem in causa Hansen Schreckens zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1592.

## DEFINIT. XLI.

*Excusis Tutorum ac curatorum facultatibus aetio  
subsidiaria etiamnum bodie in Magistratum  
dari solet.*

¶ Pupillus aut minor, si aliquod damnum ex mala administratione tutorum vel Curatorum passus est, debet primò convenire tutores & Curatores. §. sed si ex testamento. 1. Inst. de fatisd. tut. nec non eorumdem heredes, l. ult. & tot. tit. C. de hered. tut. vel Curat. l. ult. C. de divid. tutel. & fidejussor. l. etiam. 3. l. cum ostendimus. 4. ff. de fidejuss. & nomin. & hered. † Hisce omnibus prius excusis, si minor solidum consecutus non fuerit, convenire potest Magistratum, qui non exigit satisfactionem, vel non recipit idoneam, l. quoties. 6. ff. qui fatisd. cog. † per actionem scilicet subsidiariam, quæ datur minori tanquam in subsidium & ultimum praesidium, quando ei noa potest esse aliter consultum, §. sciendum 2. ubi Schneidew. Inst. de fatisd. tutor. tot. tit. ff. & C. de Magistr. conven. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 41. defin. 1. num. 3. Matth. Welsenb. in paras. ff. de Magistr. conven. n. 1. Sed num & bodie Magistratus in subsidium conveniri poterit? † Sanè haud desunt, qui asserunt, Tit. de Magistribus convenientis hodie in usu non esse, ut post Ronchegall. & Aretin. testatur Montan. de tut. cap. 29. n. 181. & seq. M. Ant. Eugen. conf. 19. num. 79. quibus etiam accedit Hier. Treutler. vol. 2. disp. 9. tb. 7. lit. e. † Ex hac ratione, quia iidem, qui dant Magistratus, etiam satisfactionem exigunt, quam bene refellit Bachov. in not. ad Treutl. loco allegato. Sed defendantum hoc ipsis relinquunt; † Etenim cum praedicta jura nullibi immutata reperiantur, quin etiamnum he-

die iis standum ac in Magistratum actio subsidiaria in foro quoque Saxonico danda sit minoribus, haud certè dubium esse videtur. † Quod tamen non aliter intellectum velim, quā si culpa Magistrati imputari possit, vel quod idoneos non dederit tutores ac Curatores, vel quod cautionem non exegerit, l. 1. §. si præses 2. cum mult. seqq. ff. de Magistr. conven. dict. §. sciendum. 2. inst. de fatisd. tut. † Quod si nihil Magistrati imputari queat, non debet casus futuros & fortunam pupillo præstare, dict. l. 1. §. si magistratus 11. ff. d. magistr. conven. Welsenb. in paras. ff. dict. tit. n. 2. † Probatio autem, quod culpa absuerit, Magistrati incumbit, non pupillo, d. l. 1. §. probatio. 13. ff. d. r.

Ita Domini in causa Anna Lehemans zu Bernitz/ Mens. Nov. Anno 1604. (Verba sent. Ist nun gedachter euer Vor mund gestorben/und hat so viel prioritatische Schulden nach sich verlassen/dass ihr euch euers Ausstandes an seiner Verlassenschaft nicht erholen könnet/ ic. So ist euch obberührten euren Erb-und Gerichts-Herrn/ so selbigen Vorwunden verordnet/ in subsidium zu belangen unbenommen/B. R. W.)

Ecce ad requisitionem Kirchhofs zu Weiffensee / Mens. Oct. Anno 1617. (Verba sent. Da es nun mit des Vormunds Gütern diese Gelegenheit hätte/ dass sich sein gewesenes Mündlein daran nicht erholen könnte/ und also allbereit die excusio wider den Vormunden ergangen/ ic. So wäre das Mündlein die Obrigkeit/von welcher der Vormund bestätigt worden/actione subsidiaria gebührlichen zu belangen wohl befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLII.

*Pupillus apud matrem, que ad secunda vota transi-  
it, educari non debet.*

E Ducatio pupillorum nulli magis, quā matri committenda est, nisi ad secunda vota convolaverit, ac Vitricum superinduxerit, l. 1. C. ubi pupill. educ. deb. † At cum nobis Christianis non ita exofse sint secundæ nuptiæ, dubitari potest, an non bodie educatio matri concedenda, etiamsi vitrico nupserit? Sed non tam odio secundarum nuptiarum, quā suspicione & affectione, quā mulieres erga secundos maritos ocupari solent, hoc casu matri educatio denegatur. † Creditur enim mater, quæ transit ad secunda vota, minus diligere liberos prioris matrimonii l. femina. 3. l generaliter 5. C. de secund. nupt. † Et subest periculum, ne vitæ pupilli insidietur vitricus, cui mater non solum res filiorum, sed vitam quoque addicit, l. lex qua tutores 22. C. de admin. tutor. † Ut ita nec hodiè inter Christianos matri, quæ vitrico nupserit, pupilli educatione sit concedenda, Ant. Fab. lib. 5. tit. 30. defin. 1. num. 1. & 3. Hartm. Pistor. observ. 98. Matth. Welsenb. in paras. ff. ubi pupill. educ. deb. num. 2.

Ita Domini in causa M. à P. Mens. Febr. Anno 1615. (Verba sent. Alldeine weil ihr selbst berichtet/ dass ihr euch nach euers Ehe-Jungfern tödlichen Hintritt anderweit verehlicht/ und vermöge der rechtlichen Verordnung in diesem Fall der hinterlassene minderjährige nicht bei der Mutter/sondern bei den andern nächsten Bluts-Freunden auffezogen und unterhalten werden soll/ ic. So seyd ihr auch euren unmündigen Sohn der väterlichen Großmutter/oder des Vaters Bruder/als den nächsten Anverwandten/ auf ihr Begehrten und Absordern/ zur education folgen zu lassen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XLIII.

*Nisi cognitâ causâ mari, vitrico nubenti, educatio-  
nis cura à Magistratu fuerit  
comissa.*

Non tamen semper mater, ad secunda transiens vota, à curâ educationis arcenda est. † Quid enim si agnatis cognatisque ita videatur, ac Vitricus honestæ sit famæ, & minimè obnoxius suspicionibus, nec quicquam causæ sit, cur eorum

- 2** voluntatem Judex sequi non debeat? † Poterit sanè tunc Judex non modo Matri curam educationis committere l. i. C. ubi pupilli educ. deb. l. i. ff. cod. fēd.

**3** † & Vitricum tutorem pupillo dare & decernere, l. ult. C. de contr. jud. tut. l. nonnunquam 32. §. i. ff. de adopt. Jacob. Cujac. lib. 6. observ. 29. Gothofr. ad diet. l. ult. C. de contr. jud. tutel. lit. i. Cæsar. Ursil. ad Afflict. decis. 357. num. 3. Joh. Harpp. ad pr. inst. qui testam. tutor. n. 29. Anton. Fab. in Cod. lib. 5. tit. 30.

**4** defin. i. n. 4. & 5. † Hoc enim casu Magistratus tam arctè dispositioni juris astrictus non est, ut habita cognitione, ex persona, conditione, tempore, spe successionis, aliud statuere nequeat, modo cū ret, † ut pupillus sine ullà malignâ suspicione educetur, Matth. Weserib. in parat. ff. ubi pupill. educ. deb. num. 2.

Ita Domini in codem responso. (Verba sent. Ihr hättet denn beständige Einreden darwider eingewenden/auff den Fall wäre euch solche bey der ordentlichen Obrigkeit anzuführen unbenommen/und würde dero Erkäntniß/ ob der Unmündige bey euch als der leiblichen Mutter/oder bey weime sonstem am füglichsten erzogen werden könne und solle/nicht unbillig anheim gesetlet/B. R. W. )

## DEFINIT. XLIV.

*Minor lesione probatà restitutus contra mutuum absolvitur, nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit.*

- I** difficultatem movent textus in l. 1. & l. 2. C. si ad-  
versus *Creditor*, in quibus enodandis admodum  
variant Interpp. quorum sententias refert Hartm.  
*Pist. part. 1. qu. 38.* qui tamen ipsem et valde prolixus  
est. Sed variis opinionibus discussis tandem ita-  
**2** concludendum arbitratur; † Quod minor Restitu-  
tionem petens ob pecuniam mutuo sumptam, per-  
inde ut in aliis Restitutionum causis captionem, si-  
**3** ve aliam laſionem probare debeat, † Eā verò proba-  
tā atque inde Restitutione impetratā *Creditor* pe-  
cuniam repetens, necesse habeat probare, illam in  
rem pupilli versam esse. Quæ assertio Hartm. *Pist.*  
procul dubio verissima est, ac duo verè membra con-  
**4** tinet. *Primò* namque dicit, † Minorem contra Cre-  
ditorem mutuantem, restitutionem petentem ante  
omnia probate debere captionem sive aliam laſio-  
nem ex generali Restitutionis regula, quæ laſionis  
probationem ex parte minoris requirit l. *nam postea.*  
**5** 9. §. si minor. 4. ff. de jurejur. l. minoribus. 5. C. de in-  
**5** integ. refit. † Non mox enim ex eo, quod minor  
quis est, præsumitur pecuniam per lubricum ætatis  
**6** amisisse vel dissipasse, sed leges, † quæ minori, mu-  
tuum accipienti, succurrendum dicunt, condicio-  
naliter loquuntur, si captus sit, si dissipavit, scilicet  
per lubricum ætatis l. *ait Prator.* 7. §. proinde l. l. pa-  
tri 27. §. si pecuniam. l. l. verum. 11. §. sciendum 3. ff. de  
**7** minor. l. 2. C. de filiof. minori. † Quare probatio  
laſionis ex parte minoris præcedere debet; Cui nil  
prorsus obstat d. l. 1. & 2. C. si advers. *Creditor*, qui  
textus hanc probationem laſionis ne verbulo ne-  
**8** gant, † sed jam antea factam absque dubio præsup-  
ponunt, secundum alias leges ita distinguentes, per  
l. non est novum 26. ff. de lb. Bartol. in l. non dubium,  
est 5. num. 9. C. de lb. ut pluribus demonstrat Hartm.  
*Pist. ditt. loc. num. 18.* & seqq. Secundò, probata laſ-  
sione ex parte minoris, ac impetratā Restitutione,  
**9** † *Creditor* pecuniam repetens tenetur probare, eam  
versam in utilitatem pupilli, *ditt. l. 1. & 2. C. si adver-*  
*sus Credit. l. patri 27. §. si pecuniam 1. ff. de minor.*  
**10** Hart. *Pist. ditt. q. 38. n. 32.* † Etenim quia contractus  
mutui in minore per se noxious & perniciosus esse  
putatur, nisi pecuniam in utilitatem ejus infum-  
ptam esse appareat, *Creditor* id probare debet.  
† Hæcque sententia receptissima est apud Interpp.

Franc. Cald. in *repet.* L. si *Curatorem*; C. d. in *int. refi.*  
verba sua *facilitate* n. 30. Ant. Fab. in *Ration.* ad L.  
*quod simonar.* 24. §. *restitutio.* 4. ff. *de minor.* 5 in *Cod.*  
*lib.* 2. *tit.* 21. *defin.* 1. n. 23. Jac. Menoch. *lib.* 6. *pra-*  
*sumpt.* 27. *in fin.* Petr. August. Morla in *Empor. jur.*  
*tit.* 8. *in pramiss.* num. 8. *vers.* *quoniam in legibus.*  
† Neque hæc parte Creditorem fœneratorem a Cre-12  
ditore simplici separare debemus, propter generali-  
tatem textus *in dict.* L. 1. C. si *advers.* Credit. † Impu-13  
tari enim potest Creditori, cura minori crediderit,  
Ant. Fab. *dict. defin.* 1. n. 7. Hart. *Pist. dict.* q. 38. n. 8.  
Nec refert, an soli minori, an verò auctore curato-  
re pecúnia fuerit credita, † nam semper Creditori 14  
onus probandi incumbit, Ant. Fab. *dict. defin.* 1. n. 2.  
qui tamen sibi contrarius videtur *in def. seq.* 2. quam-  
vis aliud obtineat in emptore solvente pretium au-  
ctore Curatore, l. 7. §. 1. ff. *de minor.* 1. C. si *advers.*  
*solut.* Ant. Fab. in *Cod. lib.* 2. *tit.* 12. *defin.* 1. *num.* 11.  
† Emptor enim, qui solvit pretium minori, solvit 15  
æs alienum, quod solvere necesse est, † At credere 16  
non est necesse, ideoque adversus emptorem parci-  
ūs minori succurrendum erit l. *quod si minor.* 24. §.  
*restitutio.* 4. ff. *de minor.*

Ita Domini in causa Matthia Nebens zu Morla / Mensle  
Majo, Anno 1628. (Verba sent. Hat euch Hans Felsner in eu-  
rer Unmündigkeit 100. fl. geliehen und vorgestreckt. Ob  
er nun wohl solches ohne Zinsforderung gehabt / da ihr aber  
dennoch einige Ixion beibringen möchtet/ sc. So würdet ihr  
auff gebührndes Ansuchen in integrum restituiret/ und möch-  
tet zur Wiederzahlung der 100. fl. nicht angehalten werden/  
es wäre denn/dass der Creditor beibringen und erweisen möch-  
te/dass solches Geld in euren Nugen verwandelt worden / in-  
massen ihms zu thun oblieget/dessen genöss er auff solchen Fall.  
billich/B. R. W. )

**DEFINIT. XLV.**

*Solutio, facta pupillo absque decreto iudicis, non liberat debitorem, etiam si tutoris autoritas intervenerit.*

- E**xpediti juris est, debitorem sine tutoris autoritate solventem non consequi liberationem, *l. p. pillo. 15. ff. de solut.* quia pupillus solus alienandi potestatem non habet, *dict. l. 15. ff. d. t. & §. 2. Inst. quib. alien. licet vel non.* † Alienaret autem sive diminueret obligationem, quā debitor ei obstrictus est, si illa, solutā pupillo pecuniā, dissolveretur *arg. l. 12. ff. de solut.* At quid si cum tutoris autoritate solutio pupilli facta fuerit? † Liberari debitorem colligitur ex *d. §. 2. vers. ideoque si debitor. Inst. quib. al. lic. & l. 7. §. 2. ff. de minor.* † Attamen restitutio in integrum pecuniā ob facilitatem ætatis deperditā vel male consumtā, pupillo haud denegabitur, *l. 46. §. 5. ff. de admin. & peric. tut. l. 1. C. si advers. solut.* † Quæ restitutio cessat, si decretum judicis de solvendo inter venerit, liberatur namque tum plenisimè debitor *d. §. 2. ubi Welenb. n. 5. Inst. quib. alien. lic. dict. l. 7. §. 2. Ant. Gomez. 2. var. resolut. c. 14. n. 4. Franc. de Cald. ad l. 3. C. de in integr. rest. verb. lassis num. 57. & seqq.* † Quamvis aliter sentiat *Ant. Fab. in ration. add. l. 7. §. 2. ff. de minor. & 17. conject. 13.*

Ita Domini ad coquitationem Eliä Haugmanns zu Anna-  
berg/Mensl. Aug. Anno 1630.  
Eis causa Christophei Boromei & Andree Tis-

**Et in causa Christophori Borgners & Andreæ Göggens zu  
Lauchstädt/ Mensl. Jul. Anno 1634.**

**DEFINIT. XLVI.**

*Judicialis quittatio non liberat debitorem pupilli,  
si non decretum Judicis praecep-  
serit.*

- P**lenissimam igitur debitor minoris vel pupilli liberationem consequitur, quando solvit judicialiter praesente tutori vel Curatore. ¶ Excludit enim autoritas magistratus Restitutionem in integrum, modò illius decretum præcedat, ac

- debitori exsolutionem imponat, per text. in l. ait  
Prator. 7. §. 2. vers. permittitur ff. de minor. & l. san-  
cimus 25. C. de admin. tut. Ant. Fab. in Codic. lib. 2. tit.  
21. defin. 2. n. 1. † Cæterum, sola judicialis quitta-  
tio absque decreto & justu p̄cedente neutiquam  
liberabit debitorem, Joh. Guttieretz de tutel. &  
enr. part. 2. cap. 22. n. 4. Joh. Maur. de refit. in  
tegr. c. 177. n. 5. in pr.

Ita Domini in causa Sebastiani Ottens zu Leipzig/Mens Aug.  
Anno 1635. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch solche Aus-  
zahlung auf vorhergehendes Gerichtliches decret von euch  
nicht geschehen/so seyd ihr/wann gleich die Quirung und Ver-  
gleich gerichtlichen approbiret würde/gegen die Unmündigen  
wegen der bezahlten Kaufgeldere nicht gnugsam gesichert/  
V. R. W.)

## DEFINIT. XLVII.

*Non impugnari potest solutio tutori vel pupillo ex-  
trajudicialiter facta, si pecunia deper-  
dita non sit.*

1. **S**ecurus nihilominus quandoque redditur debi-  
tor pupilli extrajudicialiter solvens tutori, vel  
ipſi etiam pupillo, puta si pecunia soluta adhuc extet, & non consumpta, quin potius in utilitatem  
minoris versa fuerit. † Datur enim tūm debitori  
adversus minorem vel pupillum de dolo exceptio,  
quā se tuerit, s. pen. Inst. quib. alien. licet vel non l.  
in pupillo 47. ff. de solut. ubi Gloss. Bart. in l. verum. II.  
3. S. ult. ff. de min. † Nec locum habet restitutio in-  
integrum, si nullam laſionem minor docere queat,  
l. ait Prator. 7. in pr. ff. de minor. l. i. C. si advers. fo-  
lur. ubi Gloss. & Dd. Joh. Guttieretz. de tutel. part.  
2. cap. 22. n. 2. Ant. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 13. defin. 1.  
n. 1. † Nimirum solvens minori debitum, quandoque plenam; quandoque plenioram; & quandoque plenisimam liberationem acquirit. † Plenam  
enim consequitur debitor liberationem, quando sol-  
verit pupillo absque tutoris vel Magistratus autori-  
tate, pecuniaque haud consumpta, sed in pupilli  
utilitatem versa fuerit, b. defin. 47. † Pleniora  
liberationem habet debitor, minori solvens, quando autoritate tutoris vel Curatoris solvit, tunc enim  
liberatur debitor. §. 2. vers. ideoque si debitor. Inst.  
quib. alien. lic. vel non l. 7. §. 2. ff. de min. † At re-  
stituitur minor, si pecunia sit desperita vel consumpta l. Lucius 46. S. tutelle judicio 5. ff. de admin. tutor.  
supr. defin. 45. † Plenissimam vero debitor liberati-  
onem acquirit, si solverit p̄cedente judicis decre-  
to, sive enim tūm pecunia soluta adhuc extet, sive  
non, cessar restitutio in integrum, & omni casu debi-  
tor est securus, l. 7. §. 2. vers. permittitur ff. de mi-  
nor. supr. defin. 45. in fin. Joh. Guttieretz. dict. c.  
22. n. 2. 3. & 4.

Ita Domini in causa Simon Kühnens zu Schönberg / M.  
Majo, Anno 1635. ( Verba sent. Da nun der Wurmund be-  
rührte 100. fl. sammt den Zinsen seinem gewesenen Mändlein  
zu berechnen erbödig/xc. So ist der gewesene Unmündige be-  
rührte 100. fl. von dem Schuldener Simon Kühnen / der sie  
dem Wurmund gegen Quirung gezahlet/noch einstzen zu for-  
den nicht befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XLVIII.

*Tutor nomine pupilli quando donare posset?*

1. **T**utor Domini loco non habetur, cum pupillum  
spoliat, sed tantum, cūm bene & ex bona fide  
administrat l. qui fundum. 7. S. si tutor. 3. ff. pro empe.  
l. cum plures 12. §. 1. ff. de admin. tut. Unde fit, quod  
2. † nec tutori liceat bona pupilli alienare, ne quidem  
per transactionem, Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit.  
3. 37. defin. 1. n. 2. † quia transfigere diminuendi causā  
tutor non potest, l. Lucius 46. l. ult. ff. de admin. tu-  
tor. † Diminuit autem, quisquis alienat l. i. C. de  
fund. dotal. l. alienationis 28. ff. de Y. S. l. quod auem  
Garpz. Definit. Vgl. I.

6. ff. que in fraud. Credit. Minus vero tutor nomi-  
ne pupilli donare potest, Andr. Gail. lib. 2. obſerv.  
72. n. 8. Niſi tutelana industrium personarum ad-  
ministret, Gail. d. l. per l. cum plures. 12. §. cum tutor.  
3. & l. tutor. 13. ff. de admin. tutor. Vel † si utilitas  
pupilli hoc svadeat, l. i. §. 1. ff. de tutel. & rat. diſtr.  
Unde & tutor nomine pupilli donationem remuner-  
ratoriam facere haud prohibetur, secundum Rol. à  
Vall. Vol. 2. conf. 18. n. 61. & seqq.

Ita Domini in causa Baronum à Schönburg zu Glauchau  
Mens Febr. Anno 1604. ( Verba sentent. Da aber dennoch  
obgedachter Hauptmann um die Gelegenheit und die Admi-  
nistration der Herrschaft die beste Wissenschaft gehabt/also  
dass solche durch eine andere Person besser und füglicher nicht  
bestellt werden können/derselbe aber ohne Benvilligung sol-  
ches Gnaden-Geldes sich nicht bestellen lassen wollen / er auch  
seinem Amt dermassen vorgestanden/dass der Herrschaft Nu-  
zen und Bestes dadurch geschaffet worden / ic. So würden  
wohlermeldten Herren Wormunden die ausgegebene 2000. fl.  
Gnaden-Geld nach Gelegenheit diſſals in ihrer Rechnung  
billich paſſiret/und sie möchten dieselbe von den Ihrigen zu er-  
zeigen nicht angehalten werden/V. R. W.)

## DEFINIT. XLIX.

*Ipſemēt tutor donationem de rebus pupilli factam  
revocare nequit.*

Emper quidem pupillo consulendum est, ut in-  
demnis servetur adversus donationem à tute-  
factam, Defin. p̄ced. † Attamen ipſe tutor facto  
suo contravenire & donationem impugnare nequit,  
l. post 25. ff. de adopt. l. factum. 155. ff. de Reg. Jur. cap.  
quod semel placuit 21. de Reg. Jur. in sexto. † Quin  
potius donatario ex facto suo obligatus est, cum tu-  
tor rem pupilli malè administrans non solum pupil-  
lo se obliget ex quasi contractu, l. s. §. tutelle. 1. ff. de  
oblig. & act. † Sed iis etiam omnibus, quorum in-  
terest, pupillum ex tutoris facto & autoritate obli-  
gari, si qua ratione fiat, ne pupillus utiliter & cum  
effectu obligetur, per text singul. in l. cum post 43. §.  
1. ubi Bart. u. 1. ff. de admin. tut. l. tutores. 61. ff. de  
condit. indeb. † Sed quomodo, inquires, pupillus re-  
stitutionem damni obtinebit? † Nemo certè dubitat,  
quin pupillo danda sit actio contra tutorem, quia  
autoritatem p̄sttit donationi, l. 3. l. ult. C. fitut.  
vel Curat. interv. † Quamvis & hic aduersus dona-  
tarium experiri & restitutionem petere posit. Dant  
enim jura usque adeo pupillo electionem, an resti-  
tui, an tutoris damna sequi malit, ut nec ipſi aliquod  
ex electione hujusmodi p̄judicium fieri patian-  
tur, dict. l. ult. & l. 3. C. fitut. vel curat. interv. vid.  
supr. defin. 34.

Ita Domini in causa der Hauswaldischen Räder Wormun-  
der ad requisitionem Henrici à Schonfelds, Mens Mart. Anno  
1634. ( Verba sent. Da nun die Unmündigen nach erlangter  
Mündigkeit bei Annahme der Rechnung den Wormunden  
solche Verehrung und donation nicht paſſiren lassen/ xc. So  
mördern ihnen die Wormunder der verschwendten 150. fl. wegen/  
Wiedererstattung zu thun schuldig/ Sie die Wormunden aber  
seyn ihres Theils die beschene donation zu revociren nicht  
befugt/V. R. W.)

## DEFINIT. L.

*Minor beneficio restitutionis per juramentum effi-  
caciare renunciare posset.*

Differunt ab invicem Juratus contractus & re-  
nunciatio jurata: Adversus contractum jura-  
tum Restitutionem non dari, si validus per se fuerit  
contractus, asserit ex sententia Bulgar. Sichard. in  
Autb. sacramenta puber. C. si adver. vendit. † ubi  
errorem vulgatum appellat opinionem Martini, qui  
de contractibus etiam invalidis dict. Autb. intelle-  
xerit, quem secuti sunt Citramontani Bart. Bald.  
Salycket. Caſtrenc. in dict. Autb. Gomez. 2. refol. 14. n.  
18. ubi de communisima opinione praxi & usu  
recepta attestantur. † At jurata renunciatio  
Ggg mi-

minoris, beneficium Restitutionis simpliciter excludit, modò citra dolum adversarii minor juraverit, Dd. in dict. Autb. *Sacramenta puberum*. Covarr.

- 4 de pact. p. 3. §. 4. n. 3. † Nam ubi, quod juratum est, citra periculum salutis & offensionem proximi servari potest, toties vinculum ex ratione Juris Canonici, quod in materia juramentorum maximè observandum est, injicitur animæ & conscientia, † nec ulla contra id restitutio admittitur, quam-

vis & de Jure civili hæc sententia latis munita sit in dict. Autb. *Sacramenta puberum*.

Ita Domini in causa Christiani Claussens zu Weissenfels/ Mens. Oct. Anno 1602. (Verba sent. Ob nun wol derselbe den Contract / wann er zu seinen mündigen Jahren kommen würde/keines Wegs zu fechten/noch sich darwider des beneficii restitutionis in integrum zu gebrauchen versprochen / sich auch deswegen Schriftlichen Ju'reversum erhdig ist/ ic. So möget ihr doch durch solchen Revers, wosfern derselbe nicht vermittelst leiblichen Endes vor Gerichte vollzogen würde / vor künftiger Gefahr und Weitläufigkeit nicht versichert seyn/ B.R.W.)

## CONSTITUTIO XII. PARTIS SECUNDÆ.

**Daß der 52. Artikel im Ersten Buch  
des Landrechtes von Vergebung der Stamm-  
Güter / so ohne der Erben Laub nicht geschehen  
soll / allein auff die schlechten donatio-  
nes zu verstehen.**

**S**il dieser Text saget, daß ohne der Erben Laub keiner sein eigen (das ist / wie es gemeinlich verstanden wird / Erb = Stamm-Güter) vergeben könne / so ist zu wissen / daß Stamm-Güter solche Güter sind / welche der donator nicht selbst acquiriret / oder erlanget/ sondern die von seinen Vorfahren / als Großvater und dergleichen / gewonnen / und von denselben ihren Ursprung haben.

Zum andern / ist ferner darauff wohl Achtung zu haben / daß der Text redet von Vergebung der Güter. Derowegen soll unserer Verordneten Bedenken nach / auch das Wort Erben / nicht auff alle Erben / sondern allein auff die descendentes zu restringiren seyn. Wie dann eben aus diesen Ursachen das Sachsen-Recht / so von unbeweglichen Gütern redet / auff die beweglichen nicht zu erstrecken. Es soll aber gleichwohl auch in denen Fällen / da die Veränderung der Stamm-Güter nicht verboten / dieselbe billich in fraudem legitimæ nicht zulässlich seyn. So soll gleicher Gestalt auch die Übergabe der Stamm Güter / wenn gleich dieselbe mit der Erben Laub / und also licite geschehen / zu Recht nicht bestehen/ in dem Fall/ da sie übermäßig / und sich über fñnff hundert Gulden Ungarisch erstreckte / sie wäre dann von erst gebührlich inslinuiret. Und alle obgesetzte Fälle sollen allein statt haben in donatione simplici inter vivos. Und daß ihnen frey stehē / sonst solcher Güter halben testamenta / und andere beständige letzte Willen auffzurichten / welchen auch stracks nachzusehen. Item und sonderlich / daß ein ieder Macht habe/solche

Güter einem seiner Kinder für den andern etiam in donatione inter vivos, iedoch salvā legitimā, zuzuwenden/darben wir es auch allenthalben bleiben lassen / und sollen unsere Juristen-Fakultäten und Schöppenstüle darnach also sprechen und erkennen.

**Articulus 52. lib. I. Juris Saxonici de bonis avitis sine consensu heredum non alienandis loquens, num de simplici donatione tantum sit intelligendus?**

Um textus hic dicat , sine heredum consensu nulli proprietatem (hoc est, ut vulgo intelligitur , Erb-Stamm-Güter / )alienare licere : Igitur sciendum, bona avita seu Erb-Stamm-Güter illa dici , quæ donator ipse met non acquisivit , sed à majoribus suis, avo nimirum & similibus, ad ipsum pervernerunt. Deinde & illud diligenter notandum, quod textus Germanicus utitur verbo vergeben / hoc est, donare. Unde deputati nostri existimant, vocabulum (*berendum*) de descendentibus tantum accipiendum esse, non etiam ad alios extendendum. Quemadmodum ex eadem ratione jus Saxonicum de bonis immobilibus loquens ad mobilia extendendum non est. Neque vero etiam in iis locis , ubi alienatio bonorum avitorum prohibita non est, in fraudem legitimæ eam concedi oportet. Sed etsi cum consensu heredum, & sic licite fiat hujusmodi bonorum donatio ; Si tamen summam quingentorum aureorum excedat ; absque insinuatione non valebit. Quæ omnia de donatione simplici inter vivos tantum accipi volumus , & ita, ut libera etiam cuilibet sit de hujusmodi bonis in testamento aliave ultima voluntate, ritè disponendi facultas, quæque disposita sunt, inviolabiliter ab heredibus serventur: præsertim vero, ut parentes uni ex liberis suis hujusmodi bona , etiam inter vivos, salvā tamen reliquorum legitimā, donare possint. Atque hæc à Collegiis facultatum Juridicarum & Scabinatibus in judicando & respondendo observari jubeamus.

## DEFINITIONES.

1. *Bona in dubio pro avitis habentur.*
2. *Bona ex permutatione pro bonis avitis acquisita non sunt avita.*
3. *Nec pretium ex bonis avitis redditum in locum bonorum avitorum succedit.*
4. *Bona avita Naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater à fratre per emtiohem aliumve titulum singularem acquisivit.*
5. *Bona avita sub pacto de Retrovendendo vendica & postea reempta non desinunt esse avita.*
6. *Ad donationem bonorum avitorum etiam liberorum emancipatorum consensus requiritur.*
7. *Nec ususfructus bonorum avitorum, nec redditus anni siue consensu heredum validè donantur.*
8. *Pro dotalicio constituedo bona avita sine consensu heredum donari possunt.*
9. *Liberi bona avita, absque eorum consensu à patre alienata, possunt revocare.*
10. *Modò fiat revocatio intra annum & diem, & ante traditionem rerum donatarum.*
11. *De bodierna consuetudine corporis debilitas in foro Saxonico non virtutem donationem inter vivos.*
12. *Donatio excedens 500. solidos requirit insinuationem, & de quibusnam solidis hoc accipendum.*
13. *Donatio facta Ecclesie vel ad alias pias causas ultra 500. solidos, insinuationem quoque requirit.*
14. *Nec donatio jurata absque insinuatione valet.*
15. *Valida est donatio reciproca seu remuneratoria. absque insinuatione judiciali.*
16. *Num Magistratus merum habens imperium coram seipso donationem insinuari facere queat?*
17. *Insinuationis omisso eatenus solum virtutem donationem, quatenus legitimam excedit summam.*
18. *Donatio rerum mobilium & Gerada coram quoque judice insinuari potest.*
19. *Donatio bonorum immobilium in foro Saxonico non nisi coram judice, ubi bona illa sunt sita, facta valet.*
20. *Donatio absentii facta, ejusque nomine à tertio absquemando tamen acceptata, non valet, nec post mortem donatoris à donatario ratiificari potest.*
21. *Valet donatio absentii facta, Epistola vel nuncio interveniente, licet expresse non fuerit acceptata à donatario.*
22. *De jure Saxonico valet donatio rerum mobilium à patre collata in filium familiás.*
23. *Mater liberis suis res quasvis validè donat.*
24. *In dubio donatio inter vivos censeenda est, etiam si mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur.*
25. *Donatarius, defunctus ante donatorem, transmittit donationem ad heredes suos, etiam si borum menio non facta fuerit.*
26. *Donatio omnium bonorum presentium & futurorum iure prorsus invalida est.*
27. *Universorum bonorum donatio illa solum invalida habetur, qua mobilia & immobilia, praesentia ac futura, iura & actiones expresse comprehendit.*
28. *Esi donator solvendo non sit, Donatarius tamen universorum bonorum à creditoribus conveniri nequit, nisi in casu hypotheca constituta in rebus donatis.*
29. *Donatarius conventri potest à creditoribus donatoris etiam chirographaritis, si in horum fraudem facta fuerit donatio.*
30. *Quo tamen casu procedere debet actio revocatoria.*
31. *Ob ingratitudinem donatio revocatur non nisi ex causis in l. ult. C. de revoc. donat. expressis.*
32. *Ex supervenientia liberorum revocatur donatio etiam rei singularis.*
33. *Renunciatio revocationis à patre facta non noctet liberis, quod minus legitimam suam consequat possint.*
34. *Donatio remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.*
35. *Inofficiose donationes nec à liberis nec à parentibus revocantur, si in remunerationem facta fuerint.*
36. *Bona in fraudem legitima à patre vendita & alienata quatenus à liberis revocari queant.*
37. *Pater non observat à equalitate inter liberos, ut ex illis maiorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere potest, modo reliqui inde legitime portionis jacturam non fentiant.*
38. *Pater à filiis repetere potest ea, qua dedit ipsi in subsidium paternum, zu einer väterlichen Hülfe.*
39. *Donatio ob causam, qua verbis expressa non est, revocari nequit, etiam si causa bona fuerit subsecuta.*
40. *Favorabilior est revocatio, que fit ex supervenientia liberorum, quam que ex causa ingratitudinis, ideoque datur heredi, etiam si donator nunquam fuerit conqueitus.*
41. *Quando donatio facta ab eo, qui jam tūm habebat liberos, revocetur per supervenientiam aliorum liberorum.*

## DEFINIT. I.

*Bona in dubio pro avitis habentur.*

**D**um Illustrissimus Saxoniæ Elector b. Const. 12. bona appellat avita, quæ donator ipsem non acquisivit, sed à majoribus suis, avo nimurum, proavo & ulterioribus parentibus accepit, satis ex 2 verborum generalitate appetat, † avita quoque dici bona, quæ à majoribus linea materna provenient, cum & is, ex quo linea materna descendit, avus dicatur, l. JCtus 10. §. secundo gradu. 13. ff. de gradibus & affin. Dan. Moll. hic num. 3. Matth. Berl. p. 2. concl. 13. num. 6. † Sed quid, si certò non constet, à majoribus linea paterna vel materna bona provenisse, aut verò ab ipsomet donatore acquisita, fuisse? † In dubio pro avitis habenda esse, scite tradit Moller. b. Const. num. 3. quem sequitur Ber-

lich. loc. allegato. num. 3. comparantes bona avita cum bonis feudalibus, † quorum conditionem illa imitari ajunt, cum Glos. lat. ad text. german. art. 52. lit. a. & b. lib. 1. Landr. At de Feudis dicitur, lib. 2. Feud. 11. probationem ei incumbere, qui feudum dicit esse novum. † Unde intelligitur, in dubio antiquum, vel paternum presumi, Curt. Jun. in tract. de feud. part. 1. cap. 9. qu. 8. num. 17. Borch. de feud. cap. 4. n. 3. Andr. Fach. lib. 7. controv. cap. 59. Jacob. Menoch. de arbitr. iud. qu. cent. 2. cas. 191. & lib. 3. presumpt. 93.

Ita Domini in causa Gaspari Rüdigeri zu Mühlberg/M. Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Ob wohl diejenigen Güter/ so von den Gross-Eltern Väterlicher und Mütterlicher Linien herrühren/rechte Stamm-Güter seyn/ im Zweifel auch die unbeweglichen Güter vor Stamm-Güter gehalten werden/ dannenhero solche den Kindern zu Machtheil nach Inhalt des Sachsischen Rechte nicht vergeben werden mögen / x.)

## DEFINIT. II.

Bona ex permutatione pro bonis avitis acquista  
non sunt avita.

- 1 **S**i quis bona avita vendat, & pecuniā inde redacta alia emat bona, ea haudquaquam esse vel dici avita, recte concludit Berl. p. 2. concl. 13. n. 11. 12. cum Virgil. Pingitz. qu. Saxon. 28. n. 1. & seqq. † At quid, si quis bona avita cum aliis bonis permueat, an non ea bona, que quis ex permutatione acquisiverit, non men bonorum avitorum retinebunt? † Ita quidem sentit Berlich. concl. 13. n. 10. (allegans Pingitz. qu. 27. n. 14. & qu. 36. n. 13. qui tamen in aliis terminis loquitur, aliumque casum format.) Cui suffragari videtur Regula surrogationis, † quæ vult Rem, quæ surrogatur in locum alterius, esse ejusdem effectus cum re illa, in cuius locum surrogata est, l. si eum. iv. §. qui injuriarum. 2. ff. si quis cauit. l. filia. 28. pr. vers. Titi. ff. de condit. & demonst. † in quem finem etiam allegat Berlich. l. si donare. 36. §. sponsus. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. Sed vera hæc sunt, nisi ratio diversa appareat surrogati & principalis, aliudque specialiter in uno expressum, quod in alio dispositum non est, ut ritè hanc regulam surrogationis limitat Bartol. in l. 1. §. bac actio 10. ff. si is qui testam. lib. esse jas fuer. † At quis non videt, affectionem & respectum bonorum avitorum, qui in eo solum consistit, ut in familia conserventur, secundum Const. Elect. 31. p. 2. in verb. Dieselbe bey dem Geschlechte zu erhalten/in bonis ex permutatione acquisitis omnino desicere; † ut proinde ex regula illa surrogationis à bonis avitis ad bona ex permutatione pro iisdem acquisita inferre haud liceat. † Ac quo minus Berlichio assentiar, movent me verba Illustrissimi Constituentis clara & manifesta in b. Const. 1. 2. Welche der donator nicht selbst acquiriret oder erlanget/sondern die von seinen Vorfahren ihren Ursprung haben / † quæ certè verba sano intellectu de bonis ex permutatione acquisitis accipi nequeunt. Quo & facit † quod per mutationem vicinae emptioni, l. 2. ff. de rer. permut. imò & vicem emptionis sustineat l. 1. rod. tir. l. Titia. 62. ff. de jur. dot. l. 12. apud Celsum. 4. §. si quis. 11. de except. doli. † qui quem permutatam accepit, emtori similis sit, l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. sciendum. 19. §. deinde 5. 3ff. de edil. edit. † Venditionem vero bona avita alterare ac immutare, ipse fatetur Berlich. dict. conclus. 13. num. 14.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Da aber dennoch euer Vater die Gütere/so er von seinen Groß-Eltern erbet/einmal richtig vertauschet/oder um ein gewisses Kauf-Geld eurem andern kaufflichen zugeschlagen hätte/dafür sichs aus eurer Frage ansehen lässt/ie. So wären die ertauschten Gütere gleich den vorigen vor Stamm-Güter nicht zu halten/oder zu nennen/ie. )

## DEFINIT. III.

Nec pretium ex bonis avitis redactum in locum bonorum avitorum succedit.

- 1 **B**onis avitis venditis, pretium inde redactum succedere in locum bonorum avitorum & ob id sine consensu heredum donari non posse, docet Gloss. L. ad text. German. Landr. lib. 1. art. 34. lit. b. vers. limitatur tamen hoc etiam & dict. lib. 1. art. 52. lit. I. Sed procul dubio falsa est hæc Glossæ traditione, † Tum, quod pretium ex feudo comparatum non habeat fendi naturam per c. un. §. Vasallus 3. sit. si de feudo defunct. content. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 10. Borch. de feud. c. 6. n. 14. Ergo nec pretium ex bonis avitis redactum bonorum avitorum naturam retinet, † quia bona avita conditionem feudorum imitantur, Gless. lat. ad text. German.

art. 52. lit. a. & b. lib. 1. Landr. † Tum, quia ratio, quæ bona avita absque consensu heredum donari prohibet, affectio nempe heredum, & ut ea in familia conserventur, Constit. 31. p. 2. in pretio inde comparato, deficit, † ratione verò alicujus dispositionis cessante, nec ipsa dispositio amplius locum habet, l. adigere. 6. §. quamvis. 2. ff. de jur. patron. Jason. in l. 32. n. 2. ff. de part. † Tum, quia res mobiles reverà avitæ sine heredum consensu donari possunt, b. Const. §. 12. Wie dann eben. Ergo multò magis pretium, quod reverà avitum non est, sed per fictionem tale habetur, Matth. Berlich. 4. 2. conclus. 13. n. 21. Idque verum arbitror, † etiamsi vendens protestatus fuerit, & declaraverit, se velle, pecuniam ex venditione bonorum avitorum redactam tenere locum illorum. † Nam nec tūm pretium induere naturam bonorum avitorum, ex jam dictis satis liquet, quicquid etiam afferat D. Berlich. loc. allegat. n. 20. & Virgil. Pingitz. quest. 28. n. 8.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. So wären die ertauschten Gütere/oder das daraus gelöste Geld/gleich den vorigen/vor Stamm-Gut nicht zu halten/oder zu nennen/und wäre demnach euer Vater solches Geld und ertauschte Gütere ohne euer Erlaub gebührlichen zu verwenden oder zu verschicken wohl befugt/B. R. W. )

## DEFINIT. IV.

Bona avita naturam ejusmodi bonorum amittunt, quando ea frater à fratre per emptionem alium titulum singularem acquisivit.

**S**æpè accidit, ut defunctis parentibus filii bona avita dividant, ac postea uno ex fratribus demortuo, reliqui in illis bonis avitis, quæ frater defunctus ex divisione accepit, existant heredes, Hinc queritur: † an hec bona, quæ defunctus frater ad reliquos fratres transfert, etiamnum avita dicantur, ita ut sine consensu heredum donari nequeant? † Quod quidem negat Gloss. Ordin. ad artic. 52. n. 8. Landr. lib. 1. Sed rectius hoc affirmat Matth. Coler. part. 1. decis. 15. num. 13. quem sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 13. n. 16. † Dicuntur enim bona avita, quamdiu non excent extra familiam in personas extraneas, etiamsi de una in aliam personam, in familiâ tamen per successionem transferantur. arg. l. 114. §. 15. & §. seq. ff. de legat. 1. l. 18. §. 3. ff. de legat. 3. † Nec aliter describit bona avita hec Const. Electoral. quām ut ab ipsomet donatore acquisita non sint, sed à majoribus per viam successionis ad eum pervenerint, quod & in casu præsenti de bonis majorum, quæ post mortem fratris unius, in alium per successionem fuere translata, haud inconvenienter afferi potest. Perinde sicut nec feudum antiquum tale es se definit, quod de uno fratre & collaterali ad alium fratrem & collateralē per successionem propagatur, Mynsing. cent. 2. observ. 95. num. 4. Hartm. Pist. part. 2. quest. 4. n. 3. & q. s. n. 2. & seq. Sed hoc eas tenus solum concedendum, quatenus bona avita ab uno fratre in alterum per successionem translata füre. † Etenim, si per titulum singularem, putà per emptionem, donationem, &c. ejusmodi bona avita frater à fratre acquisiverit, dubium non est, quin nomen avitorum bonorum amittant, & absque consensu heredum donari queant, per text. in l. pater filium. 38. §. 5. ff. de legat. 3. Jason. in l. 114. §. 14. n. 95. ff. de legat. 1. Berlich. dict. concl. 13. n. 17. † Et quia illa solummodo dicuntur bona avita, quæ quis per successionem à majoribus habet, non quæ propriæ industriæ acquisivit, h. Const. 12. vers. So ist zu wissen/dass Stamm-Güter/ie.

Ita Domini in causa heredum Urbani Schumanns zu Meissen/Mens. Mayo, Anno 1626.

DEFINIT. V.

*Bona avita sub pacto de Retrovendendo vendita & postea reempta non desinunt esse avita.*

- 1 **E**xpediti juris est, bona avita vendita vel aliter licite alienata, ac postea per novam emptionem, aliumve titulum recuperata, naturam pristinam amittere, & pro novis recensque acquisitionis haberi, ac ob id sine consensu heredum recte donari posse, † quia res semel factae alienabiles in posterum licite alienari possunt, d. l. pater. 38. §. 4. ff. de legat. 3.
- 2 **N**icol. Boët. decif. 78. n. 2. † Sed aliter res te habet, si bona avita sub pacto de retrovendendo vendantur, & postea redimantur: Ob id namque avita esse non desinunt, sed pristinam naturam retinent, quia res per Reemptionem recuperata, dicitur esse ejusdem qualitatis, prout erat ante venditionem, Cagnol. in l. 2. num. 176. C. de pact. in empt. & vendit.
- 3 **M**olin. in consver. Parisiens. §. 11. num. 29. † Nam pacti de Retrovendendo ea est natura, ut quando illius vigore redimitur res vendita, non dicatur novus contractus celebrari, vel de novo aliquid acquiri, sed quia hoc sit necessarium, ex debito & necessitate.
- 4 **p**rimi contractus, † censetur potius executio sive resolutio primi contractus, ac propterea omnia ad pristinam causam & statum reducantur, in quo fuerunt primi contractus tempore. † perinde ac si res vendita non fuisset, argum. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret. 2. ff. de pact. l. filio, quem pater 23. ff. de liber. & postbum. l. si tibi pecuniam. 20. ff. si cert. p. et l. voluntate. 10. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Hartm. Pist. part. 3. quest. 24. num. 23.
- 5 **I**ta Domini in causa Johann Reussens zu Potschitz / Mensl. Decembr. Anno 1595. ( Verba sentent. Ob gleich gebachte eure Stieff-Mutter an euers Vatern seitzen nachgelassenem Gut/ welches sie auss ih. Jahr wiederkaufflichen innen gehabt / den meisten Theil zu fodern/da aber deunoth/euerim Bericht nach/ berührtes Gut ein Stamm - Gut gewesen / und von eurer Großmutter herkommen/ic. So würde es das für nochmahl's billich gehalten / und euch vor der Stieff-Mutter gelassens (B. R. W.)

DEFINIT. VI.

*Ad donationem bonorum avitorum etiam liberorum & emancipatorum consensu requiritur.*

- 1 **S**oli descendentes heredes impedire possunt, quod minus pater bona avita donet extraneo, non etiam collaterales, b. Constit. §. Derowegen soll / ic.
- 2 **t**unde frater bona avita sine consensu fratris sui allorumque collateralium impune donare valet, Zobel. in addit. ad art. 52. lib. 1. Landr. n. 3. Coler. part. 1. decif. 15. n. 43. in fin. Non etiam pater absque consensu liberorum, quem ad bonorum avitorum alienationem requirit b. Constit. † Sed num. & emancipatorum? Omnipotens ( quamvis aliter sentiat Zobel. in ditt. gloss. n. 3. † Tum, propter verba generalia b. Constit. quae indifferenter de heredibus descendantibus loquuntur, quorum appellatione absque dubio quoque liberi emancipati continentur, Jason. in l. quis se patris. 3. n. 50. C. unde liberi. † Tum per text. in l. filius familias. 114. §. sed et si cum duos. 16. ff. de legat. 1. † Tum, quia bona avita sine heredum consensu propterea donari nequeunt, ut honor & dignitas familie conservetur, & ne bona majorum nostrorum ad extraneos, qui non sunt de familia nostra, transfeant, l. lex que 22. C. de administr. tutor. l. 14. C. de contr. emt. Constit. Elect. 31. hac part. 2. † Quae certe ratio etiam in emancipatis obtinet, per quos non minus honor & dignitas familie conservatur ac per suos, ut & meritò idem jus in hisce pondendum erit, Joh. Schneidew. ad §. aliae. 2. n. 44. Instit. de donat. Matth. Berlich. p. 2. concl. 13. n. 31.

Ita Domini in causa Melchior Grublers zu Wallhausen/ Mensl. Dec. Anno 1625. ( Verba sentent. Ob wohl sonst ein Vater ohne Bewilligung seiner Kinder / wenn dieselbe gleich nicht mehr in väterlicher Gewalt seyn / die Stamm-Güter einem extraneo zu schenken nicht befugt/ic.)

DEFINIT. VII.

*Nec usus fructus bonorum avitorum, nec Reditus eius in fine consensu heredum validus donantur.*

**P**arentes bona avita dum per donationem alienare prohibentur, satis expeditum est, nec patrem bona avita ex linea materna provenientia, à filio defuncto ad se delata, sine consensu reliquorum liberorum extraneo donare posse, Matth. Berlich. part. 2. conclus. 13. n. 24. † Quod generaliter de omnibus indifferenter bonis avitis immobilebus exaudientur, adeò ut & usumfructum horum bonorum parentes sine liberorum consensu donare prohibentur, Zobel. in addit. Gloss. latin. ad text. latin. art. 21. lib. 1. Landr. vers. nota quod in rebus &c. Matth. Coler. part. 1. decif. 15. num. 19. † Idemque procedit in annuis Reditibus. † Etenim cum hi inter res immobiles referantur, Constit. Elector. 24. part. 3. Clement. exivi 1. §. cumque anni reditus de V. S. arg. leg. si quis inquilinos. 112. ff. de legat. 1. l. jubemus nulli. 14. in pr. ubi Gloss. in verb. annonas. Bart. Bald. & Castrensi. C. de SS. Eccles. Molin. in tract. de usur. quest. 37. n. 273. evincitur inde, † neminem hosce, quos jure hereditatis à majoribus accepit, sine consensu heredum per donationem alienare posse, prout concludit Joh. Köpp. quest. 24. n. 1. & 2.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Ob wohl ein Vater ohne Bewilligung seiner Kinder/ic. die Stamm-Güter/darunter auch die Fruchtbewilligung der unbeweglichen Güter und jährliche Erb-Zinsen begriffen / einem extraneo zu schenken nicht befugt/ic.)

DEFINIT. VIII.

*Pro dotalitio constituendo bona avita sine consensu heredum donari possunt.*

**D**onare solummodo inter vivos bona avita absque heredum consensu, prohibet Constit. b. 12. in §. Und alle obgesetzte Fälle. Quare dubium non est, † quin parentes alio quodam titulo ejusmodi bona pro lubitu ac consensu heredum irrequisito alienare & de iis testari, eademque per donationem mortis causa transfere queant, dict. §. Und alle obgesetzte Fälle/ &c. & §. Zum andern/ &c. b. Constit. ubi Dan. Moller. n. 5. & sequentibus. Matth. Wesebeck. in parat. ff. de donat. n. 6. Joh. Schneidew. ad §. aliae 2. Instit. de donat. n. 45. † Sed num & pro constituta donatione propter nuptias & dotalicio sue uxoris Maritus bona avita sine consensu heredum poterit donare & alienare? † Negant hoc Gloss. in Landr. lib. 3. art. 75. n. 2. vers. Dann ein Mann/ & Matth. Coler. part. 1. decif. 15. num. 19. per textum manifestum Landr. lib. 1. in art. 21. in pr. ibi: Man mag Frauen wohl eigen geben zu ihrem Leib mit dem Erben Laub/ ic. † Verum hunc textum de consuetudine non observari, sed Maritum indistinctè Uxori quæcumque bona sua propria etiam sine consensu heredum, tam propter nuptias, quam alias causas, donare posse, docet Zobel. in addit. Gloss. lat. ad text. Lat. dict. art. 21. lit. a. nec non addit. Margin. ad gloss. art. 75. lib. 3: Landr. verb. An eigen ist recht/lit. a. † Quod & convenire videtur huic Constit. §. und alle obgesetzte Fälle/ic. ubi bona avita tantum prohibentur per donationem simplicem inter vivos alienari. † Donatio autem propter nuptias & dotalitium non est donationis simplex, sed ob causam, putat, propter nuptias.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber den noch davon restiren/euer Weib vor Leibgedingen / oder auch solche Stamm-Gütere durch eine Übergabe auffn Todes-Fall einem extraneo zuwenden wollet/ ic. So wäre euch dasselbe ohne euer Kinder Laub und Einwilligung zu thun unbenommen/V. R. W.)

tradiret worden/oder auch von Zeit solcher Übergab Jahr und Tag verlossen / auf solchem Fall hätte die revocatio fernet nicht statt/V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Liberi bona avita absque eorum consensu à patre alienata possunt revocare.*

- 1 **D**ubium equidem facit Ordin. Provinc. Torgens. de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehrte ein Lehens-Gut/ic. S. sequen/ ordnen und wollen demnach pag. 21. fac. 2. vers/. Da es gleich ein alt Väterlich Stamm-Gut wäre/ † ubi jus retrahetus, vel revocationis liberis adimitur. † Sed textus ille de bonis tantum feudalibus loquitur, quæ absque consensu liberorum alienari possunt, ut prorsus mirum non sit, nec eosdem bona feudalia alienata revocare posse. † Adeoque ad bona avita inde inferre haud licet, quippe quæ absque liberorum consensu donari nequeunt. † Et sanè hoc casu revocationem liberis competere, manifeste probat text. in Landr. lib. 1. art. 52. in vers. Die Erben mögen sich ihres Guts wohl unterwinden mit Recht/ als ob der tote wäre/der es gah/darum daß er es nicht vergeben möchte. † Qui textus nec per Ordin. Torgensem nec aliam Constat. Provincialem correctus est, ut eo merito etiamnum hodie standum sit, l. percipimus. 32. §. ult. C. de appellat.

Ita Domini in causa liberorum Valentini Hendels zu Albig/Mensl. Ján. Anno 1626. (Verba sent. Ob wohl euer Vetter einen Acker Helden seinen Nachbarn verschenkt / da aber dennoch selbiger Acker von seinen Groß-Etern herrührete/ und also ein Stamm-Gut wäre / ihr auch in solche Übergabe nicht gewilligt hättest/ic. So wären ihr die Übergabe zu fechten/und den verschenkten Acker als Stamm-Gut gebührlichen zu revociren wohl befugt/ic.)

## DEFINIT. X.

*Modò fiat Revocatio intra annum & diem & ante traditionem rerum donatarum.*

- 1 **L**iberi revocantes donationem bonorum avitorum à parentibus extraneo donatorum, duo potissimum probè observare debent. Primò, † ut fiat revocatio intra annum & diem, Gloss. in art. 21. lit. A. sub fin. lib. 1. Landr. Quo tempore post donationem præterlapso, † inducitur liberorum consensus & præscripta est revocatio, Landr. lib. 1. art. 34. ubi Gloss. latin. tit. D. † Nam actus alteri factus præjudicialis in foro Saxonico, debet peti retractari intra annum & diem, Henn. Göden. conf. 4. n. 19. Matth. Coler. part. 1. decif. 15. num. 44. & seqq. Computari autem debet hic annus & à tempore scientiæ, prout in simili tradit Hartm. Pistor. observ. 205. num. 10. Quamvis aliud obtineat in jure protimiseos circa bona avita, Vid. infr. Const. 31. Defin. 12. † Secundò liberi revocantes & hoc observare debent, ut fiat Revocatio ante traditionem rerum donatarum, hac enim subsecutâ, rebusque in foro Saxonico coram judice traditis, revocatio amplius locum non habet, per text. in Const. Elect. 31. part. 2. vers. So viel aber die Kinder belangen/ic. in verb. Ehe die Gütere tradiret und auffgelassen werden. † Qui textus licet de venditione loquatur, attamen quin & in donatione locum habeat, dubium non est propter rationis identitatem, † quod scilicet post factam traditionem liberis non liceat impugnare factum patris, l. 14. C. de Rei Vind. ubi Dd. Matth. Berlich. part. 2. concl. 13. n. 61.

Ita Domini in causâ, &c. (Verba sentent. Es wäre denn/ daß solcher Acker ihm allebereit wirtschaften und gerichtlichen

## DEFINIT. XI.

*De hodiernâ Consuetudine Corporis debilitas in foro Saxonico non vitiat donationem inter vivos.*

**L**icet de Jure civili donatio ab infirmo & in adversa valetudine constituto facta non vitietur, l. senecl. 16. C. de donat. † Aliud tamen disponit. jus Saxonum in Weichbild. art. 65. ubi Gloss. vers. Zum dritten. & vers. wider bis zu reden. Gloss. art. 52. lib. 1. Landrecht. Scil. Daß ein Mann oder Weib ohne der Erben Urlaub in ihrem Siech-Bette / ihres Guts über 5. Schilling oder sonst mehr/dann was sie mit der Hand begreissen/und über das Bett: Bret reichen mag/nicht vergeben kan / † Quare & ad probandam corporis firmitatem & valetudinem certas quasdam solennitates jus Saxon. requirit in Gloss. dict. art. 52. & in Weichbild. art. 29. & L. hentrecht art. 32. Benedict. Reinhard. part. 1. diff. 2. Joh. Schneidewin. ad §. 2. Inst. de donat. num. 40. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 32. num. 30. Matth. Berlich. part. 2. concl. 14. n. 17. & seqq. Matth. Coler. part. 1. decif. 11. ubi limitaciones quasdam ponit. Sed dispositio hæc Juris Saxonici † in desuetudinem abiit, & tam firmos, quam ægrotos hodie in foro Saxonico libere donare posse, usus ac observantia probat, Matth. Welsenb. in not. margin. ad. Joh. Schneidew. dict. loc. lit. A.

Ita Domini in causa Agnesen à Schönberg/& Andreæ Pfluegens zu Gröbitz/ ad consultationem Hildebr. ab Einsiedel zum Gnandstein/Mense August. Anno 1509. (Verba sent. So ist solche Übergabe ihrer solennitäten halber zu Recht kräftig/ und mag dahero / daß nach Sachsen-Rechten und etlicher Rechts-Gelehrten Meinung niemand/si mœtribus/Schwäche beladen/auff seinem Siech-Bette etwas verschenken kan/ weil solches Recht unlängst Notorietät nach / in diesen Landen und dero Gerichten nicht mehr im Gebrauch gehalten wird/ beständiger Weise nicht gesuchten noch hintergezogen werden/V. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Donatio excedens 500. solidos requirit insinuationem, & de quibusnam solidis voc accipendum.*

**Q**uando donatio inter vivos excedit summam 500. solidorum, coram Judice insinuanda est, §. alia autem. 2. Inst. de donat. l. pen. §. ult. C. cod. Licet autem solidi verbum alias ambiguum sit, & in priscis Saxonum legibus significet minoris monetæ genus & germanicæ appelletur (Schilling;) Hoc tamen loco, etiam in foro Saxonico perinde ac de jure civili aureæ monetæ speciem denotat, † Cujus tamen pondus & aestimatio non certa ac uniformis est, ut videre est apud Budæum lib. 3. & 5. de affe. Covarr. de collat. veter. numism. c. 3. in pr. & §. 1. & §. 2. Alciat. 3. dispunct. 9. Gail. 2. observ. 93. † Unde tam variae Interpp. opiniones exortæ, ad quam auerorum nostratum quantitatem donatio absque insinuatione hodiè valeat, † quas refert Wurmser. in pract. observat. tit. 49. de Verb. signif. observ. 11. Joh. Guttierretz. in tract. de juram. confirm. cap. 7. Henr. Bocer. de donat. cap. 3. num. 66. & seqq. Joh. Köpp. decif. 5. n. 16. & 17. Illud planè constat, † in hac materia observanda esse statuta & consuetudines locorum, quibus etiam in summâ insinuanda, prorsus à jure civili recedi vel augendo vel minuendo potest. † Totum enim hoc merè est positivum, vel hoc argumento, quod olim summa insinuanda fuerit 500. solidorum, quæ postea ad tre.

trecentos, inde ad 500. aucta & producta fuerit, ut  
apparet ex l. *sancimus*. 34. in pr. & l. 36. §. ult. C. de  
donat. §. alia. 2. vers. & cum retro. Inst. eod. sit. † De-  
ficiente autem certa loci consuetudine sive statuto,  
aureus Ungaricus pro solidi sive aureo Justinianico  
usurpatur. † Ita ut hodiè donatio excedens quin-  
gentos aureos Hungaricos sive Ducatos, insinuationem  
demum requirat, secundum veriorem sententiam  
Wesenbec. in not. marg. ad Joh. Schneidew. in  
§. alia. 2. Inst. de donat. num. 24. lit. a. & in parat. ff.  
de donat. num. 6. & Dan. Moll. l. 1. semestr. 37. num. 2.  
† De quo in Electoratu Saxon. minus dubium est,  
propter Const. Elect. 14. §. So aber p. 2. in verb.  
Und die Städte über 500. Ungarische Gulden nicht  
thäten ausstragen/ ic.

Ita Domini in causa Martinii Zöllners zu Oelsa / Mens  
Febr. Anno 1626. ( Verba sent. Dass eine beständige donation  
oder Übergabe unter den Lebendigen / so sich über 500. Soli-  
den/das seynd 500. Ungarische Gulden oder Ducaten/beläuft/  
set/gerichtlichen insinuaret werden muß/ce.)

Item ad consultationem Henrici Webers zu Leipzig/Mens.  
Decembr. Anno 1631. ( Verba sent. So ist solche Übergabe  
weiter nicht als auf 500. Ungarische Gulden kräftig / ic.)

#### DEFINIT. XIII.

*Donatio facta Ecclesie vel ad alias pias causas ultra  
500. solidos, insinuationem quoque  
requirit.*

Publicæ utilitatis gratiâ, ne scilicet quis re suâ  
abutatur, & ut omnis iuspicio fraudis falsitatis  
que tollatur, falsisque probationum modis occurra-  
tur, introducta videtur insinuatio donationis l. da-  
ta 27. C. de donat. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 38. defi-  
n. 2. n. 3. Andr. Gail. lib. 2. observ. 39. n. 7. Vincent.  
Caroc. decis. 131. num. 25. Menoch. lib. 3. conf. 261. n.  
19. & seqq. † Quare nec donatio Ecclesie, Civita-  
ti, vel ad alias pias causas facta ultra 500. solidos  
absque insinuatione valida est. l. *sancimus*. 34. §. alii.  
1. l. 35. §. ult. vers. tantoque magis. C. de donat. l. illu-  
d. 19. C. de SS. Eccles. † Licet enim magnus sit  
favor piarum causarum & Ecclesiarum, attamen  
quia Ecclesia ceu cultrix justitiae non patitur, ali-  
quid contra justitiam fieri in se, vel in altetum, ut  
dicitur in cap. 1. vers. Et si Clientulus. de alien. feud.  
in usib. feud. † utique nec illa speciale quicquam  
circa passum insinuationis admittere videtur; Nisi  
quis dicere vellet, † Ecclesie privilegium compete-  
re ultra privatum in trecentis solidis ex l. 34. §. 1. C.  
de donat. Ut proinde licet illi hodiè donare abs-  
que insinuatione usque ad solidos octingentos pro-  
ducto scilicet privilegio privatorum ad solidos quin-  
gentos l. 36. §. ult. C. de donat. † Sed hanc conse-  
quentiam augmentum privilegii, specialiter priva-  
tis ab Imp. concessum, neutiquam admittit, nec  
absque lege & expresso textu ita extendere vel in-  
ducere licet privilegia, l. si verò 64. §. de viro. 9. ff. so-  
lut. matr. Salycet. in l. *sancimus* 34. in pr. C. de don. n.  
4. & in l. illud. 19. in pr. C. de SS. Eccles. Joh. Schnei-  
dewin. in §. alia. 2. n. 21. Inst. de donat. Bocer. de do-  
nat. c. 3. n. 70. † Aliter sentit Anton. Fab. in C. lib.  
8. tit. 35. defin. 12. sed absque fundamento.

Ita Domini in eadem causa Martini Zöllners zu Oelsa,  
( Verba sent. Dergleichen gerichtliche insinuation auch in de-  
nen Übergaben / so den Kirchen und ad pias causas über 500.  
Gulden geschicht/ zu Recht nochwendig erfodert wird.)

#### DEFINIT. XIV.

*Nec donatio jurata absque insinuatione  
valet.*

Multata hic controvertitur ab Interpp. An &  
quasenus juramentum, super donatione ultra-

500. solidos non revocandâ prestitum, sic contra bonos  
mores? † Et dum ex ratione juris gentium, donati-  
onē hanc etiam absq; insinuatione valere, nec quic-  
quam contra bonos mores, juris Naturæ, gentium  
vel Canonici, per juramentum præstitum super do-  
nationis contractu excessivo, committi, deprehen-  
dunt, ita ut absque dispendio salutis æternæ servari  
possit, † Ideo secundum Canones, ( quibus in ma-  
teria Juramenti standum c. licet mulieres, 2. de jure  
jur. in o. ) illud religiosè sanctèque servandum es-  
se, etiam si donatio coram judice & apud acta insi-  
nuata non fuerit, uno veluti ore ubique attestantur  
Dd. quos ferè innumeros refert & sequitur Andr.  
Gail. lib. 2. observ. 39. n. 12. ubi hanc opinionem ve-  
riore & communem dicit, ac plurimis rationibus  
& argumentis tuerit; Eamque tutiorem & multa-  
rum Curiarum præjudiciis confirmatam esse, asserit  
Joh. Harppr. in §. alia. 2. n. 150. Inst. de donat. ubi  
plurimos quoque hujus sententiae defensores addu-  
cit. † Est namque Juramentum Species Religionis  
l. neque 36. in pr. ff. de fideicomm. libert. c. et si Christus  
26. extr. de jurejur. nec nullum vinculum juramento  
præstantius perhibetur, secundum Cic. lib. 1. offic.  
† quod propter solennitatem insinuationis, ex jure  
merè positivo ad inventæ, haud rescindi debet, c. cum  
contingat. 28. de jurejur. & c. quamvis. 2. ubi Canonist.  
de pacl. in o. & Dd. in Autb. sacramenta puberum C.  
si advers. vendit. Joh. Gutierrez. in repet. l. nemo  
potest 55. n. 340. & seqq. ff. de legat. 1. Sed concessio-  
rim hoc Interpp. † donatorem scilicet vi juramen-  
ti præstigi adeo obstringi, ut absque dispendio salu-  
tis æternæ à donatione ipsimet recedere haud lice-  
at, exinde tamen non sequitur, ipsam donationem,  
judicialiter non factam juramento corroborari, † in  
tantum, ut & donatoris heredes ex illa donatione  
ultra 500. solidos obligentur, de quo potissimum  
hic queritur. † Quo minus autem præfatos Dd.  
à Gailio allegatos hoc ipsum sensisse existimem, mo-  
vet me ratio à Baldo in l. illud. 19. C. de SS. Eccles. col.  
4. vers. quintò queritur & c. adducta, † quod nempe  
insinuatio requiratur pro forma essentiali, quâ ne-  
glecta, ipsa substantia donationis corruit, arg. l. 9.  
§. 3. ff. ad exhib. c. cum dilecta. 22. § fin. extr. de re-  
script. c. venerabili 37. extr. de offic. & potest. judic. de-  
leg. † Nec juramentum nullitatis defectus supplet, 1. ●  
per l. 5. C. de legib. quod ipsem fatetur Gail. 2. ob/  
65. n. 6. Bald. in l. 1. n. 4. C. de oper. libert. Dec. conf.  
349. n. 1. & n. 6. Joh. Zanger. de except. p. 3. c. 11. n.  
202. Vincent. Caroc. in tract. de excuss. honor. p. 2.  
quaest. 15. n. 8. † Quare omissa insinuatione judiciali,  
ipsam donationem ultra 500. solidos juramento  
haud confirmari, nec heredes inde obligari, dixe-  
rim cum Anton. Faber. lib. 8. tit. 38. defin. 5. & Dan.  
Moll. ad Conf. Elect. 14. n. 8. p. 2. † Neque etiam 12  
expressa partium voluntate remitti potest solenni-  
tas insinuationis, l. jus publicum. 38. ff. de pacl. † ne 13  
privatorum pactioribus juri publico derogari vide-  
atur cap. si diligenti. 12. ubi Abb. extr. de for. com-  
pet. c. tuus. 39. ubi Felin. extr. de testib. Fab. dict. defin.  
5. n. 4. Quod approbat Sereniss. Elect. in Decis. 26.

Ita Domini in causa Henrici Webers zu Leipzig / Mens  
Dec. Anno 1632. ( Verba sentent. Ob nun wol der donator  
solche Übergabe mit einem leblichen Ende bestärket / und  
vermittelet desselbigen / dass berührter Übergabe nachgelebet  
und solche nicht gesuchten/noch hinterzogen werden solte/ver-  
sprachen. Dieweil aber dennoch vorgedachte Übergabe ge-  
richtlichen nicht insinuaret worden / ic. So ist sie auch nach  
Verordnung der Rechte weiter als auf 500. Ungarische Gul-  
den nicht kräftig / derowegen des donatoris Erben auch ein  
meheis auff erwehnte Übergabe abfolgen zu lassen wider ih-  
rer Willen nicht gedungen werden mögen/ B.R.W.)

## DEFINIT. XV.

*Valida est donatio reciproca seu remuneratoria absque insinuatione judiciali.*

- 1 **C**ausa aliquot excipiuntur ab Imp. Justinian. & Interpp. in quibus donatio ultra 500. solidos siue insinuatione subsistit, Hartm. Pst. p. 3. qu. 9. n. 1. Veluti si pro captivis redimendis facta sit, l. 36. in pr.
- 2 **C. de donat.** † Aut si facta fuerit illi, cuius domus incendiō vel ruinā periit, dīct. l. 36. §. eandemque 2.
- 3 **C. cod.** † Item, si quid à duce belli, seu à Magistris militum donetur fortissimis militibus, quæ donatio favore militum absque insinuatione etiam subsistit,
- 4 **d. l. 36. C. cod. tit.** † Velsi cui plures res, conjunctim legitimam quantitatem excedentes, diverso tamē tempore ab unā personā donentur, l. 34. §. 3. C.
- 5 **de donat.** Item † si donatio sit reciproca aut remuneratoria, l. Aquilius 27. ff. de don. Andr. Gail. lib. 2.
- 6 **observ. 39. n. 24.** † Nempe quia donatio ejusmodi propriè donatio non est, Jul. Clar. in §. donatio quest.
- 7 **3.** † Ergo nec huic omnes donationum qualitates erunt accommodandæ, Schneidew. ad §. 2. Inst. de donat. n. 36. ubi plures casus refert, in quibus insinuatione donationis haud necessaria videtur.

Ita Domini in causa Johannis Billitzrats zu Rudelstadt/ Mens. Julio Anno 1600. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch selbige donatio zu Ergehung der geleisteten Dienste geschehen/ und also pro donatione remuneratoria zu achten/ ic. So ist sie auch ohne gerichtliche insinuation zu Recht beständig/ B. R. W.)

Et in causa Benedicti Thomæ zu Möckern/ Mens. Julio Anno 1635.

## DEFINIT. XVI.

*Num Magistratus merum habens Imperium coram se ipso donationem insinuari facero queat?*

- 1 **P**orrò nec donatio ab Imperatore in aliquem collata insinuationem requirit, l. 34. C. de don. l. 1.
- 2 **Iud. 19. C. de SS. Eccles.** † Nam coram Principe, qui legibus solitus est, l. princeps. 31. ff. de lb. & semper proceres secum habet, nihil occulte fieri intelligitur, arg. l. omnium 19. ubi Dd. C. de testam. Bald. in d. l. 34. C. de don. † Sed quid juris in Principibus, Ducibus, Comitibus aliisque Statibus Imperii, qui Imperatorem superiorem recognoscunt, num & horum donationis summa quingentorum solidorum excedens absque insinuatione valida erit? Ita certè, justa veriorē Dd. opinionem, quam tuentur Bald. in d. l. 34. C. de donat. Joh. Schneidew. in §. 2. n. 31. Inst. de donat. Henr. Bocer. de donat. c. 3. num. 77. Hartm. Pst. dīct. qu. 9. n. 4. Menoch. conf. 1. num. 374. Zaf. vol. 2. conf. 1. n. 96. † Nostri etenim Principes & Status Imperii in suis Regionibus & territoriis Imperatori comparantur, eandemque ferè potestatem habent in suis Provinciis, quam Imperator in Imperio Romano obtinet, Jason. vol. 4. conf. 101. n. 2. Matth. Weisenb. p. 1. conf. 27. n. 28. † Neque decorum esset horum dominorum donationes ad certa adstringere, solennia, cum donare & liberalitatem exercere proprium sit Principum & nobilitatis actus, qui ab eorum libero arbitrio merito dependet, juxta Panorm. in c. 1. extr. de donat. † Quod ipsum tamen ad Nobiles aliasque Magistratus, Jurisdictionem & merum Imperium habentes, haudquam extendi debet. † Horum namque donationes summam 500 solidorum excedentes non minus ac privatorum donationes insinuationem judicialem requirunt, prout multis probat Hart. Pst. dīct. qu. 9. n. 13. Et seqq.
- 9 **† Nec enim sufficit, donationem coram Judge faciat esse, sed insuper requiritur, ut actorum testimoniaciones intervenient, & donationis nomine acta**

apud Judicem conficiantur, l. aonatio. 25. in fin. l. da-  
ta. 27. C. de donat. hoc est, † ut super donatione illa-  
conficiatur scriptura tolennis coram Judge, Gloss.  
& Bartol. in l. illud. 19. verb. auctor. C. de SS. Eccles.  
† Sufficit tamen, si Nobilis aliasve Magistratus, cui  
jurisdictio competit, coram seipso ac in loco Judicij  
sui in præsentia Notarii seu Actuarii insinuet donationem, & desuper scripturam fieri curet, adhibitis  
iis, quæ aliæ, quoties actum judiciale exerce-  
vult, adhibere solet. † Nam tūm donatio subsistit,  
non obstante eo, quod alias judex Insinuationis no-  
mine aditus non fuerit, Hartm. Pistor. dīct. qu. 9. n.  
25. 16. & 15. † Hujusmodi enim actus etiam coram  
eo ipso magistratu, quem contingunt, rectè expe-  
diti videntur, veluti ita Consul apud seipsum ma-  
numittere, l. un. in fin. ff. de off. consul. itemque  
apud seipsum emancipare & in adoptionem dare  
potest, l. si consul. 3. ff. de adopt. ubi Bart. n. 3. Unde &  
Bald. in l. 34. in pr. C. de don. n. 4. 5. & 6. † rectissimè  
defendit, quod testamentum à Magistratu tanquam  
coram seipso factum valeat, quem sequitur Jason. in  
l. omnium 19. C. de testam. in fin. & Hartm. Pst. dīct.  
qu. 9. n. 27.

Ita Domini in causa V. à M. zu Geusa / Mens. Jan. Anno 1631. ( Verba sentent. Siquidem eurem guten Freunde einem andern von Adel ein Stück Feldes und Wiesen nebenst etlicher Fahrniss/ingesamt auf 2000. Thlr. werth/ durch eine Übergabe unter den Lebendigen zu schenken vorhabens/da ihr nun solche donation in euern Gerichten im Beyseyn des Notarii und anderer Gerichts-Personen gebührlichen insinuiren würdet/ ic. So wäre selbige Übergabe zu Recht kräftig und beständig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Insinuationis omissione catenus solum vitiat donationem, quatenus legitimam excedit summam.*

**Q**uia donatio ultra quingentos solidos insinua-  
tionem necessariè requirit, §. 2. Inst. de don. l.  
34. l. 35. §. ult. C. cod. tit. Iequitur inde, omissione hac  
insinuatione, donationem jure haud validam esse,  
Ant. Fab. in C. lib. 8. tit. 38. defin. 9. in pr. † Non to-  
tam tamen donationem insinuationis omissione viti-  
at, sed illud duntaxat, quod superfluum est, & legi-  
timam summam, quingentos scil. solidos, excedit,  
dīct. l. sancimus 34. in pr. ibi: Hoc, quod superfluum  
est, tantummodo non valere; Reliquam vero quantitatē,  
quæ intra legis terminos constituta est, in-  
suo robore perdurare quasi nullo penitus alio adje-  
cto, sed hoc pro non scripto vel non intellecto esse  
credatur, &c. C. de donat. † Quod & facit l. sequitur ar.  
gentum 35. §. 2. vers. fin autem. in fin. C. cod. tit. l. ut  
mibi donares. 21. §. 1. ff. cod. tit. Novell. 162. c. 1. §. 5  
illud etiam &c. Jul. Clar. in §. donat. qu. 17. n. 2. Joh.  
Harpr. ad §. 2. Inst. de donat. n. 148. ubi & Johan.  
Schneidew. n. 39. † Cujus rei ratio hæc reddi pot-  
est, quod in dividuis utile per inutile non vitiatur,  
c. uile. 37. de Reg. Jur. in 6to. ubi Dyn. l. cum qui ita.  
56. §. 1. ubi Gloss. in verb. supervac. ff. de verb. oblig.  
Andr. Gail. lib. 2. observ. 3. n. 8. † Repetitur autem  
superfluum illud, quod excedit quingentos solidos  
in donatione, Condictio sine causâ, dīct. l. ut mi-  
bi 21. in fin. ubi Gloss. ff. de donat. Henr. Bocer. de  
donat. c. 3. n. 82.

Ita Domini ad requisitionem Henrici Webers zu Leipzig  
Mens. Dec. Anno 1632. ( Verba sentent. So ist solche Übergabe  
nach Verordnung der Rechte weiter nicht als auf 500. Unga-  
rische Goldene kräftig/ und des donatoris Erben mögen auch  
dannenhero hierüber ein mehreres abfolgen zu lassen/ wider ih-  
ren Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

DEFINIT. XVIII.  
*Donatio regum mobilium & Gereda coram quoconque Judge insinuari potest.*

- A**bsque dubio insinuatio donationis actus est voluntaria Jurisdictionis, qui nec cauſe cognitionem, aut partis Citationem, nec Judicis decreto requirit, Bald. in l. generaliter. 12. S. in omnibus. 5. C. de Reb. Credit. Andr. Gail. lib. 2. obſerv. 39. n. 28. Matth. Col. p. 1. decif. 10. n. 3. † Unde & fieri potest in domo donatoris coram Judge, putā quando donator est infirmus, & non potest adire judicem, ſedentem pro tribunali, Joh. Schneidew. in S. alia. 3. 2. n. 10. Iust. de donat. Col. dict. decif. 10. n. 2. † Valerinde quoque donationis insinuatio, facta coram quocunque judge, etiam cui donator non est ſubjeetus, nec res donata ſubeft, † quia ex mera donatoris voluntate conſiftit, l. dict. 27. in fin. l. in hac 30. 5. C. de don. † dummodo is ordinariam habeat jurisdictionem, à Lege ſcil. vel Principe confeſſam, Petr. Heig. p. 2. qu. 17. n. 17. Col. dict. dec. 10. n. 5. Schneidew. dict. loc. num. n. Gail. dict. obſerv. 39. num. 28. Emañ. Svarez in theſaur. recept. ſent. lib. 1. num. 107. 6. Henr. Boſer. de donat. c. 3. num. 49. † Quamvis non negem, tūtiū fieri inſinuationem coram Judge competente, cui ſcil. donator, vel res donata eft ſubjecta, cum Guid. Pap. qu. 32f. Schneidewin. & Boſer. dd. loc.

Ita Domini ad requisitionem Melchior Hartmans von Schleinitz/Mensl. Mart. Anno 1632. (Verba ſent. Ob wohl hierbei dieſenigen requiſita, so zu einer beſtändigen Übergabe der Gerade zu Recht erfordert werden/in Obacht genommen worden/die donatio Gerade auch/so wohl als die Übergabe anderer mobilien/ein actus voluntatis Jurisdictionis iſt/ und dannenhero nichil aliter vor dem Judge competent, oder auch vor fremder Obrigkeit geſchehen und verrichtet werden kan/ic.)

#### DEFINIT. XIX.

*Donatio bonorum immobiliarum in foro Saxonico non nisi coram judge, ubi bona illa ſunt ſita, facta valet.*

- E**tsi de jure civili donatio bonorum ſive mobilium, ſive immobiliarum, ubique locorum absque omni ſolemnitate judicii perficietur, dummodo infra quingentos ſolidos conſtet, S. alia autem. 2. Inst. de donat. † Attamen de jure Saxon. rerum immobiliarum donatio, cujuscunque etiam valoris ſive magni ſive parvi illæſint, aliter non valet, quam ſi coram judge facta, & actis inſinuata fuerit, per text. in Weichbild. art. 20. & 60. & Landr. lib. 1. art. 52. Joh. Schneidewin. in dict. S. alia. 2. n. 11. in fin. Inst. de donat. Zobel. p. 2. differ. 28. num. 8. & ſeqq. Matth. Col part. 1. decif. 10. n. 6. Dan. Moll. lib. 3. ſeſtr. 21. † Cujus rei rationem reddit Glosſ. ordin. in Landr. lib. 1. art. 34. n. 2. verſ. Sag es ſen gut um viererley Uſach willen/ic. Et Glosſ. in dict. art. 20. 4. Weichbild. n. 27. & ſeqq. † Neque hoc infringit, art. 34. lib. 1. Landr. in verb. ohne des Richters Uſaub inay ein Mann ſein Eigenwohl vergeben. † Si quidem hic textus de ſolo decretō & conſenſu judicis accipi debet, qui certè ad perſciendam donationem ne quidem in foro Saxo. requiritur; † Attamen donatio immobiliarum retum, absque conſenſu judicis facta, firmitatem non aliter accipit, alii actis inſinuetur, & dominium judicialiter tradatur, dict. art. 20. Weichbild. & art. 52. lib. 1. Landr. 7. † Quamvis in donatione reciprocā ſeu remuneratoria, ut & in donations propter nuptias, etiam in foro Saxon, aliud obtiuerē dicat Matth. Col. dict. decif. 10. n. 7. & ſeqq. Matth. Berlich. p. 2. concl. 14. 8. n. 10. u. & 13. † Non quævis tamen nec quocunque in judicio facta inſinuatio donationem conſrat in foro Saxonico. Sed necessariò fieri debet, donatio bonorum immobiliarum coram eo judge, ubi bona ſita ſunt, dict. art. 20. Weichbild/dict. art. 52. Carpz. Definit. Vol. I.

lib. 1. Landr. junct. Glosſ. in allen Städten. num. 8. art. 21. lib. 1. Landr. Col. dict. decif. 10. num. 6. Henr. Boſer. de donat. cap. 3. n. 86. Joh. Schneidew. dict. Zobel. dict. differ. 28. n. 8.

Ita Domini ad consultationem Volkrad von Minckwitzens. ill. Geusa/Mensl. Jan. Anno 1621. (Verba ſent. Es wäre denn/das die unbeweglichen Güter unter andern Gerichten und Vorwürigkeit gelegen/ auf den Fall müſte die donatio der unbeweglichen Güter/bafieren ſie beſtändig ſenſt ſoll/ in ſelbiten Gerichten gebührlichen inſinuaret werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Donatio absentis facta, ejusque nomine a tertio absque mandato ramen acceptata non valet, nec post mortem donatoris a donatario ratificari potest.*

**E**tsi donatio absentis facta inutilis efficiatur, 1. absenti. 10. ff. de don. Bartol. post. Glosſ. in l. illud. 19. C. de SS. Ecc. dubium tamen non eſt, † quia abenti valide donari poſit, ſi is Procuratorem aut mandatarium ad donationem acceptandam conſtituat, isque absentis nomine donationem ex mandato acceptet, Bart. post. Glosſ. in d. l. illud. 19. C. de SS. Ecc. Thoming. dec. 6. n. 17. Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 4. n. 8. At quid, † si terrius quispiam vel Notarius nomine absentis absque mandato tamen donationem acceptet? Validam hoc calu exiſtere donationem, docet Jul. Clar. dict. S. donatio. queſt. 13. & Mozz. de donat. ſub tit. de ſubſtantial. n. 25. Andr. Goldb. dict. membr. 4. n. 11. per l. 2. ff. Rem pupilli ſalv. fore. † Quod quidem conſerim, ſi vivo adhuc donatore rata & grata ab abſente habita fuerit donatio per text. in l. ſi ego. 24. ff. de negot. gest. Sed deficiente hac ratificatione, † donationem mancam eſſe, nec morte donatoris ſuperveniente conſirmari, dixerim cum Joh. Harpp. in S. alia. 2. Inst. de donat. n. 23. Boſer. de donat. c. 3. n. 3. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 3. & tit. 36. defin. 19. Anton. Tellaur. decif. 70. arg. d. l. 6. C. de donat. l. ſi ego 9. S. 1. ff. de jur. dot. † Notisimi enim Juris eſt, quod alteri per alterum non acquiratur l. ſtipulario iſta 38. S. alteri. 17. ff. de verb. oblig. l. ſi ita ſtipularus. 126. S. Chryſogonus. 2. ff. eod. tit. S. pen. Inst. per quas per nob. acquir. † Et ſpeciale in mutuo eſt, ut absentis queratur actio ſine ratificatione l. certi conditio. 9. S. ſi nummos. 8. ff. de Reb. Credit. † Proinde conſequens eſt, in contrarium eſſe jus commune, Nicol. Everh. in top. in loc. à Iſec. n. 1. Nec mortuo donatore ulla valet ratificatio donatarii, † ceu admodum ſera post mortem donatoris, cum jam dominium eſſet heredis, arg. dict. l. ſi ego 9. S. ſi res. 1. ff. de jur. dot. Ant. Fab. dict. defin. 1.

Ita Domini in caula heredum Veronicæ à Schleinigz/Mensl Febr. Anno 1628. (Verba ſent. Ob wohl die verſtorbene Schleinigz 6. Jahr vor ihrem Abſterben ihrer ſtief Schwester und ſtief Tochter alle ihre mobilien durch eine Übergabe unter den lebendigen zugeeignet/dieweil aber dennoch nicht zu beſtinden/ das die donatarien zugegen gewesen/ und ſolche donation gebührlichen acceptaret/ dieſenige Person aber/ ſo daßſelbe ihrentwegen verrichtet/ keine Vollmacht darzu gehabt/noch hierzu abgefertigt gewesen/ic. So ist auch ſolche Übergabe/wann gleich unmehr nach der donatricin Abſterben die donatarien ſolche belieben und acceptiren wolten/ zu Recht nichs beſtändig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Valer donatio absentis facta, Epistolæ vel nuncio interveniente, licet expreſſe non fuerit acceptata a donatario.*

**P**orrò & valida eſt donatio absentis facta, nuncio vel Epistolæ interveniente, † ſi nempe donator per Epistolam vel nuncium donatarium de liberali ſuā voluntate certiore faciat l. 4. l. absent. 10. ff.

Hhh

- de donat. l. nec ambigi. 6. C. cod. rit. Hart. Pist. lib. 1. qu. 13. n. 2. & seqq. Andr. Goldb. de Gerad. cap. 7. membr. 4. n. 9. Mozz. de don. sub tit. de substant. n. 23.  
**3** † Nec opus est hoc casu, expressè donationem à donatario acceptari, quippe † quod acceptatio præsumatur, nec quispiam liberalitatem respuere videatur, Jul. Clar. lib. 4. senr. §. donatio. qu. 12. in pr. &  
**4** 5 n. 2. Hart. Pist. d. l. † At hoc necessarium est, ut nuncius huic rei peculiariter à donante sit electus;  
**6** Alioquin enim donatio non perficitur, † nec sufficit, si aliquis motu proprio illam donatario significet, Gloss. in d. l. nec ambigi. 6. C. de don. Guid. Pap. decis. 222. n. 2. Goldb. dict. membr. 4. num. 10.

Ita Domini in causa heredum Andreæ Auers & Curatoris Annae Sabinæ Pfetzschnerin, ventilata in Prætorio Lipsiensi M. Decembr. Anno 1633.

#### DEFINIT. XXII.

*De Jure Saxonico valet donatio rerum mobilium à patre collata in filium familiæ.*

- 1** Non patitur ratio Juris, ut à patre in filium familiæ collata donatio valeat, l. cum de bonis n. C. de donat. l. donationes quas parentes. 25. C. de donat. inter vir. & uxor. l. si donatione. 13. C. de collat. Andr. Gail. lib. 2. obser. 38. num. 1. & seqq. Henr. Bo-  
**2** cer. de donat. c. 3. n. 5. Hartm. Pist. obser. 37. n. 3. † Non, quod filiæ familiæ omnino acquisitionis sunt incapaces, ut vulgo creditur, potuerunt namque sibi acquirere jam olim, quoties pater nolebat sibi per filium acquiri. l. 4. §. sed & filiæ familiæ. 2. ff. de edend. l. insuis. 11. ff. de lib. & postb. l. is qui beres. 13. §. ult. l. 52. ff. de acquir. hered. l. cogi. 16. §. si pater. 11. l. Imper-  
**3** rator. 50. ff. ad SCrum Trebell. † Sed quia inter pa-  
**4** trarem & filium non emancipatum nulla jure civili confistere potest efficax obligatio, nec rursum fine obligatione donatio, dict. l. Imperator. 50. ff. ad SCrum Treb. l. donationes. 31. §. pater. 2. ff. de donat. Ant. Fab. de error. pragmas. Decad. 41. Err. 2. & 3. † ut verè dixerit Salycet. impossibilitate, 3 juris patrem filio donare prohiberi, in l. 25. C. de do-  
**5** nat. int. vir. & uxor. † Cessante autem ratione a- 4 licuius dispositionis, ipsa cessat juris dispositio. Ladi-  
**6** ger. 6. §. quævis. 2. ff. de jur. patr. Tiraq. in reg. 5 c. 1. in pr. quæ solùm de donatione factâ à matre, 6 avia, aut aliis maternæ linea parentibus exaudienda sunt; † Nec enim paternæ linea parentibus li-  
**7** centia donandi liberis ibidem conceditur, contra jura manifesta in l. 11. C. de don. l. 25. C. de don. int. vir. & uxor. l. si donatione. 13. C. de collat. † quæ ju- 7 ra per dict. Novell. 117. correcta esse, tradit Joh. Vaud. lib. 8. qu. jur. c. 4. in fin. † rectè in hoc refutatus à 8 Boer. d. c. 3. n. 5.
- 6** † Extra hanc matrimonii causam vix est, ut licita habeatur donatio inter patrem & filium. Nisi forsan sit remuneratoria, ut contra Pinel. in l. 1. part. 3. n. 62. C. de bon. matern. & l. 2. p. 1. c. 4. n. 4. C. de rescind. vendit. defendit Dan. Moll. l. 2. semest. cap. 16. † Ju-  
**7** ramento, Ant. Fab. dict. defin. 1. n. 10. Andr. Gail. dict. obser. 38. num. 7. & seqq. Joh. Gutierrez. de juram. 8 confirmat. part. 1. c. 4. n. 4. † Vel morte patris con-  
**8** firmata, l. donationes quas parentes. 25. ubi Salycet. & Dd. C. de donat. int. vir. & uxor. Novell. 162. c. 1. in fin. Bocer. dict. c. 3. n. 8. † Sed aliud introduxit ob-  
**9** servantia ac consuetudo in foro Saxonico, ubi valet donatio rerum mobilium facta filio, etiam non emancipato, statim ab initio, adeò, ut donatarius ha-  
**10** beat illas res præcipias, sive contingat donatarium præcedere, sive donatorem, teste Matth. Colero (vi-  
 ro in jure Saxonico peritisimo, ejusque observan-  
 tiæ exercitatisimo) part. 1. decif. 13. n. 3. Gloss. ad text. Latin. art. 10. lib. 1. Landr. in fin. & Gloss. lib. B. ad text. German. † per text. in dict. art. 10. qui licet res sal-  
 tem particulares alias exprimat, ad quasvis tam-  
 en alias res mobiles extenditur à Gl. ad text. Germ.  
 lib. A. Coler. dict. n. 5. & seqq. ubi affectum ac usum  
 Juris hujus Saxon. docet.

Ita Domini in causa Gedon Harenmanns Ritter in Epp-  
 igst ad requisitionem Mauricii Gölicens. Monf. Brbr. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl sonst die donationes unter einem Vater und seinen Kindern nicht zulässlichen seyn/ die weil aber dennoch solches nach Sachsen-Recht in denen mobiliens und Fahrzeugen seinen Abfall hat/ und dieselbe ein Vater seinen Kindern beständiger Weise verehren und übergeben kan/ ic. So ist auch obangegrete Übergabe / bevorans weil dieselbe durch des Vaters Tod bestätigt worden/ kräftig/ und es mögen die Söhne solche mobiliens in gemeinsame Theilung zu konferieren nicht angehalten werden/ B. R. W.)

Et in causa heredum Tobiz Gutbiers zu Weissenfels/Mensl. Dec. Anno 1633.

#### DEFINIT. XXIII.

*Mater liberis suis res quævis valide donat.*

**Q**uia de patre dicta fuere, Definit. preced. ea 1 haudquaque extendi debent ad Matrem, hanc enim de jure quoque civili res indifferenter tam mobiles quam immobiles licite ac efficaciter liberi donare, dubium non est, Henr. Boer. de dom. c. 3. n. 5. † Tam, quod in matre cesseret ratio prohibitio-  
 nis, qua est patria potestas, quam inter patrem & filium nullum est commercium nec efficax obligatio, adeoque nec donatio, l. Imperator. 50. ff. ad SCrum Trebell. l. donationes. 31. §. pater. 2. ff. de do-  
 nat. Anton. Fab. de Error. pragmas. Decad. 41. Err. 2. & 3. † ut verè dixerit Salycet. impossibilitate, 3 juris patrem filio donare prohiberi, in l. 25. C. de do-  
 nat. int. vir. & uxor. † Cessante autem ratione a- 4 licuius dispositionis, ipsa cessat juris dispositio. Ladi-  
 ger. 6. §. quævis. 2. ff. de jur. patr. Tiraq. in reg. 5 c. 1. in pr. quæ solùm de donatione factâ à matre, 6 avia, aut aliis maternæ linea parentibus exaudienda sunt; † Nec enim paternæ linea parentibus li-  
 centia donandi liberis ibidem conceditur, contra jura manifesta in l. 11. C. de don. l. 25. C. de don. int. vir. & uxor. l. si donatione. 13. C. de collat. † quæ ju- 7 ra per dict. Novell. 117. correcta esse, tradit Joh. Vaud. lib. 8. qu. jur. c. 4. in fin. † rectè in hoc refutatus à 8 Boer. d. c. 3. n. 5.

Ita Domini causa Eliz. Krumpholzgens zu Weissenfels / Mensl. April. Anno 1633. (Verba sent. Hat eure Mutter die Hälfte ihrer Güter an Haus und Hof/ Äckern und Wiesen/ mit Beziehung ihres Krieglichen Vorwundens/ euch threm leiblichen Sohne/ gerichtlichen geschenket und überignet/ ic. So ist solche Übergabe zu Recht kräftig und beständig / B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*In dubio donatio inter vivos censenda est, etiam si mortis mentio fiat, aut executio in eventum mortis differatur.*

**E**x eo solo, quod mortis mentio in donatione 1 facta fuerit, mortis causâ donatio videri non debet, Hartm. Pistor. p. 3. qu. 8. n. 1. Jac. Menoch. de præsumpt. 35. n. 1. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 4. † Potest enim fieri mentio mor-  
**2** tis in donatione, ut appareat, magis mortem esse causam donandi, quam mortis causâ donationem, ut eleganter scriptum est in l. ubi ita donatur. 27. ff. de mortis causâ donat. † Quin, eti effectus & exe-  
**3** cutio obligationis in mortis eventum differatur, propteræ tamen non statim mortis causâ donatio facta censetur l. un. C. ut action. ab hered. & contr. hered. l. Seja. 42. §. ult. ff. de donat. mort. causa. l. ult. C. de contr. & commit. stipul. Hart. Pist. dict. qu. 8. n. 2. Jacob. Thoming. decif. 8. num. 11. & decif. 20. n. 12. Bocer. de donat. c. 5. n. 17. † Sed ita demum, si ju-  
**4** stâ interpretatione fieri non posfit, ut valeat jure simplicis & meræ donationis inter vivos, Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 37. defin. 3. † In dubio siquidem 5 inter

inter vivos potius quam mortis causa donatum censetur, & obligatio inde descendens firma atque rata manet, ita ut revocari amplius nequeat, ut pluribus demonstrat Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. I. quest. 31. Hart. Pistor. dicit. quest. 8. n. 3.

¶ Quod maximè verum est, si id actum probetur, ut vel ususfructus rerum donatarum donatori ad vitam relinquatur, vel insinuetur donatio, vel nullo casu revocetur, dict. l. ubi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat. Anton. Fab. dict. defin. 3. num. 6. 57. Vide infr. p. 3. Const. I. Defin. 38.

Ita Domini in causa Melchior Hartwigs zu Gommar. Mens. April. An. 1631. (Verba sent. Hat euch ein guter Freund ein ansehnliches an Mobilien und Wertschafft verebret. Ob nun wohl der donator dabey seines Todes bedacht/ und sich der Sterblichkeit erianert/ auch ferner Verordnung gehan/ daß allererst nach seinem Absterben ihr euch der geschenkten Sachen anzumassen besugt seyn sollet/ ic. So wird doch nichts desto weniger allem Ansehen nach und in dubio berührete donation, bevor aus weil der donator solche Gerichtlichen insinuiren lassen/ pro donat. one inter vivos hielich gehalten/ dero wegen der donator solche ohne gnugsame Ursache zu revocren nicht besugt ist/ ic.)

Ei in causa Benedicti Thomae zu Möckern/ Moal. Jul. Anno 1635.

## DEFINIT. XXV.

*Donatarius defunctus ante donatorem transmittit donationem ad heredes suos, etiam si horum mentio facta non fuerit.*

¶ **M**ortuo ante donatorem eo, cui donatum fuerat inter vivos, nullà heredum ejus facta mentione, donationem ad donatorem redire, scribit Anton. Fab. Et ita in Senatu Sabaudiae judicatum refert in Cod. suo lib. 8. tit. 36. defin. 21. ¶ Idque ex mente & voluntate donantis, à quo profiscitur liberalitas, qui abs dubio favore & intuitu certæ personæ, donatarii nimis, donatum aliquid voluerit, ut propterea donationis commodum heredibus donatarii accrescere haud debeat, ¶ quicquid enim sit contemplatione certæ personæ, non potest nec debet eam egredi, l. cum precario. 12. §. 1. l. interdictum. 14. ff. de precar. l. filiofamilias. ff. de cond. 4. & demonst. l. 21. Et seqq. ff. de usufr. ¶ Sed nullatenus me movet haec ratio Antonii Fabri, ut ipsi assentiar. Sive enim Contractus sive pactum legitimus sit donatio inter vivos, ¶ certè utriusque tam donatoris, quam donatarii consensu perficitur l. 35. C. de donat. l. 19. §. 2. ff. de donat. junct. l. 10. C. eod. tit. §. 2. Inst. eod. tit. Anton. Gomez. 2. varior. resol. c. 4. in pr. Quare non solum voluntas donatoris, ut vult Anton. Fab. sed & donatarii intentione inspicienda est, ¶ qui absque dubio non sibi soli, sed etiam heredibus suis prospicere voluit, l. si pactum. 9. ff. de probat. l. tale pactum. 40. §. 1. ff. de pact. ¶ Aut si mavis, donationem inter modos acquirendi dominii referre, cum Jac. Cujac. lib. 10. observ. 28. Joh. Goedd. in l. rei appellacione. 23. n. 1. ff. de verb. fgn. minus certè patrocinaberis Anton. Fab. ¶ Cur enim queso donatarius res donatas, quarum dominium jam acquisivit, perinde ac reliquam hereditatem ad heredes non transmittet, quod certè donator haudquam impedire poterit, ¶ proprietate rerum in donatarium semel translata, unde nec donatio revocari potest, §. 2. Inst. de donat. Valent. Guil. Förster. in tract. de dominio c. 9. n. 237. Et seqq. Joh. Harppr. ad §. 1. n. 6. Inst. de donat. Hart. Pistor. part. 3. qu. 8. n. 47.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Inmassen auch/ wenn gleich ihr/ als der donatarius, vor dem donatore verstecken würdet/ das Eigenthum der geschenkten mobilien und Wertschafft auf eure nehest Erben gebracht und vererbet wird/ V. R. W.)

Carpz. Definit. Vol. I.

## DEFINIT. XXVI.

*Donatio omnium bonorum praesentium & futurorum jure prorsus invalida est.*

**B**onorum omnium praesentium & futurorum donatio idcirco non valet, quod adimat liberam testandi facultatem, licet namque hereditas sit nomen juris, nihilque prohibeat, ¶ eum quoque testari, qui nihil in bonis habet l. 3. ff. ad l. Falcid. attamen qui nec habet, nec habere quicquam potest, qualis ille est, qui futura quoque donavit, ei sane testandi facultas competere nequit, arg. l. lex Cornel. 28. Et l. fin. ff. de vulg. Et pup. substit. Bart. Et Dd. ad l. stipulatio hoc modo concepta 61. ff. de verb. oblig. Et ad l. ult. C. de pact. ¶ Qamvis me haud latet, haec rationem ab omnibus non probari. ¶ Ac si verum fateri licet, non absurdè forsitan donatione universorum, tam futurorum, quam praesentium bonorum, in puncto iuris defendi potest, non quidem ut testamento revocari possit, ut quidam inceptiunt, quorum sententiam refert Gothofr. ad l. p. §. 3. ff. de don. sed ut irrevocabilis existat, per l. si quis argentum. 35. §. sed Et si quis 4. Et §. ult. C. de donat. l. si unquam 8. C. de revoc. donat. l. omnes. 17. §. 1. ff. que in fraudem credit. ¶ qui sane textus generaliter loquuntur, nec inter bona praesentia & futura distingvunt. Et de futuris etiam bonis textus est clarus in l. 9. §. 1. ff. de donat. l. 3. C. eod. tit. ¶ Nec obstat, quod per ejusmodi donationem facultas testandi adimatur; Etenim Regula Juris ita habet, nemini auferri posse liberam testandi facultatem, haec tenus scilicet, ut qui bona habet, quacunque conventione vel pacto, ut ne de iis disponat, vel ut ne à dispositione semel facta recedat, constringi non possit. ¶ Ceterum non videtur prohibitum, aliquid tale facere, quo per consequentiā necessariam efficiatur, non ut propriè loquendo libera Facultas testandi tollatur, sed ut prorsus testandi facultas non sit, & nihil, de quo testetur, sufficit, Vaud. lib. 1. var. quest. 31. ¶ Quin & si quis particulatim quotidie erogando bona sua efficere potest, ut ei morituro nihil sit reliqui, de quo disponat, ut non offendatur Regula illa Juris, nihil sane obstare videtur, quo minus unà largitione efficiatur, ¶ prout demonstrat pluribus Coras. 6. miscell. 9. c. 17. & subtiliter hanc de re disputat Reinh. Bach. Echt. in Animadv. ad Hier. Treutl. vol. 2. diff. 19. tb. 5. lit. D. Vid. quoque Anton. Fab. de error. pr. 15mat. Decad. 48. Error. 6. Bocer. de don. c. 3. num. 39. alii que, quos longo agmine allegat & sequitur Johan. Harpp. in §. alia. 2. numer. 115. Et seqq. Inst. de donat. ¶ Nihilominus tamen in contrarium est communis opinio, à qua in judicando non facile recendum, arg. l. 1. in pr. vers. sane crebrior apud veteres opinio, ff. de offic. quest. l. athletes. 4. in pr. ibi: Et generaliter ita omnes opinantur ff. de bis qui not. infam. ¶ Secundum hanc donationem omnium bonorum, tam praesentium quam futurorum, invalidam esse, dixerim cum Joh. Schneidev. ad §. 2. n. 86. Inst. de don. Hartm. Pistor. obs. 10. Joh. Gutierrez. in tr. de juram. confirmat. part. 1. c. 11. n. 2. ¶ ita, ut nec, de tracta mentione futurorum, bonorum praesentium donatio subsistat, cum unica sit donatio, quæ sublata nil prorsus utile & in jure validum relinquit, Dec. part. 1. conf. 30. in fin. Schneidew. d. loc. numer. 88. ¶ Quin et si exceptis ab universalis donatione bonis quibusdam, idem donator eodem instrumento eadem bona, quæ exceperat, alteri donet, neutra donatio valebit, altera alteri obstante, Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 34. defin. 9. num. 8. ¶ Aliud erit, si diver-

**I**s temporibus donationes factæ proponantur, tunc enim solam posteriorem invalidam haberi, æquius est, priorem verò, quæ ab initio valuit, ratam manere; † Nam quæ semel vires habuit donatio, ex postfacto revocari non potest, l. 2. & l. 3. C. de revoc. donat. Ant. Fab. dict. defin. 9. n. 9.

Ita Domini in causa Melchior Hartmanns à Schloßheim/ Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Diemēil aber dennoch in gegenwärtigem Fall die donatrix zugleich neben der Gerade alle ihre andere Güter/ bewegliche und unbewegliche / gegenwärtige und zukünftige/ wie auch alle jura und actiones, wie die immer Nahmen haben mögen/nichts ausgeschlossen/ ihrem Bruder mit übergeben/ dergleichen donationes aber/ als universorum bonorum, dadurch facultas testandi benomimen wird/ bewährter Rechts-Gehörter Meynung nach nicht kräftig/ic. So mag auch dannenhero vorgedachte Übergabe so wohl der Gerade als anderer ihrer Güter für beständig nicht gehalten werden/ derwegen sich auch der donatarius der verehrten Gerade angemessen nicht befuge ist/ V. R. W.)

Et in causa A. ab H. zu B. Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Ob sie nun wohl darbei alle und iede zu einer rechtmäßigen Übergabe unter denen Lebendigen gehörige solennitäten in gebührende Obacht genommen/dieweil sie aber dennoch alle ihr Vermögen und ihre sämliche bewegliche und unbewegliche Güter/jura und actiones, auch diejenigen/so sie ins künftige erlangen möchte/ verschenket / und ihr nichts vorbehalten/davon sie testire können/ic. So ist auch solche Übergabe zu Recht nicht beständig/ V. R. W.)

Item in causa M. à L. Mens. Mayo 1552.

#### DEFINIT. XXVII.

*Universorum bonorum donatio illa solum invalida habetur, que mobilia & immobilia, presentia ac futura, jura & actiones, expressè comprehendit.*

**U**T maximè invalida est de jure donatio omnium bonorum, Defin. preced. Attamen negari nequit, † hanc donationem subsistere, si donator quædam bona, de quibus testari, aut pro arbitrio disponere posit, sibi reservaverit, Schneidew. in §. 2. n. 94. Inst. de don. † Cessat enim tūm ratio prohibitiva, quod scilicet facultas testandi donatori haud sit adempta, Bartol. in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de Verb. Oblig. & in l. fin. C. de pact. 3. † Videtur autem donator sibi aliquid reservasse, si donatio hæc tria, nempe: jura & actiones: Bona mobilia & immobilia: Bona præsentia & futura, conjunctim & expressè non comprehendat, ut dubium non sit, † alterutro horum omissio, jure haud invalidam esse donationem. Primo namque appellatione bonorum mobilium & immobilium, etiam adjecta dictione (*Quorumcunque*) jura & actiones non continentur, † quippe quæ tertiam speciem constituunt, l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. l. à Divo Pio. 15. §. in venditione 6. ff. de re judic. Andr. Gail. 2. observat. 11. numer. 10. † Quare invalida tūm demum judicatur donatio universorum bonorum, si jurium & actionum expressa fiat mentio, Schneidew. dict. loc. n. 90. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 11. numer. 3. Bocer. de donat. c. 3. n. 40.

Ita Domini in causa predicta Melchior Hartmanns von Schlotheim/ Mens. Mart. Anno 1632.

Et A. ab H. zu B. Mens. Mart. Anno 1633.

7 Secundo, † quia præcūl dubio differunt bona immobilia à mobilibus Andr. Gail. dict. observ. 11. ab hisce ad illa non inferendum, sed expressis mobilibus tam præsentibus quam futuris in donatione universorum bonorum donationem subsistere, relictis immobilibus donatori, omnino judicandum erit; † Ita enim facienda interpretatio, ut actus potius valeant, quam ut pereant, l. quoties. 81. ff. de verb. oblig.

Ita Domini ad consultationem Christophori Abrahami ab Haugvitz Mens. Jun. Anno 1632.

Tertiò, † tum demum invalida habetur donatio universorum bonorum, quando bona futura disertè exprimuntur. Valet namque donatio omnium bonorum simpliciter facta, non adiecta clausula præsentium & futurorum bonorum, secundum Dd. post Gloss. in d. l. fin. C. de pact. Mantic. de tacit. & ambig. convert. som. 2. lib. 13. tit. 25. num. 9. ubi plures allegat. † Quia tunc non aufertur testandi facultas, ista enim generalitas restringitur tantum ad præsentia bona & non futura, l. si ita 7. ff. de auro & aur. legat. l. testatore. 68. §. 3. ff. de legat. 3. l. omnes. 17. §. Lucius. 1. ff. que in fraud. credit. l. si quis argentum. 35. §. sed & si quis. 4. C. de donat. † Ideoque de futuris testari poterit donator, Schneidew. dict. §. 2. Inst. de donat. n. 91.

Ita Domini in causa D. BB. & BP. zu Altenburg/ Mens. April. Anno 1632.

#### DEFINIT. XXVIII.

*Etsi donator solvendo non sit, donatarius tamen universorum bonorum à Creditoribus conveniri nequit, nisi in causa hypotheca constituta in rebus donatis.*

**D**onationis titulus singularis est, non universalis etiam tunc, cum facta est donatio bonorum universorum l. 2. C. de perit. hered. † Errant itaque, qui donatarium bonorum omnium, præsentium & futurorum, heredis loco habendum putant, quod certè à Jureconsultis nunquam proditum est, neque ex rectâ Juris ratione defendi ullo modo potest, ut demonstat Anton. Fab. de error. pragmat. Decad. 48. Err. 7. † Non enim facit nec facere potest donatio, quin donator heredem habere possit, saltem in iuribus passivis, quæ non possunt venire in donationem, l. mulier bona. 72. ff. de jur. dot. † alioquin iau-tis est, & nullius momenti, si testandi, h. e. habendi heredis adimat facultatem, Bartol. & Dd. in l. stipulatio hoc modo concepta. 61. ff. de verb. oblig. † Heres itaque à Creditoribus personali actione convenientius est, non donatarius universorum bonorum, quem æris alieni onus non magis sequitur, quâna cum, qui certæ tantum rei donatarius est, l. aris alieni 15. C. de donat. l. ult. §. 1. ff. de contr. empt. l. 1. §. si bares 16. ff. ad SCi. um Treboll. l. 1. ult. C. de hered. action. l. licet. 27. C. de jur. dot. l. de rebus. 13. C. de donat. ant. nupt. Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 34. def. 4. n. 1. Quid ipsum tamen dupliciter fallit, ac † primo quidem donatarius conveniri potest à Creditoribus hypothecaris, qui paratam semper actionem in rem habent adversus quoscunque possessores, l. si fundus 16. §. in vindicatione 3. ff. de pignor. l. debitorum. 15. l. pignoris. 18. C. cod. tit. Sed anteriores tantum, non etiam posteriores, † quia res donatas obligare donator, a missio jam dominio, non potest, l. que predium l. & tot. tit. C. si alien. res pign. dat. sit. Ant. Fab. dict. tit. 34. defin. 5. n. 26.

Ita Domini in causa Christoph. Abrah. ab Haugvitz/ Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl dannenhero des donatoris Gläubigere von euch dem donatorio ihrer Forderungen befriediget seyn wollen/ dieweil aber dennoch in dergleichen Fall ein donatarius des donatoris Gläubigern in Rechten nicht verbunden/ noch zu ictu verpflichtet ist/ic. So seyn auch vorgedachte Gläubigere euch beständiger Weise in Anspruch zu nehmen/ und die Zahlung von den euch geschenkten Gütern und Baruschaffe zu erzwingen nicht besugt/ es wäre dann/ das etschle unter den Creditoren in des donatoris Gütern vor beschrener donation und Übergabe ein hypothecam un dingliches Recht erlanget/ic. Dessen genossen sie auf den Fall billlich/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Donatarius conveniri potest à Creditoribus donatoris etiam Cbiographariis, si in borum fraudem facta fuerit donatio.*

Dein-

**D**einde conveniri quoque potest donatarius à creditoribus donatoris, si in horum fraudem donatio facta & bona alienata fuerint, l. omnes. 17. §. Lucius 1. ff. que in fraud. Credit. Licet ipsemet donatarius fraudis particeps non sit. Etenim quia titulum habet lucrativum, simpliciter tenetur, † quia potior debet esse ratio Creditorum, qui certant de damno vitando l. b. §. 11. l. 10. in pr. ff. que in fraud. Cred. Joh. Schneidew. in §. item si quis in fraudem. 6. n. 44. & 45. Inst. de action. Matth. Wetenb. in parat. ff. de bis que in fraud. Credit. n. 6. Jac. Cujac. lib. 12. obser. 5. † Hocque medio maximè consultum videtur Creditoribus chirographariis, in quorum fraudem facta est donatio, Anton. Fab. in C. lib. 8. cit. 34. defin. 5. n. 8. 10. 20. Joh. Schneidew. in d. §. item si quis. 6. n. 27. Inst. de act. † Nam hypothecariis actio 5 datur realis hypothecaria, Defin. preced. † quamvis & hisce pro lubitu hāc viā experiri liceat, Joh. 6. Fab. in §. it. si quis in fraud. 6. n. 23. Inst. de action. † Neutiquam tamen condemnari debet donatarius, antequam fraus donatoris fuerit probata à Creditoribus, quæ sanc, quia in animo consistit, directè probari non potest; sed admittitur hoc casu probatio 7 † per conjecturam & indicia l. dolum. 6. C. de dolo. Veluti si probetur, donatorem scivisse, se habere Creditorem & bona sua non sufficere, l. si quis cum 8 baberet. 15. ubi Bartol. ff. que in fraud. credit. † Aut si alienatio vel donatio facta fuerit clam remotis arbitris, arg. l. ult. ff. de rit. nupt. † Quin & ex donatione omnium bonorum inter vivos facta absque aliā etiam probatione præsumitur fraus donatoris, secundum Gloss. in §. item si quis in fraud. 6. Inst. de act. per text. in L. omnes. 17. §. Lucius 1. ff. que in fraud. cred. prout pluribus hoc persequitur Schneidewin. dict. loc. n. 72.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß die sämtlichen Creditoris (darunter auch die Chirographarii, welchen der debtor vor beschreierer donation allbereit verhaftet gewesen / mit begriffen) durch gnugsame Vermuthung erweisen und beibringen möchten / daß die donation vom donatore vorsächlichen / thunen zum Nachtheil / und also in fraudem Creditorum, geschehen / dessen geniesen sie auf den Fall billich/V.R.W.)

## DEFINIT. XXX.

Quo tamen casu præcedere debet actio revocatoria.

**V**eritati haud consentaneum est, quod vulgo jactitant, si donator solvendo non sit, vel ejus heres nullus existat, posse donatarium bonorum omnium à Creditoribus directè conveniri, Guid. Pap. q. 105. † Etenim necessariò præcedere debet actio Revocatoria, quam Paulianam vocant, §. item si quis in fraudem. 6. ubi Joh. Fab. n. 19. Inst. de action. Non solum, ut donatio impugnetur & revocetur, † alioquin propter solam donatoris inopiam nulla est personalis obligatio, adeoque nec actio contra donatarium, qui neque ex contractu vel quasi, neque ex delicto vel quasi obligatus unquam fuit Creditoribus, neque in universum obligati jus titulo ullo universalis successit, l. eris alieni. 15. C. de donat. l. ult. §. 1. ff. de contr. empt. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 5. n. 24. † Sed & ut fraudis donantis doceatur, quā non probatā, subsistit donatio, nec donatarius Creditoribus donatoris ultenitus tenebitur, Definit. præced. in fin. Johan. Schneidewin. in dict. §. item si quis 6. n. 13. 14. Inst. de act. † Nec competit actio hāc Revocatoria, (cui in casu præsenti non nisi triginta annis, anno & die præscribi, dixi suprà Const. 3. Defin. 20.) antequam debtor fuerit excussus l. i. ubi Bald. & alii C. de revoc. ita, que in fraud. credit. Anton. Fab. dict. defin. 5. n.

17. † Et licet Gloss. in dict. l. 1. excusionem hoc in casu non necessitatis, sed tantum voluntatis esse dicat, contrarium tamen per omnes deciditur, per dict. l. i. septe Schneidewin. in dict. §. item si quis 6. n. 59. Inst. de act. † Nam ad hoc, ut posit agi revocatoria, requiritur, quod Creditores sint damnificati. Sed non potest constare, eos esse damnificatos, nisi prius exutiantur bona donatoris seu debitoris, quod non sufficient, unde maximè necessaria est excusio, Schneidew. dict. loco. † Quæ sententia summa etiam nititur æquitate, ex qua nec fidejussor conveniri potest, nisi excusso debitore principali, Aut. præsente. C. fidejuss.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich die angeführte donatio in fraudem Creditorum geschehen wäre/ ic. So möchte ihr doch von denen Gläubigern alsbald nicht besprochen werden/ sondern es wären dieselbe zuvor die beschreene donation zu sechtem/ und dannenher/ daß sie in fraudem und zu ihrem Nachtheil geschehen/ revocatoriam anzustellen schuldig/ mit welcher action sie aber nach Gelegenheit dieses Falls/ weil ihr des Schuldners mobilia ex causa lucrativa erlanget/ auch nach verflossener Jahrestfrist zugelassen werden/V.R.W.)

## DEFINIT. XXXI.

Ob ingratitudinem Donatio revocatur non nisi ex causis in l. ult. C. de Rev. donat. expressis.

**C**um mulier quædam genero suo bona quædam donasset, qui postea defunctæ suæ conjugis Sorem stupraverat, ac per id haud levem injuriam familie intulerat, quæsitus fuit, num Socrus propterea donationem ex causâ ingratitudinis revocare posset? † Sanè, quia inter causas ingratitudinis ab Imp. Justiniano in l. ult. C. de rev. donat. relatas, hic causus verbis disertis non refertur, nec quod ibidem de atroci injuriâ habetur, haud convenienter huc applicare licet, † quippe quod Interpp. verba textus de injuria tantummodo verbali intelligent, prout etiam ex verbis præcedentibus satis liquet, Joh. Schneidew. in §. 2. vers. sciendum. n. Inst. de donat. † illud potissimum controverti videbatur: An præter causas ingratitudinis in dict. l. ult. C. de rev. donat. expressas, alia similes vel majores admittantur, ob quas æquè donationem revocare liceat? † 5 Quod quidem vulgo asserunt Dd. Anton. Gomez. tom. 2. variar. resolut. c. 4. n. 14. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. donatio. q. 21. n. 2. Jacob. Menoch. de Arbitr. jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 130. n. 3. Reinh. Bacchov. in animadv. ad Treutl. vol. 2. disp. 19. th. 7. lit. D. † Sed contra mentem ac intentionem Imperatoris in dict. l. ult. in verb. Ex his enim tantummodo causis donationes factas reverti concedimus &c. Ex quibus satis appareat, propositum fuisse Imperat. certas quasdam causas definire, ob quas donationem revocare liceret, cæterasque excludere. † Idemque probant 7 verba §. 2. Inst. de donat. ibi: Ceteris ex causis. Ut propterea nec similes, nec majores causas admittendas existimem, ob quas donatio perfecta revocari queat, cum Salyc. in d. l. ult. C. de revoc. don. Joh. Schneidew. d. §. 2. vers. sciendum. n. 6. Harpp. ad §. 2. n. 157. Inst. de donat. † maximè cum dispositio 8 d. l. ult. perse odiosa sit, ac propterea restringenda, l. si preses. 32. l. interpretatione. 42. ff. de pœn. c. odiis 15. c. in pœn. 49. de Reg. Jur. in 6to. † Quæ stante 9 sententiâ, haud difficilis erat decisio in casu præsenti, Socrum donationem revocare volentem non esse audiendam.

Ita Domini in causa A. M. & P. P. zu Ziegenrück / Menk Nov. Anno 1630. (Verba sent. Habt ihr euerin Endam eliche Feld-Güter durch eine Übergabe unter den Lebendigen über- eignet und zugewendet/ Ob nun wohl derselbe in seinem Wit- ber-Stande euer andere Tochter ein Mägdelein von 13 Jahren fleischlich erkant/ und euch hierdurch in Spott gesetzt/ dan.

dannenhero ihr berührtte Güter ex causa ingratitudinis ihme wieder zu entwenden gemeinet seyd. Dieweil aber dennoch in l. fin. C. revocand. donat. allein aus etlichen gewissen Ursachen/darunter gegenwärtiger Fall mit ausdrücklichen Wörtern nicht gesetzt/ eine Übergabe unter den Lebendigen umgestossen werden mag/ ic. So hat sich berührter euer Cydam der ihm geschenkten Güter nicht verlustig gemacht/ und ihr seyd auch dannenhero die donation zu revociren nicht befugt/ B.R.W.)

## DEFINIT. XXXII.

*Ex supervenientia liberorum revocatur Donatio etiam rei singularis.*

- N**on solum ex causa ingratitudinis, sed & propter liberorum supervenientiam donatio facta revocari potest, si nempe postea donatori, qui tempore donationis nullos habebat, liberi fuerint nati ex sanctione Imp. Constantini & Constantii 2 in l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. † Cujus legis dispositio, quia de patrono tantum & liberto loquitur, ad alium quocunque donatorem eam minùs rite extendi, autumant Anton. Fab. L. 7. conject. 14. Joh. Coras. 7. miscell. 30. Salycet. in l. 1. C. de inoff. testam. Bachov. Latè ad Treutl. in animadu. disp. 19. th. 7. lit. E. vol. 2. Donell. ad dict. l. 8. C. de revoc. donat. Connan. lib. 5. comm. 10. n. 4. & 5. Hottom. lib. 1. amicab. respons. 12. Giphan. ad dict. l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. † Quibus tamen communiter & rectè contradicunt Dd. assertores, Sanctionem d. l. si unquam. 8. C. de revoc. don. in quovis alio quoque 4 donatore obtinere. † Vel ex hac solà ratione, quod donatio ab eo facta, qui liberos non habet, videatur in se continere tacitam conditionem: Si liberi ipsi nati non fuerint, de quibus si cogitasset, verisimiliter bona sua, vel partem eorum non donasset., 5 arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonstr. † cum nemo presumatur successiones alienas propriis anteponere l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss. l. nam est. 15. ff. de inoff. testam. l. scriptio 7. §. 1. ff. si tabul. testam. null. Quæ ratio, cum non solum in patrono, sed etiam in quocunque alio donatore locum habeat, † meritò & idem jus obtinere debet, arg. l. nam ut ait Pedius 13. ff. de legib. l. illud questum 32. ff. ad Leg. Aquil. l. 108. ff. de verb. obligat. quod latissimè persequitur Andr. Tiraquell. in dict. l. si unquam. 8. verbo libert. n. 45. & scqq. C. de revoc. don. Mynsing. centur. 5. observ. 63. Modest. Pistor. part. 2. quest. 66. Joh. Schneidew. ad §. 2. vers. sciendum. n. 8. Inst. de donat. & Harpp. ad §. 2. Inst. dict. tit. Jac. Cujac. 20. observ. 5. Ant. Gomez. tom. 2. variar. resolut. 4. Bocer. de donat. c. 3. num. 10. Fachin. lib. 3. controv. cap. 85. Joach. à Beust. ad l. 1. ff. de jurejur. num. 196. Valent. Guilielm. Forster. de Domin. cap. 9. 7 n. 235. † Neque differentia hic attendenda est, an universorum bonorum, vel certæ partis donatio facta sit, Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 9. n. 1. 8 † Nam & idem est, si res singularis donata propos- 9 natur, † dummodo sit ejus estimationis, ut verisimile videatur, non fuisse patrem donaturum, si de liberis cogitasset, Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. donatio. q. 22. vers. fortius etiam.

Ita Domini in causa Michael Selsgers zu Marienberg/ M. Dec. Anno 1629.

## DEFINIT. XXXIII.

*Renunciatio revocationis à patre facta non nocet liberis, quo minus legitimam suam consequi possint.*

- P**lerique Dd. qui Constitutionem l. si unquam. 8. C. de revoc. donat. in quocunque donatario locum habere existimant, unicum hoc opinionis suæ argumentum perpetuò urgent, quod sub tacita hac

conditione donatio facta intelligatur; Si donatori liberi non sint nascituri, & quod donator de liberis sibi nascituri tempore donationis non cogitaverit, arg. l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss. quod & verissimum existimatur Defin. preced. † At quia necessarium est, de liberis cogitasse patrem, qui donationem valere voluit, etiamsi liberi ei nascantur, sequitur inde, revocationi donationis ex supervenientia liberorum validè renunciari posse, Johan. Schneidew. in §. 2. vers. sciendum. num. 9. Inst. de donat. Henr. Bocer. de donat. cap. 3. num. 133. Jacob. Cujac. lib. 20. observ. 5. Andr. Gail. 1. observat. 40. n. 13. Donell. ad d. l. si unquam. 8. num. 11. & 12. C. de revoc. don. † Potentior enim est veritas presumptione, nec potest quis dici voluisse tacitè, cuius contrarium expressè est, Bocer. dict. loc. † Sicut ergo voluntas presumpta & conjecturata operatur jus revocandi, ita in contrarium expressa voluntas jus revocandi impedit atque excludit, per tradita Tiraquell. in prefat. ad. d. l. si unquam. 8. num. 96. C. de revoc. don. Quæ tamen renunciatio non nocet liberis, † quod minus legitimam suam consequi possint, quoniam in ea jus liberis quæsitum est, quod sicut non potest quocunque dispositione ultimè, ita nec actib. inter vivos liberi auferri, Schneid. d. l. Boc. d. l. n. 133. in fin. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 36. defin. 5. num. 3. † Quæ in parte discrepat querela in officiis donationis à querelâ in officiis testamenti, per quam omnino rescinditur testamentum, l. mater decebens. 19. ff. de inoff. testam. l. Papinianus. 8. §. ult. ff. eod. tit. Novell. 15. s. 3. ne scil. pro parte valeat & pro parte non valeat, atque ita testator pro parte testatus & pro parte intestatus decedat, contra l. jus nostrum. 7. ff. de reg. jur. † Sicut & alias per supervenientiam liberorum non subsecutâ renunciatione, donatio in extraneum facta in totum rescinditur l. Titia Sejo 87 §. Imperator. 2. ff. de legat. 2. l. 8. C. de revoc. donat. Anton. Fab. lib. 3. conject. 17. & in Cod. lib. 8. tit. 36. Defin. 5. n. 2. † quamvis nec hoc semper verum sit, ut patet ex traditis Schneidew. d. l. n. 9. Et donationem quoque filio factam per supervenientiam plurium liberorum saltem usque ad legitimam rescindi probant luculentex textus in l. spater. 2. l. si filius. 4. l. si rotas. 5. l. si mater. 7. l. si liqueat. 8. C. de inoff. donat. Franc. Vivius conf. 38. n. 51. Schurff. cent. 2. confil. 36. num. 6. Andr. Gail. lib. 2. observat. 116. n. 4.

Ira Domini in eadem causa. (Verba sent. Mann nun gleich euer Vater in bevorstehender anderer Ehe ein oder mehr Kinder zeugen würde/ So möchte doch dahero nach Gelegenheit dersfalls/ und der beschlehenen renunciation angeregte donation, woffern die Kinder anderer Ehe ihre legitimam haben könnten/ zu Recht nicht hinterzogen noch umgestossen werden/ B.R.W.)

DEFINIT. XXXIV.  
*Donatio Remuneratoria non revocatur per supervenientiam liberorum.*

**Q**uamvis sit verisimile, non minùs eum, qui ultò remuneratur, quam qui sponte donat, donatum non fuisse, si nascituros sibi liberos sperasset, cum nemo presumatur successiones alienas propriis anteponere, l. cum acutissimi. 30. C. de fideicommiss. † Attamen, quia longè aliud est beneficere, aliud reddere, l. sed est. 25. §. consuluit. n. ff. ac petit. bered. l. 1. §. eleganter ff. deposit. † donationem Remuneratoriam ex causâ supervenientium liberorum non revocari, communiter probatum est, Joh. Schneidew. in §. 2. vers. sciendum. n. 11. Inst. de donat. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. donatio. q. 21. n. 4. Jason. lib. 2. Confil. 154. n. 2. in fin. † Siquidem 4 dona-

donatio, quatenus accepti beneficii ratio remunerationis causam admittit, vera donatio non est, l. Aquilius 27. ff. de donat. Jul. Clar. dict. q. 21. num. 4. Ex qua ratione, nec donationem reciprocum ob donatarii ingratitudinem revocari, scribit Anton. Fab. in C. lib. 8. tit. 36. Defin. 3. n. 8.

Ita Domini in causa Annae Stulpnerin zu Lüzen/ Mens. Jul. Anno 1634. (Verba sent. Diemus aber dennoch nach bewährtem Schluss der Rechtsgelehrten dergleichen donationes remuneratoriae per supervenientiam liberorum nicht revocaret werden mögen/ ic.)

Item in causa Andreæ Erdmanns zu Annaberg/ Mens. Octobr. Anno 1627.

Et in causa Michael Schulzeng zu Pirna/ Mens. Jul. Anno 1628.

#### DEFINIT. XXXV.

*Inofficiose donationes nec à liberis nec à parentibus revocantur, se in Remunerationem facta fuerint.*

**R**Evocantur etiam donationes inofficiose non solum parentum, sed & liberorum, si adeo immoderata & immensa fuerint, ut liberis aut parentibus non sit legitima relista. † De liberis est l. i. & tot. tit. Cod. de inoff. donat. † De parentibus l. se filius. 4. C. eod. tit. Nee refert, an ipsem donator revocari donationem velit, nec ne. † Nam & invito donatore inofficiose revocatur donatio, quia ex solo juris beneficio querela inofficiose donationis introducta est, quam donator neutquam liberis vel parentibus auferre potest, l. Titia Sejo. 87. §. imperator. 2. & §. ult. ff. de legat. 2. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 20. Defin. 2. num. u. † At quid si in remunerationem facta fuerit donatio? Vix tūm inofficiose dici poterit, quippe quā nil ferē patrimonio donatoris decrescit remunerationis intuitu, nec legitima verē diminuitur, ut vel propterea revocationem cessare, rectissimē quis dixerit. † Nec enim donatio remuneratoria propriè est donatio, sed potius quādam permutatio, vel præstiti officii compensatio, l. Aquilius. 27. ff. de donat. l. metum. 9. §. 1. vers. consiluite. ff. quod met. caus. Tiraquell. in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. numer. ii. & 12. C. de revoc. donat. Jacob. Menoch. lib. 4. Consil. 307. num. 4. & seqq. Molin. in Consuet. Parif. tit. 1. §. 30. n. 99.

Ita Domini in causa I. à M. & conjugis sua E. C. à G. Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl sonst den dergleichen inofficiose donationes auch den Eltern an ihren gebührenden legitimē nicht schädlichen seyn können/ diemus aber dennoch die von eueren Weibe euch beschene donatio nicht simplex, sondern remuneratoria ist/ dadurch der donatrici hinwiederum eine gewisse Summa Geldes und andere Güter zukommen/ davon die Mutter ihre legitimē zu fordern hat/ ic. So mag auch dannenhero obgedachte donatio remuneratoria euers Weibes zu Rechte nicht hinterjogen werden/ sondern ihr seyd euch der geschenkten Güter anzunlassen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVI.

*Bona in fraudem legitime à patre vendita & alienata quatenus à liberis revocari queant?*

**C**ommuniter ab Interpp. receptum est, Contractus parentum inofficiose nullo remedio coerceri, nec alienata à patre titulo oneroso à liberis retractari vel revocari posse, Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. donatio q. 24. num. 5. Bart. in l. hereditarium. 7. ff. de bon. autor. jud. possid. Andr. Rauchb. part. 1. q. 43.

2. n. 10. Petr. Heig. pars. 1. q. 25. num. 38. † eo, quod ante obitum patris liberi ne quidem in legitima, multò minus in reliquis bonis quicquam juris sibi sumere vel arrogare queant, l. i. §. si impubere 21. de collar. l. i. §. largius 12. ff. de success. Edict. Heig. d. l. 3. num. 41. † ac præterea ceu heredes factum præstare, & contractum vel alienationem patris ratam.

habere teneantur, l. cum à matre. 14. C. de Rei Vindict. l. 3. C. de reb. alien. non alienand. l. ea que à patre. 7. C. de restit. milit. † Non obstante, quod vivo adhuc patre liberi quodammodo domini bonorum paternorum prohibeantur, l. in suis. ii. ff. de lib. & postb. l. licet. 58. §. paternos. 1. ff. de verb. signif. §. ult. Instit. de hered. qual. & differ. † Hoc enim sola fictio juris facit propter successionis spem & alimentorum emolumentum, quod in facultatibus parentum habent. Jason. in dict. l. in suis. ii. ff. de lib. & postb. num. 17. & 18. relicta interim parentibus libera disponendi & alienandi facultate, † quia unusquisque rei suae moderator & arbiter est, l. in re mandata. 21. C. mandati. Andr. Rauchb. dict. qu. 43. num. 17. ubi latius hoc persequitur. † Neutram tamen existimarent parentes, licere ipsis liberis legitimā defraudare. Hoc enim si fecerint, liberis consultum est per actionem quasi Calvisianam & Favianam, quā alienatio fraudulenta revocatur, non quidem penitus & in totum, † sed pro modo legitimā portionis, l. fin. ff. si quid in fraud. patron. fact. sit. Bartol. in l. non usque adeo. 2. num. 1. ff. si quis à pat. man. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. donat. quest. 24. num. 5. Andr. Rauchb. dict. quest. 43. numer. 30. Phanucius de Phanuciis de inventar. heredis ac ejus benefic. p. 7. num. 160. Heig. dict. qu. 25. num. 72. † Quod & probare videtur h. Constit. 12. §. Es soll aber gleichwohl/ ic. Nec admodum difficile erit liberis fraudem parentum in alienando probare. † Etenim quia in ejusmodi alienatione inofficiose quoad lassionem legitimā inspicienda est quantitas bonorum paternorum, quae sicut tempore alienationis sive contractū, non etiam mortis parentum, secundum Gloss. & Salyc. in l. i. C. de inoff. donat. Petr. Heig. dict. quest. num. 72. † utique si lassionem quoad legitimā tempore alienationis intervenisse probabitur, vix dubium erit, quin pater fraudis particeps dici queat, præsertim quum † ejusmodi fraus per conjecturas etiam & indicia probari possit, l. ait prætor. 10. §. 3. l. se quis cum haberet. 15. l. omnes. 17. §. Lucius. 1. ff. que in fraud. credit. l. dolum. 6. C. de dolo malo. Petr. Frider. de process. in cam. extrah. lib. 1. cap. 23. num. 5. Rauchb. dict. q. 43. n. 34. Mascard. de probat. concl. 415.

Ita Domini in causa Johan. Huhls Kinder zu Dresden/ M. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Ob es nun wohl dannenhero ben solchem Kauff nochmahl verblebet/ da aber dennoch eure Kinder an ihrer gebührenden legitimē dadurch verkürzet wären/ ic. So würde das verkaufta Haus durch geschworne Leute/ dem Werth nach/ was es zur Zeit des beschenen Kauffs gültig/ billich gewürdert/ und also dann eure gebührende legitimē davon erfüllt und entrichtet/ B. R. W.)

Et in causa Vidua ac heredum Philippi à Berlepsch, Mens. August. Anno 1580. (Verba sent. Da ihr nun durch solchen Kauff an euer gebührender Väterlichen legitimē verkürzet zu seyn vermeynet/ so wird solch Gut durch geschworne Leute dem Werth nach/ was es zur Zeit des beschenen Kauffs gültig/ billich gewürdert/ und also dann eure gebührende legitimē davon erfüllt und entrichtet/ B. R. W.)

Item in causa Johann Müllers und Dorotheen Webbin/ Mens. Februar. Anno 1587. (Verba sent. So bleibt es bey solchem Kauff billich/ ic. Es wird euch aber gleichwohl eure gebührende legitimē, wosfern ihr durch solchen Kauff in der selben verleget waret/ billich ersezt und mit baarem Gelde erlegt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVII.

*Pater non observat à equalitate inter liberos, uni ex illis majorem bonorum suorum partem in subsidium sustentationis tradere posset, modò reliqui inde legitime portionis jacturam non sensiantur.*

**N**on facile quis dubitabit, patrem ad æqualem distributionem bonorum suorum inter liberos haud obligari, cum & irrequisito liberorum consensu bona sua, (salvâ tamen liberorum legitimâ) in extraneum transferre queat, + adeo, ut liberis ejusmodi alienationem impugnandi facultas non concedatur, Definit. preced. Bartol. in L. hereditarium. 7. ff. de bon. autor. jud. possid. Jason. in Auth. Unde & si parens. num. 3. Cod. de inoff. testam. + Quidni ergo ipsi liberum esset tribuere ex filiis suis, quod ipsis invitio extraneo dare non prohibetur, + expresse ita disponente Electore Saxon. Illustrissimo in b. Constit. 12. §. ii. und sonderlich/ce. quæ licet de donatione saltem loquatur, attamen quin & in venditione, aliisque alienationum modis ex identitate rationis locum sibi vendicet, nemini obscurum esse potest, perpendenti, + quod liberis ante obitum patris quicquam juris in bonis paternis sibi sumere vel arrogare non liceat, l. i. §. si impubere. 21. vers. Prematura enim est spes collationis, cum adhuc vivatis, cuius de bonis quarta debetur, &c. ff. de collat. Gloss. in Auth. si qua in verb. Si moriatur. C. de SS. Eccles. 6. & in l. i. verb. Ex duabus uncis C. de inoff. donat. + Modò tamen liberis salva remaneat legitima, quam nullâ prorsus alienatione, sive extraneo, sive uni ex liberis factâ, pater diminuere valet, b. Const. 12. dict. §. it. und sonderlich. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. donatio quest. 24. num. 5. Ant. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 21. Defin. 4. num. 2.

Ita Domini in causa Rebeccæ, conjugis Georgii Schneiders zu Dresden / Mens. April. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl euer Vater euch ferner nicht/als mit 250. fl. geholfen/ euren Mit-Geschwistern aber eine viel höhere Väterliche Hülffe gehan. Dieweil aber dennoch in dergleichen Väterlichen Hülffeln keine Gleichheit unter den Kindern zu halten nochwendig/sonder den Eltern / ihren Kindern einem vor dem andern etwas zu geben/ und mit einem mehreren zu helfen frey steht/ auch nicht zu befinden/dass ihr dadurch an euer Väterlichen legitimen verlängert oder benachtheiligt worden/ce. So habt ihr euch auch darüber zu beschweren nicht/ Fug. V.R.W.)

Et ad requisitionem des Pflegischen Gerichts-Verwalters zu Mautz/ Mens. Mayo Anno 1599.

Item in causa heredum Tobiz Gutbiers / Mens. Decembr. Anno 1633.

Et in causa Jacobi Freislebens zu Wenda/ Mens. Februar. Anno 1634.

#### DEFINIT. XXXIX.

Pater à filiis repetere potest ea, que dedit ipsi in subsidium paternum, in einer Väterlichen Hülffe.

**I**llud potissimum hic disceptatur, num donandi, an verò repetendi animo pater subsidium dederit liberis? At quia + donationis præsumptio cessat, ubique alia sumi potest conjectura, Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 88. n. 2. & lib. 3. pref. 10. Joh. Schneidew. in S. quadam actiones. 20. sub tit. de act. fam. ercisc. num. 51. Inst. de act. 3. + utique licita erit repetitio, arg. l. si paterno i. juncit. Gloss. in verb. repetitur. Cod. de negot. gest. 4. + Quod & facit l. alimenta. 11. Cod. cod. tit. Ex qua colligit Bartol. ibid. in fin. Salyc. col. fin. num. 4. & Joh. Sichard. num. 11. quod impensæ factæ circares, 5. non præsumantur factæ animo donandi; + Et tradit idem Bartol. in l. si donatione 13. num. 4. C. de collat. Si pater quid dat filio, præsumi potius id in peculum datum, quam donatum, quod & placet Salyc. in l. filia cuius 18. col. 4. vers. secundo igitur casu principali, &c. Cod. famil. ercisc. Menoch. lib. 3. pref. 30. num. 26. + Quod si verum inter patrem & filium, certè multò minus inter socerum & generum præsumetur donatio, ut tantò facilius Socero data ge-

nero in subsidium paternum repetere licet, + prot ut tradit in terminis Model. Pistor. part. i. quest. 10. + A neutro tamen nec à genero, nec à filio in subsidium data repetere licet, si cum benevolentiae affectione concurrent causa pietatis & impensæ exigutas, Menoch. dict. cas. 88. num. 61. + Nam in modicis impensis donandi animus præsumitur, secundum tradita Cyn. in l. alimenta. 11. n. 1. Codic. de negot. gest. & Salyc. ibidem. n. 2. Menoch. dict. cas. 88. num. 12.

Ita Domini in causa Chiliani Donawens Erben zu Größen/ Mens. Aug. Anno 1590.

#### DEFINIT. XXXIX.

Donatio ob causam, quæ verbis expressa est, revocari nequit, etiam si causa haud fuerit subsecuta.

**D**onatio ob causam, quia propriè donatio non est, nec ex mera liberalitate, sed sub certâ causa in aliquem confertur, l. i. l. hoc jure 19. in pr. §. 1. §. p. & ult. l. Aquilius. 27. l. si pater 34. §. 1. ff. de donat. + revocatur causâ non secutâ, & repetitio datur donanti, l. similiter. 5. C. de Condit. ob caus. + Modò causa illa respiciat favorem donantis, vel alterius, quam donatarii, veluti si dono tibi centum, ut emas fundum Titio, quæ conditio absque dubio facit causam finalem, l. Titio. 71. in fin. ff. de condit. & demonstr. l. quibus diebus 40. in fin. ff. eod. tit. + Etenim si causa respiciat commodum solius donatarii, causâ licet non secutâ, donatio tamen revocari non potest, veluti si quis Titio donaverit mille, ut sibi domum vel prædium emat. + Nam modus, respiciens commodum solius donatarii, innuit causam impulsivam, l. Titio centum. 71. in pr. ff. de condit. & demonstr. Ripa in l. si unquam 8. num. 27. C. de rev. donat. Franc. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 42. n. 6. + Quin etiam si causa commodum donantis vel alterius respiciat, attamen aliter revocari non potest, quam si causa illa verbis disertis expressa, l. i. C. de donat. quæ sub mod. l. cum ancillam 6. C. de condit. ob caus. + vel tacite ab utroque tamen donatario, quam donatore intellecta fuerit, l. cum quid. 3. ff. si cert. petat. + Nam si causa verbis non expressa, nec à donatario intellecta fuerit, licet deficiat, donatio tamen revocari nequit, l. simiores. 25. C. de transact. Bart. in l. cum donationis 34. in fin. C. de transact. Constat enim + eum, qui dedit hanc spe, quod se ab eo, qui accepit, remunerari, vel amicio rem sibi futurum existimaverit, repetere non posse, opinione falsè deceptum, l. 3. §. si quis quasi verb. Celsus ff. de condit. caus. l. si repetendi. 7. C. cod. tit. Mantic. dict. tit. 42. n. 7. ubi ex Pet. de Bellapertica hoc extendit, ut locum habeat, etiam si hoc tacite ab utraque parte esset intellectum, animo tamen obligandi inefficaciter.

Ita Domini in causa Ignatii Philippi & Martini Gerlachs zu Görlitz/ Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Habt ihr euren Schwager an einer Obligation 200. M. erlassen und geschenket/aus der Ursachen und zu dem Ende/ damit er euch richtige Rechnung thun solte. Ob ihr nun wohl denselben zu seiner richtigen Abrechnung bringen können/ dieweil aber dennoch die Erlassung der 200. M. ohne ausdrückliche Benennung vorgedachter Ursachen geschehen/ so seyd ihr auch dannenher die donation zu revociren nicht besuge/V.R.W.)

#### DEFINIT. XL.

Favorabilior est Revocatio, quæ sit ex supervenientia liberorum, quam quæ ex causa ingratitudinis, id eoque dari ex heredi, etiam si donator nunquam fuerit conquestrus.

**Q**uod dicitur, non esse permittendum heredi, ut inquietet donationes, quas ipsem donator, quam-

- 2 quamdiu vixerit, non retractavit *l. bis solis l. 7. ult. C.*  
 3 de rev. donat. † ad eas solum revocandæ donatio-  
 nis causas pertinet, quæ ex donatarii ingratitudine  
 proficiscuntur; † Ne scilicet possit heres donato-  
 ris ingratum dicere donatarium, quem donator  
 ipse non dixit, & cui videtur ingratitudinem remi-  
 sisse, Cujac. 4. *Observe. 19. Ant. Fab. in C. L. 8. t. 36. de-*  
*fin. 14. n. 2. Joh. Schneidew. in §. 2. vers. sciendum. n. 12.*  
 4 *Inst. de donat.* † At quando ex supervenientia li-  
 berorum revocanda venit donatio, licet donator ta-  
 cuerit, ipsi tamen liberi, defuncto eo, experiri &  
 5 donatum repetere possunt; † Tum, quia per su-  
 pervenientiam liberorum ipso jure revocatur dona-  
 tio, *l. 8. in verb. revertatur, ubi Gothofr. & Donell.*  
*C. de revoc. donat. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. donatio.*  
*qu. 23. n. 8. ut sic heredi non tam revocare quam re-*  
*vocationem jam ipso jure factam objicere liceat,*  
*Bald. & Salyct. ad l. ult. C. de Revoc. don. Anton.*  
 6 *Fab. dict. defin. 14. n. 3.* † Tum, quod sub modo con-  
 ditionevè non nasciturorum liberorum peracta do-  
 natio præsumatur, Myns. 5. *observ. 63.*

Ita Domini ad requisitionem Georgii Günthers zu Leipzig/ M. Jul. A. 1633. (Verba sent. Ob nun wohl die Donatrix bei ihrem Leben die donation nicht revociret/ sondern darüber *z. des verfahren/ dieweil aber dennoch vorgebachte donation ex supervenientia filia ipso jure erloschen/ und die Gerade der Mutter wiederum anheim gefallen/ce.* So haben sich auch nummehr die Söhne der geschickten Gerade ferner nicht anzumassen/ sondern es verblebet dieselbe der Tochter euerm Mündlein billich/B. N. W.)

#### DEFINIT. XLI.

*Quando donatio facta ab eo, qui jam tum habebat li-  
 beros, revocetur per supervenientiam aliorum  
 liberorum.*

A T quid, si ab eo facta sit donatio, qui jam tum liberos habebat supervenientes, an perinde ex aliorum postea natorum supervenientia revocabitur? † Non certè, si inhærendum verbis, *l. si unquam. 8. C.* de revoc. donat. ibi: (*filios non habens*) Veluti ita concludit Jul. Clar. in §. donatio. qu. 22. n. 3. in pr. † Solent tamen distingue Dd. an pater plus dilexit liberos, quam donatarium, an mindus, Franc. Ripa ad dict. *l. si unquam. C. d. r.* † Vel utrum donator filios jam natos exoslos habuerit, nec ne, Paul. Castr. ad l. C. de inoff. donat. † Quid autem, si dispar sit ratio dilectionis, vel prosequendorum odio liberorum postea susceptorum, aut jam natorum; Veluti si jam natos pater ideo exoslos habeat, quod vel ingratiffient, vel ex eâ matre suscepti, quam constanti acerimōque odio prosequebatur? † Nimurum tota hæc quæstio facti est, & in judicantis arbitrio posita, arg. *l. voluntatis. 7. C. de fideic. l. 1. §. 1. ff. ad SG. Turp. l. ordine. 15. ff. ad municip.* † In dubio autem standum est regulâ, quod ex supervenientia aliorum liberorum donatio hōc casu non revocetur ex dict. *l. si unquam. 8. C. de revoc. don.* † Nec indistinctè apprehendenda Baldi sententia in *l. 1. col. 4. v. sed quid si tempore. C. de inoff. donat.* ut nimurum donatio pro virilibus postea natorum portionibus revocetur, arg. *l. pen. ff. de jur. Codicill.*

Ita Domini in causa Sebastiani Wolfens zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Ob wohl intagdachte Wittib nach aussgerichteter donation zur dritten Ehe geschritten/ und in derselben Kinder gezeugt/ dieweil sie aber dennoch zuvor allbereit und vor aussgerichteter donation auch Kinder gehabt/ce. So ist die donation gestalteten Sachen nach ex supervenientia liberorum nicht aussgehoben noch erloschen/ce.)

## CONSTITUTIO XIII.

### P A R T I S S E C U N D A E.

Ob ein Weib ihrem Ehe-Manne die Gerade unter den Lebendigen übergeben können?

**G**erinnen sind unsere Verordnete auch einig/ob wohl ein Weib ihre Gerade donatione inter vivos verändern und übergeben kan/ so sep sie doch nicht besugt/ ihrem Ehemanne dieselbige obgesetzter müssen zuzuwenden:

Diese Donation ist auch so ferne und weit unkräfftig/ daß sie durch folgendes Absterben der Frauen nicht bekräfftigt wird.

Wenn aber die Donation antidoralis oder remuneratoria ist/ daß sie ipso jure unter den Eheleuten alsbald vom Anfang zulässlich/ so kan auch dieselbige dßfalls zu Recht vor beständig gesprochen werden/ darauff auch unsere Gerichte zu erkennen haben.

#### D E F I N I T I O N E S.

1. *Donatio gerade marito facta, ne quidem juramento uxoris confirmata valet.*
2. *Remuneratoria seu reciproca Gerada donatio qua-  
lis esse debeat, ut marito facta subficit.*
3. *Remuneratio, si in tempus futurum moris differ-  
ratur, donatio Gerada, marito facta, valida non  
est.*
4. *Donatio remuneratoria à marito in continentii, &  
in uno eodemque actu donationis Gerade fieri debet.*
5. *Mulier remunerationis causâ Geradam marito do-  
nare valens, alterius Curatoris autoritate ad hoc  
opus habet.*
6. *Donatio Gerade reciproca, non nisi in judicio,  
vel coram Notario, ab uxore marito facta, sub-  
sistit.*
7. *Ad validam donationem Gerada remuneratoriam  
inter Conjugos, requiritur traditio Clavium cum  
designacione rerum donatarum.*
8. *Reciproca Gerade donatio inter Conjugos equiva-  
lens sit necesse est.*
9. *Vendere potest Uxor marito suo Geradam, etiam in  
testamento.*
10. *Consensum Curatoris mulier, vendens Geradam  
marito, adbibere debet.*

11. Venditio Gerada, marito ab uxore minori pretio, quam revera valebat, facta, firma & valida est.
12. Venditionem Gerada, marito factam, Uxor de functa Cognata rescindere nequit ex beneficio l. 2. C. de rescind. vendit.
13. Maritus quatenus Uxori res expeditorias donare valeat.
14. Donatio inter Virum & uxorem non valeret, licet in heredes donatarii collacafuerit.
15. Donatio inter Conjuges morte confirmatur usque ad summam quingencorum solidorum, si judicialiter infrauta non fuerit.
16. Uxor marito suo consensu Curatoris in judicio validè donare potest.
17. Investitura de bonis Uxor immobilibus, seu Causa possessionis facta marito in judicio (Berichtliche

Welebung) non tribuit ipsi Dominium, nec valeret in vim donationis meritis causâ.

18. Reciproca seu remuneratoria donatio inter Conjuges valida est.

19. Donatio inter sponsam & sponsum jure subsistit. Unde & sponsa defuncta calenam morgengabiam, cum rem, ad Geradam pertinentem, ad proximam cognatam transmisit.

20. Valeret donatio inter Conjuges in febo Nativitate Christi celebrata, (Was eines dem andern läßt zum Heiligen Christi befeheren.)

21. Maritus Uxori Gerada nomine quid donare non prohibetur.

22. Inter Conjuges Empio-Venditio aliud Contractus celebrari possunt, modò Uxor alium exhibeat Curatorum.

Ita Domini in causa Georgii Mindens zu Gossengötzen/Mens. Decembr. Anno 1614. (Verba sent. Ob auch wohl einer Ehefrau bey ihrem Leben die Gerade geschworen/und ihr allein den usumfructum vorbehalten/ solche Übergabe auch mit etiam Ende beträffet/ dieweil aber dennoch dergleichen donationes zu Recht nicht geltig seyn/x. So habt ihr euch auch dannenher der Gerade nicht angemessen/ sondern es verblebet dieselbe/des geleisteten Endes ungeachtet/det Verstorbenen nächsten Nisslein billich/B.R.W.)

#### DEFINIT. I.

*Donatio Gerada marito facta, ne quidem iuramento Uxoris confirmata valeret.*

1. **I**N tantum Uxor marito geradam donare prohibetur, ut ne quidem donatio morte confirmetur, b. Const. 13. §. Diese Donation. *As quid, si juramentum mulieris accesseris?* Scio equidem, + Regulam juris communis de donatione inter conjuges prohibita, secundum plerosque Interpp. locum non habere, si juramentum sit confirmata, quod & placet Andr. Gail. lib. 2. observ. 40. num. 5. Mynsing. cent. 2. observ. 33. n. 5. Eman. Svarez. Thes. recept. 3. sensent. lib. D. n. 204. + ex sententia nimirum juris Canonici, quod juramentum confirmat interpolatum super eo, quod absque salutis æternæ dispensatio servari potest, c. cum contingat. 28. de jurejur. Et c. quamvis. 2. de pact. in sexto. licet offendat jus Civil. 4. Ita namque vulgo creditur, juramentum hoc esse tantum contra bonos mores civiles, non etiam Canonicos, Joh. Sainson. in consuet. Turon. rit. 23. art. 5. 4. gloss. i. + Sed nolo disputare, quatenus in casu presenti poccetur contra bonos mores de jure civili, vel jure canonico. Quamvis verissimè scripsit Matth. Wesenb. in not. ad Schneidew. §. alia. 2. 6. num. 63. Inst. de donas. + tale juramentum evertire jus publicum ac conjugum concordiam, ut vel propterea ne quidem de jure Canonicco servandum sit, c. donation. §. Extr. de donas. inter vir. & uxor. junct. 7. c. non est obligatorium. 58. de Reg. iur. in 6to. + Sicuti nec hoc valde urgeo, num uxor juramento suo obstringatur, nec ne? Vix enim ipsamet absque insigni levitatis nota, juramento suo contravenire, poterit, arg. c. esti Christus. 26. de jurejur. Autb. sacramenta pubera. C. si advers. vendit. + Illud solummodo contendit, juramento mulieris heredes ejusdem, vel Cognatas, quibus de jure Saxomico gerada defertur, haud impediri, quo minus donationem infringere ac geradam repetere queant, ex eo, quod donatio Uxoris marito facta procul dubio sit nullius momenti b. Constit. 13. ac proinde juramento confirmari ac corroborari nequeat, + quia juramentum nullitatis defectus non supplet, Bald. in l. 1. num. 4. C. de oper. libert. Dec. conf. 349. num. 1. & 10. 6. + nec legi prohibitoria efficaciter cum juramento renunciari potest, Gloss. in l. à dico. 58. verb. actionem. ff. de rit. nupt. & in l. 1. in fin. C. Ne fidejuss. 11. dor. dent. Dan. Moller. ad. b. Const. 13. n. 9. + Adeoque non confirmatur donatio gerada juramento quoad validitatem contractus, sed tantum quoad observationem, ut in simili dicit post Bartol. in l. si quis pro eo. 58. n. 10. ff. de fidejuss. Anton. Fab. in God. lib. 8. rit. 22. de fidejuss. l. n. 11.

#### DEFINIT. II.

*Remuneratoria seu Reciproca Gerada donatio qualis esse debet, ut marito facta subsistat?*

1. **I**cet propriè loquendo donatio remuneratoria, sive antidoralis differat à donatione Reciproca seu mutua vel vicia studinaria; + Illa squidem à præterita seu præcedentia tantum merita, hæc autem dona præsentia respicit, ut notat Tiraquell. in l. si unquam. §. verb. donatione largitus. n. 109. C. de revoc. dom. Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4. n. 45. Bocer. de don. c. 12. n. 5. & c. 13. num. 6. + Attamen indifferenter vulgo usurpari, ac una pro altera communi loquendi usu solet nominari. + Certi autem juris est, quod uxor remuneratoriæ sive reciproce Geradam donare valeat, b. Const. 13. §. Wenn aber die Donation. Quia constitutio licet generaliter loquatur, dubium tamen non est, quin cum solummodo donationem remuneratoriæ seu reciprocam admittat, + qua jure valida habetur, per tradita Goldbec. dict. membr. 4. num. 18. Etenim, ut donatio hac remuneratoria Gerada, marito ab uxore facta, jure subsistat, + subsequentia requisita attendi debent. 6 Primum namque certò constare debet tam de ipsa gerada traditâ marito, quam de hujus remuneratione ac meritis, talibus scilicet, ad qua donatarius alias non tenebatur, + nam merita jure debita non censentur merita, que robur & vim actui alias invalido tribuant, Jason. in l. si donatione. 13. C. de collar. Nec sufficit de meritis in genere dictum esse, + nisi certa fuerint denominata atque probata, Tiraquell. in dict. verb. donatione largitus. num. 57. Andr. Rauchb. p. 2. q. 11. n. 16. Proinde sicuti in donatione hæc remuneratoria gerada exprimi debet, + quippe qua sub generali donatione alias non comprehenditur. Glossa Wettbild/art. 23. n. 12. 13. & 14. Ita & de merito seu donato aliquo reciproco certò constare, + illudque verbis disertis exprimi ac realiter tradiri necesse est, si donatio hæc remuneratoria pro valida debet haberi.

Ita Domini in causa Balthasari Kempens zu Lüden/Mens. Decemb. Anno 1597. (Verba sent. Da ihr aber gedachten eurer Weibe gegen der übergebenen Gerade hinwiederum eine gewisse Summen Geldes / oder ein Stück unbewegliches Gutes/ also bald mit Vorbehalt der Erbteilung außer Acht leben/

Leben/ wirtlichen übergeben und zueignen würdet/ ic. So wäre solche Übergabe ihrer Solemnitäten halber zu Rechte beständig/ (V. R. W.)

Et in causa Christiani von Quads/ Mens. Maj. Anno 1599. (Verba sent. Da euer Haushoffrau euch ihre Gerade/ und ihr derselben gegen solcher Gerade hinwiederum in continentia; und alsbald eine gewisse Summen Geldes/ oder ein Stück unbeweglich Gut vor Gerichte durch eine Übergabe unter den Lebendigen ohne Vorbehalt des Eigentums wirtlichen übergeben und zueignen würdet/ so wäre solche Übergabe/ als eine donatio inter vivos remuneratoria & Antidoralis ihrer Solemnitäten halber zu Rechte kräftig und beständig/ (V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Remuneratio si in tempus futurum mortis differatur, donatio Gerade marito facta valida non est.*

- S**ecundo, Remuneratoria seu reciproca geradæ donatio inter conjuges tūm demum subsistit, si Remuneratio statim ac in præsenti facta fuerit, id quod ex præcedenti requisito vere dependet. † Nam si reciprocè donata res realiter tradi debet Dēfinit: præced. utique non sufficiet spes remuneracionis future. † Proin, si remuneratio differatur in tempus mortis, veluti, quod maritus in remuneracionis locum uxorem in testamento heredem instituat, vel rem reciprocè donatam post mortem demum conjugi tradi, ac dominium in ipsam transferri velit, donatio geradæ haud valida erit. † Non enim vere donatio reciproca seu remuneratoria est, quæ in aliud tempus differtur, sed potius pro simplici donatione habenda, l. cum hic statutus 32. §. si ambo 14. vers. proinde rectissimè dicerur l. 48. ff. de donat. int. vir. & uxor. Tiraquell. in l. si unquam. §. verb. donat. largitus. n. 116. C. de rev. donat. Bocer. de don. c. 12. num. 6. † Quia donatio reciproca est quædam permutatio, Gloss. in l. quod autem. 7. §. si vir & uxor. 2. ff. de donat. int. vir. & uxor. Tiraquell. dict. loc. nam. 110. † At permutatio traditionem rei ab utraque parte jam factam presupponit, l. 1. ff. de rer. permutat. Anton. Fab. 6. conjec. 9. † Quin nec propterea ejusmodi donatio subsistere potest, quia remuneratio in casum mortis dilata, facit conditionem, si nempe uxoris superstes sit maritò defunctò. † Atqui donatio conditionalis mutua ac vicisitudinaria ob incertum conditionis eventum dici nequit, ut in aperto est, Gail. 2. obs. 40. n. 7.

Ita Domini in causa Balthasar Kempfens zu Eügen/ Mens. Decemb. Anno 1597. (Verba sent. Ob gleich euer Ehemal thre volle Gerade euch durch eine Übergabe unter den Lebendigen vor Gerichte mit Einwilligung ihres Kriegischen Vorwundens übergeben und zueignet/ um des willen/ daß ihr sie in eurem angeschicketen Testamente zur Erbin eingefezet/ und wohl bedacht/ diwohl aber dennoch solches euer Vermächtnis nur auf den Todessfall gerichtet/ ic. So mag es auch für eine rechte und beständige Gegen-Gabe/ zu Latein donatio inter vivos remuneratoria oder antidoralis genemnet/ nicht geachtet werden/ und ist demnach euers Weibes euch gehane Übergabe der Gerade diffalls zu Recht nicht kräftig/ (V. R. W.)

Et in causa Michaelis Cocchii zu Oederan/ Mens. Januar. Anno 1631. (Verba sentent. Ob nun wohl der donatarius seinem Weibe der donaricia hinwiederum 100. fl. dergestalte verehret/ daß sie dieselbe/ wenn er vor ihr versterben wördet/ zuvor hinweg haben und bekommen solte; diwohl aber dennoch solche Übergabe nicht pura und ohne Bedingung/ sondern auf den Todessfall gerichtet/ und also pro donatione reciproca seu remuneratoria nicht gehalten werden mag/ ic. So ist auch die beschriebene donation der Gerade zu Recht nicht beständig/ (V. R. W.)

Et in causa Joachims von Treschauens/ Mens. Octobr. Anno 1607.

## DEFINIT. IV.

*Donatio remuneratoria à marito in continentia, & in uno eodemque actu donationis Gerada fieri debet.*

Carpz. Definit. Vol. I.

**T**ertio, remuneratoria donationis requisita est, uer Marito sit in continentia, in uno eodemque actu donationis, † Ceteroquin, si ex inter vallo sit, ut putat, si hodie uxor geradæ, post ennum demum maritus uiliq[ue] reciprocè donet, donatione gerade non subsistit, † per text. in l. qua jam supra 48. ff. de donat. inter. vir. & uxor. Andr. Gail. l. 2. obs. 40. n. 7. Hart. Pist. t. 2. obs. tit. 44. obs. 2. num. 9. Henr. Boer. de donat. p. 12. num. 3. Tiraquell. in l. si unquam. verb. donare largitus. num. 110. & 116. in fm. C. de rev. donat. † Ita siquidem donatio solidum dicitur reciproca seu mutua, quæ ita perficitur, ut eodem contextu & vestigio eodem alter ab altero, atque ita uterque aliquid confessim capiat, Tiraquell. dict. loc. † Unde & donatio haec dicitur quædam permutatio, Bocer. dict. c. 12. num. 3. † que certè præsentem rei traditionem ab utraque parte in continentia factam presupponit, l. 1. ff. de rer. permutat.

Ita Domini in causa Christiani von Quads/ Mens. Maj. Anno 1599. (Verba sent. Und ihr gegen solches euers Weibes Übergabe der Gerade/ derselben hinwiederum in continentia, und alsbald eine gewisse Summen Geldes/ oder ein Stück unbeweglich Gut vor Gerichte durch eine Übergabe unter den Lebendigen zueignen würdet/ ic.)

Et in causa Balthasar Kempfens zu Eügen/ Mens. Decemb. Anno 1597.

## DEFINIT. V.

*Mulier remuneracionis causâ Geradam marito donec re volens, alterius Curatoris autoritate ad hoc opus habet.*

**Q**uartum Remuneratoria donationis requisitum est, ut mulier alium adhibeat Curatorem, quo interveniente Marito geradæ donet, Daniel. Moll. abb. Conſt. 13. n. 11. Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4. n. 91. Matth. Coler. part. 1. decif. 12. n. 39. Jacob. Thom. decif. 6. n. 1. & seqq. † Quia de jure Saxonico uxor non potest Viro aliquid donare, vel cum ipso contrahere, nisi interveniente peculiari Curatore, qui uxori donanti, vel cum viro contra henti, autoritatem suam prestet, Zobel. in differ. juri. Civ. & Saxon. lib. 1. diff. 7. Dan. Moller. ad Conſt. Etat. 15. n. 51. part. 2. Matth. Wesenb. in parat. ff. de fundo dotal. num. 7. † Cujus rei ratio haud obscura est; Etenim uxori statim post celebratas nuptias in potestatem & tutelam mariti sui transit, art. 31. Landr. lib. 3. † Atqui jus non permittit, aliquem tutori suo ipso meti autore obligari, l. 5. ff. de autor. au tor. † Nec potest tutor auctor in rem suam fieri §. ult. ff. de autor. auctor. Quare ut alias Curator adhucatur, qui uxori donanti auctor sit, necesse est.

Ita Domini in causa Melchioris Andreæ à Trotta & Conjugis sua, Catharinae à Meusbach, ad requisitionem Johann. à Tertenborn, Mens. Febr. Anno 1605. (Verba sent. Zu welche Übergabe der Gerade des Weibes verordnet und bestätigter Kriegischer Vorwund gewilligt/ ic. So ist danach ebenso solche Übergabe ihrer Solemnitäten halber zu Rechte beständig/ ic.)

Et in causa Balthasar Kempfens zu Eügen/ Mens. Decemb. Anno 1597.

## DEFINIT. VI.

*Donatio Gerada reciproca non nisi in judicio, vel coram Notario, ab uxore marito facta subsistit.*

**Q**uinto: Præterea ad hoc, ut donatio geradæ remuneratoria seu reciproca inter conjuges valida & firma sit, requiritur, ut in loco judicii, vel coram personis nomine judicij ad hoc missis, aut etiam coram Notario & testibus facta fuerit, per Conſt. Elect. 14. part. 2. † Quæ licet de donatione geradæ in extraneum facta loquatur, & ad removendam omnem sinistram suspicionem, auto rita-

ritatem judicis vel Notarii ad perficiendam ejusmodi donationem requirat, Bald. in l. jubemus. 6. C. ad SCrum Trebell. Ludolph. Schrad. conf. 1. num. 480.

- 3 † Attamen dubitandum non est, quin idem in donatione geradæ marito ab uxore facta obtineat, idque tantò magis, † quanto facilius mariti blanditiis uxor ad donationem geradæ persuaderi potest, ut vel propterea extrajudicialiter vel absque Notario mulieri quicquam hanc in re agere non concedendum sit. † Nam in his, quæ judicialiter fiunt, vel adhibitō Notario, præsumitur animus mulieris magis deliberatus & consultus, Matth. Coler. part. 6. decif. 12. n. 28. † Ac, quod benè notandum, omnia ea, quæ in Confl. 14. p. 2. de donatione geradæ disposita reperiuntur, ad præsentem quoque casum, quo mulier marito suo geradam remuneratoriè donat, extendi, sèpius in Elect. Saxon. Scabinatu observavi. Idque non modo generalitas dicit. Constit. 14. sed etiam identitas rationis evincit, uti in apero est.

Ita Domini in predicta causa Melch. Andr. à Trottens & Conjugis sua Cathar. Meissbachia / Mens. Februar. Anno 1605.

In causa Gebhardi Marschalck zu Reichendorff & ejusdem Conjugis Sabine, geborner von Haugwitz/ ad requisitionem Pauli von Neyschitz/ Mens. Mart. Anno 1600.

Item in causa Balthasari Kempffens zu Lügen/ Mens. Dec. Anno 1597.

#### DEFINIT. VII.

*Ad validam donationem Gerada remuneratoriam inter Conjuges requiritur traditio Clavium cum designatione rerum donatarum.*

- 1 **S**extum requisitum donationis remuneratoria de geradæ inter coniuges factæ, est Traditio clavium cum designatione rerum donatarum. Ita enim sancitum ab illustrissimo Elect. Saxon. † ut mulier geradam donare volens, in judicio per Curatorem suum Donatario res ad geradam pertinet scripto comprehensas, unà cum clavibus tradat, in Constitut. 14. p. 2. in pr. † Quod nec aliter servandum, si donatio fiat extrajudicialiter, coram Notario & testibus, hoc insuper additō, ut tūm claves in conspectu cistarum & capsarum, quibus res ea continentur, vel etiam res ipsæ simul tradantur, dicit. Constit. 14. §. ult. vers. Sedoch/ se müssen die Schlüssel alsdenn/ ic. † Eaque præcise etiam observanda sunt in donatione mulieris marito facta, juxta tradita.
- 5 Defin. preced. num. 6. quippe † in quā major suspicio versatur, ut tanto cautius in hanc procedendum sit. † Ac certè in donatione quoque conjugum remuneratoria dominium geradæ transferri debet, quod non aliter quam per rerum donatarum vel clavium traditionem fieri potest, † adhibitæ rerum designatione, §. Item si quis. 44. ubi Schneider. & Wesenb. Inst. de rer. divis. l. clavibus. 74. ff. de contr. empti. l. §. pen. ff. de acquir. possess.
- 7 Ita Domini in causa Christiani à Quads/ Mens. Mai. Anno 1599. (Verba sententia. Da eure Häupter auch ihre Gerade/ nebenst einem Verzeichniß aller der selben Stücke und Überreichung der Schlüssel zu Kisten und Kästen/in welchen berührt Stücke verwahret seyn/ ic. und ihr derselben hinwiederum eine gewisse Summen Geldes übergeben würdet/ ic. So mache solche Übergabe als eine donatio inter vivos remuneratoria & antidoral ist ihrer Solennitäten halber zu Rechte kräftig und beständig/ V.R.W.)

Et in causa Christophori Günthers zu Marktendorff/ Mens. Mart. Anno 1615. (Verba sententia: Ob wohl euer Eheweib euch unter andern auch ihre Gerade Gerichtlichen durch eine donationem Remuneratoriam übergeben/ diemel sie aber dennoch bey solcher Übergabe kein Verzeichniß der Gerade-Stücken/ noch die Schlüssel dargz überreichen/ dieselbe auch sonst in Gerichten nicht gegenwärtig gewesen/ ic. Als ist auch solche Übergabe der Gerade zu Rechte nicht kräftig/ ic.)

Et in causa Christophori Günthers zu Marktendorff/ Mens. Mart. Anno 1615. (Verba sententia: Ob wohl euer Eheweib euch unter andern auch ihre Gerade Gerichtlichen durch eine donationem Remuneratoriam übergeben/ diemel sie aber dennoch bey solcher Übergabe kein Verzeichniß der Gerade-Stücken/ noch die Schlüssel dargz überreichen/ dieselbe auch sonst in Gerichten nicht gegenwärtig gewesen/ ic. Als ist auch solche Übergabe der Gerade zu Rechte nicht kräftig/ ic.)

Item ad requisitionem Johannis von Tettenborn/ M. Febr. Anno 1605.

It. ad consultationem Pauli von Neyschitz/ Mens. Mart. Anno 1600.

Ecc in causa Eliae Semlers zu Naumburg/Mense Junio, Anno 1634.

#### DEFINIT. VIII.

*Reciproca Gerade donatione inter Conjuges equivalentis sit necessaria est.*

**S**eprimo: denique ad hoc, ut donatio geradæ remuneratoria seu reciproca ab Uxore Marito facta subsistat, requiritur, ut res utrinque donata sint æquivalentes, Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4. num. 54. † Etenim per solam remuneratoriam seu reciprocam donationem Gerada in maritum transferri potest, b. Const. 13. §. ult. † Reciproca autem donatione in eo saltem, quod æquale est, vim & efficaciam mutuæ donationis habet, in superfluo vero, quo altera alteram abundat, pro simplici habetur, † nec inter coniuges valet, perinde ut nec quævis alia simplex donatio, l. ex anno. 15. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. ex morte. 9. l. lege Leonis. 10. & Autb. equalitas. C. de patr. convent. Salyc. in l. i. C. de donat. ant. nupt. Andr. Rauchb. p. 2. question. 11. n. 16. † Quod ipsum tamen cum mica salis accipi velim, ut magna solummodo inæqualitas rerum donatarum, donationem reciprocum vitiet. † Modicus namque excessus non statim simplicem facit donationem, dicit. leg. ex anno. 15. verb. si satie modicum est. ff. de don. int. vir. & uxor. Tiraquell. in l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 123. C. de revoc. donat. † quia parum & nihil in jure æquiparantur, c. licet causam. 9. extr. de probat. c. insinuante. 7. extr. Qui cler. vel vovent. Bald. in Autb. præterea. circa fin. C. Unde vir & uxor.

Hæcque sunt requisita, que in donatione reciproca seu remuneratoria, qua uxor geradam in maritum transferre valet, præcise attendi debent, pronunciantibus ita Scabinis in causa Eliae Schneidera zu Meissen / Mens. Septembr. Anno 1618. (Verba sent. Würde einer Eheweib Gerichtlichen/ mit Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens/ auch alle ihre Gerade/ vermittelst eines sonderbahren aufgerichteten Verzeichniss und Überreichung der Schlüssel schenken und ueignen/ und ihr dogegen alsbald gedachtem euerum Eheweibe so viel Geldes oder etwas anders/ so der Gerade dem Werth nach gleich/ und damit also die donatio æquivalens sey/ hinwiederum schenken/ und wirklichen überreichen/ solches alles auch Gerichtlichen registren/ und auch einen Schein darüber ertheilen lassen/ ic. So wäre solche Übergabe/ als eine donatio inter vivos remuneratoria der Gerade/ kräftig und beständig/ V.R.W.)

Item ad requisitionem Johan. à Teterborn, Mens. Febr. Anno 1605. (Verba sent. Ob nun wohl solche Übergabe ihrer Solennitäten halben zu Rechte beständig/ ic. Da aber dennoch euerem Werth nach die übergebene Gerade stücke an ihrem rechten Werth weit über 500. fl. (so der Ehemann für die Gerade seinem Weibe reciproce geschenket) wärdig/ so wöre obbenannter Ehemann seinem Werthe solche Übergabe heraus zu geben schuldig/V.R.W.)

Et ad consultationem Christophori & Alberti, fratrum ab Hunicke, Mens. Maij, Anno 1606. (Verba sent. Dieweil aber dennoch von solcher donation bey den Gerichtlichen Acten keine Nachrichtung zu befinden/ in den beydien donationibus auch eine grosse Ungleichheit ist/ also daß sie durchaus und in allen als eine rechte donatio mutua oder reciproca inter vivos, zwischen Eheleuten nicht bestehen kan/ ic.)

#### DEFINIT. IX.

*Vendere potest Uxor Marito suo Geradam, ex iure intestamento.*

**Q**uia sola donatio inter coniuges prohibetur, tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxor. † dubium non est, quin per Venditionem, aliasve similes contractus, Uxor geradam in maritum alienare valeat, Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4. n. 61. At illud centro-

- 2 controversia non caret, † Num venditio ejusmodi  
in testamento celebrari possit? placuit tamen Domini-  
nis sententia affirmativa; † Etenim cum mulier in  
testamento geradam marito suo vendiderat, ac in-  
simul pretium inde redactum in testamento eo-  
dem illi legaverat, † non solum contractum ven-  
ditionis jure subsistere, sed & pretium ex testamen-  
to maritum lucrari, responsum fuit. De hujus de-  
cisi veritate licet dubitare velit Dan. Moller. adhanc  
5 Const. 13. num. 13. eò, † quod gerada per testamen-  
tum, aliam vè ultimam voluntatem in præjudicium  
proximæ Cognatae alienari nequeat, Const. Elect.  
14. p. 2. attamen in jure fundatum hoc esse, vel ex-  
6 inde probari potest, † quod venditio in testamen-  
to celebrata subsistat, suamque naturam retineat,  
7 nec vim testamenti sortiatur, † quin et si testa-  
mentum corruat, valeat tamen Venditio, ut contra-  
ctus inter vivos, Gloss. & Dd. in l. heredes palam.  
21. ff. qui testam. fac. Tiraquell. in legib. connub.  
Gloss. 5. num. 101. & 102. Jul. Clar. lib. 3. sentent. §.  
testamentum. quæst. 75. Moll. semestr. lib. 5. differ. 5.  
8 Nicol. Boer. decif. 353. num. 4. † Ut proinde gerada  
9 in testamento vendita, per ultimam voluntatem  
neutiquam alienata dici queat. † Neque ulterius  
obstat, quod urget Moller. dict. loc. venditionem.  
istam in fraudem legis celebrari, quia fraus non  
presumitur, nec quisquam fraudare dicitur, qui  
utitur potestate sibi à jure concessâ, l. Proculus. 26.  
10 & l. fluminum. 24. ff. de dann. infell. † Et si objec-  
tio hæc Molleris alicuius ponderis esset, sequeretur  
inde, nullam pro rufus venditionem geradæ valere,  
nec unquam in præjudicium Cognatae geradam do-  
nari vel alienari posse, quod tamen est contra Con-  
stitut. 14. p. 2.

Ita Domini ad consultationem Johannis à Popschitz auff Windischenbohra/ Mens. Mart. Anno 1604. (Verba sentent. Was aber die Gerade anlanger/ ob wohl dieselbe die Testirerin der nächsten Nissel zu Nachtheil auffn Todesfall nicht vergeben können / und demnach was solcher massen davon disponiret/ zu Recht nicht b. seihen mag/ dieweil sie es aber dennoch bey solcher disposition nicht bewenden lassen / sondern die Gerade endlichen ihrem Ehemanne verkauft / und mit Überreichung der Schlüssel ihm dieselbe wirklichen tradiret/ce. So wird auch gedachten Ehemanne solche Gerade/ ungeachtet daß Verkäuferin sein Eheweib das Kauf-Geld in selbiger disposition ihm wiederum auffn Todesfall vernacht/ Kraft angezogenes Kauffes billich gelassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Consensum Curatoris mulier, vendens Geradam ma-  
rito, adhibere debet.*

- 1 Expediti juris est, quod Maritus seu legitimus  
2 tutor uxoris sua sibi ipsi consensum accom-  
modare nequeat, perinde sicut † nec pupillus tu-  
tori, ipsomet auctore, obligari potest l. 5. ff. de au-  
tor. tutor. † Quare sicuti donatio geradæ remune-  
ratoria, absque Curatore, à muliere facta marito  
4 non subsistit, Supr. Defin. 5. † Ita nec venditio ab-  
que ejusdem consensu à muliere validè celebrari  
poterit, Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4. n. 93.  
3 Nam & alias de Jure Saxonico indubitatum est, †  
quod uxor vendere marito nil quicquam posse,  
nisi interveniente peculiari Curatore, qui Uxor  
vendenti vel alias cum marito contrahenti autori-  
tatem praestet, Andr. Rauchb. p. 1. qu. 32. in pr. Tho-  
ming. decif. 14. in pr.

Ita Domini ad requisitionem Marie, vidua M. Pauli Pfef-  
fers zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1580. (Verba sentent.  
Ob nun gleich der Ehemann vor Notarien und Zeugen durch  
einen Kauff seines Weibes Gerade vor und um 150. Thl. an  
sich gebracht / dieweil aber dennoch bemeldes sein Ehe-  
Weib hierzu nicht bevormundet gewesen/ce. So mag auch  
der Kauff zu Recht vor beständig nicht geachtet werden / B.  
R. W.)

DEFINIT. XI.  
*Venditio Geradæ, marito ab uxore minori pretio,  
quam reverâ valebat, facta, firma & ve-  
lida est.*

**E**X sententia Neratii valeat Venditio inter Con-  
juges minoris celebrata, dummodo non do-  
nandi animo facta fuerit, in l. si Sponsus. 5. §. circa  
venditionem. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. vir uxo-  
ri. 17. ff. ad SCtum Vellej. l. 38. in fin. ff. de contr. empr.  
Unde concludere licet, † Venditionem Geradæ  
non annullari ex eo, quod istius valor pretium à ma-  
rito emptore solutum excedat, † quia donandi a-  
nimus non presumitur, Gloss. & Dd. in dict. l. 5. §.  
circum venditionem. 5. ff. de don. int. vir. & uxor. Bald.  
in l. quod anrem. 7. §. sibi maritus. 1. ff. de donat. int.  
vir. & uxor. Andr. Goldb. de gerad. c. 7. membr. 4.  
n. 79. Illud ergo solummodo dubium relinquuntur,  
† cur in donatione gerada antidorali, inter conjuges  
facta, equivalencia requiratur, qua tamen in vendi-  
tione gerada haud necessaria est? Sed tollitur diffi-  
cultas, si pensaverimus, † Reciprocam sive anti-  
doralem donationem in eo saltem, quod æquale est,  
vim mutuaæ donationis habere, in superfluo autem,  
quo altera alteram abundat, pro simplici donatione  
haberi, † quæ gerada in maritum transferri nequit,  
etiamsi morte confirmetur, b. Const. 13. §. Diese Do-  
nation. † At inquires, venditio quoque in eo, quod  
pluris valet gerada vendita, quæm est pretium, do-  
natio censetur? l. 1. ff. si quid in fraud. patron. Ve-  
rum equidem hoc est, & eatenus venditio pro do-  
natione habetur, non tamen geradæ, sed pretii, †  
quæ donatio pretii licet & ipsa inter conjuges firma  
non sit, siquidem remissio pretii, quatenus maritus  
est factus locupletior, non valet, d. l. si Sponsus. 5. §.  
circum venditionem. 5. ff. de donat. int. vir. & uxor. ubi  
Bald. & Dd. † morte tamen confirmatur, ut quæ-  
vis alia donatio (modò non sit Geradæ) inter conju-  
ges celebrata, l. cum hic statut. 32. ubi Bartol. & Dd.  
ff. de donat. int. vir. & uxor.

Ita Domini ad requisitionem Georgii à Stoisch, Mens. No-  
vembr. Anno 1602. (Verba sent. Hat Frau H. S. à K. eheliche  
Haushfrau durch ihren Kriegischen Vormunden iço gedach-  
tem ihrem Ehemanne ihre Gerade und weiblichen Schmuck  
vor und um 50. Ungarische Gulden/ auffn Fall sie ohne einige  
Tochter abgängen/ verkauft/ auch mit Übergebung der Schlüs-  
sel/ und Vorbehalt solche die Zeit ihres Lebens über zu gebrau-  
chen/ eigenthümlichen tradiret und zugestellet/ce. So verblei-  
bet nunmehr solche Gerade/ ungeachtet/ daß dieselbe etliche  
tausend Thaler wert ist/ Kraft des geschlossenen Kauffs dem  
Ehemanne billich/B. R. W.)

Item ad consultationem Johannis à Popschitz, Mens. Mart.  
Anno 1604.

Ec ad petitionem Sebastiani Ketwitz, Mens. Junio, Anno  
1603.

Item Caspari Meiers zu Torgau/ Mens. Octobri, Anno  
1633.

DEFINIT. XII.  
*Venditionem Gerade, marito factam, Uxor defun-  
cta Cognata rescindere nequit ex beneficio L. 2. C.  
de rescind. vendit.*

**I**cet dubium non sit, quia geradæ viliori pre-  
tio venditæ marito, ipsamet Uxor venditrix id,  
quod deest justo pretio, repetere possit, † eò quod  
remissio pretii seu donatio inter conjuges non va-  
leat, l. si Sponsus. 5. §. circa venditionem. 5. ff. de do-  
nat. int. vir. & uxor. † Attamen defuncta Venditrix  
Cognata, cui alias gerada defertur, facultas  
repetendi residuum justi valoris haud competit,  
† quia morte Uxoris remissio pretii sive donatio  
fuit confirmata, l. cum hic statut. 32. ff. de donat.  
int. vir. & uxor. † At quid, si venditrix mulier  
ubera dimidium justi pretii lata fuerit, anno in  
l. iii. 3. Cognata.

*Cognatæ ex l. 2. C. de res. Vendit. adversus maritum emptorem experiri licebit? Neutiquam certè. † Quis enim dicere ausit, Venditricem adeò fuisse ignaram pretii venditæ geradæ, ut etiam ultra dimidium veri pretii se ladi passa fuerit, cùm alias mulieres ejusmodi rerum, quæ geradæ nomine veniunt, valorem exactè scire soleant, ut dubium haud sit, quin sciens ac volens geradam tam vili pretio 7 marito vendiderit, † quo sanè casu beneficium L. 2. C. de Resc. Vendit. omnino cessat secundum Anton. Fab. part. 1. de Error. pragmat. Decad. 7. Error. 8. circa med. Trentacinqu. lib. 3. resol. 3. de empt. & vendit. n. 9. Ant. de Burgos in c. cum dilecti. 3. n. 18. 8. Sc. cum causa. 6. n. 20. extr. de empt. & vendit. † quia volunti ac scienti laesio inferri nequit, l. 1. §. usque adeò. 5. ff. de injur. l. nemo videtur. 145. ff. de reg. 9. jur. † Et sciens equipareatur renuncianti sive remittenti jus & actiones suas, arg. l. 1. §. ult. ff. de act. 10. empt. l. cuius per errorem. 53. ff. de reg. jur. † cui non est dandus regressus, l. queritur. 14. C. si venditor. 9. ff. de adil. edit.*

Ita Domini ad consultationem Sebastiani Rostners zu Leipzig Mens. April. Anno 1616. (Verba sent. Hat eine Frau von Adel in Thüringen ihrem Ehemann ihre Gerade vor und um 700. fl. mit Beziehung und Einwilligung ihres Kriegschen Vormundens läufiglich übergeben und zugeignet/ ic. Ob nun wohl selbige Gerade viel ein mehreres würdig/ und auf 4000. fl. geschätzt wird/ ic. So ist doch dessen ungeachtet der einmahl geschlossene Kauf zu Recht beständig/ und mag nun mehr von der verstorbenen Verküppferin nächstest Nissel unter dem Schein einiger lesion ex l. 2. C. de resc. vendit. nicht gefochten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

Et in casu simili ad requisitionem Mariae Arnoldin zu Leipzig Mens. Jul. Anno 1581. (Verba sent. Ob dann gleich solche Gerade mehr denn noch die Hälfte so viel werth gewesen/ ic. So mag dennoch solcher Kauf von der verstorbenen Nissel nicht umgestossen werden/ V. R. W.)

### DEFINIT. XIII.

*Maritus quatenus Uxori expeditorias donare valeat.*

1. **Q**uum maritus quidam conjugi res expeditorias, vulgo das Heer. Geräthe/ donare vellet, querebatur, an bac factere ipsi licenter, & numerus 2. donatio bac subsisteret? † Minus sanè dubium erat, 3. ejusmodi donationem invalidam esse, † nisi remuneratorie fieret, cum nec simplex aliarum rerum donatio inter conjuges valeat, l. 1. 2. l. 3. & tot. tit. ff. de don. int. vir. & uxor. Johan. Schneidewin. ad §. alia aurem. 2. n. 57. Inst. de donat. Anton. Tessaur. dec. 4. 32. n. 1. & seqq. † Sed nec per donationem remuneratoriam sive reciprocam Maritus rea expeditorias in Uxorem transferre potest, nisi judicialiter vel coram Notario & testibus hasce res præsentes conjugi tradiderit, ac res utrinque donata æquivalentes fuerint, quia non aliter mulier geradam marito donare valet secundum supra dicta. † Argumentum vero à Gerada ad res expeditorias, & contra, in jure Saxonico frequens & probabile est, Gloss. in Art. 19. Landrecht. lib. 1. lit. C. & in art. 24. verb. nach dem Heergeräthe dict. lib. 1. art. 15. 3. Landrecht. Andr. Goldb. de Gerada c. 5. rubr. de success. Cognat. transv. n. 23. & 49. Matth. Coler. de processu execut. p. 1. c. 3. n. 273. † Ex quo infero, donationem rerum expeditoriarum, hoc modo factam, valere, si mulier in remunerationem geradam marito donaverit.

Ita Domini in causa Elias Schneiders zu Meissen/ Mens. Septemb. Anno 1618. (Verba sentent. Würde euer Ehemann euch alle ihre Gerade gehöhrender massen schenken und zu eignen/ und ihy dagegen alsbald gedachtem euerem Ehemannen remuneratorie euer Heergeräthe/ und so viel Stücke dazw gehörig würlischen/ in Wysen derer dazu erfoderten Gerichts-Personen/ traditien/ darzubehren auch so viel Geldes/

oder etwas anders/ so der Gerade dem Werth nach gleich/ daß also die donatio æquivalens sei/ ihm überreichen/ solches auch absonderlichen registriren/ und einen Schein darüber ertheilen lassen/ ic. So wäre solche Übergabe als eine donatio inter vivos remuneratoria der Gerade und des Heer. Geräths auff beyden Theilen kräftig und beständig / V. R. W.)

It. in causa Andreæ Teuffels zu Annaberg/ Mens. Febr. Anno 1628.

Et in causa Benedicti Thomæ zu Möckritz/ Mens. Jul. Anno 1635.

### DEFINIT. XIV.

*Donatio inter virum & uxorem non valet, licet in heredes donatarii collata fuerit.*

**I**ndubitate juris est, donationem inter maritum & uxorem non valere, nisi morte confirmetur, l. cum hic status. 32. ff. de donat. int. vir. & uxor. † Quod nec aliter se habet in foro Saxonico, lib. 1. Landrecht. art. 31. §. Darum mag kein Weib. Matth. Wesenb. in parat. ff. de donat. int. vir. & uxor. n. 5. Schneidew. in §. alia autem. 2. n. 57. Inst. de donat. Coler. p. 1. dec. 12. n. 22. Christ. Zobel. part. 2. differ. 20. n. 1. † At quid, si Maritus Uxori ita donaverit, ut si illa, superstite se, deceperit, res donata ad ipsius heredes perveniat; annon tūm, marito superstite, donatio in persona heredum sustinebitur? † Dubium equidem movet textus in dict. l. cum hic status. 32. §. si nurus. 18. ff. de donat. int. vir. & uxor. ubi donatio Socero facta, † cui non minus donare prohibetur § Nurus, l. 3. §. videamus. 1. ff. eod. tit. defuncto eo in ipsius herede, marito scilicet, adeò subsistit, ut morte donatricis confirmari queat. † Quem textum singularem dicit Bald. ibidem. de ejusque intellectu & lectione valde laborant Ant. Fab. lib. 5. conject. 17. & Jac. Cujac. lib. 25. observ. 9. Sed nihil inde ad casum præsentem inferendum. † In dict. enim l. 32. 7. §. si nurus. 18. ff. d. t. ideo donatio à Nuru Socero facta sustinetur, quando maritus heres Soceri sit: quia contemplatione mariti donatio facta censetur; unde in ipsius persona morte donatricis confirmari potest. † At in casu proposito persona donatrix, Uxoria nimurum, potissimum in consideratione est, quare ab initio statim donatio nulla atque irrita habetur, nec jam amplius in persona heredum confirmari potest, † cum ad eum statum pervenerit, à quo incipere nequit, Vid. Thoming. decif. 9. in fin. Hart. Pist. observ. 84. & ibid. in not. Sim. Ullr. Pist. † Idque probatur per text. in l. à marito. 18. C. de donat. inter. vir. & uxor. ubi expressè habetur, quod donatio, à Marito in Uxorem facta, nec initio dominium transferat, nec poste à si prior persona, quæ liberalitatem accepit, rebus humanis fuerit exempta, possit convalescere. † Nec enim, quando contractus principalis non valet, reliquæ clausulæ, de heredibus accessoriæ annexæ, subsistere possunt, p. notat Gloss. in l. si patronus. 3. §. patronum. 2. in verb. Faviana. ff. si quid in fraud. part. Bald. in l. Imperator Titius. 8. col. 4. ff. de stat. hom. Hart. Pist. dict. obser. 84. n. 12.

Ita Domini in causa Melchior Luders zu Pegnitz/ Mens. April. Anno 1616. (Verba sentent. Habt ihr euerem Ehemannen etliche Mobilien an Hausrath und Baatschaft verehret/ dergestalt/ daß solche nach ihrem Absterben auf eure neueste Erben kommen und fallen sollen/ wenn nun gleich bemeldet euer Ehemann vor euch versterben möchte/ ic. So wäre doch die beschene donation, so viel auch ihre Erben anlangt/ zu Recht unkräfftig/ und dieselben der geschenkten Stücke sich anzutragen nicht befugt/ V. R. W.)

### DEFINIT. XV.

*Donatio inter Conjuges morte confirmatur usque ad summam quingentorum solidorum, si judicialiter insinuata non fuerit.*

Nemo

**N**emo existimet, donationem inter virum & uxorem in tantum legibus improbari, ut nullo proflus casu valere queat. Quid enim, si revocata non fuerit, sed donator in voluntate ea usque ad mortem perseveraverit? † Morte tum confirmari donationem inter Conjuges, & in persona heredium valere, probant text. in l. cum hic flamus. 32. §. 2. & seq. ff. de don. int. vir. & uxor. l. t. l. donatio. 3. l. si mari-  
 tor. 10. C. cod. tlo. Matth. Coler. part. i. dec. 12. n. 14. Joh. Schneidew. ad §. alia. 2. n. 59. Inst. de don. Andr.  
**G**ail. lib. 2. obs. p. n. 1. † Modò vivente adhuc doha-  
 tore secuta fuerit traditio rerum donatarum, se-  
 cundam Bartol. in l. Papinianus. 23. ff. de don. int. vir.  
 & uxor. quem sequitur Andr. Goldb. in tr. de Ger ad.  
**p.** 155. n. 13. † Sed, quid juris in donatione, summam  
 quingentorum solidorum excedente, judicialiter non  
 inserviat? † Et hanc etiam ultra legitimam sum-  
 mam morte conjugis confirmari, arbitrii quis  
 posset; † quia ejusmodi donatio assimilatur do-  
 nationi mortis causa, & valet in vim fideicommissi,  
 L. in donationibus. 12. C. ad Leg. Falcid. Ergò non o-  
 pus videtur insinuatione; † Sicuti nec ea requiri-  
 tur in legatis & fideicommissis, Modest. Pst. part.  
**q.** 4. q. 145. n. 8. † At, contrarium placuit Imperat.  
 Justiniano: Donationes nimis inter coniuges usque ad legitimam solummodo summam morte confirmari, si actis non fuerint intimatae, ita sancienti in l. donationes. 25. C. de don. int. vir. & uxor. Joh. Schneidew. in dit. §. alia. 2. n. 59. Inst. de donas.  
**g** † Mors enim confirmat tantum donationem quo-  
 ad impedimentum conjugii, quod morte solvitur, non supplet reliquias solennitatis, Bald. & Salycet.  
 10 in d. l. donationes. C. d. t. † Itaque si mulier sine Curatore, vel judicis autoritate rem immobilem donaverit, non confirmatur in foro Saxomico morte talis donatio, justæ solennitatis experts, quam mors supplere nequit, Matth. Welsenb. in not. margin. ad Schneidew. dit. loc. lit. a.  
 debet; † quæ inter coniuges propterea non im-  
 probatur, quod in his, quæ judicialiter fiunt, pre-  
 sumatur animus conjugum magis deliberatus &  
 consultus, Coler. d. dec. 12. num. 28. Et enim, si cer-  
 tas ob causas de suis bonis in vita sua disponere quid  
 intendunt coniuges, non denegandum eis est hoc  
 arbitrium l. in remandata. 21. C. mandat. † Cum iniquum sit liberis & ingenuis hominibus liberam  
 rerum suarum administrationem non esse, l. non  
 usque adeo. 2. ff. si quis à par. man. fuerit. In uxore  
 tamen, donante quid marito, autoritas magistratus non sufficit, † sed consensus Curatoris præcisè requiritur; Quia mulier nullum actum judicialem  
 absque consensu Curatoris firmiter celebrare pot-  
 est, per text. in art. 46. lib. 2. Zander. † Et in foro Sa-  
 xonicō absque Curatoris autoritate, in judicio ce-  
 lebratus mulieris actus nunquam tanti habet  
 momenti, quin si pœnitere velit, possit illum revo-  
 care & rescindere; † Cum pacta mulierum, dete-  
 riorem dotium conditionem facientia, non magis  
 valeant de jure communi, quam actus pupillorum  
 gesti sine tutorum autoritate, secundum tradita Co-  
 ler. dit. decif. 12. n. 38.  
 Ita Domini in causa Ludolphi Schmidts zu Eisenberg/ M.  
 August. Anno 1633. (Verba sent. Hst euer Chethwitz in abge-  
 wichenem Jahre ihr Wohn-Haus/ so sie von ihren Eltern er-  
 erbet / eigenthümlichen übergeben. Ob nun wohl sonst  
 unter Chethwitz dergleichen donatio inter vivos nicht zulässig  
 ist / viertet aber dennoch beweist dem euerer Chethwitz  
 hierzu ein Curator verordnet worden / mit dessen Einwilli-  
 gung sie für Gerichte/ da sie zwor die Sache zur Güte er-  
 toweret / gebachtes Haus euch geschendet / solche donatio  
 auch den actis insinuiren lassen/it. So wird gestalten Sachen  
 nach/ berührte donatio inter vivos, nach gemeinem Wohn-  
 der Sachischen Rechtsgelehrten/vor kräftig bißlich gehalten/  
 V.R.W.)  
**DEFINIT. XVII.**  
*In vestitura de bonis Uxoris immobilibus, seu cesso pos-  
 sessionis facta marito in judicio, Gerichtliche Belehs-  
 tung/ non tribuit ipsi dominum, nec valet in*

*vim donationis mortis causa.*

**H**ilce in Provinciis usitatisimum est, ut mulier res possessionem bonorum immobilium cedant maritis, eosque de his investiri faciant in iudicio; qui propterea dicuntur *lehensträger*/ omniaque onera, quæ alias Domino ac possessori incumbunt, sustinent. † Quæ tamen cessio ipsis dominium haud tribuit. Et si enim uxor per donationem, inter vivos in iudicio factam, bona sua consensu Curatoris in maritum transferre queat, juxta tradita defin. *præced.* † Attamen hoc ipsum non aliter accipietendum est, quam si mulier in iudicio resignet dominio pariter, ac possessioni bonorum suorum, eaque expresse donet marito. † Secus verò, si cedat ipsi solam possessionem, eumque de bonis suis investiri faciat, als einen *lehensträger* hoc sine, ut onera civilia ac servitia consueta præstet, quæ alias formine haud injungi solent. Qualis sane cessio donationem non facit, † ad quam excludendam qualibet alia conjectura potius sequenda est, l. si non solum. 26. S. si quis falso 2. ubi Bart. ff. de cond. indeb. Franc. Card. Mantic. de taxit. *C*ambig. *convenientia*. 2. lib. 3. rit. 9. num. 26. † Neque donatione presumitur, præfertim inter conjuges, cui alias lex resistit, l. *utrum* 47. ff. de donat. l. et vir. Et uxor. ubi Salycet. *in fin.* † Quod enim expresse fieri non potest, nec tacite actum intelligitur, & quæ ad terram. 14. ff. locat. Bald. *in Aarb. ex refamento*. num. 5. E. de collat. † *Quin etiam* uxor in hac cessione perseveraverit, eamque ante mortem non revocaverit: nihilominus tamen, defuncta illa, dominium bonorum eius hereditibus credit, nec ad maritum superstitem

*uxor marito suo coniugij Curatoris in iudicio  
validè donare potest.*

**H**aud pauci existunt casus, quibus donatio inter conjuges validè ac efficaciter celebrari potest; quos referunt copiosè Interpp. Joh. Schneidew. in *S. alia. 2. n. 58. & seqq. Inst. de donat. Dom. Card. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 690. 691. Berlich. part. 2. concl. 15. n. 5. & seqq. Matth. Coler. part. 1. 2. dec. 12. ¶ Inter hosce casus admodum notabilis est: Si Uxor coram Magistratu peculiarem Curatorem sibi eligat, ejusque auctoritate marito donet, vel è contrario: ¶ Tamen enim donatio hac inter vivos, sive sit rerum mobilium, sive immobilium, inter conjuges rectè valebit; modò etiam actis publicis insinuetur, per Gloss. lat. (ubi ita de consuetudine practicari testatur) ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 31. lit. I. Quam sequitur Matth. Coler. dist. decif. 12. mom. 24. ubi ita quotidie in ordinibus Scabinatibus pronunciari dicit. ¶ De qua observantia etiam testatur Schneidew. d. l. n. 64. in fin. Zobek part. 2. 1. dist. 22. n. 24. ¶ Licet enim jus Saxon. in dist. art. 31. lib. 1. Landr. nullam uxorem marito suo donare posse statuerit: Attamen hac prohibitio ad donationem, in iudicio factam, hancquaque extendi*

**9** pertinet; † Quia ejusmodi cessio, contra intentio-  
nem cedentis, vim donationis mortis causâ non ha-  
bet; Neque hæc præsumitur, † nisi expreßè ita  
donatum, ac mortis mentio facta fuerit, l. Seja. 42.  
S. ult. ff. de mort. caus. donat. Jul. Clat. lib. 4. sent. S.  
donat. q. 4. n. 2. Gomez. lib. 2. var. resolut. c. 4. n. 15. Ja-  
cob. Menoch. lib. 3. pres. 35.

Ita Domini in causa hereditum Caspari Reichels zu Reich-  
stadt/Mens. Jul. Anno 1628. (Verba sent. Hat Jacob Eugens  
Wittib zu Heckendorff An. 1596. ein Gut erkaufft/ darauff sie  
sich nachmahlis mit eurem Vetter Caspar Reichel veredelt  
het; Ob sie nun wohl demselben das erkaufte Gut in Lehen  
reichen lassen/ic. So hat doch gedachter Caspar Reichel das  
Eigenthum des Guts dadurch nicht erlanget/ sondern ist al-  
lein für einen Lehenträger zu achten gewesen/ic.)

Et ad requisitionem Georgii Christopori à Kitzscher zu  
Echterbach/Mens. Mayo, Anno 1627. (Verba sent. Ob sich nun  
wohl igegegadachter Ehemann Hans Busch des Guts anzumas-  
sen gewähret/ mit Fürwanden/ daß sein verstorbener Ehemann  
bey ihrem Leben ihm solches in Lehen geben lassen/ic. Dieweil  
er aber dennoch dadurch das dominium des Guts nicht erlan-  
get/ sondern dasselbe dem Ehemann eigentümlichen verblie-  
ben; So hat sie auch nachmahlis solches Gut guss ihre Kin-  
der bracht und verfälscht/ und es hat sich der überlebende Ehe-  
mann dessen nicht anzumassen/B. R. W.)

Item ad consultationem Johannis Költschen zu Döllisch/  
Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sent. Ob sie nun wohl darauß  
bekleidte Güter ihrem Ehemann in Lehen reichen lassen/ic.  
So hat doch derselbe das Eigenthum gedachter Güter da-  
durch nicht erlanget/ sondern ist allein vor einen Lehenträger  
zu achten gewesen/ic.)

**11** † Ex speciali tamen ac inveterata consuetudine hu-  
jus Urbis Lipsiae, ejusmodi cessio possessionis, seu  
investitura, de bonis uxoris marito facta, vim & ef-  
ficaciam donationis mortis causa habet, adeo, ut de-  
functa uxore, superstes maritus, vigore hujus ces-  
**12** sionis, proprietatem bonorum consequatur. † Qua-  
re si mulier cedat possessionem bonorum suorum  
marito, deque hisce in judicio investiri cum facit,  
Stellt ihn für zu einem Lehenträger/ Magistratus ipsi  
**13** hoc notificare solet; † ne incia hujus consuetu-  
ditis, iure suo quasi defraudetur, sed pro lubitu vel  
alium possessorem sistere, vel cessionem revocare,  
aliudve disponere queat.

Ita Domini ad requisitionem Christophori Franchens zu Leip-  
zig/Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl sonst  
nach Gewohnheit und Herkünften dieser Stadt/ vergleichen  
Belehnungen unter den Eheleuten nur eben die Würdung  
einer Übergabe auffn Todesfall haben/ic.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Reciproca seu remuneratoria donatione inter Con-  
juges valida est.*

**1** **V**ALET donatio inter virum & uxorem, quando  
ex ea donator pauperior non sit, nec donatarij  
locupletior, l. sed et si. 25. ff. de donat. int. vir. & uxor.  
l. 3. ff. pro donato. Matth. Wesenb. parat. ff. de donat.  
int. vir. & uxor. n. 4. in fin. Joh. Schneidew. in S. alia.  
**2** 2. num. 58. Inst. de donat. † Ex quo corruit opinio  
Dan. Mollerius statuentis, ne quidem antidoralem  
seu remuneratoriam donationem inter Conju-  
ges valere, in Const. hac 13. num. 6. † Etenim,  
quia donatio reciproca & remuneratoria sit cum  
onere & spe, ut tantum recipiat donator, quantum  
donat, indeque paupertas non metuenda est, satis  
liquet, ejusmodi donationem inter virum & uxo-  
**4** rem bene subsistere; maxime, † cum mutua sou-  
civisitudinaria donatio propriè non sit donatio,  
5 l. Aquilius. 27. ff. de donat. † Quod & probatur  
per text. in l. quod autem. 7. S. si vir & uxor 2. ff. do-  
nat. int. vir. & uxor. l. si pater puelle 12. ubi Dd.  
C. de inoff. testam. Andr. Gail. lib. 2. obser. 40. n. 7.  
Schneidewin. dict. S. alia. 2. n. 61. Matth. Coler. p.  
1. decif. 12. num. 44. & seqq. Mynsing. cene. 2. ob-  
**6** serv. 33. n. 6. & seqq. † Nec obstant textus à Mol-  
lero allegati in l. 1. l. 2. l. 3. ff. de donat. int. vir &

uxor. ad quos respondet Berlich. part. 2. concil. 5  
num. 11.

Ita Domini ad requisitionem Christophori Franchens zu  
Leipzig/Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sent. Dieweil es aber  
dennoch mit gegenwärtiger Übergabe diese Beschaffenheit  
hat/dass solche pro donatione remuneratoria, so unter den E-  
heleuten zugleich und gültig ist/ zu halten/ic.)

#### DEFINIT. XLIX.

*Donatio inter Sponsum & Sponsam jure subsistit: Un-  
de & Sponsa defuncta catenam Morgengabicanam, cen-  
rem ad geradam pertinentem, ad proximam  
Cognatam transmittit.*

**Q**uod de prohibitâ donatione inter Conjuges 1  
dictum fuit, illud ad Sponsum Sponsamve ex-  
tendi non debet. † Etenim, si conjuges sibi invi- 2  
cem ante nuptias quid doneat, veluti catenas, ar-  
millas, annulos &c. uti in Germania fieri solet, do- 3  
natio hæc omnino subsistit; † Nec matrimonio se-  
cuto revocatur, l. inter eos. 27. l. Seja Sempronia 66.  
S. virginis 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. Joh. Schnei-  
dewin. ad S. alia autem. 2. numer. 62. Inst. de donat.  
† Quin & valida est donatio, quam Sponsus Nobis 4  
Sponsæ post concubitum manè solenni nuptiarum  
die facit, dum ei catenam auream donat; quam  
donationem vulgo vocant Morgen-Gabe. † Quia 5  
hæc donatio ad nuptiarum solennia pertinet. At-  
qui donationem eorum, quæ necessaria sunt ad se-  
lennia nuptiarum & contrahendum matrimonium,  
inter Sponsum & Sponsam valere, docet Roman.  
in confil. 146. ex l. si quis pro uxore. 21. vers. in contra-  
bendo matrimonio ff. de donat. int. vir. & uxor. † 6  
Quem sequitur Natta in confil. 317. tom. 2. & Hartm.  
Pistor. lib. 1. qu. 44. num. 11. † Linde & fit, quod hanc 7  
catenam, cen rem ad geradam pertinentem, Uxor  
ante maritum decedens, ad proximam Cognatam  
transmittat, Hartm. Pistor. dict. qu. 44. n. 7. † Ex 8  
generali præsertim consuetudine, quæ mundus mu-  
liebris, & utensilia in fore Saxonico, non tam ex  
donatione antea facta, quam ex juris Saxonici pro-  
visione, ad defunctæ uxoris cognatas pertinent, Pi-  
stori. dict. loco num. 8.

Ita Domini ad consultationem Antonii Boceri Cottense 23  
Wiesenstadt/Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. Daß die  
goldene Kette/welche Juncker J. H. seinem verstorbenen Weib  
vor dessen nach gehaltenem Beylager zur Morgen-Gabe ge-  
schenket/zur Gerade gehörig/und der Verstorbenen nächsten  
Neffel böhlich abgefoltget wird/B. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Valeat donatio inter Conjuges, in festo Nativitate  
Christi celebrata, was eines dem andern läßt  
zum heiligen Christ bescheren.*

**E**X consuetudine universalis in toto serè Chri- 1  
stianorum orbe receptum est, ut festo Nativita-  
tis Christi parentes liberis suis, & conjuges sibi 2  
invicem munera offerant, in memoriam Dei incar-  
nati, & ex pia congratulatione de Christo hominē  
nato; Lassen es zum heiligen Christ bescheren. † Quam 3  
donationem inter Conjuges universalis Germania  
obseruantia approbat, eamque rescindere & revoca-  
re admodum impium esset. † Nam & alijs donatio-  
nibus causâ facta, inter conjuges quoque subsistit;  
juxta tradita Roman. in confil. 146. & Hart. Pistor. lib.  
1. qu. 44. n. 12. per l. quod adipiscende. 40. cum l. seqq.  
ff. de donat. int. vir. & uxor.

Ita Domini in causa Gottliebs von Röderig zu Stauchau  
Mens. April. Anno 1633. (Verba sententia: Hat eure Mut-  
ter eurem Stief-Vater Zeit währender Ehe zu unterschie-  
denen Jahren von ihrer Gerade etliche Ketten/Armbänder/  
Ringe/ und ander Geschmeide zum heiligen Christ geschen-  
ket/ic. So verbleiben thue solche Stücke als sein Eigen-  
thum böhlich/ic.)

## DEFINIT. XXI.

*Maritus uxori Gerade nomine quid donare non prohibetur.*

**D**um mulies marito geradam donare prohibetur, Glöſſ. art. 31. lib. 1. Landr. & Glöſſ. Lehent. c. 57. vers. Ihr follet wissen. b. Conſt. Elec. 13. nec contra marito, geradæ nomine uxori quid donare, licet arbitrari quis posset. Ex natura correlativo-rum, † in quorum uno & quid dispositum est, id ad aliud quoque correlatum extendi debet, l. fin. C. de indiſt. viduit. Everh. in loc. à correlat. n. 3. Sed infringit hoc argumentum, ex natura correlatorum desumptum, † dispar ratio Viri & uxoris, quæ in eo consistit, quod species, quæs maritus Uxori donat, nondum sint Gerada, antequam in dominium uxoris pervenerint. f. Viri namque geradam non possident, sed omnia, quæ habent, sunt hereditaria, art. 5. in fin. lib. 1. Landr. Dan. Möller. 2. ſemestr. 6. num. 5. 2. † Quid ergo mirum, ut liceat marito geradæ nomine donare quid uxori, quod tamen ē contrario uxori, geradam possidenti, haud regulariter concessum est. † Eaque donatio Geradæ, uxori à marito facta, adeò valet, ut mortis confirmatione non indigeat, sed res donatae, licet uxor ante maritum fatō fungatur, unà cum cæteris speciebus, ad Geradam pertinentibus, ad proximam Cognatam devoluntur, art. 27. lib. 1. Landrecht. art. 38. l. lib. 3. Landr. Weichbild. art. 23. in fin. Andr. Goldb. de gerad. cap. 7. membr. 4. n. 98. Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 31. 7 n. 11. & 37. † Et licet alias donatio inter coniuges prohibita sit: attamen ad casum praesentem prohibito hæc propterea trahi non debet; quia res, ad Geradam pertinentes, ut plurimum ad sustentationem rei familiaris, & ut uxor eō lautiūs incedat, comparantur; † Quem in finem maritus uxori donare non prohibetur, arg. l. si ut certo s. S. interdum 10. ff. commod.

Ita Domini in causa Viduz Henrici Möckels zu Delscha/ Meul. Januar. Anno 1629. (Verba sentent. Hat Sebastian Morach seinem Weibe/ eurer Muhmen/ viel Betteln/ leinen Gerach/ und andere Gerade-Stücke verehret und geschencket/ ic. So ist solche donatio zu Recht kräftig/ und hat demnach bemeldte eure Muhme nach ihrem Absterben/ unangeschien ihr Mann noch am Leben ist/ solche Gerade-Stücke auf euch/ als ihre næhste Niffel/ gebracht und verfahret/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

*Inter Coniuges Empio-Venditio aliuvè Contractus celebrari possunt, modo Uxor alium adhibeat Curatorem.*

**D**ubium non est, quin Vir & uxor invicem emere & vendere, societatem contrahere, mutuū dare, pignorare, permutare, deponere, omnisque generis contractus celebrare possint, † ſola donatio ne excepta, Bald. in l. ſi prædia 59. in pr. ff. de don. int. vir. & uxor. & in l. quod autem. 7. ff. cod. ſit. Salye. in l. ult. C de part. Ant. Hering. in rr. de fidejuss. c. 6. n. 103. † In foro saltē Saxonico videtur impedire hosce contractus id, quod vulgo dicitur: Mann und Weib haben nicht gezwungen Gut/ art. 31. lib. 1. Landr. Quomodo ergo contrahere poterunt, ſi bona habeant indivisa? † Sed accipiendum est hoc non de proprietate, ſed ſolum de possessione & usufructu, ut explicat Glöſſ. latin. ad text. german. difſ. art. 31. lit. a. ex textu latino illius artic. † Nil ergo obſlat, quod minus etiam in foro Saxonico, quantum ad proprietatem bonorum, contrahere invicem queant Coniuges. † Quod & observantiā ita receptum est, teste Dan. Moller. ad Conſt. Elec. 13. num. 50. part. 2. Hier. Panschm. lib. 2. qu. 5. num. 27. † Modo Uxor, cum marito contrahens, alium adhibeat Curatorem, qui consenſum & autoritatem ſuam interponat, Moller. d. l. Matth. Wefenb. conf. 11. num. 4. Thoming. decif. 14. n. 1. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 1. num. 24. vers. Derowegen ſie ihme/ ic. Andr. Rauchb. p. 1. q. 2. n. 48. qu. 24. n. 2. † Nam maritus autor uxori in cauſa propria elle nequit, l. pupillus 5. in pr. ff. de aut. tutor. † Cauſa autem propria mariti dicitur, cuius utilitas ad ipsum pertinet, l. i. S. in propria. u. ff. quando appell. ſit l. 10. C. de testibus.

Ita Domini in cauſa Andreæ Bernhardi zu Döllisch/ M. August. Anno 1632. (Verba ſent. Ob nun wohl ſolche Übergabe für ein Testament nicht zu halten. Dienzil aber demnach bemeldtes euer Ehemann/ mit Zugleichung und Einwilligung ihres Kriegiſchen Vermundens/ auch ihrem Ehemann ſolche Breite Landes vor und um 100. fl. baares Geldes verkauft und zugeschlagen/ ihr darauff Verkaufserin euerem Ehemanne das Kauf-Geld abgestattet/ welches ſie hernach den Gerichten durch ihren Curatoren anmelden/ und diese Handlung dem Gerichts-Buch einzuleben lassen/ ic. So ist ſolcher Kauf zu Recht beständig/ und ihr ſeyd euch dannenhero des erlaubten Tatters eigenhülflichen anzumaffen wohl befugt/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XIV.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wie die Gerade der nechſten Niffel zu Nachtheil kan vergeben werden?

**G**urch Testament oder andern leſten Willen kan die Gerade der Niffel zu Nachtheil nicht verändert werden/ aber durch die Übergabe unter den Lebendigen/ & ſic inter vivos (ſo nicht durch die Frau ihrem Ehemann geschicht) kan die Gerade der Niffel entzogen werden/ also und dergeſtalt/ daß die Frau durch ihren Kriegiſchen Vermunden/ vor Gericht in ihrem Bepſeyn/ dem donatario ein Verzeichniß mit Überantwortung der Schlüssel ſoll übergeben lassen/ welches hernach dem Gerichtsbuch einzuleben/ und ob gleich die donirten Stücke nicht gegenwärtig ſeyn würden/ dennoch aber/ weil ſolche Übergabe Geſetz.

Gerada in Präjudicium proximæ Cognatæ alteri donari quomodo poſſit?

**B**er testamentum aut aliam ultimam voluntatem, in præjudicium cognatæ, gerada alienari nequit. Per donationem autem inter vivos, non marito factam, illi auferri potest, hoc pacto, ut mulier ipsa praesens in judicio per procuratorem ſuum donatario res, ad Geradam pertinentes, scripto comprehensas, unà cum clavibus tradat, eaque designatio libro publico judicij inseratur. Tum enim, eti res ipſæ in conſpectu non ſint, cum donatio in loco judicij, judice ſedente pro tribunali, facta ſit, firma & valida pronunciabitur.

Kkk

Quod

richtlich / und in loco judicij, judice sedente pro tribunali, geschehen / soll sie kräftig erkannt und gehalten werden.

Da auch von Gerichts wegen etliche Personen erbeten und abgeschickt / vor welchen solche donatio geschehe / so soll sie gleiche Würckung haben / und davor geachtet seyn / als ob sie Gerichtlich fürgenommen.

So aber eine ihre Gerade ausserhalb Gerichts / donatione inter vivos, vergeben wolte / und die Stücke über 500. Ungarische Gulden nicht thäten austragen / so könnte es im Beyseyn zweyer oder dreyer Zeugen / oder aber auch vor Notarien und Zeugen geschehen / Jedoch so müssen die Schlüssel alsdann in Gegenwart der Kästen und Truhen / darinnen solche Stücke verwahrt / dem donatario, auch daneben die donirten Stücke zugestellt und übergeben werden.

Und in allen diesen Fällen mag die Donatrix ihr den Usum und Gebrauch auf ihr Leben für behalten / welches also geschehen kan / daß nach der tradition der Donatarius ihr die donirten Stücke oder die Schlüssel darzu wieder zustelle.

## DEFINITIONS.

1. *Gerada per ultimam voluntatem aut donationem mortis causâ nequit alienari, ne quidem in testamento, tempore pestis condito.*
  2. *Subsistit testamentum, de Geradâ factum, quando proxima Cognata testatrixi consentit.*
  3. *Testamentum extra Provinciam Saxoniam conditum, non valet quoad Geradam, si testatrix mutato domicilio se conferat in Provinciam Saxoniam, ibique vitâ fungatur.*
  4. *Valet donatio Gerade, etiam si donatrix agrota in letto decumbat.*
  5. *Gerada donationis titulo in aliud transferri potest, licet proxime Cognata nil prorsus de hac relinquantur.*
  6. *Gerada quatenus absenti queat donari.*
  7. *Donatrix, reservans sibi usumfructum Gerada, non tenetur prestare cautionem usufructuarium.*
  8. *Factâ donatione Gerada, nec recente usufructu, donatrix res, ad Geradam pertinentes, statim tradere tenetur donatario.*
  9. *Quoniam sint requisita donationis Gerada, in iudicio facta; Et quid, si judex post mortem demum donatricis donationem apud alia insinuari faciat.*
  10. *Ultra consensum Curatoris requiritur etiam ad donationem Gerade consensus mariti.*
  11. *Curatoris presentia precise requiritur, nec sufficit ad actum Donationis, aliud quempiam substitui à Curatore.*
  12. *In designatione Gerade non singula queque res exprimi debent, sed sufficit, rebus quibusdam enumeratis, clausulam subjici generalem, universam Geradam denotantem.*
  13. *In specificatione Gerade quicquid expressum reperitur, donatum videtur; licet non sit res ad Geradam pertinens.*
  14. *Designatio Gerade omitti potest, quando donatio facta in presentia rerum donatarum.*
  15. *Quoniam sint requisita donationis Gerada extra-judicialis; Et num hac tempore pestis quoque necessario observari debeant?*
  16. *Traditio clavium necessaria non est, quando res ad Geradam pertinentes realiter tradantur.*
  17. *Ad donationem Gerade coram Notario & testibus,*
- Quod si coram personis, nomine judicij ad hoc missis, hujusmodi donatio fiat, perinde habebitur, ac si in iudicio facta fuisset.
- Si quæ verò mulier extra judicium Geradam alicui donare velit, & res, ad eam pertinentes, summam 500. aureorum Ungaricorum non excedant, in praesentia duorum vel trium testium, aut etiam coram Notario & testibus fieri licebit: ita tamen, ut claves in conspectu arcarum, quibus res eæ continentur, unâ cum illis donatario tradantur.
- In omnibus autem hisce casibus, mulieri usum earundem rerum ad vitam sibi reservare licet, idque ita fieri potest, si post factam traditionem, res donatas, vel claves cistarum, donatarius ei restituat.
- necessarius non est consensus alicuius Curatoris ad litteram.
18. *Donatio rei particularis, ad Geradam pertinentis, absque requisitis solennibus facta valet.*
19. *Donatio Gerada revocatur ipso jure ex supervenientia filie.*
20. *Non tamen revocatur donatio Gerade reciprocâ seu remuneratoria per supervenientiam filia.*
21. *Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, valde non donatur.*
22. *Inter Geradam, que defunctâ muliere ad proximam ejus Cognatam devolvitur, queque defunctâ mariâ ad Uxorem superfitem pertinet, praterquam circa Oves, nulla est differentia.*
23. *Fatius ovium, post mortem mariti, ante tamen divisionem editi, in distinetâ, sive masculini, sive feminini sunt sexus, Vidua cedunt, ut & lana nondum detonsa vel decerpta.*
24. *Inter Geradam mulierum Nobilium & plebeiarum nulla est differentia praterquam circa Oves, Anseres, Anates & Currum.*
25. *In dijudicandis rebus ad Geradam pertinentibus, cuiusque loci Consuetudo & mulieris possessio attendi debet.*
26. *Catena, armille aliæve res similes, in Uxorâ possessione reperta, ad Geradam pertinent, licet ambo Conjuges illis usi fuerint.*
27. *Bona utensilia si ante Uxorâ obitum ad Virum perveniant, naturâ suam mutant, & hereditaria fiunt.*
28. *Mundus muliebris in possessione mulieris repertus ad Geradam pertinet, licet eâ mulier ad ornatum sua non fuerit.*
29. *Res hereditarie ad ornatum vel usum Uxorâ a marito concessae, defuncto eo, si in possessione Uxorâ reperiuntur, pro Geradâ habentur.*
30. *Res à marito Uxorâ ad usum & ornatum concessae bauit pro Gerada habentur, si in mulieris possessione non reperiuntur.*
31. *Bona, qua Uxor non usus proprii causâ, sed tanquam mercatrix aut Creditrix possidet, non habentur pro bonis utensilibus, nec ad proximam Cognatam pertinent.*
32. *Pannus preciosus ad vestimenta muliebria, nondum incisus, ad Geradam non pertinet.*

33. Curris, quo mulier vetta fuit, quando inter Nobiles ad Geradam referatur?
34. Equi Currules ne quidem apud Nobiles pro Geradâ habentur.
35. Abenum & Caldarium (Waschkessel und Braus Pfanne) quatenus ad Geradam pertineant?
36. Ut & mantelia sive stroboliola, Pelves & Candela bra (Zellertüchlein/Becken und Leuchter.)
37. Lotti in diversorio publico Gerada non accensentur.
38. Nec Sponda (Spanbetten) inter res Geradicas referuntur.
39. Linum & Cannabis (Flachs und Hanff) quatenus ad Geradam pertineant?
40. Tapeta (Leppiche und Lappisserey) quenam bonis utensilibus sint connumeranda?
41. Pulvinaria & cultitra, quibus scamna & selle internuntur (Bankpfuel und Stuettüsßen) quatenus ad Geradam pertineant?
42. Gerada connumerari non debent Cochlearia argentea, & cantharus puerpera, nec collaria catelorum (Silberne Löffel / Wochentanne und des Hundes Halsband.)
43. Bonorum utensilium nomine non comprehendantur annuli signatorii, & bulle aurea, qua infantibus affiguntur (Peschafft-Ringe und Schau-Groschen) multo minus munuscula, que à suscepitoribus in baptismate offeruntur (Paten-Geld.)
44. Pacificalia quatenus ad Geradam pertineant, & quid habendum de dentibus luporum argento inclusis (Wolfs-Zähne in Silber eingefasset.)
45. Aurei incurvati, (gekrümme Gold-Gulden) bacca Corallii, (Corallen-Römer) lunctiones seu margarita (Perlen) quando inter bona utensilia referantur?
46. Arrha sponsalicia Sponso data (Mahlschak) & Corona, quâ sponsus coronatus ad copulam sacerdotalem incedit (Bräutigams-Kranz) non pertinent ad Geradam.
47. Qualus (Augenkorb) bonus utensilibus accenseri non debet.
48. Libri mulieris quinam ad Geradam pertineant?
49. Mortuâ uxore in conjugio, quanam species de Gerada marito superstite Cognatae relinquere tenetur: Et num etiam Conopeum (der Vorhang) una cum lecto?
50. Uxor vel Cognata, accipiens utensilia defunctorum maritum vel Cognata, hereditibus nil prorsus de hisce relinquere tenetur.
51. Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuâ in matrimonio uxore, bujus Cognata nomine utensilium, non nisi certa quedam species & quanam defen-
- runtur, reliquis Gerade rebus superstite marito relicti.
52. Non obstante hoc statuto, filia defuncte Gerada proxima Cognata defertur, nibili de hac patrirelictio.
53. Statuto Lipsiensi, de Nistelgerada disponente, non gaudent forenses & extranei, qui non sunt incole & cives urbis illius.
54. Gerada defertur secundum Statuta & consuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.
55. Ad Geradam ab avia relata, Neptes una cum filiabus in stirpes admittuntur.
56. Mulieres solummodo, per lineam femininam descendentes, in Gerada succedunt.
57. In Successione Gerada sola Cognatio attenditur, non habitare ratione agnationis, vel pluralitas vincularum.
58. Filia quoque spuria matri naturali in Gerada succedit.
59. Virgo Vestalis de jure quoque Saxonico succedit in Gerada.
60. Clericus matri in Gerada succedit, non etiam filia aut sorori, multo minus Iuxori predefuncte.
61. Deficientibus Cognatis feminini Sexus, tam ex linea recta, quam transversali, Gerada defertur judicii, cui merum competit imperium.
62. Es alienum mariti, Vidua ne quidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiamsi Gerada nomine contractum fuerit.
63. Nec bona utensilia, à marito oppignorata, Vidua in Gerada succedens, sed heredes mariti luere debent.
64. Utensilia tamen, à marito pro pretio venditori, vel cum consensu Iuxoris oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, Vidua in subsidium luere tenetur.
65. Debita mulieris defunctorum proxima Cognata, deficientibus demum bonis hereditariis, in subsidium saltem de Gerada exsolvere obstat.
66. At si Gerada nomine debita mulieris fuerint contracta, ea Cognata proxima indifferenter de Gerada solvit, etiamsi alia bona hereditaria supersint.
67. Geradam quoque à muliere defunctâ oppignorata, proxima Cognata luere debet.
68. Nisi in communem rei familiaris usum Gerada à muliere fuerit oppignorata, quo casu redemptio eius incumbit hereditibus.
69. Tutor quando absque decreto Magistratus papilla Geradam patri vel extraneo vendere & alienare valeat?
70. Pater filia sua Geradam absque autoritate Magistratus vendere non potest, nisi bac servando servi nequeat.

## DEFINIT. I.

Gerada per ultimam voluntatem aut donationem mortis causâ nequit alienari; ne quidem in testamento tempore peccatis condicio.

**1** Expediti juris est, Geradam per testamentum alienari non posse in præjudicium proximæ Cognatae, h. Const. 14. in pr. Gloss. Weichbild. art. 23. Gloss. Lehrenrecht. cap. 57. Zobel. part. 2. differ. 9. Job.

**2** Schneider. ad tit. inst. de donat. n. 17. † Quia non defertur Gerada Cognata, jure hereditario, ut heredi; sed potius familiæ ratione, & jure cognationis, ex speciali juris Saxonici privilegio, Mod. Pist. part. 1. qu. 14. ubi Jac. Schult. in addit. n. 9. & seqq. Matth.

**3** Coler. part. 1. decif. 12. num. 58. † Quamvis hæc ratio prohibitionis ab omnibus approbata non sit, sed alii alias afferant rationes, in iisque anxiè laborent, ut videre est apud Moller. lib. 1. semest. 11. Andr. Goldb. de Gerad. cap. 7. memb. 2. n. 76. & seqq. Tho-

ming. dec. 6. n. 8. Matth. Berlich. part. 2. concl. 16. n. 4. & seqq. † Quibus assentiri cuique liberum est, tanquam in re non magni momenti. † At illud scitur dignius, mulierem de Geradâ non solum testari prohiberi: sed nec per aliam quamlibet ultimam voluntatem hanc alienari posse, b. Const. 14. verb. oder andern letzten Willen/ic. Quare nec uxor † per donationem causâ mortis Geradam in alium transferre potest; quippe quod hæc donatio magis accedit ultimæ voluntati, quam actui inter vivos. I. ult. C. de mort. caus. donat. I. ult. C. de Codicill. Rauchb. part. 1. quest. 32. num. 32. & seqq. Thoming. decif. 6. num. 3. Goldb. dict. membr. 2. n. 47. † Adeò, ut nec favore piæ causæ donatio hæc sustineatur, Matth. Wesenb. in parat. ff. de mort. caus. donat. n. 5. Goldb. dict. loc. num. 54.

Ita Domini in causa Christiani Ehrenfrieds à Schönberg/Mense Febr. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch

die Gerade der nächsten Nissel zu Nachtheil/ durch einigen letzten Willen oder donation außen Todes-Fall nicht verändert werden mag/xc. So ist auch berührt donatio, so viel die Gerade anlangt/ zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

- 8 † Quin et si alias in testamento, tempore pestis condito, multa censeantur remissa de solennibus juris, ut patet ex l. casus. 8. C. de testam. Const. Elect. 4. p. 3. Virgil. Pingitz. quest. 20. num. 40. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. obs. 118. num. 17. Attamen † nec illud valebit: quicquid de Geradā in ejusmodi testamento dispositum fuerit, propter generalem juris Saxonici prohibitionem, b. Const. 14. Cui ne quidem tempore pestis in præjudicium proximæ Cognatæ contraveniri potest.

Ita Domini ad consultationem Catharinæ, Georgii Herzogs Eheweibes zu Müheln/Mens. Mart. Anno 1599. (Verba sent. Ob wohl eure Mühme/ als sie an der gefährlichen Seuche der Pestilenz frucht gelegen/ ihrem Vater die Gerade außen Todesfall geschendet/xc. So ist doch solche Übergabe der Gerade nicht fräffig/V.R.W.)

Item ad requisitionem Georgii Gelhardi zu Machern/M. Augusto, Anno 1599.

Ec in causa Martha von Miltzengen zu Dresden/M. August Anno 1634.

#### DEFINIT. II.

*Subsistit testamentum, de Geradâ factum, quando proxima Cognata testatrixi consentit.*

- 1 Benè notanda sunt verba b. Const. 14. quæ Geradam in præjudicium proximæ Cognatæ per testamentum alienari prohibent (der nächsten Nissel zu Nachtheil.) Usque sequitur, quod, † consentiente Cognata, per testamentum Gerada alienari queat, Andr. Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 2. num. 71.  
 3 Quia † volenti non fit injuria, l. cum donationis 34.  
 4 C. de transact. l. quod quis 146. ff. de reg. jur. † Et cui libet licitum est, favori pro se introducto renunciare, l. si quis in conscribendo 29. C. de pac. l. si iudex 41. ff. de minor. Idque clariss exprimitur in Gloss. Lehnr. 6. 57. in verb. Ihr sollet auch wissen/ daß kein Weib ihre Gerade vergeben mag ohne der nächsten Gespinst ne Willen/xc. † Quam Gloss. consuetudo fori Saxonici jamdudum de alienatione, quæ fit in testamento, interpretata est, Dan. Moller. ad b. Const. 14. in  
 6 pr. † Consentiente ergo Cognata, valebit dispositio de Gerada, in testamento facta; ex argumen-  
 7 to, à contrario sensu desumpto, † quod in iure fortissimum est, l. i. ff. de off. ej. cui mand. est jurisd. Per-  
 8 indè, sicut & testamentum subsistit, † si dominus feudi, & proximus Agnatus consentiant; licet alias de feudo in testamento disponi nequeat, Welsenb. de feud. c. u. n. 12. Bald. & Dd. in s. 1. §. donare. de prop-  
 9 bib. alien. feud. per Frid. Rosenth. de feud. cap. 7. concl. 4. & 5. † Pariter, licet conjuges per testamen-  
 10 tum, vel aliam ultimam voluntatem sibi, quæ in iuri-  
 11 cem ex statuto vel consuetudine debentur, auferre  
 12 onequeant: † Secus tamen est, si altera pars testanti  
 13 consentiat, Gloss. in art. 42. in fin. lib. 1. & Andr. Dan.  
 Moller. ad Const. Elect. 7. n. 1. p. 31. 3.

Ita Domini in causa Friderici Ottene/Pastoris zu Rehren/Mens. Maij, Anno 1626. (Verba sent. Hat euch euer Ehe-Weib in ihrem Testamente alle ihre Verlassenschaft zusamt der Gerade vermacht. Ob nun wohl dero Mutter/ eure Schwieger-Mutter/solch Testament zu richten gehmeynet/ in Erw:gunz/ daß ihr die volle legitima so wohl die Gerade durch einen letzten Willen nicht entzogen werden können. Dieweil aber dennoch bemühte euere Schwieger-Mutter in berührtes Testament einmahl gewilliger/und dasselbe beliebet/xc. So ist solches Testament zu Recht beständig/un mag vō eurer Schwieger-Mutter nunmehr nicht hinterzogen werden/V.R.W.)

#### DEFINIT. III.

*Testamentum extra Provinciam Saxoniam conditum, non valer quoad Geradam, si testatrix murato domicilio se conferat in Provinciam Saxoniam, ibique vita fungatur.*

**L**icet mulier extra provinciam Saxoniam in loco, ubi jus civile viget, & Gerada incognita est, testamentum fecerit, in eoque de omnibus indifferenter mobilibus suis disposuerit; attamen si mutatio domicilio in provinciam aliquam Saxoniam se conferat, ibique vita fungatur, † testamentum illud, alibi factum, quoad res ad Geradam pertinentes, haud validum erit. Etenim Statutum Saxoniam, quod speciebus, ad Geradam pertinentibus, aliam ac peculiarem naturam tribuit, † ligat personas, in territorio Saxonico repertas, & una cum hisce res iisdem cohaerentes afficit, Barrol. in l. cunctos populos. n. 27. & 32. ibique Salycet. n. 13. & Bald. n. 23. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. c. 3. n. 216. † Ut maximè ergo alibi testamentum conditum fuerit; attamen, si testatrix domicilium postea mutet, illudque in provincia Saxonica consequatur, ibique moriatur, utique & non nisi ex juribus & consuetudine novi domicilii testamentum vires recipit, † irrita facta priori dispositione, ex quasi subsecuta quadam capitum deminutione, s. alio autem modo. 4. cum §. seq. Inst. quib. mod. ref. infirm. l. si quis 6. §. irritum. 5. ff. de injust. rupt. irrit. Andr. Goldb. de Gerad. cap. 7. membr. 2. num. 65. † Sicut & ipsa bona mobilia ex novo domicilio defunctæ testatrixis immutata fuere; quippe † quæ affixa intelliguntur ossibus & personæ dominorum in loco, ubi fovent domicilium, Bald. in l. mercatores 4. num. 1. C. de comm. & mercat. Coler. dict. cap. 3. num. 256. † Nec magis separari queunt à persona domini, quam anima à corpore, Gloss. in l. 3. verb. ex verò ff. pro socio. & in l. 3. verb. ait. C. de novat.

Ita Domini ad consultationem Margaretha Schreiberin zu Bötzig/ Mens. April. Anno 1621. (Verba sentent. Hat Agnise Hillebrands vor den Gerichten zu Kleipzig ein Testament aufgerichtet/ darinnen sie ihren Ehemann zum Erben ihrer ganzen Verlassenschaft eingesetzt/ ihm zugleich auch dieses Stükke/ welche sonst nach Sachsen-Recht zur Gerade gehörig/ vermacht. Ob nun gleich im Dorfe Kleipzig/ da solches Testament aufgerichtet/ keine Gerade gegeben wird/ sondern alles zum Erbe gehört. Dieweil aber dennoch die testatrix nach aufgerichtetem letzten Willen sich aus dem Dorfe Kleipzig in das Amt Bötzig/ alda die Gerade gebräuchlichen/ gewendet/ und daselbst Todes versahen/xc. So ist angeregtes Testament/ so viel die Gerade betrifft/ weil dieselbe der nächsten Nissel zu Nachtheil dadurch nicht verändert werden mag/ zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

#### DEFINIT. IV.

*Vales donatio Gerade, etiam si donatrix ægrotat in lecto decumbat.*

**I**ntr vivos Gerada quocunque modo ac contra-  
 1 stu alienari potest, ut latissime tractat Andr. Goldb. de Gerad. c. 7. memb. 1. Quare & donationis titulo Geradam in extraneum quemvis transferri certissimum est, b. Constit. 14. Zobel. in addit. las. ad art. 27. & Andr. lib. 1. Schneidew. ad tis. Inst. de donat. n. 18. Thoming. decis. 6. num. 6. † Etiam à muliere ægrotâ; nam & ægroti inter vivos donare queunt, l. Scja 42. §. cumpater. 1. ff. de mort. causa donat. † Etenim, quod in art. 65. Weichb. de ægroti dis-  
 3 positum reperitur, illum nempe ultra 5. solidos donare haud posse, in usu non servatur, Welsenb. in apostil. ad Schneidew. in §. alie 2. num. 40. Inst. de donat. lit. a. Vid. supr. Const. 12. Defin. 11. † Modò decumbens deliberato animo, vel suâ sponte donet; non ad interpellationem alterius, Constit. Elect. s. p. 3. † Nec infirmitas tanta sit, per quam memoria vacillet; Bald. in l. hac consultissima. 8. n. 8. C. qui test. fac. poss. Goldb. dict. c. 7. membr. 2. num. 24. & seqq. † ubi & donationem Geradæ, inter vivos, in testamento factam extraneo, subsisteret, ait. Quod usu

usu sic observari, multoties observavi. Vid. *supr.*  
Const. Elect. 13. Defin. 9.

Ita Domini ad consultationem Rosinæ, Jeremiz Binders  
Ehwiebes/Mensl. Julio, Anno 1631. (Verba sentent. Ob nun  
wohl die Übergabe der Gerade unter den lebendigen/ d.h.  
dem Sächsischen Gebrauch nach/ auch außm Todesbetrie  
vor denen hierzu erfoderten Gerichts-Personen/ von der do  
natrix, so noch bey guter Vernunft gewesen/ geschehen mö  
gen/ ic.)

Et in causa Dorotheæ, viduz Georgii Vollhards zu Geth  
then/Mensl. Sept. Anno 1634. (Verba sent. So ist solche Über  
gabe der Gerade zu Recht häufig und beständig/ und mag da  
hero/dass die donatrix sehr schwach und lagerhaftig gewesen/  
auch bald darauff verstorben/ pro donatione mortis causa  
nicht gehalten/ noch beständiger Weise gefoschen und hinter  
zogen werden/V.R.W.)

## DEFINIT. V.

*Gerada donationis titulo in alium transferri posse,  
licet proxima Cognata nil prorsus de hac  
relinquatur.*

- D**ubium movet Zobel. in addit. ad Gloss. art. 27.  
num. 3. & Gloss. lat. ad text. germ. in art. 31.  
lit. 1. lib. 1. Landr. ubi inquit, Universalem Geradæ  
donationem non subsistere, nisi proximæ Cognatæ  
aliquid saltem minimi momenti relinquatur. † Sed  
fundamentum hæc assertio destituitur, nec in practi  
câ observatur, Danic. Moller. lib. 1. semeft. 11. n. 4.  
3 Andr. Goldb. de Gerada c. 7. membr. 2. num. 32. †  
Quin & contrarium manifestè probatur b. Const. 14.  
in pr. verb. Aber durch die Übergabe unter den lebendigen/  
kan die Gerade der Missel entzogen werden/ic.  
Quæ verba generaliter loquuntur, Berlich. p. 2.  
5 concl. 16. n. 48. † Ex quo porrò sequitur, in præjudi  
cium Cognatæ, etiam Geradæ nondum quæstæ  
renunciari posse, Daniel. Moller. 2. semeft. 6. n. 2. †  
6 Quia juri futuro & quærendo facilius renunciatur,  
quam quæsto, Tiraq. in l. si unquam. 8. verb. dona  
tione largitus. n. 181. C. de revoc. donat. Nicol. Boët.  
decif. 147. num. 112.

Ita Domini in causa Catharinen/ Carl Bosens Wittibben/  
zu Frankenberg/ Mensl. Jun. Anno 1599. (Verba sentent. So ist  
solche Übergabe der Gerade zu Recht häufig und mag von  
euch berentwegen/dass ihr/ als die nächste Missel/ darzu nicht  
erfordert/ euch auch von berührtner Gerade nichts vorbehalten  
worden/beständiger Weise nicht gefoschen noch hinterzogen  
werden/V.R.W.)

Item ad consultationem Johannis à Tetborn, Mensl. Febr.  
Anno 1605.

Ex Johannis à Milckau, Mense Jul. Anno 1631. (Verba sent.  
Ob nun wohl die donatrix ihrer Mutter die legitimam von  
der verschenkten Gerade nicht gelassen/ic. So ist doch nichts  
bestoweniger solche donatio zu Recht häufig und beständig/  
V.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*Gerada quatenus absenti queat donari.*

- A**bsenti aliter donari nequit, quam si donator  
per epistolam, vel per nuncium, donatarium  
de liberali suâ voluntate certiore faciat, isque do  
nationem acceptet, & donatoris voluntatem ratam  
2 habeat, l. absenti. 10. ff. de donat. l. 6. C. cod. sit. † Vel  
si procurator ab absente constitutus, hujus nomine  
donationem ex mandato acceptet, Thoming. decif.  
3 6. num. 17. † Non etiam, si tertius quispiam, absque  
mandato tamen, donationem agnoscat, Anton. Fab.  
4 in Cod. lib. 8. tit. 34. defin. 3. & tit. 36. defin. 19. † Ideoque nec Gerada absque mandato acceptari pote  
rit: Sed deficiente mandato, ipsius donatarii præ  
sentia omnino requiritur. † Quod & Illustrissimus  
Elector Saxon. voluisse videtur b. Const. in verb.  
(Su ihrem Beyseyn dem donatario &c.) Et in fin.  
(Dem donatario auch darnebē die donirten Stücke zu  
gesteller und übergeben werden.) † Quæ sanè verba  
præsentiam donatarii de formâ donationis Geradæ

requirunt. Forma autem ad unguem observari de  
bet, alias actus ipso jure nullus est, Alex. lib. 2. com  
sil. 137. num. 15. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pist.  
P. 4. q. 155. num. 8.

Ita Domini ad consultationem Pauli Polmans zu Leipzig/  
Mensl. Jun. Anno 1627. (Verba sentent. Ob nun wohl E. B. we  
gen beniemter ihrer Söhne/solche Übergabe accepiret; Die  
weil er aber dennoch hierzu keine Vollmacht gehabt/ noch sie  
die donataria gegenwärtig gewesen/ic. So ist auch berührt  
Übergabe der Gerade zu Recht nicht beständig/V.R.W.)

† Quod tamen in donatario pupillo non tam stri  
ctè observandum. Etenim, si hujus nomine pa  
rens, aliave persona cognata Geradam acceptet,  
dubium non est, quin donatio etiam absenti & igno  
ranti facta subsistat; † Quia tum jus singit, for  
mam & solennitatem intervenisse; eamque sup  
plet, ob favorem nempe pupilli, Bart. in l. cum often  
dimus. 4. §. fidejussores 3. ff. de fidejuss. & nominat.  
per illum text. Joseph. Malcard. de probat. vol. 2.  
concl. 808. in fin.

Ita Domini ad requisitionem Alberti à Meusebachs, Mensl.  
Januar. Anno 1620. (Verba sent. Ob nun wohl von niemand/  
wegen eurer unmündigen Söhne/ die Übergabe der Gerade  
aceperte worden/ welches gleichwohl sonst in vermöge der  
landüblichen Rechte requirierte und erforder wird; Die weil  
aber dennoch dieser defect wegen der mangelnden acce  
ptation hierdurch erseget/ dass ihr als der Vater gegenwärtig  
darben gewesen/ und tacite gleichsam es approbierte/ beliebet  
und genehm gehalten/ auch sonst in unmündiger Kinder  
Handlungen die erfoderte solennitatem ex presumptione juris  
vor adhibiret zu seyn erachtet und suppliret werden/ic. So  
wird vorangegangene donatio der Gerade vor häufig billich ge  
halten/V.R.W.)

## DEFINIT. VII.

*Donatrix, reservans sibi usumfructum Gerade, non  
tenetur præstare cautionem usufructua  
riam.*

**E**xpeditum est, quod Usumfructum Geradæ  
donatrix sibi reservare posit ad vitam, b. Const.  
14. in fin. Quod & juri communi convenit, in l.  
quisquis. 28. l. si quis argentum. 35. §. sed si quidem 5.  
C. de donat. † At licet alias Usufructarius cau  
tio nem de utendo fruendo arbitrio boni viri, & resti  
tuendâ re finito usufructu, præstare teneatur, tot.  
tit. ff. usufr. quemad. cap. l. l. usufructu constituto. 4.  
C. de Usufr. † hæc tamen cautio a donatrice Geradæ  
Usufructuariâ nullatenus exigi debeat, Rosa ad  
Dan. Moller. b. Const. 14 n. 5. † Ne scilicet ex libe  
ralitate propriâ vexetur, Pinell. ad l. 1. part. 2. n. 80.  
C. de bon. matern. † Durum namque & incivile vi  
deretur, admittere donatarium, petentem cautio  
nem ab ea, quæ ex liberalitate beneficium ipsi con  
tulit, L. ad res donatas. 26. ff. de adil. edit. l. dñus  
Pius. 28. ff. de reg. jur. † Ex quo fonte generalis 6  
promanavit Dd. regula, quod scilicet is, qui bona  
sua donat alteri, retentò tamen sibi Usufructu tem  
pore vitæ suæ, non sit obnoxius, præstare cau  
tio nem de utendo arbitrio boni viri, Gloss. in l. si quis  
argentum 35. verb. estimatione. C. de donat. Octav.  
Cacher. decif. 153. Ant. Hering. de fidejuss. cap. 5. num.  
208. Mynsing. cent. 5. obseruat. 36. aliquie allegati à  
Pinell. diff. loco.

Ita Domini in causa Petri Vallacii zu Mörlen/ Mensl. Dec.  
Anno 1626. (Verba sentent: Hat euch Rosina Ebenack alle  
ihre Gerade gerichtlichen geschenket und überignet: Ob sie  
nun wohl darnebē derer Fruchtressung und Gebrauch  
Zeit ihres Lebens ihr vorbehalten/ic. So sendt ihr doch cau  
tionem usufructuariam von ihr zu fordern nicht berechtiget/  
V.R.W.)

DEFINIT. IX.  
*Factâ donatione Gerada, nec retento usufructu, dona  
trix res, ad Geradam pertinentes, statim trade  
re tenetur donatario:*

**C**ommuniter donatrix Geradæ usurafructum sibi ad vitam reservare solet, Dan. Moller. *ad b. Const. 14. n. 4.* † Quo non facta, præcisè ac statim res quasvis, ad Geradam pertinentes, tradere tenetur donatario. Effectus namque hic donationis est, † ut donatorem ad rem tradendam obliget, *l. 35. ubi Dd. C. de donat.* † Ideoque perfecta donatione, si res nondum tradita sit, vel ex stipulatu agitur, si donationi stipulatio inserta fuerit; † Vel conditione ex Lege, si nudo pacto sit perfecta donatione, *Novell. 162. cap. 1. §. Et sancimus, ubi Cujac. d. l. 35. C. de donat. §. alie autem donationes 2. Inst. eod. tit. Coraf. lib. 3. misc. 15.* Henc. Bocer. *de donat. cap. 3. n. 88.* Johann. Harppr. *ad d. §. alie. 2. n. 51. Inst. de donat.*

Ita Domini ad requisitionem M. Mauriti Steinmechens zu Leipzig/Mensl. Decembr. Anno 1776. (Verba sentent. Hat Joachim Hespergers Wittib eurem Mündlein alle thren Geschmuck und Gerade beständiger Weise geschenket/et. So ist sie ohne gnugsame erhebliche Ursache solche Übergabe zu widerrufen nicht befugt/und da sie ihr den Brauch derselben auff Lebenlang nicht vorbehalten/ so ist eurem Mündlein/ also bald solche geschenkte Gerade von ihr abzufordern/ unbegommen/V.R.W.)

#### DEFINIT. IX.

*Quenam sint requisita donationis Gerade in judicio facte; Et quid, si judex post mortem demum donatricis donationem apud acta insinuari facias.*

**G**erada ut plurimum solet donari in judicio, certis tamen adhibitis solennitatibus. † Non enim quascunque indifferenter donationes Geradæ judiciales in foro Saxonico approbat *Const. b. 14.* sed eas solum firmas ac validas esse jubet, in quibus subsequentia sex requisita observata fuerint. (1.) † Namque requiritur judicis autoritas, ut fiat donatione in judicio coram judge pro tribunali sedente (verb. vor Gerichte.) Et postea: *in loco judicij, judge sedente pro tribunali.* (2.) Præsentia donatris (verb. in ihrem Weysegn.) (3.) Autoritas Curatoris. (verb. durch ihren Kriegischen Wormunden) (4.) Traditio clavium (verb. mit Überantwortung der Schlüssel/et.) (5.) Designatio rerum donatarum. (verb. ein Verzeichniß.) (6.) Insinuatio apud acta, ut nempe inseratur donatio libro publico. (verb. dem Gerichts-Buch einzuhülsen/et.) † Quæ omnia latius persequitur Andr. Goldb. *de Gerad. cap. 7. membr. 3. num. 20. Et sequentib.* Quod ad primum tamen requisitum attinet, sciendum est, non tam præcisè requiri locum judicij: † sed sufficit, fieri donationem in ædibus donatricis, coram personis, judicij nomine ad hoc destinatis; servatis tamen cæteris requisitis & solennitatibus, *b. Const. 14. §.* Da auch von Gerichts wegen/et. † Ubique enim judge est, ibi acta censentur esse, *ff. l. non est omnino 7. cum l. seq. da manum. vindict.* † Et apud acta dicuntur fieri, quæ geruntur coram judge. etiam extra locum judicij, Bald. *in l. illud 19. n. 5. C. de SS. Eccles. Wesenb. in parat. ff. de testam. 7. num. 10.* † At quid si facta donatione in ædibus donatricis coram personis, judicij nomine ad hoc alegatis, moriatur donatrix, antequam donatio libro publico inseratur? Nihilominus donationem Geradæ subsistere puto. Nec enim negligentia judicis donationem invalidam reddit; † sed sufficit, hujus autoritatem, ad removendam omnem sinistram suspicionem, semel fuisse adhibitam, ac donatricem voluntatem suam coram judge declarasse, & donationem libro publico inseri petuisse, *l. donatio. 25. in fin. l. in donationibus. 31. C. de donat.*

Ita Domini in causa Rosina, Jeremias Binders Ehemann zu Budissen/Mensl. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Ob nun wohl solche Übergabe der Gerade dahero/ daß sie von den abgeordneten Gerichts-Personen allererst nach der donatricin Absterben denen Gerichts-actis insciariet worden / nicht zu verwerffen/et.)

#### DEFINIT. X.

*Ultra consensum Curatoris requiritur etiam ad donationem Gerade consensus mariti.*

**D**ubium prorsus non est, quin mulier, Geradam donare volens in judicio, adhibere debat consensum Curatoris in litera *b. Const. 14.* † Qui in ipso donationis actu intervenire debet, Andr. Goldb. *de Geradâ c. 7. membr. 3. n. 125.* Ultra hunc Curatoris consensum requiritur etiam † Consensus Mariti, Goldb. *diff. loc. n. 105.* Jacob. 3 Thioming. *decif. 6. n. 10.* Berlich. *p. 2. concl. 16. n. 28.* Zobel. *ad Gloss. Ordin. in Landr. lib. 1. art. 27. num. 3.* † Etsi enim alias in actionibus judicialibus à mulieribus celebrandis alternative requiratur autoritas, vel Mariti, vel Curatoris, Daniel. Moller. *ad Const. Elect. 15. n. 3. p. 2. Et l. 3. semestr. 35.* Attamen in donatione Geradæ specialiter receptum est, † ut utriusque tam Curatoris quam mariti consensus interveniat; † illius, propter *b. Const. 14.* quæ Curatoris autoritatem disertis verbis requirit. Hujus, mariti scilicet consensus; † quia absque hoc mulier nihil rerum suarum donando in alium transferre potest, *Art. 31. Et 45. lib. 1. Landrecht. ubi Gloss. Wesenbec. in parat. ff. de donat. num. 4.* Joh. Schneidew. *in §. alie 2. num. 52. Inst. de donat.* † Cujus rei rationes reddit Goldb. *diff. loco. num. 107. Et sequentib.*

Ita Domini in causa Dorotheen Sachsin zu Leipzig/ Mensl Julio, Anno 1631. (Verba sentent. Obgleich N. N. mit Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens euch ihre vollständige Gerade durch eine Übergabe unter den Lebendigen geschenket; Da aber denoch ihr/der donatricin/Ehemann in solche Übergabe ausdrücklich nicht gewilligt/ noch daben gewesen wäre/et. So wäre berührte Übergabe zu Recht nicht beständig/V.R.W.)

#### DEFINIT. XI.

*Curatoris præsentia præcisè requiritur, nec sufficit, ad actum donationis alium quempiam substitui à Curatore.*

**E**Tsi alias curator ad litem Advocati partes sustineat, Gloss. *ad text. Latin. in art. 46. Et Gloss. Germ. ad text. German. in art. 47. verb.* Der Frau en Wormund *lib. 1. Landrecht.* † qui absque dubio alium regulariter substituere potest; Attamen in donatione Geradæ ipsius Curatoris præsentia requiritur, † nec sufficit, alium quempiam à Curatore substitui ad donationis actum. Etenim Curatoris præsentiam *Const. b. 14.* pro famâ requirit; † quæ ad unguem est servanda, nec potest adimpleri per æquipollens, *l. 3. §. ult. cum duab. Ib. seqq. l. qui per salutem. 33. ff. de jurejur.* † Sed etiam neglecta, actus infirmatur, *l. cum bi 8. §. si prætor. 17. ff. de transact. l. 1. C. de pred. minor. Everh. in top. in loc. à def. form. n. 2.*

Ita Domini in causa Veronicen von Schleinitz/ und Marthen von Nischwitz/ ventilaria in prefectura Misnens, Mensl. August. Anno 1628.

Et in causa Catharinæ Maschkin zu Meissen/Mensl. Jan. Anno 1634.

#### DEFINIT. XII.

*In designatione Gerade non singula queque res exprimi debent, sed sufficit, rebus quibusdam enumeratis clausulam subjici generalem, universam Geradæ donationem.*

**I**N donatione Geradæ specificationem rerum donatarum una cum clavibus donatario tradi vult

- 2 vult Const. b. 14. † Quod Matth. Berlich. p. 2. concl.  
 16. n. 32. intelligit de specificatione particulari, in  
 quā omnes omnino res ad Geradam pertinentes,  
 ordine & in specie, unaquælibet scilicet res nomine  
 3 suo proprio exprimatur. † Sed praxis contrarium  
 docet, sufficere nempe designationem generalem;  
 Verbi gratia: Ut primò ponantur catenæ aureæ,  
 4 armillæ, annuli, uniones, lecti & vestes, † quibus  
 postea subjiciatur clausula generalis: Et quicquid  
 præterea donatrix habet illarum rerum, quæ Geradæ  
 5 appellatione venire solent. Daniel. Moller.  
 ad b. Const. 14. num. 7. ubi Reinh. Rosa, Andr. Goldb.  
 de Gerad. c. 7. membr. 3. num. 147. † Sufficit namque  
 scientia vel voluntas alicujus rei saltem in genere, l. qui jure militari 7. ubi Bald. ff. de testam. milit. Bartol. in l. sub praetextu 29. 2. C. de transact. † Nec requiritur necessariò specialis scientia ipsius rei ad possessionem acquirendam. Quia alias nunquam acquirexerunt rei non visæ possesio; quod tamen falsum est, Tiraquell. de jur. constit. possess. ampliat. 31. n. 5.

Ita Domini ad requisitionem Melchior Meißners zu Frauendorff / Mensl. Januar. Anno 1601. (Verba sent. Has euer Ehwirb an gewöhnlicher Amts-Stell/ in Gegenwart Ritter und Schöppen/ mit Einwilligung ihres Kriegischen Vormundens/ ihren beiden Söhnen alle ihre Gerade-Stücken/ an Bettlen/ leinen Geräthe/ Kleidung/ Schnuck/ und altes anders zur Gerade gehbrig/ benanne und unbenannt/ so in ihren Kästen und anderer ihrer Gewahrsam verhanden/ und besunden werden möchte/ nicht das geringste davon ausge- schlossen/durch eine Übergabe unter den Lebendigen geschenkt und zugeignet/ ic. So ist solche Übergabe ihrer Solenni- tät halber zu Recht beständig (V. R. W.)

Et ad consultationem Joh. Strobeli zu Grombischwalda/ Mensl Octobr. Anno 1605.

It. Friderici Warlsbens zu Schritz/ Mensl Martio, Anno 1614.

### DEFINIT. XIII.

In specificatione Gerade quicquid expressum reperi- tur, donatum viderunt; licet non sit res ad Geradam pertinens.

- 1 Quidam mulier Geradam suam certà exhibitâ de- signatione alteri donasset, in quā designatione pecunia quoque ex quibusdam rebus ad Geradam pertinentibus redacta, comprehensa, & expressa fuerat, quærebatur: utrum & ista pecunia donata esset? Quod affirmare haud dubitavimus.  
 2 † Etsi enim de mente ac voluntate donatricis, Geradam suam per donationem transferentis, satis ma-  
 3 nifestè constabat, † pecunia vero, ex Gerada redac- ta, in locum rei vendite non succedat, nec jure Geradæ censeatur, Modest. Pistor. part. 1. q. 21. Matth. Wesenb. consil. 79. Andr. Goldb. de Gerad.  
 4 o. q. n. 101. Pfeil. consil. 40. n. 7. & seqq. † Attamen-, quum donatrix pecuniam hanc pro Geradâ habuisse, eamque simul cum reliqua Geradâ donare vo- luisse, ex solo qualitatis hujus errore donatio haud 5 rescindenda videbatur. † Siquidem error qualita- tis accidentalis vel nominis actum non vitiat, quando de corpore & re ipsâ constat, l. si in nomine. 32. l. que extrinsecus. 65. ff. de Verb. oblig. Franc. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. 10m. 2. lib. 14. tit. 10. n. 21.

Ita Domini ad consultationem Sebastiani Schneiders zu Leipzig/ Mensl. Mart. Anno 1630. (Verba sententia: Has euer Schwester Magdalena ihre ganze Gerade/ vermöge einer an- gehengten specification, Andreas Rauchern durch eine Über- gabe unter den Lebendigen Gerichtlichen überignet und zu- gewendet/ und es seyn in berührtner specification auch 83. s. so aus erlichen verkaufften Gerade-Stücken gelöst worden/mie- verzeichnet und namhaft gemacht/ ic. So gebühren solche 83. s. dem donatario gleichfalls billich/ und ihr habe euch dawider/ damit dass sie nicht Gerade seyn/ beständiger Weise nicht zu behelfen/ V. R. W.)

### DEFINIT. XIV.

*Designatio Gerada omitti potest, facta donatione in presencia rerum donatarum.*

- Dubium equidem facit Const. b. 14. quæ Geradæ specificationem pro formâ donationis requirit. † Atqui forma ad unguem est observanda, ita ut ei nil addi vel detrahi debeat, l. i. s. opus nouum 11. ff. de nov. oper. numer. Bald. in l. quoties. 12. col. 1. C. de suis & legit. lib. † Sed nego, designationem pro formâ donationis requiri, quando in præsentia rerum, ad Geradam pertineantum, donatio perficitur. Siquidem Const. b. 14. de eo tantum casu loquitur, quando res donatae præsentes non sunt, utique ex verb. Ob gleich die donirten Stücke nicht gegenwärtig seyn würden/ ic. † Cessat ergo dispositio hæc, quando præsentes sunt res donatae, ita ut alterutrum sufficiat: Vel designatione, quæ vice rerum fungitur, ubi illa absunt: Vel præsentia rerum donatarum, absque specificatione, Andr. Goldb. de gerad. cap. 7. membr. 3. num. 152. † Äquiparatorum enim eadem est juris dispositio, l. i. ubi Dd. ff. de leg. 1. Jason. in s. ex maleficiis 18. num. 39. Inst. de action. † Nec refert, quid ex æquipollentibus fiat, l. si ita esset. 15. ff. quand. dies legat. ced. l. fideicommissa. 11. s. si cui ita 11. ff. fide legat. 3. l. fin. C. de donat. qua sub mod. † Et sicut, si in donatione extra-judiciali, quæ fit coram Notario & testibus; eo casu, quo res donatae præstò sunt, non opus est designatione rerum donatarum, uti probatur b. Const. 14. in fin. s. So aber eine ihre Gerade/ ic. non certe video, † cur in donatione judiciali, ubi judex loco testium adhibetur, exigenda sit aliqua designatione, quando res donatae sunt præsentes. † Idque dictum velim, sive in loco judicii, sive extra judicium, coram personis judicii nomine ad hoc destinatis, in ædibus donatricis; cum & hoc casu solennitates donationis judicialis necessariò observari debant, Andr. Gold. de Gerad. c. 7. membr. 3. num. 49. † Quin etsi remuneratoriè Gerada extraneo done- 10 tur, vel designationem Geradæ, vel præsentiam rerum donatarum requiri, dixerim, juxta tradita supra Const. 13. Defin. 7.

Ita Domini ad requisitionem Martini Jungkansens zu Thalheim/ Mensl. Jul. Anno 1612. (Verba sent. Die wohl aber dennoch nicht zu befinden/ das die Gerade-Stücken bey der Übergabe vorhanden gewesen/oder aber ein gewisser Verzeichniss derselben mit Überantwortung der Schlüssel überreicht worden/ unter welchen requisitus gleichwohl eines oder das andere auch in donatione Geradæ remunerat via in acht genommen werden muss ic. So ist dannenhero solche Übergabe zu Recht nicht beständig (V. R. W.)

Et ad consultationem Rosina, Jeremias Binders Eheweibes zu Budishin/ Mensl. Jul. Anno 1611. (Verba sent. Ob wohl eure Mußme Christian Zeidlers vor denen in ihrer Behausung hierzu erforderlichen Gerichts-Personen/ durch ihren Kriegischen Vormunden alle ihre Gerade ihren dreien Brüdern/ durch eine Übergabe unter den Lebendigen geschenkt/ ic. Die wohl aber dennoch gedachte donatrix kein Verzeichniss der Gerade-Stücken zugleich mit übergeben/ auch nicht zu befinden/ das solche Gerade-Stücken gegenwärtig gewesen/ derer eins doch zu Sachsen-Recht nochwendig erfordert wird/ ic. So mag auch dannenhero angeregte Übergabe der Gerade zu Rechte nicht bestehen/ V. R. W.)

Item ad petitionem Mariae viduae Caroli Lichtenz/ Mensl. Novemb. Anno 1612.

### DEFINIT. XV.

*Quenam sine requisita donationis Gerada extrajudiciale- tialis; & num bac tempore pestis quoque neces- sariò observari debeant?*

- Non solum in judicio Gerada donari potest, sed & hujus donatio extrajudicialiter facta valet, certis tamen adhibitis solennitatibus; de quibus agit boc Const. 14. s. So aber eine ihre Gerade ausserhalb Gerichts/ ic. ubi quatuor ponit requisita dona-

2 donationis extrajudicialis, † (1.) Ut species dona-  
te valorem 500. aureorum Hungaricorum non ex-  
cedant, (verb. Und die Stücke über 500. Ungarische  
Gülden nicht thäten austragen/ sc. † Nam & alias  
donatio excedens summam 500. solidorum actis in-  
singuanda est, §. alia. 2. Inst. de donat. l. penult. in fin.  
4 C. eod. † (2.) Ut donatio fiat in præsentia duorum-  
vel trium testium, vel etiam Notarii & testium,  
(verb. Im Beyzen zweyer oder dreyer Zeugen/ oder  
aber auch vor Notarien und Zeugen/ sc.) In præsentia  
enim testium, vel Notarii & testium, donatio cele-  
brata, tam valida est, ac si in judicio facta esset, cura  
5 hæc duo equiparentur, b. Const. 14. † (3.) Requiri-  
tur ut præsentes sint cista & capsæ, quibus species  
donata asservantur. (Verb. In Gegenwart der Kä-  
sten und Truhen/ darinnen solche Stücke verwahret/  
sc.) (4.) Denique † & claves donatario tradi debent  
(verb. Jedoch so müssen die Schlüssel dem donatario  
gegeben werden/ sc.) Hæc sunt requisita donationis  
Geradæ extrajudicialis, de quibus fusius agit Andr.  
7 Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 3. n. 52. & seqq. † Sed,  
num & hac requisita tempore pestis observanda er-  
runt? Etenim, ob necessitatem & periculum im-  
minens in testamento, tempore pestis condito, mul-  
ta de solennibus juris remissa censentur, l. casus. 8.  
C. de testament. Const. Elect. 4 p. 3. Andr. Gail. lib.  
2. observ. 118. n. 17. Virgil. Pingitz. q. 20. n. 40. & seqq.  
8 † Quidni ergo in donatione Geradæ inter vivos, ex  
identitate rationis, idem obtinere, eamque absque  
9 solennibus requisitis valere dicemus? † Verum  
hoc argumentum, ex rationis identitate desumptum,  
in exorbitantibus à jure communi non semper pro-  
cedit; nec privilegium speciale ad consequentiam  
aliumve casum similem extendere licet, l. quod ve-  
lor. 14. ff. de leg. l. quod contra 14. ff. de Reg. jur. †  
Ult maxima ergo in testamento, tempore pestis con-  
dito, numerus restium in favorem testamenti ex-  
pressè remissus sit, dict. l. 8. C. de testam. & Const. 4.  
p. 3. exinde tamen ad donationem inter vivos nil  
11 inferendum, † nec donatricem, peste laborantem,  
ad soleania donationis Geradæ requisita haud ad-  
12 strictam esse, dixerim; † Quia actus morientium  
majorem merentur favorem, quam contractus  
vel actus inter vivos, c. cum dilecti. 6. ext. de do-  
nat. l. in testamentis 12. ff. de reg. jur. & inst. de leg.  
13 Fus. Canin. toll. in fin. † Nec de remissione solenni-  
um, absque juris autoritate quicquam temere asse-  
verandum est, c. 18. in fin. extr. de sent. excomm.  
in 6to.

Ita Domini ad requisitionem Adami Daberenzens zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1617. (Verba sentent. Ob wohl Regina Hafferlenders/ als sie an der gefährlichen Seuche der Pestilenz frank gelegen/ für Notarien und Zeugen eurem Weibe thre ganze Gerade/ an Betteln/ kleinen Geräthe/ Kisten und Läden/ durch eine donation unter den Lebendigen geschendet/ ihr auch zu solchem Ende die Schlüssel überreichtet. Die weil aber dennoch nicht zu befinden/ daß die Kisten und Kästen/ darinnen die Gerade verwahret worden/ gegenwärtig gewesen/ oder sonst die Gerade-Stücken der donatarien wirklich tradiret worden/ sc.) So ist auch dannenhers solche Übergabe der Gerade zu Recht nicht beständig/ V. R. W.)

Et in causa simili an die Stadt-Gerichte zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1633.

Item in causa Pauli Krahers zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1633.

Et in causa Catharinæ Maschkin zu Meissen/ Mens. Januar. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVI.

*Traditio clavium necessaria non est, quando res ad Geradam pertinentes realiter traduntur.*

Dubium movet textus in b. Const. 14. §. So as-  
ber eine &c. qui utrumque require videtur,

traditionem nempe clavium, & rerum donatarum,  
in verb. (Auch darüber) † Quæ copulativa sunt,  
& utrumque desiderant, l. si heredi plures. 5. ff. de  
condit. inst. §. pen. Inst. de hered. inst. Bartol. in  
l. ea tamen 46. ff. de legat. 3. † Ast verba copula-  
tivæ non semper conjugunt, sed quandoque in  
disjunctiva verba resolvuntur secundum subjectam  
materiam, l. pen. ubi Dd. C. de verb. signif. Everhard.  
in loc. à nat. copul. n. u. maximè, † quando copula  
ponitur inter idem sonantia; tum enim illa duo  
in unum plerumque resolvuntur, & unum est ad-  
jectivum alterius, l. i. in pr. ubi Bartol. ff. de pac. E-  
verhard. dict. loco. † Eodemque modo copulativa  
verba b. Const. pro disjunctis ponit lueulentem  
probat §. fin. b. Constit. 14. verb. Die donirten Stük-  
ke oder die Schlüssel, ubi sufficit, si, usu reservato  
ad vitam, donatarius vel res donatas, vel claves  
restituat. † Ad quid enim prodesset restitutio cla-  
vium, rebus donatis interim manentibus penes  
donatarium, si ad perfectionem donationis copula-  
tive requireretur & clavium & rerum donata-  
rum traditio. † Sequitur hinc ergo, quod alteru-  
trum horum sufficiat ad donationem Geradæ ex-  
trajudiciale; Traditio nempe rerum donata-  
rum: Vel traditio clavium in conspectu cistarum  
& capsarum, in quibus Gerada continetur, Andr.  
Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 3. num. 85. & sequen-  
tibus. † Rebus etenim donatis actualiter traditis,  
quid opus est traditione clavium, ex quâ ficta o-  
ritur traditio? §. Interdum 43. ubi Dd. Inst. de rer.  
divis. † Cessat siquidem fictio, ubi veritas locum  
habere potest, arg. l. nec ei. 17. §. & primum. 2. vers.  
tertio. ff. de adopt. † Et è contrario traditis cla-  
vibus, quid opus traditione rerum donatarum?  
quium tantum operetur fictio in casu ficto, quan-  
tum veritas in casu vero, l. un. in pr. C. de rei u-  
xor. art. cum ex oratione. 44. ff. de excusat. tutor.  
l. legem 16. C. de locat. † Alterutrum igitur suffi-  
ciet, nec utrumque simul necessarium erit; quam-  
vis utroque omisso donatio Geradæ invalida sed-  
datur.

Ica Domini in eadem sententia an Adam Daberenzen zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1617. (Verba sentent. Die weil aber dennoch nicht zu befinden/ daß die Kisten und Kästen/ darinnen die Gerade verwahret worden/ gegenwärtig gewesen/ oder sonst die Gerade-Stücken der donatarien wirklich tradiret worden/ derer eins doch zu beständiger Übergabe für Notarien und Zeugen nothwendig erforder wird/ sc.)

Item: An Elisabethen Schelegkyn und Consorten zu Neustadt an der Orla/ Mens. Jun. Anno 1597.

An Johann Friebel zu Leipzig/ Mens. Julio, Anno 1613.

#### DEFINIT. XVII.

*Ad donationem Gerade coram Notario & testibus, ne-  
cessarius non est consensus alicuius Curato-  
ris ad litem.*

**I**N judicio Gerada absque Consensu Curatoris  
ad litem, ne quidem à Virgine aut Vidua donari  
potest, b. Const. 14. in pr. Gloss. in art. 27. verb.  
Welch Mann. lib. 1. Landrecht. † Quoniam mulie-  
res non habent legitimam personam standi in judi-  
cio absque Curatore ad litem, Matth. Wesenb. in  
parat. ff. de postulat. num. 4. † Nec possunt absque  
Curatoris consensu ullum actum judiciale firmi-  
ter celebrare, art. 46. lib. 1. Landr. Matth. Coler. p.  
1. decif. 12. n. 32. † Quæ ratio deficit in donatione  
extrajudiciale: Ergo, si Virgo vel Vidua extra-  
dicum, coram Notario & testibus Geradam alteri  
donare velit, facere hoc poterit absque consensu  
Curatoris, (nisi alias ipsi de Curatore ad litem pro-  
visum sit; quo casu hujus autoritas adhiberi debet,  
l. 3. C.

1.3. C. de minor. p. Inf. de aut. tutor.) Andr. Goldb.  
de Gen. c. 7. membr. 3. n. 136. & 144. Jacob. Tho-  
ming. decis. 6. n. 22. † Tum quod b. Const. 14. ad  
donationem extrajudicialem duntaxat presentiam te-  
stium requirat; Curatoris vero mentionem non fa-  
ciat, † Quod absque dubio non prætermisisset, si au-  
toritas Curatoris necessaria foret, Goldb. d. l. n. 139.  
† Tum, quod nec alibi de autoritate Curatoris ad do-  
nationem extrajudicialem necessariam quicquam statutum reperiatur. Quod vero lex non statuit, nec nos statuere debemus, §. cum igitur vers. nec qualibet lex  
Aut. de non elig. secund. nubent. † Tum, quia mul-  
ieres solute in foro Saxonico sine Curatore ad libitum  
mobilia sua donare & alienare possunt, art. 45. in fin.  
9 lib. 1. Lant. Const. Elect. 15. p. 2. † Ex quo currit  
objectio: quod mulier, ne quidem extra judicium,  
contrahere, nec quicquam alienare valeat, Const. E-  
lect. 15. † Quia id ipsum patitur limitationem in  
febus mobilibus, ut patet ex dict. Const. 15. §. Gleis-  
her gestalt, vers. wie denn auch die Wittben, &c.  
† A quo minus recte excepitis bona utensilia, quo-  
rum alienatio solennis requiritur, † Tum, quod li-  
mitatio sit generalis, adeoque etiam Geradæ, in rebus  
mobilibus consistentis, alienationem comprehendat;  
arg. l. t. §. generaliter i. ff. de legat. pref. † Tum,  
quod inter solennitates alienationis extrajudicialeis  
nullibi reperiatur autoritas Curatoris: Ut proinde  
absque autoritate legis necessariò requirenda non sit,  
arg. l. dissentientis. §. C. de repudi. l. 19. C. de collat.  
Quamvis à Facultate Juridica Lipsiensi Mens. Mayo  
An. 1630. aliter responsum percepimus.

Ita Domini ad consultationem Joh. Henrici à Schönberg/ M. Jun. A. 1603. (Verba sent. Hat eure Stiefmutter vor Notarien und Zeugen euerer Tochter alle ihre Gerade durch eine Übergabe unter den Beobachtungen geschenket und übergeben; So ist solche Übergabe ihrer Solennitäten halben/ ungeachtet/ daß die Donatrix keinen Kriegischen Vermöden darin gebrachet/ ja Recht frößtig/ B. R. W.)

Et in causa simili ad petitionem Annae & Elisabethae à Weiß-  
rode/ zum Altenberge/ Mense April. A. 1597. (Verba sentent.  
So ist solche Übergabe ihrer Solennitäten halben/ ungeachtet/  
daß dieselbe ohne Beyseyn und Bevolligung eines Kriegischen  
Vermöden geschehen/ zu Recht beständig/ B. R. W.)

Et pari in casu ad requisitionem Brigitte & Mariae à Dres-  
gerode/ Mense Mart. Anno 1597.

Item Joachim Rottenberger zu Dresden/ Mense Jun. An-  
no 1603.

Item in causa Pauli Krahers zu Leipzig/ M. Nov. A. 1633:

#### DEFINIT. XVIII.

*Donatio rei particularis, ad Geradam pertinen-  
tis, absque requisitis solennibus fa-  
cta valdet.*

Quae de requisitis solennibus, ad translationem  
geradæ necessariis, hactenus dicta fuere, ea so-  
lum intellecta velim de donatione Geradæ universali-  
lis. † Etenim, si qua mulier rem aliquam particula-  
rem, ad Geradam pertinentem, alteri donare velit,  
dubium non est, † quin nudæ traditione, absque  
aliis solennitatibus, hoc facere queat, juxta tradita Si-  
mon. Ulric. Pistor. in addit. ad observ. 190. Hart. Pist.  
vers. Præterea per Constitutionem, &c. & Dan. Moll.  
ad banc Const. 14. n. 7. ubi allegat Welschb. † Ec-  
quis enim nescit, Geradam esse universum quiddam.,  
seu nomen juris, quod ambitu suo multa universaliter  
continet, omnem scilicet ornatum, vestitum, & supel-  
lectilem muliebrem; Veluti etiam est hereditas, pa-  
trimonium, dos, peculium & similia, Pfeil. lib. 1. conf.  
go. n. 8. Modest. Pist. part. 1. q. 21. n. 3. † quorum  
alienatio ob suspicionem sinistram nunquam ferè abs-  
que solennibus requisitis admittitur; ut mirum haud  
sit, Illustrissimum Electorem donationem quoque  
Geradæ ad certa solennia astrinxisse, b. Condit. 14:

Carpz. Defin. Vol. I.

† Quæ procul dubio de jure univerlo, seu universalis  
Geradæ loquitur, ut ex verbis Const. & eo contextu  
satis liquet. † At, salva manet proxima cognata u-  
niversitas, seu ius Geradæ, ut maximè una vel altera  
res particularis, ad Geradam pertinens, alteri tradita  
vel donata fuerit.

Ita Domini in causa Jodoci Rudigers zu Wetteroda/ Mens.  
April. Anno 1614. (Verba sent. Hat euch eure Schwester, wey  
Armbänder von ihrer Gerade geschenket und zugestellt/ ic.  
So ist solche Übergabe/ unangesehen die in der 14. Ephurfürst.  
Const. p. 2. erschöpft Requisita dabey nicht in acte genommen  
worden/ nach Gelegenheit derselbe zu Recht beständig/ B.  
R. W.)

† Restringenda tamen est hæc definitio ad donatio-  
nem unius, vel alterius rei particularis, ad Geradam  
pertinentis. Secus vero res se habet, si mulier majo-  
rem partem Geradæ in aliud transferre velit; Quod  
absque requisitis solennibus facere inequit; Ne scili-  
cat fraudem faciat legibus, quæ donationem Geradæ  
non nisi certis adhibitis solennibus permittunt. † Præ-  
sumitur enim donatio majoris partis bonorum frau-  
dulenter facta, Joseph. Mastard. de probat. vol. i. concl.  
558. num. 2.

Ita Domini in causa Marth. Viduz M. Andrea Ralwassers  
zu Remptz/ M. Nov. Anno 1629.

#### DEFINIT. XIX.

*Donatio Gerade revocatur ipso jure ex sa-  
pervenientia filie.*

Certijuris est, propter liberorum supervenientiam; i  
donationem factam revocari posse; si nemip  
donatori, qui tempore donationis nullos habebat, li-  
beri fuerint nati, l. si unquam. 8. C. de revoc. donat.  
Joh. Schneidew. in §. 2. vers. sciendum: n. 8. Inst. de  
donat. Henr. Bocer. de donat. c. 3. n. 110. Anton. Go-  
mez. tom. 2. var. resolut. 4. Modest. Pist. p. 2. qu. 66.  
† Quidni ergo Geradæ quoque donatio ex superven-  
ientia filie revocari poterit? de quâ si cogitasit de-  
natrix, verisimiliter Geradam suam alteri haud donas-  
set, arg. l. cum avia. 102. ff. de condit. & demonstr. l.  
cum acutissimi. 30. C. de fideicom. † Quæ præsum-  
ptio tam favorabilis est, ut ex supervenientia filiae ipso  
jure evanescat donatio, d. l. 8. in verb. revertatur. ubi  
Gothofr. C. de revoc. don. Jul. Clär. lib. 4. sentent. §.  
donatio. q. 23. n. 8. † Cujus rei hic potissimum exi-  
git effectus; ut, licet donatrix tacuerit, eâ tamen de-  
functâ, ipsa filia Geradam donatam repetere possit,  
juxta tradita Bald. & Salyc. ad l. ult. C. de rev. donat.  
Ant. Fab. in Cod. l. 8. tit. 36. Defin. 34. n. 3.

Ita Domini ad consultationem Georgii Günthers zu Eich-  
ig/ Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Obwohl aber dennoch  
die Donatio Geradæ ex supervenientia filiae ipso sicut erlossen/  
und die Gerade der Mutter wieder anheim gefallen/ ic. So ha-  
ben sich auch die Donatarii der geschenkten Gerade nicht anhi-  
men; Sondern es verblebet dieselbe der Tochter billig/ B. R. W.)

Item ad requisitionem Johannis à Rüsen/ Mense Jun. An-  
no 1632.

Et in causa Christiani Ehrenflede à Schönberg/ Mens. Febr.  
Anno 1634.

#### DEFINIT. XX.

*Non tamen revocatur donatio Gerade reciproca  
seu remuneratoria per supervenien-  
tiā filiae.*

Ed alia est ratio donationis Geradæ reciproca seu  
remuneratoria, quæ procul dubio ex superven-  
ientia filiae non revocatur; quia hæc propriæ donatio  
non est, Jul. Clär. §. donatio. q. 2. n. 2. Anton. Fab. in  
Codic. lib. 8. tit. 36. Defin. 3. Vide supra Const. 12.  
defin. 33. † Nec enim liberi, si qui alteri ex donato-  
ribus adnascentur, efficere possunt, ut revocetur do-  
natio, quam ex parte alterius, qui liberos non suscep-  
tit, subsistere necesse est; cum neuter fuisset donatu-  
rus, si non vicissim sibi quoque fuisset donatum. † Uni-  
t. 3

EII

dc

de fit, ut utraque donatio pro una habeatur, quæ pro parte circa utriusque consensum rescindi nequit, L. 1. t. 8. l. 4. C. de revoc. donat. Anton. Fab. dict. defin. 3. n. 10.

Ita Domini in causa Annen Stulperin zu Lügden/Mens. Jul. A. 1634.

### DEFINIT. XXI.

*Gerada, donationi omnium bonorum inclusa, validè non donatur.*

**H**aud valida est donatio Geradæ, inclusa donationi universorum bonorum, præsentium ac futurorum; nec per ejusmodi donationem ullo modo Gerada transferri potest; † Quia donatio universorum bonorum de jure non subsistit, secundum veriorem sententiam Joh. Schneidew. in §. 2. n. 86. Inst. de donat. Hartm. Pift. obs. 10. Johan. Guttieretz. in tract. de juram. confirm. part. 1. c. 11. n. 2. † Nec est, quod hancce donationem quoad Geradam solum valere dixeris, eò, quod utile per inutile vitiari non debeat, c. utile 37. de reg. jur. in 6to l. 1. §. sed si misbi. 5. ff. de verb. obligat. l. sed et si 12. ff. de const. pecun. l. si sponsus. 5. §. 2. ff. de donat. int. vir. & ux. † Quia hoc verum est solum dividuis, quando utile ab inutili separationem recipit, Dd. in d. c. utile. 37. de reg. jur. in jur. in 6to. Andr. Gail. lib. 1. observat. 88. num. 12. & lib. 2. observ. 5. n. 9. Joh. Harppr. ad §. fidejusso- res. 5. n. 17. Inst. de fidejuss. † At, unicus & individuus est actus donationis omnium ac universorum bonorum, qui in totum sit irritus, nec pro parte valere potest; † Unde fit, quod nec detractâ mentione futurorum bonorum præsentium donatio subsistat; cum unica sit donatio, quæ sublata, nil prorsus utile & in jure validum relinquit, Dec. part. 1. cons. 30. in fin. Joh. Schneidew. in §. 2. num. 88. Inst. de donat.

Ita Domini in causa Reichvior Hartmanns zu Schlottheim/ Mens. Mart. A. 1632. (Verba sent. Diemelli aber dennoch in ge- genwärtigem Fall die Donatrix zugleich nebenst der Gerade al- le ihre andere Güter/bewegliche und unbewegliche/gegenwärtige und inlängtige/ wie auch alle Jura und Actiones ihrem Bruder mit übergeben/ dergleichen Donations aber/ als universorum nicht frässtig seyn/x. So mag auch dannenhero vorge- dachte Übergabe so wohl der Gerade/ als der Donatrix Bruder/sür beständig nicht gehalten werden/x.)

### DEFINIT. XXII.

*Inter Geradam, qua defunctâ muliere ad proximam ejus Cognatam devolvitur, quaque defunctô mari- sô ad Uxorem superstitem pertinet, præter- quam circa oves, nulla est diffe- rentia.*

**B**ona utensilia Jure Saxonico non solum præmor- tuō maritō ad uxorem superstitem pertinent; Sed & si uxor ante maritum deceaserit, bona illa ad proximam cognatam devolvuntur, art. 20. lib. 1. & art. 38. lib. 3. Landr. † Unde duplex perhibetur Gerada: Uxorū scilicet, & Cognatarum, Gloss. in dict. art. 38. & Gloss. in art. 24. lit. d. lib. 1. Landr. † Illa, Gerada nempe uxorum est, quæ Uxoribus post mortem maritorum debetur; Hæc verò, Cognatarum Gerada, vulgo Niffel-Gerade/ (quamvis hic Lipsie & alibi ex statuto & consuetudine peculiaris, a- lio sensu hæc vocula accipiatur, Vid. infr. Defin. 51.) dicta est, † quam Uxor, ante maritum decedens, ut & vidua aut virgo, ad proximam cognatam transfert. Gloss. dict. art. 38. art. 27. lib. 1. Landr. Hartm. Pift. part. 1. qu. 32. n. 1. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. num. 256. † Sub Gerada autem Uxorū omnes species, ex dispositione Juris Saxonici, alias ad Geradam pertinentes, comprehenduntur. † Sed Geradæ Cognatarum alias species desunt, Hartm. Pift. dict. loc. Idque minus dubium habet. At hoc expedi-

tum non est: in quibus speciesbus discrimen hoc confi- stat? † Additionator Spec. Saxon. in art. 38. lit. C. 7 lib. 3. & in art. 24. lit. D. lib. 1. Landr. hanc differen- tiam ponit, ut illæ duntaxat species Niftelgeradæ nu- mero habendæ sint, quas uxor ad maritum intulit, vel ei, constante matrimonio, ex successione, vel aliunde obvenerunt, hæque solæ post uxorū conjugatæ obi- tum, Cognatae ejus proximæ debeantur. † Sed er- roneam esse hanc sententiam, ex art. 20. lib. 1. Landr. art. 23. Weichb. & art. 38. lib. 3. Landr. luculenter probat Hartm. Pift. dict. quæst. 32. n. 4. & 5. Quem- sequitur Andr. Goldb. de Gerad. cap. 2. n. 7. 8. 9. † Ve- 9 rior autem & usu receptior in hisce provinciis est op- nio existimantium: Cognatae proximæ omnes illas res, quæ alioquin utensilium nomine, maritō defun- ctō, ad uxorem pertinent, deberi, Hart. Pift. d. qu. 32. n. 3. in fin. † Exceptis solummodo ovibus, quarum 10 alia habetur ratio uxorū, post mortem mariti uten- silia percipientis; alia vero Cognatarum. † Uxor 11 enim marito superstes, omnes oves sexus foeminini uten- siliū nomine consequitur, non attento, utrum hæ propriè illius, an vero mariti fuerint; nec utrum in ovilibus sive prædiis mariti existentes, vel elocatae reperiantur. † Ad proximam vero Cognatam illæ 12 saltem pertinent oves, quas Uxor ad maritum intulit, & quæ ipsius fuerunt propriae, Gloss. in cap. 57. Leo- henr. Hart. Pift. d. q. 32. n. 9. Goldb. dict. cap. 2. n. 11. † Ut sic inter utensilia, quæ Uxor defuncto marito, 13 quæque post mortem Uxorū Cognata consequitur, præter Oves, nulla subsit differentia, Pift. dict. loc. n. 11.

Ita Domini in causa Magdalend à Weitwegen/M. Dec. An- 1617. (Verba sentent. Ob wohl sonst nach Absterben eines Mannes der überlebenden adelichen Witwen alle Schafe [aus- geschlossen die Hammel] ohne Unterschied/wo sie seyn/in Schaf- sereyen/ oder auf Hörwegen stehend/ die des Mannes gewest/ oder zur Witthe ausgethan/ zur Gerade gehören; Dietwelt aber dennoch nach Absterben eurer Mühme/von dem überleben- dem Ehemann ihr als eine Mittel des Weibes Gerade aniego fodert/ ic. So werden euch allein diejenigen Schafe/so die ver- storbene Frau zum Manne bracht/ oder sonst bekommnen/ und ihr eignen gewesen/ nebens andern Gerade Stücken [darunter ferner in gegenwärtigem Fall/ und wenn sonst eine adeliche Witte aus des Mannes Verlassenschaft die Gerade fordert/ kein Unterschied gehalten wird] billisch abgesegnet/B. M. W.)

### DEFINIT. XXIII.

*Fetus ovium, post mortem mariti, ante tamen divi- sionem editi, indistinctè, sive masculini, sive foemi- niini sint sexus, Vidua cedunt, ut & lana- nondum detensa vel de- cerpta.*

**O**mnes indifferenter Oves sexus foeminini, atque adeò eas etiam, quæ mercede locatae sunt, ceu Geradam, ad Viduam pertinere, patet ex art. 24. lib. 1. Landr. Gloss. Weichb. art. 23. Andr. Goldb. de Gerad. c. 4. n. 19. Idemque probat Responsum Scabino- rum in Defin. præced. allegatum. † Sed, quid de fa- 2 tibus ovium post mortem mariti, ante divisionem ta- men editis, habendum? † Hosce mariti hereditibus ce- 3 dere, videtur probari ex textu in art. 20. lib. 1. & art. 76. lib. 3. Landr. ubi mulier dicitur Geradam acci- 4 pere, qualis tempore mortis mariti fuerit. † At foetus 4 memorati, cum maritus moreretur, nondum fuerunt in rerum natura, sed postea demum procreari sunt. Unde consequitur, quod vidua in hisce sibi nil juris vindicare queat. † Verum respondet Hartm. Pift. 5 lib. 1. q. 34. n. 4. prædictos textus Juris Saxonici non loqui de rebus, quæ eo tempore, cum maritus vita fungeretur, adfuerunt: sed de jure, quod tunc tem- poris uxori in mariti bonis contiperit. † Ex quo 6 ipso jure pro Vidua potius concludendum; Est enim hoc

- hoc jus, quod mortis tempore uxor in ovibus habuit, ejus efficiaciz, ut etiam foetus pecorum, nec non lana nonum deconsa vel decerpta, ad eam pertineat, uti recte opinatur Hartm. Pift. dicit. quest. 34. & Goldb. dicit. cap. 4. num. 24. † Nam foetus & lana pecoris ejus sit, ad quem pecus ipsum pertinet. §. gallinarum. 16. S. item ca. 17. Inst. de rer. divis. l. bona fidei. 48. in fin. ff. de acq. rer. dom. l. un. C. de rei uxor. aet. † Est que Gerada quiddam universale, Modest. Pift. p. 1. q. 21. At in universalibus veniunt etiam fructus, utpote quibus augetur universitas, l. item veniunt. 20. S. 3. l. sed et si lege. 25. S. f. ff. de pet. hered. l. 2. C. eod. tit. 9. † Quin & hoc casu nulla distinctio facienda, an foetus sint masculini, an foeminini sexus: Etsi enim alias oves foeminini sexus duntaxat ad Geradam pertineant; 10. † Attamen cum hōsce foetus uxor non jure Geradæ, sed jure dominii, & tanquam fructus pecoris sui percipiat. dicit. l. bona fidei. 48. ff. de acq. rer. dom. utique quin & agni masculini sexus ad uxorem pertineant, 11. dubium esse nequit. Goldb. dicit. c. 4. n. 30. † Quamvis alias agni, in vita mariti procreati, tūm demum ad viduam pertineant, si nondum sint ejus ætatis, ut per se alaptur, sed matribus adhuc subrumantur, ut probat Goldb. d. l. n. 34.

Ita Domini ad consultationem Johannis Mylii zu Plauen/Mense Mayo, Anno 1630. (Verba sentent. Ist den 6. Jan. dieses Jahres G. N. E. Todesverfahren/ und hat jenen Kindern/ genaut der Adelichen Witben/nach sich verlassen/ und weil es sich mit Beistätigung der Wurmünden bish hieher verzogen/ haben unterdessen die trächtig gewesenen Schafe gelämmel/ sc. So gebühren die Lämmer ohn Unterscheid/ ausamt den alten Schafen/ der Witben zur Gerade billich/ und sie mag vor die Fütterung Abtrag zu thun nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Item in causa Ursulae, Vidua H. V. à S. Mense Mayo, A. 1633. (Verba sentent. Dass zugleich/ nebens den Schafen/ alles junges Eschaf/ wie es Mahmen haben wag/ so nach eures Ehe-Junkers Absterben/ binnem dem dreyzigsten/ oder vor gehalbener Eheleitung/ und euerer Befriedigung gelämmet worden/ zur Gerade euch billich abgesolget wird/ und haben sich die Erben damit/ dass die Schafe nach Absterben eures Junkers allererst zugelassen worden/ beständiger Weise dawider nicht zu behelfen/ V. R. W.)

Ec in causa herendum à Schönfelds an die Stadtschreiber zu Plauen/M. Mayo, A. 1617. Verba sent. Seyn zur Zeit des von Schönfelds Absterben/ die Schafe trächtig gewesen/ und haben die Wolle noch gehabt; So werden beydes eurer Pflegefrauen die Küster und die Wolle/ oder der rechte Werth dafür billich gefolget/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

Inter Geradam mulierum Nobilium & plebeiarum, nulla est differentia praterquam circa Oves, Anseres, Anates & Currum.

- R**ariū forsitan accidit hisce in Provinciis, ut viduæ plebejæ, & defunctorum maritorum ignobilium bonis, geradam capiant, quia ex Constitutione Provinciali, & cuiusque loci Statutis (nisi pactis dotalibus aliud provisum sit, aut bona illata reperantur,) certam portionem, collatis bonis suis omnibus cum utensilibus, lucrantur. † Quo casu disputatio de capienda gerada ex bonis defuncti mariti cessat., Goldb. de gerada c. 5. p. 92. n. 12. Communiter autem tam inter Nobiles, quam plebejas mulieres de gerada cognatarum disceptari solet; † quam scilicet Uxor, ante maritum decadens, ut & vidua aut virgo in Cognatam transfert. Unde & gerada Cognatarum, seu Nifselgerada, dividitur in geradam Nobilium, & geradam ignobilium seu plebeiarum, Andr. Goldb. de gerad. cap. 2. n. 21. † Aliter enim Nobiles, aliter vero ignobiles vel plebejæ geradam accipiunt: Quæ tamen differentia solum in hisce tribus speciebus consistit; † Ovibus videlicet, anseribus & anatibus, Andre. Goldb. d. c. 2. n. 22. Quibus ego addo Currum, quo vesta fuit mulier Nobilis. † Sicut e Carpz. Defin. Vol. 6

nim inter plebejas & ignobiles foeminas Oves, anseres & anates ad geradam non pertinent, licet inter Nobiles geradæ nomine veniant: † Ita nec Currus, seu res ad geradam pertinens, defuncta muliere ignobilis, Cognatae cedit. † Quare quæ dicta fuere de Ovibus 7 Definit. preced. non nisi de foeminis Nobilebus dicta velim.

Ita Domini in causa Mariæ Kotters zu Ebeling/ Mense Jun. A. 1633. (Verba sentent. Ob wohl sonst unter denen von Adel die Schafe/Gänse/Guten/und der Wagen/darauf die Versor- bene gesahren/ zur Gerade gehörig; Die weil aber dennoch/eu- rem selbst eigenen Bericht nach/ eure verstorbenen Wuhmet Jungfrau Anna Nolles/ wie auch ihr/ nicht von Adelschem Ge- schlecht herkommen/sondern beide von Bürgerlichen Eltern er- fangen seind/ sc. So habt ihr euch auch/ als die Nifsel/obgedach- ter Stücke zur Gerade nicht anzumassen/V. R. W.

Eead consultationem Erasmi von Brands/ Mense Apr. A. 1612. (Verba sentent. Ob gleich eiders Unterthanen Eheweib etliche Schafe nach sich verlassen; So hat doch Ihre næhere Nif- sel sich derselben/ sie seyn gleich in stehender Ehe erzeuget/ oder nicht/ als Gerade nicht anzumassen; Sondern sie hat solche als Fahrnus/nebens anderer ihrer fahrenden Habe auf ihren über- lebenden Ehemann gebracht und versälet/V. R. W.

#### DEFINIT. XXV.

In dijudicandis rebus ad Geradam pertinentibus, cuiusque loci Consuetudo & mulieris possessio attendi debet.

**Q**uatuor illæ species, de quibus in Defin. preced. 1 dictum, solummodò apud Nobiles foeminas ad geradam referuntur. Reliquæ vero res ad geradam 2 pertinentes, tam Nobileum, quam plebeiarum mulie- rum, geradæ communes habentur, ac indifferenter, inter bona utensilia referuntur. † At quenam illæ sunt? Equidem harum rerum catalogum ponit art. 24. Landr. lib. 1. art. 23. Weichb. & Gloss. Lehens- recht. cap. 56. † Quas tamen omnes ibidem ea- meratas hodiernus usus non approbat: Nec possi- 3 ble ferè est, eas certa aliquâ regulâ definire; † siquidem plerisque in civitatibus hujus Provinciae bonis utensilibus modus peculiaris Statutis & consuetudi- 4 nibus praesinitus est, quibus omnino standum erit, Hartm. Pift. lib. 1. qu. 32. n. 6. † Cujuslibet enim 5 loci peculiaria Statuta jus commune & generalem consuetudinem Provinciae tollere solent, §. ius autem 6 civile l. Inst. de jur. nat. gent. & civil. l. an in totum. 3. C. de adif. privat. l. 1. C. de emancip. liber. Bartol. & Dd. in l. omnes populi 9. ff. de just. & jur. † Sane in 6 Provinciis hisce Saxoniciis, quænam res usu ac con- 7 suetudine ad geradam pertineant, quæque bona uten- silia dicantur, satis apparet ex formulâ hac de re pro- nunciandi Scabinorum Lipsiensium, relatâ verbote- nus ab Hartm. Pift. dicit. quest. 32. p. 233. Rubr. Se- quuntur species ad bona utensilia pertinentes, prout Scabini Lipsenses eas in Responsis suis enumerare so- lente. Et c. Quam formulam hic transcribere nolo. † Il- lud tamen certum est, hæc solummodò bona utensilia ad proximam Cognatam pertinere, quæ uxor de- functa tempore mortis possidet. (Welche das Weib zur Zeit ihres Absterbens in ihrer Gewähr gehabt.) † Est enim mulieris possessio potissima & propinquæ 8 causa geradæ, Weichb. d. art. 23. Gloss. Larin. art. 38. lib. 3. Landr. lit. E. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 256. † Quia ex possessione presumitur 9 Dominium, l. sicut 8. S. & si 4. ff. si servit. vind. Dd. in l. 2. C. de probat. l. ult. C. de rei vindicat. † Ut- 10 sic in dijudicandis bonis utensilibus duo semper ob- servari debeant: Consuetudo scilicet cujusque loci: & possessio mulieris. Cui non obstat Elect. Const. 22. p. 3. ubi vid. Defin. 4.

Ita Domini ad consultationem Matthæi Wachs zu Lindbicht/ Mense Nov. Anno 1594. (Verba sentent. Es werden aber die Stücke zur Gerade gehörig/ so viel die Mutter nach sich verlas- sen/ und zur Zeit ihres Absterbens in ihrer Gewähr gehabt/ auch

des Orts brüchlich/ eueru<sup>m</sup> Eheweibe/ als der nächsten Nissel billich gefolget/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

Catene, armille alieue res similes, in Uxor's possessione reperta, ad Geradam pertinent, licet ambo Conjuges illis usi fuerint.

- E**xinde, quod dictum Defin. preced. possessionem esse causam propinquam Geradæ, sequitur, in controversia inter maritum ejusve heredes, & defunctæ Uxor's Cognatam, super re, ad Geradam pertinente, exortâ, omnino inspiciendum esse: Utra pars possideat? † Nam si Uxor possedisse probetur, Cognata; Si verò in mariti possessione res reperta fuerit, marito ejusve heredibus adjudicabitur, Gloss. in art. 23. Weichbld. Math. Coler. part. 1. decif. 60. n. 45. † In pari enim causa melior est conditio possidentis, c. si a sede. 31. de proband. in 60 c. in pari 65. de reg. iur. eod.

Ita Domini ad consultationem Georgii Agricolæ zu Dresden/ M. Mart. A. 1616. (Verba sententia: So werden dieselbe Stücke der Wittben/ weil man solche in ihrer Gewehr auflossen/ bis so lange ein wideriges von ihres Mannes Erben ausgeführt/ als Gerade billich gelassen/ V. R. W.)

Item in causa Wolf Richters Erben zu Zschopau/ M. Octob. A. 1635.

Item in causa Nicol. Fischers Kinder zu Taucha/ M. Aug. An. 1634. (Verba sententia: So hat bemeldtes Weib/ anderer Ehe/ ihre Gerade/ [darunter auch dasjenige/ so der Ehemann von dem ersten Weibe überkommen/ oder selbst erzeuget/ dem Weibe anderer Ehe aber übergeben/ und solche nachmahlis in ihrer Gewähr und Besitz befunden worden/ zugleich mit begriffen] auf ihre Tochter bracht und versallet/ ic.)

- I**dque † verum est, etiam si ambo conjuges catenæ, armillis, aliisvè rebus, ad Geradam pertinentibus, promiscue usi fuerint.

Ita Domini ad requisitionem Johannis Mylli zu Plauen/ M. Mayo, A. 1630. (Verb. sent. Ob nun wohl solche Armbänder und Ketten nicht allein die Wittben/ sondern auch bischweilen der verstorbenen Ehe-Junker ange tragen; Dieveil aber dennoch bemeldte Wittben dieselbige in ihrer Verwahrung gehabt/ ic. So gehören sie auch zu der Gerade billich/ und werden demnach der nächsten Nissel abgesolget/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

Bona utensilia si ante Uxor's obitum ad Virum per veniant, naturam suam mutant, & hereditaria sunt.

- N**ec tamen indifferenter possessionem Geradæ doceri sufficit, sed Cognata, Geradam petens, id potissimum per duos, ad minimum, testes († Nam quod de tribus cognatis habetur in Gloss. Weichbld. d. art. 23. ab usu recessit, Goldb. de Gerad. c. 8. n. 27.) probare debet, † quod species illa, qua petitur, fuerit in possessione mulieris defunctæ tempore mortis, Gloss. art. 5. Landr. lib. 1. lit. m. † Quia res consumptas maritus, ejusve heredes resarcire, vel pecuniâ pensare non tenentur, Goldb. de Gerad. cap. 9. n. 10. † Unde & à Scabinis in fine sententiarum vulgaris hæc clausula apponi solet: (Was aber dieser Stükke nicht vorhanden/ das darf man nicht geben der folgen lassen.) Ex quo porrò sequitur: † Etiam si res aliqua ad Geradam pertinuerit, si tamen postea ante obitum uxoris ad virum pervenerit, illam naturam suam mutasse, & hereditariam factam fuisse, ac propterea marito, ejusve heredibus remanere, art. 5. Landr. lib. 1. Dan. Moll. lib. 2. semebr. c. 6. Goldb. de Gerad. c. 3. n. 18.

Ita Domini ad requisitionem Gottlobis à Röckelis zu Staucha/ M. Apr. An. 1633. (Verba sent. Hat eueru<sup>m</sup> Mutter eueru<sup>m</sup> Stieffvater etliche Geradestücke an Ketten/ Armbändern und Ringen zum heiligen Christ geschenket/ und eigenhümlichen übergeben/ welche er auch in seiner Verwahrung gehabt/ ic. So verbleiben solche Stücke dem Manne/ eueru<sup>m</sup> Stieffvater billich/ und mögen für Gerade serner nicht geachtet werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXVIII.

Mundus muliebris in possessione mulieris repertus ad Geradam pertinet, licet eō mulier ad ornatum usi non fuerit.

**S**apius accidit, ut mulieres vestes, catenas, annulos, aliasque species, ad mundum muliebrem pertinentes, sibi comparent, quibus tamen ad ornatum nunquam ferè utuntur. † Quo non obstante, mundus ejusmodi muliebris pro Gerada habetur, ac post mortem mulieris in ejus possessione repertus, proxima Cognata cedit. † Etenim, in dubio, an res ceu Gerada ad proximam Cognatam pertineat, duo potissimum probè observanda dixi Defin. 25. n. 10. † Ni mirum an ex loci illius consuetudine vel Statuto res aliqua inter bona utensilia referatur; Et an in mulieris defunctæ possessione reperta fuerit, Hartm. Pistor. lib. 1. q. 32. n. 6. Andr. Goldb. de Gerad. c. 3. n. 13. Col. de process. exer. part. 1. c. 3. n. 256. † Qua duo si concurrant, procul dubio res illa, ceu Gerada, ad Cognatam spectabit; etiamsi eā mulier defuncta nunquam causa ornatus usi fuerit. † Quod & haud obscurè patet ex Const. Elect. 22. p. 3. §. Wenn aber, verb. gebraucht/ oder in ihrer Verwahrung gehabt / ic. Vide Defin. 4. dict. Conf. 22.

Ita Domini in causa Sebastian Schneider's zu Leipzig/Mens. April. Anno 1630. (Verba sententia: So viel aber die guldene Kinge und Armbänder auslangen/ werden solche/ wosfern sie in der verstorbenen Frauen Gewähr befunden worden/ ob sie gleich dieselbe niemahls ange tragen/ für Gerade billich gehalten/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

Res hereditaria ad ornatum vel usum Uxori à marito concessæ, defuncto eo, si in possessione Uxor's reperiantur, pro Geradâ habentur.

**B**ona utensilia si per donationem aliumve contratum in virum aliquem transferantur, naturam Geradæ amittunt, & hereditaria fiunt, Defin. 27. Dan. Moll. lib. 2. semebr. c. 6. Goldb. de Gerad. c. 3. n. 18. † At, quid si postea viri ejusmodi bona hereditaria Uxori ad ornatum & usum concedat? Sanè solus alicuius rei usus Geradam neutiquam facit; † Sed si res hereditaria, Uxori commodata, tales sint, quæ ex consuetudine loci inter bona utensilia referantur, exque custodia uxoris relinquantur, nil certè obstat, † quo minus res illa post obitum mariti in possessione Uxor's repertæ, pro Gerada haberri debeant, juxta tradita Gloss. in art. 13. Weichbld. col. 9. Sent. post Weichbld. tit. von Gerade/ Morgengabe/ ic. Coler. part. 1. decif. 60. n. 45. † Ex possessione siquidem mulieris, de bonis utensilibus judicandum est, Gloss. latin. ad art. 38. lib. 3. Landr. lit. e.

Ita Domini in causa Johannis Neufers zu Leipzig/Mens. April. Anno 1593. (Verba sent. Ob gleich vorgebächter euer Vetter etliche Betteln und kleinen Geräthe von seinem verstorbenen Bruder als Erbe bekommen/ da er aber dennoch solche Betteln und kleinen Geräthe seiner Wittben in ihre Verwahrung gehabt/ und sie es gebrauchen lassen/ ic. So würde ihr auch dasselbige zu ihrer Gerade billich gefolget/ V. R. W.)

Et in causa Viduz atque heredum G. H. zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1632.

† Ideoque & Res, ad Geradam pertinentes, quas maritus vel ipse met comparavit, vel à primâ Uxore jure Statutario lucratus est, conjugi posteriori, Viduz superfitti, aut defuncta eā ante maritum, Cognata debet, si in possessione mulieris repertæ fuerint, assertare haud vereor: † Non solum ex causa possessionis, unde dominium Geradæ præsumitur, l. f. 8. §. et si 4. ff. si servit. vindic. Dd. in l. 2. C. de probat. Sed † & quod maritus, res ejusmodi possessioni ac custodia Uxor's committens, illas donare censetur; † quod do-

donatio jure prohibita non est, ut demonstravi *Supr. Constit. I. 3. Definit.*, 27. Andr. Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 4. n. 98. Hart. Pst. p. 1. q. 31. n. 11. § 37.

Ita Domini in causa liberorum Nicolai Fischers zu Laucha/ Mense Aug. Anno 1634. (Verba sent. So hat beimeldtes Weib anderer Ehe ihre Gerade [darunter auch dasjenige/ so der Ehemann von dem ersten Weibe überkommen/ oder selbst erzeugt/ dem Weibe anderer Ehe aber übergeben und solche nachmahl in ihrer Gewähr und Besitz befinden worden/ zugleich mit begriffen] auf ihre Tochter bracht und verfällt/ ic.)

Et in causa Petri Dehmens & Consort. zu Leipzig / M. Febr. Anno 1612. (Verba sententia: Ob nun gleich gedachte Wittib berührtes Ehe - Bette ihrer Mündlein Vater nicht zubracht/ sondern dasselbe noch bey seines vorigen Weibes Leben von ihr erzeuget worden; Dieweil aber dennoch gedachter ihr Ehemann und euer Mündlein Vater geschehen lassen/ daß sie so wohl als er bey währendem Ehestande dasselbe gebraucht/ und darauf mit einander gelegen/ und sie also dasselbe in ihrer Gewähr und Gebrauch gehabt/ ic. So wird auch dasselbe nun mehr als Gerade billich gefolget/ ic.)

## DEFINIT. XXX.

*Res à marito uxori ad usum & ornatum concessae haud pro Gerada habentur, si in mulieris possessione non reperiantur.*

**H**AUD RAR è contrario accidit, ut maritus catenas, armillas, alias res similes, ad ornatum pertinentes, quas sibi ipsem comparavit, vel aliunde accepit, Uxori de commodato, ejusque usui concedat, quas tamen custodia illius non relinquit, sed ab uxore recipit, & in sua possessione retinet. † De hisce sanè rebus dubium non est, quin hereditaria sunt, ac maneant, nec viduæ cedant. † Etenim, quæ in possessione mulieris non reperiuntur, pro Gerada Uxor haberi nequeunt: † Quia mulieris possessio propinqua Gerade causa est, Weichb. art. 23. ubi Gloss. † Ex quâ dominium præsumitur, l. 1. ff. fam. ercif. l. sicut. 8. §. sed si. 3. ff. si servit. vind. Dd. in l. ult. C. de Rei vind. Andr. Goldb. de Gerad. cap. 3. n. 14. † Quò & refero lectos, aliasque res similes, quas maritus ad usum rei familiaris communem comparavit; Quæ si in possessione mulieris non reperiantur, Gerada neutiquam accenseri debent.

Item ad requisitionem Eliä Gaschizens zu Döbeln/ Mense Aug. Anno 1627. (Verba sententia. Ob nun wohl des Verstorbenen Eheweib/ eure Pflege-Frau/ solche Kette viel und oftmahls umgehängen und getragen; Dieweil aber dennoch der verstorbene Ehemann diesebe anfanglich vor sich erkaufst/ solche iedemal in seiner Verwahrung gehabt/ und wann sie das Weib getragen/ alsbald wiederum zu sich genommen und verschlossen/ ic. So ist auch gedachte Kette nach seinem tödtlichen Abgang/ vor Erbe zu achten/ und da man hier die Wittib/eure Pflege-Frau/ sich derselben/ als Gerade/ anzumassen nicht befugt/ B. R. W.)

Et in causa simili an Georg Agricolen zu Dresden/M. Mart. A. 1616. Verba sent. Ob er nun gleich solche Gerade-Stücken [so er von seinem ersten Weibe/ des Orts Statuten nach/ erbet] seinem andern Eheweibe zu gebrauchen vergönnet; Diesweil aber dennoch solche Stücke/ wann seine andere Haß-Frau dieselbe zu Ehren nicht mehr bedürfti/ wieder in seine Verwahrung genommen/ und bey sich behalten/ ic. So mögen auch solche Stücke vor Gerade nicht gehalten werden/ sondern sie verbleiben den Erben billich/ und sein ander Eheweib hat sich derselben/ als Gerade/ anzumassen nicht Zug/ B. R. W.)

Item in causa Hansen Welzmanns zu Leipzig/ Mense Julio, A. 1632. (Verba sent. Ob wohl euer verstorbenes Ehe-Weib Ihre Gerade auss ihre Tochter bracht und verfällt: Dieweil Ihr aber dennoch die Betteln/darauf eure Gesellen und Jungen liegen/ vor euch machen lassen/ derselben Eigenthum iedermal bey euch behalten/ und solche niemahls euerem Eheweibe in ihre Verwahrung gegeben/ ic. So haben sich auch derselben/ als Gerade/eure Tochter nicht anzumassen/ sondern sie bleiben euch billich/ B. R. W.)

Et in causa Lobid. Heydenreichs Kinder/ an die Wörmundschaffts-Herren zu Leipzig/ Mense Aug. A. 1636. (Verba sententia. So hat er solche Betteln auss seine Erben bracht und verfällt/ und die Wittib hat sich derselben/ als Gerade/ nicht anzumassen. Sie könnte dann/ wie Recht/ erwischen und beybringen/ daß sie berührte Betteln/ mit des Mannes Wissen und Willen/ in ihr Gewähr und Besitz bekommen/ und darinnen bis an

sein Ende behalten/ dessen gewisse sie auf den Fall billich/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*Bona, que Uxor non usus proprii causâ, sed tanquam mercatrix aut Creditrix possidet, non habentur pro bonis utensilibus, nec ad proximam Congnationem pertinent.*

**N**ON sufficit quævis possellio, ut res, ad geradam pertinentes, proximæ cognatæ nomine bonorum utensilium cedant, † sed possessionis verbum, hoc loco cum effectu & proprietate accipi debet, hoc est, de verâ & justâ possessione, quæ fit animo rem sibi habendi, eaque ceu gerada utendi. Gloss. Weichb. art. 23. col. 8. Andr. Goldb. de gerad. c. 3. n. 20. † Ex animo enim & intentione possidentis de ipsâ possessione judicari debet. Hinc licet res in possessione mulieris repartæ ad geradam pertineant, † attamen si non vel usus ornatus, sed vel negotiationis causâ à mercatrice, ut rursus vendatur, vel asscurationis gratia, à Creditrice muliere pro pecunia creditâ pignoris loco possessa fuerint, † neutiquam pro bonis utensilibus habentur, nec proximæ Cognatæ nomine geradæ accrescunt, Gloss. Weichb. dict. loco, † Deficit enim animus sibi retinendi iisque utendi, ac proinde possesio legitima non est, quæ † deficiente cessat quoque jus Geradæ, Goldb. dict. loco.

Ita Domini in causa Enoch Hetmanns zu Leipzig / M. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Hammassen auch die Ketten/ Armbänder und Ringe/welche eure Mutter an sich erkaufft/nicht zu ihrem Geschmuck/ sondern allein zu dem Ende/ daß sie dieselbe wiederum verkauffen wolte/ nicht zur Gerade/ sondern zum Erbe gehören/ B. R. W.)

Et in causa Henrici Grunewalda zu Leipzig/ Mensl. Jan. A. 1643. (Verba sent. Hat eure Mutter etliches Geld auf guldene Ketten/ Ringe und andere Gerade-Stücke ausgeliehen; Ob nun gleich solche Stücke sich nach tödtlichem Abgang eurer Mutter also befinden/ ic. So seyn doch eure Schwestern derselben als Stücke ihrer mütterlichen Gerade sich anzumassen nicht befugt/ B. R. W.)

Et in causa simili an die Bucherische Erben zu Leipzig/ Mensl. Dec. Anno 1615.

Item an D. Andream Weisseckern zu Lüzen/ Mense Januar Anno 1575.

## DEFINIT. XXXII.

*Pannus pretiosus ad vestimenta muliebria, nondum incisus, ad Geradam non pertinet.*

**D**UBIUM prorsus non est, quin pannus lineus in differenter sive sit incisus, sive non (geschnitten und ungeschnitten Leinwand) ad geradam pertinet, per text. in art. 24. Landr. lib. 1. At quid de panno pretioso, putâ serico, vel ex auro, argento ve contexto babendum? † Et hunc ad geradam pertinere, existimavering cum Andr. Goldb. de gerad. c. 4. n. 87. † modò tamen ad vestimenta muliebria incisus fuerit, licet nondum consutus sit, per text. in art. 23. Weichb. in verb. Da gehören zu alle weibliche Kleidung/ und geschnitten Tuch/ Wüllen und Leinen/ das Frauen pflegen zu tragen/ † quæ sane verba indifferenter & generaliter de panno inciso loquuntur.

† Idemque habetur in Gloss. art. 24. Landr. lib. 1. sub E. Ex quo sequitur, pannum laneum vel pretiosum ad geradam neutiquam pertinere, † si nondum incisus fuerit, in quo sane differentia existit inter pannum laneum vel preciosum, Tuch/ & pannum lineum Leinwand/ qui etiam nondum incisus geradæ accensetur.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Dec. Anno 1615. Verba sent. Das die ganze Stücke hatres/ so nicht angeschnitten gewesen/ desgleichen ganze Stücke Franzen/Worten/Banden/wüllen Tuch/ Seide/ ic. welche zu weiblichen Kleidern noch nicht verschnitten und gebraucht worden/ vor Erbe und nicht vor Gerade zu achten/ ic.)

Et in causa Dietrichen von Polenz / M. Mart. Anno 1636.  
(Verba sentent. Haben sich in eurer Schwester Verlassenschaft  
20. Ellen brauner gebildeter neuer Attas / wie auch so viel El-  
len leibärber neuer Dasset/unzuschnitten/ und wie es aus dem  
Kraut gebracht worden/ besunden/ sc. So gehörten solche Zeu-  
ge euch als Erben billich/ und der Mutter Schwester seyn sich  
derselben als Gerade-Stücken anzumassen nicht besugt / V.  
R. W.)

## DEFINIT. XXXIII.

*Curris, quo mulier vecta fuit, quando inter Nobiles ad Geradam referatur?*

- 1 **D**E consuetudine & obseruantia harum provinciarum Saxoniarum, absque dubio Currus, quo mulier vecta fuit, apud Nobiles ad geradam pertinet, Hart. Pistor. lib. 1. q. 32. p. 234. in verb. Und der Wagen/ dargaff die Frau gefahren hat. † Idque non solum, quando defuncto marito Viduae superstitione bona utensilia deferuntur, sed & si post mortem 3 mulieris proxima Cognata geradam petat, † cui aquae Curris cedit. Non tamen simpliciter Curris 4 mulieris homine gerade venit; † sed cum demum, si mulier eō vecta fuerit, quod obseruantia quotidiana probat, † quā hāc in materia potissimum attendi debet, §. ius autem civile 1. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Bart. in l. omnes populi q. ff. de just. & jur. Hart. Pistor. dict. q. 32. n. 6.

Ita Domini in causa Christophori Henrici à Stein / Mense April. A. 1633. (Verba sent. Hat bemeldte Wittib auch einen Rutschwagen nach sich verlassen. Ob nun wohl derselbe sousten unter deuen von Adel zur Gerade gehörig; Da aber dennoch die Verkärbene auf solchem Wagen nicht gefahren / sondern sich eines andern offenen Wagens gebräucht hätte/ sc. So mōdete bemeldter Wagen als Gerade der Schwester Tochter und nächsten Verstießen nicht abgesolget werden/ sondern es verbliebe derselbe euch als Erbe billich/ V.R.W.)

Et in causa Sigismundi à Schönfeld / M. Jul. A. 1633. (Verba sent. Da nun die Frau bey des Juncern Leben darauff gefahren hätte/ sc. So würde ihr derselbe zur Gerade billich mit abgesolget/ sc.)

- 6 † Inter solos autem nobiles currus ad geradam referatur, non etiam quando de Gerada mulierum plebejarum controvertitur. † Etsi enim mulier plebeja currum possideat, aut vivente etiam marito eō vecta fuerit, nunquam tamen hic ad geradam refertur, nec Viduae, aut defuncta muliere, proximæ Cognatae bonorum utensilium nomine cedit.

Ita Domini in causa Hieronymi Krappens zu Leipzig / Mense Febr. Anno 1619. (Verba sent. Es hat sich aber die Wittib des Wagens/darauf sie bey ihres Ehemannes Leben zu fahren gepflegt/ gestalteten Sachen nach/ weil sie nich Adeliche/ sondern Bürgerliche Standes ist/ nicht anzumassen/ V.R.W.)

Et in causa Andrex Bergmanns zu Ewenburg / Mense Aug. A. 1622.

It. in causa Christophori Schumannis Etben zu Leipzig / M. Febr. A. 1588.

Antonii Boceri Cotte zu Weißerstadt / Mense Junio, Anno 1622.

In causa der Bucherischen Erben zu Leipzig / M. Dec. Anno 1615. (Verba sent. Dass die Ristel sich gestalten Sachen nach des behangenen oder Himmel Wagen/ darauf die verlorne Wittib hat pflegen unterweilen zu fahren/ als Gerade nicht anzumassen/ V.R.W.)

## DEFINIT. XXXIV.

*Equi Currules ne quidem apud Nobiles pro Gerada habentur.*

- 1 **Q**ulla currus, quo mulier Nobilis vecta fuit, ad geradam pertinet, ut dictum Defin. præced. dubitare aliquis posset, † annon Equi Rhedarii Currules, die Rutsch-Pferde / simul nomine gerade Viduae aut proxime Cognatae deferantur? maximè cum & cistæ, quæ in curru posuntur, Rutsch-Laden/ insimul cum curru ad geradam pertineant, ut observatum memini in Scabinatu Electorali; † Sed hoc propterea sit, quia cistæ currui adaptatae sunt, ipsique quasi cohærent, ac proinde separari nequeunt. De connexis

vero idem est judicium, quod de principali, Anch. conf. 72. Alex. lib. 1. conf. 85. † Quæ ratio cessat in 4 Equis Rhedariis, de quibus, quod nomine gerade veniant, nil quicquam dispositum reperitur; quare nec hōsc unā cum bonis utensilibus ad Viduam aut proximam Cognatam pertinere dixerim. † Nisi forsitan usus ac consuetudo alicujus loci aliud introduixerit, quā omnino standum erit, Bald. in l. cunctos populos. i. C. de summ. Trinit. Hartman. Pistor. lib. 1. quest. 32. n. 6.

Ita Domini in causa Sigismundi à Schönfeld / M. Jul. Anno 1633. (Verba sent. So wird berührter Wittib von Adel der Wagen zur Gerade billich mit abgesolget/ aber der Rutschwagen hat sic sich anzumasse nicht Fug/ es wäre dann des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingehüret/ und über Rechtsverwahre Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden/ das newlich denen Adelichen Wittibn nebens dem Wagen auch die Wagen-Pferde abgesolget worden/ dessen genosse sie auf den Fall billich/ V.R.W.)

## DEFINIT. XXXV.

*Abenum & Caldarium (Waschkessel und Brau-Pfanne) quatenus ad Geradam pertineant?*

Inter bona utensilia solent quoque referri Ahenum, Wasch-Kessel/ & Caldarium seu labrum cupreum pro coquenda cerevisia, Brau-Pfanne/ per text. in art. 23. Weichbild. Hart. Pistor. lib. 1. qu. 32. pag. 234. Match. Coler. p. 1. decis. 60. n. 31. † Illud quidem indifferenter, sive muro affixum sit sive non. At hocce, Caldarium scilicet, non aliter, † quām si muro affixum non fuerit, sed loco motum precio locari soleat, (Die Brau-Pfanne/ die man vermietet/ und nicht eingemauret / noch stete stille steht.) dict. art. 23. Weichb. Hart. Pistor. & Coler. dict. loco. † Adeoque, ut Caldarium nomine Gerade proxima Cognatae, vel defuncto Viro nobili Viduae deferatur, hæc duo conjunctim requiruntur, ut nempe muro affixum non sit. Et ut precio locari soleat, † quorum alterum deficiente, remanet Caldarium heredibus.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dass die Braupfanne/ so man pflegt zu vermiethen / und nicht eingemauret / wie auch der Wasch-Kessel zur Gerade gehörig/ und demnach daneben andern Gerade-Stücken der Wittibn zu entrichten. Im widriger Fall aber / und da die Braupfanne nicht vermietet werden/ verbleibt dieselbe/ unaugeschen sie nicht eingemauret/ den Erben billich/ V.R.W.)

Et in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig / Mense Dec. A. 1615. (Verba sent. Dass ein Wasch-Kessel auch zur Gerade gehört/ derowegen wird solcher der Ristel / er sei gleich eingemauret oder eingehüret/ billich gefolget / und wird zu ihrem Gesallen gestellt / ob sie an statt des gebrauchten oder eingemaerten Wasch-Kessels eluen andern/ den ihr geben werden/ annehmen will/ sc.)

## DEFINIT. XXXVI.

*Ut & mantelia sive strophiola, Pelves & Candelabra, (Zellerlücklein/ Becken und Leuchter.)*

Strophiola haudquaquam inter bona utensilia referri, tradit Match. Berlich. part. 3. concil. 28. n. 25. Sed contrarium verius puto; propterea, † quod alia species hisce tamen similes, ut putà, Mappæ, linteamina &c. nomine gerade veniant, ut probabile sit, † strophiola quoque ad geradam pertinere. † Pelves autem solummodo balneares, & candelabra, quæ appetisa non sunt, inter bona utensilia referuntur, reliqua vero candelabra appensa, & pelves ad heredes pertinent, Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 32. p. 234. † Idque usus harum provincialium docet, quamvis art. 24. lib. 1. Landr. candelabra & pelves indifferenter ad geradam referri velit.

Ita Domini zu die Bucherische Erben zu Leipzig / M. Dec. A. 1615. (Verba sent. Dass die Zeller-Lücklein und Servellein/ so man gefunden/ als Gerade-Stücken der nächstesten Ristel verbleiben. It. Dass vgs meßinge Handwerken/ so man den gehauenen

Inventur gesunden/ wosfern nicht Habebeden darunter/ so der Rüttel als Gerade gebühren/ den Erben verbleiben. It. Dass die Rüttel sich der Feuchter/ so bey angestallter Inventur nicht gehangen/ als Gerade-Stücken gleichfalls anzumassen wohl besagt (B. R. W.)

## DEFINIT. XXXVII.

*Lecti in diversorio publico Gerade non accensentur.*

- I**ndubitate juris est, quod omnes lecti ad Geradam spectent, per text, in art. 23. Weichb. Rotschitz de gerade. art. 13. in med. Sed fallit hoc in lectis, † quo hospes habet in ædibus vel diversorio pro viatoribus receperandis, tunc enim ha geradæ non accensentur, nec uxori, sed mariti heredibus debentur, d. art. 23. posse med. vers. Wäre er aber ein Gastgeber/ ic. ubi Gloss. n. 24. Gloss. ordin. in Landr. lib. 1. art. 24. n. 3. Matth. Coler. p. 1. decif. 60. n. 31. Rotschitz. dict. art. 13. n. 2. † Idque indistinctè procedit, sive Vir, sive mulier Cauponariam faciat, cum utroque casu eadem militet ratio, ut demonstrat Andr. Goldb. de gerad. c. 4. n. 43. † Quare si mulier Cauponariam faciens moriatur, Lecti Cognatae proximæ non deferuntur, quia ad geradam non pertinent. † Id quod haud obfucrè quoque probat Addit. ad germ. gloss. art. 24. n. 3. lib. 1. Landr. ubi habetur, quod lecti, qui parati non sunt pro diversorio, non heredibus sed proximiiori Cognatae jure geradæ concedi debeant: † Quæ certè verba applicari non possunt nisi ad casum mortis mulieris, Petr. Heig. lib. 2. q. 15.

Ita Domini in causa heredum Adami Nickels zu Leipzig/ M. Jan. Anno 1586. (Verba sent. Haben Adam Nickel und sein Weib in ihrem Hause einen geweihten Gathof gehabt/ darinnen bederman zu Fuß und Fuß beherberget worden ist/ ic. So gehören die Bettlen/ Küsten/ Pfäule/ Kellach/ und andere Geräthe/ so sie für ihre Gäste gebräucht haben/ zu dem Erbe/ und die Rüttel hat sich derselben als Stücke der Gerade nicht anzumassen/ B. R. W.)

Et in causa Caspar Schneiders zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1633. (Verba sent. Ist eures Brudern Tochter Todes verschoren/ und hat ihre Erbschaft und unter derselbigen den Gathof zum Wallfische auf sich/ ihren Bettler/ die Gerade aber auf ihre Mühme gebracht und versäßet/ ic. So seyd ihr derselben berührte Gerade abfolgen zu lassen schuldig/ die Bettler aber/ so in Beherbergung der Gäste gebräucht worden/ seyn darin nicht gehörig/ sondern sie verbleiben euch als Erben billich/ B. R. W.)

It. ad consultationem Quistoris zu Dornburg/ Mense Jan. Anno 1612.

Ad requisitionem Enoch Hermanns zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1586.

Andreas Stögers zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1590.

- † At verum est hoc solummodo in diversorio publico. Neque enim hoc in casu pro hospite habendus, qui capo publicus haud est, Gloss. ordin. in Weichb. d. art. 23. n. 24. sub fin. vers. Man soll niemand zu einen Gastgebern rechnen. Jac. Schalt. in addit. ad Rotschitz. de gerad. d. art. 13. num. 2. † Quare, licet quis iter facientibus, aut negotiantibus, præscriptim in Nundinis hospitium præbeat in ædibus suis: attamen si publicam cauponariam non faciat, nec pro hospite publico haberet, nec lecti in ædibus illis heredibus concedi debent, sed geradæ omnino accensentur.

Ita Domini in causa Laurentii & Christophori der Hinschelthause zu Leipzig/ M. Aug. A. 1581. (Verba sentent. Ob wohl einer Vater sein Hauß in der Grimmenischen Gassen der Heynung erkauft/ daß er darinnen Gastung halten wollen/ auch nicht allein in währenden Märkten/ sondern auch außerhalb derselben/ gute Leute beherberget/ ic. Da es aber dennoch kein freyer Erb-Gathof wäre/ so gehören die Bettler/ so einer Vater darinnen gezeuget/ zur Gerade billich/ B. R. W.)

Et in causa Margaretha Uxoris Jacobi Wädigers zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1586.

## DEFINIT. XXXVIII.

*Nec Sponde (Spanbetten) inter res Geradias referuntur.*

- Q**uamvis lecti, (exceptis iis, qui in diversorio publico habentur, Defin. preced.) bonorum uten-

suum nomine comprehendantur, ac proinde proxima Cognatae deferantur art. 23. Weichbld. † Attamen in Spondis res secus se habet, quæ nec gerade accensentur, nec hoc nomine ad Viduam aut proximam Cognatam pertinent. † Quia nusquam hoc cautum reperitur; quod igitur Lex vel statutum non dicit, nec nos dicere debemus, §. cum igitur vers. Nec quilibet lex; in Auth. de non elig. secund. nupt.

Ita Domini in causa Hieronymi Krappens zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1613. (Verba sentent. Die weil die Span- und Himmel-Bette nicht zur Gerade/ sondern zum Erbe gehört/ für Fährthal gehalten werden/ ic. So ist auch des verstorbenen Mannes Bettel des Bettels/ so er in seiner Schlaf-Kammer verlassen/ wodurch sie auch gleich darinnen neben ihrem letzterwehrten Ehemann hat pflegen zu liegen/ und ihre nachliche Ruhe gehabt/ als Gerade sich anzumassen nicht besagt/ B. R. W.)

Et in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/M. Dec. A. 1615. (Verba sent. Hat die verstorbenen Frau eglige hölzerne Himmel- und Span-Betten/ wie dann auch hölzerne zusammengelegte Reise-Betten unter andern nach sich verlassen. So verbleiben auch denen Erben solche Betteln als Erbe billich/ und hat die Rüttel daran keine Forderung/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXXIX.

*Linum & Cannabis (Flachs und Hanff) quatenus ad Geradam pertineant?*

**L**inum inter bona utensilia referri, extra dubium est, propter tex. in art. 33. Weichb. Quod attamen Gloss. restringit † ad linum a solo separatum, in art. 24. Landr. lib. 1. verb. Was auch dieses Dinges. ibi: Der Flachs/ so auff dem Felde/ gehört nicht zur Gerade. † Adeoque linum solo adhuc cohærens, ad geradam non pertinet, Andr. Goldb. de gerad. c. 4. n. 67. Sed quid de cannabe habendum? † Et hanc à solo separata inter bona utensilia refert Gloss. d. loc. quam lequitur Coler. part. 1. dec. 60. n. 31. † Sed verius est, Cannabem hereditati inesse, quia hujus nulla fit mentio in art. 24. lib. 1. Landr. & art. 23. Weichb. † At certi juris est, ad geradam nihil pertinere, nisi quod d. art. 24. & 23. nominatum expressum est, d. art. 24. vers. Was aber über diese benannte Dinge vorhanden ist/ gehört alles zum Erbe/ ic. Goldb. dict. c. 4. n. 71. † Alter tamen res se habet in filo ex Cannabe facto, quod omnino geradæ accensentur, propter generalitatem textus in dict. art. 24. l. 1. Landr. & art. 23. Weichb. verb. Alles Garn/ ic. Goldb. dict. loc. n. 75.

Ita Domini in causa Gotthart Preusser/Mense Sept. Anno 1620. (Verba sent. Hat benanutes euer Ehertheil nach thren Absterben etlichen Hauss/Garn und Geräthe/ so daraus versteilt/ nach sich verlassen/ ic. So hat sie solchen Hanff/ als Ehe auf sich bracht und versäßet. So viel aber das daraus fertigte Garn und Geräthe belangen thut/ seid ihr selbiges eueren Geschwistern als Gerade-Stücke anzumassieren schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XL.

*Tapeta (Tepiche und Tappisserien) quatenus bona utensilibus sint consumeranda?*

**Q**uamvis Matth. Berlich. tapetes indifferenter rebus hereditariis accenseri existimet; part. 3. concl. 28. n. 25. † Vix tamen subsistere potest ha assertio, propter text. in art. 24. lib. 1. Landr. & art. 23. Weichb. ubi tapetes nomine bonorum utensiliū comprehenduntur. † Quare tapeta cūjuscunq; generis, (quibus etiam Conopea adnumeranda putto, (Ulm- oder Fürthäte vor das Bettel/)) ad geradam pertinere dixerim, eum Matth. Coler. p. 1. dict. 60. num. 31. Hart. Pift. lib. 1. q. 32. p. 254. † Quis enim nescit tapeta ad usus rei familiaris destinata esse, in quibus sane rebus gerada consistit, Gloss. germ. Landr. lib. 1. art. 24. num. 1. in med. vers. Das Wort Gerade aber heißt so viel/ ic. Coler. dict. dict. 60. n. 24.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/M. Dec. Anno 1613. (Verba sentent. Das die Umhänge/Garn meie

mete Decken/ so nicht allein umzuhängen/ sondern auch die Tische damit zu bedecken können gebraucht werden/ desgleichen die Tische und Wandhänge/ Teppich/ so auß die Niederländische Manier gemacht/ alle zur Gerade gehörten/ und als Gerade Stücke der nächsten Meßtel gefolget werden müssen.)

- 5 Quod ipsum tamen cum grano salis accipi velim, † ut ea solummodo tapeta Geradæ nomine veniant, quæ ad communes usus rei familiaris destinata sunt, juxtamodò dicta. Secus verò, † si tapetes splendidiores ornatūs solummodo causâ & ad decorandas ædes affigantur; quæ certè rebus utensilibus haud connumrantur, quia ad usus rei familiaris communes non usurpari solent. † Quod maximè verum est in palatiis principum, ubi ejusmodi tapeta Tappissereyen ornatūs causâ habentur, ac solum certis temporibus & in festivitatibus solennibus affiguntur. † Quod & sensisse videntur Modest. & Thom. in responso, quod extat apud Hartm. Pift. p. 1. q. 32. p. 232. in verb. Also sollen auch die Decken/ Tappet/ rc. so ihr zu Zierung eurer Häuser/ und euren Gästen zu Ehren/ und nicht zu gemeiner Haushaltung erzeugeit/ und unsers Bedenkens zur Gerade nicht gehören.
- 9 † Eademque fuit sententia Scabinorum Donensium, ut videre est apud Hartm. Pift. dict. q. 32. p. 239. vers. Was ihr aber vor Decken/ rc.

Ita Domini in causa Dom. Comit. Schwarburg ad requisitionem Bartholomæ Henckels zu Rudestadt/M. Jul. A. 1633. (Verba sent. Dass Klägers gnädige Frau Principalia derjenigen Tappesereyen und Teppichen/ so außerhalb ihrer Gnaden Zimmer und Kammer vorhanden/ und zur Zierde des Gräflichen Hauses gebraucht worden/ als Gerade sich beständiger Weise nicht anzumessen/ sc.)

## DEFINIT. XLI.

*Pulvinaria & culcitra, quibus scamna & solle inseruntur (Wandpfuel und Stuettküssen) quatenus ad Geradam pertinet?*

- 1 Scio equidem, à quibusdam simpliciter pulvinaria rebus hereditariis accenseri, Vid. Matth. Berlich. 2 p. 3. concl. 28. n. 25. † Quibus oppono textum in art. 23. Weichb. in fin. & art. 38. lib. 3. Landr. in verb. final. (Des Weibes Meßtel soll von der Gerade dem Manne bereiten sein Bettet/ als es stunde/ da sein Weib noch lebet/ und auch seine Bance mit einem Pfül/ und seinen Stul mit einem Küsse sen/ rc.) † Unde concludit Andr. Goldb. de Gerad. c. 4. n. 79. hasce species geradæ inesse, alioqui falsum. 4 esset; quod dicitur, † Cognatam istas species ac proinde etiam pulvinar & culcitram de geradæ marito 5 præstare, † Ac sanè pulvinaria cum lecto & mappa æquiparantur d. art. 38. & 32. Ut vel propterea ad instar lectorum & mapparum geradæ accenseri debeant, † quia æquiparatorum eadem est ratio ac dispositio, l. si quis seruo. 20. C. de furt. Jaf. in §. 14. n. 39. Inst. de act. Schrader. vol. 1. consil. 3. num. 150.

Ita Domini ad consultationem Martini Grundlers zu Wiescha/M. Octob. A. 1626. (Verba sentent. Ist eure Mutter Eodes versfahren/ und hat ihre Gerade auf ihre Würme als naheste Meßtel gebracht und versäßet/ So werden derselben nebeus andern Stücken auch die Banc-Pfül und Stul-Küßen zur Gerade billich abgesolget/B.R.W.)

- 7 † Sed hoc accipi solummodo velim de culcitrīs & pulvinaribus pro uxore & in communem usum familie comparatis. Non etiam de iis pulvinaribus, † quæ maritus pro se in ornamentum ædium comparavit, quæ neutiquam ad geradam pertinent, ut appareat ex responso Mod. Pift. & Thom. apud Hart. Pift. l. 1. q. 32. 8 9 † Eademque fuit Scabin. Donens. sententia, Hartm. Pift. d. 1. Goldb. d. c. 4. n. 87.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/M. Dec. A. 1615. (Dass gestalter Sachen nach die Banc-Pfüle und Reise-Küßen/ wie auch die Bance mit Keder überzogen/welche zu die Stuben und vor die Tische gehören/euch als Erbe billich verbleiben/ sc.)

## DEFINIT. XLII.

*Gerade connumerari non debent Cochlearia argentea, & cantharus puerpera, nec collaria catellorum Silberne Löffel / Wochenkanne und des Hundes Halsband.*

Erant omnino, qui alias species bonis utensilibus accenseri putant, præter eas, quæ nominatim Geradæ vocabulo comprehenduntur in art. 23. Weichb. & art. 24. lib. 1. Landr. † aut bonâ aliquâ consequentiâ, justaque ratione ad geradam referri possunt, ut rectissime tradit Andr. Goldb. de Gerad. c. 4. n. 71. per text. in d. art. 24. vers. Was über diese. † Quare, cum de Cochlearibus argenteis & cantharo argenteo, quo mulieres in puerperio uti solent, nil quicquam, dictis locis dispositum reperiatur, neque ex causâ justâ hæres ad geradam trahi queant, † perinde sicuti nec reliqua vas aargentea bonorum utensilium nomine comprehenduntur, † utique temerarium esset, res predictas geradæ nomine notare, easque proximæ cognatae deferre.

Ita Domini in causa VVilhelmi von Lindenau/ & Consort. zu Nauendorff/ M. Nov. A. 1630. (Verba sent. Ob nun wohl die silberne Kanne für eine Wochen-Kanne gebraucht worden/ die silberne Löffel aber mit des Weibes Wappen bezeichnet seyn/ re. So mögen doch dannenhero solche Stücke vor Gerade nicht gehalten werden/ sondern es verbleiben dieselbe in der Erbschaft billich/ rc.)

Et in causa Christophori Henrici à Steling/ Mense April. A. 1633.

Irem in causa Sebastiani Schneiders zu Leipzig/ Mense Apr. A. 1630.

† Multo minus verò Numella seu Collaria catellorum ad bona utensilia mulieris ex causâ & ratione aliqua probabili referri poterunt. † Nisi & catellos ipsos geradæ nomine comprehendendi velis, quod procul dubio nemo unquam dixerit vel cogitaverit.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/M. Dec. A. 1615. (Verba sent. Dass die ungepolirten Granaten/ Chrystillin. Stücke und der Hunde Halsbänder mit Silber beschlagen/ vor Gerade nicht gehörig/ sondern den Erben billich verbleiben/ rc.)

## DEFINIT. XLIII.

*Bonorum utensilium nomine non comprehenduntur annuli signatorii, & bulle auree, que infantibus affiguntur (Pettschafft. Ringe und Schau-Groschen) multo minus munuscula, que à suscepitoribus in baptisme offeruntur (Paten-Geld.)*

A nnulum signatorium Uxoris Wittenbergenses quondam inter bona utensilia connumerasse,, patet ex eorundem sententiâ, relatâ ab Hartm. Pistor. lib. 1. q. 32. † à quibus recte divorrium fecerunt Lipsienses, referentes annulum signatorium inter res hereditarias, † quorum sententia placet quoque Zobel. in art. 24. lib. 1. Landr. lit. I. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 35. n. 11. Coler. p. 1. decis. 60. num. 31. Matth. Berlich. p. 3. concl. 28. n. 26. † Nec absque ratione, siquidem signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur, l. signatorius 74. ff. de Verb. signif. l. argumento. 25. §. ornamento 10. ff. de aur. & arg. legat. † Quin nec defuncto marito, annulum ejus signatorium Vi- 6 duia nobilis tanquam rem ad geradam spectantem sibi vindicare potest, Berlich. d. concl. 28. n. 27. † Ejusdemque farina censenda sunt bullæ aureæ, die Schau-Groschen/ affixa pacificalibus, quibus infantes communiter ornantur, ut & † munuscula, quæ susceptores in signum & tesseram baptismatis accepti solent conferre infantibus, das Paten-Geld. † Etenim harum rerum nec possessionem nec usum propriè habet mater, ut vel propterea geradæ accensi- 8 ter nequeant, Matth. Berlich. dict. concl. 28. num. 21.

Modest. Pist. & Jacob. Thoming. *in suo responso, quod refert Hart. Pist. d. q. 32. p. 232. in fin. verb.* Und das Paten-Geld/ da einiges gefunden.

Ita Domini in causa Sebastian Schniders zu Leipzig/Mense April. Anno 1630. (Verba sententia: Dass die verguldeten Schau-Groschen/Petschaft-Ring/alte Reichsthaler / silberne Löffel und Paten-Geld zur Gerade nicht gehörig/ sondern den Erben seyn/ ic.)

## DEFINIT. XLIV.

*Pacificalia quatenus ad Geradam pertineant, & quid babendum de dentibus luporum argento inclusis (Wolffs-Zähne in Silber eingefasst.)*

- 1 **P**acificalia aurea vel argentea bonis utensilibus connumerari facilè concesserim, motus texu in art. 23. Weichb. in verb. Und Umhänge/ † quo & pacificalia contineri nemo negabit, Hartm. Pist. l. i. q. 32. p. 234. Idque procul dubio verum est, † si mulier ejusmodi pacificalia gestaverit ac possederit. † Et enim quibusdam in locis mulieres plebejæ pacificalibus, quibus affixa sunt triobola, Spiz-Groschen/ aliave bullæ argenteæ, Schau-Groschen/ vel thaleri, sese ornare solent, † de quibus, si in mulieris quoque possessione hæc reperiantur, quin ad geradam pertineant, vix dubium esse potest.

Ita Domini ad requisitionem Laurentii Schallers zu Leipzig/ M. Sept. A. 1621. (Verba sententia: Hat bemeldte Wittib zwey Schnuren/daran etliche ganze/ halbe und Dritts Reichsthaler/ auch gekrümmte Spiz-Groschlein hängen/welche sie unter andern ihren Gerade-Stücken in ihrer Verwahrung gehabt/nach sich verlassen. Da nun gedachte Wittib solche Pacificalia selbsten getragen/ und für ein Geisterde gehalten/ so hätte sie auch dieselbe als Gerade-Stücken auf ihre Töchter allein bracht und verfasset/ und die Söhne hätten daran keine Forderung/ ic.)

In causa Nicol Fischer's Kinder zu Laucha/ M. Aug. A. 1634. (Verba sententia: Dass das gekrümmte und gebogene Gold/wosfern solches an einer Schnur in des Weibes Gewähr besunden/ von ihr für eine Zierde gehalten/ und zuwellen getragen worden/ zur Gerade gehörig/ ic.)

Ead consultationem der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Dec. A. 1615.

- 6 † Alii verò in locis foeminæ, præsertim honestiores, ejusmodi pacificalia gestare, dedecori sibi quasi habent, eaqué infantibus relinqunt. † Quo casu pacificalia hæc, qualiacunq; etiam fuerint, geradæ accensi-feri debere, nemo facilè dixerit, † maximè si dentes luporum argento inclusi iisdem affixi fuerint, quæ so- lummodo infantes gestant, quare & hæc rebus hereditariis connumerari, indubitatum ferè est.

Ita Domini in eadem sententia. an Lorenz Schallern zu Leipzg/ Mense Sept. Anno 1621. (Verba sententia: Hat überführte Wittib unter andern auch eine Schnur/daran ein Wolff-Zahn in Silber gefasst/ und etliche Spiz-Groschlein vorhanden/ nach sich verlossen/ ic. So hat sie solches als ein Erb-Stücke auf ihre Töchter und Söhne zugleich bracht und verfasset/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLV.

*Aurei incurvati, (gekrümmte Gold-Gulden) bacca Corallii, (Corallen-Körner) Uniones seu margarite (Perlen) quando inter bona utensilia referantur?*

- 1 **C**ommuniter geradæ connumerari solent Uniones vel margaritæ, nec non aurei incurvati, gekrümmte Gold-Gulden/ Hartm. Pist. lib. 1. qu. 32. p. 234.
- 2 † Quod si quispiam universaliter & simpliciter intellegere velit, à verò longè aberrabit, siquidem nuspiciam id cautum reperitur, † quare nec absque legis au- toritate temerè hoc asseverandam est, *L. dissidentis*. C. de repud. c. is qui in Ecclesia. 18. in fin. pr. ext. de sentent. excomm. in sto. † Dixerim ergo res hasce tūm demum bonis utensilibus accensi-feri, si mulier linea ex margaritis seu unionibus confectam, nec Carpz. Definit. Vol. I.

non lineam Coralliorum, eine Corallen-Schnur/ & aureos incurvatos funiculo trajecto in collo gestave-rit. † Etenim, quia tunc inter ornamenta muliebria 5 referuntur, utique & geradæ hæc res connumeranda sunt, Andr. Goldb. de genad. c. 4. n. 93. Hart. Pist. d. l. 6 Et eateius comprehendendi quoque possunt sub verbo Umbänge/ in art. 23. Weichb. ut sic juris autoritate nomen geradæ iis assignare licet. † Quæ ratio ces-7 sat in aureis filo non intortis, corallio, unionibus aliisque similibus speciebus funiculo vel vestimento non attextis, † ut proinde tūm inter res hereditarias refer-8 ri debeat, licet eas mulier in possessione sua habue-rit, Goldb. d. l. n. 49.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ Mense Dec. A. 1615. (Verba sententia: Dass die guldene Schnur, Rosen/ desgleichen die Stifte/unangenehme guldene Knöpfe/ unangenehme Körner / unangenehme und unversante Perlen/ gekrümmte Goldgulden/ weil solche nicht auffgenehet/ angeret-8 het/ angeheftet und angewirktet seyn/nicht zur Gerade/sondern zum Erbe gehören/ ic.)

## DEFINIT. XLVI.

*Arrha sponsalitia Sponsi data (Mahlschätz) & Co-rona, quæ sponsus coronatus ad copulam sacerdotal-lem incedit (Bräutigams-Krank) non perti-nent ad Geradam.*

**A**rrha sponsalitia Sponsi data absque dubio, in possessione & usu mariti remanet, quare nec inter bona utensilia referri potest, † deficiente scilicet 2 mulieris possessione, quæ causa potissima & propinqua geradæ habetur, Gloss. in art. 23. Weichbld. & Gloss. lat. in art. 38. lib. 3. Landr. lit. e. Andr. Goldb. de genad. c. 3. n. 13. † Eodemque jure Corona, quæ 3 Sponsus coronatus in solennitate nuptiali incedit, der Bräutigams-Krank/ rebus hereditariis accensi-4 ri debet, quia scilicet Sponsi semel data in ipsius pos-sessione existit. † Nisi forsitan, ut communiter fieri 4 solet, sponsus post matrimonium consummatum, hanc coronam Uxori reddiderit, eaque aurum, argen-tum & margaritas, quibus corona confecta fuit, in u-sus suos converterit. † Quo casu hæc res ceu ad ger-5 adam pertinentes, in possessione mulieris repertæ, proximæ Cognatæ cedunt.

Ita Domini ad consultationem VVilhelmi à Lindenau zu Neudorf/ M. Nov. Anno 1630. (Verba sententia: Ob nun wohl das Armband/ so ihme sein erstes Weib beim Verlobnis vereh-6 tet/ mit ihrem des Weibes Wappen bezeichnet gewesen/ ic. So mag es doch vor Gerade nicht gehalten werden/ sondern es ver-bleibt in der Erbschaft billlich/ B. R. W.)

Et ad requisitionem D. Andreæ Weißsckers zu Eichen/Mense Jan. A. 1575. (Verba sententia: Da ihr den Franz/damit euch euer Weib/ als ihr ein Bräutigam gewesen/ verehret/ und ihr zur Kir-chen getragen/ aus eurer Gewähr nicht gelassen/ ic. So verblebt euch derselbe als Erbe billich/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLVII.

*Qualus (Lauingenkorb) bonis utensilibus ac-censi-feri non debet.*

**Q**ualum geradæ nomine non comprehendendi, sed 1 hereditati inesse vel exinde probatur, † quod 2 ad geradam nihil pertineat, nisi quod nominatim fuerit expressum in art. 24. l. i. Landr. & art. 23. Weichb. uti verba habent, d. art. 24. (Was über die benannte Dinge vorhanden ist/ gehört alles zum Erbe) † At-3 qui Quali nulla fit mentio in dict. art. 24. & art. 23. † Ergo illum ad hereditatem pertinere, fatendum 4 omnino erit.

Ita Domini in causa der Bucherischen Erben zu Leipzig/ M. Dec. Anno 1615. (Verba sententia: Dass die Ristel sich der Lau-7 gen-Körbe und Lauingen-Löffle/ als Gerade/ weil solcher weder im Land-Recht noch Weichbild gedacht wird/ angenommen nicht besugt ist/ sondern sie verbleiben den Erben billich/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLVIII.

*Libri mulieris quinam ad Geradam pertineant?*

- 1 **E**T si verissimum sit, libros mulieris defunctæ geradæ connumerari, ut patet ex art. 24. lib. 1. Landr. Hart. Pist. lib. 1. quest. 32. p. 234. Attamen hoc restringendum est † ad libros Theologicos, eosque, in quibus mulier discere ac legere solita fuit, uti verba habent dict. art. 24. Psalter und alle Büchere / die zum Gottesdienst gehören/ darinn die Fräten pflegen ihr Gebet zu lesen. † Quamvis consuetudo harum provinciarum id aliquatenus immutaverit, ut scilicet libri quoque politici ac historici bonorum utensilium nomine comprehendantur. † Modò tamen mulier in iis legere solita fuerit, Hart. Pist. dict. 1. in verb. Und Bücher/ da die Frauen pflegen inne zu lesen.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Das mit denen Büchern/ so neben andern Sachen inventaret worden/ und unter denselbigen etliche mit Silber beschlagen/ auch eins Thellis vergüdet/ dieser Unterscheid zu halten/ das nemlich die Bücher/ darinnen die Frau hat pflegen zu lesen/ der nächsten Niffel/ die andern aber/ so sie nicht gebraucht/ unter welchen geistliche und weltliche seyn/ eich als bell instiuituren Erben billich verblieben/ B.R.W.)

## DEFINIT. XLIX.

*Mortuā Uxore in conjugio, quānam species de Gerada marito superstīti Cognatae relinquere tenetur: Et num etiam Conopeum (den Vorhang) unā cum letto?*

- 1 **Q**uemadmodum præmortuo marito, Uxori Gerada Uxorū; ita & defunctā Uxore ante maritum, proximā Cognatae Gerada Cognatarum vulgo Niftelgerada defertur, art. 20. lib. 1. & art. 38. lib. 3.
- 2 **L**andr. Vid. supr. Defin. 22. † Sed neutra cam absque onerelucrat. Illa enim præmortui mariti Agnato proximo de geradā res expeditorias dare tenetur, de quib. infra part. 3. Const. 38. Def. 40. Hæc autem, † Cognata scilicet, superstīti marito certas quasdam species geradā relinquere debet, † Etenim mortuā Uxore, ipsius Cognata proxima, quæ geradā accipit, tenetur marito superstīti relinquere lectum ita paratum, sicut erat, cum Uxor adhuc in vivis existeret, Mensam mappā, & scamnum pulvinari, & sedile Cussino insternere, per text. in art. 38. lib. 3. Landr. & Weichbld. art. 23. in verb. Stirbet des Mannes Weib/ welche ihre Niffel die Gerade nimmt/ die soll von der Gerade dem Manne bereiten sein Bett/ als es stunde/ da sein Weib noch lebete/ und auch seinen Tisch mit einem Tischtuch/ und seine Banc mit einem Pfule/ und seinen Stul mit einem Küss. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 35. in pr. Goldb. de gerad. c. 5. p. 165. Schürer. de success. ab intest. tit. 16. † Quæ tamen res non optimā nec pesimā ex omnibus, quæ præstō sunt, sed mediae bonitatis dari solent, perinde ut in rerum expeditoriarum præstatione usu vénit, art. 22. §. Darnach. lib. 1.
- 6 **L**andr. art. 25. Weichb. † Quod enim indeterminate debetur, id nec pessimum nec optimum solvi convenit, l. si quis argentum. 35. C. de donat. † Notanda autem sunt imprimis verba d. art. 23. Weichb. Soll bereiten das Bett/ als es stunde/ da sein Weib noch lebete/ ic. Ita nempe paratum tenetur Cognata relinquere marito lectum, sicut erat cum Uxor adhuc in vivis existeret. † Ex quo sequitur, si lectus mariti vivente adhuc Uxore Conopeis paratus fuerit, mit Vorhängen/ hæc unā cum lecto, marito relinquenda esse.

Ita Domini in causa Ambrosii Engelmanns zu Leipzig/Mens. Dec. A. 1632. (Verba sentent. Es wird euch aber davon einer Bettel [ausamt den Vorhängen/ als es stunde/ da euer Weib noch lebet] denn einer Tisch mit einem Tischtuch/ eure Banc mit ei-

nem Pfule/ und euer Stuhl mit einem Küssen billich bereit/ B.R.W.)

## DEFINIT. L.

*Uxor vel Cognata, accipiens Utensilia defuncti mariti vel Cognatae, heredibus nil prorsus de biacē relinquere tenetur.*

**L**icit mortuā Uxore, ipsius Cognata marito superstīti certas quasdam species de gerada dare debeat, Def. præced. † Secus tamen res se habet in heredibus mariti præmortui vel defunctæ Cognatae. † Quibus Uxor vel Cognata accipiens geradam nil prorsus de hac relinquere tenetur, Gloss. in art. 38. lib. 3. Landr. lit. F. & in art. 24. lit. K. l. 1. Landr. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 35. Schürer. de success. ab intest. tit. 16. n. 3. Andr. Goldb. de gerad. c. 5. p. 166. n. 18. † Cessat enim in heredibus ratio, quæ marito de geradā defunctæ Uxor's aliquid defert; Nimurum, quod maritus & uxor bona utensilia communi operā comparaverint, Gloss. in d. art. 38. lit. F. Rauchb. dict. quest. 35. n. 5. † Et quia d. art. 38. lib. 3. & art. 20. lib. 1. Landr. in quibus superstīti marito de geradā defunctæ Uxor's quid defertur, Mariti tantum mentionem faciunt, utique sanctionem istam ad maritivel cognatae defunctæ heredes trahere non licet, † quia in exorbitantibus à jure communi haud licita est extensio, c. quis à jure 28. de reg. jur. in 6to. l. quod verò 14. ff. de legib. l. si verò 64. §. de viro 9. ff. solut. matrim. Rauchb. d. l.

Ita Domini ad consultationem Marthæ, viduæ Bartholomæ Grunckens zu Torna/ M. Febr. Anno 1633. (Verba sent. Das eure Tochter ihres verstorbenen Mannes Andreat Webers nachgelassenen dreyen Brüderen von der Gerade ein Bettel zu bereiten/ oder sonst etwas darvon zu geben nicht verpflichtet/ B.R.W.)

## DEFINIT. LI.

*Ex peculiari Statuto Lipsiensi, mortuā in matrimonio Uxore, bujus Cognata nomine utensilium, non nisi certa quedam species & quanam defertur, reliquis Geradæ rebus superstīti marito relictis.*

**Q**uae de rebus utensilium nomine, uxore defunctā ipsius Cognatae competentibus hactenus dicta fuere, nemo tam universaliter vera existimet, ut non quibusdam in locis alium geradæ modum ac diversam qualitatem ex consuetudine & statuto præfinitam existaverit. † Nam in plerisque harum provinciarum Civitatibus, bona utensilia ad proximam Cognatam defunctæ mulieris ex peculiari statuto vel consuetudine deferuntur, † quæ potissimum in materia geradæ attendi debet, Gloss. latin. in art. 24. lit. D. l. 1. Landr. Moll. ad Const. Elekt. 38. num. 10. part. 3. Hart. Pist. lib. 1. q. 32. n. 6. † Ejusmodi statutum hic Lipsiæ etiam viget, quo gerada Cognatarum, ea scilicet, quæ decadente in matrimonio Uxore absque filiâ, ad proximam pertinet Cognatam, aliquantum immutata reperitur, ac in specie Niftelgerada indigitatur, † ad discrimen scilicet reliquæ Geradæ (der vollen Gerade) quæ aliis in casibus Cognatae defertur, Andr. Goldb. de gerad. cap. 2. n. 14. & c. 5. p. 158. n. 27. † Et enim, quando hic Lipsiæ Uxor in matrimonio absque filiâ decedit, Maritus superstīti proximæ Cognatae non omnem geradam, sed certas duntaxat species dare obstrictus est; † Duas nempe Vester preciosiores mulieris defunctæ, Lectum ab optimo secundum, Duo pulvinaria, Duo linteamina cum stragulo sive lecti opertorio, (Nach der Stadt Leipzig Status ten gibt der überlebende Mann seines verstorbenen Weibes nächster Niffel/der todten Frauen bestes paar Kleider/ und ein Bettel nächst dem besten/ das sie gelassen hat/ zwey Küssen/ ein paar Leilachen/ und eine Decke/ ic. Was aber sonst zur Gerade ges-

## DEFINIT. LIII.

*Statuto Lipsiensi, de Niftelgerada disponente, non  
gaudent forenses & extranei, qui non sunt  
incolae & cives urbis  
illius.*

**S**TATUTA & JURA MUNICIPALIA IN IIS, UBI VIGENT, LOCIS  
JUS CIVILE SUNT, C. JUS CIVILE 8. DIS. 1. BARTOL. 1. OMNES  
POPULI 9. N. 60. FF. DE JUST. & JUR. FELIN, IN C. CUM NON  
LICEAT 12. N. 10. EXTR. DE PRESCRIPT., † & JURIS COMMUNIS  
AUTORITATEM HABENT, PANORM. IN C. PASTORALIS 8. N. 2.  
EXTR. DE SID. INST. † QUARE Sicut JUS CIVILE NON NI  
CIVES ROMANOS OBLIGAT, §. 1. INST. DE JUR. NAT. GENT. &  
CIV. 1. OMNES POPULI 9. UBI BART. FF. DE JUST. & JUR. ITA  
Nec † STATUTUM ALIEJUS PROVINCIAE AUT CIVITATIS HOMI  
NES EXTRANEOS, QUI INCOLAE NON SUNT, CONSTINGERE  
POTEST. † QUIN IMO, NEC QUISQUAM LEGIBUS AUT STA  
TUTIS OBLIGARE VELLE CENSUR EOS, QUI SUBDITI IPSI NON  
SUNT, UT DE IMPERATORE LOQUITUR SPECULATOR DE CONST.  
N. 5. VERS. UNDE & IMPERATOR SUBJECTOS. BALD. IN L. CUN  
CTOS POPULOS 1. N. 3. C. DE JUST. TRINIT. † Ue  
MAXIME ERGO FORENSIS QUÆPIAM MULIER IN CIVITATE LI  
PSIÆ MORIATUR, HAUDQUAM TAMEN EX STATUTO ISTIUS  
CIVITATIS COGNATA IN NIFTELGERADA SUCCEDIT, SED SECUN  
DUM JURIS COMMUNIS SAXONICI DISPOSITIONEM, BONA  
UTENSILIA EI SUNT DEFERENDA.

Ita Domini in causa R. N. zu Leipzig/ Mense Jul. A. 1580. (Verba sent. Ob nun gleich althier eine Willfuhr vorhanden/ daß ein Mann nach Absterben seines Weibes ohne Tochter/ den nächsten Nifftel nicht mehr denn kleine die Nifftel-Gerade zu geben schuldig sey/ ic. So hat sich doch R. N. [Weil er althier zu Leipzig des Bürger Rechts sich nicht angemessen/ noch der Universität zugethan gewesen/ sondern als ein Forensis sich aufzuhalten] solcher Willfuhr nicht zu gebrauchen/ sondern ist seines verstorbenen Weibes nächsten Nifftel die volle Gerade zu geben und folgen zu lassen pflichtig/ B. R. W.)

† Multo minus vero hocce STATUTUM SUBDITOS PREFE  
CTURÆ EXTRA CIVITATEM OBLIGABIT, QUIPPE QUOD VIRES  
SUAS NON EXTENDIT EXTRA TERRITORIUM & JURISDICTIONEM  
CIVITATIS, BALD. IN L. SI ARROGATOR. 23. N. 26. FF. DE ADOP.  
& IN L. CUNCTOS POPULOS 1. N. 72. C. DE SUMM. TRIN. MO  
DEST. PIST. VOL. 2. CONF. 20. N. 1. & 14. HENNING. GÖDEN.  
CONF. 37. N. 1. † FACTUM INDE, UT MORTUA UXORE EX  
TRA CIVITATEM IN DITIONE PREFECTURÆ SUBJECTA, QUAE  
VULGO VOCATUR ROSENTHAL / SUPERSTITEM MARITUM.  
STATUTO HOC LIPSIENSIS HAUD GAUDERE EXISTIMAVERINT.  
SCABIDI.

Ita pronunciantes ad consultationem Ursula Schillings zu  
Leipzig/ Mense Aug. Anno 1584.

## DEFINIT. LIV.

*Gerada defortur secundum Statuta & consuetudinem loci, ubi defuncta habuit domicilium.*

**Q**UOLUM PLERISQUE IN CIVITATIBUS QUALITAS GERADÆ  
ALIQUANDO IMMUTATA REPERIATUR, & BONA UTEN  
SILIA, DEFUNCTA UXORE IN MATRIMONIIS, AD PROXIMAM  
COGNATAM EX PECCULARI STATUTO & CONSUETUDINE DEFER  
RANTUR, † (QUALE STATUTUM NON SOLUM HIC LIPSIÆ, SED  
& CHEMNITII, HALLÆ, DRESDÆ, WITTEBERGÆ & ALIIS PLE  
RISQUE IN LOCIS INTRUSU EST; GOLDB. DE GENED. C. 5. P. 158. N.  
27. HARTM. PIST. LIB. 1. Q. 32. N. 7. THOMING. DECIS. 26.)  
† HAUD IMMERITO DUBITATUR, SI MULIER ALIA IN CIVITATE  
DECESSET, QUANAM JUM & STATUTA IN SUCCESSIONE GERADÆ  
OBSEQUIARI DEBEANT? AD QUOD UNO FERÈ ORE RESPONDENT  
D.D. GERADAM DEFERRI SECUNDUM CONSUETUDINEM &  
STATUTA LOCI, † ubi DEFUNCTA DOMICILIUM HABUIT,  
MATCH. COLER. PART. 1. DECIS. 60. NUM. 35. DAN. MOLLER.  
AD CONST. ELECT. 38. N. 10. P. 3. ANDR. GOLDB. DE GE  
TAD. C. 5. N. 8. P. 81. † CERTI ENIM JURIS EST, QUOD MOB  
ILIS (QUALIA ABSQUE DUBIO ETIAM SUNT UTENSILIA BONA)

gehörig vorhanden/ behält der Mann. And. Goldb.  
d. loc. Zobel. in GLOSS. LAT. ad art. 38. lib. 1. LANDR. lit. c.  
DAN. MOLLER. ad CONST. ELECT. 38. n. 12. p. 3. ubi REINH.  
ROSA. maddit. † Idque verum est eo quoque in ca  
su, quo Uxor absque filiabus, matre superstite, dece  
dit. Sub appellatione enim Cognata proxima (der  
nächsten Nifftel oder Gespinnen) etiam mater com  
prehenditur, l. 10. §. 12. ff. de Gradib.

Ita Domini in causa Dorotheen Reichmanns zu Leipzig/ M.  
Jul. A. 1599. (Verba sent. Ist eure Tochter Dorothea/ Han  
sens Jahnens Eheweib/ ohne erzeugte Tochter Todes versah  
ren/ und hat ihrem Ehemann an einem/ und euch ihre leibliche  
Mutter am andern Theil/ juzamt einer Gerade nach sich verla  
sen/ ic. So ist also ernannter Ehemann/ Hans Jahn/ euch von  
solcher Gerade mehr nicht als die Nifftel-Gerade/ dieser Stadt  
Gebrauch nach/ zu geben schuldig/ B. R. W.)

Et in causa Caspari Schmidemens zu Leipzig/ Mense Mart.  
A. 1633. (Verba sent. So hat euer verstorbenes Eheweib/ ver  
möge der Stadt Leipzig Willfuhr und der Statuten/ auf ihre  
Mutter allein die Nifftel-Gerade gebracht und verfasset/ und es  
verbleiben euch die andern Gerade-Stücken billich/ B. R. W.)

Et in causa Michaelis Händlers zu Leipzig/ Mense Jul. Anno  
1621.

† Notandum tamen est, quod per duas vestes precio  
siores, hoc in statuto expressas, non intelligatur du  
plex vestimentum seu habitus muliebris totalis cum  
omnibus suis requisitis. † Sed certæ solummodo ve  
stes, veluti duas Cyclades, zwee Röcke / vel duz  
Crocotz, zweo Schauben / aut duz pallulæ, zween  
Mäntels sive Cyelas & Crocota, ein Rock und eine  
1. Schaube. † Ducas enim solummodo vestes proxi  
mae Cognatae statutum defert, quas nempe ex mulieris  
defunctæ habitu seu vestimentis sibi eligere velit,  
optione hæc in re Cognatae concessa.

Ita Domini ad consultationem Praetoris Lipsiensis, M. Febr.  
Anno 1632.

## DEFINIT. LII.

*Non obstante hoc statuto, filia defuncta Gerada pro  
ximæ Cognatae defertur, nibilo de bac  
patri relief.*

1. **D**UBIUM NON EST, QUIN STATUTUM URBI LIPSIÆ, DE  
QUE IN DEFIN. PREC. EO SOLUM CASU LOCUM HABEB  
AT, QUO UXOR IN MATRIMONIO DECEDIT ABSQUE FILIA. † SE  
CUND VERÒ SI FILIA MATTI SUPERSTES SIT, CUI PROCUL DUBIO  
OMNIS GERADA (DIE VOLLE GERADE) DEFERTUR. † AT  
QUID, SI POSTEA QUOG FILIA MORIATUR, SUPERSTITE PATER &  
COGNATA? ET HUIC PLENA DEFUNCTÆ FILIA GERADA DEBE  
TUR, † NEC PATER EXHIBENDO NIFTELGERADAM A RESTITU  
TIONE RELIQUORUM BONORUM UTENSILIA SE LIBERARE  
POEST, HART. PIST. LIB. 1. Q. 32. N. 7. ETENIM, DE HOE  
CASU IN STATUTO NIL REPERITUR EXPRESSUM, † IDEOQUE  
SUB JURIS COMMUNIS SAXONICI DISPOSITIONE VIDETUR RE  
LICTUS, L. SI EXTRANEUS. 6. FF. DE CONDIT. CAUS. DAT. BALD.  
IN L. SI PLURES 6. N. 29. VERS. IN CONTRARIUM VIDETUR. C. DE  
CONDIT. INSERT. † Sunt namque statuta propriæ acci  
pienda, neque ultra casum, de quo diserte loquuntur,  
extendenda, L. SI SERVUM 71. 6. NON DIXIT PRÆTOR 5. FF. DE  
ACQUIR. HERED. L. 1. S. SI Q. NAVEM 19. FF. DE EXER. ACT. L.  
QUOD CONSTITUTUM 21. FF. DE MILIT. TEST.

Ita Domini in causa Matthi Ackermanns zu Leipzig/ Mense Nov.  
Nov. A. 1583. (Verba sent. Ist euer Weib verstorben/ und hat  
eine Tochter nach sich verlassen/ welche bernach auch Todes ab  
gangen/ und ihrer Mutter Schwester nach sich verlassen. Wanis  
nun gleich verträge der Statuten althier zu Leipzig/ der Mann/  
wofern seine Tochter vorhanden/ des Weibes nächsten Nifftel  
mehr nicht/ denn die Nifftel-Gerade zu geben schuldig/ so ist doch  
bessest ungetacht die volle Gerade von eurem Weibe auf Ihre  
Tochter / und von derselbigen wiederum auf ihrer Mutter  
Schwester kommen und gesellen/ B. R. W.)

Et in causa Bartholomæ Mittors zu Leipzig/ Mense Nov.  
A. 1613.

Item in causa Cospari Eulerbergers zu Leipzig/ Mense Sept.  
A. 1626.

Et in causa D. C. L. contra S. M. zu Leipzig/ Mense Januar.  
Anno 1636.

intelligantur adhærere quasi oīibus domini, & esse  
loco, ubi defunctus habuit domicilium, Gloss. in l. 3.  
vers. ea verò ff. pro Socio. Coler. de process. execut. p.

- 6 1. c. 3. n. 244. Hartm. Pif. ob. 55. n. 4. † Nam mo-  
bilis concernunt personam, ubiunque illa sit, immo-  
bilis autem territorium, in quo sita sunt, Addit. art.  
52. lit. b. lib. 1. Landr. Ex quo in rebus mobilibus suc-  
cessio fit secundum statuta loci, in quo defunctus ha-  
buit domicilium, Hartm. Pif. & Coler. d. l. † Et se-  
quitur hinc porro, quod & defuncto marito, Viduæ  
deferatur gerada secundum consuetudinem loci, ubi  
maritus domicilium habuit, non ubi de eâ dandâ con-  
ventum est, Gloss. lat. ad text. germ. in art. 24. lit. d.  
7 lib. 1. Landr. Moll. & Goldb. dict. loco.

Ita Domini ad requisitionem Johann Ottens zu Grimma/  
Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl vermö-  
ge Land-üblicher Sächsischer Rechte/ so wohl der Grimmschen  
Statuten/ der Mutter die vollständige Gerade gebühret/ auch  
der Todes Fall sich daselbst begeben/ c. Dieweil aber den-  
noch die Verstorbene sich nicht wesentlich zu Grimma aufge-  
halten/ sondern ihr Domicilium und Bürger-Recht zu Leipzig  
gehört/ so wird diffalls dem Leipzigerischen Statuto billich nachge-  
lebet/ und es mag demnach der Manu seiner Schwieger die  
volle Gerade absfolgen zu lassen nicht gedrungen werden/ B.  
R. W.)

Et ad consultationem Schulteti Archiepiscopi Magdeburg.  
zu Holle/ Mense Nov. Anno 1628.

Item ad petitionem Caspari Schmidhemens/ Mense Mart.  
Anno 1633.

#### DEFINIT. LV.

*Ad Geradam ab aviā relictam Neptes unā cum fi-  
liabus in stirpes admittuntur.*

- 1 **M**ortuā muliere, filiae procul dubio prae omnibus  
aliis Cognatis in gerada succedunt. art. 5. n. 2. Landr.  
Matth. Coler. 1. p. 1. decif. 43. n. 2. Wesenbec.  
2 in parat. ff. de supell. legat. † iisque defientibus suc-  
cedunt Neptes ex filiabus procreatæ, Andr. Goldb. de  
3 gerad. c. 5. p. 108. n. 2. † Quid autem, si neptes ex fi-  
liā defunctā cum reliquis filiabus concurrant? Sanè si  
quis neptes utpote gradu remotiores excludere veller,  
probare hoc forsitan posset ex art. 27. lib. 1. Landr. in  
verb. Ein ieglich Weib vorerbet zweyerley/ die Ge-  
rade auff die næhreste Nüfftel/ so ihr von Weibes  
4 halben zugehörig ist/ c. Sed respondetur, Neptes  
cum filiabus propter jus repräsentationis in pati gra-  
du haberi. Hoc namque jus repräsentationis etiam  
5 † de jure Saxonico in linea recta locum habet, Gloss.  
6 in art. 5. lib. 1. Landr. Zobel. p. 1. diff. 21. † Quare  
rectissimè concluditur, Neptes ex filia prædefuncta  
cum reliquis filiabus in gerada succedere aviæ, cum  
iisque in stirpes admitti, Matth. Col. d. decif. 43. n. 7.  
Andr. Goldb. d. loc. ubi & responderet ad text. in art. 5.  
5. Dieses mag/ c. 1. 1. Landr. qui alias maximè ob-  
stante videtur.

Ita Domini in causa Luca Behmels zu Leyha/ M. Jun. Anno  
1608. (Verba sentent. So hat bemeldte eure Schwiegermut-  
ter solche ihre Gerade aus gedachte euer Ehe-Weib als ihre  
Tochter/ und dann auf ihrer Tochter Tochter/ so an statt ihrer  
Mutter nebens euerem Weibe jure præsentationis in stirpe  
zugelassen werden/ zugleich gebracht und versälet/ B. R. W.)

#### DEFINIT. LVI.

*Mulieres solummodo, per lineam femininam descen-  
dentes, in Gerada succidunt.*

- 1 **Q**uemadmodum regulariter mulieres solæ, non  
etiam Viri geradam in Successores transferunt,  
art. 7. l. 1. Landr. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 6. n. 2.  
2 († Excepto solō maritō, qui ad uxorem eam trans-  
mittit, Vid. supr. Defin. 22.) † Ita vicissim solæ mu-  
lieres eaque tantum, quæ per lineam foemininam de-  
scendunt, in Gerada succidunt, Matth. Coler. p. 1. de-  
cif. 43. n. 7. Andr. Goldb. de gerad. c. 5. n. 5. Hartm.  
Pif. lib. 1. q. 33. n. 18. per text. in art. 23. Reichb. & art.

15. lib. 3. Landr. & art. 27. lib. 1. Landr. ubi dicitur:  
Ein Weib vorerbet die Gerade auff die næhste  
Nüfftel/ so ihr von Weibes halben zugehörig ist.  
† Sola ergo Cognata bona utensilia petere potest.  
Hocque est, quod vulgo dicitur, † Agnationem in  
successione geradæ non attendi, Moller. 2. semestr. 5.  
Unde sit, quod matertera sola in bonis utensilibus suc-  
cedat, † aviā paternā prorsus exclusa.

Ita Domini in causa Sibylla Loddin zu Leipzig/ M. Mart. A.  
1633. (Verba sentent. Iji eueres Sohnes Töchterlein Lodes ver-  
fahren/ und hat euch als ihre leibliche Großmutter vom Vater  
an ehem/ und ihrer leiblichen Mutter Schwester von voller  
Geburt am andern Theil zusamt einer Gerade nach sich verlos-  
sen/ c. So hat sie solche Gerade auf ihrer Mutter Schwester  
als die næhste Nüfftel allein bracht und versälet/ und ihr/ als  
die Groß Mutter vom Vater/ habt daran keine Horverung/  
B. R. W.)

Item in causa Anna Gubels zu Dresden/ Mense April. An-  
no 1633.

Et in causa Andreä Datens zu Rochlitz/ Mense Octobr. An-  
no 1635.

#### DEFINIT. LVIL

*In Successione Gerade sola Cognatio attenditur, non  
habitâ ratione agnationis, vel pluralitatis  
vinculorum.*

**E**a est bonorum utensilium qualitas, ut ad solas fœ-  
minas easque, quæ per lineam fœmininam, non  
etiam per lineam masculinam sunt conjunctæ, defor-  
mantur, Defin. præced. Unde sequitur, † in successio-  
ne bonorum utensilium Agnationis nullam prorsus  
duci rationem; Sed eâ penitus sublatâ, solam Cogna-  
tionem in considerationem venire, Hartm. Pif. lib. 1.  
q. 33. n. 21. Andr. Goldb. de gerad. c. 5. n. 5. Hartm.  
quo porro inferendum, † Quid hoc casu duplicit  
vinculi nulla habeatur ratio, nec Cognata agnationis  
vinculo non conjuncta remotior reputetur, quâm  
Cognata utrinque conjuncta, † sed in successione  
simul admissi debeat, Hartm. Pif. d. loc. Dan. Mol-  
ler. lib. 2. semestr. 5. Matth. Coler. de process. execut.  
p. 1. c. 3. & decif. 49. n. 28. p. 1. Goldb. de gerad. c. 5. p. 1.  
139. n. 18. † Non obstante, quod secundum juris Sa-  
xonici dispositionem, ex uno tantum latere conjun-  
ctus gradu remotior reputetur, quâm conjunctus ex  
utroque latere, ut est text. junct. Gloss. in art. 20. lib. 2.  
& art. 3. lib. 1. Landr. Joh. Schneidew. in tis. inst. de  
bered. qua ab intest. defer. rubr. de tert. ord. succed.  
n. 9. † Siquidem hoc tūm demum verum est, quan-  
do in successionibus tām Cognatio, quâm Agnatio  
consideratur. At quando alterutro sublatâ, vel sola  
cognatio vel agnatio attenditur, duplex illud vincu-  
lum, utpote altero omni prorsus effectu carente, in  
considerationem non venit. † Nec enim qualitas  
attendenda est, quæ in materia, de qua agitur, nihil o-  
peratur, Hartm. Pif. d. q. 33. n. 22. & 24. perinde-  
sicuti † in materia feudali sola agnatio jus succeden-  
ti tribuit, nec cognatio in considerationem venit, aut  
gradum propinquiorum facit, c. 1. g. hic verò de grad.  
succed. in feud. ubi Bald. Andr. Gail. lib. 2. ob. 151. Curt.  
in trac. feud. 2. part. 3. part. pr. q. 6. n. 56. Jac. de S. Ge-  
org. in tr. feud. verb. presentes & recipientes. n. 11.  
† Nec obstat. text. in art. 15. lib. 3. Landr. in verb.  
Wer Gerade fordert/ soll vollkommlich von Weibes  
halber darzu gehören seyn/ c. Quia ibidem  
vocabulum (vollkommlich) non de vinculorum du-  
plicate, † Sed de sola & mera Cognitione intelligi  
debet; Ut scilicet in gerada succedat, quæ fœ-  
minis, nullâ habitâ masculorum consideratione, de-  
scendit. † Quam Rep. satis probat vocabulum sub-  
sequens (Von Weibes halber) & textus latius dict.  
art. 17. qui voculam hanc (vollkommlich) exprimit  
per dictionem (Duntaxat) Hart. Pif. d. 1. Matth. Col.  
d. de-

12 d. decis. 49. n. 30. Conjectarium igitur est: † Quod soror uterina cum sorore utrinque conjuncta in sororis defunctae geradam pariter succedat, prout latet & eleganter docet Hartm. Pistor. dict. 4. 33. ubi & sententiam Dominorum Scabinorum adducit n. 28. And. 13 Goldb. d. c. 5. p. 239. & 17. Moll. d. c. 5. n. 2. † Et matertera ab uno cum altera matertera ab utroque latere conjuncta defunctae equaliter ad successionem bonorum utensilium admittitur; Goldb. dict. loc. p. 141. n. 20.

Ica Domini in causa Martin Schlaichens zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1575. (Verba sent. Haben R. R. Tochtere nach ihrem Absterben euer Weib als ihrer Mutter vollbürtige Schwester an einem/ und derselben zwölf halbe Schwestern anders Theile nach sich verlassen/ ic. So ist ihre Gerade auf euer Weib / und gedachte ihrer Mutter halbe Schwestern zugleich gefallen/B. R. W.)

Et in causa Caspar Falckens zu Leipzig/M. Decemb. A. 1598. (Verba sent. So viel aber ihre Gerade anlanget/ dieweil in Verfassung derselben nicht auf die volle Geburt/ sondern allein auf die Spiegelmaßnahmen gesehen wird/ so ist solche Gerade auf ihrer Mutter vollbürtige Schwester/ und dann auch der Mutter halbürtige Schwester zugleich kommen und versellet worden/ B. R. W.)

14 † Idemq; observandum est in successione eorum, quae in gradu remotiori existunt. Etenim dicta ratio, quod in gerada sola Cognatio consideretur; non solum sorori convenit, sed generalis est tamen filia ejus † quam omnibus aliis ultiotibus gradibus ex linea feminina descendantibus, Andr. Goldb. d. c. 5. p. 142. n. 25.

Ita Domini ad consultationem Matthaei Batzis zu Leipzig/M. Dec. An. 1626.

Joh. Georgii à Schleinitz/Mens. Nov. Anno 1627.

Christophori Nesselii zu Leipzig/Mens. Aug. A. 1588.

#### DEFINIT. LVIII.

*Filia quoque spuria matri naturali in Gerada succedit.*

1 **D**ubium quidem movet art. 51. & ubi Gloss. Landr. lib. 1. ubi dicitur: Kein ehlich Mann/ oder ehelich Weib nimmt eines Mannes Erbe/ der imrechte te Ehe hat. Unde è contrario sequitur, † quod pati modo illegitimus vel illegitima legitimo legitimatus succedere nequeat, adeoque nec filia spuria defuncta matre naturali, gerada deferatur, prout ita infertur Matth. Coler. p. 1. decis. 44. n. 3. Aut. differ. jur. civ. & Saxon. lib. 2. p. 2. diff. 49. Wesenb. in part. ff. 3 ad SCrum Tertull. n. 4. † Sed absque dubio erronea est hæc sententia, quam refellit Andr. Goldb. de gen. rad. cap. 5. p. 117. n. 26. † Indubitati enim juris est, liberos naturales tantum, vel illegitimos non secus arque ex justis Nupriis procreatos matri succedere, I. novissime 3. Inst. ad SCrum Orf. l. 1. §. sed & vulgo 2. ff. 5 ad SC. Tertull. † Quod nec in foro Saxonico aliter observatur, Joh. Schneidew. in tit. inst. de hered. que ab Intest. defer. Rubri de succ. liber. natur. n. 20. Schürrer. de success. ab intest. tit. 13. † Idque si verum est in rebus hereditariis, cur de successione in bonis utensilibus aliud asserendum esset, haud certe video, Joh. 7 Schneidew. in dict. loc. n. 4. † Nec est, quod verbis dict. art. 51. inhareamus: Quia textus ille propter iniquitatem ejus usu non servatur, sed communiter restringitur ad natos ex adulterino & damnato coitu, prout tradit Aut. diff. jur. civ. & Saxon. lib. 2. p. 2. diff. 27. Goldb. dict. loc.

Ita Domini in causa M. H. zu Welsen/M. Nov. Anno 1621. (Verba sentent. Ist eure Mutter umlängsten Lodes verfassen/ und hat ihre Ehelebliche Tochter an etiam/ und euch mit andern Theile zusamt einer Gerade nach sich verlassen. Ob the eum wohl von ihr außer der Ehe gegenget worden/ ic. Es werdet ihr doch nebens einerer Schwester/ als euren verstorbenen Mutter Eheleblichen Tochter/ in solcher Gerade zu gleichem Theile billig zugelassen/B. R. W.)

DEFINIT. LIX.  
*Virgo Vestalis de jure quoque Saxonico succedit in Gerada.*

**L**icet de jure civili Monachus dicatur mundo mortuus, eo tamen non obstante cum fratribus suis ad successionem Patris sui intestati admittitur, per text. in l. 56. §. hoc etiam i. ubi Dd. C. de Episc. & Cler. Andr. Gail. lib. 2. obs. 156. n. 7. † Sed de jure Saxonico incapax est Monachus hereditatis, & patri non succedit, art. 25. lib. 1. Landr. in verb. Begiebt sich ein Mann zum Mönch-Leben/ der zu seinen Jahren kommen ist/ er hat sich von Landrecht und Lehnsrecht gelegt/ ic. † Quare nec Moniales (die Nonnen) ad geradæ successionem admitti dixeris. † Verum duplicit Sanctio hæc Saxonica Pontificibus, e. Ecclesia Sanctæ Marie 10. ubi Panorm. extr. de Constit. Quare non obstante eâ, dispositio juris civilis in foro etiam Saxonico usu observatur, † in tantum, ut licet Monachus non succedat ex suâ persona, Monasterium tamen sit loco heredis, Anib. Caffa. C. de Sacros. Ecl. teste Zobel. in Gloff. lat. ad text. germ. d. art. 25. lit. a. & part. 3. diff. 23. n. 22. Fachs. diff. 2. n. 23. Reinh. p. 3. diff. 21. Matth. Col. part. 1. decis. 46. n. 4. † Quidni ergo Monialis quoque seu Virgo Vestalis, ex consuetudine & usu fori Saxonici, ad successionem in geradæ admitteretur? Andr. Goldb. de gerad. c. 5. p. 112. num. 9. Schürrer. de success. ab intest. tit. de success. descend. pag. 140.

Ita Domini in causa Monasterii zu Hartmersleben/Mens. Mayo, A. 1600. (Verba sentent. Ist Eva Kochs im Umte Wilsmerstadt Lodes verfahren/ und hat zwölf Schwestern/ derer eine Margaretha genannt/ vor 24. Jahren sich in euer Kloster beigegeben/ und darlinnen Profession gehau/ nach sich verlassen/ ic. So hat sie ihre Gerade aufs 12. gedachte ihre zwölf Schwestern zugleich gebracht und versellet/ und die jüngste Schwester hat sich derselben allein auzunahmen nicht Zug/B. R. W.)

DEFINIT. LX.  
*Clericus matri in Gerada succedit, non etiam filia aut sorori, multò minus Uxori predefunctæ.*

**C**lericis de jure Saxonico concessum est, unâ cum sororibus Geradam Matis percipere, ut est text. in art. 5. lib. 1. Landr. in verb. Der Pfaff nimmt gleich den Theile mit der Schwester in der Mutter Gerade. Hart. Pist. observ. 172. n. 2. Andr. Goldb. de gerad. c. 5. p. 114. n. 14. Rötschitz. in tr. de dotat. art. 14. n. 13. & segg. † Cujus rei rationem reddit Gloss. in d. art. 57. Weichb. quod seilicet hoc fiat ob edictum preces, quibus omnis mundus fruitur. † Idemque procedit in Clericis seu Sacerdotibus Evangelicis nostri temporis, ut nempe & hi matre defunctâ vel soli, vel cum sororibus ad successionem in bonis utensilibus admittantur, teste observantia quotidiana, Goldb. d. l. n. 17. & 23. † Sed aliud obtinet in Clerico patre aut fratre, qui defunctâ filia seu sorore ad successionem bonorum utensilium non admittitur, Hart. Pist. dict. obs. 172. n. 3. Andr. Goldb. d. cap. 5. p. 128. n. 12. & p. 142. n. 26. † Etenim, quia text. in d. art. 5. lib. 1. Landr. disertis verbis de successione clerici in matis gerada loquitur, ad geradam filia aut sororis defunctæ cum haud extitendum, † nec Clericum ad bona utensilia à filia aut sorore telista admittendum existimat Dominini, teste Hartm. Pist. d. l. † Sunt namque Statuta strictè accipienda & non ad alium casum extendenda, l. si servum 71. §. non dixit Presor. s. ff. de acquir. hered. l. 1. §. Si is qui navem 19. ff. de exerc. act. l. quod constitutum. 21. ff. de milit. testam. Tirazzell. in l. si unquam. 8. in verb. libertis n. 2. C. de re doc. donat.

Ita Domini ad consultationem Senatus in Zorb'g/M. Maj. A. 1633. (Verba sent. Ist M. B. Lodes verfahren/ und hat ihre M. m. 3. 80

Gerade nach sich verlassen/ wann nun gleich keine Rüstel/ so der Gerade sähig/ vorhanden wäre/ ic. So hätte sich doch der Verbotenen Bruder u. E. usangesehen daß er ein Clericus ist/ derselben nicht annehmen/ V. N. W.)

- 8 † Ex eadem porrò ratione nec Clerico marito geradam prædefuncta Uxor debet pronunciarunt Domini ad requisitionem Quætoris Saltensis, M. Jun. Anno 1634.

#### DEFINIT. LXI.

*Deficientibus Cognatis fœminini Sexus, tām ex linea recta, quām transversali, Gerada desertur judici, cui merum competit Imperium.*

- 1 **Q**uamvis de jure civili bona vacantia fisco defrantur tot. tit. C. de bon. vacant. lib. 10. Attamen de jure Saxonico hoc aliter se habet, competitque judici plenum jus fisci, Gloss. ad text. latin. in art. 28. lib. 1. Landr. Wesenb. in parat. ff. de jur. fisc. in fin. 2 † Hinc & deficientibus Cognatis fœminini sexus tam ex linea recta, quām transversali judex in Geradā succedit, d. art. 28. lib. 1. Landr. & art. 59. Weichbild. Const. Elect. 38. §. Da aber keine Erben ic. part. 3. Hart. Pst. lib. 1. q. 33. n. 20. Joh. Schneidew. in tit. inst. de hered. quæ ab intest. def. rubr. de success. fisci. n. 17. 3 Schürer. de success. ab intest. tit. 18. n. 1. & 2. † Quod de eo iudice accipi debet, qui merum imperium seu jurisdictionem supremam habet, die Ober- und Hals-Gerichte; † non solam hereditariam seu baslam jurisdictionem, die Erb- und Nieder-Gerichte/ Gloss. in dict. art. 28. lit. B. Schneidew. d. 1. Andr. Goldb. de gend. cap. 5. pag. 170. num. 7.

Ita Domini ad requisitionem Johannis Pempels zu Reichensbach/ M. Jan. A. 1626. (Verba sentent. Ist euere Mutter Lodes verfahren/ und hat euch ihren Sohn an einem/ und ihres Sohnes Tochter am andern Theil zusamt einer Gerade nach sich verlassen/ ic. So hat sie solche Gerade weder auff euch/ noch ihres Sohnes Tochter versäßet/ sondern es hat sich der Gerichts-Herr selbiges Orts/ so die Ober-Gerichte hat/ weil eurem Bericht nach keine Rüstel vorhanden/ derselben billig anzumessen/ V. N. W.)

Et ad consultationem Jonæ à Neitschitz zu Wehlen/M. Nov. A. 1560.

Item ad requisitionem Senatus in Zörbig/ Mense Mayo, Anno 1633.

#### DEFINIT. LXII.

*Æs alienum mariti, Vidua ne quidem in subsidium de Gerada solvere tenetur, etiam si Gerada nomine contractum fuerit.*

- 1 **T**iniquum certè hoc primâ fronte alicui videti posset, quum Vidua ex causa lucrativa Geradam habeat, Creditores autem mariti de damno vitando certent, ut hi metitò præferri debeant Viduae jure successionis geradam petenti, arg. l. ult. §. fin. verò Creditores. s. C. de jur. delib. l. quod autem 6. §. 10. seqq. ff. quæ in fraud. Credit. l. i. C. de bon. aut. jud. poss. † Quæ & procul dubio causa fuit, quod in Conventu Misnico Constitutionum Electoralium Compilatores aliud senserint, Viduamque de Gerada etiam in subsidium debita mariti luere teneri existimaverint, † ut videre est ex deliberatione Lips. & Witteberg. vol. 2. part. 1. q. 53. A quibus Illustrissimus Elector Dñ. Augustus haud dissentiens, reclamantibus tamen Nobilibus, eamque sententiam recipere recusantibus, hanc in tecum judicibus inferioribus pronunciare inhibuit, † ac causas ejusmodi, si quæ occurretent, Cognitioni Electorali componendas relinquere jussit; Verba illustr. Dñ. Elect. vide apud Frid. Pensold. in not. ad Matth. Col. p. 2. doc. 286. n. 194. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pst. p. 1. q. 32. n. 17. † Sed rem accuratius penitentiæ vix dubium remanebit, quin Vidua ad æs alienum,

Mariti de gerada exsolendum cogi haud possit, † si ve ex reliquis Mariti bonis satisfieri queat Creditori bus ejus, sive non. Siquidem Uxor non jure hereditario, vel titulo successionis, † sed beneficio Legis & peculiari juris Saxonici dispositione ex bonis mariti geradam capit, Beust. de matrim. cap. 71. Hartman. Pst. lib. 1. qu. 31. n. 4. † eamque non ex causa lucrativæ, sed velut iure proprio tenet. Quod vel exinde colligere licet, † quod Uxor etiam vivo marito decedens eam transmittat in proximam Cognatam, nec de jure Saxon. † maritus in rebus ad bona utensilia pertinentibus uxori, ullà inter vivos dispositione aut ultimâ voluntate præjudicare queat, veluti apud nostros longo usu invaluit, teste Hartm. Pst. d. 9. 31. n. 7. † Ex quo satis appetet, maritum neque debitum contrahendø, ipsi aliquod incommodum in gerada inferre posse, arg. eorum quæ tradunt in simili de feudiis Dd. in c. de success. feud. & in c. i. §. Tuius. Si de feudo defunct. † Ne videlicet per indirectum concedatur id, quod directò prohibitum est, contra l. omis. 16. ff. de sponsal. & l. avia 77. §. Titio 2. ff. de condit. & demonstr. ut pluribus eleganter demonstrat Hartm. Pst. d. 1. † Ut mirum haud sit, mulierem de geradâ, tanquam de bonis suis propriis, ne quidem in subsidium, Creditribus mariti satisfacere teneri, juxta tit. C. Ne Uxor pro marito. † Quod & jam dudum placuit Gloss. in art. 24. Landr. lib. 1. in verb. Dieses ist geredet von den Frauen/ welche kein Erbe nehmen mögen/ sondern nehmen allein Morgen-Gabe/ Gerade/ und ihre Leib-Zucht/ und dürfen davon keine Schuld gelten/ wann sie Ritters Art seyn/ ic. Andr. Goldb. degend. c. 9. n. 77. † Atque hinc tām ante, quām post Constitutionum Electoralium promulgationem, Negativam in pronunciando Scabinos fuisse secutos, nimirum relictam Viduam ad æs alienum mariti de geradâ exsolendum, non cogi, patet ex traditis Modest. Pst. p. 1. q. 42. ubi Jac. Schult. in addit. lit. a. Hartm. Pst. & Frid. Pensold. alleg. loc. † Quæ sententia hodie ( exceptis solummodo ovibus mariti, quæ alias quoque ad geradam pertinent) expressè fuit confirmata ab Illustrissimo Electore Saxon. In der neuen Gerichts-Ordnung edit. de Anno 1622. tit. 43. §. und weil hierbei in verb. So lassen wir geschehen/ daß die Ehemänner/ wenn ihre Männer in Schulden gerathen/ auch bey Leben derselben der Gerade/ wie es bis hero bräuchlich gewesen/ vor allen andern Gläubigern vergnüget werden. junct. verb. fin. d. §. Welches wir auch von des Mannes Schafen/ so sonst zur weiblichen Gerade mit gehörig/ verstanden haben wollen/ ic. † Quin etsi vir geradæ nomine æs alienum contraxisset, putà, si catenam auream, vel alliam quandam rem, quæ ex Geradæ numero est, emisset & Uxori donasset, precio pro eâ non soluto, nihilominus tamen Viduam bona utensilia absque onere ex bonis mariti defuncti percipere, nec debitum contractum solvere teneri, tradit Hartm. Pst. lib. 1. q. 31. quem sequitur Dan. Moll. lib. 2. semebr. 7. & Goldb. d. c. 9. n. 79.

Ica Domini in causa Veröffiz, Vidua Carpzovianæ sen zu Wiseling/bey Halberstadt/M. April. A. 1626. (Verb. sent. Ist euer Ehe-Junker unlangst Todes verfahren/ dannenhero Ihr nebens andern weiblichen Gerechtigkeit/ auch die Gerade aus seinen Gütern zu fordern Vorhabens seyd. Ob nun wohl sich viel Schulden in des Verstorbenen Verlassenschaft befinden/ auch etsche Gerade-Stücken noch nicht bezahlet segn/ das hero zu befürchten/ daß ein Concursus creditorum sich ereignen möchte/ ic. So möget ihr dennoch solche Schulden/ wenn auch gleich des Debitoris eueres Junkers Verlassenschaft zu derer Besiedigung nichtzureichen würde/ von der Gerade mit zahlen zu helfen nicht ausgehalten werden/ sondern es wird euch benennende Gerade vor voll blülich ausgeantwortet/ ic.)

## DEFINIT. LXIII.

*Nec bona utensilia, à marito oppignorata, Vidua in Gerada succedens, sed heredes mariti lue-  
re debent.*

- 1 **I**n hac quæstione ancipitem dubitandi curam affert textus juris Saxonici in art. 24. lib. 1. Landr. qui res ad geradam pertinentes, constante matrimonio oppignoratas, redimere jubet eum, cui jure debentur.
- 2 † Unde luitionem à Vidua fieri debere, asserit Matth. Coler. part. 1. decif. 104. n. 4. quod & sensisse videtur.
- 3 Beust. de jur. Connub. part. 1. cap. 96. in fin. † Cui non parum obstat, quod utensilia secundum juris Saxonici dispositionem, ita ad Uxorem pertinere dixerim Defin. præced. n. 9. & 10. ut etiam nulla mariti defuncti dispositio de rebus utensilibus in præjudicium.
- 4 Uxoris redundare possit. † Hoc si verum, uti verissimum & satis probatum est ab Hartm. Pist. lib. 1. q. 31. n. 9. & seqq. quomodo quæso maritus oppignorando utensilia uxori jamdudum acquisita, ei præjudicare, poterit, † cum is, qui de re quâpam disponendi facultatem non habet, eandem nec oppignorare queat, l. f. usumfructum 23. §. in summa 1. ff. de lib. caus. l. ult. C. de reb. alien. non alienand. l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. oblig. poss. † Nec oblique permittendum id, quod directò prohibetur, l. avia 77. §. Tilio 2. ff. condit. & demonstr. † Rectius igitur redempcionem geradæ à Marito oppignorata ejus heredibus injungit Hartm. Pist. d. q. 31. n. 23. quem seqvuntur Moll. lib. 2. semest. 7. n. 1. & Pensold. ad Coler. dec. 286. n. 197. part. 2.
- 5 Aadr. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 51. † Non obstante dict. art. 24. lib. 1. Landr. quem de bonis utensilibus ab ipsa uxore defunetæ, vel cum ejusdem consensu oppignoratis, interpretatur Pist. d. l. n. 28.

Ita Domini ad consultationem Everhardi Hoffmanns zu Budissen / M. August. Anno 1609, (Verba sent. Wann ein Stück/ so zur Gerade gehörig/dem gemeinen Haß. Besn zum Besten versagt worden / und es stirbet der Mann vor dem Weibe/ ic. So wird solches versagte Gerade Stück aus der gemeinen Erbschaft bishl. wiederum eingelöst/ und der Wittben / welcher dasselbe vermöge Sächsischer Rechte gehörhet / gesolget/ W. R. W.)

Item ad requisitionem Martini Eymers zu Budissen / M. August. Anno 1633. (Verb. sent. Ob nun wohl bemeldter vom Adel eine gütigene Kette zum Untersand eingefest/ dienveil aber dennoch dieselbe nunmehr seiner hinterlassenen Wittib juständig/ solche aber in die Verpfändung nicht gewilligt hat/ ic. So verblebet auch selbige Kette bemeldter Wittben als ein Gerade Stück bishl. und es mag dieselbe/ einige Zahlung der darauff gemachten Schuld zu leisten/ nicht angehalten werden/ W. R. W.)

## DEFINIT. LXIV.

*Utensilia tamen, à marito pro pretio venditori, vel cum Uxoris consensu oppignorata, aut in fraudem creditorum comparata, Vidua in subsidi-  
um ltere tenetur.*

- 1 **M**ajorem difficultatem habet, si res aliqua ad bona utensilia pertinens ita acquisita fuerit à Marito, ut mox pro pretio inde persolvendo oppignorata esset, eoque nondum persoluto, maritus decederet? Quo casu Viduam non magis eam redimere ac debitum persolvere teneri, sed etiamnum heredibus mariti id in eum bire, existimat Hart. Pist. lib. 1. q. 31. n. 38. † eò, quod maritus in præjudicium Uxoris nullatenus oppignorata queat bona utensilia, juxta tradita in Defin. præced. † Sed longè diversa sunt, res geradicæ jarridum mulieri acquisitas, deinceps pro pecuniâ mutuo accepta Creditoribus suis oppignorare, quod procul dubio facere nequit Maritus, uti probatum de- di Defin. præced. † Et res novas emere easque, priusquam Uxor traderentur, pro pretio Venditori obli- gare, quod Uxor impedire haud potest, † quippe cui ante perfectam exemptionem & traditionem, jus a-

liquod sive dominium in rebus illis haud competit. † Factâ autem traditione, res venditori jam antea obligata cum onere suo & causa ad Uxorem transit, h. 3. C. de servit. & aqua l. 1. §. pro secundo 4. C. de cad. toll. † Ut mirum videri non debeat, quod Vidua, si marito defuncto, ex bonis ejus, Venditori satisficeri nequeat in subsidium saltem onere solutionis gravetur, uti demonstrat Andr. Rauchb. p. 1. quæst. 6. n. 49. & 50. † Quod & multò magis obtinet, si Venditor fidem de precio non habuerit; † Etenim cum hoc casu dominium in emptorem non transeat, sed penes venditorem maneat, §. vendite 41. Inst. de rer. divis. l. quod vendidi 19. ff. de contr. empt. † poterit venditor, si velit, rei vindicatione contra mulierem experiri l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de act. empt. † Quæ in actione Vidua conventa, si Venditori rem restituere nolit, precium numerare tenebitur, nec heredes mariti de evictione cohvenire ipsi fas erit, Andr. Goldb. de gerad. c. 9. n. 80. Præterea & † aliis existit casus, quo Vidua luitio geradæ à marito oppignorata incombis, quando scil. Maritus cum consensu Uxoris Geradam pro debitis suis oppignoraverit, art. 24. ubi Gloss. lib. 1. Landr. Gloss. Weichb. art. 23. Hartm. Pist. dict. q. 31. n. 36. † Quo casu, nudum consensum Uxoris sufficere absque autoritate Curatoris ad item, docet, & Dominorum Scabinorum sententia probat Goldb. dict. c. 9. n. 88. & 89. † Quin & si in fraudem Creditorum Maritus Uxori geradam immodicam comparasset, deficientibus bonis hereditariis, ut de bonis utensilibus Vidua debita solvat, aquissimum certè est, Hart. Pist. dict. q. 31. n. 37. Coler. p. 1. decif. 60. n. 54. Dan. Moller. lib. 2. semest. 44. n. 31 Goldb. dict. c. 9. n. 81.

Ita Domini in causa Veronicaz ab Hattsen/Mense April. Anno 1616. (Verba sent. Es wäre dann/das gar viel Gerade Stück den Gläubigern zum Nachteil und also in fraudem Creditorum gezeitigt/ oder aber dieselbe mit eurer Bewilligung von euren Ehe-Junkern verpfändet/ oder auch beh derer elliger Erkaufung denen Verkäufern ein Untersand vorbehalten worden/auf solchen Fall wäre ihr auch/wenn eures verstorbener Junkern Güter zu voller Befriedigung nicht ureichen/von der Gerade die Zahlung zu thun schuldig/W. R. W.)

Et ad consultationem VVolfgangi à Draschwig/ M. Mart. A. 1597.

*Debita mulieris defunctæ proxima Cognata, defici-  
entibus demum bonis hereditariis, in subsidi-  
um saltem de Gerada exsolvere ob-  
stricta est.*

**Q**uæ Defin. præc. dicta fuere, in debito quidem mariti & Viduæ, quæ marito præmortuo ex ipsis bonis utensilia percepit, usu ita recepta sunt, † At in Cognatis, ad quæ post mortem mulieris, Virginis aut Viduæ, bona utensilia devolvuntur, aliter se re, habet. † Etenim debitum mulieris defunctæ, Cognata capiens geradam in subsidium, haud sufficientibus nempe reliquis bonis hereditariis, de utensilibus persolvere tenetur, Hart. Pist. p. 1. q. 31. n. 38. Goldb. de gerad. c. 9. n. 49. Mod. Pist. p. 1. q. 32. Pensold. ad Coler. p. 2. decif. 286. n. 186. Rauchb. p. 2. q. 17. n. 9. † Tum quia bona utensilia non perinde, ut vivente marito ad Uxorem, ita etiam vivente Uxore, ad Cognatam pertinent, f. quippe in cuius præjudicium à muliere alie- nari potest, b. ac Constat. 14. Gloss. art. 23. Weichb. Cessat ergo hoc casu potissima ratio, ob quam Vidua de gerada debitum mariti ne quidem in subsidium exsolvere obstricta est; † Tum, quia Cognata bona uten- silia quodammodo beneficio mulieris defunctæ, & quasi successionis jure, atq; ex causa lucrative acquirit, quippe cum mulier bona hæc, quæ donatione aliove con- tractu inter vivos alii concedere poterat, ad Cognatam per-

- per mortem transmittere censeatur, ut appareat ex art.  
 7 27. lib. i. Landr. † Ut sic meritò potior habeatur  
 ratio Creditorum onerosam causam sustinentium,  
 quam cognata ex causâ lucrativâ & jure successionis  
 geradam capientis, ita ut saltem in subsidium, si bona  
 alia hereditaria haud supersint, & alienum de bonis  
 8 utensilibus solvere teneatur Hart. Pist. dict. l. † Quod  
 tamen non aliter accipiendum, quām si ab ipsa mulie-  
 9 rō, si à marito ejus originem trahat, † tunc enim Co-  
 gnata ne quidem in subsidium conveniri potest, arg. l.  
 un. C. ne uxor pro marit. Aut. Consult. Const. Saxon.  
 tom. i. part. 5. q. 44. n. 5.

Ita Domini ad consultationem Mauritii Götlings zu Welp.  
 15/ Mens. Apr. Anno 1632. (Verba sent. So werden der ver-  
 storbenen Frauen Schulden von dem Erbe / und da solches zu  
 vero sämtlichen Besiedigung nicht gereicht/ also dann erst in  
 subsidium auch von der Gerade billig bezahlet. Es wäre dann/  
 daß die Schulden nicht von der verstorbenen Wittiben/ sondern  
 von ihrem juvor abgelebten Ehemann herabtreten/ und sie die  
 Wittib beständiger Weise daren nicht gewilligt hätte/auff sol-  
 chen Fall möchte die Schwester etwas von der Gerade zu Bejah-  
 lung solcher Schulden herzugeben nicht angehalten werden/ V.  
 R. W.)

Et in causa Hansen Gausis zu Berlin / Mens. Februar. An-  
 no 1635.

#### DEFINIT. LXVI.

*At si Gerade nomine debita mulieris fuerint con-  
 tracta, ea Cognata proxima in differenter de Gera-  
 da solvit, etiam si alia bona hereditaria  
 supersint.*

- 1 **Q**ualamvis Cognata proxima geradam capiens, &  
 rebus hereditariis, & sic in subsidium solvere cog-  
 atur, Definit. preced. Fallit tamen hoc notabiliter,  
 2 † si debitum geradæ nomine contractum fuerit à de-  
 functâ, veluti pro comparatione rerum ad Geradam  
 pertinentium: Quo sanè casu, in differenter sive alia  
 3 bona supersint, sive non, † Cognata succedens istius  
 debiti contemplatione fidem defunctorum liberare tene-  
 tur, reliqui autem mulieris heredes debito hoc no-  
 onerantur, Dan. Moller lib. 2. semestr. 7. & ad Const.  
 23. n. 13. part. 3. Andr. Goldb. de Gerad. c. 9. n. 93. Fri-  
 4 der. Pensold. ad Coler. decis. 286. n. 187. p. 2. † A-  
 equissimum namque est, ad eum spectare onus, ad  
 quem pervenit commodum; Siquidem per istam  
 acquisitionem proxima Cognata locupletior fuit effe-  
 5 sta, Pensold. dict. loc. † Hujus rei exemplum ferè  
 similimum habemus in ære alieno in utilitatem feudi  
 converso, cuius solutio solis Agnatis & successoribus  
 feudi incumbit, nec eo nomine filiae aut heredes bo-  
 norum allodialium conveniri possunt, etiam si solven-  
 do sit hereditas, Const. Elect. 46. part. 2.

Ita Domini in causa Wilhelmii à Kuglebens Mens. Apr. An.  
 1632. (Verba sent. Hat eure Haushfrau eine guldene Kette vor  
 und um 100. fl. erkaufst/und über solche Schuld eine Handschrift  
 ausgeantwortet/ die Zahlung aber bey ihrem Leben nicht gele-  
 stet. Und nachdem sie Lodes versfahren/wird von ihren Schwei-  
 stern unter andern Gerade-Stücken auch bemeldte Kette ges-  
 deri/ ic. So seyn gedachte Schwestern angeregte Schuld der  
 100. fl. zu zahlen pflichtig/ und ehe und juvor sie solches gehan-  
 seyn sie sich der Kette beständiger Weise anjumassen nicht berech-  
 tigen/ V. R. W.)

Ec in causa Dieterich von Polenzens/Mens. Mart. An. 1636.  
 (Verba sent. Hat eure Schwester eiliche Kästen und Läden vor  
 3. Jahren zu die Festung Dresden geschafft/ davon kein Zins ge-  
 geben worden/sondern eiliche 30. Thaler ausgewachsen und noch  
 zu entrichten seyn/ und es seyn in solchen Kästen und Läden lau-  
 ter Gerade-Stücken befinden worden/ ic. So seynd die nähe-  
 sten Misseln/denen die Gerade zukommt/ solchen Zins abputra-  
 gen schuldig/ und ihr als Erbe bleibtet damit billig verschont/

#### DEFINIT. LXVII.

*Geradam quoque à muliere defunctâ oppignorataam,  
 proxima Cognata luere debet.*

**M**inus sanè dubium est, si bona utensilia à muliere  
 defunctâ oppignorata fuerint, quin earum lui-  
 tio non ad maritum vel heredem, sed ad Cognatam  
 pertineat, Matth. Coler. p. 1. dec. 204. n. 4. Hartman.  
 Pist. lib. 1. q. 31. n. 28. Frider. Pensold. ad Coler. decis.  
 286. p. 2. n. 188. Dan. Moller. ad Const. Elekt. 23. n. 7.  
 part. 3. † Non solum quod onus & incommodeum  
 spectet ad eum, quem sequitur commodum, c. qui sen-  
 tit. 55. de Reg. jur. in sexto. l. secundum naturam. 10. ff.  
 eod. tit. l. ult. §. sin verò creditores. 5. C. de jur. delib.  
 † Sed per text. manifestum in art. 24. lib. i. Landr.  
 verb. fin. Ubi si res aliquæ ad geradam pertinentes,  
 constante matrimonio, pignori obligatae fuerint, eas  
 redimere jubetur Cognata, ad quam jure successio-  
 nis illæ pertinent, si eis carere nolit. † Quem textum  
 de rebus utensilibus ab ipsa Uxore defunctâ oppigno-  
 ratis jamdudum intellexit Ludovic. Fachs. & post  
 eum Domini Scabini, teste Hart. Pist. d. q. 31. n. 28. in fin.

Ita Domini ad consultationem Balthasar Grenzels zu An-  
 nenberg/ M. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Hat eures Münd-  
 leins Mutter bey ihrem Leben eiliche Gerade-Stücke um ein  
 gewisses Geld bey einem Handelsmann versetzt/ und ist darauf  
 Lodes versfahren. Da ihr nun solche Gerade-Stücke nicht  
 entrathen/ sondern gedachtet eurem Mündlein zum Besten er-  
 halten wollet/ ic. So seyd ihr dieselben Stücke von eures Münd-  
 leins Vermögen wiederum eingulden schuldig/ und die säml.  
 Erben mögen dazu wider ihren Willen nicht gebunden werden/  
 V. R. W.)

#### DEFINIT. LXVIII.

*Nisi in communem rei familiaris usum Gerada à mu-  
 liere fuerit oppignorata, quo casu redemptio e-  
 jus incumbit heredibus.*

**G**eradæ à muliere oppignorata luitionem pro-  
 pterea ad Cognatam pertinere dixi Definit. prec.  
 quod hæc commodum ex geradâ sentiat, cui & merito  
 onus solutionis accrescere debeat, l. secundum na-  
 turam. 10. ff. de Reg. jur. † Quæ certè ratio hoc ipsum  
 2 onus in heredes transfert, quando pecunia pro geradâ  
 oppignorata mutuò accepta, in communem rei  
 familiaris usum conversa, ac inde hereditas aucta-  
 fuerit. † Quis enim negare tum ausit, luitionem  
 3 heredibus incumbere, quos & commodum sequitur.  
 † Cognatam verò onore hoc neutquam gravari de-  
 bere, quod nec alienum esse videtur à mente Frid. Pen-  
 sold. ad Col. decis. 286. num. 187. in fin.

Ita Domini ad requisitionem Balthasar Grenzels zu Anna-  
 berg/ Mens. Jan. Anno 1618. (Verba sentent. Hat Igo gedach-  
 ter M. U. bey einem Handelsmann eine Summa Geldes auf-  
 genommen/ und dasür eiliche Gerade-Stücke versagt. Da nun  
 solches Geld dem gewissen Haushwesen zum besten angewendet  
 worden/ ic. So wären die säml. Erben der Tochter oder nd-  
 heisten Nüffel die vorgesetzten Gerade-Stücke wieder einzulö-  
 sen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. LXIX.

*Tutor quando absque decreto Magistratus pupille  
 Geradam patri vel extraneo vendere & alie-  
 nare valeat?*

**N**otissimi juris est, Res mobiles minorum, quæ  
 servando servari possunt, ut sunt Gemmæ, ve-  
 stes pretiosæ, aurum & argentum, ceteraque mobilia  
 pretiosa à tute aut Curatore, sine decreto judicis ali-  
 isque solennitatibus regulariter distrahi non posse,  
 † perinde, sicuti nec immobilia minorum absque  
 causâ sufficiente & magistratus autoritate vendi aut  
 alienari queunt, l. lex que tutores. 22. in pr. C. de ad-  
 ministr. tutor. non solum, quia pretiosa mobilia im-  
 mobilibus comparantur, Martin. Col. part. 2. decis.  
 286. n. 84. Rauchbar. part. 1. q. 26. n. 34. & 36. Jacob.  
 Schult. obs. 19. n. 8. & seqq. Sed & ne ex eorundem  
 distractione damno afficiantur pupilli vel minores,  
 dict.

- 3 dict. l. 22. C. d. t. + Aliter vero res se habet in rebus mobilibus, quae servando servari nequeunt, ut sunt.
- 4 Vestes de ritæ, animalia supervacua & similes, + Quas tutores & Curatores etiam sine decreto judicis bene alienare valent, dict. l. lex que ruitores 22. §. fin. C. d. t. Et l. ult. C. quando decr. opus non est. Schneider. in.
- 5 S. ult. n. 23. Inst. de aut. tutor. + Ex quo sequitur, alienationem geradæ absque causâ sufficienre & autoritate Magistratus, à tutore patri vel extraneo factam, tūm demum jure subsistere, si bona utensilia servando servari haud potuissent, A. Goldb. de gerad. c. 7. membr. i. n. 33. Et cap. 9. num 102. Matth. Wesenb.
- 6 p. 2. consil. 29. n. 3. Moll. lib. 2. sem. 6. + quo tamen casu Cognata proximæ consensu ad venditionem vel alienationem Geradæ haudquaquam requiritur, secundum tradita Goldb. dict. l. n. 35. quia Gerada in præjudicium proximæ Cognata donarivaleret, b. Constit. 14. vers. Durch die Übergabe unter den Lebensdigen! Moll. dict. c. 6. n. 2. Rauchb. p. 2. q. 32. n. 28. Cur non ergo etiam alienari?

Ita Domini ad requisitionem Eliz Auerbachs zu Leipzig/ M. Febr. A. 1578. (Verba sentent. Ob nun gleich Hans Tügen nach seines Weibes Absterben sich um ihre hinterlassene Gerade mit seiner Tochter Vormunden verglichen/ und derselben 30. Schl. dafür zu geben gesagt. Da aber dennoch solche Vergleichung ohne dringende Noth oder andern erheblichen Ursachen und ohne gebührendes Decret geschehen/ und von Hans Tügens Tochter nach erreichtem vollkommenen Alter nicht ratificaret worden/ ic. So wäre dieselbe außerhalb der gering schätzigen verderblichen Stücke zu Recht unfrästig/ und gedachter Tüling vermittelst eines beständigen Inventarii, oder in Mangel desselben/ vermitteles seines leiblichen Eydus/ was und wie viel sein Eheweib allenthalben an Gerade gelassen/ anzugeben/ und dieselbe außerhalb überwehte Stücke aus quantworten schuldig/ B.R.W.)

Item in causa Matthæi Roppens zu Halle/ M. Sept. A. 1599.  
Item in causa Hansen Werchanen zu Leipzig/ Mense Mart. Anno 1614.

Et in causa Petri Fischers zu Leipzig/ Mense Febr. A. 1626.

D E F I N I T. LXX.

Pater filia sua geradam absq; authoritate Magistratus vendere non potest, nisi hac servando servari nequeat.

**Q**uemadmodum pater filia sua geradam regulatiter emore nequit à tutori, Defin. preced. ita-

nec contra ipsem filia sua geradam extraneo vendere potest absque causâ sufficienre & interposito Magistratus decreto, + nisi in ejusmodi rebus consistat, quae servando servari nequeunt, quas procul dubio non minus ac alias quispiam tutor alienare valet, l. 22. §. fin. C. de administr. tutor. l. ult. C. quando decr. opus non est. + Illud solummodo dubium videtur remanere, annon filia heres patris bona utensilia ab ipso alienata revocare prohibeat, per l. cum à matre. 14. C. de Rei Vindic. ex quo textu pro regula traditum est, + quod heres pro portione, in qua successit, factum defuncti impugnare haud possit, sed illud omnino ratum habere teneatur. + Id quod etiam probatur per l. si patri tuo. 24. C. de donat. l. si ab eo. 7. C. de liber. cauf. l. filium. 31. ff. cod. tit. l. ex quâ persona. 149. ff. de reg. jur. + Quæ regula locum habet, etiamsi defunctus bona ad heredes pertinentia alienaverit, dict. loc. cum à matre. 14. C. de rei vind. Hartm. Pist. obser. 19. n. 3. Sed advertendum est, + alienationem utensilium bonorum, quae servando servari potuerunt, ipso jure irritam ac nullam esse, l. 22. §. p. in verb. Jam ergo Venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti Et c. C. de administr. tut. + quo in casu predicta regula fallit. Nam + quando alienatio à defuncto facta per se nulla est, etiam heredi contra factum defuncti venire licet, ut per text. in l. quemadmodum. 7. C. de agric. Et censit. lib. 11. tradit Bald. in dict. l. cum à matre. 14. C. d. R. V. + quem. 10 sequitur Socin. lib. 4. cons. 29. n. 46. Cravett. cons. 200. n. 5. 6. Et g. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 83. vers. limitatur decimo Et c. C. de bon. matern. Hartm. Pist. dict. l. obser. 190. num. 10.

Ita Domini in causa Pauli Krausens zu Bischofswerda/ M. Sept. Anno 1585. Verba sentent. Habt ihr nach Absterben eures Weibes/ eurem Lächterlein/ so unerzogen gewesen/ die Gerade verkauft/ und 10. si. daraus geldset. Da nun die zur Gerade gehörige Stücke verderblich gewesen/ und nicht hätten erhalten werden können/ ic. So bliebe auch nunmehr/ nach Absterben eurer Tochter/ das daraus geldsete Geld/ so vor Erbe geachtet wird/ euch vor ihrer nächsten Rüstel billich/ im widrigen Fall aber wäret ihr derselben solches folgen zu lassen schuldig/ B.R.W.)

## CONSTITUTIO XV. PARTIS SECUNDÆ.

Ob und wie die Weibes-Personen beständiglich contrahiren können/ mit oder ohne der Vormunden Zuthun und Bewilligung?



Shaben die gemeine Käyserliche und Landübliche Sächsische Rechte in ehlichen gewissen Fällen/ der Weibes-Personen halben/ Versehung gethan/ damit sie aus Mangel guten Raths und Bedachts nicht über-eilet und hintergangen werden möchten. Dann wir dann solches/ aus erheblichen Bedenken und Ursachen/ auch weiter zu erstrecken nothwendig erachten: So constituien und ordnen wir/ daß hinfür Wittwen und Jungfrauen/ ohne Unterscheid des Alters/ in allen rechtlichen Processen/ sie halten gleich Klägerin oder Be-klagter statt/ ohne Vormunden nichts beständig ges handeln mögen. Derowegen denn die Carpz. Definit. Vol. K.

Mulieres an & qualiter cum consensu & autoritate Curatorum, vel absque eo contrahere possint?



Ure tam communi civili, quam provinciali Saxonico, in certis quibusdam casibus, mulieribus provisum est, ne inopiat consilio circumventæ lədantur.

Cum autem gravibus de causis id ulterius quoque ut extendatur necessarium esse existimemus; Igitur constituimus & ordinamus, ut viduæ & virgines, cujuscunque sint ætatis, in omnibus & quibuscumque processibus judiciariis, sive reæ sive actrices, sine curatore nihil agere possint:

Ideoque à Judicibus seu magistratibus ejuusque loci Curatorem ad item mulieri non habenti, tam ad agendum quam defendendum

N n n

dum

Gerichtshalter eines ieden Orts/ ungeachtet/ ob solches gleich von keiner Part gesucht würde/ einer ieden unbewormundeten Weibes-Person zu ihrer Klage und Antwort/ Amts halben einen Kriegischen Vormunden geben und zuordnen sollen: Wie denn auch die Ehe-Männer/ wann sie ihrer Ehe-Weiber halben klagen oder dieselbigen vertreten/ ihre Personen durch Vollmacht oder Caution de rato disfalls legitimiren sollen.

Gleicher Gestalt soll auch den Weibes-Personen dasjenige/ was sie ohne Vorwissen und Autorität ihrer Ehelichen und anderer verordneten Vormunden/ in- und außerhalb Gerichts/ schliessen und handeln/ damit sie sich gegen jemand verpflichten/ unschädlich und unnachtheilig seyn; iedoch mögen Ehe-Frauen/ Wittwen und Jungfrauen/ wo sie ihre mündige Jahre erreicht haben/ vor sich selbst von ihren Haab und Gütern/ beweglichen und unbeweglichen/ außerhalb der Gerade/ wohl Testament machen/ und was sie also Testaments-Weise/ dem Rechten gemäß/ verordnen/ das soll beständig und kräftig seyn/ ungeachtet/ ob gleich dasselbige ohne Vormunden geschehen/ wie dann auch den Wittwen und Jungfrauen/ so mündig/ (ausgeschlossen die unbeweglichen Güter) mit ihrer fahrenden Haab zu thun/ dieselbige so weit die Rechte nachlassen zu vergeben/ und insonderheit den Weibes-Personen/ so zu handthieren pflegen mit Kaufen und Verkauffen/ in den Krahmen und andern dergleichen Waaren ohne Vormunden beständig und verbindlich zu schliessen und zu handeln/ hiermit unbenommen seyn soll.

## DEFINITIONES.

1. *Contractus mulieris sine consensu Curatoris initus, ipso jure nullus est, etiam si juramento fuerit firmatus.*
2. *Quicquid ex obligatione absque Curatoris consensu contracta mulier solvit, tanquam indebet solutum repetere potest.*
3. *Mulier sine Curatore, super debito sibi soluto quittantiam facere, ac debitorem suum liberare nequit.*
4. *Contractum absque Curatore celebratum, etiam post mortem matris, ipsius heredes impugnare possunt.*
5. *Contractus mulieris sine Curatore initus, ne quidem ex diuturnitate temporis decennalis convalidatur.*
6. *Mulier habens domicilium in terris Saxonice, extra territorium Saxonicum absque Curatore validè potest contrahere.*
7. *Fidejussor intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.*
8. *Mulier sine Curatoris consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiisq; donare potest.*
9. *Illustris mulier habens Regalia absque Curatore validè contrahit.*
10. *Mulier absque consensu Curatoris non solum testari, sed & mortis causā donare potest.*
11. *Absque Curatoris quoque autoritate passa dotalia facere, in iisq; certam dotem constituere potest.*
12. *Ad impetrationem Arcfi adversus debitorem suum mulier Curatore opus non habet.*
13. *Mulier dolosè contrahens obligatur, etiamsi non habuerint Curatorem.*
14. *Ex contractu murui efficaciter obligatur mulier, etiam sine Curatore.*
15. *Quatenus mulier mobilie sua absque Curatore alienare valeat.*
16. *Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercatura constituere potest.*
17. *Subfifit contractus sine Curatore celebratus, quando mulieri est utilis.*
18. *Contractus mulieris in presentia Agnatorum initus subfifit, licet Curator non intervenerit.*
19. *Mulier maritata solo mariti consensu, absque alterius Curatoris autoritate efficaciter contrahere, bonisq; immobilia alienare valeat.*
20. *Contractus à marito de bonis uxoris, consensu ipsius celebratus, jure subfifit.*
21. *Fundum dotalem mulier absque Curatore vendere aliove modo alienare nequit, etiamsi maritus consentiat.*
22. *Mulier etiam nupta sine Curatore hereditati renunciare, aut super divisione hereditatis quietationem facere nequit, licet alias solius mariti consensu debitorem suum liberare valeat.*
23. *Iuxor contrahens cum marito suo alterius Curatoris autoritatem adhibere debet.*
24. *Mulier maritata in mariti commodum contrahens, alio Curatore opus habet.*
25. *Iuxor bona sua immobilia absque consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem Curatoris.*
26. *Curator generalis ad omnem causam, ab eo Judice datur, cuius jurisdictioni subjectus est, qui Curatorem petit.*
27. *Ad certam verò causam datur Curator ab eo judice, ad quem causa illius cognitio spectat.*

dum ex officio, etiam partibus non pertinentibus, dari volumus.

Quemadmodum & mariti, nomine uxorum agere vel eas defendere volentes, nisi exhibito mandato, vel cautione de rato præstata, non admittentur. Sed & si quid aliud si ve in judicio sive extra judicium agant mulieres, quo aliis se obligent, id si absque consensu & autoritate maritorum & aliorum Curatorum faciant, ipsis obesse nolumus.

Quamvis, si de rebus suis tām mobilibus, quām immobilibus, exceptā geradā, in testamentis suis secundūm præscripta legum, mulieres nuptæ, viduat vel virgines, pubertatis annos egressæ disponant, ea etiam absque autoritate Curatorum firma & valida esse velimus.

Quemadmodum viduis & virginibus puberibus liberam facultatem de rebus suis mobilibus (immobilia enim excipimus) inter vivos disponendi, easque donandi, quatenus legibus non prohibentur, adem tam nolumus, imprimis verò mulieribus mercari consuetis, in emendis & vendendis mercibus, quas in tabernis prostantes habent, vel aliis, etiam sine Curatore firmiter ut contrahant sequi obligent, permittimus.

Quemadmodum viduis & virginibus puberibus liberam facultatem de rebus suis mobilibus (immobilia enim excipimus) inter vivos disponendi, easque donandi, quatenus legibus non prohibentur, adem tam nolumus, imprimis verò mulieribus mercari consuetis, in emendis & vendendis mercibus, quas in tabernis prostantes habent, vel aliis, etiam sine Curatore firmiter ut contrahant sequi obligent, permittimus.

28. *Femina quoq; absenti Curator dari potest.*  
 29. *Dato Curatore ad omnes generaliter causas, definit Curatela primi Curatoris ad certam licem- dari.*  
 30. *Autoritas Curatoris in ipso actu intervenire debet, post tempus verò interpositum nihil operatur.*  
 31. *Nisi in consimilis, antequam partes ad actum extraneum reverterentur, autoritas fuerit adhibita.*  
 32. *Subsistit contractus mulieris absq; Curatore celebra- tuss, si is, qui actus interfuit, à judice postea curator confirmetur.*  
 33. *Mulier interveniente Curatore contrahens, si la-*

## DEFINIT. I.

*Contractus mulieris sine consensu Curatoris initus, ipso jure nullus est, etiam si juramento fuerit firmatus.*

- 1 **I**n foro Saxonico Mulier non solum in judicio, ubi personam legitimam standi non habet, sed & extra judicium absque consensu Curatoris quicquam agere, donare, vendere aliove modo contrahere prohibetur, *Landr. libr. 1. art. 44. art. 46. ubi Gloss. n. 2. lib. 2. art. 63. & Gloss. in art. 30. num. 4. lib. 3. Zobel. part. 2. differ. 22.* † Ut tutò posuerit Regulam generalem illustrissimus Elector Sax. b. *Constit. 15.* (Mulieres nempe sive in judicio sive extra judicium agentes & contrahentes absque autoritate & consensu Curatorum in foro Saxonico non obligari.) Quà ipsorum imbecillitati consulere voluit, † ne inopiā consilii circumvente lèdantur, ut verba habent *Const.* Quà ratio cum indifferenter mulieres, sive sint maritatae, sive solutes, Virgines aut viduae, & sive maiores sint sive minores 2 i. annis concernat, utique & iis omnibus prospicere animus fuit Illustriss. Constituenti. † Qua de causa quoque Regulam hancce ad omnes indifferenter mulierum actus judiciales & extrajudiciales jure extendere licet, ut videre est ex Ampliacionibus Dan. Moll. *bac const. & Marth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 6. & seqq.* Quarum principaliores & communiiores repetere hic luet. Ac † Primo quidem invalida est mulierum obligatio absque consensu Curatoris, etiamsi juramentum accesserit, *Moller. bic n. 19. & seqq. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 11. 201. Berlich. dict. concl. 17. n. 105. Andr. Tiraq. de legib. con- nub. verb. En pouvoir de son mar. gloss. 4. n. 26.* † Et enim consensus Curatoris ad contractum mulieris de formâ & substanciali solennitate requiritur, *Andr. Rauchb. p. 1. q. 32. n. 43. Berlich. dict. concl. 17. n. 102.* † Quare omisso eo, contractus mulieris ipso jure nullus est, ut docet *Moller. bic num. 82. Coler. p. 1. decif. 67. num. 21.* Vide *Decif. Elect. nov. 22.* † At quod nullum est, juramento confirmari nequit, *l. non du- bius. 5. C. de legib. l. ult. C. de non numer. pecun. & Nec pactis privatorum juri publico per juramentum adjectum derogari potest, c. si diligenter. 12. ext. de for. com- pet. l. 7. §. 16. ff. de palt. l. 112. §. 3. ff. de legat. 1. & maxime quā & alias mulier huic solennitati statutarie expressè renunciare nequeat, *Felin. dict. c. 12. extr. de for. compet.* † Quod si tamen affirmare quis ausit, juramentum super Contractu hoc de jure Saxonico invalido servandum esse, haud certè reclamaverim, quia contra bonos mores juris naturæ, gentium vel Canonici per hoc Juramentum nil quicquam commissum est, † ut meritò secundum canones religiosè sancteque servari debeat, juxta tradita *Andr. Gail. 12. lib. 2. obseru. 39.* † Quantumvis contractus per se nullus sit, adeoque nec heredes mulieris obstringat.*

Ita Domini in causa Martini Sanders zu Oblichen/ M. Febr. Anno 1629. (Verba sent. Ob wohl eures Nachbarn Wittib mit euch um ihre Breite Geldes gehandelt/ und dieselbe um ei-

- sa fuerit, nec Curatorem convenire, nec restitu- nem in integrum petere valet.*  
 34. *Curator consentiens mulieri contrahenti sibi non prejudicat, neq; ex contractu mulieris obligatur.*  
 35. *Res immobilia absq; Curatore vendita & alienata, non mulieri, sed emperi perit.*  
 36. *Inebriatus ad mentis usq; alienationem contrahens non obligatur: Ex quomodo ebrietas probetur.*  
 37. *Prodigus, cui bonis à Magistratu interdictum est, absq; Curatore contrahere nequit.*  
 38. *Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mu- lier ipsa praesens sit, & consentias.*

ne gewisse Summa Geldes auch jügeschlagen/ zu mehrer Versi- chierung auch diesen Contract vermittelst leiblichen Eydies be- stätigt/ da sie aber dennoch keinen Kriegischen Wormund bei solcher Handlung gehabt hätte/ ic. So wäre selbiger Contract, der Eydies Leistung ungeachtet/ null und nichtig/ noch der Con- trahentiu Erben darzu verbunden/ *V. N. B.*)

## DEFINIT. II.

*Quicquid ex obligatione absque Curatoris consensu contracta mulier solvit, tanquam indebetē so- lutum repetrere potest.*

- S**ecundò: Obligatio mulieris sine Curatoris con- sensu contracta adeò invalida est, † ut licet mu- lier jus ignorans aliquid solverit, illud tamen ceu in- debetē solutum repetrere queat, ut tradit *Dan. Moller. bic n. 91. quem sequitur Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 14.* † Etsi enim alias repetitio ejus cesseret, quod er- rore juris solutum fuit, *l. cum quis. 10. C. de jur. & fa- ctis ignorantia.* Attamen solet hoc limitari, ut locum non habeat † in muliere, secundum *Gloss. in dict. l. 3. cum quis. 10. C. d. t. per text. in l. quanvis. 8. §. inter- dum. 3. ff. ad Sētum Vellejan.* Ubi mulier contra Senatusconsultum obligata, sive solverit, sive debitorem suum delegaverit, repetit: † *Quamvis secun- dum alios nec error juris conditionem indebiti im- pediat, quando de damno vitando agitur, Jason. in- dict. l. cum quis. 10. C. de jur. & fact. ignor. n. 4. Mo- dell. Pift. vol. 1. cons. 5. n. 10.* † *Quicquid sit, obli- gationes sine consensu Curatoris contractas mulieri- bus non nocere, vult b. Constit. Elect. 6.* † Atqui manifestum est, si id, quod contra dispositionem Constitutionis indebetē solverunt, mulieres repetrere prohibeantur, indemnes eas servari haud posse, *Dan. Moll. bic. n. 92.*

Ita Domini ad consultationem Dordögæ Wiedeckens zum Hayn/ Meuse Febr. Anno 1626. (Verba sentent. Ob ihr wohl mit Hansen Rodicken einen Contract geschlossen/ darauf auch abberelt eine Summa Geldes ausgezahlet/ da ihr aber dennoch bei solchem Contract und Vergleichung keinen Curatorem ge- habt hättest/ und dadurch benachtheiligt worden wäret/ ic. So wäre selbiger Contract zu Recht nicht kräftig/ und Ihr dannen- horo das ausgezahlte Geld conditione indebiti zu repetreren wohl besugs/ *V. N. B.*)

## DEFINIT. III.

*Mulier sine Curatore super debito sibi soluto quittantiam facere, ac debitorem suum libe- rare nequit.*

- T**ertiò Ampl. prædicta Regula in † distractione. 1 Nam mulier etiam in distractendo consensu Curatoris opus habet, *Andr. Tiraq. de Legib. Connab. verb. En pouvoir de son mar. gloss. 5. num. 1. & seqq.* † Quare nec super receptione pecuniae & solutione 2 debiti, sine consensu Curatoris quittantiam facere, ac debitorem suum liberare potest, *Dan. Moll. bic. n. 52.* † Siquidem ratio juris Saxonici, quod mulieres 3 absque Curatoris autoritate obligari prohibet, potissimum earundem utilitatem concernit, ne scilicet ob inopiam consilii lèdantur; † Quod tamen magis est 4 metuendum in liberatione, quam obligatione, arg. L

- 5 cum fundus. 31. §. servum tuum. 1. ff. de rebus credit. Nec obstat quicquam, † quod Conſt. hæc in iis de-  
5 mun mulierum actibus Curatoris conſensum requi-  
rat, per quos ſeſe aliis obligant, ut patet ex verbiſ:  
Darinneſ ſie ſich gegen einander verpflichten/ 2c.  
6 † Quia mulier debitorem liberans, eti non civiliter,  
naturaliter tamen obligatur de non amplius petendo,  
Bartol. in l. ubi pactum. 40. num. 2. C. de transact. &  
in l. ſi unus. 37. §. pactus ne peteret. 2. n. 13. ff. de patt.  
7 † Ut ſic vel ex hāc Conſtit. absque Curatore mulier  
quietationem facere prohibetur, nec ipſi ſine Curato-  
ris autoritate tutò ſolvi queat, perinde ſicut nec pu-  
pillo & minori absque conſensu tutoris & Curatoris  
jure ſolvit, §. nunc admonendi. 2. Inst. quib. alien. lic.  
vel non l. ait præt. 7. §. ſed eti ei pecunia. 2. ff. de mi-  
nor. † Unde Joh. Zang. notabiliter monet eum.,  
qui vult tutò ſolvere foemina, ut præſente & conſen-  
tiente ejus Curatore preium numeret, & apocham-  
tam à foemina quām à Curatore ſubscriptam & ſigil-  
latam accipiat, aut curet, ut de hāc ſolutione instru-  
mentum publicum conficiatur, in tract. de except. p. 3.  
cap. 1. n. 97. & ſeqq.

Ita Domini ad consultationem Andreæ ab Hartenfelſe / M.  
Mart. A. 1624. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch das Weib  
bey ſolcher Zahlung und Quittung keinen Kriegiſchen Vormund  
gehabt/re. ſo mag ihr auch gedachte Zahlung zu einem Schä-  
den und Nachtheil nicht gereichen/ ſondern ſie iſt dieſelbe zu hie-  
terziehen wohl beſugt/ B. N. W.)

#### DEFINIT. IV.

*Contractum absque Curatore celebratum, etiam post  
mortem matris, ipſius heredes impugna-  
re poſſunt.*

- 1 **Q**uarto Ampl. † Licet contra obligationem, ab-  
ſque Curatore contractam ipſa mulier, dum ad-  
2 huc viveret, non exceperit, † Attamen post mortem  
ejus liberi ſeu heredes eam impugnare non prohiben-  
tur, Dan. Moller. bīc n. 94. & Berl. p. 2. concl. 17. n.  
3 123. † Etenim, qvum obligatio, ſine conſensu Cu-  
ratoris contracta, ipſo jure nulla ſit, ut dixi Defin. 1.  
Zobel. in addit. ad gloss. germ. Landr. lib. 1. art. 46. n.  
4 3. Coler. p. 1. decif. 67. n. 21. nil certè prohibet, † quo  
minus etiam post mortem matris heredes huic contra-  
venire queant. Nisi quis forſan obſtare † existimet  
l. cum a matre 14. C. de Rei vend. Ubi heredes & libe-  
ri tenentur præſtare factum antecessorum atque pa-  
rentum demortuorum, Hart. Pift. obſerv. 190. n. 2. At  
hoc tum demum procedit, quando contractus per ſe  
6 validus & firmus eſt; † Secus ſi contractus vel factum  
antecessoris ipſo jure irritum habeatur, ut in caſu præ-  
ſenti obligatio mulieris ſine Curatore contracta. † E-  
jusmodi enim actum antecessoris heres impugnare  
7 volens omnino audiri debet, l. quemadmodum. 7. C.  
de agr. & Cens. Hart. Pift. dict. loc. n. 10. Pinell. in l.  
1. p. 3. n. 83. vers. limitatur decimò. C. de bon. matern.  
8 Dan. Moll. loc. alleg. n. 97. † Quod ſi tamen mulier  
absque Curatore, accepta ab aliquo mutuo pecunia,  
fundum hypothecæ dederit, etiam ſi extra judicium.,  
& ſic nulliter hoc factum fuerit, heredes tamen non.,  
niſi redditū pecunia, Creditori fundum repetere poſ-  
ſunt, uti per Conſt. El. 2 3. §. Und dieses hati vers.  
Gedoch wo einer/ 2c. p. 2. aſſerit Dan. Moll. bīc. n. 97.

Ita Domini ad requisitionem Augusti Volhardi zu Dref-  
hen/Menſe Febr. Anno 1622. (Verba ſent. So iſt auch an-  
geregter Kauf/weil kein bestätigter Kriegiſcher Vormund par-  
ben gewesen/ zu Recht nicht frāſtig/ und mag demnach von der  
Verkäuferin nehesten Erben bestätigter Weife wohl geſoſſen  
werden/ B.N.W.)

#### DEFINIT. V.

*Contractus mulieris ſine Curatore initus, ne quidem ex  
diurnitate temporis decennali convalidatur.*

- 9 **Q**uinto Ampliatur Regula hæc: † Ut contractus  
mulieris ſine Conſensu Curatoris factus non-

valeat ex diurnitate temporis. Scio equidem com-  
munem Interpr. opinionem, † quā contrāctum  
mulieris ſine ſolennibus requisitiſ factum convalidari  
ajunt, ſi per decennium mulier tacuerit, & contra-  
ctum non impugnaverit, † Quam per text. in l. qui  
in aliena. 6. §. 3. ff. de acquir. hered. tenent Andr. Ti-  
raqv. de legib. Connub. verb. En pouvoir de ſon mar.  
gloſſ. 7. n. 39. Jason. in dict. l. qui in aliena. 6. ff. d. t.  
& in l. ſciendum. 30. ff. de verb. obligat. n. 16. ubi hu-  
juſ ſententia rationes affert Bald. in dict. l. qui in alie-  
na. 6. ff. d. acqu. hered. Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n.  
120. & 121. At valde periculosa mihi videtur hæc o-  
pinio, † quæ vel exinde refellitur, quod contractus  
mulieris ſine Curatore celebratus ſtatim ab initio ipſo  
jure nullus ac irruſ ſit, Zobel. in addit. ad gloss. germ.  
Landr. libr. 1. art. 46. n. 3. Coler. p. 1. decif. 67. n. 21.  
† At, quod ab initio nullum eſt, tractu temporis non  
reconvalescit, nec tempus modus eſt inducendæ obli-  
gationis, l. obligationem. 44. §. 1. vers. placet. ff. de  
act. & obligat. † Unde nec præſtatio longiſimi tem-  
poris ſine cauſa obligationem futuræ præſtationis in-  
ducit, l. cum de in rem veroſo. 6. ff. de uſuris l. ſe certis  
annis. 28. ubi Dd. C. de paſt. Hart. Pift. obſerv. 201. n. 2.  
† Ut maximè ergo conſeruerim, contractum, in for-  
malibus ſuis ab initio ſuſiſtentem, diurnitate tempo-  
ris decennalis ita convalidari, ut propter defectum  
qualitatis alicuius extrinſecæ vel accidentalis, poſte  
impugnari nequeat, quō potiſſimum respiciunt argu-  
menta Jason. in dict. l. ſciendum. 30. ff. de V. obligat.  
† Attamen res aliter ſe habet in caſu præſenti, ubi con-  
tractus mulieris ratione qualitatis intrinſecæ & for-  
mae ſubſtantialis ab initio eſt nullus, quem propterea  
temporis diurnitate non reconvalescere, recte allere  
Christoph. Zobel. p. 2. differ. 22. n. n. † Quin &  
certi juris eſt, ad contractum mulieris requiri Curato-  
ris conſensum expreſſum & verum, per tradita Bald.  
ind. ſi fine voluntate. 5. C. ad SCrum Vellej. v. 7. Andr.  
Tiraqv. de leg. Connub. gloſſ. 7. n. 5. vers. ſimiſuer au-  
tem conſensus. † Debent enim verba Conſt. ſtatuta-  
riæ verè & propriè intelligi, non ſicut ſeu præſumpti-  
vè, l. 3. §. hac verba. 1. cum ibi not. ff. de negot. gef.  
Adeo que non ſufficit conſensus ſicut & præſumptus,  
qualis eſt ille, † qui ex diurnitate temporis profici-  
ſicitur, dict. l. qui in aliena 6. ff. de acquir. hered. in  
verb. credendum, quod fictionem ſignificat. l. confi-  
ciuntur. 8. in pr. junct. Gloſſ. in verbo creditur. ff. de jur.  
Codicill. & l. retro creditur. 16. ff. de capt. & poſt. re-  
verſ. Tiraq. de Legib. connub. Gloſſ. 7. n. 46.

Ita Domini in cauſa Johannis Schröters zu Wehnſa/Menſe  
Jul. Anno 1632. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch Verkäu-  
ferin bey Schließung des Kaufs keinen Curatorem gehabt/ da  
her ſelbiger Kauf ſeiner Soiemittäten halber und im Grunde  
ſo bald aufangs nichtig geweſen/ und also durch das zehn jahri-  
ge Stillſchweigen nicht conſimiret werden können/ ut. ſo ſeyd  
ihr auch den erkauftei Uker/ gegen Empfahrung eurer Kauf-  
ſelder / der Verkäuferin wieder abtreten ſchuldig/ B.  
N. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Mulier babens domicilium in terra Saxonica, extra ter-  
ritorium Saxonicum abſt. Curatore valide po-  
test contrahere.*

Q uod dixi Supr. Definit. 1. Mulierem contrahen-  
tem absque Curatore non obligari, illud qui-  
dem regulariter verum eſt, † Attamen non adeo un-  
iversaliſter accipiendum, ut nullo prorsus caſu Regula  
ibidem poſſat fallere queat. † Ejusdem enim Limi-  
tationes quām plures refert Matth. Berlich. part. 2.  
concluſ. 17. num. 59. & ſeqq. Quarum principalio-  
res & in foro Saxonico uſu receptas hīc ſubjiciam.  
Primò autem limitatur illa Regula † in muliere con-  
trahente extra territorium Saxonicum, quæ licet do-  
mi-

micilium suum habeat in terris Saxonis, attamen si eo in loco, ubi contrahitur, jus Saxonum, aliudve statutum, mulieres sine consensu Curatoris contrahere prohibens non vigeat, non certe dubito, quin validè obligetur, † quia de jure civili communi mulier majorenis pro lubitu absque ullo Curatore contrahere, resque suas inscio etiam marito alienare potest, l. vell. 6. C. de revoc. donat. l. si uxor. 12. C. de pignor. 5  
 † Haud equidem me latet, contrarium asseri ab Andr. Tiraq. de leg. Connub. verb. En pouvoir de son marq. Gloss. 8. n. 219. & seqq. Dan. Moll. hic n. 16. Matth. Berl. dict. concl. 17. n. 55. aliisque Dd. à Tiraq. allegatis, mulierem nempe quantumvis extra territorium suum contrahentem statutis tamen domicilii obligari, ac proinde foeminam, habentem domicilium in terris Saxonis, nec alibi absque Curatore validè & efficaciter contrahere posse. † Sed, ut pace ipsorum dixerim, absque fundamento. Quamvis enim And. Tiraq. loc. alleg. fententiam multis argumentis atque rationibus propugnare conetur, attamen frustra laboret; † Et de contractu ex loci alicujus statuto jam perfecto, alibi etiam Contrahentes efficaciter obligante, solummodo disputat, ex quo ad indicendam obligationem secundum alterius loci statuta, nil certe inferri potest. † Illud enim semper verum remanet, quod circa substantiam & solennitates contractuum attendi debeat statutum & consuetudo loci, ubi actus celebratur, l. si fundus. 6. ff. de evict. l. semper in stipulationibus. 34. ubi Cagnol. n. 5. & Dd. de Reg. Jur. l. testium fides. 3. §. ult. ff. de testibus. l. i. C. de emancip. lib. l. si non speciali. 9. & l. ult. C. de testam. † Quod à Tiraquell. non infringitur, quin potius approbatur, id est. Gloss. 8. n. 225. & seqq. † Ac, si mulier penitus extranea, quæ alibi quam in ditionibus Saxonis degit, validè contrahere nequeat in territorio Saxonico, nisi adhibuerit Curatoris consensum, ut ipsemet fateatur Matth. Berlich. dict. concl. 17. num. 57. ad hoc allegans Tiraq. uti procul dubio verissimum est, † haud certe perciperè possum, cur in casu converso mulier, quæ in terris Saxonis degit, alio in loco, ubi Jus Saxonum non vigeret, absque Curatore contrahere nequeat, secundum consuetudinem nimirum & jura illius loci, ubi contrahitur. † Ut sic hancce limitationem verissimam existimem, cum Matth. Wesenb. in conf. 11. n. 18. vol. 1. Bart. Bald. & Saly. in l. cunctos populos. 1. C. de summa Trinitate & fid. Cathol.

Ita Domini in causa Mariae Zeldlers zu Mähberg/ M. Nov. Anno 1625. (Verba sent. Ob ihr nur wohl bey Schließung des Contractus keinen Kriegischen Bormunden gehabt/ da aber dennoch/ eurem eigenen Bericht nach/ an selbigem Orte/ da der Contract außgerichtet worden/ das Sachsische Recht nicht üblichen und in Observang wäre/ sc. so hättet ihr euch mit eurem Einwenden nichts zu behelfen/ sondern es wäre der Contract zu Recht beständig/ B.R.W.)

#### DEFINIT. VII.

*Fidejussor intercedens pro muliere sine Curatore contrahente, efficaciter obligatur.*

Secundò lim. † In fidejussore pro muliere intercedente, qui procul dubio efficaciter obligatur, licet mulier curatorem non habuerit, nec ipsa validè contraxerit, ut docet Dan. Moller. hic n. 50. & seqq. & Ant. Hering. de fidejuss. c. 10. num. 3. † Quamvis aliter sentiat Andr. Tiraq. de leg. Connub. verb. En pouvoir de son marq. Gloss. 4. num. 14. quem sequitur Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 111. Sanè veritas hujus decisi in eo potissimum consistit, † an ex contractu mulieris, sine consensu Curatoris celebrato, naturaliter saltus oriantur obligatio? Hoc enim si obtinuero, habeo quod volo, † Quia sufficit naturalis obligatio

ad hoc, ut fidejussor efficaciter obligetur, §. in omnibus. 1. Inst. de fidejuss. l. 16. §. fidejussor. 3. ff. eod. tit. † Nam & hæc, naturalis scilicet obligatio, effectus suos habet, veluti, quod possit constitui, l. i. §. 7. ff. de const. pecun. † Novari, l. i. §. ult. ff. de novat. Compensari, text. l. 6. ff. de compensat. † Et quod exceptio ex naturali obligatione nascatur, l. 7. §. 4. ff. de past. Nec non ejus, quod solutum est, retentio, l. 10. ff. de obligat. & att. † Quo nomine etiam utilis dicitur fidejussio pro naturali obligatione, in l. 6. §. ult. & l. 7. ff. de fidejuss. † Ecquis vero negare ausit, mulierem sine Curatore contrahentem naturaliter obligari, ex consensu nimirum, qui licet nudus, naturalem tamen obligationem parit, l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut. † Quemadmodum de pupillo sine tute contrahente tradunt Dd. in l. pupillus. 189. ff. de Reg. jur. Bart. & Dd. in l. i. ff. de nov. & in l. i. C. de inut. stipul. Valent. Franc. in tract. de fidejuss. c. 3. in pr. † Ut mirum alicui videri posit, quod Andr. Tiraq. alleg. loc. & post eum Matth. Berl. hoc in dubium vocaverint; Nec enim Berl. concederim † pupillum non semper naturaliter obligari, sed tum demum, quando ex suo contractu est locupletior factus, per textus ab ipso allegatos in dict. conclus. 17. n. 112. † Quâ in re mirè variant Dd. ut videre est apud Vult. l. i. disc. schol. 16. Joh. Goedd. de contr. stipul. concl. 1. c. 27. n. 239. Donell. & Jac. Cujac. in l. 127. ff. de verb. obligat. Ant. Fab. ad l. 28. ff. de past. & 8. conject. 5. † Sapè enim de obligationibus, non quatenus in naturâ suâ se habent, sed quatenus à jure civili, penes quod est ejus rei potestas, sunt conformatae, disputatur, ita ut obligatio naturalis, quæ revera subest, † respectu effectuum, jure civili ademptorum, & quia jus civile eam infirmavit, subesse negetur. † Ita scilicet mulier intercedendo naturaliter obligatur, & tamen solutum repetit, quia SCtum obligationem infirmat, l. 40. ff. de condit. indeb. l. 9. 6. ad SCtum Vellej. † Pariter quia favore pupilli obligatio infirmata est, admitis effectibus, qui alias naturalem obligationem consequuntur, sit, † ut pro non obligato pupillus haud locupletior factus habeatur, quo respectu naturâ debere negatur, licet in veritate naturaliter sit obligatus, l. 41. ff. de condit. indeb. l. 59. ff. de oblig. & att. ut docte differit Reinh. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 1. diff. 6. tb. 5. lit. B.

Ita Domini in causa Michael Hendels zu Meckersdorf/ M. Jun. Anno 1623. (Verba sentent. Habet ihr euch für euers Nachbars Chemelb/ als sie mit Johann Zencker einen Hauskauff geschlossen/ gegen denselbigen in Bürgschaft eingelassen. Ob sie nun wohl bey solcher Handlung keinen Kriegischen Bormunden gehabt/ und also für ihre Person sich beständiger Weise nicht verpflichten können/ sc. so ist doch dessen ungeachtet die von euch bestellte Bürgschaft zu Recht kräftig und beständig/ und mögert ihr dannenhero von Johann Zencker wohl belangen werdet/ B.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Mulier sine Curatore consensu cum patre vel liberis validè contrahere, filiosq. donare potest.*

Tertid: contrahere quoque potest mulier † absque autoritate Curatoris cum patre & liberis, Dan. Moll. hic n. 66. Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 70. † Licet enim ad evitandas disputationes tutius agat mulier, cum patre vel liberis contrahere volens, si interveniente consensu & autoritate Curatoris id faciat; Attamen si eo non adhibito mulier contraxerit, propter contractus haud rumpitur; † Quia mulieri ideo Curator adjungitur, ne ex imbecillitate sexus damnum aliquod incurrat b. Constat. 15. Quæ ratio in casu praesenti cessat, † propter summam confiden-

fidentiam, quam lex haber de patre, l. quidam cum filium familias. 46. ff. de hered. inst. l. Aurelius 28. §. Titius testamento 3. vers. presumptio enim & c. ff. de liber. legat. l. si furioso puberi. 16. ff. de curat. furios.

5 † Et mulier cum liberis contrahens, non ex imbecillitate sexus, sed potius ex pietate & maternâ affectione id fecisse censemur, l. liber captus. 17. C. de postlim.

6 revers. † Ex quo sequitur, mulierem nec tūm opus habere Curatoris consensu, si bona etiam immobilia velit donare liberis suis, quia hanc donationem potius ex pietate, quām sexus imbecillitate fecisse præsumitur, dict. l. liber captus. 17. C. d. 2. Andr. Tiraq. de leg. connub. gloss. 8. n. 110. Zobel. p. 2. diff. 22. n. 12.

Ita Domini ad consultationem M. Matthiæ Hoffmanns zu Dippoldswalde/ Mens. Mart. Anno 1631. (Verba sentent. So verbleiben solche Acker eure Tochter billig/ und es mag selber Contract dannenhero/ daß Sara Schallerin keinen Kriegschen Vormund gehabt/ gestalten Sachen nach/ weil zu einer Mithilfe und Geischenke/ so den Kindern geschicht/ curatoris autoritas unvornöthet/ nicht hinterjogen werden/ B. R. W.)

Et in causa Viduz ac heredum Ulrici Meyers zu Leipzig/ M. Mayo, Anno 1595. (Verba sent. Hat Lorenz Hinckelhausens Wittib in der Chestiftung jugesagt/ daß sie hzgedachtem ihrem Sohne zu Amrichtung seiner Fahrung 1500. fl. mitgeben wolte/ so ist sie solcher Verwillingung/ ungeachtet daß dieselbe nicht vermittelst eines Kriegschen Vormundens geschehen/nachzukommen schuldig/ B. R. W.)

Item in causa liberorum Petri Köhlers zu Schweditz / Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sent. Dieweil aber dennoch berührte Vergleichung zwischen der Mutter und euch ihren Kindern aufgerichtet worden/ in welchem Fall die Mutter eines Curatoris so gar hochthig nicht gehabt/ ic. So mag auch dahoer selbige Vergleichung nicht umgestossen werden/ B. R. W.)

Item in causa Hansen Dassen zu Annaberg/Mens. Jul. Anno 1635.

Et in causa Zachariæ Hilligers zu Freyberg / Mens. Januar. Anno 1636.

#### DEFINIT. IX.

*Illustris mulier habens Regalia absque Curatore validè contrahit.*

1 **Q**uarto limitatur † Regula Supr. Defin. I. tradita in Ducissa, Comitissa aliavè muliere illustri, quæ Regalia & jurisdictionalia habet: Etenim, quia 2 hæ mulieres negotia † quoque virilia sustinere, ut putat pro tribunali sedere, jus dicere, arbitri officium suscipere & munus legationis obire possunt, c. indemnitatibus. 43. de elec. in sto. c. dilecti. 4. extr. de arbitr. Joh. Coraf. l. 2. miscell. c. 27. n. 7. & 8. Pruckm. in repet. l. in muleis. 9. membr. 1. art. 1. n. 4. & art. 2. n. 10. ff. de stat. bom. Herm. Kirchn. de legat. c. 3. n. 37. 3 38. 39. † haud puto ambigendum, quin si absque Curatore contrahant, validè & efficaciter obligentur,

4 Berl. p. 2. concl. 17. n. 79. † Maximè cum in hasce foeminas Illustres non facile aliqua imprudentia aut imbecillitas Consilii cadat, ob quam alias mulieres Curatoris autoritatem adhibere debent, hac Constit.

5 15. in princ. † Quin & is, qui illarum fidem in contrahendo sequitur, non tam statum muliebrem, quām illum dignitatem administrationemque per omnia virili administrationi similem respexisse censemur, ut scitè loquitur in simili Ant. Hering. intrat. de fidejuss. c. 7. n. 520.

Ita tractatum in causa Principissæ ab Anhald ab una, & D.D. Comitum à Schwarburg zu Düsseldorf/ab altera parte Mens. Jul. Anno 1633.

#### DEFINIT. X.

*Mulier absque consensu Curatoris non solum testari, sed & mortis causâ donare potest.*

1 **Q**uinto: † Absque consensu Curatoris mulier quoque testari & mortis causâ donare valet. Et quidem quoad testamenti factionem res expedita est,

2 † propter verba clara h. Constit. 9. Gleicher Gestalt/ vers. vor sich selbst von ihrem Haab und Gütern/ic.

Ita Domini in causa Marthe von Miltigen zu Dresden/ Mens. August. Anno 1633. (Verba sentent. So ist solch Testament/ unangesehen die Testirerin keinen Curatorem gehabt/ zu Recht kräftig und beständig / und mag von euch bestandiger Weise nicht gefoschten noch hinterjogen werden/ B. R. W.)

† At num mortis causa donatio quoque absque Curatore à muliere facta valeat? Res omni scrupulo non caret, ut videre est apud Andr. Rauchb. p. 2. q. 32. ubi latissimè hanc questionem tractat. Etenim † quantum ad ordinationem, seu modum ineundi, donatio mortis causa contractui æquiparatur, Gloss. in l. 1. §. Celsus. 9. verb. legatum. ff. de dot. præleg. Bald. in l. 2. ff. de legat. l. † Ut vel propterea huic donationi non minus ac reliquis mulierum contractibus autoritas Curatoris intervenire debeat, uti sentiunt Matth. Wesenb. in parat. ff. de mort. cauf. donat. n. 4. & in addit. ad Johan. Schneidew. pr. Inst. de donat. n. 19. lit. a. Modest. Pist. vol. 1. cos. 1. n. 23. §. 24. Rectius tamen concludit † Rauchb. alleg. loc. Mulierem absque Curatore validè mortis causâ donare;

Quia sententia non solum observantiâ fori Saxonici approbata, sed & ratione juris satis munita est; † Quis enim non animadvertis, ex mortis causa donatione, quæ solâ & nudâ poenitentiâ donatoris etiam tacite revocari potest, l. non omnis. 19. in pr. ff. si cert. petat. l. 16. l. 30. l. Senatus. 35. §. mortis causa. 4. ff. de donat. mort. cauf. l. Seja. 11. ff. de dot. præleg. nullam prorsus laisionem mulieris metuendam esse, † ob quam alias autoritas Curatoris requiritur, h. Constit. 15. Et quis etiam non videt, † ex mortis causa donatione, utpote quæ moribus nostris nec stipulationem requirit, nec pactum nudum, mulierem nihilominus obligari, quām ex testamento, † Ut proinde ea non minus quoque mortis causa donare queat ac testari: Ejusmodi enim solummodo actibus mulierum consensum & autoritatem Curatoris adhiberi vult Constitutio, † per quos efficaciter illæ obligantur, non etiam aliis, h. Constit. 15. ubi Dan. Moll. n. 74. † Accedit porro, quod facultas testandi mortis causa donationem comprehendat, l. Marcellus. 15. ff. de donat. cauf. mort. l. cum hic status. 32. §. si miles. 8. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. 22. §. miles. 1. ff. de legat. 3. Adeò ut is, qui testari potest, † mortis quoque causa donare queat, dict. l. Marcell. 15. in pr. ff. de mort. cauf. donat. Quare cum mulieri absque Curatore testari liceat h. Constit. 15. † cur ad donationem mortis causâ autoritatem Curatoris necessariò adhibere debeat, haud certè video.

Ita Domini in causa Martin Weber zu Koslau / M. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Hat Elisabeth Schlüters in ihrem Wittwenlande/ darinnen sie auch verstorben/ euch etliche Erbs Gelder durch eine Übergabe außu Todes Fall übergeben und zugeignet/ic. So ist solche Übergabe/ ungeachtet dieselbe ohne Zustellung eines Kriegschen Vormundens aufgerichtet worden/ zu Recht kräftig und beständig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Absque Curatoris quoque autoritate pacta dotalia facere, in iug. certam dotem constitutere potest.*

**S**exto limit. † Regula prædicta in pactis dotalibus, in quibus mulier dotem constituens, non opus habet Curatore, Dan. Moll. bic. n. 87. & ad Constit. Elec. 43. n. 5. p. 2. Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 83. † Et si enim alias Statutum requires certas solennitates in contractibus mulierum, etiam in dotis datione locum habeat, Alciat. in l. 2. num. 6. & 7. ff. solue. matr. Dec. conf. 301. † Attamen de consuetudine harum Regionum aliud receptum est, & pacta dotalia absque Curatoris autoritate validè contrahuntur, teste Moller. dict. loco & lib. 1. semestr. c. 13. n. 2. & 3. Vid. infr. Const.

- 4 *Const. 43. Defin. 9.* † Fiunt namque ejusmodi pata dotalia, in quibus dotes constitui solent, presentibus parentibus, vel propinquis contrahentium, ut autoritate Curatoris, quam in aliis actibus & contrahibus mulieram Constitutio hæc requirit, nil opus sit, † ratione ejus hoc in casu cessante, Moller. n. 88.  
 5 *infra. Defin. 18.* Nec alias quoque b. Conft. † ad causas matrimoniales extendi debet, Joach. à Beust. de pons. p. 1. c. 22. Moll. libr. 3. semestr. 35. n. 3. Unde & mulier sine consensu Curatoris matrimonium recte contrahit, Beust. dict. c. 22. vers. item quod mulieres &c. Moll. dict. c. 35. n. 1. † Quidni ergo pacta quoque dotalia absque Curatore confidere poterit, qvum hæc ceu accessoria principali conjugii negotio accedant, & secundum illud regulari debeant, Moll.  
 6 *dict. lib. 1. sem. 13. n. 2. & 3.* † Aliud tamen dicendum, si in partis dotalibus dos estimata rerum immobilium constituatur, *Vid. infra. Const. 43. Defin. 9.*

Ita Domini ad requisitionem Matthæi Martini zu Henichen/Mense Mart. Anno 1593. (Verba sentent. Ob nur gleich eure Schwestern bey Aufrichtung solcher Chestiftung keinen Kriegischen Wurmunden gehabt/ da aber dennoch mit fünf Zeugen bescheinigt werden sollte/ daß in derselbigen Verfeyt berührte Chestiftung von beydien Theilen also geschlossen und gewilliget worden/ ic. So würde derselbigen billich nachgelebet / V. R. W.)

Et ad consultationem Michael Gebalds zu Halle / M. Nov. Anno 1632. (Verba sent. Ob man wohl einer Ehefrau bey Aufrichtung berührter Chestiftung keinen Kriegischen Wurmunden gehabt/ auch selbsten nicht daben gewesen/ und selbige vollzogen/ ic. So ist sie doch nichts destoweniger zu Recht beständig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Ad impetracionem Aresti adversus debitorem suum mulier Curatore opus non habet.*

- 1 *S*optimò: † Nullibi certè prohibetur mulier petere arrestum absque consensu Curatoris; dubium, itaque non est, quin etiam non interveniente Curatore Arrestum petere & impetrare queat; † Quod enim lex non prohibet, nec nos prohibere debemus, l. diff. 5. C. de repud. Et ubi deficiunt verba legis, ibi quoque deficit legis dispositio, l. 4. §. toties. 6. ff. de damno infest. † Nisi quis dicere autumer, mulierem absque Curatore ad petitionem arresti propterea non admitti, quod personam legitimam in judicio standi non habeat, b. Conft. 15. in pr. ubi Moll. n. 2. Frid. Pruckm. vol. 1. conf. 48. n. 194. † At sola petitio Arresti propriè actus judicialis non est, sed tantum præparamentum judicii vel actionis principalis, Col. de process. exec. p. 3. c. 11. n. 36. † Quippe judicium per litis contestationem demum incipit & contrahitur, l. un. C. de lit. contest. quin nec petens arrestum in loco judicij semper comparere, aut judicium pro tribunali sedentem necessario adire debet, sed sufficit, † si cum domi sua, vel in via publica aliove in loco pro Arresto sibi in bona sui debitoris decernendo, vel saltem per literas compellat, Dan. Moll. libr. 3. semestr. 44. n. 2. & Rutg. Ruland. in tract. de Commiss. p. 4. lib. 4. c. 6. n. 5. † Nec metuendum, ut mulier petens arrestum deteriorem suam conditionem faciat, aut patrimonium suum diminuat, quæ sibi de assuratio- ne crediti prospicere studet, ut vel propterea absque Curatore hoc expedire queat, † quippe quæ id est Curatoris consensu opus habet, ne ex imbecillitate sexus in captionem aliquam incurrat. b. Conft. 15. in pr.

Ita Domini in causa Margaretha Brüssers ab una, & Antonii Hehnens ab altera parte ventilata coram Senatu zu Süßen/Mense Oct. Anno 1628.

Et alia in causa ad petitionem Questoris Dresdensis, Mense Febr. Anno 1630.

DEFINIT. XIII.  
*Mulier dolosè contrahens obligatur, etiam si non habuerit Curatorem.*

*O*ctavò limita: † in muliere, quæ contrahendo & fraudulenter & dolosè aliquem vult decipere; Hæc procul dubio obligatur, etiam si non habuerit Curatorem in item. † Quemadmodum enim SCtum 2 Vellejanum subvenit tantum mulieribus deceptis, non decipientibus, l. 2. vers. sed ita demum. l. si mulier. 23. l. si decipiendi. 30. ff. ad SCtum Vellejan. † Ita nec beneficium juris Saxonici, quo mulier læsa contractum absque Curatoris consensu initum rescindere valet, dolo ac fraudi ejus opitulari debet. † Nunquam enim mulieri, quæ dolo malo aliquid fecit, succurritur, l. cum post mortem. 43. §. 1. vers. præterea de admin. tut. l. 37. §. 1. ff. de minor. l. 2. C. si minor se maj. dixer. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 21. defin. 4. n. 3. Præterea mulier contrahens, vel aliud quid agens, propterea Curatoris consensu opus habet, † ne ex imbecillitate sexus captionem aliquam incurrat, b. Conft. 15. in pr. ubi. Dan. Moll. in pr. † At quomodo quæsto imbecillitatem & captionem prætendere poterit mulier, quæ dolosè secum contrahentem decipit, fraudemque committit, d. l. 23. ff. ad SCtum Vellejan.

Ita Domini in causa Martini Wallenius zu Zöbberitz/Mense Mart. A. 1630. (Verba sent. Ob nun wohl bemeldte Wittib die Zahlung noch einst von euch fordert/ mit Hürgeben/ daß sie bey Unabschung des Geldes keinen Curatorem gehabt/ dieweil sie aber dennoch der Zahlung nicht in Abrede segn kan/ das Geld auch selbsten zu sich genommen/ die untüchtige Münze ausgeschlossen/ und das empfangene Geld wiederum zu ihrem Nutzen angewendet und ausgegeben/ dahero zu schließen/ daß sie euch dolosè zu gefährn geweynet/ ic. So hat sie sich auch mit ihrem Einwenden nicht zu behelfen/ sondern ihr werdet von ihren Zusprüchen billich entbunde/ V. R. W.)

DEFINIT. XIV.  
*Ex contractu mutui efficaciter obligatur mulier etiam sine Curatore.*

*N*ono: † Obligatur mulier accipiens mutuò pecuniam, Curatore licet non interveniente, quod usu harum provinciarum ita receptum est, † cuius limitationis ratio vix alia reddi poterit, quād quod mulier in contractu mutui rarissimè lädatur, convertendo scil. pecuniam mutuò acceptam in usus suos, † Nisi dolosè & fraudulenter versari velit, quo casu Curatoris absentiam mulieri nil quicquam opitulari, dixi Def. præced. Et certè, † si hoc in casu mulieribus datur restitutio, futurum esset, ut pauci aut potius nulli omnino reperirentur, qui quid cum illis commercii habere vellent, nisi Curator præsens adesset, qui tamen semper haberi non potest; Adeoque in odium mulierum consequenter retorqueretur id, quod in favorem ipsarum est constitutum, contra l. quod favore. 6. C. de legib. l. generaliter. 5. vers. in his autem casibus. C. de secund. nupt. † Quin & si nulla lege hoc cautum sit, ratio tamen naturalis mulieres ad redditionem pecuniae mutuò acceptæ obligare videtur. † Æquitas quippe hoc suggerit, et si jure deficeremur, ut loquitur JCtus Paulus in l. in summa. 2. §. it. Varus. 5. in fin. ff. de ag. & aqu. pluv. arcend.

Ita Domini ad consultationem Johannis Planckenstein zu Dresden/M. Octobr. Anno 1641. (Verba sentent. So ist die Schulden zu vorberührte 2000. fl. j. j. f. auf den ausgelaufenen Land-üblichen Zinsen zu bezahlen pflichtig/ und sie mag sich der Zahlung dahero/ daß sie bey Erbörzung und Ausförmung selber 2000. fl. keinen Kriegischen Wurmunden gehabt/ so davon gewesen/ und darein gewilliget/ nicht entbrechen/ V. R. W.)

Item ad petitionem Questoris zu Arnshangle/ Mense Jun. Anno 1639.

Et in causa Zacharias Hilligers zu Greifberg/ Mense Jun. Anno 1636.

## DEFINIT. XV.

*Quatenus mulier mobilia sua absque Curatore alienare valeat.*

- D**ecimò limitatur Regula supra Defin. i. tradita.  
 1. † in rebus mobilibus, quas mulier Curatore non interveniente potest alienare, b. Const. 15. S. Gleischer Gestalt/ vers. Wie dann auch den Wittben und Jungfrauen/ sc. libi Moll. n. 74. Landr. lib. 1. art. 52. post pr. Beust. ad l. 1. ff. de jurejur. n. 213. Andr. 2. Rauchb. p. 1. q. 32. n. 91. in fin. † Attamen non indeterminate mulieribus hæc facultas conceditur, sed solum iis in casibus, in quibus Jura mobilium alienationem permittunt, b. Const. 15. in verb. (Dieselbe so weit die Rechte nachlassen/ zu vergeben/ sc.) Quæ verba triplicem innuant exceptionem. (1.) † Ut viduis ac virginibus hoc solum sit permisum, non etiam mulieribus maritatis, quæ in præjudicium mariti de rebus mobilibus disponere nequeunt, Const. 7. p. 3. Berl. p. 3. concl. 9. n. 22. Quæ exceptio probatur verbis disertis b. Const. ibi: Den Wittben und 4. Jungfrauen. † Aliud ergo obtinet in mulieribus maritatis, quas mariti consensum adhibere, necesse est, lib. 1. Landr. art. 45. (2.) † Valer mobilium donatio absque consensu Curatoris, quatenus hæc summa 500. Ungaricorum Dicatorum non excedunt, nam donatio hancce summam superans, inscriptionem judiciale requirit, quæ absque Curatore vix poterit impetrari, S. 2. Inst. de donat. ubi Schn. n. 53. (3.) † Excipitur quoque donatio geradæ judicialis, quæ absque requisitis solennibus nequit alienari, Const. 14. p. 2.

Ita Domini ad requisitionem M. Joachimi Carbonarii, Pastoris zu Kremsleben/Mense Octobr. Anno 1621. (Verb. sent. So ist solches Weibes Cession und Übergabe der 1000. fl. gestalten Sachen nach/ weil sie 500. Ungartische Ducaten nicht übertreffen thut/ unangesehen kein Kriegischer Wormund darbey gewesen/ zu Recht kräftig und beständig/ sc.)

## DEFINIT. XVI.

*Mulier mercatrix sine Curatore hypothecam ratione mercatura constituere potest.*

- U**ndecimò limitat: † in muliere mercatrice vel negotiatrice. Etenim si Virgo vel vidua mobilia sua Curatoris consensu non adhibito, alienare valet, 2. ut dictum Def. præc. † multò magis mulier mercari consueta, etiamsi maritata sit, in emendis & vendendis mercibus, quas in tabernis præstantes habet, sine Curatoris & mariti consensu firmiter contrahere & se obligare poterit, b. Const. 15. in fin. Quod tamen cum grano salis accipi debet; † Ac primo de iis solum mulieribus, quæ negotiari consueverunt, & verè dicuntur mercatrices, non etiam quæ unicam forsan tantummodo fecerunt negotiationem, l. semper. 5. S. negotiatores. 3. ff. de jure immun. l. 1. S. 1. ff. de tribut. act. Dan. Moller. n. 28. 79. 80. † ubi arbitrio judicis commitit, quotnam requirantur negotiations 5 ad hoc, ut mulier mercatrix appellari queat. † Secundò intelligenda est Const. bcc, quatenus mulier mercatrix intuitu mercaturæ contrahit, ut patet ex verb. Const. Mit Kauffen und Verkauffen in den Krähmen und andern dergleichen Waaren/ sc. ubi Moller. num. 18. † Quamvis in dubio mulier ratione mercaturæ contraxisse & pecuniam in mercaturam collocasse censeatur, Modest. Pistor. p. 1. qu. 24. n. 3. Hartm. Pist. lib. 1. q. 4. n. 6. † Sed num etiam mulier mercatrix coëmendis mercibus mutuam accipiens pecuniam absq. consensu & autoritate Curatoris, ades aux fundum Creditori in judicio hypothecare poterit? Licit hoc neget Dan. Moller. bic. n. 83. † propterea

quod hypotheca rerum immobilia hisce in terris non nisi in judicio constituantur, mulier vero absque Curatore in Judicio versari nequeat. Attamen contrarium afferere non dubito cum Matth. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 92. Quia mulieri mercatura coaceditur, b. Const. 15. Ergo & per consequiam contractus mutui & obligatio hypothecæ respectu mercaturæ, quoniam negotiations & mercaturæ absque pecunia ex exerceri nequeunt, † haec autem sine sufficienti assecratione nemini ferè creduntur, concessio siquidem consequenti, † necessariò & antecedens, sine quo ad prius illud perveniri non potest, videtur concessum, l. 2. ubi Dd. ff. de juridict. Nic. Everh. in loc. à concessione conseq. ad concess. anteced. † Quò & facit doctrina Andr. Tiraq. quod nempe concessio principali contractu, pignus quoque tanquam accessoriū sit concessum, in tract. de legib. connub. verb. contract. Gloss. n. 110. † Nec obstat ratio Dan. Moller. 13 Quia mulier constituere volens hypothecam, non necesse habet personaliter in judicio comparere, sed potest consensum Magistratus super hypotheca bonorum suorum immobilia etiam in scriptis imprimere, Berl. d. concl. 17. n. 93.

Ita Domini in causa Conrad Röckers zu Albig/Mens. Mart. Anno 1626. (Verba sent. Habe ihr Christinen Hilbergs 100. fl. geliehen und vorgestreckt/ deswegen sie euch ihr Wohnhaus unterständlich eingeseget/ Ob sie nun wohl bey solcher Verpfändung keinen Curatorem gehabt/ diesswell sie aber dennoch beweites Unlehen zu Fortsetzung ihres Kriegs-Handels angewendet/ darüber auch die Verpfändung Gerichtlichen verschreiben lassen/ sc.) So ist solche Hypotheca zu Recht beständig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Subsistit contractus sine Curatore celebratus, quando mulieri est utilia.*

- D**uodecimò: † valet contractus absque Curatore celebratus à muliere, quando manifestum est, hanc suo commodo contraxisse, ex eoque lucrum sentire, Andr. Tiraq. de leg. connub. ver. En pouvoir de son mar. Gloss. 8. n. 56. & seqq. Matth. Col. p. 1. decis. 12. n. 32. Andr. Rauchb. p. 1. q. 32. n. 90 Dan. Moll. bic n. 47. Berl. p. 2. concl. 17. n. 118. Wesenb. vol. 1. conf. 26. n. 43. Zobel. in addit. lat. ad art. 46. Landr. lib. 1. n. 2. † Illustrissimus siquidem Elector Sax. imbecillitati mulierum consulere cupiens, id quod ab ipsis sine Curatore actum est, catenus invalidum esse jubet, ut illis obesse non debeat, b. Const. 15. Ex quo sequitur, † valere actum, qui in utilitatem mulieris cedit, 3 nec rescindi propreterea, quod Curatoris autoritas non intervenerit. † Quia inductum ad certum aliquem effectum, non debet contrarium operari, l. non tantum. 3. S. si emancipatus. 5. ff. de bonor. poss. contr. sub. l. legati inutiliter. 14. ff. de adim. vel transf. legat. l. 19. ff. de legat. 1. † Quis etiam nescit, Const. banc Sax. 5 maximè favorablem esse, juxta tradita Moll. bic n. 4. Zobel. p. 2. diff. 22. n. 6. & seqq. † At quod in aliquis favorem est introductum, ampliari & restringi potest, quoconque modo favor & utilitas postulat, ne in odium illius retorqueatur, l. quod favore. 6. C. de legib. l. 3. S. due autem. 5. in fin. ff. de Carbon. Edict.

Ita Domini in causa C. à K. zu M. Mens. Mayo, Anno 1622. (Verba sent. Ob nun gleich vorgedachte eure Schreiberin angelegte Vergleichung dahero unkräfftig zu seyn vermeynet/ daß ihr Kriegischer Wormund solche nicht vollzogen/ diesswell aber dennoch dieselbige ihr und ihren vier Söhnen zum besten/ und nicht zu Schaden und Nachtheil aufrgerichtet/ in welchem Fall nach gemeinem Wahl der Rechtsgelehrten die Gegenwart und Einwilligung der Kriegischen Wormunden bey den Contracten und Handlungen der Weiber nothwendig nicht erforderlich wird/ sc.) So ist auch angeführter Vertrag vor unbeständig nicht zu achten/B.R.W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Contractus mulieris in praesentia Agnatorum initus subsiftit, tunc Curator non inter-venitur.*

**D**ecimo tertio limit. Regula hæc, † si Consanguinei & Agnati proximi mulieris contractui intervenient; Tum enim consensu Curatoris opus non est, sed actus à muliere in præsentia Consanguineorum suorum celebratus, firmiter valet, Gloss. lat. ad text. germ. in Landr. lib. 1. art. 44. lit. B. Matth. Berl. part. 2. concl. 17. n. 84. Dom. Cai. Tus. rom. 7. præt. concl. lit. S. concl. 599. n. 27. præterquam enim, † quod proximi agnati vicem Curatoris sustineantur, arg. pr. Inst. de leg. agn. tut. † fraus certè abesse censetur in contractibus, in præsentia agnatorum cum muliere celebratis. † Unde & sic, quod tutores de contractibus, cum consensu consanguineorum puerorum initis, rationem reddere non teneantur, Menoch. l. 3. pref. 128. n. 2. Et seqq. Berl. p. 2. concl. 12. n. 22.

Ita Domini ad consultationem Senatus VVissenfels. Mens. Aug. Anno 1602. (Verba sentent. Hat Martha Martin Sandners Wittich ihr Haus eurer Mitbürger einem ihres Brüder verkauft. Ob sie nun wohl hierbey keinen Kriegischen Vermund gehabt. Dieweil aber dennoch ihr Ehemann als ehlicher Vermund darbey gewesen / sc. So verbleibet auch bey solchem Kaufe nochmals blöß und es ist Verkäuferin denselben umzustossen nicht besugt/ V. R. W.)

Be in causa Christian von Heinitz zu Altenkötig. Mens. Apr. Anno 1635.

## DEFINIT. XIX.

*Mulier maritata solo mariti consensu, absque alterius Curatoris autoritate efficaciter contrahere, bonaq. immobilia alienare valeat.*

**D**ecimo quarto: denique † limitatur prædicta Regula in muliere maritatâ, quæ, si contractum celebret, bonaque sua immobilia aliener, alio Curatore opus non habet, sed mariti consensus & autoritas ad hoc sufficit, Dan. Moll. bic n. 3. Matth. Welenb. vol. 1. consil. 11. num. 17. Ant. Hering. de fidejuss. c. 18. n. 55. Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 15. Jacob. Schult. in addit. ad Mod. Pist. part. 1. quæst. 14. n. 21. † Nam de Jure Saxonico Maritus, quamprimum ingreditur thorum, uxoris ejus sit tutor, Landr. lib. 1. art. 45. Et libr. 3. art. 45. Weichbild. art. 65. Rauchb. part. 1. quæst. 2. num. 39. Matth. Coler. part. 1. decif. 66. n. 3. Frider. Pensold. in addit. ad Coler. part. 2. decif. 222. num. 18. † Ideoque jure potestatis tutelaris in contractibus uxoris, ne ex inopia consilii decipiatur, autoritatem interponere debet, ut sic alterius Curatoris autoritate haudquaque sit opus. † Quin & quamdiu mulier haber maritum, alium tutorem eligere nequit, quia tutorem habenti tutor non datur, §. interdum. 5. Inst. de Curat. Ant. Hering. dict. loc. Unicum hoc obstat videtur, † Quod scilicet Illustriss. Elect. b. Constit. 15. mariti alteriusque Curatoris consensum conjungat, in 5. Gleicher Gestalt / verb. ohne Vorwissen und Autorität ihrer Ehelichen und anderer verordneten Vermünden / sc. † Ex quo sequitur, utriusque consensum, mariti nempe & Curatoris, in contractibus mulierum maritarum requiri, propter copulam (Et) quæ utrumque conjungit, arg. l. Titio textores. 36. §. nibil. 2. ff. de legat. 1. l. tripli. 7 142. ff. de verb. signif. † Sed respondet Moll. bic n. 3. & lib. 3. Semestr. cap. 35. quem sequitur Berl. dict. concl. 17. n. 17. particulam (Et) ponit ibidem disjunctivæ vel alternativæ, ita ut satis sit, vel mariti vel alterius Curatoris consensum & autoritatem intervenisse. † Cum infrequens non sit, ut pro ratione subjectæ materiæ copulativa oratio in disjunctivam vel alternativam resolvatur, l. sep̄ ita 53. ubi Dd. ff. de verb. signif. † Quod licet concesserim ipsi quoad consensum mariti, hunc nempe ad contractum mulieris

sudicere; veluti ita ex Rubrica Conſt. 16. p. 2. colligeret licet. Attamen hoc largiri non possum, quod & Curatoris solius autoritas in contractibus mulierum nuptiarum semper sufficiat, qvum uxori bona sua immobilia absque mariti consenserit, ne quidem cum autoritate Curatoris alienare liceat, ut dicitur *inf.* Defin. 25. † Posset quoque dici, mariti & curatoris & consensum b. Conſt. 15. propterea conjungi, quod non solum de obligatione mulierum nuptiarum, sed & de virginum ac viduarum contractibus agatur, quibus Curatoris in item autoritas accedit, necesse est, † ut sic verba illa pro subjectâ materia explicari, & quæ de curatoris consensu habentur, ad virgines & viudas restringi debeant. Vid. Decif. Elect. Nov. 24.

Ita Domini ad consultationem Henrici Sigismundi Marschakcs/ M. M. Anno 1622. (Verba sentent. Ob sie nun wohl bey Verkauffung des Uckersfeldes keinen Krieglichen Vermund gehabt. Dieweil aber dennoch ihr Ehemann als ehlicher Vermund darbey gewesen / sc. So verbleibet auch bey solchem Kaufe nochmals blöß und es ist Verkäuferin denselben umzustossen nicht besugt/ V. R. W.)

Item ad requisitionem Georgii Brodkorbens zu Wurgens Mens. Sept. Anno 1621.

Ad petitionem Bartholomei Wilders zu Lauterbach/ Mens. Febr. Anno 1573.

## DEFINIT. XX.

*Contractus à marito de bonis uxoris, consensu ipsius celebratus, jure subsiftit.*

**U**xorem consensu mariti de bonis suis etiam immobilibus contrahere, caue alienare posse, dixi Defin. præced. At quid, si non Uxor ipsam, consente marito tanquam Curatore suo, sed maritus de bonis uxoris consensu tanquam ipsius contrahat? † Cetera quia art. 45. lib. 1. Landr. de contractibus mulierum disponens loquitur de ipsis mulieribus contractibus consensu maritorum suorum, existimat quis possit, contractum haud subsistere, siquidem non ipsæ uxores maritis consentientibus, sed contra mariti uxoris consentientibus contrarerint. † Quod & sensisse videtur Gloss. germ. dict. art. 45. in vers. Datum muß er ihr Vermund seyn / sc. Quæ maritum consensu uxoris alienare ipsius dotalium prohibet, mulieribus vero interveniente consensu maritorum hoc permittit, † Attamen iniquum foret, si mulier ratione consensus præstiti non obstringeretur, cum parum interesse videatur, an ipsam mulier contrahat, an vero marito contrahenti consentiat, † utroque siquidem casu ex consensu & conventione obligatur, l. 1. l. 7. ff. de pat. † Quare mulierem hoc casu ex contractu à marito celebrato obstringi arbitrii fuere Scabini, teste Hart. Pist. obser. 55. n. 8. Idque maximè, † Si ipso facto contractum mariti ratum habuerit, cum & adolescentes, si postquam in tutelam suam venerint, negotia tempore minoris ætatis contracta ratificaverint, iis omnino stare tenentur, rot. tie. C. si major facti alien. nat. bab. Hartm. Pist. dict. loc. n. 9. † Quod & placet Andr. Rauchb. p. 11. qu. 34. n. 45. verb. vel si maritus alienet consentiente uxore &c.

Ita Domini ad requisitionem Caspari Lautens zu Wendelsheim Mens. Sept. Anno 1629. (Verba sentent. Hat Hans Quas ein Wirtel Landes so seinem Ehe-Weibe zugehörig gewesen/ Matthes Erahmer vor und um 160. Uschö läufigen zugeschlagen. Ob nun wohl solcher Kauf davoro/ das Quasens Es bewerb nicht selbigen Verkäuferin gewesen/ auch keinen Curatorem gehabt/ umgestossen werden will/ dieweil sie aber dennoch in gedachte ihres Mannes Contract und Veräußerung gewilligt/ in welchem Fall sie auch keines sonderbaren Curatoris vonnöthen gehabt/ sc. So verbleibet bey solchem Kaufe blöß/ und es mag derselbe nicht gesuchten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

Item ad petitionem Pauli Deusens zu Muma/ Mens. Jun. Anno 1604.

Laurentii Stephani zu Rüdersdorff/ Mens. Febr. Anno 1605. Jacobi ab Ende zu Robendorff/ Mens. Oct. Anno 1601.

## DEFINIT. XXI.

*Fundum dotalē mulier absque Curatore vendere alioꝝ modo alienare nequit, etiamſi maritus consentiat.*

- 1 **A**T nonne metuendum (dixerit quis) ut maritus uxori, absq; Curatore contrabenti, commodi for-
- 2 san propriis causa facilius consentiat? † Ita quandoque suspicari licet, per ea quā tradit Matth. Wesenb. in parat. ff. de fund. dotal. num. 7. quam ob causam uxorem solius mariti consensu ſemper validē obligari
- 3 haud existimaverim, † Sed caſus reperiuntur excepti, in quib; autoritas Curatoris accedat necesse eſt, Quos, ne generalitas Definit. 19. aliquem decipiat,
- 4 hic referre fert animus. Primo autem † uxor fundum dotalē ſine Curatoris autoritate vendere, alioꝝ modo alienare prohibetur, etiamſi maritus consentiat, † Sicuti nec ipſe maritus consentiente uxore, absque Curatore fundum dotalē alienare valet, ex Sanctione Imper. Justiniani in pr. Inſtit. quibus alien. lic. vel non l. un. §. Et cum lex 15. C. de rei uxor. aſt.
- 6 † Quam ſanctionem etiamnum in foro Saxonico du-
- 7 rare docet Matth. Wesenb. diſt. tit. n. 7. Joh. Schnei- dew. in pr. n. 4. Inſtit. quibus alien. licet vel non. † Fundum autem appello dotalē, non qui jure ſuccesſionis ad mulierem pervenit, ſed in quo dos fuerit con-
- 8 ſtituta, ſive ſit prædiūm urbanum ſive rūſticum, l. ro-
- 9 tale prædiūm. 13. ff. de fund. dotal. † Cautius enī in fundi dotalis alienatione procedendum, propter utilitatem Reipublicæ, cuius intereſt fœminas eſſe do-
- 10 tatas, dotesque mulieribus conservari, l. 1. ff. ſolut.
- 11 9. matr. † Et ne ſexūs muliebris fragilitas in pernici- em ſubſtantia earum convertatur, diſt. pr. Inſtit. quib.
- 12 alien. lic. vel non. Quod tamen ſolummodo dictum velim de fundo aut re immobili inaſtimatā datā in-
- 13 todotem; † Secus ſi prædiūm aſtimatum fuerit mari-
- 14 to in dotem datum; Nam quia aſtimatio emptionem facit, dominium hujus prædiūm ad maritum pertinet,
- 15 † qui propterea illud alienare haud prohibetur, diſt.
- 16 l. un. §. Et cum lex. 15. C. de rei uxor. aſt. Joh. Schnei- dew. diſt. loc. n. 9. ubi alias quoque hujus definitio- nis limitationes profert, quas & vide apud Frider. Pen- fold. in addit. ad Col. p. 2. decis. 223. ubi hanc totam queſtionem per ampliationes & limitationes ad amu- ſum tractat.

Ita Domini in caſa Anna Giecklerin zu Dresden / M. Febr. A. 1605. (Verba ſent. Ob gleich Ihr benebens euerem Ehemane einer Hand/ welches Ihr ihm in dotem überbrachte/eurem Bru- der Martin Egelingen verkaufte. Dieweil Ihr aber dennoch zu ſolchem Kauf mit eurem Krieglichen Vorwunde verfehen gewesen / ic.) So ist ſelbiger Kauf zu Recht nicht kraftig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

*Mulier etiam nupta ſine Curatore hereditati renun- ciare, aut ſuper divisione hereditatis quietationem facere nequit, licet alias ſoliſ mariti conſenſu debitoſum ſuum liberare valeat.*

- 1 **S**ecundo! Non ſufficit autoritas Mariti, ſi uxor ex bonis defunctorum parentum portionem ſibi de- bitam acceperit, & ſuper divisione quietationem face- re, aut coheredes ſuos liberare velit, ſed requiritur
- 2 hoc caſu conſensus Curatoris. † Similis namque eſt ejusmodi quietatio totali renunciationi hereditatis, quippe quā certā portione ex bonis hereditariis ac-
- 3 ceptā hereditati renunciatur, † Quare & majus me- tuendum eſt periculum, quā in obligatione mulie- ris, arg. l. cum funduſ. 31. §. ſervum tuum. 1. ff. de reb.
- 4 credit. † Ut propterea ſoliſ mariti conſenſu facta non valeat, niſi & Curatoris autoritas acceſſerit.

Ita Domini ad consultationem Andreæ ab Hartenſeſſ / M. Mart. A. 1624.

† Quod iſum tamen ad quierationem ſeu liberatio- nem ſuper divisione hereditatis totali reſtringendum videtur, Secus ſi uxor ſuper ſolutione pecuaria ſibi de- bita quietationem facere, ac debitorem ſuum liberare velit, † quod procul dubio ſoliſ mariti autoritate, 6 absque alterius Curatoris conſenſu valide poterit ex- pediri, † Quia maritus tutor uxorius eſt, & vices Cu- 7 ratoris ſupplet, Laydr. lib. 1. art. 45. Col. p. 1. decis. 66. n. 3. Rauchb. p. 1. qu. 2. n. 39.

Ita Domini ad consultationem Christiani Patſchewi zu Dö- beln / M. Majo, A. 1622. (Verba ſent. Ob nun wohl beiſolcher Quiſtung und Bericht/euer Ehemane keinen Krieglichen Vor- mund gehabt/ dieweil aber dennoch dieſelbe in eurem/ als des Ehelichen Vorwunden Beſeyen/ geſchehen/ ic.) So verbleibt auch nochmals darbei billich/ ic.)

## DEFINIT. XXIII.

*Uxor contrabens cum marito ſuo alterius Curatōris autoritatē adbibere debet.*

- 1 **T**ertiò: Curatorem quoque adhibere debet mu- lier nupta contrahens cum marito ſuo, Matth. Wesenb. conf. 11. n. 4. Rauchb. p. 10. q. 2. n. 48. Modeſt. Pift. vol. 1. confil. confil. 1. n. 24. † Expediti nam- 2 que juris eſt, virum & uxorem invicem emere & ven- dere, omnisque generis contractus, (donatione excè- ptā) celebrare poſſe, Salyc. in ult. C. de patr. Ant. He- ring. de fideiſuff. c. 6. n. 103. † Quod tamen non ali- 3 ter exaudiendum, quā ſi uxor alium adhibeat Cura- 4 torem, Dan. Moll. bic. n. 50. † in caſa ſiquidem pro- priā maritus uxori autor eſſe nequit, l. pupillus. s. in- 5 pr. ff. de autor. tutor.

Ita Domini in caſa Andreæ Bernhardi zu Dölligſch/ Menge Aug. Anno 1634.

## DEFINIT. XXIV.

*Mulier maritata in mariti commodum contrabens, alio Curatore opus habet.*

- 1 **Q**uartus donique caſus, quo mulier absque Cura- 2 toro non obligatur, hic eſt: Si nempe in com- modum mariti contrahat, iſque ex mulieris contra- 3 ctu, & facta alienatione lucrum aliquod ſperet, Matth. Wesenb. in parat. ff. de fund. dotal. n. 7. Matth. Berl. p. 2. concl. 17. n. 15. † Sanè tunc iſpius mariti con- ſenſu haudquaquam ſufficere, vel exinde pater, quod 4 nemo in caſa propria tutor vel Curator eſſe queat, l. 1. l. 5. ff. de aut. tutor. §. ult. Inſtit. eod. tit. † At cau- ſa propria dicitur mariti, cuius utilitas ad iſum perti- 5 net, l. 1. §. in propria. 11. ff. quando & intra qua temp. appell. l. 10. C. de teſlib. Wesenb. diſt. loc. Ex quo fit, 4 † quod licet alienatio rerum immobiliū uxorius con- ſenſu mariti facta alias jure ſubliſtar Definit. 19. Mari- 5 tuſ tamen, eā defunctā, pretium non lucretur, † niſi alienationi alijs Curator intervenerit, Frid. Pensold. in addit. ad Matth. Col. p. 2. decis. 286. n. 208. Col. vol. 1. conf. 8. n. 127. & 150.

Ita Domini ad consultationem Adami Leopoldi zu Sprem- berg / M. Jun. A. 1612. (Verba ſent. Ob nun wohl des Weibes Töpferey vor und um 170. Lth. verkauft worden/ da aber dennoch der Mann ſeines eigenen Neugens halben ſein Weib hiezu berebet/ ihr und ihren Kindern aber der Kauf zu großem Schaden gereicht/ ic.) So möchte ſolcher Kauf/well auch das Weib neben einem Krieglichen Vorwund daret nicht geworget/ zu Recht nicht beſtehen/ ic.)

Et ad requisitionem Hieronymi Schröteri zu Weißig / M. Jul. A. 1613. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch ob jedachtes von Wilebeneß Ehemane bei ſolchem Contract keinen Kriegli- ſchen Vorwund gehabt/ und vermutlich/ daß der Ehe-Mann denselben zu ſeinem eigenen Nutzen und Beſten geschloſſen/ und das unbewegliche Gut wegen läuflicher Succession zu Gelde ge- macht/ ic.) So ist auch bemeldtes von Wilebeneß Ehemane ſol- chen Contract zu hinterziehen wohl beſugt. Sie ist aber vor al- len Dingen Käufern die eingewandte Beferrung und Meliora- tiones auf vorgehende Liquidation und Richterliche Ermaſſi- gung zu erlässt, pflichtig/ B. R. W.)

Item

Item in causa Pauli Marrens zu Bawen/Mense Mart. Anno 1634. (Verba sent. Da aber dennoch dem Weibe hiezu inson- derheit kein Curator verordnet gewesen / ic. So ist auch nach gedachter euer Muster Abstieben/ euer Vater so viel als er aus den verkauftesten Gütern geldset / euch zum Rüttershell anzutun machen schuldig gewesen/ und weil ers nicht gethan/ wird euch unmehr nach seinem Ableiben/ von euren andern Mit-Erben dasselbe vorworaus billich abgesolget/ V. R. W.)

Item in causa heredum Clement Schesslers zu Eichtenfelde M. Mart. Anno 1585.

Et in causa Curatoris Annae Rosens zu Müllberg / M. Febr. Anno 1599.

#### DEFINIT. XXV.

*Uxor bona sua immobilia absque consensu mariti alienare nequit, licet adhibeat autoritatem Curatoris.*

- 1 **N**on controvertitur h̄ic de bonis mobilibus, quæ procul dubio mulier in mariti præjudicium, in-vito eo, distrahere non potest, Gloss. lat. ad text. german. Landr. lib. 1. art. 31. lit. e. Matth. Berlich. p. 3. concl. g. nun. 22. † Sed de immobilibus saltem bonis quæstio est, An sicut ea solius mariti consensu absque Curatore, Definit. 19. Ita & contrà solius Curatoris autoritate absq; mariti consensu ab uxore alienari que-ant? † Et ita sentire videatur Dan. Moller. bic n. 3. quem sequitur Matth. Berlich. p. 2. concl. 17. num. 16. ut scilicet alterutrius sive mariti sive curatoris consensus sufficiat ad hoc, ut uxor de iis firmiter contrahatur & obligetur. Nec multum interesse mariti, quis exi-stimaverit, † bona uxor immobilia alienari, quip-pe quæ defuncta èa, non marito, sed heredibus mulie-ris cedunt, Landr. l. 1. art. 31. Beust. de jur. connub. p. 2. c. 67. sub fin. Schneidewin. ad tit. inst. de hered. que ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. num. 32. E contra, † uxorem bona sua immobilia absque consensu mariti, interveniente licet Curatore, validè haud alienare afferit Frider. Pensold. in addit. ad Matth. Coler. part. 2. decis. 286. num. 184. Quod & inclinat Andr. Rauchb. p. 2. quæst. 34. num. 45. & Wesenb. part. 1. cons. 25. num. 15. & in parat. ff. de fun-do dotal. num. 7. † Quorum sententia uti in praxi recepta, ita & textibus & rationibus Juris Saxonici consentanea est. † Tum per text. in Landr. libr. 1. art. 31. vers. Kein Weib mag ihres Guts ichtwas vergeben/ ohne ihres Mannes Willen/ daß er es durch Recht leiden darf/ ic. Et in art. 45. dict. lib. 1. vers. Ein Weib mag auch ohne ihres Mannes Ur-laub ihr Gut nicht vergeben/noch ihr eigen verkauf-sen/ ic. † Quæsanè verba generaliter & indefinite loquuntur, adeoque & generaliter de immobilibus pariter atque mobilibus bonis accipi debent, l. depre-cio. 8. ff. de publ. in rem aet. l. 1. §. generaliter. l. ff. de legat. prest. † Tum, quia de Jure Saxonico maritus est tutor uxorius, Landr. lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45. Coler. p. 1. decis. 66. num. 3. Rauchb. p. 1. q. 2. num. 39. absque consensu verò tutoris alienatio facta haud iovalida est, † prout dilucidè apparet in pupillo & mi-nore, qui Curatorem habentes, ob id neque alienare neque obligari possunt, l. obligari. g. in pr. ff. de au-tor. tut. & Curat. l. pupillus. 189. ff. de reg. Jur. l. 3. C. de. l. in integr. restit. † Tum, quod marito in bonis Uxo-ris immobilibus competat Ususfructus, art. 31. ubi Gloss. lat. lit. a. in pr. & art. 45. l. 1. Landr. Coler. part. 2. decis. 253. & p. 1. decis. 18. num. 4. And. Rauch-bar. p. 1. q. 2. num. 45. † Qui à proprietario haud-quaquam inverti, nec usufructuarius in utendo-fru-endō turbari debet, l. utifru. 5. §. 1. & ult. ff. si usus-fructus pet. Quod certè fieret per alienationem. fundi; Unde tradit Gloss. latin. † Quod mulier-citra consensum sui mariti nihil disponere queat, in-bonis ad illum illatis, per quod aliquomodo Usus-

fructus sibi inde debitus posit attenuari vel pro-rsus eripi, quamdiu ea supervixerit, in dict. art. 31. lit. e.

Ita Domini in causa Martin Schöners zu Magravitz Mense Jus. Anno 1626. (Verb. tent. Ob wohl euer Ehemann ihr Wohn-Haus/ so sie von ihren Eltern ererbt/ mit Zustehung ihres Kategorischen Wormundens verkaufft/ da aber dennoch ihr als der Ehemann/ in solchen Kauf nicht gewilligt/ noch denselben beliebet hätte/ ic. So wäre angeregter Kauf zu Recht nicht beständig, sondern der Kaufsfehler/ gegen Empfahrung seines ausgezehrten Kaufgeldes, solches Haus wiederum abzutreten/ V. R. W.)

Et in causa Elisabethen/ Hietonymi Hestners Ehe-Weibes zum grossen Hain/ Mens. Febr. Anno 1635.

#### DEFINIT. XXVI.

*Curator generalis ad omnem causam ab eo Judice datur, cuius jurisdictioni subjectus est, qui Curatorem petit.*

**N**ullum dubium est, † quin Curator dari debeat ab eo Judice, qui mixtum habet Imperium vel Jurisdictionem inferiorem, in foro Saxonico, die Erb- und Mleder-Gerichte/ Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 8. num. 10. Matth. Berlich. p. 2. concl. 18. n. 10. † At quid, si minor vel femina & Curator, qui petitur, diversos agnoscant Judices? Tum, si genera-liter petatur Curator ad omnes & quascunque lites causasque præsentes & futuras, † quemadmodum ita peti & dari posse, extra controversiam est, l. qui ba-bet. 3. §. ult. cum l. seq. ff. de tutel. † ab eo Judice dandus erit, cuius Jurisdictioni is, qui eum perit, est subjectus, Dan. Moller. bic n. 10. Berlich. dict. concl. 18. n. 4. Mynsing. cent. 1. observat. 87. Joh. Zanger. dict. cap. 8. n. 10. † Concernit namque hic actus propriæ personam minoris sive mulieris, quare & eo in-foro, ubi minor vel mulier domicilium habet, debe-re expediri. † Non obstante, quod Curator principa-liter causæ detur, secundariò saltem personæ, l. sciendum 20. ff. de rit. nupt. l. in copulandis 8. C. de Nupt. † Loquor enim de Curatore ad omnes generaliter causas & bona dando; † At bona omnia seqvuntur conditionem personæ, arg. l. per Curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. bered. Harppr. ad §. 4. num. 5. Inst. Qui testam. tut. dar. poss. † ut sic hoc casu inter Curatorem & tutorem haud magna sit differentia.

Ita Domini in causa Mariae Grenzels/Mens. Sept. Anno 1631. (Verba sentent. Es wir euch aber ein Curator von der Obrigkeit unter welcher ihr gesessen/billich verordnet/ ic.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Ad certam verò causam datur Curator ab eo Judice, ad quem causa illius cognitio spectat.*

**C**urator solummodo generaliter & ad omnes in-differenter causas datus, tutori comparatur, qua-re & ab eo Judice debet constitui, cuius Jurisdictioni mulier est subjecta, Defin. præced. † Et quidem in dubio & simpliciter ad item datus Curator, ad omnes lites datus intelligitur, l. 3. §. si pupillus. 4. ff. de tutel. Gloss. latin. in Landr. libr. 1. art. 47. vers. in quibusli-bet, Zobel. in addit. ad Gloss. German. ib. n. 2. vers. Zu-ieglichem Gerichte. † At si Curator ad unam tan-tummodo causam, certamque item petatur, datio Curatoris ei incumbit Judicii, ad quem causa illius, vel negotii, quod in Judicium deducitur, cognitio pertinet, l. ult. §. sed & si quis. 1. C. de administr. tutor. ubi Bart. Dan. Moll. bac Conf. 15. n. 8. Berl. p. 2. concl. 18. num. 3. † Eiusmodi namque Curator principaliter causæ ac rei datur, ut propterea etiam actus dationis Curatoris ab eo Judice expediti debeat, ad quem cau-sæ illius cognitio pertinet.

Ita Domini ad consultationem Augusti Volhards zu Dresden Mens Febr. Anno 1622. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch bemeldter Kriegscher Vorwund außerhalb der Marchbachischen Gerichte von einer andern Obrigkeit unter welcher diese Sache nicht gehörig/ bestätigt/ und also nulliter versahen werden/ sc.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Femine quoq; absenti Curator dari potest.*

- 1 **C**ulibet mulieri Curator dari potest, arg. l. 20. ff.  
2 **d**e testam. tutel. † Non tamen invitus, l. 3. §. si pupillus. 4. ff. de tutel. l. 2. §. queritur. 3. ff. de curat. honor. dand. Anton. Faber. in C. lib. 5. tit. 27. defin. 2.  
3 n. 2. Moller. lib. 4. Semestr. 23. num. 6. † Nisi necessitas aut alia quæpiam justa causa subsit, ob quam cogi poslit, Bart. in l. qui habet. 3. §. si pupillus. 4. n. 2. de tut. † Invitis autem mulieribus Curator bene dari potest, b. Constat. 15. §. Derowegen dann die Gerichtshältere. † Neque necesse est, ut mulier, cui debet Curator dari, in judicio sit præsens, sed ei absenti quoque constituitur Curator; † Nam cui invito aliquid potest dari, multò magis ei absenti & ignorantia dabatur, l. qui potest. 26. ff. de Reg. Jur. † Quin & absentibus per literas potentibus in aula Electorali constitui Curatores, usus docet, Moller, dict. cap. 23. in fin. Reinh. Rosa ad Dan. Moller. hic n. 104.

Ita Domini in causa Christophori Hoffmanns zu Aulsg/M. Dec. Anno 1628. (Verba sent. Seyd ihr Martin Schröters Wittben zum Curatore verordnet worden. Ob nun gleich bemeldte Wittben aus dasselbe geschehen vor den Gerichten nicht gegenwärtig gewesen/ sonderu in Schriften darum angeschobet/ sc. so ist doch solche Curatela, weil ihr euch willig darzu bestellt gen lassen/ zu Recht beständig/ V.R.W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Dato Curatore ad omnes generaliter causas, definit Curatela primi Curatoris ad certam litem dati.*

- 1 **H**abenti tutorem Curator dari potest, tutor non item, l. 27. ff. de testam. tutel. l. tutor. 10. §. l. ventri. 20. §. 1. ff. de tutor. & curat. datio &c. l. scire oportet. 13. §. ita vero. 5. ff. de excus. l. cum jure. 9. C. qui pertinet tutor. Ratio differentiae hæc reddi potest, † Quod tutor personæ, Curator rebus detur, l. certarum. 12. & l. 14. ff. de testam. tutel. l. in copulandis. 8. C. de nupt. 3 † At persona est individua, res sunt dividua, l. 2. ff. de verb. Obligat. Quare & tutela individua est, ita ut aliis tutor priori adjungi nequeat propter personæ individuitatem: Curatorem verò habenti, aliis potest adjungi Curator, quia Curatela videtur dividua, Ant. Faber, tom. 1. Jurispr. Papin. tit. 12. pr. 1. illat. 7. pag. 4 689. † Ex quo efficitur, haud esse absurdum, ut mulieri Curatorem habenti ad unam litem, aliis quoque ad aliam, & si plures habeant in diversis judiciis, à singulis judicibus illi Curator dari queat, l. ventri. 20. in fin. ff. de tutor. & Curat. dat. ab his. l. Curator. 13. C. qui dar. tut. vel Curat. poss. Dan. Moller. hic. n. 12. 5 † Attamea si ultimus Curator ad omnes generaliter causas fuerit datus, priorum Curatela in totum expirat, & primus Curator ad certam litem constitutus, per dationem posterioris Curatoris, videtur abrogatus. † Quia generalis hæc Curatela similis est tutæ, arg. l. per Curatorem. 90. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. hered. Quæ divisionem non recipit, sed omnes omnino causas comprehendit.

Ita Domini in causa Henrici Rixschens zu Leipzig/M. Sept. Anno 1581. (Verba sentent. Ob ihr gleich auf Ansuchen Erbahrnen Deutmauns ihr zu einem Kriegschen Vorwunden verordnet werden/ da sie aber dennoch folgends durch den Erbfürsten zu Sachsen und Burgrägen zu Magdeburg/ sc. unsern gnädigsten Herrn/ ihr einen andern General-Curatorem ad omnes lites bestätigen lassen/ sc. So wäre eure Curatela dadurch geändert/ und sie euch bei seihen zu erlassen schuldig/ V. R. W.)

DEFINIT. XXX.  
*Autoritas Curatoris in ipso actu intervenire debet, post tempus vero interposita nihil operatur.*

**C**uratoris consensus expressis verbis adhibendus est, nec satis putatur, si præsens sit Curator & non contradicat, Dan. Moller. hic Constat. 15. n. 38. Andr. Goldb. de gerad. cap. 8. n. 130. Myns. cent. 2. obs. 34. Felin. in cap. nonne 5. ext. de presumpt. Gloss. & Dd. in l. etiam. 3 ff. de autor. tutor. † Nam Curatoris consensus ad contractum mulieris requiritur pro solennitate & formâ essentiali, Rauchb. p. 1. q. 32. n. 43. Matth. Berlich. p. 2. concl. 17. n. 102. At quando consensus alicujus ad solennitatem actus adhibetur, † expressè debet præstari, nec sufficit præsentia & taciturnitas, Bart. in l. qua doris. 33. ff. soluto matrimonio. n. 23. Bald. in l. si sine voluntate. 5. C. ad Setum Veldej. n. 17. Ex quo porrò sequitur, † Ad officium Curatoris pertinere, ut requisitus ad contractum aliquam actum mulieris, consensum & autoritatem suam antevel in ipso actu interponat, post tempus vero interposita nihil prorsus operatur, Dan. Moll. hic n. 34. Joh. de Arnon. singul. 32. Myns. cent. 2. observ. 34. n. 2. & 3. Andr. Goldb. de gerad. d. c. 8. n. 125. † Quia forma individua est, & quicquid ad solennitatem exititur, illud ab actu dividi & separari nequit, l. cum antis. 28. C. de testam. Andr. Tiraquell. de legib. connub. verb. Consentement. Gloss. 6. n. 4. † Quin & Constit. hic ad contractum mulieris non tantum consensum, sed & autoritatem Curatoris requirit, in verb. Was sie ohne Vorwissen und Autorität ihrer ehelichen und anderer Vorwunden/ sc. † At qui autoritas ante negotium vel statim ipso negotio interponi debet, postea vero interposita nihil efficit, l. obligari. 9. §. tutor. 5. ff. de autor. tut. §. tutor. 2. inst. eod. Tiraquell. dict. Gloss. 6. num. 2. Moller. dict. loc. n. 37.

Ita Domini ad requisitionem Johannis Schröters in Penig/ Mense Mart. Anno 1632. (Verba sent. Ob gleich bemeldte Wittben bey der Eheherziehung ihren Kriegschen Vorwunden bey sich gehabt/ und derselbe also den Kauf alleenthalben beliebet/ dies weil sie aber dennoch jurov und den Schließung des Kaufs Contracts noch unbewormdet/ sc. So ist berührter Kauf seiner Söhnenräten halber zu Recht nicht beständig/ V.R.W.)

Et ad consultationem Valentini Beckers zu Annaberg/Mens. Dec. A. 1597.

## DEFINIT. XXXI.

*Nisi in continent, antequam partes ad actum extraneum revertantur, autoritas fuerit adhibita.*

**A**utoritas Curatoris in ipso mulieris actu interponenda est, postea vero adhibita nil operatur, Definit. præced. † Quod verum puto, si Curatoris consensus ex intervallo accesserit. Secus vero, si statim & in continent, post actum, antequam partes ad alium actum extraneum revertantur, fuerit interposta, † ut in terminis tradit Jason. in l. 1. §. qui præsens. 1. n. 4. vers. antequam perveniat ad extranea. ff. de verb. obligat. Bald. in l. universa. 4. C. de precib. Imper. offer. n. 12. Jacob. Cujac. lib. 3. observat. 31. in pr.

Ita Domini in causa Johannis Schröters zu Penig/ Mense Jul. Anno 1632. (Verba sentent. Ihr könnet dann beschleutigen und beibringen/ daß Verkäufern nach geschlossenem Kauf-Contract so bald und in continent, ehe sie zu einer andern Handlung geschritten und etwas anders vorgenommen/ ihr bestätigter Curator denselben beliebet/ und sein Voll-Bort darzu gegeben/ auf den Fall bliebe es bei dem einmahl geschlossenen Kauf-Contract billich/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXII.

*Subsistit contractus mulieris absq. Curatore celebratus, si u. qui ait u. interfait, a judice postea à curator confirmetur.*

- 1 **I**llud expediti Juris est, quod acta & gesta à muliere absque Curatore, tertio quodam Curatoris loco interveniente, ab alio postea Curatore confirmato, ratificari nequeant, per tradita Dan. Moller. lib. 1. semebr. 18. n. 2. & seqq. Jason. in l. licet. 24. C. de procuras. num. 10. At quid, † si mulier contractui ut celebrando in locum Curatoris deficientis aliquem adhibeat, eundemq. postea à Judice sibi confirmari Curatorem efficiat? † Tum confirmationem hanc retrotrahi, defectumque anteriorem purgari & contractum subsistere arbitror, cum Matt. Wesenb. vol. 1. conf. 3. n. 67. & 69. ubi dicit, contractum hinc vel ex nunc valere, prout ex tunc, quasi jam recens constitutum ex Curatoris autoritate, † Quod voluisse videtur Andr. Tiraquell. de legib. connub. verb. consentement. Gloss. 5 6. n. 15. aut confirmationem saltem trahi retrò, † Et ita ab initio contractum valere, secundum sententiam Bartol. & Jason. in l. de pupillo. 5. ff. de oper. nov. numerat. Utrumvis autem admiseris, perinde est; † Sufficit namque contractum postea validum esse, nec praetextu deficientis autoritatis rescindi posse, Wesenbec. dict. loc.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Ode: auch/als er zuvor bey Schließung des Kaufs und Vollziehung des Contracst gewesen/ nachwahls ist zum Curator verordnet wäre/auf solchen Fall bliebe es bey dem einmahl geschlossenen Kauf. Contract billich/W. R. W.)

## DEFINIT. XXXIII.

*Mulier interveniente Curatore contrabens, si laſa fuerit, nec Curatorem convenire, nec restitucionem in integrum petere valit.*

- 1 **S**i Curator mulieri dolosè consulerit, & fraudulenta consilium dederit, quin propriea teneatur, vix dubium esse potest, Joh. Zanger. in tract. de except. part. 3. c. ii. num. 54. Moll. hic n. 102. † Extra casum vero doli ac fraudis, si interveniente autoritate & consilio Curatoris, mulier laſa fuerit, nulla adversus Curatorem hoc nomine ipsi competit actio.
- 2 **T**u Quia consilii non fraudulentii nulla est obligatio, ex vulgatissimâ juris Regula l. consilii. 47. ff. de Reg. Jur. Moll. dict. loc. & l. 2. semebr. cap. 3. n. 3. Matth. Berlich. p. 2. concl. 18. num. 39. † Nec ulterius mulieri Curator obligatur, quam ut fideliter illi consultat, quod quando fecit, etiamsi consilio non respondeat eventus; nihil est, quod illi imputari possit, prout in simili tradit Bald. in l. ult. pr. vers. necessitate. C. de bon. que liber. n. 36. † Et alias Juris expediti est, quod nemo tutorio vel Curatorio nomine conveniri queat, nisi qui administravit, vel ad quem administratio pertinuit, l. g. C. de administr. tutor. l. ult. C. si tute. vel Curat. l. de Curatore. 2. §. ult. ff. de Curat. bon. dand.
- 3 **T**u At bonorum administrationem mulier, Curatorem habens, retinet, nec minimam partem Curatori committit, Moller. dict. c. 3. n. 3. † Quare nec bona Curatorum mulieribus tacite sunt obligata, Moller. dicto loco. & libr. 4. semebr. c. 41. & ad hanc constit. n. 80.
- 4 **T**u Quia nec restitucionem in integrum mulier laſa petere potest, si exhibita autoritate Curatoris vel mariti contraxerit, Dan. Moller. hic n. 98. Andr. Rauchb. part. 1. quebr. 32. n. 88. Matth. Wesenb. p. 1. conf. 11. n. 27. Berl. dict. concl. 18. n. 41. † Quis etenim contrahere vellet cum mulieribus, si nec autoritas Curatoris contrahentem redderet securum à restituzione in integrum, † Ac licet in foro Saxonico mulier compa-

re turminori, qui Iesus, adversus ea quoque, quæ interveniente Curatoris autoritate egit, restauratur, l. i. & tot. tit. ff. de minor. & tot. tit. C. si tute. vel Curat. interv. Attamen verum hoc est eo solummodo casu, † Quo mulier Curatorem non habet, ut ei ad instar minoris Curator dari debeat, quò tutò agere & contrahere possit; † At quando jam curatorem habet, non amplius minori, sed majori æquiparatur, Johan. Zanger. in tract. de except. part. 3. cap. II. n. 195.

Ita Domini in causa Christina Rabli zu Magdeburg/M. Mart. A. 1625. (Verba sent. Hatt ihr mit Samuel Holdachen wegen eures Hauses aus etliche Jahr lang einen Petzsch Conrad geschlossen. Ob ihr nun wohl/ eurem Fürgeben nach/ in solchem Contract ziemlichen Ixdiret und benachtheiligt worden/ die weiss aber ihr dennoch mit Vorbehalt und Einwilligung eures Curatoris contrahiret/ sc. So verbleibet bey solchem Contract billich/ und ihr seyd restitucionem in integrum zu suchen/ oder auch euren Curatoren/ wosfern seines Theils kein Betrag mit vorgangen/deßwegen zu belangen nicht besagt/ V. R. W.)

Et in causa Matthäus Heinrich zu Leipzig/ Mense Jan. Anno 1636. (Verba sent. Dieweil aber dennoch Klägerin benebeng ihres bestätigten Curatoren dieses Werk getrieben und geschlossen/ in welchem Fall denu die Restitution in integrum nicht statt findet/ sc.)

## DEFINIT. XXXIV.

*Curator consentiens mulieri contrabenti sibi non prejudicat, neg. ex contractu mulieris obligatur.*

**N**on habet, quod metuat Curator periculum, quoddam consentiens mulieri contrahenti, Et enim per id sibi ipsi in jure suo neutquam præjudicat, l. cum quedam. 26. C. de administ. tutor. §. 5. Inf. de inoff. testam. l. Cajus. 39. ff. de pign. act. Hart. Pist. lib. 3. quebr. 17. n. 2. † Quin neque parti adversæ ex Contractu mulieris proprio nomine obligatus est, ut maxime consensum suum dederit contractui, † quippe qui non à Curatore, sed à muliere autoritate duntaxat Curatoris exhibita initus fuit, ut propterea alium, præter ipsam mulierem contrahentem, stringere nequeat, † deficiente nimurum consensu ex parte Curatoris, in quo verè contractus substantia consistit, l. 7. ff. de pæct. † Neque enim consensus ad autoritatem interponendam, certamque causam præstitus, ultra eam extendi debet, l. age cum geminiano. 3. ubi Dd. C. de transact. l. 1. & l. si pupillorum. §. si pretor. 3. ff. de reb. eor. Dec. consil. 379. n. 6. & consil. 551. Cravet. consil. 242. n. 6.

Ita Domini in causa Johannis Gräuwalde zu Leipzig/Mense Jul. Anno 1584. (Verba sentent. Ob nun gleich eurem Be richt nach beweckte Pflege Frau nicht zu bezahlen hat. Dieweil aber dennoch nichts zu befinden/ daß sich der Curator selbst vor die Bezahlung verpflichtet/ sonderu nur allein in Wormundschaft an ihre statt gelobet/ sc. So mag auch beweckter Curator die Zahlung selbst zu leisten nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXV.

*Res immobilis absq. Curatore vendita & alienata non mulieri, sed emperori perit.*

**I**cet contractus mulieris absque Curatore celebratus jure non subsistat, nec proinde dominium rei immobilis venditæ per alienationem transferatur; † Attamen si casu fortuito accidat rem interire, ea non mulieri venditrici, sed emptori perit, per tradita Jason. ad l. non omnis. 19. §. si pupillus. 1. ff. de reb. credit. n. 6. † Siquidem obligations absque Curatoribus contractas mulieribus non nocere, vult Constit. bac. Manifestum autem est, si res contra dispositionem constitutionis alienata mulieribus perire, eas indemnes servari haud posse. † Et sic inodium mulierum retorqueretur, quod in ipsarum favorem fuit constitutum, contra l. quod favore. 6. C. de leg. l. generaliter. 5. vers. in his autem casibus.

- 5 C. de secundis nupt. † Nec contra hoc urgere quis poterit Regulam illam vulgatam: Rem perire suo domino, l. pignus. g. C. de pignor. act. l. i. & tot. tit. ff. de pericul. & commod. rei vend. adeoque mulieri, † penes quam dominum rei absque Curatore alienata remansit. Locum namque habet haec Regula solum in eo, penes quem dominium remansit ex juro communis, † non ex jure speciali, Jason. dict. loc. n. 5. At penes mulierem, absque debitibus solennitatibus contrahentem, dominium non ex jure communis, sed ex speciali statuto & beneficio Constitutionis Saxonicae remanere, in aperto est, b. Const. 15.

Ita Domini in causa Euphrosynae Marbachin zu Golschen/ Mensl. Jun. Anno 1624. (Verba sentent. Ist euer Wohn-Haus/ welches ihr unlängst eueren Nachbar verkaufst/ durch den daselbst aus Unversehenheit entstandenen Brand/ nebens andern Häusern in die Asche gelegt worden. Ob ihr nun wohl bei Verkaufung solches Hauses keinen Curator gehabt/ dannenher ob der Kauf nichtig gewesen/ und ihr solches Hauses Eigenthum und Dominium bey euch behalten/ ic. So mag doch gestalten Sachen nach euch der Brand-Schaden nicht zuwachsen/ sondern es ist euer Abkäufer/ so damals das Haus in Besitz gehabt/denselben zu gelten schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVI.

*Inebriatus ad mentis usq. alienationem contrahens non obligatur: Et quomodo ebrietas probetur.*

- 1 **G**radus Ebrietatis faciunt Dd. pro quorum diversitate jus diversum est statuendum, Joh. Goedd. de contr. stipulat. cap. 7. concl. ii. n. 166. At hoc certum est, † Ebrium validè contrahere haud posse, nec efficaciter obligari, si profunda fuerit ebrietas, enormous & immoda, adeoque talis, quæ mentis inducat exilium, atque consensum excludat. † Ebrius siquidem, qui usque ad alienationem mentis poculis obrutus est, nescit quid loquatur, quidvè faciat: † Nec absimilis est mente capto & infanti, qui prorsus contrahere nequeunt, l. i. §. furiosum. 12. & §. seq. ff. de oblig. & action. c. venter. 5. dict. 35. c. sanè. 7. & c. inebriarunt. g. caus. 15. quest. 1. † Unde fit, quod matrimonium ab ebrio contractum invalidum habeatur, juxta tradita Matth. Wesenb. in parat. ff. de ritu nupt. n. 8. dictum batenus. Joach. à Beust. de Sponsal. cap. ii. Didac. Covarr. in epist. de matr. p. 2. c. 2. num. ult. Sed quomodo probabitur immoda & enormis ebrietas? † Sanè qui ebrio adfuerunt, ex ipsius sermone, ingressu & gestibus & gesticulationibus, aliisque actibus ebrietatem facile colligere potuerunt, quare testibus de immoda ebrietate deponentibus credendum est, Harpp. in princ. n. 44. Inst. de nupt. † Hisce autem deficientibus, juramento ebrii standum erit, cum animus per jusjurandum, veluti per spirituale torturam demonstretur, ut loquitur Bartol. in l. pro herede. 20. in pr. ff. de acquir. vel amitt. hered.

Ita Domini in causa Johannis Meylers & Johannis Wolfframbs zu Arnsburg/ Mense Jul. Anno 1632. (Verb. sent. Das Beklagter den Kauf-Contract zu halten schuldig/ er könnte denn binnien Sachsischer Frist die angejogene übermäßige Trunkenheit wie zu Recht erweisen und beibringen/ dessen genüsse er auf solchen Fall billig/B. R. W.)

Et in eadem causa M. Apr. Anno 1633. (Verba sent. Das Beklagter die angejogene übermäßige Trunkenheit durch die abgehörte Zeugen zur Nothdurft erläsen und bebracht/ dero- wegen mag er den angegebenen Kauf zu halten wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVII.

*Prodigiis, cui bonis à Magistratu interdictum est, absq. Curatore contrahere nequit.*

- 1 **E**thicè, & quidem rei ipsius veritate inspecta citra interdictionem bonorum prodigiis esse potest: Politice vero & Juridice ad eum effectum, ut nihil ipse

agere queat, non potest, † Quia an quis prodigus sit, estimatur ex circumstantiis, super quibus Magistratum cognoscere & pronunciare oportet, l. bi qui. 12. ff. de tut. & Curat. l. i. l. 10 ff. de Curat. furios. §. 2. Inst. quis non est permis. fac. testam. l. 6. ubi Bartol. Jason. & Cujac. ff. de verb. oblig. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 38. defin. un. n. 5. † Quod enim dicit Ulrian. lege 12. tabul. prodigo interdictam esse bonorum suorum administrationem, in l. i. ff. de Curat. furios. illud factum Magistratus neutiquam excludit, † quia ante omnia declarare & decernere debet, quibus prodigus sit; † Quo facto, legis potestate cura ad agnatos defertur, §. 3. Inst. de Curat. Interdicta vero bonorum administratione, † prodigiis absque Curatore contrahere nequit, nec contrahens efficaciter obligatur, dict. l. 6. ff. de V. O. Johan. Goedd. de contr. stipul. concl. 10. cap. 7. n. 134. & sqq. Joh. Borch. de pact. c. 3. num. ii. Ant. Fab. dict. loc. n. 11. † Quia in jure prodigiis comparatur pupillo, l. certi condic. 9. g. sedetsi. 7. ff. de rebus Cred. Harpp. ad §. 2. n. 2. Inst. quib. non est permis. fac. test. † Modò contrahens cum prodigo bonorum interdictionem non ignoraverit, ut recte animadvertisit Ant. Fab. dict. loc. n. 1. & 2.

Ita Domini ad consultationem Henrici à Clousbruch/ M. Mart. A. 1585. (Verba sentent. Habt ihr Peter Saupen / dero-wegen/ daß er für und für in Wein- und Bier-Häusern gelegen/ seine Güter verschwendet und umbracht/ seine nächste Freunde zu Curator verordnet/ und auf vorgehende fletzige Inquisition seiner Gütere Administration gebührlichen interdicere/ dessen aber ungeachtet/ hat ein Einwohner zu Zipsendorff/ welcher/ ehemaliger Bericht nach/ solches wohl gewußt/ sieber des/ als ihme die Administration der Güter benommen worden/ mit ihm ohne Vorwissen seines Curator kontrahiret/ und ihm eiliche begehrte Wecker abgekauft/ ic. So ist solcher Contract und Kauf zu Recht nicht beständig/ und dewach obgeweidtes Peter Saupens Weine und Kindern solche Wecker von dem Käufer/ sonderlich/dieweil sie ihm das Kaufgeld zu erkaften erböhligen zu vindicieren unbenommen/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVIII.

*Curator nomine mulieris nil firmiter agit, nisi mulier ipsa praesens sit, & consentiat.*

1 **P**Arum equidem refert, an ipsa mulier consentiente Curatore contrahat, an vero Curator consensu mulieris negotium agat; utroque enim casu, quia mulier consentit, accidente Curatoris autoritate, ex conventione firmiter obstringitur, l. i. l. 7. ff. de pact. Hart. Pist. obs. 155. Supr. Defin. 20. † At Curator nomine mulieris, ea non presente nec consentiente, nihil quicquam validè agit, nec firmiter contrahit, † Quia ex alterius conventione nemo potest obligari, 3 §. 3. Inst. de inut. stip. l. stipulatio ista. 38. in pr. & §. 1. l. 83. in pr. ff. de V. O. † Omnes enim obligationes ex nostra persona, non alterius, initium ut sumant necesse est, l. quacunq. 11. ff. de obligas. & action. † Non enim in contractu mulieris tam Curatoris, quam ipsius mulieris contrahentis persona & conventio spectanda est, † Cui autoritas saltem Curatoris ob imbecillitatem judicij muliebris accedit, Landrecht. lib. 1. art. 44. Christoph. Zobel. part. 2. diff. 22. supr. Defin. 1.

Ita Domini in causa N. N. zu Rosheim/ Mense Dec. A. 1633. (Verba sent. Ob nun wohl der Ehemann ein Curatorium, darinnen er seinem Weibe zum Kriegischen Vormunden verordnet worden/ vorlegen thut/ und also nomine Curatorio Vericht zu leisten geweynet/ ic. So mag doch solche Vericht zu Recht nicht bestehen/ noch dahero der Schuldener zu Auszahlung angehalten werden: Sondern daser in gesichert seyn will/ ist die Creditrix entweder in der Person/ oder durch ihren hierzu Gevollmächtigten/ nebens dem Curatore ihrem Ehe-Mann zu erscheinen/ und wegen beschleiner Auszahlung Vericht zu leisten schuldig/B. R. W.)

CON-

## CONSTITUTIO XVI.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verpflichtung / Intercession oder Renunciation der Weiber/ welche mit Zustun ihrer ehelichen oder anderer hierzu erbetteten und bestätigten Vormünden geschehen/ kräftig seyn sollen/wann sie gleich nicht eydlich ergangen?

**G**erinnen ist ein Unterscheid zu machen unter des Mannes und fremder Leute Schulden/ denn da sich ein Weib für ihren Ehemann mit Einsichtung dess/ so ihr zugehört/ verpflichtet/ so wird sie dazwischen Rechten nicht verbunden/ es wäre dann solche Schuld ganz oder zum Theil in ihren Nutz gewandt/ oder sie hätte dem Beneficio SCons. Vellejani mit dem Eyd renunciaret.

Aber in fremder Leute Schulden/ wenn sich für dieselbe eine Weibes-Person eingelassen/ so wird die nach zweyen Jahren wiederholte Renunciation, und ob sie sich eydlich verziehen/ bewogen.

Dergleichen ist auch der Persönlichkeit Obligationen halben ein Unterscheid / wann sich ein Weib vor ihren Ehemann/ oder von wegen eines Fremden verpflichtet.

Ob nun wohl solches in gemeinen beschriebenen Rechten also verordnet/ so haben dennoch unsere Deputirte hinwieder bedacht/ daß in den Gerichten dieser Land-Art hin und wieder/ solche und dergleichen Intercessiones und Renunciations, ohne einige Eydesleistung/ de consuetudine zu geschehen pflegen/ und zugelassen werden/ und daß demnach eine grosse Zerrüttung gar viel und fast unzähllicher Händel erfolgen würde/ da dieselbe vor unkräftig geachtet werden solten/ auch uns heimgestelllet/ und vor ratsam erachtet/ daß disfalls/ iedoch extra res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitum constitutas, so sie dem Manne zubracht oder erlanget/ und also allein in Verzicht eines Unterpfandes/ darauff ein Weib von wegen der Witgift oder sonstigen Gerechtigkeit haben möchte/ obgedachte Gewohnheit zu bestätigen seyn sollt/ mit angehängter Restriction, daß es nicht simpliciter oder durchaus/ sondern nur in den Fällen/ wann solche und dergleichen Intercessiones, autoritate Curatorum von den Eheweibern/ auch Jungfrauen und Witthen/ so natu majores seyn/ und in judicio ergiengen und fürgenommen würden/ statt habe.

Nachdem wir uns dann solches gnädigst gefallen lassen/ so wollen wir auch berührte Gewohnheit hiermit nicht allein bestätigt haben/ sondern ordnen und setzen auch/ daß also Kraft dieser unser Constitution, in unsern Hoff-Gerichten/ Facultäten und Schöppenstühlen/ darauff gesprochen und erkant werden soll.

## DEFINITIONES.

1. *Renunciaratio mulieris, pro marito intercedentis, sicuti in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata.*
2. *Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se suscepit.*
3. *Nec valeat constitutum vidue, debitum mariti jam defuncti absque juramento in se suscipientis.*
4. *Mulier Correia debendi non tenetur pro marito, nisi beneficio divisionis juramento renunciaverit.*
5. *Renunciaratio mulieris illustris facta sub dignitatis splendore (Bey Fürstlichen oder Gräflichen Ehren)*

Intercessio vel Renunciatio à muliere facta cum consensu mariti vel alterius Curatoris, num valeat triam hon jurata?



Istinguendum hic est inter æs alienum mariti & alterius. Si enim pro marito intercedens mulier bona sua obliget, sibi non præjudicat, nisi vel in utilitatem ipsius versa pecunia sit, vel beneficio SCti Vellejani cum juramento renunciaverit.

Si vero pro alio intercedat, tūm renunciatio vel post biennium repetita, vel cum juramento facta attenditur.

Sed & ubi personaliter tantum se obligat mulier, interest, pro marito an pro alio intercesserit.

Etsi autem jure communio hæc ita se habent; Deputati tamen nostri consuetudinem harum ditionum, quæ ejusmodi intercessiones & renunciations etiam sine juramento fieri & admitti solent, & si ea reseinderentur, secuturam inde infinitam rerum confusione, considerantes, nobisque id committentes, consultius esse existimarent, si consuetudo hæc, extra tamen res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitum constitutas, quas ad maritum attulit, vel acquisivit, & sic tantum in renunciatione hypothecæ pro dote mulieri constitutæ, aut alterius juris, à nobis confirmaretur, adjecta hæc quoque restrictione, ne passim & simpliciter, sed tūm demum consuetudini illi locus relinquatur, ubi ejusmodi intercessiones & similes, autoritate Curatorum ab uxoribus, virginibus & viduis natu majoribus, in judicio fierent.

Hæc igitur nos clementer probantes, prædictam consuetudinem non solum confirmamus, sed & ordinamus insuper & statuimus, ut autoritate hujus nostræ Constitutionis, in iudiciis Curialibus nostris, Collegiis item Facultatum Juridicarum & Scabinatibus in judicando & respondendo observentur.

autoritate Curatorum von den Eheweibern/ auch Jungfrauen und Witthen/ so natu majores seyn/ und in judicio ergiengen und fürgenommen würden/ statt habe.

- ren/ Treu und Glauben/ sc.) non equipollit renunciationi jurata.
6. Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei (An Eydes statt/ und beym Wort der ewigen Wahrheit) non habetur projurata & validâ renunciatio ne, nisi addantur verba (so wahr ihr Gott helfe.)
  7. Efficaciter mulier pro marito absq; juramento intercedit, etiam quoad res dotales, ius in loco, ubi hoc moribus introductum est.
  8. Valida est in Civitate Lipsiâ etiam quoad res dotales intercessio mulieris pro marito haud jurata ex pecuniali statuto: Quod tamen locum non habet in Constituto.
  9. Valet renunciatio mulieris pro marito intercedens etiam in rebus dotalibus absq; juramento morte confirmata.
  10. Mulier pro marito intercedens absq; juramento efficaciter obligat bona parapernalia, modo sit maior rennis, ac in judicio Curatore interveniente, SCti Vellejano renunciet.
  11. Bona uxoris ad maritum apportata in dubio non dotalia sed parapernalia babentur.
  12. Renunciatio ac intercessio mulieris pro marito valida, in terris Elector. Saxonici ei indistincte non
- cet, etiam si maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisficeri queat.
13. Neque ob lesionem enormissimam rescindenda est renunciatio ac intercessio mulieris pro marito facta ex capite restitutionis in integrum.
  14. Extra Saxonia tamen Electorum Renunciatio hypotheca mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliunde satisficeri queat.
  15. Renunciatio hypotheca, facta genemliter uni Creditori non prejudicat mulieri quoad alios Creditores.
  16. Factâ renunciatione tertio Creditori, causa intermedii Creditori melior non efficitur in concurso creditorum, sed tereius in locum mulieris renunciantis succedit.
  17. Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens absq; juramento obligatur, etiam quoad bona dotalia.
  18. Renunciatio mulieris, in domo judicis extra locum judicii facta, valida non est.
  19. Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi prius de beneficio SCti Vellejani certiorata ei expressè renunciaverit.
  20. Renunciatio mulieris pro marito facta non prejudicat mulieri quoad bona alia marito nunquam illata.

## DEFINIT. I.

*Renunciatio mulieris pro marito intercedens, sicut in dote & dotalitio, ita & in donatione propter nuptias efficax non est, nisi fuerit jurata.*

1. Conformat b. Const. Illustrissimus Elector consuetudinem, quæ antea plerisque in locis judiciorum Saxoniorum circa intercessiones ac renunciations mulierum frequentabatur, injungens simul judicibus suarum provinciarum, ut secundum eam judicent, §. ult. vers. Sondern ordnen und setzen auch / sc.
2. † Quo ipso, quod antea passim usu introductum & receptum fuit, generale jus effectum esse opinor, cum Joh. Zang. de except. part. 3. c. 11. n. 175. Andr. Rauchb. part. 1. q. 34. n. 86. † Quod totum ferè in differentia renunciationis ac intercessionis pro marito & extraneo facta consistit. De illa hæc regula construi
4. potest: † Quod mulier pro marito intercedens efficaciter non obligetur, quoad dotem illatam, nisi iuri hypothecæ ac beneficio SCti Vellejani juramento renunciaverit, §. Ob nun wohl v. iedoch extra res dotales, &c. Glosl. ordin. in Landr. l. 1. art. 3. n. 12. sub fin. vers. Daraus erstunde aber/ ubi Zobol. in addit. v. Nisi juramentum. Adde omnino Decis. Elect. Nov. 25. Dan. Moller. lib. 1. scmefstr. 43. in pr. Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. n. 57. Joh. Zang. de except. p. 3. c. 5. n. n. 73. Hæc regula Ampliatur Primo † in dotalitio & donatione propter nuptias, ut nec hisce intercedens pro marito mulier absque juramento efficaciter renunciare queat, dict. v. Iedoch extra res dotales & in donationem propter nuptias vel dotalitium constitutas. &c. Andr. Rauchb. dict. q. 34. n. 50. † Nec admittenda explicatio Wesenb. Verba illa exegeticè intelligentis, ut particula (Vel) idem sit quod (Hoc est,) adeoque donatio propter nuptias & dotalitium pro uno eodemque accipiatur in conf. 50. n. 27. v. ideoque
7. Const. &c. † Quis etenim nescit, dotalitium & donationem propter nuptias diversas esse species, ut vel ex eorum nominibus patet, arg. l. si idem. 7. C. de Codicill. Henr. Bocer. de donat. c. 10. & 11. † Et de jure communi quoque consensus vel renunciatio mulieri & quæ in donato propter nuptias, ut in dotali praedium regulariter non nocet, Auct. sive à me. C. ad SC. Vellej. Rauchb. dict. loc. † Illud equidem largior. Wesenb. Mulieri ratione donationis propter nuptias non competere jus prælationis, quin nec tacitæ hypo-

thece, ex Ordin. nov. judic. Illustrissimi Elekt. Saxon. de A. 1622. tit. 43. pag. 122. v. So wollen wir sc. † Ni hilominus tamen renunciatio jurata etiam in donato propter nuptias effectum habere potest, nimurum si pro ejusmodi donato expressa hypotheca à marito fuerit constituta, ditt. tit. 43. v. Es wäre dann. † Aut si bona mariti non sufficiant Chirographariis, quo sane casu, obstante renunciatione jurata, mulier prorsus excluditur, ac donationem propter nuptias petere nequit.

Ita Domini in causa Egtharind Höters zu Leipzig / Mense Mart. Anno 1630. (Verba sententia: Ob ihr nun wohl in gedachte eueres Chemanns gerichtliche Verpfändung gewilliget / und nach beschreher Erinnerung eure weiblichen Gerechtigkeit darüber renunciret/ dieweil aber dennoch nicht zu befinden/dass vermeidige Chursl. Sachsl. Constitution die Renunciation von euch verlustlos Eydes geschehen/ sc. So mag auch dannenhero solche Einwilligung/ so viel euer Ehegeld oder Gegenverwähniss anlanget/euch zu Rechttheil nicht gereichen/ sc.)

Et in causa Erhardi Sieghards zu Mühlberg/ Mense Jun. A. 1633. (Verba sententia: So mag auch berührte Renunciation, weil sie nicht eydlichen geschehen/ so viel das dem Mannen jugebrachte Ehesteuere und Heirathgut anlanget/ dem Weibe zum Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern sie wird dessen aus ihres Mannes Gütern vor euch billich befriediget/ sc.)

Item ad requisitionem Christiani Ludwigs zu Leipzig/ Mense Oct. An. 1631. (Verba sententia: Ich eine Frau dem ihres Herrn Güteru ihr justehenden Dotalitio dessen Gläubigern zum besten zu renunciiren Vorhabens/ sc. So ist es/ dasern es zu Recht beslädiger Weise geschehen soll/ vermeidige Chursl. Sachsl. Constitution vermissis ihres leiblichen Eydes zu renunciiren schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Ex constituto mulier haud efficaciter obligatur pro marito, si non mediante juramento debitum in se suscepit.*

1. Secundò Ampliat. Regula tradita Defin. prac. † in Constituto, quo mulier pro marito solvere promisit, ejusque debitum in se suscepit. † Ex quo tum 2 demum efficaciter obligatur, si juramentum accesserit, quod quidem in rebus dotalibus vix dubium habet, secundum tradita in Def. prac. † At de bonis paraphernalibus anticipiter quem facere posset hec Const. quæ mulier extra res dotales obligatur validè quoad bona paraphernalia, etiam absq; juramento pro marito intercedens, v. infr. Def. 10. † Sed hoc verum est in sola 4 intercessione annexa renunciationi, Andr. Rauchb. part. 1. q. 34. n. 53. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 1. n. 177, à quâ haud parum differt Constitutionem, † quod 5 ipsam

- ipsum mulierem facit debitricem principalem, in  
6 eamque mariti debitum transfert. † Nil siquidem  
aliud est constituere, quam debitorem se facere &  
alterius in se transferre vel suscipere obligationem.  
Dd. in §. de constituta. 9. inst. de action. Welsenb. in  
parat. ff. de const. pecun. Valent. Franc. de fidej. c. 1.  
7 n. 24. & seqq. † Ut sic constitutum latius pateat  
majusque onus ac incommodum in se comprehen-  
dat, quam fidejussio, Ant. Hering. de fidej. usf. cap. 18.  
8 num. 5. † quare & cautius in constituto proceden-  
dum, ex eoque mulierem non nisi mediante jura-  
mento pro marito obligari, existimav're Scabini;  
9 † interveniente siquidem jurejurando, sequimur  
jus Pontificium, quod propter jurisjurandi autori-  
tatem contractum efficit validum, c. cum contingat.  
28. ext. de jurejur. c. 2. de pass. in sexto.

Ita Domini in causa Wolfgang Mercers zu Leipzig/ Mense Jun. Anno 1595. (Verba sentent. Ob gleich Caspar Erhard's Ehemeib durch ihren Curatorum Gerichtlichen ver-  
sprochen/ für ihren Ehemann die Schuld/damit er euch ver-  
hafstet/ zu zahlen und rechta zu machen/tieweil aber dennoch  
solches nicht endlichen geschehen/ ic. So ist sie auch von dem-  
jenigen/ so sie von ihrem Vater und Bruder erbet/ ihres  
Mannes Schuld zu zahlen nicht pflichtig/ ic.)

It. in causa Marien Jobst Michaels Wittwen zu Leipzig/ M. Novembris. Anno 1635. (Verba sentent. Ob gleich Caspar Erhard's Ehemeib durch ihren Curatorum Gerichtlichen ver-  
sprochen/ für ihren Ehemann die Schuld/damit er euch ver-  
hafstet/ zu zahlen und rechta zu machen/tieweil aber dennoch  
solches nicht endlichen geschehen/ ic. So ist sie auch von dem-  
jenigen/ so sie von ihrem Vater und Bruder erbet/ ihres  
Mannes Schuld zu zahlen nicht pflichtig/ ic.)

It. in causa Uxoris Caroli Reinhard's zu Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1625. (Verba sentent. Ob ihr gleich euers Ehemannes Schuld ex constituto auf euch genommen/ tieweil aber dennoch dasselbe vermittelst Endes nicht geschehen/ ic. So ist auch solche euere Verwillingung zu Rechte nicht kräftig/ und ihr möget demnach die Zahlung zu leisten mit Bestande nicht angehalten werden/ ic.)

It. in causa Johann Brauns zu Leipzig/ Mense August. Anno 1586.

It. in causa Marthae Buchbachia zu Halle/ Mense Mayo, Anno 1636.

### DEFINIT. III.

*Nec valet constitutum vidua debitum mariti jam de-  
functi absque juramento in se susci-  
pientis.*

- 1 Quid vero, si defuncto marito, Vidua ex constitu-  
to debitum ejus in se suscipiat? Non male for-  
san putaveris, constitutum hoc jure subsistere, quan-  
2 tumvis juramentum non accesserit; † Nempe  
quod matrimonio per mortem dissoluto, Vidua  
non tam pro marito, quam extraneo ex constituto  
3 se obligare censematur, † quo casu absque juramen-  
to etiam firmiter eam obstringi, indubitatum est, l.  
ult. §. ult. ff. ad SCicum Vellej. b. Const. 16. ubi Dan.  
Moll. in pr. Andr. Rauchb. part. 1. q. 34. n. 5. Joh.  
Zang. de except. part. 3. c. 11. n. 115. & seqq. Sed quic-  
4 quid sit, † defuncto licet marito, amor tamen & re-  
spectus conjugalis non tam citò cessat, quo vidua  
infirmi & imbecillis judicii decepta ad constitutum  
& susceptionem debiti facilimè persuaderi potest,  
arg. l. 2. §. verba 2. ff. ad SCicum Vellejan. l. si mulier.  
5 16. C. eod. tit. l. 1. §. pen. C. de rei uxori. est. † Quidni  
ergo huic succurrentum esset? Quin & priusquam  
vidua de bonis dotalibus & paraphernalibus satis-  
fiat, † privilegium mulieribus indultum ipsi adhuc  
competere, nemo procul dubio negaverit: † Sed  
non valet huic privilegio mulier absque juramen-  
to renunciare, b. Const. 16. quod & in constituto ra-  
tione bonorum paraphernalium ita obtinet, ut dixi  
Defin. preced.

Ita Domini in causa Marien Jobst Michaels Wittwen zu Leipzig/ Mense Nov. Anno 1635. (Verba sentent. Ist euer Ehemann mit Schulden verhaftet gewesen/nach dessen Absterben  
die Gläubiger auf die Zahlung gedrungen/darzu sich aber kein

Carpas. Definit. Vol. I.

Mittel ereignen mögeln. Ob ihr nun wohl daher solche debi-  
ta ex constituto auf euch genommen/ Brief und Siegel von  
euch gestellt/ und mit Beziehung eueres Curatoris dem be-  
neficio Scti Vellejani renunciret. Dieweil aber dennoch  
solches nicht endlichen geschehen/ ic. So ist auch berührtes  
Constitutum zu Rechte nicht kräftig/ und ihr möget dahero  
von euren Dotal- und Paraphernal-Gütern die Zahlung zu  
leisten nicht angehalten werden/ B. N. W.)

### DEFINIT. IV.

*Mulier Correa debendi non tenetur pro marito, nisi  
beneficio divisionis juramento renun-  
ciaverit.*

Tertio ampl. ia mulieres † correā debendi. Sa-  
nè quanquam mulieri prohibitum non sit, se  
cum marito obligare, maximè si nec pro marito nec  
animō intercedendi obligari velit, arg. Novell. 134;  
c. 9. Autb. si qua mulier. C. ad SCicum Vellej. † Atta-  
men si egenti merito & Uxor simul credita sit pecu-  
nia, præsumptio est, quod tota ad maritum perver-  
nerit, l. si cum dote. 22. §. transgrediamur. 12. ff. sol.  
marr. Ant. Fab. in Codic. l. 5. tit. 6. defin. 8. n. 3. † mu-  
lierque pro marito intercesserit tanquam correa de-  
bendi, l. vir. xxviii. 17. §. mulier & Tittus. 2. ff. ad SCicum  
Vellejan. † Nihilominus, quia de hoc certò non ap-  
paret, ipsamet quidem ratam suam solvere debet.  
† Sed pro marito haud tenetur, etiamsi in iudicio  
præsente curatore beneficio divisionis, quod novis-  
signo jure in Autb. hoc ita. C. de duob. reis duo correi  
habent, renunciaverit, † quia de intercessione ni-  
hil inter contrahentes expressè actum est, quod  
omnino requirit hec Const. Hart. Pst. obs. 113. n. 3. † Nec  
locum habere potest, quod dici solet, Creditorem,  
qui bonâ fide mulieris perlñam in contrahendo se-  
cucus est, ob ea, quæ inter virum & uxorem accepta  
pecuniâ gesta sunt, exceptione summoveri non de-  
bere, l. bona fide. 27. junct. l. si mulier. 11. ff. ad SCicum  
Vellejan. † id-namque ad eum pertinet, qui cum sola  
muliere contraxit, non ad eum, qui cum muliere &  
viro simul, aut cum illa sola sed viro præsente con-  
trahit; † fraudis enim suspicio subest, quoties mu-  
lier unà cum alio vult obligari, Hart. Pst. dict. loc.  
n. 5. Matth. de Afflict. decis. 209. quare hoc casu dili-  
gentior debet esse Creditor, quam si ab initio cum  
sola muliere contraheret, dict. l. si vir uxori. 17. junct. l.  
doli 19. §. ult. ff. de novat. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 21.  
defin. 1. n. 3. † Planè si mulier correa juramento inter-  
veniente, beneficio divisionis renunciaverit, vel ex  
sola dispositione juris Pontificii pro marito quoque  
obligata est, nec habet quo adversus Creditorem to-  
tum debitum petentem sese tueri queat, c. cum con-  
tingat. 28. ext. de jurejur. c. 2. de pass. in sexto.

Ita Domini in causa D. C. G. ejusque Conjugis ad consulta-  
tionem D. Julii Marci zu Nehna/ Mense Julio, Anno 1620.  
(Verba sentent. So ist eure Pflegefrau den halben Theil so-  
cher Summen Goldes/weil sie nebenst ihrem Ehemanne mit  
Einwilligung ihres Curatoris Principal-Schuldnern vor-  
den/zahlen pflichtig. So viel aber den andern halben  
Theil aufrichten thut/mag sie denselben dahero/dass sie dem  
beneficio divisionis und andern rechlichen Wohlthaten  
nicht vermittelst eines Körperlichen Endes/ sondern nur an  
Endes statt renunciaret/vor ihren Ehemann zu zahlen nicht aw-  
gehalten werden/ B. N. W.)

Ita Domini in causa Elisabetha Welskens zu B. M. Decemb. Anno 1631. (Verba sentent. Dieweil obgedachtes Ansehen von eurem  
Ehemanne und euch zugleich auffgenommen worden/ und  
nicht zu befinden/ das ihr dem beneficio divisionis, und and-  
ern rechlichen Wohlthaten/ vermittelst eines Körperlichen  
Endes renunciaret/ ic. So mögelt ihr auch für eure Person die  
ganze Summa zu bezahlen nicht angehalten werden/ sondern  
wann ihr die Helffe/als euren Anteil der Schuld/ abstattem  
werdet/ ist euch der Gläubiger ferner im Anspruch zu nehmen  
nicht besuge/B. N. W.)

IItem in causa heredum Johannis Pauli Viduus N. Johnens  
zu Wittenberg/ Mense Jul. Anno 1620.

## DEFINIT. V.

*Renunciatio mulieris illustris facta sit dignitatis splendore (bey Fürstlichen oder Gräfflichen Ehren/Treuen und Glauben/et c.) non equipollat renunciationi jurata.*

- 1 **Q**uarto ampliatur regula prædicta in mulieribus illustribus, generosis & Nobilibus, quæ promaritis intercedentes absque vero juramento quo ad dotalia bona non magis effeaciter obligantur ac aliae foeminae plebejæ, Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. num. 16. Matth. Berlich. part. 2. concl. 21. numer. 39.
- 2 † Scio equidem, quodq; inter personas illustres generosas & Nobiles promissa sub principali, generosa ac Nobili fide (bey Fürstlichen/Gräfflichen und Adelichen Ehren/Treuen und Glauben) de notoria Germania e consuetudine juramentis æquipollere, dicantur, Schurff. cent. 2. conf. 37. num. 11. Andr. Gail. lib. 2. Obs. 59. Matth. Wesenb. conf. 10. n. 24. conf. 13. n. 102. Joach. Mynsing. cent. 1. obs. 17. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 10. n. 269. Joach. à Beust. in l. 3. §. 1. n. 13. ff. de jurejur. Dan. Moll. ad Conf. Elect. 36. num. 11. part. 2. † Quod & de promissionibus Doctorum legitimè promotorum videtur afferendum, secundum Col. dict. c. 10. n. 289. Valent. Franc. de fidei juss. c. 5. n. 376. † Attamen hisce in provinciis res aliter se habet, & promissiones personarum illustrium, generosarum ac Nobilium, juramentis non æquivalent, sed pro simplici promissione reputantur, Matth. Wesenb. in parat. ff. de jurejur. num. 6. Modest. Pistor. vol. 2. conf. 19. n. 53. † Maximè in casu præsenti, quo juramentum actum oportet corroboratione. Quoties enim illud pro confirmatione actus per se invalidi requiritur, † in forma solenni præstari debet, Bald. in c. et si Christus. 26. n. 7. extr. de jurejur. Felin. in cap. fraternitatis. 17. n. 12. extr. de testib. † Idque tanto magis à foeminae, quæ facilius adducuntur ad renunciations juris, quod sibi competere saepe ignorant, l. ult. C. de don. ant. nupt. Hartm. Pistor. l. 4. q. 6. num. 3. in fin.

Ita Domini in causa alicujus Comitissæ, Mens. O& Anno 1631. (Verba sentent. Ist eine Gräffliche Weibes-Person ihres Rechtes und Gerechtigkeit/ so ihr wegen der Ehestuer und Leibgedinges in ihres Ehemannes Gütern zustehet/einen desselben Gläubiger zum besten sich zu verzeihen Vorhabens/et c. So muß solche Verzicht von ihr/wofern sie kräftig seyn soll/ ungeacht sie eine Gräffliche Person ist / vermittelst Endes geschenen/ und mag die Zusage bey Gräfflichen Ehren/Treuen und Glauben/gestalten Sachen nach/für eine endliche Promission und beständige Renunciation nicht gehalten werden/ W. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Renunciatio mulieris facta sub promissione fidei (An Endes statt/und beym Wort der ewigen Warheit) non habetur pro jurata & valida renunciatione, nisi addantur verba (So wahr ihr Gott helfe.)*

- 1 **Q**uarto Ampliatur hæc regula, ut renunciatio & intercessio mulieris quoad bona dotalia jurata esse debeat, etiamsi hæc se obligaverit ac fidem promiserit loco juramenti & sub verbo veritatis, (An Endes statt/ und beym Wort der Warheit)
- 2 † quæ sola verba corporalis juramenti vim & efficaciam non habent, Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. n. 16. Modest. Pistor. vol. 2. conf. 19. q. 2. n. 33. Hart. Pistor. lib. 4. q. 6.
- 3 n. 1. Etsi enim concesserim, † Ritus solennes & ceremonias juramenti (ut est tactura alicujus rei sacrae vel Evangelii, nec non erectio digitorum, aut positio manus dextræ ad pectus sinistrum mulieris jurantis) non nisi inter adiaphora connumerari,
- 4 † ac proinde salvâ juramenti substantiâ adesse vel abesse posse, Andr. Rauchb. part. 2. q. 2. n. 69. Matth.

Matth. Col. de process. exec. pars. 1. c. 10. n. 285. Joh. Petr. Surd. decis. 159. n. 20. & 21. & decis. 234. n. 5. & 6. † Unde rectissime afferit Joh. Zanger. solo verbo, imo etiam sola mente jurari, ac mulierem hisce ritibus omissis stipulatâ manu judici promittentem, se renunciationi non contraventuram, nomine divino super hoc invocato, verè jurare, in tr. de exec. part. 3. c. 11. n. 192. & 193. Joh. Dauth. in repet. c. quamvis. 2. n. 24. de palt. in sexto. Menoch. lib. 1. conf. 37. n. 49. † Attamen non quævis verba vim & efficaciam corporalis & solennis juramenti habent, sed solummodo ea, quæ in formula jurañdi in Imperio Romano usurpari solent, scilicet (Als mit Gott helfe und sein heiliges Wort) † In quibus hodiè forma essentialis juramenti consistit, Ordin. Camer. p. 1. à cap. 57. usq; ad c. 85. Rauchb. d. q. 2. n. 52. † Omissa ergo hæc formulæ, promissio fidei pro juramento non habetur, etiamsi facta fuerit sub verbo veritatis, quod & forsitan intelligi posset de veritate humanæ non divinæ, ut tantò minus huic verbo efficacia juramenti solennis sit adscribenda. † Tunc scilicet, quando pro forma actus alicujus juramentum solenne requiritur Gloss. in c. xc circa 4. de elect. in sexto. Modest. Pistor. vol. 2. conf. 19. n. 56. Wesenb. conf. 15. n. 63. † Ceteroquin, non nego Deum implicitè per verbum veritatis invocari, ac proinde promissionem sub verbo præsertim æternae vel divinae veritatis (beym Wort der Fürstlichen oder ewigen Warheit) factam absque notâ impietatis violari non posse. † Intelligitur namq; per verbum veritatis divinæ ipsem JESUS CHRISTUS, verbum patris, Salvator noster, Job. 1. v. 1. Veluti ita D. Paulus jurat per veritatem & conscientiam, Rom. 1. v. 1. † Quare Lutherus hanc formulam pro juramento agnoscit in enarratione secundi præcepti. Quod & placet Rauchb. & Zang. dd. locis, nec non Col. dict. c. 10. n. 286. † Quibus ego calculum addo, eo nimurum casu, quando pro formâ, aut ad substantiam vel soliditatem actus juramentum solenne non requiritur. *Veluti quoque pronunciatum percepit in Electorali judicio appellat. Dresden. in causa H. à W. contra Iuxorem H. à L. in termino Trinit. A. 1619.* † Ast si actus aliquis, ut est renunciatio mulieris, solenne juramentum requirat b. Constit. 16. tantum abest, id per promissionem (beym Wort der ewigen Warheit) præstitum censeri, † ut nunquam per verba æquipollentia formalia solennia exprimi existimem, cum Setz. de juram. lib. 1. c. 16. n. 17. Hart. Pistor. p. 4. q. 6. n. 3. † nisi & promissionem per Deum factæ, (bey Gott) quâ nihil ferè usitatus, efficaciam solennis juramenti inepte adscribere velis; † Nimurum non quomodo verba explicari queant, sed quid senserint contrahentes & qualia verba juramenti formula præcisè requirat, potissimum inspiciendum hic est, Wesenb. dict. conf. 15. n. 63. Modest. Pistor. dict. conf. 19. n. 56.

1ca Domini in causa Erhardi Sieghards zu Annaberg/ M. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl die Renunciation an Endes statt/und beym Wort der ewigen Warheit geschehen/Dieweil aber dennoch diesen Worten allein die Wirkung und Kraft eines geleisteten Körperlichen Endes zu Recht nicht zugeeignet wird/ut also die Renunciation ihrer weiblichen Gerechtigkeit nicht geschehe/et c. So mag ihr auch berührte Renunciation, so viel die ihre Ehemane zugebrachte Ehestuer oder Heirathgeld anlangt/zu Nachtheu nicht gerichtet/et c.)

Et ad consultationem Michaelis Schwanders zu Annaberg/ M. Mai. A. 1633 (Verba sent. Ob nun wohl eure Pfleg-frau in solche Verpfändung gewilligt/und ihrer weiblichen Gerechtigkeit/und dem benefitio Scti Vellejani an Endes statt/ und beym Wort der ewigen Warheit renunciret/et c. Dieweil aber dennoch berührte Worte sonderlich unter gemeinen Standespersonen die Kraft und Wirkung eines Körperlichen Endes nicht haben/So ist auch vorgedachte Renunciation, so viel das Ehegeld anlangt/zu Recht nicht kräftig/et c.)

Item ad requisitionem Johannis Strumpffens zu Walstadt / M. Febr. A. 1631.  
Et in causa Marien Jobst Michaelis zu Leipzig / M. Nov. Anno 1635.

- 18 At propius ad veram juramenti formulam accidunt verba (*Ita me Deus adjuvet, So wahr mir Gott helfe*) Illa enim in Imperio Romano in formulis juramentorum usurpari solere, in iisque jura-  
menti veri essentiam consistere, dixi ante a. n. 7. † Hac ergo si prioribus addantur, ac mulier intercedens pro marito se obliget, beym Wort der ewigen Wahrheit/und so wahr ihr Gott helfe / dubium non est, quin renunciatio pro jurata ac valida habe-  
atur, non aliter ac si verum & solenne juramen-  
tum ab ea præstitum fuisset, Coler. & Dauth. dd. loc.  
Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 365.

Ita Domini ad consultationem Georgii Salomonis à Posch-  
witz / M. Mart. Anno 1604. (Verba sentent. Hat nun euere Pflegefrau in solche Schuld gewilligt / und sich dabei ihrer weiblichen Gerechtigkeit bei dem Wort der ewigen Wahrheit/ und so wahr ihr Gott helfe/begeben und verzichen / ic. So haben solche Worte die Kraft und Wirkung eines leiblichen Endes/ und ist demnach eure Pflegefrau gedachte Verpflichtung/ ihres darwider gehanen Fürtwendens ungeacht / nachzukommen schuldig / ic.)

Et ad requisitionem Christophori Marci zu Leipzig / M. Feb. A. 1610. (Verba sentent. So haben obangeregte Worte/ inde-  
me sich bemeldtes Weib beym Wort der ewigen Wahrheit/ und so wahr ihr Gott helfe und sein heiliges Evangelium / ver-  
pflichtet / die Kraft und Wirkung eines leiblichen Endes/ dannenhero sie solcher eydlichen Verpflichtung nachzukommen  
schuldig / ic.)

## DEFINIT. VII.

*Efficaciter mulier pro marito absque juramento interce-  
dit etiam quoad res dotaes, iis in locis, ubi hoc mo-  
ribus introductum est.*

- 1 R egulam posui generalem Supr. Def. I. Quod nempe mulier pro marito intercedens efficaciter non obligetur quoad dætem illatam, nisi juri hypothecæ ac beneficio SCti Vellejani juramento renunciaverit, b. Const. §. Ob nun wohl / v. Ies. Doch extra res dotaes &c. Quæ regula uti modis quibusdam ampliatur, ut dixi definitionibus aliquot precedentibus, ita & vicissim quandoque limitatur.  
2 Ac Primo † valet renunciatio absque juramento, iis in locis, ubi hoc moribus fuit introductum, Andr. Gail. lib. 2. obs. 90. Mynsing. cent. i. obs. 29. Dan. Moll. lib. 2. senebr. c. 41. † Habet enim consuetudo vim Legis, l. de quibus. 32. ff. de legib. l. venditor. 13. S. si con-  
stat. 1. ff. comm. pred. † & tolerabilia sunt, quæ vetus comprobat consuetudo, l. Imperatores. 13. in fin. ff. de pollicie. Ant. Fab. in C. L. q. tit. 24. def. 29. n. 3.  
3 † Ac sanè, quia privilegia dotis (quale etiam hoc est, ut doti juramento renuncietur) juris positivi sunt,  
4 Moll. dict. c. 41. n. 4. dubium certè non est, † quin contrario jure positivo, statuto nempe vel consuetudine tolli queant, prout in simili tradit Bald. in l.  
5 1. v. terc. quarto. C. de inoff. dot. † Sanè Const. hæc Elect. consuetudinem, quæ mulierum intercessiones & renunciationes haud jurare sustinentur, in iis so-  
lummodo bonis, quæ extra dotis causam habentur, confirmari facilimè largior Andr. Rauchb. p. 1. q. 34.  
6 n. 72. † ita scilicet, ut in toto Electoratu Saxoniae secundum eam pronunciari debeat. † Attamen consuetudinem particularis alicujus loci, in bonis etiama dotalibus intercessiones mulierum absque juramento factas tolerantem, per id prorsus abrogari haud dixerim, idque ut sentiam nil quicquam me cogit, † modò ejusmodi consuetudo ple-  
7 i ne probata fuerit; † Sunt namque consuetudines stricti juris, ac propterea in individuo probanda, maximè quando à jure communi abhorrent, l. quod non ratione 39. ff. de legib. Anton. Fab. in Cod. lib. 1. sit. 2. defin. 45. n. 19.

Ita Domini in causa Wolfgangi Merters zu Leipzig / M. Jul. An. 1595. (Verba sentent. Es wäre denn das Orts zu Wittenberg durch eine beständige Gewohnheit eingeführet/ und über Rechtsverwehrte Zeit unverbrüchlichen gehalten/ daß die Weiber/ so sich auch ohne End vor Gerichte für ihre Ehemänner verpflichtet hätten/ die Zahlung zu thun angehalten werden/auf den Fall wäre sie sich der Gewohnheit gemäß zu verhalten schuldig/ B. R. W.)

It. ad consultationem Pauli Prufers zu Eisleben / M. Sept. A. 1595. (Verba sentent. Da aber dennoch Vermöge der von euch angezogenen Willkür oder Gewohnheit der Stadt Eisleben der Weiber Verpflichtung für ihre Ehemänner/ wenn sie auch gleich ohne End geschehen/vor kräftig erkannt und gehalten würden/ ic. So würde auch derselben billich nachgelebet/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Valida est in Civitate Lipsia etiam quoad res dotaes intercessio mulieris pro marito haud jurata, ex pecu-  
liari statuto; Quod tamen locum non habet  
in Confutatio.*

S econdò limitatur Regula prædicta, si statuto a-  
liud fuerit introductum. Non enim minor au-  
toritas est statuti, quam consuetudinis, † quippe z  
quod Legis vim habet, iis in locis, ubi viget, c. jus ci-  
vile. g. dift. 1. Bart. in l. omnes populi. g. n. 60. ff. de just.  
& jur. Fel. in c. cum non licet. 12. n. 10. Ext. de pre-  
scripte. † Ita quoque in hac Civitate Lipsia ex pecu-  
liari statuto, quod ab Illustriss. Dn. Pro Electore Sa-  
xon. Friderico Wilhelmo 21. Febr. Anno 1593. con-  
firmatum fuit, Mulier pro marito intercedens co-  
ram judice in loco judicii, autoritate Curatoris  
interveniente, doti ac beneficio SCti Vellejani et-  
iam absque juramento efficaciter renunciat, Dan.  
Moll. b. c. n. 11. Joh. Zang. de except. p. 3. c. 11. n. 189.  
Valent. Franc. de fidejuss. cap. 2. n. 202. † Qum ve-  
rò statuti verba de intercessione mulieris expressè  
loquantur, ad Constitutum haudquaquam trahi de-  
bent. † Sunt enim statuta strictè accipienda, Andr.  
Traq. de Leg. connub. Gloss. 2. n. 23. post pr. Jac. Schult.  
in præt. q. 1. 2. q. 65. n. 32. † Proin si in civitate hac Li-  
psiæ mulier mariti debitum ex constituto in se susci-  
pere velit, non obstante prædicto statuto, mediante  
juramento hoc facere debet.

Ita Domini in causa Catharina Rosens zu Leipzig / Mensa Nov. An. 1630. (Verba sentent. Ob nun wohl Vermöge der Stadt Leipzig Willkür und Statuten des Weibes eydliche Renunciatio bei der Intercession und Verpflichtung vor ihren Ehemännern so notwendig nicht erforderlich wird/dieweil aber dennoch selbige Willkür auf den Fall / da ein Weib ihres Mannes Schulde ex constituto gelt sich nimmt/und ihr eigen mache/nicht zu ziehen/ ic. so mag auch berührte Willkür nicht zu starten kommen/ ic.)

Et in causa Marien Jobst Michaelis Wittwen zu Leipzig / M. Nov. Anno 1635.

## DEFINIT. IX.

*Valet renunciatio mulieris pro marito intercedens,  
etiam in rebus dotalibus absque juramento,  
morte confirmata.*

Tertiò: Valet renunciatio mulieris pro mari-  
to intercedentis absque juramento etiam quo-  
ad res dotaes, si morte confirmata fuerit. † Si qui-  
dem uxor pro marito suo absque juramento inter-  
cedere suisque beneficiis renunciare propterea  
prohibetur, quod ejusmodi intercessio ac renun-  
ciatio sapiat naturam donationis, Bald. in turb. si  
qua mul. numer. 2. C. ad SCum Vellejan. Matth.  
Berlich. p. 2. concl. 19. n. 88. Quæ licet inter conjuges  
prohibita fit, † morte tamen confirmatur, l. bo-  
na quondam. 1. l. donatio. 3. l. si maritus. 10. C. de  
donat. int. vir. & uxor. l. cum bic statut. 32. §. 2. eod.  
tit. Joh. Schneider. ac §. alia. 2. Inf. de don. num.  
59. Ant. Thessaur. decis. 32. n. 13. Heig. p. 2. q. 17. n. 6.  
Jac. Cujac. in expos. Novell. 102. in pr. † Quin &  
mors vim juramenti habet, Andr. Gail. lib. 2. obs. 43.

n.6. Iaf. in rep. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. num. 128.

5 ¶ Unde sit, quod & donatio patris liberis facta morte convalidetur, Gail. 2. obf. 38. Schneidew. dict. §.

6 2. n. 68. ¶ licet alias ea, perinde ac mulieris renuntiatio, haud jure subsistat, si non juramentum accesserit e. cum contingat. 28. extr. de jurejur. c. quamvis 2. de palt. in sexto. Mod. Pift. vol. 2. conf. 19. quest. 2. n. 50.

Ita Domini in causa Matthai Seiffarts zu Möllen / M. Sept. Anno 1625. (Verba sent. Hat euch euer Nachbar/Paul Wosel/wegen einer Schulde/damit er euch verhaftet gewesen/ sein Haus unterpfändlich verschrieben/darein auch sein Ehemann gerichtlichen nebenst ihrem Ehemanne vervolligert/ und sich ihres Rechtes verziehen. Ob nun wohl solche Verzicht ohne End geschehen/dieweil sie aber dennoch bis in ihren Tod dabei verharret/ie. so ist angeregt Vericht morte confirmaret worden/und wird zu Recht vor beständig gehalten/ derowegen sich auch nunmehr ihre Erben des Hauses/ so die Verstorbenen ihrem Manne loco dotis zubracht/vor euch nicht anzumassen haben/ V. R. W.)

#### DEFINIT. X.

Mulier pro marito intercedens absq. juramento, efficaciter obligat bona paraphernalia, modo sit majorennis ac in iudicio Curatore interveniente, SCto Vellejano renunciet.

1 **Q**uarto: denique limitatur Regula supr. defin. I. tradita in bonis paraphernalibus extra dotem marito illatis. Quoad hæc enim mulier, absque juramento quoque pro marito intercedens & jus hypothecæ remittens firmiter obligatur b. Const. § Ob nun wohl/junct. §. Nachdem wir uns denn ¶ Quod quidem dubium non habet in sola renunciatione, seu remissione tacitæ hypothecæ, quæ mulieri in bonis mariti competit, propter verba expressa dict. Const. (In Verzicht eines Unterpfandes) præsertim ¶ cùm & de jure communi remissio pignoris facta marito sustineatur, absque juramento, l. etiam. constante. 11. l. jubemus 21. C. ad SCtum Vellejan. l. unic. §. & cum lex 15. C. de rei uxori. act. Andr.

4 Rauchb. p. 1. q. 34. n. 24. ¶ At qvia verbis illis additur particula (allein) dict. const. v. Und also allein in Verzicht eines Unterpfandes/ie. dicendum videtur, hanc constitutionem Electoralem in simplici & nudâ hypothecarum renunciatione solummodo obtainere, non etiam in ea, quæ intercessio-

5 nem & obligationem sibi annexam habet; ¶ Hæc enim natura est dictionis (tantum vel solummodo)

ut limitet & restringat, Dd. in l. 1. ff. si quis jus dic. non obtemp. & in c. cum Ecclesia 3. extr. de caus. pos-

6 sess. & propr. ¶ Sed benè advertendum, voculam hancce (Allein.) referendam esse duntaxat ad res dotales, aliasque in donatione propter nuptias & dotalithum constitutas, quæ ab hæc dispositione, excipiuntur, ut vult Moll. bic. n. 11. & libr. 1. semebr.

7 c. ult. n. 9. & in fin. ¶ Non etiam ad intercessionem

& obligationem mulieris. Quippe hanc validam-

esse etiam absque juramento quoad paraphernalia bona, ac non minus de intercessione, quam de re-

renuntiacione sanctionem Electoralem accipi debe-

re, ex toto ferè contextu b. Const. apparet, v. Dass

in den Gerichten dieser Landsart hin und wieder solche und dergleichen intercessiones und renuncia-

tiones ohne einige Eydesleistung de consuetudine,

zu geschehen pflegen/ie. Et vers. Sondern nur in

denen Fällen/wann solche und dergleichen interces-

siones, &c. ¶ Quò & faciunt verba Rubr. Ob die

Verpflichtung/ intercession oder renunciation, &c.

Est enima natura dictionis (Seu, vel Et) ampliativa &

9 alternativa, ¶ idemque ponit de uno, quod de al-

tero, Bart. in l. si quis ita. 30. ff. de aur. & arg. legat.

in pr. & in l. siis qui ducenta 13. §. 1. n. 1. ff. de reb. dub.

10 Everh. in loc. à natur. alternant. 108. n. 8. ¶ in quo pas-

su constitutio Electoralis à jure communi recessit.

Etsi enim de jure civili intercessio mulieris pro

marito absque juramento prorsus invalida habeatur, arg. text. in l. vir uxori. 17. §. 2. ff. ad SC. Vellejan.

¶ Attamen de consuetudine in foro Saxonico ap-

probata, hacque Const. confirmata renuntiationem,

quæ intercessionem pro marito & obligationem an-

nexam habet, absque juramento quoque quoad bo-

na paraphernalia subsistere, apparet ex antea dictis,

Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. n. 53. Joh. Zanger. de ex-

cept. part. 3. c. 11. n. 177. Matth. Berl. part. 2. concl. 21.

n. 15. ¶ Modò quatuor hæc requisita concurrant, 12

(1.) Ut mulier sit majorennis, (2.) ut autoritate at-

que consensu curatoris. (3.) in iudicio coram judi-

ce pro marito intercesserit, jusque tacitæ hypothecæ

remiserit, b. Const. 16. §. Ob nun wohl solches. v.

wann solche und dergleichen/ie. (4.) simulque de

beneficio SCti Vellejani certiorata, illi expresse re-

nunciaverit; Rauchb. dict. l. n. 75. Joh. Zang. d. o. II.

n. 179. ¶ Nam & pro extraneo intercedens mulier 13

de SCto Vellejano certiorata ei renunciare debet,

Vid. infr. Defin. 19. ¶ multò magis ergo interce- 14

dendo pro marito, ubi ob metum reverentiale

deceptione facilius metuenda, Salyc. in Auth. si que

mulier. C. ad SC. Vellej. n. 3.

Ita Domini in causa Catharinen Hubers zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sent. So viel aber euer ander Etw. und Zubringen anlanget/verbleibt es bey der gethanen Renunciation und Intercession, (unangesehen dieselsbe nicht endlichen geschehen/weil ihr gleichwohl gerichtlichen nebst einem Curatore dem beneficio SC. Vellejani, dessen ihr zuvor erinnert worden/ renuncierte) billich/ und ihr habt euch deswegen für denen Gläubigern/ in derer Unterpfand ihr gewilligt/ ei- niger Erstigkeit nicht anzumassen/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Erhardi Sieghards zu Annaberg/M. Jun. Anno 1633. (Verba sentent. So viel aber ihre Parapher- nal-Güter außer dem Ehe-Gelde oder Heyrath-Gut anlanget/bleibt es bey der gerhanen Renunciation usi Intercession, unangesehen dieselsbe nicht endlichen geschehen/billich/ und sie hat sich deswegen für euch einiger Erstigkeit nicht anzumas- sen/ V. R. W.)

Et in causa Simon Grünwalds zu Scheitz/Mens. Jan. Anno 1635. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch aus dem Consens nicht zu befinden/dass beweldte des Schuldeners E- heweb selbst gegenwärtig gewesene/ und nebenst ihrem Curatore sich gerichtlichen ihres Einbringens so weit verzehren/ und dem beneficio SC. Vellejani, altermassen solches von nöthen gewesen/gebührlich renuncierte/ie. So ist auch beweldte Renunciation und Intercession nicht kräftig/ie.)

#### DEFINIT. XI.

Bona uxoris ad maritum apportata in dubio non do- talia sed paraphernalia habentur.

**M**agno inter bona mulieris paraphernalia & dotalia quia est diversitas, quoad illa enim renuntiatio ac intercessio pro marito absque juramento etiam valida est, quoad hæc non itidem, Def. prec. utique multum refert nosse, ¶ quenam bona dicantur dotalia? Ubi expeditum est, siquidem de bonis mulieris tempore contracti matrimonii certa fuerit inita conventio, ¶ etiam si dotalis mentio facta haud fuerit, ea dotis nomine illata censeri, secundum tradita Hart. Pift. obf. 46. n. 2. At quid si de bonis nil dictum, sed simpliciter matrimonium con- tractum fuerit? ¶ Tum bona mulieris in dubio non dotalia sed paraphernalia censeri, ita ut efficiat renuntiatio mulieris etiam absque juramento, unanimis fere est Interpp. sententia, Andr. Gail. l. 2. obf. 82. ubi Bernh. Græv. Dan. Moll. ad Const. E- letz. 28. num. 38. & seq. Jac. Thoming. decis. 18. & 30. Ant. Fab. in C. lib. 5. tit. 7. defin. 18. n. 1. Frid. Pen- sold. in addit. ad Coler. p. 2. decis. 22. n. 12. Jac. Schult. q. præf. 46. n. 10. & 11. Matth. Wesenb. conf. 25. Hart. Pift. dict. obf. 46. n. 5. & 6. ¶ ubi hoc usque adeo ve- 5 rum

rum existimat, ut etiam si vir tali dote dignus esset, non tamen propterea mulier censeatur bona sua dedisse in dotem, † siquidem matrimonium potest esse sine dote, ut est text. in l. fin. C. de repud. & in Autb. de nuptiis. §. si quis enim v. Et si mulier. 7 † Et facti est dotis Constitutio, perinde ac ceteri contractus & traditio quilibet l. i. §. ult. ff. de Cur. 8 fur. junct. l. i. C. de dor. caus. † Quare in dubio non presumitur, nisi probetur, l. 2. ff. de prob. Ant. Fab. 9 d. def. 18. n. 2. † Sufficit tamen conjecturata probatio, utcunque enim dotis constituenda animus queratur, conjecturata potest admitti, arg. l. seqg. 9. §. ult. ff. de jur. dot. l. dotem. 30. ff. eod. tit. Thoming. dict. loc. Hart. Pst. dict. obf. 56 n. 11. & seqq. Sanè si vel minima constitutionis praecedentis presumtio 10 oemergat, bona censemuntur dotalia, † Veluti si ex parte mulieris traditio vera intercesserit, & maritus bona acceptaverit, eaque veluti rem propriam possederit, usurparit & consumserit, Jac. Thoming. dict. decis. 30. n. 35. Welenb. part. 7. cons. 333. n. 71. Moll. dict. loc. n. 39. Cæsar. Ursil. in annot. ad decis. Matth. de Afflict. 44. n. 4. Phan. de Phanuc. de lucr. dot. gl. 11 10. n. 40. Ant. Fab. dict. defn. 18. n. 5. † Aut si bona idcirco mulieri donata aut legata fuerint, ut essent ei in dotem, vel ipsi solverentur cum nuberet, l. Titio centum 71. §. Titio genero 3. ff. de condit. & de monstr. † Plane in ea muliere, quæ secundas contrahit nuptias, longè minor est dubitatio, quoniam ex prioris matrimonii tabulis conjectura capi potest. † Nam quæ dos in priore matrimonio data fuerit, eadem quoque in secundo, si aliud nil obstet, repetita intelligitur dict. l. dotem 30 ff. de jur. dot. Ant. Fab. dict. loco n. 12.

Ita Domini in causa Gabriele Strumpffens & hered. Christoph Demuths zu Greifberg/ M. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Olevius im Zweifel / der Welber ihren Ehemännern gebrachte Güter vor Paraphernal-Güter zu achten / so ist auch die von Klägerin beschobene renunciation, ungeachtet sie nicht eydlich / zu Recht beständig / ic. Sie könnte dann wie zu Recht beschreiben und beibringen / dass sie ihr Einbringen dem Ehemanne als Ehegeld und loco dotis zugewendet / dessen geschah sie auf solchen Fall / weil ihre renunciation nicht eydlich geschahen / billich / V. R. W.)

Et in causa Georgii Wengelhains zu Hartsa/ Mens Dec. Anno 1636.

#### DEFINIT. XII.

*Renunciatione ac intercessione mulieris pro marito valida in terris Electoratus Saxonici, ei indistincte nocet, etiam si maritus nulla alia bona habeat, ex quibus mulieri satisfieri queat.*

1 **D**ubium sanè non est, quin per intercessionem ac renunciationem juratam mulier tam in bonis dotalibus quam parapernalibus sibi noceat, etiam si alia mariti bona non supersint, † propter virtutem & efficaciam præstigiij juramenti, c. pervenit. 4. ubi Canonis. extr. de empl. & vend. Dd. in c. cum contingat. 28. extr. de jurejur. Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. n. 57. Joh. Zang. de except. part. 3. c. 11. n. 182. Joh. Camp. in tr. dot. part. 4. q. 13. v. præd. † Sicuti & per simplicem ac nudam hypothecæ renunciationem, absque intercessione in totum sibi & judicat, etiam si maritus non sit solvendo, Matth. Berl. part. 2. concl. 21. n. 30. † At hoc expeditum non est, an renunciatione hypothecæ intercessionem annexam habens ita mulierem obliget, ut de bonis parapernalibus teneatur, etiam si marito alia bona non restent, que ut cor in Compensationem sufficiant? † Quod negat Joh. Zang. dict. c. 11. n. 177. idemque sensibile videtur Andr. Rauchb. dict. loc. n. 55. & seqq. Quorum esertio de jure quidem civili subsistere potest, † Sed in foro Saxonico ejusmodi limitationem genera-

itas Constitutionis hujus Electoralis non admittit. † Quin potius intercessiones ac renunciations mulierum etiam injuratæ, dummodo interveniente autoritate Curatorum & judicialiter fiant, ita confirmat, ut perinde habeantur, ac si mediante juramento factæ fuissent, Dan. Moll. hic n. 8. in med. quas indifferenter mulieribus præjudicare modo dixi: † Ut sic in terris Electoratus Saxonici hodie nihil referat, alia bona maritus habeat, annon, sed indifferenter quoad paraphernalia bona mulieres ex intercessione ac obligatione pro marito obligantur, † idq; ultra jus commune consuetudo hæc Const. approbata operatur, ne plane effectu suo careat, ut recte visum fuit Dan. Moller. hic. num. 5. & 11. lib. 1. semestr. cap. 43. num. 5.

Ita Domini in causâ Reginen Schwanders zu Melzen/M. Dec. Anno 1629. (Verba sent. Dicte: id ihr selbsten berichtet/ dass ihr nebenst euerm Curator gerichtlichen und mit Vergebung des beneficij SC. Vellejani, in euers Mannes Schuld genügiget/ und vor denselben inrecedet/ ic. So seyo ihr auch solcher Verpflichtung nachzukommen/ und ungeacht ihr euch an andern euers Mannes Gütern hinwiederum nicht zu erholen/von euera Paraphernal-Gütern die Zahlung zu leisten schuldig/ ic.

#### DEFINIT. XIII.

*Neg. ob lesionem enormissimam rescindenda est renunciatione ac intercessio mulieris pro marito facta ex capite restitutionis.*

**E**xinde, quod dictum Def. prec. mulieres ex renunciations ac intercessionibus pro marito factis, indifferenter in terris Electoratus Saxonici obligari, etiam si alia mariti bona non supersint, consequenter inferre licet, † ne quidem ex capite lesionis enormissimæ mulieres adversus ejusmodi intercessiones esse restituendas, cum Dan. Moll. hic n. 6. Andr. Rauchb. p. 1. q. 14. n. 80. † Et cum renunciations ac intercessiones hisce in terris ut plurimum fiant ab uxoribus eorum, qui præter ædes, quas Creditori suis oppignorant, bona alia immobilia haud possident, certè, si restitutio admittenda esset, constitutio hæc exigui foret effectus, ut bene animadvertisit Moll. dict. loco. † Nec satis cautum erit Creditori, si non obstante renunciatione Restitutio mulieribus competere, propterea, quod alia bona, è quibus dotes suas consequantur, mariti non habeant. † Minus verò beneficio restitutionis gaudebunt mulieres contra renunciations ac intercessiones juratas, propter Constat. Elect. 35. p. 2. Rauchb. dict. loco. Moll. lib. 1. semestr. 43. & lib. 3. semestr. 39. Welenb. part. 1. cons. 23. n. 47. cum seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Vitemassen Ihr auch wider die beschobene renunciation und intercession, Restitutionem in integrum zu suchen nicht befugt seyd / V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Extra Saxonia-tamen Electoratum Renunciatione hypothecæ mulieri non obest, si maritus solvendo non sit, nec ei de bonis illatis aliunde satisfieri queat.*

**N**eutiquam igitur obstat in opia mariti, quod minus mulier, facta renunciatione ac intercessione pro ipso efficaciter obligetur, idque in foro Saxonico expeditum est, Defin. duab. preced. † Sed aliter se res habet de jure communii, ubi ex sententiâ Iriterpp. vulgari pignoris remissio mulieri non præjudicat, si maritus non sit solvendo, vel tot bona non habeat, quot ad dotis restitutionem sufficiunt, arg. Autb. five à me & l. jubeimus. 21. C. ad SCram Vellejan. ubi Castr. num. 5. Salycket. num. 3. Bartol. n. 4. Dan. Moll. lib. 1. semestr. 43. num. 2. Rauchb. part. 1. question 34. num. 27. Negutz. de pignor. in 3. membr. 6. part. num. 14. † Ratio est, quod donatio inter con-

- judges non valeat, l.i. & tot. tit. ff. de donat. int. vir. & uxori. ¶ Licet namque remissio pignoris regulariter donatio non sit, l.6 si pignus. 18. ff. que in fraud. Credit. eò quod extincto pignore nihilominus mulieri contra maritum actio personalis superfit, l.3. ff. de paß. l.1. ff. de liber. legat. l. Lucius. n. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ¶ Attamen si maritus præter pignus nihil in bonis habeat, remissio pignoris in effectu donatio est, ¶ cum is nullam videatur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis est actio l. nam is nullam. 6. ff. de dolo malo. Rauchb. dict. loc.

Ita Domini in causa Henrici Müllerichs zu Leipzig/Mense Octobr. Anno 1601. (Verba sententia: Ist Nicol Becker zu Frankfurt an der Oder euch und andern seinen Gläubigern mit vielen Schulden verhaft gewesen/verowegent et mit euch allerseits einen Vertrag auffgerichtet/ in welchen sein Eheweib gewilligt/und sich dabei aller Fräulichen Gerechtigkeit Gerichtlichen/ iedoch ohne Beyseyn eines Kriegischen Vormundens/ und auch ohne Eyd begeben. Ob nun wohl solche Vermölligung und Renunciation Vermöge gemeiner Kaiser-Rechte kräftig: Da aber dennoch gedachter Nicol Becker über seiner Gläubiger Schulden/ gegen welchen sein Weib sich verpflichtet/ so viel an Gütern nicht haben würde/ daran sein Weib ihre Mitgiff erlangen könnte. So möget ihr auch derselben an Bezahlung ihrer Mitgiff nicht vorgezogen werden/ B.R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Renunciatio hypothecæ facta generaliter uni Creditori, non prejudicat mulieri quoad alios Creditores.*

- 1 N muliere consentiente & renunciante juri hypothecæ specialiter receptum est, ut non nisi quoad eum, cuius favore facta renunciatio est, sibi præjudicet, ¶ adeò ut aduersus alium quemlibet possessorem perinde hypothecariam exercere possit, ac si jus hypothecæ nunquam remisisset, nec in Concurso Creditorum cæteris postponenda sit, ex Constitutione Justiniani in l. jubemus. 21. C. ad SCrum Vellejan. ¶ Ut ita nec ad alias personas, neque ad res alias, quam de quibus nominatum actum est, renunciatio extendatur, ¶ quod in cæteris Creditoribus hypothecaria jurare mittentibus secus se habet, l. sicut 8. §. 1. l. Paulus respondit. 12. in pr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Hartman. Pistor. lib. 3. quest. 6. numer. 19. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 21. defin. 15. num. 3. Idque de jure Civili expeditum est; ¶ Num autem in foro Saxonico idem obtineat, res dubio non caret. Equidem Dan. Moller. propter verba hujus Constitutionis generalia, renunciationem mulieris adeò extendit, ¶ ut etiam mulieri quoad res mariti & personas omnes præjudicare existimet, lib. 1. semestr. 43. numer. 10. quem sequitur Andr. Rauchb. lib. 1. question. 34. numer. 60. & Matth. Berlich. part. 2. concl. 21. num. 10. ¶ Sed Illustrissimum Electorem dispositioni dict. l. jubemus. C. ad SCrum Vellejan. quidquam derogare voluisse b. Constit. novella, neque ex verbis, neque ex mente ejus appetat; ¶ Merito ergo in foro quoque Saxonico è adhuc standum erit, quod enim jure municipalí non expressè constitutum est, id sub juris communis dispositione relinquitur, l. si extraneus. 6. ff. de condit. caus. dat. Bald. in l. si plures. 6. numer. 29. C. de condit. insert. Ludov. Roman. confil. 167. in fin. Octav. Cacheran. caus. 20. num. 15. Hartman. Pistor. lib. 1. question. 32. num. 8.

- 9 ¶ Nec verba generalia renunciationis contra hanc dispositionem urgeri poterunt; siquidem in contractibus id potissimum sequimur, quod actum est, 10. semper. 34. ff. de Reg. jur. l. 1. §. 1. ff. de paß. ¶ Et cum prius de certo contractu aut re certa actum

fuerit, aut cum certa personâ, quæcumque postea conventioni subjiciuntur, ad id, unde Conventio nata est, hoc est, ad id, de quo actum est, referri intelliguntur, l. qui cum tutoribus. 9. §. ult. ff. de transact. l. Creditor. 12. §. si tecum. 4. ff. qui pot. in pignor. ¶ Ut maximè ergo in foro etiam Saxonico, generalis remissio pignoris ita concepta sit, ut omnes personas, omnes contractus & res omnes verbis continere videatur, ¶ non tamen nisi ad certas personas, certos contractus & res certas, de quibus antea actum est, pertinet, Johan. Zanger. de except. part. 3. cap. 11. num. 107. Usque adeò, ut idem dicendum existimem, ¶ et si mulier juramento interposito, hoc modo renunciaverit, juramentum enim recipit omnes qualitates, & conditions ejus actus, cui adjicitur, l. ult. ubi Dd. C. de non numer. pecun. cap. pervenit. 2. cap. quemadmodum. 25. extr. de jurejur. ¶ Et licet juramentum renunciantem arcuus & efficacius devinciat, ¶ eundem tamen non in plus obligat, Jason. in l. si convenerit. 18. num. 8. ff. de jurisd. sed renunciationi, quæ stricti juris est, appositum, ejus naturam induit, neque extendi potest ad non cogitata, Wesenb. part. 1. cons. 15. num. 5. ¶ Planè, si mulier generaliter, non in unius vel alterius Creditoris, sed mariti gratiam juramento interposito renunciet, & vel omnia, vel certa quædam bona hypothecæ det, videtur renunciasse quoad omnes, Dan. Moller. dict. cap. 43. num. 11. Rauchb. dict. quest. 34. num. 68. Zanger. dict. cap. 11. num. 21. ¶ quia juramentum vim specialis consensus habet, & ad cogitata in genere extenditur, Salyc. in l. 1. C. commod. Roland. à Vall. vol. 1. confil. 6. num. 57.

Ita Domini in causa Dorothæ, Uxor Georgii Hartmuths zum Hayn/Mense Jun. Anno 1596. (Verba sentent. Ob ihr gleich gegen eilichen euers Chemanns Gläubigern euch eurer Weiblichen Gerechtigkeit durch euren Kriegischen Vormunden Gerichtlichen verziehen und begeben / und demnach denselben in der Bezahlung nicht vorgehen können / So mag euch doch solches gegen den andern Gläubigern/ so kein älter und besser Recht haben/ als diejenige/ denen die renunciation und Verzicht geschehen/ zu Nachteil nicht gereichen/ sondern es wird euch vor thnen euer eingebaute Gut billich gefolget/ u.)

#### DEFINIT. XVI.

*Facta renunciatione tertio Creditori, causa intermedio Creditoris melior non efficaciter in concursu Creditorum, sed tertius in locum mulieris renunciantis succedit.*

Causa ponitur talis: ¶ Quatuor sunt Creditores hypothecarii, Mulier scilicet, Secundus, Tertius & Quartus. Repetit autem mulier bona illata, exempli gratia centum florenos. ¶ Tertius ex causa mutui quinquaginta, cui voluntate mulieris pignus fuit nexum. Inter hosce mulier quidem omnibus anteponitur, ¶ non respectu totius, sed dimidiæ tantum summa, cum pro parte altera nempe pro quinquaginta tertio in prioritatis jure celerit, idque expeditum est propter text. in L Titius. 9. §. Titius. 1. l. Paulus respondit. 12. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 34. num. 37. ¶ Sed num statim tertius succedat mulieris pro altera parte, cuius ratione voluntate mulieris hypothecam fuit consecutus, dubio non caret. ¶ Existimare equidem quis posset, secundo loco esse Creditorem secundum, ac tertio demum tertium, cui mulieris voluntate pignus quæsumum fuit, & quandois quinquaginta accepit, succedere ei mulierem respectu alterius dimidiæ partis ac quarti præferri, ceterisque insequentibus Creditoribus, ¶ quod sensisse videntur. Andr. Rauchb. dict. loc. ubi

*ubi allegat Salyc. in l. 3. n. 2. C. de remiss. pignor. Negutz. in tract. de pignor. 3. membr. 6. pars. princ. num. 13. Molin. de usur. quest. 89. num. 685. † At contrarium placuit Scabinis Lipsiensibus, Mulieri scilicet, solutis ei quinquaginta florenis, tertium statim succedere, postea secundum Creditorem, dehinc mulierem respectu alterius dimidiz 8 partis, † ita ut mulier tertio, cui renunciavit, quo ad quinquaginta florenos, locum relinquat, ac vicissim horum ratione in ejus classem succedat, nec per id intermodii secundi Creditoris causa melior efficiatur. † Videtur enim inter mulierem & tertium Creditorem hoc fuisse actum, ut jus hypothecæ prioris, quod mulieri competit, cedatur Creditori, non cuius locum mulier vicissim substituatur. † Semper autem sequimur in contractibus id, quod actum est, l. semper 34. ff. de reg. jur. l. i. §. 1. ff. de part. 11 † Idque hodiè minus dubium habet, propter text. in Ordin. process. judic. Saxon. Elector. tit. 46. §. 12 Darum wollen wir/xc. † Quod tamen non alter intellectum velim, quam si mulier ex solo jure prioris hypothecæ certat adversus reliquos Creditores hypothecarios, non etiam ex jure prælatonis, quod & iis præfertur, qui priorem habeat tacitam hypothecam, † Hoc enim jus prælatonis alteri non potest cedi, S. fuerat. 29. ubi Schneidew. num. 30. Inst. de act. Dyn. in l. si minoris. 25. ff. de ad- ministr. tutor. Jason. in l. si constante. 24. numer. 231. 14 & seqq. ff. solut. matrim. † Quare nec renuncia- 15 tio mulieris obesse poterit Creditori, cui prius bona debitoris tacite sunt obligata, quo minus tertio Creditori præferatur.*

Ita Domini in causa creditorum Christophori Augwers zu Grünhain/Mense Augusto, Anno 1621. (Verba sentent. Zum dritten des Schuldeners Wittwe 150. Fl. eingebrachtes Gt. / jedoch bescheidenlich/ und also/das hier vor Catharina Türtin wegen 37. Fl. 7. Gr. gegen welcher sie aller ihrer Be- rechtigkeit in ihres Mannes Gütern renunciret / befriediget werde. Zum vierdten Paul Kluzner 20. Fl. Zum fünften des Schuldeners Wittwe 37. Fl. 7. Gr. so Catharina Türtin liquidiret/an welcher statt sie getreten/xc.)

Et in causa Georgii Wagners zu Leipzig/Mense Junio, Anno 1596. (Verba sententia: Und dann von demjenigen/ was dem Weibe zu Recht zuerkannte / bemeldten Creditori, gegen denen sie Verzicht gethan/ auf ihre Bezahlung billich gefolget wird/xc)

Item in causa Creditorum Christophori Reitnicens ad consultationem Hans Georg Plögens auf Thalwig/Mense Febr. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVII.

*Mulier non pro marito, sed pro extraneo intercedens, absque juramento obligatur, etiam quoad bona dotalia.*

**H**actenus de renunciatione ac intercessione mulieris pro marito facta, in qua cautiùs agendum, ut ex præcedentibus appareat. † Facilius autem obligatur mulier pro alio quovis extraneo intercedens, ubi notanda hæc regula; † Quod mulier quævis pro alio, quam marito intercedens efficiaciter obligetur, etiamsi absque juramento beneficiario SCti Vellejani renunciaverit, l. ult. § fin. ff. ad SCtum Vellejan. bāc Constit. ubi Dan. Moller. in pr. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 34. num. 5. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 11. num. 115. & seqq. † Indifferenter siquidem mulieres, sive solutæ sint sive maritatae, pro extraneo absque juramento intercedere, & se suaque bona obligare, nec non hypothecæ, quam in bonis alicujus debitoris habent, renunciare, eamque remittere possunt, Matth. Berlich. p. 2. concl. 21. num. 47. † Modò quatuor hæc requisita probè observentur: (1.) Ut mulier sive maritatae soluta renuncians sit major natu. (2.) Ut Cu-

ratoris consensu atque autoritate. (3.) In judicio. (4.) Beneficio SCti Vellejani renunciet, bāc Constit. 16. in pr. & circa fin. † Quæ requisita etiam in intercessione mulieris pro extraneo facta necessariò & de formâ substanciali requiruntur, Berlich. dīl. concl. 21. num. 2. Rauchbar. dīl. loc. num. 79. Illud tantummodo in controversiam vocatur, † an e- iusmodi renunciatio mulieris pro extraneo facta absque juramento valida quoque & efficax sit quoad bona dotalia in foro Saxonico? † Quod negat Jo- han. Zanger. dīl. cap. 11. num. 179. per hanc Con- stit. 16. in verb. Gedoch extra res dotalales &c. ubijuramentum mulieris exigitur. † Verum, ex toto hujus Constitutionis contextu apparet, quod verba illa intelligi debeant de èa renunciatione & intercessione, quam mulier facit pro marito, non pro extraneo. † Quod & manifestè probant verba in 10 vers. Auch Jungfrauen und Wittwen/xc. Nisi quis dicere velit, Virgines etiam habere bona do- talia, donationem propter nuptias & dotelitium. † quod tamen absurdum est, ut probè notat Berlich. i 11 dīl. concl. 21. numer. 48. rectè afferens, mulierem maritatem pro extraneo intercedentem, absque ju- ramento etiam bona dotalia obligare, siquidem hoc casu metus reverentialis cessat, † qui aliàs mu- 12 lierem ad intercedendum pro marito facile inducere potest, ob quem intercessio quoad bona do- talia, non nisi jurata valet, Salycket. in Autb. si qua mulier. n. 3. C. ad SCtum Vellejan. Andr. Rauchb. dīl. qu. 34. n. 9.

Ita Domini in causa Ixoris Ulrici Wellers zu Pirn/Mens Oktobr. Anno 1598. (Verba sententia: Hat einer Ehemalig sich vor ihren Better 180. Thaler halber in Bürgschaft eingelassen/ und dem beneficio SCti Vellejani renunciret. Da nun solche Bürgschaft und Renunciation von ihr Gerichtlichen auf vorgehende Erinnerung in eigener Person/und mit eurer und ihres Kriegschen Vormundens Verwilling ge- schehen/xc. So wäre gedachte euers Weibes Verpflichtung ungeachtet das dieselbe nicht endlichen geschehen/ zu Recht frastig/ V. D. W.)

Et in causa Christophori Götschens zu Erbschau/Mense Jan. Anno 1597.

Item nach Podelwitz an Gerichts-Verwalter/ Mensl Aug. Anno 1634.

#### DEFINIT. XVIII.

*Renunciatio mulieris in domo judicis extra locum judicii facta valida non est.*

**E**xistimare equidem quis posset, Renunciatio- nem ac intercessionem mulieris extra locum judicii, in præsentia tamen à domo judicis factam, judicialem ac validam esse ad instar testamenti, taut donationis factæ coram judice in domo testatoris, Constit. Elect. 3. p. 3. l. current Magistratus. 22. ff. de testib. Johan. Schneidew. in §. alie. 2. num. 10. Inst. de donat. Beust. ad l. admonendi. 31. num. 489. ff. de jurejur. † Nam & acta judicii intelliguntur ibi esse, ubi aliquid sit autoritate judicis, quocunque loco, etiam extra judicium, l. 5. ff. de manum. vir- dīl. Matth. Wesenbec. in parat. ff. qui test. fac. poss. num. 10. Jason. in l. is apud quem 2. num. 4. C. de edendo. † Quin & renunciatio ac intercessio pro alio absque dubio est actus voluntariae jurisdictionis, qui aliàs coram judice ubique locorum, non solùm in judicio, sed etiam extra illud expediri potest, §. servi vero à Dominis. 2. Inst. de libert. §. preterea. 6. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. l. 2. ff. de offic. proconf. l. 8. C. de feriis. l. 3. C. de emancip. liber. † At, clara sunt verba hujus Constit. in fin. §. Ob nua wohl/ ibi: Und in judicio ergiengen und fürge- nommen würden/xc. Ex quibus luculent patet, † tum demum renunciationem mulieris valere, si in

in iudicij loco, non etiam in iudicis domo facta fuit.  
erit. † Et iudex, nisi sedeat pro tribunali, dici-  
tur intervenire tanquam privatus, ejusque autori-  
tas interposita nihil operatur, nec in actu volunta-  
rio, nec necessario, ubi requiritur autoritas iudicis,  
Bursat. consl. 307. num. 85. Herm. Vultej. vol. I. conf.

¶ Marp. 34. n. 55. † Quamvis fecus res se habeat, si ju-  
stitia ex causâ mulier in iudicio se sistere impedita, ex  
iudicio Scabinos quosdam vel Decuriones ad se ac-  
cessat, & coram illis pro alio intercedat; † Ejusmodi  
namque intercessionem valere, usus probat quotidiani-  
zoanus; † Veluti etiam de obligatione judiciali Scabi-  
norum ex loco iudicij, iura de testamentis, ac dona-  
tionibus antea allegata sunt accipienda, ut probat  
dict. Confl. Elect. 3. p. 3. ubi Dan. Moller.

Ita Domini ad consultationem Johannis Niesens zu  
Schmiedeberg/ Mensis Novembr. Anno 1619. (Verba sententia:  
Da aber dennoch solche des Weibes Renunciation nicht vor  
dem Rath oder Gerichten des Orts/ und also in iudicio, son-  
dern nur in des damahlichen regierenden Bürgermeisters Be-  
hausung und Wohnstuben/dahin sie gefördert worden/ gesche-  
hen/ ic. So mag auch angezogene Renunciation für beständig  
nicht geachtet werden/ ic.)

#### DEFINIT. XIX.

*Non valet renunciatio ac intercessio mulieris, nisi  
prius de beneficio SCti Vellejani certiorata, ita  
ei expressè renunciaverit.*

¶ Ndubitati juris est, mulierem beneficio SCti Vel-  
lejani firmiter non renunciare, priusquam de hoc  
certiorata fuerit, Andr. Gail. lib. 2. obserp. 77. num. 3.  
2. † Quippe mulier præsumitur ignorare jus suum ac  
beneficium SCti Vellejani, l. 1. §. ult. ff. de. edend. l.  
regula. 9. post pr. ff. de jur. Et fact. ignor. Monoch.  
lib. 3. pref. 82. num. 6. † Juri autem ignoto ne-  
mo renunciare videtur, arg. l. 6. §. 8. ff. qua in-  
fraud. credit. l. mater decedens. 19. vers. ceterum si  
4. quis. ff. de inoffic. testam. † At num in fore etiam Sa-  
xonico solennitas certiorationis bodis requiratur, dis-  
5. ceptari solet. † Sanè idipsum negant Dan. Moller.  
b. t. c. n. 14. Et seqq. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 34. n.  
76. Valent. Franc. in tract. de fidejuss. cap. 2. num. 201.  
6. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 7. num. 513. † pro-  
pterea, quod Constitutio b. c. Electoralis certiora-  
7. tionis mentionem non faciat. † Sed fragile admo-  
dum hoc argumentum est, sufficit namque de jure  
communi certiorationem SCti Vellejani ad renun-  
ciationem & intercessionem mulieris maxima opere  
8. requiri, ut modò dictum fuit; † Quod quia b. c.  
Constitutione expressè correctum non est, cur in  
fore Saxonico stare prohiberetur, l. 32. in fin. C. do  
9. appellat. l. sancimus. 27. C. de test. † Rectius itaque  
meo iudicio sentit Joh. Zanger. intercessionem  
mulieris ne quidem in fore Saxonico validam ha-  
beri, nisi de beneficio SCti Vellejani certiorata ei  
renunciaverit, in tract. de except. part. 3. cap. 11. num.  
204. (ubi ita à Wittebergenibus pronuntiatum  
testatur) quem sequitur Matth. Berlich. p. 2. concl.  
1021. numer. 20. † Nec obstat ratio Moller, quod

in renunciatione judiciali, ut & jurata, cui Saxo-  
nica renunciatio æquipolle, certioratio non re-  
quiratur. † Utrumque enim falsum esse, pa- 11  
tet ex traditis Anton. Tessaur. decis. 222. numer. 6.  
& num. 11. 12. Et Berlich. dict. part. 2. concl. 19. num.  
37. Et 40.

Ita Domini ad consultationem VVolffgangi Rogels zu  
Leipzig/ Mensis Febr. Anno 1577. (Verba sententia: Ob  
sich gleich euer Ehemahl für Hans Schirmern in Bürgschaft  
eingelassen / Da sie aber dennoch des beneficii SCti Vellejani  
auf vorgehende nochdürftige Erinnerung / sich bestän-  
diglich nicht verziehen hätte/ ic. So wäre solche Verpflichtu-  
ng zu Recht unkräftig/ ic.)

Et ad requisitionem Johannis Nelsens zu Zwischen/Mens.  
Anno 1632. (Verba sententia: Dieweil aber dennoch  
nicht zu befinden/ daß beniente Wittwe bei beschener In-  
tercession für ihren Ehemal/ des beneficii SCti Vellejani er-  
innert worden/ noch denselben gebührlich renunciaret habe/  
So mag auch angezogene Intercession und Verpfändung für  
beständig nicht gehalten werden/ ic.)

#### DEFINIT. XX.

*Renunciatio mulieris pro marito facta non preju-  
dicat mulieri, quoad bona alia marito nun-  
quam illata.*

F Allunt certè, qui renunciationem mulieris, 1  
pro marito debitore factam, ad quævis & sin-  
gula mulieris bona extēndunt, ita ut ea, qualiacun-  
que etiam sint, pro marito exsolvere teneatur: † Hoc 2  
enim si verum esset, renunciationem à Constituto  
parùm differre dixerim, quippe quod utroque casu  
mulier constitueretur debitrix principalis. † Sed 3  
quām multūm differat renunciatio à Constituto,  
vel inde patet, quod hoc incommodum majus,  
quām ipsa etiam fidejussio in se comprehendat, ut  
notat Anton. Hering. de fidejuss. cap. 18. num. 5. † Ef-  
fectus vero renunciationis in eo solummodo consti-  
tit, ut mulier Creditoribus, quibus facta est renun-  
ciatio, haud præferatur in repetitione bonorum:  
illatorum, † nempe quod jus hypothecæ & præ-  
lationis abdicaverit, b. Coasit. 16. Johan. Zan-  
ger. de except. part. 3. cap. u. numer. 179. † Er-  
go non præjudicabit renunciatio mulieri in bo-  
nis, marito nunquam illatis, quippe quæ nec à  
marito repetrere, nec quorum ratione illum jus  
hypothecæ vel prælationis prætendere valet. † Quin 7  
& ea est natura renunciationis, ut nec ad alias  
personas, nec ad res alias, quam de quibus no-  
minatim actum est, extendatur, Nicol. Boë. quest.  
23. num. 9. ad fin. Anton. Fab. in Codic. lib. 4 tit. 21.  
defin. 15. num. 2.

Ita Domini in causa Hansen Kalbens zu Leipzig/ Mensis  
Febr. Anno 1636. (Verba sententia: Ob nun wohl des  
Schuldners Ehemahl in solche Schulde gewilligt / und  
sich ihrer weiblichen Gerechtigkeit begeben. Dieweil aber  
dennoch obgedachte 200. fl. ihrem Ehemanne niemahls  
zubracht / sondern vor sich behalten / und von dem The-  
gen die Zahlung zu leisten nicht gewilligt / ic. So mag  
sie auch Kraft ihrer Verwillingung von berührten 200. fl.  
vor ihren Ehemann etwas zu zahlen nicht gedrungen werden  
(B. R. W.)

## CONSTITUTIO XVII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wann der Bürgen Verzicht und Renunciationen general seyn / ob sie dadurch aller Rechtlichen Wohlthaten verlustig werden?

**S**haben die Bürgen in Rechten etliche Wohlthaten / als Excussionis, Divisionis, Cedendarum actionum, &c. derer sie sich gebrauchen mögen/ wosfern sie denen nicht renunciret.

Nun ist Zweifel gewesen/ob durch eine allgemeine General-Verzicht die Bürgen von diesen Wohlthaten werden ausgeschlossen/ oder aber/ ob in specie um ausdrücklichen solche Wohlthaten müssen angezeigt/ und denen also wirklich Verzicht geschehen.

In diesem haben die Schöppenstüle wider einander gesprochen/etliche seynd der Meynung/ daß durch die General-Verzicht den Bürgen solche Wohlthaten benommen werden/und daß nicht nothig sey/ deren in specie und ausdrücklich zu gedenden.

Etliche aber seynd der andern opinion, daß ungeachtet solcher distinction nothwendig sey/ daß die Bürgen in specie sich derselben begeben/und daß sie durch eine general- und allgemeine renunciation nicht sollen gefährdet werden.

Damit aber diese Dinge zur Gewissheit gelangen/so lassen wir uns die letzte Meynung gefallen/nemlich/ daß in solchen Fällen eine ausdrückliche und specificirte Renunciation erfordert werde/und zu diesem Ende keine General-Renunciation, wann gleich dieselbige auf die Wohlthaten/so den Bürgen in Rechten gebühren/ in gemein gerichtet/ nicht statt haben soll/ jedoch mit dieser restriction, wann einem oder mehr beneficien in specie renunciret/ und solcher specification eine generalis renunciatio angehänget würde/ daß alsdann auch dadurch andere mehr special- Wohlthaten begriffen / und sich der renificant aller beneficien zugleich begeben und verzichten haben soll/darauf also unsere Hof-Gerichte/ Facultäten und Schöppenstüle erkennen sollen.

## DEFINITIONES.

1. Renunciatione generali nemo excluditur à beneficiis fidejussorum, etiam si omnibus ac singulis juris ac Legum beneficiis, que fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.
2. Expresso uno vel altero beneficio, generalis renunciatio quoad reliqua omnia effectum sortitur, siue praecessit, sine subsecuta fuerit renunciationem specialem.
3. Generalis renunciatio annexa speciali, tūm demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renunciatum.
4. Non prejudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerint certiorati.
5. Fidejussojurata absq; renunciacione etiam speciali, excludit beneficia fidejussoribus alias competentia.
6. Fidejusso renuncians juribus specialem renunciationem requirentibus, non prohibetur uti beneficio fidejussoriis, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.
7. Fidejusso indemnitatis gaudet beneficio excusonis, etiam si huic expressè renunciaverit.
8. Non nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrabentes alium appareat.
9. Verba hac (samtlich und sonderlich) einer für alle/ und alle für einen) addita fidejussioni non excludunt beneficium divisionis.
10. Fidejusso ac Renunciatio beneficij divisionis in quantum noceat fidejussori, quando ad fide jubendum & renunciandum dolo fuerit inductus.
11. Creditor ab uno ex pluribus fidejussoribus, qui divisionis beneficio renunciaverunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non nisi pro rata convire potest.
12. Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudere beneficio divisionis.
13. Correis tamen debendi ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis compete.
14. Correis debendi, qui totum solvit debitum, etiam

- non facta cessione, datur actio adversus Correum pro repetitione partis.  
 15. Fidejussori verò solventi solidū absq; actionum cessione, nulla alia competit actio adversq; fidejussores.  
 16. Post solutionem tamen factam, cesso à Creditore abduc commode fieri potest, licet eam fidejussor ab initio petere neglexerit.  
 17. Fidejussori solvenii Creditor actiones cedere tenetur, etiam si beneficio Cedendarum actionum renunciaverit.  
 18. Ejus parte nomine, que ipsum fidejussorem solveniem vatingit, actio ei cedenda non est.

## DEFINIT. I.

*Renuntiatione generali nemo excluditur à beneficis fidejussorum, etiam omnibus ac singulis juris ac Legum beneficiis, que fidejussoribus competere possunt, renunciaverit.*

- T**riplicem vulgo faciunt speciem renuntiationis: † Generalissimam, quā renunciatur omni legum auxilio & beneficio: † Subalternam, quā renunciatur certo generi beneficiorum, veluti beneficiis fidejussoriis: † Specialissimam, quā certo cuidam beneficio renunciari solet. De hac posteriori nemo dubitat, quin permisso jure renunciandi sortiatur effectum. † Quod idem, sola generalissimā exclusa, de intermediā seu subalterna renuntiatione afferendum, vulgo existimant, ut scilicet per hanc efficaciter quoque renuncietur, utcunque nulla species fuerit expressa, Jacob. Thoming. *decis. i. n. 14.* & seqq. Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 17. num. 39.* & seqq. Valent. Franc. *de fidejuss. cap. 5. n. 346.* & seqq. Frider. Pruckman. *vol. 2. consil. 3. n. 38.* & seq. Matth. Coler. *de process. execut. part. i. cap. 10. n. 445.* & seqq. † Eaque sententia de jure civili videtur verissima; † Etenim quia remedia fidejussoria sub uno genere continentur, subalternam renuntiationem nihil operari, perquam fuerit absurdum, cum præsertim hoc genus paucas sub se contineat species, & ferè tantum tres: Ordinis, Divisionis ac Cessionis. Attamen † in terris Electoratus Saxonici res expedita est, quod per solam renuntiationem specialissimam, non etiam per subalternam aut generalissimā à beneficiis fidejussores excludantur, b. Const. 17. §. Damit aber. † Licet ergo fidejussor renunciaverit omnibus ac singulis beneficiis juris ac Legum, quæ fidejussoribus competunt ac competere possunt, nihilominus tamen exceptionibus fidejussoriis se tueri poterit, dicit. Const. vers. Wenn gleich dieselbige auf die Wohlthaten / so den Bürgen in Rechten gebühren/in gemein gericht/it. † Sunt namq; fidejussoria exceptiones de natura actus, quibus propterea nunquam videtur renuntiatum, nisi cum specialiter fuerit renuntiatum, Ant. Fab. *in C. lib. 8. tit. 27. defin. 183. n. 3.* † Nec ad rem pertinet, quod aliqui futurum sit, ut subalterna renuntiatione nihil operetur. † Id enim tolerabilis est, quam ut admittamus, valere eam posse in vim specialis Renuntiationis, cum specialis requiritur, Cravet *conf. 63. n. 6.* † Quod si quis regerat, speciali renuntiationem per errorem & imperitiam Notarii potius, quam defectu voluntatis omissam videri, quippe quæ vulgo in omnibus ferè fidejussoriis apponi soleat, arg. l. ult. C. de fidejuss. sciat is, 13 † omissa à Notario nunquam suppleri; Ant. Fab. dicit. 14 *defin. 31. n. 7.* † Sieuti nec clausula Constituti aut Codicillaris, Bart. & Dd. *in l. 1. ff. de jur. Codicilli. a. 15.* liæsimiles. † Nil enim prohibet, ita quem fidejubere & quidem utiliter, ut tamen exceptiones fidejussorias sibi salvas esse velit, Fab. dicit. loc. n. 9.

Ita Domini ad requiri. in Questori. zu Meissen/M Aug. A. 1595. (Verba sent. Ob wohl Andreas Schmidt sich zu Bürgschaft eingelassen/usi für den Principalen die Zahlung zu leisten

19. Fidejussor conventus à fidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi hic expressè renunciaverit.  
 20. Uno ex pluribus fidejussoribus, solvendo non existente, damnum hoc reliquis fidejussoribus omnibus prorata accrescit.  
 21. Eleto uno ex fidejussoribus, reliqui per id non liberantur, priusquam à fidejussore convento debitum plenariè fuerit solutum.  
 22. Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum.  
 23. Fidejussor damnatio & expensas à fidejussoribus quatenus repetere possit.

versprochen / dergestalt / daß ihm darüber kein Geist noch Weltlich Recht/Privilegia, Statuten/Grenzen und Gewohnheiten / so sonst den Bürgen zu stattem kommen möchten/ schügen noch handhaben solten. Dieweil er aber dennoch sich des beneficij excussionis in specie nicht begeben/it. So mag er auch solcher Bürgschaft halber ohne vorgehende gebührliche excussion des selbstschuldigen beständiger Weise nicht belangt werden/ B.R. W.)

## DEFINIT. II.

*Expresso uno vel altero beneficio, generalis renuntiatione quoad reliqua omnia effectum sortitur, sive præcessit, sive subsecuta fuerit renuntiationem specialem.*

**N**ec generalissima, nec subalterna renuntiatione fidejussores excludit à beneficis, juro ipsis competentibus, ex Const. huc *Illustissimi Electoris Defin. preced.* † Quam tamen notabiliter limitat in casu, quo beneficis quibusdam in specie enumeratis subjicitur Renuntiatione generalis, putat: Renuncio beneficio divisionis & omnibus aliis beneficis. † Tum enim per hanc subjectam renuntiationem non tantum beneficio divisionis, sed etiam reliquis beneficis, fidejussoribus competentibus, putat, Excussionis & Cedendarum actionum, & è contra renuntiatum videatur, vers. Jedoch mit dieser Restriction. Dan. Moll. *bic num. 1.* Joh. Köpp. *decis. 53. n. 22.* Valent. Franc. *de Fidejuss. cap. 5. n. 355.* Matth. Col. *de process. exec. part. i. cap. 18. n. 449.* Wesenb. *part. 3. conf. 10. n. 28.* † Idque verum existimo, sive specialis renuntiatione præcedat, & subsequatur generalis, de quo casu verba Constat. loquuntur; † sive præcedat generalis & subsequatur specialis, putat: Renuncio omnibus omnino beneficis juris atque privilegiis, & in specie beneficio divisionis, cum Dan. Moll. *bic in fin.* † Nec enim inter casus hosce distinctio facienda, quæ diversum juris effectum gignere possit; † Sed utroque casu, generalis renuntiatione juncta speciali, ad omnes omnino exceptiones fidejussoria extenditur, ex mente & voluntate contrahentium, † quæ potissimum attendi debet, l. 1. de pact. 1. semper 34. ff. de Reg. jur.

Ita Domini in causa Ludolphi Hassens/ M. Mart. An. 1617. (Verb. sent. Wann nun gleich bemeldster Bürger das Beneficium divisionis vorschützen möchte. Dieweil aber dennoch beide Bürger sich aller exception und Behelf/ wie die Nahmen haben mögen/nichts ausgeschlossen/ insonderheit aber des beneficij excussionis kräftiger Weise verzichten und begeben/it. So hat sich auch vorgedachter Bürger mit dem beneficio divisionis nicht zu behelfen / sondern er ist euch die ganze Forderung zu zahlen schuldig/ B.R.W.)

In causa Johannis Georgii von Schönbergs zu Wingen-dorff/M. Jul. A. 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch ob beniente selbstschuldige Bürger nebenst dem beneficio divisionis auch allen andern beneficij renunciret/ in welchem Fall Vermöge Chursl. Sächs. Constitution die generalis renuntiatione alle beneficia fidejussoria ausschleift, itc.)

Et in causa Rudolphi à Ponickavv, M. Nov. A. 1635.

## DEFINIT. III.

*Generalis renuntiatione fidejussorum annexa speciali, tam demum effectum sortitur, si in specie fidejussorio alicui beneficio fuerit renuntiatum.*

**R**enuntiationem generalem fidejussores à beneficis juris excludere, si uni vel alteri in specie fuerit renuntiatum, dixi Defin. *preced.* † Putare hinc aliquis posset, satis ad hoc esse, si comitune quod-

quoddam omnibus contrahentibus beneficium, verbis specialibus exprimatur, putâ: Pacti usurarii, rei non sic, vel aliter gestæ, Erroris caleuli, &c.

**3** † Sed ne quempiam hæc opinio decipiatur, notandum est, renunciationi generalissimæ, annexa speciali, tum demum jura effectum tribuere plenarium, si fidejussor in specie renunciaverit ei beneficio, † quod aliis beneficiis fidejussorum simile est. Ut puta, si renunciaverit in specie beneficio divisionis vel cedendarum actionum; Tunc per subjectam generalem renunciationem etiam beneficio excusationis, & è contra renuncia censetur, ut satis liquet ex toto ferè *bujus* Const. contextu. † Secus autem, si exprimatur beneficium, quod specialiter in favorem fidejussorum non est indulatum, veluti pacti usurarii, simulati contractus, Erroris calculi &c.

**6** † Nam tūm generalis renunciatio effectum neutiquam sortitur, nec per hanc ulti beneficio fidejussorio renunciatum videtur, Frid. Pruckman. vol. 2. conf. 3. n. 38. & seqq. quem sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 22. num. 19.

Ita Domini in causa Brasni Scheiblings zu Ostro/Mens. Jun. Anno 1626. (Verba sententia: Ob nun bemeldter Bürger sich keines beneficii, so insonderheit denen Bürgern im Rechten zu statten kommen, in spezie mit ausdrücklichen Worten begeben, weniger auch zu befinden, daß er dessen zuvor gebührlichen erinnert worden wäre, dannenhero ihu die Renunciatio generalis aller rechtlichen Wohlthaten nicht hinderlich seyn, noch die vorgeschätzte exceptiones excusationis und divisionis behalten lan/ce.)

#### DEFINIT. IV.

*Non prejudicat fidejussoribus renunciatio beneficiorum, de quibus in specie non fuerint certiorata.*

**1** Quod vulgo dicitur, que in libet jura sua scire præsumi, nec eadem ignorare debere, l. quod te. 5. in fin. ff. de reb. Cred. l. quisquis. 15. C. de rescind. vend. l. ult. C. de jur. & fact. ignor. † Id procul dubio verum est in jurib. apertis & notoriis, d. l. ult. §. licet. 3. ff. de jur. & fact. ign. d. l. 15. C. de resc. vend. † Secus vero in juribus difficultioribus & reconditis. Quum ergo beneficia fidejussoria difficultioris & reconditi juris censeantur, quæ unumquemvis facile latere possunt, † utiq; fidejussores iisdem renunciantes, de his certiorari ac edoceri debent, Frider. Pruckman. vol. 1. conf. 8. n. 102. & vol. 2. conf. 3. n. 57. & seqq. Hostiens. in summ. extr. de fidejuss. §. quando cessat. n. 9. † in tantum, ut omessa certioratio renunciationem vitiet, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 440. Gail. 2. abs. 27. num. 24. † Nec ad rem pertinet, quod renunciatio facta beneficii certiorationem præsupponat; Quia ejusmodi clausulae & renunciations ut plurimum inapertinenter de consuetudine Notariorum imperitorum apponuntur, † ideoq; nec in consideratione habenda sunt, Andr. Gail. dict. loc. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. n. 357. † Planè, nisi ex mente & intentione fidejussorum, aliisve circumstantiis de omissione certiorationis appareat, præsumitur eam præcessisse renunciationem, ut propteræ hæc fidejussorem à beneficiis excludat, nisi is omissionem certiorationis docere velit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Weniger auch zu befinden, daß er solches beneficium zuvor gebührlichen erinnert worden wäre, &c.)

#### DEFINIT. V.

*Fidejussio jurata absque renunciatione etiam speciali, excludit beneficia fidejussoribus alias competentia.*

**1** Venit quandoque, ut nullâ prorsus factâ renunciatione vel saltem generalissimâ, juret fidejussor. Defin. Vol. I.

dejussor, se omnia & singula in Chirographo, vel tabulis cautionum contenta servaturum, vel quicquam contra ea facturum. † Hunc nihilominus exceptionibus fidejussoriis adversus Creditorem sc̄ tueri valere, existimare quis posset cum Johan. Zanger. de except. part. 2. cap. 16. n. 14. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. n. 362. Ant. Tessaur. decis. 166. n. 4. Ant. Fab. lib. 8. sit. 27. defin. 31. num. 7. † Etenim verba illa renunciationem non inferunt, sed observationem promissionis fidejussoriae, quæ intelligitur in dubio secundum naturam, quam habet ex jure. Et alias vulgatissimum est, † quod juramentum non operatur effectum extensivum, sed astringat obligacionem, tui adjectum est, l. ult. C. de non num. pecun. † Utique autem diversa & separata est obligatio fidejussoria à renunciatione, citra quam effectum & vires suas fidejussio habet & retinet. Attamen contraria in praxi valet sententia, † juramentum scilicet in effectu tantudem operari, quantum operatur Renunciatio specialis, Andr. Gail. lib. 2. obs. 27. num. 22. Joh. Köpp. decis. 53. n. 16. & seqq. Dan. Moll. bic n. 1. & seqq. & lib. 1. femestr. 16. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 395. Matth. Berlich. p. 2. concl. 22. n. 23. Welenb. part. 1. conf. 10. num. 24. † Eaque communis est & in jure Canonico fundata opinio c. ex rescripto. 9. extr. de jurejur. A qua propter religionem juramenti neutiquam recedendum, quippe † quod hoc casu absque dispendio salutis æternæ servati potest, Gail. dict. loc. num. 22. † Nec ad rem pertinet, quod hæc ratione fidejussoris obligatio haud parum augeatur contra l. Grecc. 3. § illud 7. ff. de fidejussor. Nil siquidem prohibet, quò minus fidejussor interveniente jurejurando in diuiriorem casum obligari queat, Franc. Cremens. sing. 42. † Hactenus scilicet, ut tanquam principalis debitor, non tanquam fidejussor, obligetur, qui in plus obligari vult, † ut propter jurandis jurandi auctoritatem eo modo actus valeat, quo valere potest, Anton. Fab. in Codic. dict. sit. 27. def. 14. † Quamvis nec per juramentum hoc obligatio nem fidejussoriam augeri, demonstrat Moller. dict. loc. num. 3. & 4.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia. Diewell er aber dennoch der von ihm unterschriebenen Obligation rechtlich nachzukommen und alle dasjenige so darinnen begriffen zu halten eydlichen versprochen/ce. So hat er sich auch dawider der exceptionen excusationis und divisionis zu gebrauchen nicht Zug/ sondern er ist die vollständige Zahlung unvergänglich zu leisten schuldig/ V. R. B.)

#### DEFINIT. VI.

*Fidejussor renuncians juribus speciali renunciationem requirentibus, non probibetur uti beneficiis fidejussoriis, nullo horum specialiter in renunciatione expresso.*

**1** Constitutio hæc Saxonica pro forma essentiali renunciationis requirit, ut expresse & specificè renuncietur alicui beneficio. † Ex quo sequitur, nec illam præjudicare fidejussori, quæ omnibus beneficiis, in fidejussorum favorem inductis, etiam illis juribus, quæ expressam Renunciationem exposunt, renunciat, Frider. Pruckman. vol. 2. conf. 3. num. 14. & seqq. Matth. Berlich. part. 2. concl. 22. n. 16. † Nam & hæc renunciatio generalis est incerta ac dubia, nec ad certum aliquod beneficium referri potest, † cum præter exceptions fidejussorias, plura sint jura, quæ specificam renunciationem requirent, Bartol. in l. sed & quis. 4. §. quasitum. 4. n. 2. & seq. ff. si quis cant. in judic. sit. caus. fact. ubi & Jason. n. 1. † Quin & si aliter diceretur, sequeretur inde, contrahentes hic Const. 17. renunciare posse, quod

quod non facile quispiam autumaverit, l. nemo potest. ff. de legat. i. l. contrajuris. 28. ff. de pact.

Ita Domini in causâ Matthæi Döslers zu Osław/ M. Maj. Anno 1621. (Verba sentent. Hat sich Martin Wehner für seinen Nachbar auff 200. fl. gegen euch in Bürgschaft eingelassen/ dergestalt/ daß/ wann der principal Schuldner nicht zahlen würde/ noch ihr von ihm befriediget werden möchte/ er dafür hassen/ und euch Schadlos halten wolte. Ob er nun wohl darben aler Rechtlichen Wohlthaten/ so den Bürgen zu statthen kommen mögen/ insonderheit auch derer/ so eine special renunciation erforder/ ausdrücklichen sich verzeihen und begeben/ dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß in solcher Renunciation einiges beneficio in specie und mit ausdrücklichen Worten/ summassen die Churf. Sächs. Constitution erfordert/ gebacht worden/ ic. So hat er sich auch mit dem beneficio excusonis nochmals wohl zu behelfen/ ic.)

#### DEFINIT. VII.

*Fidejussor indemnitas gaudet beneficio excusonis, etiam si buic expressè renunciatur.*

- 1 Speciale hoc est in fidejussore indemnitas (Rück- oder Schadloß-Bürgen) ut principal non discuso, conveniri nequeat, etiam si beneficio excusonis verbis expressis renunciaverit, Matth. Wesenb. part. i. consil. 10. n. 31. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. n. 109. Vasq. illustr. controv. l. i. c. 33. n. 12. Matth. Coler. de process. execut. part. i. cap. 10. n. 450. Andr. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 13. Joh. Köpp. decis. 53. n. 14. & seq. Caroc. de excuss. bonor. p. 2. quest. 14. n. 8.
- 2 Anton. Hering. de fidejuss. c. 27. n. 142. † Idque natura obligationis magis, quam beneficio fidejussoris receptum est. † Nam fidejussor indemnitas ex conventione ac promissione idem debet,
- 3 quod à principali debitore exigi nequit; † Adeoque imprimis constare debet, quantum à principali consequi possit Creditor ad hoc, ut indemnitas promissio locum habeat, l. decem. 116. ff. de verb. obligat. l. si stipulatus. 15. §. i. ff. de fidejuss. Coler. dict. loc. n. 451. Andr. Gail. loco allegat. † Quæ res efficit, ut nunquam beneficio excusonis renunciare liceat, neque renunciatio, ceu contra naturam hujus obligationis facta, subsistat. † Ut maximè alias unicuique permisum sit, juri suo renunciare, l. si quis. 29.
- 7 C. de pact. L. 41. ff. de minor. Novell. 136. cap. i. † Ex quo porrò sequitur, ne quidem juratam renunciationem impedire, quod minus hoc casu excusio principalis debitoris præcedere debeat, juxta tradita Eman. Suarez. in thesaur. recept. sentent. verb. fidejussor indemnitas. num. 138. Coler. dict. n. 451.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: So hat hemelster Bürger/wanu er auch gleich dem beneficio excusonis ausdrücklichen renunciaret hätte/ gestalten Sachen nach/weil er ein Rück- und Schadloß-Bürger ist/ dessen ungeachtet/ mit der excusio sich nochmals woh zu behelfen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Non nocet fidejussori renunciatio beneficiorum, si aliud inter contrahentes actum appearat.*

- 1 Haud raro clausulae & renunciations beneficiorum excusonis, divisionis &c. de consuetudine, quandoque etiam impertinenter à Notariis imperitis apponuntur instrumentis, ut merito non semper earundem ratio habenda sit, Vincent. Caroc. in tract. de fidejuss. cap. 5. n. 357. Frider. Pruckm. 2 vol. 2. consil. 3. n. 57. † Quare si ex mente & intentione contrahentium, aliisve circumstantiis constet, fidejussores non voluisse renunciare beneficis jure sibi competentibus, clausula renunciationis à Notario aliove adjecta iis haudquaquam præjudicabit, Andr. Gail. lib. 2. observat. 27. num. 24. Matth. 3 Coler. de process. exec. part. i. c. 10. n. 440. † Non enim figura literarum, sed mente & sensu nostro obli-

gamur, l. non figura. 38. de obligat. & action. l. obligationum substantia. 3. ff. eod. tit. l. emptione. 3. C. plus val. quod agit. † Idque omnium maximè procedit, si de magno renunciantis præjudicio agatur, Felin. in cap. ex literis. 3. n. 12. extr. de fid. instrum. † Hinc fidejussores, solutionis promissione pro ratâ saltē, in instrumento factâ, in solidum conveniri nequeunt, ut maximè beneficio divisionis fuit renunciatum.

Ita Domini ad consultationem Michaëlis Wormers in Leipzig/ Mense Januar. An. 1586. (Verba sent. Ob nun gleich die Bürgen dem beneficio excusonis und divisionis, und allen andern Wohlthaten der Rechte renunciaret/ dieweil aber dennoch darneben ein ieder unter ihnen sich nur allein für sein Antheil verpflichtet/ ic. So mag auch einer allein um die ganze Summa nicht belangen werden/ sondern ein ieder ist mit Erlegung seines Antheils/ sich der Obligation zu entledigen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Verba hec (sämtlich und sonderlich/ einer für alle/ und alle für einen) addita fidejussioni non excludunt beneficium divisionis.*

Puribus datis fidejussoribus, Creditor à singulis non nisi ratam petere potest, ex epistola scilicet Divi Hadriani, † cui hoc tribuitur à Justiniano Imperatore in §. si plures. 4. Inst. de fidejuss. l. inter. 26. ff. eod. tit. l. ult. C. de const. pec. † quamvis adscribatur Epistolæ D. Pii in l. si testamento. 49. §. i. in fin. ff. de fidejuss. ut forte quis existimare possit, à successore Hadriani Antonino Pio repetitum hoc & confirmatum fuisse, † vel autorem ejus fuisse Antoninum Pium, qui nomen Hadriani, Patris adoptivi assumpsit, ut sentit Jacob. Cujac. in dict. l. 49. lib. 24. quest. Papin. Competit verò hoc beneficium sive Hadriani, sive Pii, † fidejussoribus, nisi huic expressè renunciaverit hanc Constat. 17. † At quid si fidejussores hisce verbis se obligaverint (Dass sie sämtlich und sonderlich/ einer für alle/ und alle für einen/ mit ungeschiedener und ungetheilter Hand hassen wollen/ ic.) Annon verba illa, quantum ad beneficium divisionis in foro quoque Saxonico, († de jure namque Civili hisce verbis beneficium divisionis excludi, dubio ferè caret juxta tradita Anton. Hering. de fidejuss. c. 17. n. 53.) perinde accipienda erunt, ac si illi expressè & in specie renunciatum fuisse? † Affirmativam opinionem tueruntur Ant. Hering. dict. cap. 17. num. 50. & seqq. Math. Coler. part. 2. decis. 220. n. 42. & de process. execut. part. i. cap. 10. n. 443. Matth. Berlich. part. 2. concl. 22. n. 44. Modest. Pistor. vol. 2. consil. i. n. 62. Matth. Wehner. in observ. pract. verb. Einer für alle/ ic. † Negativam verò Dan. Moller. b/c nam. 11. ubi allegat Wesenb. in manuscript. ad hanc Constat. Hartm. Pistor. observ. 112. Unaquæque suas habet rationes & fundamenta, quæ late tractat & examinat Hering. dicto loco. † Sanie, quid contrahentes senserint, ex verbis colligendum erit, quæ semper cum effectu, & ut aliquid operentur, intelligenda sunt, l. si per alium. pen. §. docere. 2. ff. Ne quis cum qui in ius voc. l. i. §. 1. vers. hec autem verba ff. quod quisque juris. l. si quando. 109. ff. de legat. i. † Quare ne supervacantia sint verba fidejussioni apposita, (samt und sonderlich/ einer für alle/ und alle für einen/) nil certe aliud sibi velle videntur, quæ quod fidejussores beneficio divisionis uti nolint, maximè si generalis renunciatio facta fuerit, Modest. Pistor. part. 4. question. 163. num. 20. † Attamen præter dictam juris renunciationem, verba illa in hunc quoque sensum recte accipi possunt, fidejussores scilicet velle quidem in solidum esse obligatos, sed ita tamen, ne Credi-

Creditori integrum sit, mox unum ex illis eligere, & in solidum convenire, sed quod ipsi semel & indivisiū obligati esse, & quilibet pro ratā contribuendo, integrum sumam persolvere, atque sic vicem unus personæ subire velint, vulgo für einen Mann stehēn. Hartm. Pistor. *dict. observ.* 112. num. 18. † Vel quod singuli in solidum obligati esse velint, tunc scilicet, si reliqui solvendo non fuerint, ut explicat verba hæc Simon. Ulric. Pistor. *in not. ad dict. observat.* 14. Hartm. Pistor. 112. num. 29. † Censetur enim per hæc verba inducta quasi quædam mutua fidejussio, daß einer vor alle hafste! nempe si non solvendo sint. † Ad quod cognoscendum excusione opus est, cui inter se fidejussores non renunciarunt. † Neutram ergo frustratoria erunt hæc verba, licet renunciationem non inducant. † Tantumque abest, per illa beneficium divisionis excludi, ut etiam id magis induci videatur juxta modò dicta. † Ita scilicet verborum horum intellectus facile in dubium revocari, & in utramque partem torqueri potest: Ut proinde ex illis renunciationem beneficij divisionis haud desumendam existimem, secundum veriorem opinionem Dan. Moller. & Hartm. Pistor. † Tum, quod renunciatio, nisi verbis specialibus expressa, non valeat, siquidem pro formâ renunciationis Constit. Electoralis requirit, ut fidejussores expressè & nominatum beneficij renuncient. † Atqui forma ad unguem observari debet, nec per æquipollens adimpleri potest, Jason. *in l. quid si nominatum i. n. 18. ff. de lib. & posth.* Nicol. Boët. *decis. 1. num. 44.* † Tum etiam, quia in stipulationibus verba dubia pro promissore potius & contra stipulatorem interpretanda sunt, h. quicquid astringenda. 99. ff. *de Verb. obligat. l. veteribus. 39. ubi Dd. ff. de pac.*

Ita Domini in causa Henrici Martini zu Kolbitz / Mense August. Anno 1630. (Verba sent. Ob sich wohl etliche Personen/ von welchen eure Frage meldet / für euren Schuldener gegen euch sämtlich und sonderlich/ alle für einen / und einer für alle in Bürgschaft eingelassen/ da sie aber dennoch dem beneficio divisionis gebührlichen nicht renunciret hätten; So möchte auch einer allein um die ganze Summa alsbald von euch nicht belangen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Fidejussio ac Renunciatio beneficij divisionis in quantum noceat fidejussori, quando ad fidejubendum & renunciandum dolo fuerit induitus.*

Q uamvis beneficij divisionis in specie & expressè validè renunciari queat, hæc Const. Attamen renunciatio specialis, ut & ipsa fidejussio tum dum nocet fidejussori, † si non dolo ad fidejubendum & renunciandum indictus fuerit, *per text. in l. 3. Tit. 48. §. ult. ff. de fidejuss.* † Hinc si quatuor fidejussores à Creditore ad fidejubendum pro suo debitore fuerint persuasi, quasi adhuc quintus pro eodem debitore esset intercessurus, & ob id in specie renunciaverint beneficij divisionis; † Tum certè hi, si quintus non intercesserit, pro ratā istius haud quam tenentur, nec ultra quatuor portiones conveniri poterunt, Matth. Coler. *part. 2. decis. 220. n. 48.* Matth. Berlich. *part. 2. concl. 22. n. 49.*

Ita Domini in causa Fabiani Sebastiani à Panwitz & Johannis à Peitzvitz zu Oels/ Mense Febr. Anno 1630. (Verba sentent. Sie könnten denn erweisen und darthun/ daß sie die Bürgschaft-Beschreibung anderer Gestalt nicht vollzogen/ als in Meynung / es würde dieselbe auch von dem fünftem Bürgen vollzogen werden/derselbige aber von dem Gläubiger gefährlicher Weise ihnen zum Verfang und Schaden aussen gelassen worden/auff den Fall wären sie sämtlich / oder einer in solidum mehr nicht denn 4. Theil abzutragen pflichtig/ das 5. Theil aber möchten sie zu bezahlen mit Bestande nicht angehalten werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Creditor ab uno ex pluribus fidejussoribus, qui divisionis beneficio renunciarunt, virilem portionem recipiens, deinceps reliquos non nisi pro ratā convenire potest.*

C reditor, qui plures fidejussores in solidum obligatos habuit, si contra unum ex ipsis egerit in solidum nullà factà protestatione, per id non impeditur, quò minus adversus alios agere possit, ut consequatur ab illis, quod ab hoc consequi non potuerit, *l. 60. ff. mandati.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 7. num. 3.* † Secus verò si ab uno ex fidejussoribus, qui beneficio divisionis expressè renunciarunt, virilem saltem debiti portionem receperit. † Tam enim à renunciatione recessisse ac obligationem divisisse intelligitur, ita ut non solum deinceps quemlibet non nisi pro ratā convenire possit, † sed & illud, quod alii confidejussores, inopes & non solvendo facti debent, ab aliis fidejussoribus divitibus petere nequeat, *per text. in l. si Creditores. 18. C. de pac.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 20. §. 13. num. 8.* Joh. Köpp. *decis. 56. num. 16. & seqq.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quest. 9. num. 4.* Jacob. Thoming. *decis. 47. n. 12.* Frider. Pruckm. *vol. 1. cons. 8. n. 1.*

Ita Domini in causa Johannis à Giebichensteins / Mense Mart. Anno 1597. (Verba sent. Ob ihr gleich nebenst andern Mit-Bürgen wegen 2500. Reichstaler, euch sams und sonders in solidum verschrieben/dieweil aber dennoch der Gläubiger euch höher nicht/als um euren Anteil gemahuet / denselben auch von euch bezahlet empfangen/und angenommen/so ist er wegen des Anteils anderer eurer Mitbürgen/so nicht zu bezahlen haben / nunmehr euch zu belangen nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*Socii in solidum semper sunt obligati, nec gaudent beneficio divisionis.*

Q uod unus ex sociis facit proprio, non ipsius societas nomine, haud venit in rationem societas, *l. si unus 67. §. 1. ff. pro socio.* † Aliter res se habet in pecuniâ in communem societatis usum versâ, quo nomine non minus alter socius obligatur, *l. iure societatis. 82. ff. dict. tit.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 27. defin. 1. num. 1.* † Sicque accipendum, quod paulò generalius ait JCtus Paulus *in l. omne. 27. ff. cod. tit.* Omne æs alienum, quod manente societate contractum est, de communi solvendum esse. † Quare nec socius beneficium divisionis opponere valet, quippe quod socii semper in solidum obligati unam repräsentent personam, adeoque ex uno eodemque societatis corpore solutio fieri debeat. † De substantia namque societatis est communio bonorum, & facit confusio totum corpus utrique socio commune, *l. adeo quidem 7. §. voluntas. 8. ff. de acquir. rer. domin. 6. si duorum. Inst. de rer. divis.* Johann. Harppr. *ad pr. n. 8. Inst. de Societ.*

Ita Domini in causa Hieronymi Schweckards zu Leipzig/ Mense Julio, Anno 1580. (Verba sent. Ob nun gleich beyde Gesellschaftere sich nicht sämtlich und einer vor den andern verschrieben. So ist dennoch dessen ungeacht/ der eine Gesellschaffer/Hans Wolff/euch auf Begehr die ganze Summa zu zahlen schuldig/ und mag sich mit Entrichtung seines Anteils nicht entledigen/B. R. W.)

Et in causa Adami Nicolai zu Leipzig/ M. Aug. An. 1581.

## DEFINIT. XIII.

*Correis tamen debendi ad exemplum fidejussorum beneficium divisionis competet.*

C orrei debendi nunquam vice mutua fidejussif. se videntur, nisi id nominatum actum fuerit, *l. reos. 11. in pr. 8. deduc. reis.* ut tractat late Anton. Qqq 3 Fab.

Fab. lib. II. conjectur. cap. 2. & seq. Petr. Heig. part. I.  
 2 quæst. 37. num. 5. † quamvis alii inter Reos socios &  
 non socios, item eos, ad quos pecunia pervenit, vel  
 non, distinguere soleant, Jacob. Cujac. ad African.  
 tract. 4. in l. 17. §. mulier. 2. ff. ad SCtum Vellejan. &  
 in Novell. 99. Duar. in l. si ex toto 8. §. si ita 1. ff. de le-  
 gas. 1. † Exemplo tamen fidejussorum ipsis benefi-  
 cium divisionis competit. Etsi enim, quando plu-  
 res sunt correi debendi, quilibet in solidum sit ob-  
 ligatus; † Attamen Creditor omnes simul conve-  
 nire debet, nec ab uno totum debitum exigere pot-  
 est, obstante divisionis beneficio, Auth. hoc ita C. de  
 duob. Reis. † Nec jure imputatur à quibusdam Ir-  
 nerio, quod perperam conceperit dict. Auth. desum-  
 ptam ex Novell. 99. c. 1. in qua non simpliciter de qui-  
 busvis duobus Reis, sed in specie de iis tractatur, qui  
 mutuā vice fidejussuerunt, juxta dict. l. II. ff. de duob.  
 Reis. † Etenim, quos Imper. Justinianus in pr. dict.  
 Novell. 99. appellat alternā fidejussione obligatos,  
 7 postea simpliciter Reos vocat. † Quin & ad san-  
 ctionem istam decurrere se ait exemplo fidejussor-  
 rum; Ex qua ratione firmiter ad quosvis Correos  
 inferendum, non solum quia fidejussores beneficio  
 8 divisionis utuntur, † sed & quod supervacua esset  
 Constitutio, si tantum de correis, qui invicem simul  
 9 sint fidejussores, acciperetur. † Ut sic jure optimo  
 Correis debendi beneficium divisionis tribuendum  
 existimem, nisi huic expressè renunciaverint, se-  
 cundum communem opinionem Cujac. in dict. No-  
 vell. 99. Anton. Fab. lib. II. conjectur. 4. Matth. Wesenb.  
 in parat. ff. de duob. reis. num. 7. Joh. Schneidewin.  
 in §. pen. n. 3. Inst. de duob. reis. Joh. Zanger. de ex-  
 cept. p. 3. cap. 19. n. 11. Matth. Col. de process. execut.  
 10 part. I. c. 10. n. 4/10. † Athoc largiri nequeo Wesenb.  
 dict. loc. Correos scil. aliter non constitui, quām si  
 11 hoc expressè actum sit; † Quoniam Constitutio  
 duorum Correorum ex ipsa formâ stipulationis &  
 præmissionis inducit, ut vel colligere licet ex pr.  
 & §. 1. Inst. de duob. Reis. ubi non semel queritur:  
 12 An & quando duo Correi constitui videantur? † quæ  
 quæstio incepta esset, si circa expressam conventio-  
 nem duo correi constitui non possent.

Ita Domini in causa Melchior Gablens zu Neusig/Mense Nov. Anno 1625. (Verba sententia: Habet ihr euch nebenst Martin Neumann gegen euren Nachbarn auf eine gewisse Summa Geldes in solidum verschrieben/ Ob euch nun wohl als einem Correo debendi das beneficium divisionis, weil nicht zu bestudieren/dass ihr demselben gebührlichen renunciret/ zu Rechte zugestanden/ und ihr dannenhero mehr nicht als euren Anteil zu zahlen verpflichtet gewesen/.)

## DEFINIT. XIV.

*Correo debendi, qui totum solvit debitum, etiam  
 non facta cessione datur actio adversus correum  
 pro repetitione partis.*

Nullam competere actionem, ne quidem utilem  
 subsidiariam correo debendi, qui totum sol-  
 vit adversus correum pro repetitione soluti, diffusæ  
 2 tractat Anton. Fab. lib. II. conjectur. c. 6. 7. 8. 12. 17. † Cu-  
 jus sententiam verissimam dicit Petr. Heig. part. I.  
 3 q. 37. n. 11. † Sed æquitatem sequutus Imp. Justinia-  
 nus Correo totum solventi, facultatem repetitionis  
 4 largitur in l. 2. C. de duob. Reis. † Quam frustra à  
 Triboniano aut inepto Interpreti corruptam con-  
 5 tendit Fab. dict. q. 17. † Nectanti evidentur rationes  
 ab ipso traditæ in c. 7. dict. lib. II. ut non defendi  
 6 queat, actionem aliquam ipsi competere posse. † Et  
 6 enim hactenus negotium suum gesserit, quod in  
 7 solidum obligatus fuit, † eo tamen respectu, quo  
 correum liberat, ipsis simul gerere negotium cen-  
 setur, ut non absurdè quispiam actionem Negotio-

rum gestorum correo tribuendam dixerit, † quæ  
 & variis casibus, quibus deficiunt actiones ordi-  
 natæ, solet accommodari, l. 21. & tot. tit. ff. de ne-  
 got. gest. † Quamvis alias Interpp. non quidem cer-  
 tam aliquam & nominatam, sed solum utilam &  
 subsidiariam ex æquitate hoc casu dent actionem, at-  
 que officii judicis implorationem, Heig. dict. q. 37.  
 n. 11. Wesenb. in parat. ff. de duob. reis. n. 7. Matth.  
 Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 422. † Et sanè, 10  
 facta solutione totius debiti ab uno correorum, qua-  
 si retro ad alium pecunia pervenisse per eum vide-  
 tur: † Quæ sola æquitatis ratio facit, ut actio detur 11  
 in specie, l. 32. ff. de reb. Credit.  

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch dem Gläubiger die ganze und vollständige Summa ab, sein vor euch ausgezahlter hättet/.) So waret ihr die Helfste solches Geldes/unangesehen euch der Gläubiger seine action und Forderung nicht cediret/von eurem correo hinwiederum zu fordern wohl berechtigt/ (B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Fidejussori verò solventi solidum, absque actionum  
 cessione, nulla alia competit actio adversus  
 fidejussores.*

M Agis sunt privilegiati correi debendi, quām 1  
 plures fidejuslores. Illis enim triplex remedi-  
 um inter seipso competit: † Unum est beneficium 2  
 Epistolæ D. Hadriani; Secundum, Cedendarum a-  
 ctionum; Tertium, quod habeant utilem actionem  
 etiam absque cessione, Defin. preced. † Fidejussori-  
 bus autem, et si prima duo beneficia cum correis  
 communia sint, tertium tamen denegatur; † Nec 4  
 prodita est actio ipsis adversus confidejussores pro  
 repetitione portionum, quas pro eis exposuerunt  
 l. us fidejussor. 39. ff. de fidejuss. l. cum alter. II. ubi Gloss.  
 & Dd. comm. C. eod. tit. Petr. Heig. part. I. q. 38. n. 1.  
 Matth. Coler. de process. exec. part. I. c. 10. n. 423. Joh.  
 Schneidew. ad §. si plures 4. num. 22. Inst. de fidejuss.  
 Hart. Pistor. l. 1. q. 48. n. 3. † At unde juris hujus diver-  
 5 fitas? † Certè vel ipsa necessitas hanc introduxit, ne 6  
 scilicet correo solidum solvēti omnis denegaretur  
 adversus correum regressus: † Etenim quia plurimum 7  
 principaliter obligatorum una & eadem censemur  
 esse obligatio, l. 3. ff. de duob. Reis. utique & solutio  
 pro tota obligatione facta videtur. † Quæ extin-  
 8 ctæ, nil restat de eâ, quod cedi queat: Ut ita ad utilem  
 negotiorum gestorum actionem configere  
 necessa sit. † Aliter vero res se habet in accesso-  
 9 riè obligatis; Nam quia fidejussor suo tantum no-  
 mine solvere censemur, † salva remanet obligatio 10  
 debitoris principalis, & consequenter etiam fide-  
 jussorum, quæ solventi fidejussori adversus confi-  
 dejussores cedi potest, ut utili negotiorum gesto-  
 rum actione hoc casu haudquam sit opus,  
 Hartm. Pistor. observ. 157. num. 4. & seqq. † Benefi-  
 10 cio itaque Cedendarum actionum fidejussori con-  
 sultum est: Conventus enim tueri hanc exceptione  
 potest, ne, antequam cedantur sibi à Creditore a-  
 ctiones, ad solutum compellatur. † Et quidem 11  
 petit hoc casu fidejussor à Creditore, ut sibi detra-  
 età suā portione rursus actiones contra debitorem  
 principalem & contra confidejussores cedantur; l.  
 cum is. 36. l. fidejussoribus. 17. ff. de fidejuss. l. cum al-  
 ter. II. C. eod. tit. Hartm. Pistor. lib. I. qu. 48. n. 1. Petrus  
 Heig. dict. qu. 38. n. 5. Dan. Moll. lib. 3. semebr. 15. † Nec 12  
 levius est hujus beneficii utilitas, cum sic indemnus  
 conservetur fidejussor, si forte Reus principalis non  
 sit solvendo. † Non enim satis est, fidejussori in- 13  
 strumentum debiti à Creditore tráditum esse, nisi &  
 verbis expressis actiones cessare fuerint, facta cessionis  
 mentione in Quietantiâ, aliove modo probata,  
 † quod

14. <sup>†</sup> quod bene in praxi notandum dicit Heig. *diss. q. 38. num. 53.* Johan. Zanger. *de except. p. 2. c. 16. n. 45.*  
 15. <sup>†</sup> Sicut & è contrario absque instrumenti seu obligationis redditione vix illa cessionis utilitas constare potest, nempe quia reddendum est instrumentum debitori, cum solvit, *l. ult. C. ad exhib. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 27. defin. 17. in fin.*

Ita Domini in causa Caspar Schellers zu Röblingen / M. Mart. Anno 1621. (Verba sentent. Habt ihr euch für Andreas Garben wegen 100. fl. nebenst noch andern zwey Personen in Bürgschaft eingelassen / und als der Schuldener sämig gewesen / und der Creditor auf euch als einen Bürgen gedrungen / habt ihr ohne Zuthun der zweyen Mitbürgen die Zahlung berührter 1000. fl. allein geleistet. Ob euch nun wohl denselber Creditor bei geschehener Zahlung seine Actionem nicht cediret und abgetreten / euch auch sonst gedachte eure Mitbürgen htwiederum pro rata zu belangen / einige andere Actio zu Recht nicht zu statten könnet/.)

## DEFINIT. XVI.

*Post solutionem tamen factam, cesso à Creditore adhuc commode fieri potest, licet eam fidejussor ab initio petere neglexerit.*

1. **M**ultum ergò quia fidejussoris solventis interest, cedi sibi actiones à Creditore adversus principalem debitorem & confidejussores, Definit. preced. <sup>†</sup> utique non facta hujus beneficii renunciatione, re adhuc integrà, antequam solvat quicquam actionum cessionem petere, vel ad minimum de cù pacisci debet, Petr. Heig. *part. 1. q. 38. num. 10.*  
 2. <sup>3</sup> <sup>†</sup> Quid autem, si hoc facere neglexerit, & cessione bādū impletat, solidum solverit, num à repetitione portionum, quas pro confidejussoribus exposuit, planè exclusus erit? Ita videbatur dicendum; <sup>4</sup> <sup>†</sup> Facta namque solutione omnis sublata est Obligatio, & nulla amplius adversus confidejussores ponens Creditorem remanet actio, adeoque nec ullam, ut maximè velit, cedere potest actionem, quippe cuius voluntas non potest esse modus conservandi, vel refusandi extintas actiones, *l. cum is qui. 36. l. ut fidejussor. 39. ff. de fidejussor.* *l. Modestinus 76. ff. de solut.*  
 5. <sup>5</sup> <sup>†</sup> Eaque est sententia Schreidewin. in §. si plures. 4. num. 24. *Inst. de fidejuss.* Matth. Wesenb. in *parat. ff. de fidej.* num. 6. Berlich. *part. 2. concl. 22. num. 67.* Frider. Pensold. in *addit. ad Coler. p. 2. decis. 220. num. 63.* Johann. Goedd. *de contr. stipulat. cap. 9. conclus. 5. num. 118. & seqq.* <sup>†</sup> Sed neutquam ita restringenda est cesso jurium, ut vel ante solutionem, vel in ipsa solutione, vel postea in continentiam peti, vel protestationem subjici necesse sit: <sup>7</sup> <sup>†</sup> Sufficit enim, rejecta opinione jam dicta, ex intervallo quoque cessionem fieri, adeò, ut nullà permisā Reservatione cessionis, fidejussor etiam post solutionem compellere possit Creditorem ad cendum sibi actiones, intentatā videlicet contra ipsum actione exempto ad tradendum sua jura. <sup>8</sup> <sup>†</sup> Videatur siquidem per solutionem à fidejussore factam & receptam à Creditore Emptio & Venditio quædam nominis contracta: <sup>9</sup> <sup>†</sup> Ac, pretium magis mandatarum actionum solutum, quām actio perempta censetur, *l. cum is qui. 36. ff. de fidejuss. diss. l. Modestinus. 76. in fin. ff. de solut. l. emptor. 5. l. ex nominis. 10. 8. C. de her. vel act. vendit.* <sup>10</sup> <sup>†</sup> Quā cessione impletat, patet fidejussori regressus sive adversus debitorem, sive adversus confidejussores, Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 418. & seqq.* Hartm. Pistor. *diss. quest. 38. num. 9. & observat. 157. num. 3.* Petr. Heig. *diss. quest. 38. num. 13. & seqq.* Joh. Köpp. *decis. 51. num. 4.* Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 28. num. 34.* <sup>11</sup> <sup>†</sup> Hacque opinio, quod nempe fidejussor solvens possit etiam post intervallum adhuc cogere Creditorem ad cendum sibi actiones,

nes, communis est, secundum Raph. Cumani in *diss. l. Modestinus. 76. num. 3. ff. de solut.* <sup>12</sup> <sup>†</sup> Nec ad rem pertinet, quod per solutionem extincta obligatio nil cedi queat; Quia in proposito duæ sunt actiones diversæ, principalis & accessoria: <sup>13</sup> <sup>†</sup> At hæc sola, non etiam illa sublata est, neque extincta accessoria, principalis simul tollitur *l. 38. §. 2. l. in omnibus. 43. ff. de solut.* Etenim, quia fidejussor agis suo, quam alieno nomine solvere censetur, Hartm. Pistor. *obs. 44. n. 13.* <sup>14</sup> <sup>†</sup> per solutionem non nisi accessoria obligatio extinguitur, remanente adhuc principali debitoris obligatio, & inde provenientia actione, quam Creditor etiamnum cedere vallet, *l. & magis 4. ff. de solut. l. Papinianus 28. ff. man- dat.* Heig. *diss. qu. 38. n. 24.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da ist aber dennoch bei dem Creditore um Cession der ihm justes henden actionen nochmals gebührlichen ausuchen würdet/.) So wäre es/ ungeacht die Zahlung von euch albereit vor längst geschehen/ solche Actiones euch zu cediren schuldig/ und ihr hättest euch nochmals derselben wider euere Mitbürgen/ oder auch wieder den Principal-Debitorn gebührlichen zu gebrauchen wohl Fug/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Fidejussori solventi Creditor actiones cedere tenetur, etiam si beneficio Cedendarum actionum renunciaverit.*

**S**icuti beneficio ordinis ac divisionis, ita & cedentia actionum exceptioni potest renunciari, <sup>1</sup> <sup>2</sup> Constitut. 17. <sup>3</sup> <sup>†</sup> Et hodiè nil ferè frequentius est, quām ut fidejussores cum aliis beneficiis, disertè etiam Cedendarum actionum beneficio renunciant, Petr. Heig. *part. 1. quest. 38. num. 36.* Quā renunciatione obstante, <sup>4</sup> <sup>†</sup> fidejussorem ne quidem post factam solutionem, à Creditore cessionem actionum adversus principalem debitorem & confidejussores petere ac impetrare posse, haud male forsitan quis dixerit, <sup>5</sup> <sup>†</sup> quum juri suo renuncianti non detur amplius ad illud aliquis regressus, *l. quest. 14. §. si venditor. 9. ff. de adil. edit. l. 1. §. qui semel. 6. ff. de success. edit. l. ult. C. de pass.* <sup>6</sup> <sup>†</sup> Quare hoc casu absque cessione etiam actionum recuperare posse fidejussorem id, quod expendit, largitur Matth. Coler. *de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 429.* <sup>7</sup> <sup>†</sup> Sed destituitur hæc assertio Coleri fundamento, & repugnat iis, quæ diximus Definit. 15. <sup>8</sup> <sup>†</sup> Nec tamen renunciatio hujus beneficii fidejussorem à repetitione soluti prorsus excludit. Etenim actionum cedendarum renunciatio non in hunc finem facta videtur, ut fidejussor recuperare planè nequeat, quod solvit, & sic omne jus suum remissile censeatur, <sup>9</sup> <sup>†</sup> sed ne hæc exceptione executiōnem retardare possit, Heig. *diss. quest. 38. numer. 40.* <sup>10</sup> <sup>†</sup> Facta ergò solutione ulterius non obstat renunciatio, quod minus fidejussori petenti cedi actiones debeant adversus principalem debitorem, & confidejussores pro repetitione ejus, quod expendit, *l. in Creditore. 38. ff. de evict.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quest. 48. n. 9.* Heig. *diss. loc. Joh. Zanger. de except. part. 2. cap. 16. num. 43.* Anton. Hering. *in tract. de fidejuss. cap. 27. part. 3. n. 25.* <sup>11</sup> <sup>†</sup> Quod & summa quædam videtur exigere, ut videlicet Creditot faciat, quod sibi non nocet, & alteri prodest, *l. 2. §. 5. vers. quinquaginta. ff. de aqua & aqua plus. arcend.* <sup>12</sup> <sup>†</sup> Ex quo appareat, haud magnum esse renunciationis hoc casu effectum. <sup>13</sup> <sup>†</sup> Nullam siquidem, vel utique levissimam iniicit moram solutioni & executioni cessionis beneficium, cum in potestate Creditoris sit quamprimum cedere actiones. <sup>14</sup> <sup>†</sup> Quin & cum interposito nudo pacto, solutio rectè fieri, & postea actiones cedi possint, Coler. *diss. cap. 10. numer. 417. fine.*

fidejussoris certè petitio, ut actiones sibi cedantur, executionem & solutionem vix retardare posse terit. † Ut non prorsus absque fundamento existimet Reinh. Bachov. Renunciationem hujus beneficii esse nullam, in animadu. ad Treutl. vol. z. disp. 28. tb. 6. lit. A. pag. 664.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. So wäre der Creditor, ungedacht die Zahlung von euch vorlängst geschoben/ ihr auch dem beneficio cedendarum actionum bey gethaner Bürgschaft ausdrücklichen renunciret / solche Actiones euch zu cediren schuldig/ ic.)

## DEFINIT. XVIII.

*Eius partis nomine, qua ipsum Fidejussorem solvendem contingit, actio ei cedenda non est.*

**V**erbi causa: Tres sunt fidejussores pro summâ trecentorum florenorum; si unus in solidum Creditori satisficerit, is cessis sibi actionibus à reliquis duabus confidejussoribus ducentos duntaxat florenos repetet, detractâ scilicet suâ ipsius ratâ, centum nempe florenorum, † ita enim fidejussori, qui solidum solvit, cessio actionum à Creditore facienda est, non ut eam portionem, quæ ipsum solventem contingit, sed eas tantum partes, quas extra suam portionem solvit, à confidejussoribus recuperate queat, Hartman. Pistor. lib. 1. quest. 48. num. 4. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 2. num. 19. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 27. part. 3. num. 28. & seqq. Joh. Harppr. in §. si plures. 4. n. 66. Inst. de fidejuss. Berl. part. 2. concl. 22. n. 78. Johann Köpp. decis. 51. n. 8. Joh. à Gras. de cess. jur. & alt. §. 6. n. 7. fol. 505. Dan. Moller. lib. 3. semestr. 15. in pr. Jacob. de Arena in tract. de Cess. jur. sub. 6. num. 70. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. n. 490. † Etsi enim plures fidejussores in solidum ipso jure sint obligati, in effectu tamen quilibet ipsorum pro virili tantum parte onus obligationis sustinet, l. non rel. 3. 4. C. de fidejuss. † Non ergo æquitati convenit, ut quis eius portionis, pro quâ ipse propriâ obligatione obstrictus fuerat, cessionem impetrare, at id, quod se metipsum liberaturus solvit, ab alio, qui in pari causa est, repeteret velit, ex regula vulgata, † quæ denegat cessionem actionis ei, qui proprium debitum solvit, l. si plures 38. de admin. tutor. Hart. Pistor. dict. loc. num. 7. † Quin & si aliud diceretur, hoc sequeretur inde absurdum, quod fidejussor (qui non nisi cessis confidejussoribus iisdem actionibus, quæ sibi cessaruerunt, solutum repeteret potest) contra se metipsum alteri fidejussori cederet actionem, † adeoque petret à fidejussore illud, quod mox post cessa actiones eidem restituturus esset, contra l. dolo facit. 8. ff. de dol. mal. except. Coler. dict. c. 2. n. 14. † Idque in reliquis omnibus confidejussoribus ita se habet, ut scilicet fidejussor, cui à Creditore actiones sunt cessae, postea confidejussori solventi easdem actiones denudo cedens, semper deducere debeat illam portionem, quam pro sua obligatione solvit, veluti docent Hartm. Pistor. dict. loc. n. 38. Val. Franc. d. c. 5. n. 498.

Ita Domini in causa Curd-Ernsts à Kampen, Mense Jan. Anno 1622. ( Verba sentent. Hat euer Vater nebenst noch andern vier Personen vor H.E. ad A. sich auf 5000. Reichstaler. in Bürgschaft eingelassen/ und als der Principal-Schuldet nicht bezahlen können/ hat der eine Bürg O. ab A. den Gläubiger befriedigen müssen/ welcher ihm hingegen seine Actiones und die Schuld-Verschreibung cediret/ darauff gedachter O. ab A. euch und euere Brüder wegen eures Vaters/ als Mit-Bürgen/ hinwiederum wegen der ganzen Summe/ jedoch seinen Anteil davon abgezogen/ ( immassen er auf solche Masse zu thun befugt gewesen) in Anspruch genommen/ ic.)

In causa Senatus Zittaviensis, Mense Jul. Anno 1630.

Et in causa Amx, Viduz à Bieberstein/ Mense Septemb.

Anno 1635. ( Verba sent. Immassen denn Klägerin anderer Gestalt nicht/ als nach Abzug ihrer Rate, die andere Mitbürgen hinwiederum zu belangen befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Fidejussor conventus à confidejussore, beneficio divisionis uti potest, nisi huic expressè renunciaverit.*

**P**Ultà: Tres sunt Fidejussores, qui pro trecentis florenis intercesserunt, unus à Creditore conventus solidum solvit, cui detracta sua portione, nempe centum, ceduntur actiones ad florenos ducentos, secundum tradita Definit. præced. † Queritur: an bosce ducentos florenos à quolibet recuperandi electionem habeat; an verò beneficium divisionis ei obstat, ita, ut non nisi centum ab unoquog. repete queat? † Sanè, quia fidejussori per cessionem non plus juris quæsuum fuit, quæm ipsi Creditori competiit, l. Stichum 95. §. pen. ff. de solut. l. 2. C. de fidejuss. Bart. in l. Modestinus. 76. n. 10. ff. de solut. † nec melior esse debet conditio cessionarii, quæm cedentis, l. invit. 156. §. plerumq. 3. l. alius est 160. §. absurdum est. 2. ff. de Reg. jur. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 26. defin. 22. n. 4. † Expedita est responsio, fidejussorem cessis sibi actionibus unumquemque ex fidejussoribus haudquam in solidum convenire, nec ab eo solo ducentos florenos recuperare posse, obstante nimurum divisionis beneficio, † quo & adversus Creditorem ipsum confidejussores se se tueri poterant, §. 4. Inst. de fidejuss. l. inter 26. ff. cod. tit. l. ult. C. de const. pecun. † Nisi huic expressè renunciaverint, arg. l. 7 pen. C. de pac. b. Const. 17. Quæ renunciatione facta, † hoc etiam casu beneficium divisionis cessare, & fidejussorem actione sibi cessâ à quolibet confidejussore ducentos florenos recuperare posse facilimè concesserim, prout tuentur hanc sententiam Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 2. num. 12. & seqq. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 48. num. 10. Petr. Heig. part. 1. quest. 38. num. 5. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 27. part. 3. n. 31.

Ita Domini in eadem causa Curd-Ernsts à Kampen. ( Verba sentent. Ihr seid euch aber des beneficij divisionis, weil demselben ausdrücklichen renunciaret worden/ wider O. ab A. als Mitbürgen zu gebrauchen nicht berechtigt/ ic.)

## DEFINIT. XX.

*Uno ex pluribus fidejussoribus solvendo non existente, damnum hoc reliquis confidejussoribus omnibus pro rata accrescit.*

**F**idejussorem cessis sibi actionibus, solidum solventem Creditori, unum è confidejussoribus, qui beneficium divisionis renunciarunt, vicissim in solidum, detractâ itamen suâ ipsiusmet ratâ, convenire posse, dixi Definit. præced. Sed hoc aliter verum non est, † quæ si reliqui confidejussores omnes sint solvendo. Quod si verò unus ex illis inops existat, † periculum hoc omnibus commune erit, l. inter fidejussores. 26. l. si plures. 27. in pr. ff. de fidejuss. † Unde si tres fidejussores pro trecentis florenis interposuerint fidem, unusque solidum solverit, hic cessis sibi actionibus adversus confidejussores, si alter deficiat, à tertio non integros ducentos florenos petere potest, sed portionem fidejussoris deficientis agnosceré debet, & duntaxat centum & quinquaginta florenos exigere valet, Dan. Moller. lib. 3. semestr. cap. 15. Hartman. Pistor. lib. 1. quest. 48. n. 6. & num. 11. Matth. Coler. de process. execut. p. 2. cap. 2. n. 20. & part. 2. decis. 220. n. 28. Johann. Köppen. decis. 51. n. 15. Anton. Hering. de fidejuss. c. 27. p. 3. num. 36. Valent. Franc. de fidejuss. & s. num. 497.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da nun die andern Bürgen alle dermaßen in Abnehmung ihrer Güter gerathen/dass ihr euch der Wiederzahlung an einem oder dem andern nicht erholen könnet. So möchtet ihr vorgedachte Summa der 4000. Thaler dem einen Mitbürgen O. ab A. welcher den Gläubigern anfänglich n content ret / allein abzutragen nicht gedrungen werden/ sondern es ist derselbe die andere unvermögende Bürger zum halben Theil übertragen zu helfen schuldig/xc.)

## DEFINIT. XXI.

*Electo uno ex confidejussoribus, reliqui per id non liberantur, priusquam à fidejussore conuento, debitorum plenariè fuerit solutum.*

- 1 **E**lecto debitore quondam fidejussor liberatur, ut scribit Paulus lib. 2. sent. iir. 17. in fin. l. ult. C.
- 2 de fidejuss. tunc. † Sed Justiniani Imp. Constitutione hoc postea fuit immutatum, & sancitum, ut rei principalis electione, neutiquam liberentur fidejussores, nisi prius Creditori satisfiat, l. ult. C. de fidejuss.
- 3 † Idemque dicendum, si adversus unum ex fidejussoribus agatur: Hoc enim non obstante, † adversus reliquos experiri licebit, si à fidejussore conuento solutione debiti nondum facta fuerit, dicit. l. ult. C. de fidejuss. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 20. S. 13. n. 16. † Nec enim unius electio alios excludit, à quibus forsitan Creditor solutionem faciliori modo consequi valet, juxta tradita Matth. Col. de process. execut. part. 1. c. 8. n. 40. Et seqq. Strach. de decoll. p. 3. n. 46.

Ita Domini in causa Annz, vidus Dn. Baronis à Bieberstein/ Mens. Sept. Anno 1615 (Verba sentent. Ob gleich Frau Klägerin anfänglichen wegen obgedachte 40000. Reichsthaler/ und ausständiger Zinsen den Rath zu Biettau gebührlichen verlanget/unt bis auf die Hülfe erstanden/xc). So ist sie doch vor der endlich n Befriedigung davon abzustehen/ und einen oder den andern Bürger/ ihrer Beliebung nach/in Anspruch zu nehmen wohl besugt/xc.)

## DEFINIT. XXII.

*Creditor non tenetur cedere fidejussori jus suum, antequam totum debitum fuerit solutum.*

- 1 **Q**uando plures sunt fidejussores, qui pro solutione in distinctos terminos destinata fidem suam interposuerunt; unusque ex illis accelerante termino primo solutionis solvit; † Huic Creditor non tenetur cedere actiones ad recuperandam debiti partem solutam, antequam terminis elapsis integra summa fuerit exsoluta, per text. in l. 2. sub fin. C. de fidejussor. Modest. Pistr. part. 1. qu. 1. num. 4. † Debito enim toto nondum soluto, pignus à Creditore reti-

nari potest, ut probat per l. solutum. 11. §. si quasi daturus. 2. vers. idemque si accepto ff. de pignor. act. Jac. Schult. in addit. ad dict. qu. 1. Modest. Pistr. n. 7. † Multo magis ergo instrumentum obligationis, quippe solutione plenarià nondum facta, obligationem vel actionem Creditori haud superesse nemo dixerit.

Ita Domini in causa Matthai Hubers zu Quetz/Mens. Octobr. Anno 1624. (Verba sentent. Ob ihr wohl für Barthel Rödmern 100. fl. Tagzeit-Gelder in Bürgschaft ausgezahlt/ derowegen ihr euch zu eure Miebdürgen nach Abzug eures Anteils wiederum zu halten geweynet seyd/xc. So mag doch der Creditor, ehe und zwar die hinterstellige Tagzeiten/ und also die ganze Schuld abgestattet/ auch hierzu seine actiones zu cedire nicht angehalten werden/xc.)

## DEFINIT. XXII.

*Fidejussor damna & expensas à Confidejussoribus quasenam repetrere posfit.*

**D**ubium non est, quin fidejussor solvens non solum sororem, sed & damna ac interesse à Reo principali repetrere queat, c. pervenit 2. constitutus. 3. extr. de fidejuss. Bald. in l. Constitutionibus. 20. C. de Usur. Bartol. in l. exceptione. 67. in fin. ff. de fidejussor. † Advertis confidejussores vero, expensas & damna pro rata ab iis recuperandi, ipsi non competit actio, Hartm. Pistor. observ. 79. † Siquidem contra hosce non nisi ex jure à Creditore sibi cesso agere potest, l. ut fidejussor. 39. ff. de fidejussor. † Atque jus repetendi expensas & damna, quæ fidejussor tulit, Creditor non habet, quare nec hoc fidejussori solventi cedere poterit, juxta tradita Bartol. in l. Modestinus. 76. n. 10. ff. de solut. † Loquor autem de damnis atque expensis, quas fidejussor fecit, antequam solveret; Vigore enim propriæ obligationis, ut fidem suam redimeret, hasce facere coactus fuit, ut mirum haud sit, easdem non nisi à principali debitore repeti posse. † Secus vero res se habet in damnis atque expensis post cessionem factis; Cessis enim à Creditore actionibus, fidejussor loco Creditoris est: Quemadmodum ergo Creditor à fidejussore omnia damna, omnesque expensas petit, donec plena solutio sequatur, † ita & fidejussorem easdem post cessionem factas à confidejussoribus recuperare posse, dixerim cum Simon Ulric. Pistr. in not. ad Hart. Pistr. dict. obs. 79.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Dass ihr zu gleich nebenst dem Capital/ auch die Schäden und Unkosten/ jedoch allein diejenigen/ so ihr nach erlangter Cession vom Creditore erlassen und aufwendend müssen/ von euren Mitbürgen gebührlichen hinwiederum zu sodern wohl besugt seyd/ V.R.W.)

## CONSTITUTIO XVIII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wann sich ein Bürger als der Selbstschuldige & tanquam principalis verschrieben/ ob er sich der Rechtlichen Wolthat der excusion zu gebrauchen habe?

 Bes wohl etliche davor halten/ dass ein Bürger/ wann er sich als der principalis und Selbstschuldener obligiret/ das Beneficium excusionis, im Fall da gleich dem nicht renunciret / nicht vorwenden noch haben könne/ So seynd doch unsere Verordnete hierinnen einig/wo dem Bürger die specificirte und ausdrückliche Renunciation seiner Wolthaten nicht hinderlich/ dass er sich des beneficii excusionis, wann der Sachwalter zu bes-

Fidejussor obligans se tanquam principalem, an beneficium excusionis amittat?

**T**si non desint, qui volunt, fidejussorem, qui tanquam principalen se obligavit, beneficio excusionis non gaudere, etiamsi illi non renunciaverit: Deputatis tamen nostris visum fuit, ei, nisi expressa & principalis renunciatio obstat, aut principalis ipse solvendo non sit, excusionis exceptionem non denegandam. Ceterum iis in casibus, in quibus beneficium hoc excusionis fidejussori non competit, eum non

zahlen hat/ gebrauchen möge. Aber in Fällen/ derer von den Rechts-Lehrern etliche erzählt werden/ da der Bürger das Beneficium excusio- nis nicht vorwenden kan/ da muß er als Selbstschuldiger hofften/ wann er sich gleich nicht als Selbst- schuldiger verpflicht/ daher wir es auch also bleiben lassen.

non secus ac ipsummet principalem conveniri posse, etiam si eo modo se non obligaverit, quod & nobis probatur.

## DEFINITIONES.

1. *Ex persuasione de mutuo dando pecuniam alteri, ne-  
mo potest tanquam fidejussor conveniri.*
2. *Etiā Constitutori datur exceptio Ordinis, nisi is ani-  
mo novandi debitorem se constituerit.*
3. *Competit beneficium excusione fidejussori, etiam si  
cautioni fidejussoria addita fuerit clausula (Alles  
treulich/ sonder arge Liss/ und ohne Geschärde.)*
4. *In processu etiam executivo opponere potest fidejussor  
beneficium excusione & divisionis.*
5. *Delegans pro delegato se soluturum promittens non  
gaudet beneficio excusioneis.*
6. *Fidejussor fraudulentem negans fidejussionem, con-  
victus postea mendacii, non juvatur beneficio excus-  
ioneis.*
7. *Cessat beneficium Excusioneis inter Mercatores.*
8. *Non datur beneficium Ordinis ei, qui pro muliere fu-  
dejussit.*
9. *Qui pro principe, fisco vel communicare fidejussit,  
non valet opponere exceptionem discussionis.*
10. *In correis debendi quando locum habeat beneficium  
excusioneis.*
11. *Cessat quoque beneficium Ordinis, quando debitor  
principalis est absens, fugitivus aut latitat.*
12. *Non juvabitur beneficio excusione fidejussor, quando  
inter contrahentes hoc actum appareat, ut Creditori  
fas sint, fidejussorem statim convenire.*
13. *Fidejussor succedens debitori principalis non juvatur  
beneficio ordinis, nec inventarii, sed ultra vires et  
iam hereditatis tenuerit.*
14. *Locum non habet exceptio Ordinis, quando bona do-*

- bitoris extra territorium in locis longè remotis sunt  
sitae.*
15. *Non competit beneficium excusione fidejussori, quan-  
do debitor notoriè non est solvendo, quod alias Cre-  
ditor probare debet.*
16. *Nomina debitoris particulariter & distincte termi-  
nis solvenda (auf Lage Zeiten) quatenus cessare  
faciant beneficium excusioneis.*
17. *Beneficium excusioneis locum etiam habet in actio-  
ne hypothecaria contra tertium possessorum insti-  
tutum.*
18. *Excusione tamen beneficium non gaudet possessor fun-  
di, Creditori specialiter hypothecari.*
19. *Qui sciens rem alii hypothecaram emit, non habet  
beneficium exceptionis haud excusati debitoris.*
20. *Non juvatur beneficio excusione possessor, hypothe-  
caria conventus, quando debitor est absens, nec fa-  
cile potest conveniri.*
21. *Licet res Creditori hypothecata ad quartum vel  
quintum possessorum pervenerit, Creditor tamen non  
nisi debitorem suum excutere debet, si hypothecaria  
agere velit.*
22. *Fidejussor conveniri nequit, antequam pignus excu-  
tiatur, nisi in pignore distractando difficultas aliqua  
subfit.*
23. *Pactum debitoris principalis proficit etiam fidejus-  
sori.*
24. *Verba commendatoria, inter mercatores, vel  
cum periculo persuadentis prolati loquenter obli-  
gant.*

### DEFINIT. I.

*Ex promissione fidejussionis ac persuasione de mutuo dan-  
do pecuniam alteri, nemo potest tanquam fide-  
jussor conveniri.*

1. *Qui promisit, se pro altero fidejussorum, non po-  
test ex ea promissione conveniri, ut solvat, qua-  
si jam fidejesserit, per tradita Nicol. Boér. quest.  
3. num. 1. & 6. † quia aliud est promissio de fideju-  
bendo, aliud ipsa fidejussio, † sicut & aliud est pro-  
missio de vendendo, aliud venditio, l. 1. C. de part. pi-  
gnor. Bartol. in l. ult. num. 8. ff. de condit. caus. dat. †  
Multò minus tenebitur ceu fidejussor, qui persua-  
nibus induxit aliquem ad mutuo dandum alteri  
pecuniam, l. 12. §. 12. ff. mandat. l. 7. §. 10. ff. de dolo malo.  
l. sciendum. 19. in pr. ff. de adul. edit. l. 11. §. 2. ff. de legat.  
3. Nulla enim hic præcessit promissio, adeoque nec  
obligatio, quā obstrictus est is, qui se fidejussorum  
promisit. † Ex quā tamen, quia facti est, non præci-  
sē ad fidejubendum cogi potest promissor, sed solum  
ad id, quod adversarii intererit, præstam fuisse fide-  
jussionem; † Id namque omnibus faciendi obliga-  
tionibus generale est, ut si non fiat, quod fieri conve-  
nit, succedat obligatio, præstatioque ejus, quod in-  
terest, l. si quis ab alio. 13. §. ult. ff. de rejudic. l. quoties  
quis. 81. l. si pulationes non dividuntur. 72. ff. de Verb.  
Oblig. † Neuter itaque habet, quod metuat, actionem  
ex fidejussione adversus se dari, ut maximè vo-  
luntatem fidejubendi habuerit; Prius enim est, ut  
voluntas illa effectum habeat, præsteturque revera  
fidejussio, † quæ nec, nisi certo modo, id est, per sti-  
pulationem præstari potest, l. 5. §. satis acceptio. 2. ff.*

de Verb. Obligat. l. blanditus. 12. C. de fidejuss. quam-  
ut condemnatio sequi posit. Anton. Fab. in Codic. lib.  
8. sit. 27. defin. 26. n. 9.

Ita Domini ad consultationem Caspari Loschenbergers zu Leipzig/ Mensc Februar. Anno 1585. (Verba sententia: Wann sie nun gleich von ihm mit guten Worten und vielen Vertrößungen dahin beredet worden wäre/ daß sie N. N. solche Gelde vorgestreckt. Dieweil er aber dennoch vor selbige Schuld sich nicht ausdrücklichen in Bürgschaft verpflichtet/ so mag er auch deswegen actione mandati, oder in factum, oder auch sonsten beständiglichen nicht belangen/ noch die Zahlung zu leisten angehalten werden/ V. N. W.)

### DEFINIT. II.

*Etiā Constitutori datur Exceptio ordinis, nisi is ani-  
mo novandi debitorem se constituerit.*

1. *Quod anxiē disputari solet ab Interpp. An fide-  
jussor obligans se tanquam principalem, als einen  
Selbstschuldner / gaudear beneficio Ordinis?  
Illud in foro Saxonico decisum est, † per b. Conſt. 2  
Elect. que per intellectus subauditos renunciatio-  
nem odiosam inducere noluit, relinquens ordinis &  
excusioneis non factæ exceptionem illi quoque fidejussori, qui se tanquam principalem obligavit, mo-  
dò huic expressis verbis haud renunciaverit. † Nec 3  
enim fidejussor obligans se tanquam principalem  
quicquam aliud agit, quam ut ostendat animum e-  
nim pro Reo solvendi, tum scilicet, quando debitor  
non est solvendo, salvo nimis sibi jure excus-  
ioneis arg. l. non recte 3. C. de fidejuss. † Ex quo et-  
iam de jure communi hanc sententiam defendant,  
& ad contraria respondent Bachov. in not. ad Treutl.  
vol. 2. disputat. 28. ch. 5. lit. C. & Matth. Welenbec.*

p. 1. consil. 10. n. 2. & seqq. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 31. Ern. Cotham. vol. 1. resp. 22. Tessaur. decif. 166. n. 1. 2. Modest. Pist. vol. 2. consil. 1. n. 49. Schneidewin. ad S. stipulos. 4. Inst. de fidej. n. 13. † Interim de. Conveniente res expedita non est? Sanè licet is, qui alienum debitum constituit, proprio nomine sit obligatus; † Attamen non secus ac fidejussor pro intercessore habendus est, arg. l. 1. & tot. tit. ff. ad SCiam Vellej. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 27. defin. 1. n. 2. † Proinde juvari debet exceptione ordinis & excusonis non facta, si ante debitorem conveniatur, ex Novell. 4. & Aub. praesente. C. de fidejuss. Joll. Faber. ad S. in personam. 8. Inst. de actione n. 6. & seqq. ubi & Johan. Schneidew. n. 29. Dan. Moller. b. c. n. 4. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. obs. 28. num. 1. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 10. n. 293. Hering. de fidejuss. c. 27. part. 1. n. 126. † Causam porrò si quare, cogita, vel ex aequitate solummodo succurrendum esse ei, qui pro alieno debito obligatus est, quare etiam fidejussoribus primùm exceptionem ordinis accommodandam suasit Anton. Faber. dict. de fin. 1. n. 5. † Aut si mavis, ne litium modus multiplicetur, si condemnatus Constitutor adversus debitorem regressum, ut par est, habere velit, l. singulis. 6. ff. de except. rei jud. l. quidam. 21. ff. de reb. Credit. quamvis utramque conjunxerit rationem Fab. dict. loc. † At hoc ita, si non novandi animo debitorem se constituerit, id est, nisi expromissor fuerit, Moll. Fab. dict. loc. Coler. dict. c. 10. n. 299. † Hic enim cum promissione sua liberet debitorem, solusque maneat obligatus, l. 1. & tot. tit. ff. de novat. Jac. Cujac. & Goethofr. ad Novell. 4. & Rubr. ff. de fidejuss. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 3. n. 3. † non potest principalis debitoris, qui nullus superest, excusonem oblicere, l. si alienam. 19. C. de fidej. Vincent. Caroc. de excus. bonor. part. 2. quest. 54. n. 1. & n. 38. Joh. Köpp. decif. 56. n. 5.

Ita Domini in causa Martin Sudels zu Breysligk / Meuse Mart. Anno 1627. (Verba sententia: Ob ihr wohl gegen eten/ von welchem eure Frage meldet/ euch verpflicht/ und eten/ andern Schuld ex constituo auss euch genommen/ da aber dennoch derselbe zu zahlen hätte/ und mit ausdrücklichen Worten zwischen euch keine novation getroffen/ noch vorige obligation aufgehoben worden wäre/ ic. So möchte ich/ ehe und zuvor der Principal debitor gebührlichen excutiret/ beständiger Weise nicht belangen werden/ sondern ihr häret euch mit dem beneficio excusonis wohl zu behelfen / V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Competit beneficium excusonis fidejussori, etiam si caurioni fidejussoria addita fuerit clausula (Als les treulich sonder arge list und ohne Gefehrde.)*

Clausulæ huic obligationibus ac instrumentis ferè omnibus hodiè communi, illum tribuunt effectum Dd. ut contractus alioquin stricti juris naturam & similitudinem contractus bona fidei fortioratur Bald. lib. 1. consil. 343. num. 3. & seqq. Virgil. Pin. giz. quest. 38. n. 18. † Unde inferendum videtur per ejusmodi clausulam beneficium excusonis penitus excludi, † veluti ita sentiunt Matth. Welenbec. part. 1. consil. 14. n. 17. Anton. Gomez. lib. 2. variari. resolut. cap. 13. n. 14. † Sed falsa est hæc illatio, quia quispiam legitur, hoc beneficium naturæ bona fidei contractus repugnare. † Nec aliud vere importante hæc verba (Alles treulich/sonder arge List und ohne Gefehrde) quam dolum & fraudem abesse debere, Goedd. de contrab. stipul. c. 8. concl. 1. n. 26. † At quomodo quæsto dici poterit, eum in dolo versati, qui suo Jure & beneficio legibus concessu utitur, l. nullus videatur. 55. ff. de Reg. jur. l. 129. ff. rod. cit. l. proculus ait. Carpz. Definis. Vol. I.

26. ff. de damn. infest. † Ac sanè si opinio Welenbec. 7 & Gomez. admitteretur, nunquam aut certè rarissime futurum esset, ut ante principalem excusum fidejussor conveniri non posset, etiamsi nec spezialiter neque generaliter huic beneficio renunciasset, † 8 cum serè nulla hodiè conficiatur Obligatio, cui hæc clausula inserta non sit teste Paul. Matth. Wehner. in observ. præt. verb. Treulich ohne Gefehrde. † Quo ipso contraintentionem Legislatoris Beneficium Ordinis tacite p̄terius abrogaretur, Dan. Moller. b. c. n. 3. Anton. Hering. in tract. de fidejussor. cap. 17. num. 17. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sondern ihr häret euch mit dem beneficio excusonis (ungeachtet dass allseitig contrahenten der Abhandlung und geschlossenem Contracte treulich/ sonder arge list und ohne Gefehrde nachzukommen versprochen) wohl zu behelfen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*In processu etiam executivo opponere potest fidejussor beneficium excusonis & divisionis.*

Parum sibi constans hic est Matth. Coler. qui beneficium excusonis in processibus executivis, ubi levato velo, summarie nimirum & de plano, sine strepitu & figurâ judicii solet procedi, fidejussorem non juvari exceptione discussionis Rei principalis, ait in tract. de process. exec. part. 1. cap. 10. n. 380. & part. 2. defin. 220. num. 54. 55. † Quod tridem tradit de beneficio divisionis ex epistola divi Adriani dict. c. 10. n. 411. † At de utroque postea assentit contrarium, fidejussorem scilicet ex instrumento garantito obligatum exceptione Ordinis ac divisionis adversus executionem bene se tueri posse, in eod. tract. de process. exec. part. 4. c. 1. n. 113. & 115. † Etsi vero in opinione priori plures assentientes habeant, Ant. Hering. de fidejuss. c. 27. part. 1. n. 293. Vincent. Caroc. de excus. bonor. p. 2. quest. 4. & 5. Bartol. in l. si fidejussores. 41. S. idem respondit. 1. n. 116. ff. de fidej. Valent. Franc. de fidej. c. 5. num. 391. Jacob. Menoch. de adipisci. possess. Remed. 5. n. 144. † Posterior 5 tamen sententia, quam sequitur Johan. Zahner. de except. part. 3. 5. 26. n. 93. 94. & Matth. Berlich. part. 1. concl. 57. n. 23. 24. procul dubio verior est. † Quia discussionis exceptio inest obligationi ex natura aetatis; Non aliter siquidem fidejussor videtur pro solutione spopondisse, † quam in eventum, si nempe 7 principalis repertus fuerit non solvendo, Aub. pref. C. de fidej. junct. autb. hoc si debitor. C. de pign. & l. fin. C. de Const. pecun. † ut tunc aut solidum, aut quanto minus à Titio consequi valebit, Créditor à fidejussore exigat, arg. l. si ego. 42. ff. si cert. petat. † 9 Pariter quia lex ipsa dividit obligationem inter plures confidejussores, hujusque exceptionis veritas patet ex ipso instrumento, utique ex natura contractus & hæc exceptio opponi poterit. † Ejusmodi 10 namque exceptiones, quæ ex ipsa contractus natura dependent, & ex instrumenti inspectione verificantur, in foro etiam Saxonico paratam executionem impedit, compertum habemus ex Ordin. Polit. El. Sakon. de An. 1612. iis. Von Justizien Sachen. n. 19. 5. Dieweil denn. vors. Es hätte denn/ ic.

Ita Domini in causa Caspari Edels zu Meissen/ Meuse Dembr. Anno 1630. (Verba sententia: Habe ich euch neben noch andern etlichen Personen für Melchior Weßler in Bürgschaft eingelassen. Ob nun wohl der Creditor, weil er von dem Principal Schulden nicht befriediger werden kan/ euch allein in Anspruch genommen/ und auf einer Brief und Siegel wider euch executive geflaget/ da ihr aber dennoch bei der Bürgschaft dem beneficio excusonis und divisionis anderdrücklich nicht renunciaret hättest/ ic. So wärte euch gebührlich zu opponiren/ und dadurch die Hälfte wider euch abzugrenzen unbemängeln/ ic.)

## DEFINIT. V.

*Delegans pro delegato se soluturum promittens, non gauder beneficio excusionis.*

- D**E jure novissimo regulariter discutienda sunt facultates principalis debitoris, antequam tenetur fidejussor, *Auct. præsente. C. de fidej. Nov. 4. c. 1. Auct. hoc si debitor. C. de pign. & hypoth. ¶ Quia excusio adeo rigorosa est, ut usque ad sacculum & peram fieri debeat; ¶ Et solent hodiè debitores executi in omnibus bonis etiam usque ad indumenta, non relictâ ipsis nisi unicâ veste, quâ corpus tegant, ne nudi incedant, ut differit *Ant. Faber. part. 1. de Error. pragmat. decad. 5. Error. 8.* ¶ Cessat tamen hæc excusio, si ei fidejussores renunciaverint per *L. pen. 5. C. de part. hæc Conf. 18.* ¶ Quin non solum renunciationem beneficium excusionis seu Ordinis excludere, sed & plures existere casus, quibus hæc exceptione fidejussores non juvantur, satis innuit *Constit. hæc in verb.* Aber in Fällen/ da der Bürge das beneficium excusionis nicht vorwenden kan/ ic. quos tamen expressè non refert, sed eosdem ab Interpp. petere jubet in verb. Derer non den Rechtslehrern etc liche erzählt werden/ ic. ¶ De quibus imprimis vide- ri possunt *Matth. Coler. de process. execus. part. 1. cap. 10. num. 381. & seqq. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. num. 315. & seqq. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 27. part. 1. num. 181. & seqq. Matth. Berlich. p. 2. concl. 24. Anton. Gabriel. lib. 3. tit. de fidejuss. cap. 1. num. 46. & 7 seqq.* ¶ Casibus illis adnumerari quoque hic potest, si delegans debitorem alteri repromiserit, se solutum pro delegato, si is die præfinita non solverit; ¶ Huic certè, si delegatus in morâ existat, beneficio excusionis fidejussoribus indulto, haudquaque tueri se licet, sed statim tanquam debitor principalis priori obstrictus obligatione, ad solutionem is condemnari potest, *Hartm. Pistor. observ. 87.* ¶ Nec ad rem pertinet, quod per delegationem debitor liberatur. *I. 3. C. de novat.* Hoc enim licet alias verissimum sit, fallit tamen in casu præsenti, quo conventum fuit, ut delegans non debeat esse liberatus, priusquam solutio actuelis fiat à delegato, quod pactum naturæ delegationis adversatur, ¶ efficitque, ut vera delegatio haud facta censeatur, sed res omnis in pristino statu permansisse putetur, ut tradit *Salycket. in l. pro debito. 6. n. 4. C. de bon. auct. jud. possid.* ¶ Tenetur ergo etiam tanquam principalis, cui nullum ordinis beneficium accommodari potest, *Hartm. Pistor. dict. loc. 11.**

*Ita Domini in causa Michaëlis Sanders zu Querfurt/Mens. Febr. Anno 1622. (Verba Loc. Habt ihr d'r Schuld wegen/damit ihr Christoph Helbigen verhaftet gewesen/einen andern Debitorum ihm vorstellig gemacht und delegirtet/ iedoch mit dem Gedinge/ außn Fall er binnen zweyen Monaten die Zahlung nicht leisten würde/ ihr nachmahls selbstens dafür hassen woltet/ und es hat selbiger Debitor zu bestimmat Zeit den Creditorum nicht befriediget/ ic. So sendt ihr nunnehr die Zahlung zu ihm schuldig/ und habe euch gestallten Sachen nach mit dem beneficio excusionis nicht zu behelfen/ B. W. B.)*

## DEFINIT. VI.

*Fidejussor fraudulenter negans fidejussionem, convictus postea mendacii, non juvatur beneficio excusionis.*

- J**uris indubitate est, quod fidejussor exceptionem Ordinis opponens Creditori, non audiatur, si negaverit fidejussionem, posteaque mendacii convictus fuerit, per text. in *l. si dubiter. 10. §. ita demum. i. ff. de fidej.* Matth. Coler. de process. exec. part. 1. c. 10. 2. 397. *Ant. Tessaur. dict. 50. Hippol. de Marsil. in Rabe. & de fidejuss. n. 19. Joh. Schnedew. ad S. plares. 4. n. 9. Inst. sec. Anton. Moritz. de fidejuss. cap. 27.*

part. 1. numer. 210. *Vincent. Caroc. de excuss. bonor.* part. 2. qu. 69. Idque in poenam mendacii inductum videtur. ¶ Quia cum locum non habeat, nisi dolo ac fraude negantis apparente, *Jason. in l. 1. n. 15. C. de transact.* satis inde patet, ¶ limitationem hanc ad fidejussorem dolosum restringendam esse, negantem verò ex errore, excusionis beneficio uti non prohiberi, *Hering. dict. cap. 27. part. 1. num. 118. Tessaur. dict. decis. 50. n. 45.* ¶ siquidem ignorantia à poena mendacii negantem excusat, *Vincent. Caroc. de excuss. bonor.* part. 2. qu. 69. n. 34. ¶ Idemque afferendum videtur de eo, qui animo titubante & dubio, incertaque mente oblivionem allegando fidejussionem negat. ¶ Nam & hunc extra dolum esse, quivis facile concederit, *Hering. dict. loc. n. 219.* ¶ Sicuti & eum, qui sub generali litis contestatione negat narrata, prout narrantur, beneficium excusionis haud perdere, tradit *ibidem Hering. n. 220.* ¶ Ejusmodi, namque litis contestatio nec simpliciter negativa, nec affirmativa est, sed implicita, ita ut respondens de simplici confessione vel negatione argui nequeat, *Daniel. Moll. ad Constat. Elect. 10. num. 1. p. 1. Jac. Schult. præst. obs. 44. n. 6.*

*Ita Domini in causa Caspari Eddels zu Meissen/ Mens. Dec. Anno 1623. (Verba sent. Es wäre dann/ daß ihr anfänglich die Bürgschaft dolose und gefährlichen verneinet / auf solchen Fall hättet ihr euh des beneficij excusionis nun mehr zu gebrauchen nicht Fug/ B. W. B.)*

## DEFINIT. VII.

*Cessat beneficium Excusionis inter Mercatores.*

**E**xceptionem discussionis non competere fidejussori contra Mercatorem, communis est Interpp. sententia per text. in *Nov. 4. cap. ult. §. ult. vers. argentariorum quippe sponsoribus &c. Nov. 136. cap. 1. ubi contra hanc exceptionem argentariis succurritur.* Quibus ex rationis identitate alios quoque Mercatores adjungunt *Dd. Anton. Neguz. de pignor. membr. 1. part. 8. princip. n. 29. Tessaur. dict. 156. n. 7. Anton. Hering. de fidejuss. part. 1. c. 27. num. 283. Joh. Zanger. de excepte. part. 2. cap. 16. numer. 14. Coler. de process. execus. part. 1. cap. 10. numer. 393. Andr. Gail. lib. 2. observat. 27. numer. 27. Nicol. Boer. dict. 221. numer. 14. Mynsing. cent. 2. observ. 15. numer. 5. Berlich. part. 2. concl. 24. num. 47. Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 396. ¶ Quam admitto, si & ipso met fidejussor fuerit mercator, & in foro mercatorum conveniatur. ¶ Alioquin ordinis beneficium etiam contra mercatorem dari fidejussori, qui ipse mercator non est, rectissime afferit *Anton. Fab. in Codic. Lg. tit. 27. defin. 3. n. 1. & lib. 8. tit. 23. defin. 8.* ¶ Ratior autem istius sententiaz in eo ponunt *Dd. quod in foro Mercatorum non soleat disputari de apicibus Juris, sed tantum de æquitate & bonâ fide, l. fidejussor. 29. §. quedam. q. ff. mandat. Fab. dict. defin. 3. numer. 2. Gail. dict. loc. Welenb. conf. 10. numer. 40.* ¶ At nego, Ordinis beneficium cum bonâ fide & æquitate pugnare; ¶ Quin ipsa potius æquitatis ratio suadet, ut prius eatur ad eum, qui solus utilitatem ex contractu sensit, quam ad fidejussorem: ¶ Ac licet, reo excusio, redeatur ad fidejussorem, interest tamen hujus, prius agi contra illum & eum potius exigi, quam ut fidejussor novo judicio contra Reum experiri cogatur, cum nec interesse queat Creditoris, quod prius teneatur appellare debitorem principalem, ¶ Dicere itaque ausim cum Reinh. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. diss. 28. lib. 5. lit. C. & D. in foro mercatorum huic exceptioni propterea locum non dari, ¶ quod presumatur semper tacita renunciatio facta,*

facta, cum maximè intersit Mercatorum, pecuniam habere in promptu, ne fides eorum periclitetur. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fidejuss. n. 8. Franc. & Hering. dict. loc. † Accedit etiam commodum publicum, ut scil. liberior sit commerciorum usus, arg. l. 1. in pr. ff. de constr. empt. Bodin. lib. 3. de Republ. c. 8. 1 p. 56. † Nec enim vivere potest mundus sine Mercatoribus, ut inquit Later. de cens. lib. 3. c. 12. num. 34. 2 & seqq. † Ut sic à Regula communī, quæ excusonis beneficium omnibus aliis fidejussoribus tribuit, vel saltem Reipublicæ causā mercatores sint excipiēndi, arg. l. hāc lege 8. in fin. C. de pass. conv. tam super dote.

Ita Domini in causa Johannis Pilz zu Leipzig / Mens. Januar. Anno 1608. (Verba sentent. So ist er euch die hinterstelligen, 100. Thal. in Bürgschaft zu zahlen pflichtig / und hat sich mit dem beneficio excusonis, ungarisch er sich desselben nicht begeben / nach Gelegenheit desfalls / weil man in causa Mercatorum verliert/ dawider nicht zu behelfen / V. W. W.)

Et in causa Christiani Scherls contra Anton. Simon Eßlers Witten/V. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Non datur beneficium Ordinis ei, qui pro muliere fidejussit.*

E xpeditum est, apud omnes, quod excusonis beneficium cesseret, si debitor principalis non facile conveniri queat, † putā si potens sit & Tyrannus, ad quem non pateat tutus accessus, Andr. Gail. l. 2. obs. 27. n. 25. Val. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 326. Anton. 3 Hering. de fidejuss. c. 27. p. 1. n. 273. † Aut si rixosus sit, litigiosus, vel consuetus non solvere etiam vorum debitum sine lite, Jason. in l. ult. n. 11. ff. si cert. petat. 4 l. soluto matrimonio. 2. n. 19. ff. solut. maritim. Jacob. Beust. ad l. admonendi. 31 n. 299. ff. de jurejur. Gail. d. 4 obs. 27. n. 26. † Ex quo fundamento nec is juvatur ordinis beneficio, qui fidejussit pro naturaliter tantum obligato, putā pro pupillo, furioso, prodigo, &c. juxta l. Marcellus. 25. ff. de fidejussor. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 404. Joh. Schneidew. ad S. si plures. 4. n. 8. Inst. de fidej. Franc. dict. cap. 5. n. 340. 5 † Quia ejusmodi in casu discussio de jure dicitur impossibilis, Bald. in Ausb sed badi. C. de obligat. 6 action. n. 5. † Quo & refero mulierem, minorem, aliumve privilegiatum cum Vin. Caroc. in excuss. bo- 7 nor. p. 2. qu. 40. & q. 41. n. 3. † Etenim, quia cum ejusmodi personis non nisi magnā curti difficultate propter privilegia ipsis concessa litigatur, nec pro hisce fidejubentem exceptione discussionis se tueri posse, ex predictis in aperto est.

Ita Domini in causa M. Georgii Grühners zu Greiz / Mens. April. Anno 1619. (Verba sentent. Ob nun wohl der Bürger dem beneficio excusonis nicht renunciret/ dieweil er aber dennoch von der Principal-Schuldnerin keinen richtigen Kauf-Brief erlangen können/ sie sich auch in gutem zur Zahlung nicht verstehen will/ dahero auch die excusio schwer gemacht wird/ ic. So hat sich der Bürger nach Gestalt dieser Sache des beneficij excusonis nicht zu gebrauchen/ sondern ihr schd bey denselben eure Zahlung zu suchen wohl befugt/V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Qui pro Principe, fisco vel communitate fidejussit, non vales opponere exceptionem discussionis.-*

C essat quoque excusonis beneficium in fidejussore fisci, nam qui pro Fisco, Senatu aliave communitate fidejussit, beneficium excusonis non habet, sed statim conveniri potest. † Fiscus enim vel alia universitas semper solvendo est, l. si maritus. 2. S. ult. in fin. ff. de fund. dotal. † Ne ergo inanis sit hāc fidejusio, videtur tacite hūic beneficio renunciatum, Vincent. Caroc. de excuss. honor. p. 2. qu. 12. n. 7. & seqq. Bald. in l. 1. n. 17. C. de convent. fisci debit. 4 Jason. in L. ub. n. 32. ff. de Verb. Obligat. † Eādemque

de causā denegatur quoque excusonis beneficium illi, qui pro Principe aliōve magno domino fidejussit, quia & Princeps semper solvendo præsumitur, l. 9. ff. ad Leg. Rhod. de jat. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 27. p. 1. num. 308. Joh. Schneidew. ad S. i- tem si quis in fraudem. 6. num. 65. Inst. de ab. † Quia & Princeps potens habetur, qui non facile conveniri potest, ut vel propterea pro eo fidejubenti haud profit exceptio ordinis, Berlich. part. 2. concl. 24. n. 27. Dan. Moller. lib. 1. Semestr. c. 16. n. 13. Nicol. Boer. de c. 57. in fin.

Ita Domini in causa Senatus Zittaviensis, Mens. Jul. Anno 1630.

#### DEFINIT. X.

*In Correis debendi quando locum habeat beneficium excusonis.*

B eneficium Ordinis sive excusonis regulariter non obtinet in duobus vel pluribus correis debendi, Autb. hoc ita si patrum. C. de duob. reis stipul. Jason. in l. si constante. 24. ff. solut. maritim. n. 52. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 5. n. 422. Vinc. Caroc. de excuss. honor. part. 2. qu. 1. n. 1. Ratio hujus expedita est: † quia correi debendi omnes sunt principales, unaque tantum est obligatio, l. 2. l. 3. S. ult. ff. de duob. reis confit. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 27. defn. 3. n. 4. † At, ut beneficium excusonis locum habeat, necessariò requiritur, ut una sit principalis, altera necessaria persona, Novell. 4. cap. 1. † Nihilo minus tamen, si ad alterutrum solum tota pecunia pervenerit, is, ad quem nihil pervenit, exceptione ordinis juvabitur, † eò, quod ex sententiā interpp. pro fidejussore videatur habendus, Dd. in Autb. hoc ita. C. de fidejuss. l. vir uxori. 17. S. mulier & Titius 2. ff. ad SCrum Vellejan. Anton. Fab. dict. defn. 3. num. 6.

Ita Domini in causa Bernhard Jochens zu Grimma / Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sentent. Seyd ihr nebenst Matthes Behnern 100. fl. schuldig worden/deswegen ihr euch als Correi gegen den Gläubiger verpflichtet/ welcher ansto die Zahlung suchen thut. Ob nun wohl sonst das beneficium excusonis den Correi debendi nicht zu statte kommt/ da aber dennoch gedachter Wehner berührtes Geld ganz allein zu sich genommen/ und damit gebahret hätte/ ic. So vermöchtet ihr/ ehe und zuvor derselbe gebührlichen excusare/ die Zahlung für eure Person zu thun nicht angehalten werden / V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Cessat quoque beneficium Ordinis, quando debitor principalis est absens, jugitus aut latitat.*

E xcusonis beneficium non gaudebit fidejussor, si debitor principalis in longinquis regionibus abiens est, ita ut sine magno negotio & difficultate conveniri nequeat. † Hāc quippe diuturna absencia Creditori incommodo atque fraudi esse non debet, Autb. presente. ubi Salycet. n. 3. & Joh. Sichard. n. 10. & 11. C. de fidejuss. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 27. defn. 33. n. 2. Andr. Gail. lib. 2. observ. 27. n. 35. Joh. Schneidew. ad S. si plures. 4. num. 3. inst. de fidejuss. † Quod si tamen fidejussor debitorem principalem præsentare velit, aliquod temporis spacium pro arbitrio Judicis ipsi indulendum erit, Nov. 4. c. 1. dict. Autb. presente. vers. ipso tamen desiderante. C. de fidejuss. Schneidew. dict. loc. Vincent. Caroc. de excuss. honor. p. 2. qu. 46. num. 3. & 4. Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. num. 355. † Idemque Juris esse videtur, si debitor quidem præsens sit, sed latitat. Etenim quia nec tūm Creditor absque difficultate suum consequi valet; † quod minus à fidejussore statim hoc exigat, ordinis exceptione impediri non debet, arg. l. Fulcinus. 7. ff. quib. excus. in possess. eas. Joh. Harpp. Rer. 3. ad

*ad §. si plures. 4. n. 50. Inst. de fidej. Val. Franc. dict. c. 5. n. 33.*

Ita Domini in causa Pauli Menckes zu Leipzig/Mens. Mart. Anno 1526. (Verba sent. Dieweil sie aber dennoch dem Beneficio excusonis ausdrücklich nicht renunciret/ so ist ihnen/sich desselbigen zu gebrauchen/unbenommen. Es wäre denn/das eurem Gericht nach obgedachter Weit Meyer Schulden halber städtig/und nirgend sicher wäre/auss den Fall wäre/et die Bürge um die Bezahlung zu belangen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Non juvabitur beneficio excusonis fidejussor, quando inter contrabentes hoc actum appareat, ut Creditor fas sit, fidejussorem statim convenire.*

- 1 **N**unquam beneficio excusonis locum dari, quando causa summarie ex bono & æquo decidenda est, tradunt Interpp. ferè omnes, Andr. Gail. lib. 2. obs. 27. n. 26. Hart. Pistor. lib. 1. quest. 6. num. 30. Ant. Hering. de fidejuss. cap. 27. p. 1. num. 276. Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. n. 393. Hippol. de Marsil. in rubr. ff. de fidejuss. n. 12. Ant. Tessaur. decis. 52. Roll. à Vall. vol. 1. consil. 9. n. 21. Mynt. cent. 2. obs. 15. n. 5. + Quod concellerim in casu, quo de mente contrahentium appetit, id actura fuisse, ut fidejussor statim conveniri queat, + putat, si propterea fidejussor datus fuerit, ne Creditor ad domicilium debitoris proficiat, alioque in foro experiri cogatur. + In omnibus siquidem actibus potissimum quid contrahentes senserint, inspici, nec hi ultra agentium intentionem quicquam operari debent, *I. non omnis. 19. ff. de reb. Credit. I. quoties 9. ff. de hered. inst. I. 17. C. de donat.*
- 2 Ita Domini in causa Annae Uxorius D. Caspari Jungermaida/ contra Eileman Eschebruchens zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1634.

#### DEFINIT. XIII.

*Fidejussor succedens debitori principali, non juvatur beneficio ordinis, nec Inventarii, sed ultra vires etiam hereditatis tenetur.*

- 1 **H**aud locus est exceptioni ordinis seu beneficio excusonis, quando fidejussor debitori succedit, quia hoc casu convenitur, non ut fidejussor, sed ut heres debitoris, *I. fidejussoris. 24. ubi Dd. C. de fidejuss. I. heres 21. §. ult. ff. eod. tit. I. Stichum. 95. §. quod vulgo. 3. ff. de solut.* + Cum per successionem & confusione soluta sit intercessionis obligatio pro parte nimirum hereditaria, salva interim remanente obligatione principali, *I. debitor. 3. ff. de separat. I. si Reis. 13. ff. de duob. Reis Confit. I. si duo 93. in pr. & fin. ff. de solut. Hartm. Pistor. lib. 3. q. 1. n. 11. Matth. Coler. de process. execut. part. I. cap. 10. num. 188. Vincent. Caroc. de excuss. honor. p. 2. q. 34. num. 3. & seq. Ant. Tessaur. decis. 40. n. 3. + Non solum quia æs alienum universa bona ubicunque locorum sita respicit, *I. 50. §. tractatum est. 1. ff. de judic.* + Sed & quod bona extra territorium sita sufficient ad satisfactionem, *I. si fidejussor. 7. §. si necessaria. 1. ff. qui fatus cog. Berl. part. 2. conclus. 24. num. 20.**
- 2 Ita Domini in causa Caspari Lischkens zu Döbeln/Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl der Bürge das beneficium excusonis fürzuschützen gemeinet/ fürgebende/ daß der Debitor noch anderswo Geld zu fordern habe/ dieweil aber dennoch selbige Forderung unter anderer Herrschaft anhängig/und ohne sonderbare und schwere Mühe nicht einzubringen/et. So hat sich auch bemeldeter Bürge mit dem beneficio excusonis nicht zu behelfen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Non competit beneficium excusonis fidejussori, quando debitor notoriè non est solvendo, quod alias Creditor probare debet.*

- 3 **E**xtra controversiam est apud Interpp. quod beneficium excusonis juvari non debeat fidejussor in casu, quo debitor principalis notoriè non est solvendo, Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. num. 315. Anton. Hering. de fidejuss. c. 27. p. 1. num. 199. Zang. de except. part. 2. c. 16. num. 15. Andr. Gail. I. 2. obs. 27. num. 14. Schneidew. ad §. si plures. 4. num. 4. Inst. de fidejuss. Rati-
- 4 *I. generativer. 5. ff. de fidej.* + Hoc enim catenus verum est, quatenus Creditor inde damanum non tenuit, ut tradit Bart. in I. 14. ff. de fidejuss. + Ea pæ-

titur regula illa, quæ accessoria obligatio consumi dicuntur à principali, notabilem limitationem, ut solum obtineat, quando Creditori principali obligatione satisficeri queat, *I. 95. §. 3. ff. de solut.* + Unde & fit, quod fidejussor succellerit ei, qui naturaliter tantum obligatus erat, obligatio fidejussoria in suo statu remaneat, quia alias injuria fieret Creditori, + quæ procul dubio mens est Papin. in dict. I. 95. §. 3. ff. d. r. quem textum recte videtur emendare Jac. Cujac. hb. II. observ. 34. + Nam si Reus duntaxat naturaliter fuerit obligatus, fidejussor qui successit, non liberabitur: + quam emendationem ex Græcis traditam probat Anton. Fab. lib. 8. conject. 4.

Ita Domini in causa Martini Edels zu Bielitz/Mens. Jun. Anno 1627. (Verba sent. Habt ihr euch für euren Bruder wegen 200. Thaler in Bürgschaft eingelassen/ dessen Erbe ihr nun mehr nach seinem Absterben werden seyd. Ob nun wohl hierdurch die Bürgschaft aufgehoben/ und ihr als des Debitoris Erben die Zahlung ohne vorgehende excusione zu leisten schuldig seyd/ et. So mag euch doch die confessio inventarii, so sonst den Erben zu statuten kommt/ in niches behöflich seyn/ sondern ihr seyd auch über das Vermögen der Erbschaft/ gestalten Sachen nach/ den Gläubigern zu befriedigen pflichtig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Locum non habet exceptio Ordinis, quando bona debitoria extra territorium in locis longè remotis sunt sita.*

- 1 **N**emo, opinor, inficias ibit, difficultem & incommodam esse Creditori excusione bonorum debitorum in locis admodum longè remotis & disstituitorum; + Quare & beneficium ordinis cessare, ac fidejussorem hujus exceptione se tueri non posse, si debitoris bona extra territorium jus dicentis sita fuerint, rectissime afferunt Dd. + per textum in Novell. 4. cap. 1. §. si vero intercessor. I. 21. §. si arbiter. 10. ff. de recept. qui arbiter. I. Mav. 13. §. ult. sub fin. ff. de ann. legat. Jason in I. 15. §. possessor. 7. ff. qui satiad. cog. Hippolyt. de Marsil. in Rubr. ff. de fidejuss. num. 14. + Quod tamen non aliter accipendum, quā si debitor principalis extra territorium jus dicentis in aliis locis admodum longè remotis & disstituitorum habeat bona. + Alioqui, si bona in vicina & conjuncta ditione sita sint, excusione omnino præcedere debere, facilimè concesserim, Matth. Coler. de process. execut. part. I. cap. 10. num. 188. Vincent. Caroc. de excuss. honor. p. 2. q. 34. num. 3. & seq. Ant. Tessaur. decis. 40. n. 3. + Non solum quia æs alienum universa bona ubicunque locorum sita respicit, *I. 50. §. tractatum est. 1. ff. de judic.* + Sed & quod bona extra territorium sita sufficient ad satisfactionem, *I. si fidejussor. 7. §. si necessaria. 1. ff. qui fatus cog. Berl. part. 2. conclus. 24. num. 20.*

Ita Domini in causa Caspari Lischkens zu Döbeln/Mens. Sept. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl der Bürge das beneficium excusonis fürzuschützen gemeinet/ fürgebende/ daß der Debitor noch anderswo Geld zu fordern habe/ dieweil aber dennoch selbige Forderung unter anderer Herrschaft anhängig/und ohne sonderbare und schwere Mühe nicht einzubringen/et. So hat sich auch bemeldeter Bürge mit dem beneficio excusonis nicht zu behelfen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XV.

*Non competit beneficium excusonis fidejussori, quando debitor notoriè non est solvendo, quod alias Creditor probare debet.*

- 1 **E**xtra controversiam est apud Interpp. quod beneficium excusonis juvari non debeat fidejussor in casu, quo debitor principalis notoriè non est solvendo, Valent. Franc. de fidejuss. c. 5. num. 315. Anton. Hering. de fidejuss. c. 27. p. 1. num. 199. Zang. de except. part. 2. c. 16. num. 15. Andr. Gail. I. 2. obs. 27. num. 14. Schneidew. ad §. si plures. 4. num. 4. Inst. de fidejuss. Rati-

- 2 Ratio expedita est: † Quia excusio non fit ad alium finem, nisi ut appareat, an debitor solvendo sit nec ne; At † notoria non egent probatione, l. n. §. 12.  
 3 ff. de action. empt. † Constat autem Notorietas ex eo, quod debitor juramentum paupertatis praestitit, vel ostiatim vadit, vel si ipsem & ejus fidejussorū jurent, nulla bona debitoris adesse, vel perfamam vicinorum, ita ut ulteriori judicis declarationi planè opus non sit, Gail. dict. obs. 27. num. 15. Franc. dict. cap. 5. num. 341. Felin. in cap. evidencia. q. extr. de accusat. Vincent. Caroc. de excuss. bonor. part. 2. quest. 38. numer. 14. † Notorietate verò hāc non apparente, onus probandi, debitorem non esse solvendo, incumbit Creditori, qui eum solvendo esse negat, Franc. dict. c. 5. n. 319. † Nam qui intentionem suam in negativa fundat, eam probare debet, l. pen. §. docere. 2. ff. Ne quis cum qui in jus voc. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 18. n. 14. Jas. in l. in illa. 8. n. 5. & seqq.  
 7 ff. de Verb. Oblig. † Quibus verò modis probari possit, debitorem haud esse solvendo, tradit multis Matt. Coler. de proc. execut. part. 1. c. 10. num. 386. Matth. Berlich. p. 2. concl. 24. n. 143. & seqq. Hering. & Franc. dict. loc.

- C**ommunis est Dd. opinio, quod fidejussor, antequam à judge reyera condemnatus sit, vel ipsi solverit, adversus debitorem principalem agere non posse, Salyc. in l. si pro ea 10. C. mandat. Angel. in l. fidejussor pro venditore. 45. ff. de fidejussor. Ant. Gomez. 2. resol. tom. 2. tit. de fidejussor. n. 10. in fin. † eo, quod non impletat promissionem & obligationem suam, talis fidejussor, quippe cui non hoc tantum, ut fidei suam interponat, sed praestet ac solvat, incurrit. 3. bit. † Et sic utrumque implere necesse habeat, arg. I. Celsus. 23. ff. de recept. qui arbitr. l. si fidejussor. 29. 5. ult. ff. mandat. l. 47. ff. de condic. indeb. l. qui sic 4. solvit. 55. ff. de solvit. † Ut ita fidejussor ante condemnationem sine actione agere videatur, ac propterera repelli debeat, Gloss. & Dd. in l. si pupilli 6. s. 5. 1. ff. de negot. gest. † Quemadmodum & fidejussor evictionis nomine datus ante condemnationem non agit, L. 3. C. de evit. L. 45. ff. de fidejussor. ut pluribus persequitur Petr. Heig. part. 2. quest. 7. num. 50. & 6. seqq. † Quod quidem concesserim, quando statim post fidejussorem intercessor vellet urgere liberationem, vel restitutionem cautionis suæ fidejussori; Deciperetur enim reus amici beneficio, intempestivè agendo, & intercipiendo ipsi, quod antea sponte & liberaliter præstiterat beneficium, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 371. Heig. dict. q. 7. 7. num. 95. † Secus verò si fidejussor aliquandiu hæsit in obligatione, aut debitor dissipator esse cœpit. † Etsi enim regulariter fidejussori adversus debitorem principalem non competit actio ante factam solutionem, & antequam damnum aliquod, aut diminutionem sui patrimonii sustineat, l. bi qui. 34. ff. de 9. fidejussor. l. cum alter. 11. C. cod. tir. † Attemen si diu 10. sis steterit in obligatione ( † quod tempus in judicis arbitrio consistit, l. 10. C. mandati. Coler. dict. cap. 10. num. 363.) & terminus solutionis lapsus, aut ab initio ita contractum fuerit, ut liceat fidejussori etiam ante satisfactionem Creditoris, debitorem suum convenire, vel si post obligationem fidejussori, contractam debitor cœperit labi facultatibus, aut 11. malè uti suā substantia. † Hisce sanè casibus dubium non est, quin fidejussor convenire debitorem possit, ut eximat reum ab obligatione, restituat videlicet ipsi cautione fidejussori, hocque si omittat, executionem petat in bona ipsius, ut pluribus tradit Coler. dict. cap. 10. num. 364. & seqq. & Heig. 12. dict. qu. 7. n. 78. & seqq. † Ubi porro docet num. 98. posse fidejussorem executivè obligatum, si periculum rebus debitoris immineat, arrestum in bonis eiusdem petere, vel in concursu Creditorum, hoc quoque debitum, pro quo fidem suam astrinxit, in judicium deducere, Bartol. in l. fidejussor pro venditore. 45. ff. de fidejussor. Gail. lib. 2. obf. 29. num. 12. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fidejussor. num. 216. † Paria siquidem habentur, aliquid facere compulsum, aut metu, ne compellatur, ex necessitate, vel timore aut metu necessitatis, l. novissimè. 7. pr. ff. quod falso tut. 14. aut. item: † Condemnatum quem esse, & mox condemnatum iri, frequenter comparantur, † uti & cingendum habemus pro cincto, l. quamvis. 19. C. ad Leg. Jul. de adult. l. 62. §. ult. ff. de evit. l. vestimentum. 22. ff. de aur. & argent. legat. Heig. d. quest. 7.

num. 88. ubi exempla profert. † Quis & si jure defini- 16 ceremus, dictaret tamen naturalis æquitas, fidejussori haud denegandam esse hoc casu adversus Reum, petitionem indemnitatis, arg. L. 2. System Varus 5. vers. quanquam. ff. de aq. & aqu. pluv. arcend. Coler. dict. cap. 10. num. 372.

Ita Domini in causa Sebastiani Melhorns zu Dtausig/M. Mart. Anno 1624. (Verba sententia: Habe ihr euch vor George Begern wegen einer hohen Summen Geldes in Bürgschafft eingelassen. Ob ihr nun wohl noch zur Zeit für thine die Zahlung nicht geleistet/ noch von dem Gläubiger belangen werden. Da ihr aber dennoch allbereit eine gerame Zeit in solcher Bürgschafft verhaftet gewesen/ und der Debitor sich mit der Zahlung sämig ertiesen/ oder aber in Absall seiner Nahrung gerathen/ also daß ihr euch dahero ziemlichen Schadens zu befürchten hättet/ic. So wäret ihr den Principal-Schuldener Gerichtlichen zu belangen/ und damit er euch durch wirkliche Zahlung der Bürgschafft hinwiederkum entnehme/ oder genugsam schadlos caution bestelle/ zu suchen wohl befugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIII.

*Fidejussor summarie excussus contra debitorem principalem & confidejussores summariam consequitur executionem.*

**E**rrant omnino, qui persuasum sibi habent, fido- 1 fidejussorem post factam solutionem novum tene- ri inchoare processum, si contra debitorem principalem aut confidejussores experiri, ab iisque solutum repetere velit. † Sicuti namque ipsem Cre- 2 ditor adversus debitorem summarie & executivè a- gere potuisset, ita & fidejussori experiri licet, † quip- 3 pe in quem Creditor, exceptione cedendarum actionum sibi opposita, omne jus suum transtulit, l. si quis alicui 27. in fin. & l. seq. ff. mandat. l. si mandata. 13. l. fidejussoribus. 17. l. 36. ff. de fidejussor. l. 11. C. cod. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 48. in pr. † Qui autem 4 in jus alterius succedit, jure ejus uti debet, l. qui in jus. 177. ff. de Reg. jur. o. is qui in jus. 46. Ext. de Reg. jur. in 6to. Modest. Pistor. p. 1. qu. 2. num. 5. † Sum- 5 mariè itaque excussus fidejussor consequitur quoque contra debitorem principalem & confidejussores summariam executionem, Matth. Coler. de pro- cess. execut. part. 3. cap. 2. numer. 33. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 20. Frid. Pensold. ad Coler. p. 2. de c. 220. num. 53.

Ita Domini in causa Matthiae Triebels zu Mochau/ Mensa Novemb. Anno 1617. (Verba sent. Sendt Ihr zu Bürgschafft executivè belangen worden/ dannenhero Ihr Inhalts eures Brieffs und Siegels 200. fl. zahlen müssen/ wogegen euch der Creditor seine actiones cedere und abgetreten/ic. So sendt Ihr den Principal-Schuldener/ oder auch eure Mitbürgen hinwie- derum executivè zu belangen/ und aufs Brieff und Siegel sum- masie wider sie zu klagen wohl befugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIV.

*Hodi novatio facta non intelligitur, nisi hoc expressè inter contrahentes agatur, quod priorem obliga- tionem novare velint.*

**Q**uondam etiam novationem ita demum cele- 1 brari, si hoc inter contrahentes actum, & no- vandi animo stipulatio interposita fuisset, inter ve- teres JCtos satis constabat, l. 2. l. si ita fuero. 6. in- pr. l. si Stichum. 8. §. 1. L fundum. 28. l. 32. ff. de novat. 2. † Non tamen necessum fuisse videtur, ut nominata hoc verbis extimeretur, sed sufficiebat, ex cir- 3 cumstantiis & conjecturis hoc colligi posse, ut no- vatio fieret, † modo non expressè contrarium actum fuisset, l. docem 30. ff. de jur. doc. quod pluribus confirmat Anton. Fab. l. 3. conject. 3. † Sed hoc 4 apud eosdem dubium & in obscurto positura plerumque erat: Ex quibus indiciis & quomodo Intelli- 5 gi debet, posteriore stipulationem novandi animo interpositam fuisse. Alii. eam, alias con-

conjecturas & presumptions, ex quibus novandi animus perspicetur, idoneas esse judicabant, §. præterea novatione. 3. ubi Joh. Harpp. numer. 37. Inst. quib. mod. toll. obligat. † Ideoque Justinianus Imper. ad tollendas istas controversies & ambiguities, in universum constituit: Non aliter hodiè novationem fieri, quam si novare se, hancque posteriore stipulationem novandi animo interponere velle, dicit & specialiter contrahentes expressissent, † in l. ult. C. de novat. ubi Salyct. Johan. Schneidew. ad §. 3. num. 9. Inst. quib. mod. toll. obligat. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 11. numer. 3. Caspar. Schiferdecker. lib. 2. ad Anton. Fab. tr. 5. quest. 1. & seqq. † ubi pragmaticorum errorem intolerabilem esse demonstrat, qui ex presumptionibus & conjecturis verisimilibus atque manifestis, jure etiam novo novationem induci autemant; † Ex quorum numero sunt etiam Andr. Gail. lib. 2. observat. 30. num. 3. Zanger. de except. part. 3. cap. 5. numer. 16. Gutierrez. de juram. confirmator. part. 1. cap. 63. Caroc. de excuss. bonor. part. 2. quest. 54. Joseph. Mascard. de probat. vol. 2. concl. IIII. n. 18. & seqq. Adde Decis. Eelect. 66.

Ita Domini in causa A. L. zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1629. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu finden/ daß der Novation gedacht/ und vorige Obligation und Hypothec mit ausdrücklichen Worten casaret und aufgehoben worden/ so gleichwohl zu einer beständigen Novation zu Rechte erfodert wird/ ic. So mag auch angeregte Vergleichung für eine beständige Novation nicht gehalten werden/V.R.W.)

## DEFINIT. XV.

*Non tollitur hypotheca, nec liberantur fidejussores per obligationem secundam, in qua alii dari sunt fidejussores, nisi hoc expreſſe fuerit.*

dictum.

Exinde, quod novationem hodiè non nisi verbis expressis fieri, dictum Defin. præced. satis apparet. Obligationem priorem non tolli per secundam, ne ope quidem exceptionis, nisi hoc verbis disertis & expressis actum fuerit, l. ult. C. de novat. in verb. (nihil penitus innovari) quæ sunt universaliter negativa, Salyct. ibid. num. 3. † Unde infertur, quod Creditor ex utraque obligatione, tam ex primâ, quam secundâ agere poterit, quia duæ sunt obligations, ubi quod in unâ deest, per aliam suppletur, † Nec prima est novata per ultimam, dict. l. 2. l. si Stichum. 8. §. 1. ff. de novat. Johan. Schneidewin. in §. præterea 3. num. 12. Inst. quib. mod. tollit. obligat. Præterea & alias hujus rei est effectus, † quod nempe hypotheca in primâ obligatione constituta non videatur sublata, nec fidejussores liberati per secundam obligationem, in qua alii quoque fidejussores sunt constituti, † nisi hoc expreſſe dictum fuerit, Bartol. in l. 10. numer. 5. ff. de prætor. stipulat. Andr. Gail. lib. 2. observat. 30. num. 6. ubi hoc diligenter in praxi observandum ait, quia multi fidejussores opinione factæ novationis miserè impingunt & decipiuntur.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Sondern es wied euer Erheib/ vermöge der erlangten Hypothec, vor des Debitoris Erben/verselben bishlch befriediget; immassen denn eich die in voriger Obligation bestellte Bürgen dafür noch. mahl's haften/und verbunden seyn/V.R.W.)

## DEFINIT. XVI.

*Delegatio perinde ac Novatio hodiè aliter validan non est, quam si verbis expressum, quod animo novandi delegatio fuerit interposta.*

Dilegatio, alias species Novationis, ab eâ potissimum differt, quod novatio etiam in eadem

personâ facta censetur; Delegatio verò semper requirit aliam personam novantem, ut cum vice meâ, vel loco meo; delego Creditori meo alium debitorum, l. delegare. 11. ff. de novat. Joh. Sichard. ad Rubr. G. de novat. & delegat. n. 17. Joh. Harppr. in §. præterea novatione. 3. num. 17. Inst. quib. mod. toll. obligat. † At num delegatio quoque perinde ac Novatio secundum Constitutionem Justinianeam in l. ult. 2. C. de novat. verbis expressis fieri debeat? admodum controvertitur ab Interpp. adeò, † ut quæstionem 3. hanc decisione novâ Cælarex Majestatis indigere existimet Paul. de Castr. in l. delegare. 11. ff. de novat. † Etsi verò communiter Dd. dict. l. ult. C. eod. tan- 4 quam correctoriam ad solam novationem in specie sic dictam restringant, nec delegationem hodiè expressis verbis necessariò faciendam putent, Bart. in l. delegare. 11. ff. de novat. & delegat. Matth. Wesenbec. in parat. ff. eod. tit. † Attamen Imper. Justinianum ad ipsam quoque delegationem, quæ fit per interventum nova personæ, Constitutionem suam extendere voluisse, satis appareat ex verbis dict. l. ult. C. de novat. † Tum generalibus ibi: (vel aliquid fecerit, ex quo veteris juris conditores introducebant novationem) † Tum specialibus ibi: (Vel aliam personam adhibuerit, vel mutaverit.) Quæ verba posteriora de personâ fidejussoris, ut notat Bacchov. in animadv. ad Treutl. vol. 2. disp. 29. sb. 6. lit. a. in fin. sano sensu accipi nequeunt, † sed ad interventum 8 novi debitoris ea rectissime refert Jac. Cujac. lib. 19. observ. 36. † ut ita delegationem hodiè, perinde ac 9 Novationem, non aliter valere existimet, quam si specialiter hoc exprimatur, quod scilicet animo novandi delegatio fuerit interposita, † cum Accurs. in 10 l. 2. de novat. & Joh. Sichard. in dict. l. ult. num. 5. C. eod. tit.

Ita Domini in causa Dn. Marianæ Hedwigæ, Viduz à Tschirnhaus, Mens. Jan. Anno 1631. (Verba sentent. Dieweil es aber dennoch damit diese Beschaffenheit hat/ daß in der beschriebenen Anweisung vorige Rätsel. Obligation und Bürgeschafft Verschreibung mit ausdrücklichen Worten nicht casaret/ und aufgehoben worden / welches doch nach gemeinem Bahn bewährten Rechtsgelehrten/ so wohl in delegationibus als Novationibus , wosfern dieselbe kräftig seyn sollen/ nothwendig geschehen muß/ ic. So ist dannenhero angeregte Anweisung für keine richtige delegation zu halten/ ic.)

Et in causa Marci Steins zu Torgau/ Mens. Decemb. Anno 1629. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch bei der delegation die contrahenten vorige obligation mit ausdrücklichen Worten nicht casaret/ noch aufgehoben / so doch nach gemeinem Bahn der Rechtsgelehrten geschehen sollen/ ic. So hat sich auch der Debitor mit der angeführten Delegation nicht zu helfen/ ic.)

It. in causa Senatus Zittaviensis. Mens. Jun. Anno 1630.

## DEFINIT. XVII.

*Nec in stipulatione, nec acceptatione, solennia interrogatio & responsonis, hodiè necessariò sunt observanda.*

Forma stipulationis de jure civilli in verbis consistit, solenni nimirum interrogatione & responce, l. 1. l. stipulationem. 5. ff. de V. O. l. 1. l. omnes. 10. C. de contr. & committ. stipul. l. 1. §. 7. ff. de O. & A. † Quæ nec per Constitutionem Leonis Imperatoris immutata est, licet verborum ipsorum solennitas sit remissa, dict. l. 10. C. de contr. & committ. stip. Hunn. lib. 3. tract. 4. q. 2. vers. ad tertium responso. &c. Johann. Harpp. in pr. num. 31. Inst. de V. O. † 3 Attamen hodiernis moribus ex consuetudine generali solennitas hæc interrogationis & responce est sublata, † cum & per Notarium absenti stipulari liceat, Dion. Gothofr. in l. 38. S. alteri 17. ff. de V. O. † quod plerique deductum volunt ex eo, quod de

de servo publico alii stipulante scriptum est in l. non aliter. 18. ff. de adopt. l. 2. ff. rem pupill. salv. for. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 34. defin. 4. n. 4. † Ideo que ex solo verbo (dabo) stipulationem non male quis hodiè importari affirmaverit, secundum tradita Modest. Pistor. part. 1. quest. 49. † Et in effetu parum refert, an stipulationem hodiè ut stipulationem, vel ut pactum nudum valere velis, cum de jure Canonico & moribus nostris Saxonici, † etiam ex nudo pacto competit actio, Art. 7. l. 2. Landrecht. Reinh. lib. 2. part. 1. diff. 25. † Licet alii textum illum juris Saxonici de pacto judiciali intelligent, Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. dict. quest. 49. n. 17. † Vid. omnino Matth. Wesenb. in parat. ff. de palt. n. 9.

Ita Domini in causa Sempronii zu Berlin/Mens. Febr. Anno 1635. (Verba sentent. Wann nun gleich bei Entlassung der Bürgschaft die zu einer rechtmäßigen Stipulation und Acceptation gehörige Solennia nicht in acht genommen worden/ sc. Dieweil aber dennoch berührte Solennia heutiges Tages so stricke nicht erfordert werden/ sondern wie die Verbindung/ also auch die Entlassung der Bürgschaft durch bloße Verwillingung und Abhandlung gar wohl geschehen kan/c. So verbleibet auch bei solcher Cassation und Auflösung der Bürgschaft blich/ und es ist Ticius den Sempronium ferner zu belangen nicht befugt/ V.R.W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Valide sunt sponsiones de rebus honestis, & contrahentes obligant.*

I Sponsonis causà, annulos tanquam pignora deponere licet penes tertium, ut Victori restituantur vel tradantur, l. si gratuitam. 17. S. si quis sponsonis. 5. ff. de prasc. verb. † Quidni ergò sponsiones jure licitas assureremus? † Quod & probat l. in quibus. 3. ff. de aleator. † Etsi pacta atque stipulationes sub conditione à futuro fortunæ eventu dependentia admittantur, l. si quis 57. l. si quis ita. 63. l. 108. 5 ff. de V. O. † ac cuique rem suam sub conditione honestâ in aliud transferre liceat, arg. l. in remandata. 6 21. C. mandat. † Quisnam sponsiones honestas improbare ausit? Joh. Schneidew. ad S. sub conditione. 4. n. 15. Inst. de V. O. Paul. Matth. Wehner. in pract. obseruat. verb. Wetten. Besold. in rhesaur. præt. cod.

verbo. Petr. Heig. part. 2. qu. 10. n. 53. & seqq. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 18. & 42. & seqq. Paris à Puteo in tratt. de ludo. n. 35. & 37. Chil. König. in process. cap. 57. n. 6. & seqq. † Nec est, quod de causâ, sponsionem sustinente, anxiè laboremus, cum ad sponsionem nunquam deveniatur, nisi de re & causâ aliqua dubia & contingente disceptetur l. t. S. conventionis 3. ff. de palt. † Quamvis & ipsa sponsio per se tantum stipulatio sufficiens obligationis causa existat, juxta tradita Johan. Goedd. de contrab. stipul. cap. 3. n. 75. † Dubium saltem videtur movere in foro Saxonico Art. 101. Weichbild. ex quo Chil. König. dict. loc. infert, quod super ludo ac sponsione non sit judicandum, Es soll kein Richter über doppelten und Wette richten. † Sed ne verbum in dict. art. 101. 10 de sponsionibus habetur. † Quin & textum illum König. ad sponsiones dishonestas restringit, in quibus vel causa dishonesta subest, vel modus exceditur, adeò ut fortunæ maxima pars periclitari videatur. † Non magis enim tolerandæ sunt ejusmodi sponsiones dishonestæ, † quam turpes alia stipulationes & conventiones, l. generaliter. 26. ff. de V. O. dict. l. si gratuitam. 17. S. 5. in fin. ff. de prascrit. verb. † Veluti etiam sponsiones saltem honestas valere voluit Illustrissimus Saxo in Ordin. Polit. de Anno 1612. n. 12. fol. 71. vers. Wie dann auch honestas sponsiones, so extra causam ludi geschehen/ wir an seinen Ort stellen/c. † Ceterum, an validitas sponsionis ita sit temperanda, ut judici pro arbitrio summam moderari & deminuere liceat, prout sentit Wehner. dict. vocab. Wetten/ valdè mehrerclè dubito, † quia p. 16 ea convinta servari oportet, neque hæc dishonesta redundunt ex quantitate summæ, cui se utraque pars propriæ conventione obstringit, arg. l. 1. & 7. ff. de palt.

Ita Domini in causa Martin Webers zu Kochitz/Mens. Jul. Anno 1631. (Verba sentent. Habt ihr mit Hansen Nolcken einem Bauermau um 10. Reichsthal. gewettet/ und solche gewonnen; Da nun die Sache/ darüber gewettet worden/ nicht unerbar oder verboten wäre/c. So würde bemeldte Wette für guldig blich gehalten/ und wäre Hans Nolcke auch die 10. Reichsthal. auszuzahlen schuldig/V. R. W.)

## CONSTITUTIO XX. PARTIS SECUNDÆ.

Wann Bürgschaften die Erben der verstorbenen Bürgen nicht verbinden?

**S**ie Bürgschaft verbindet ipso jure der Bürgen Erben/ ob gleich derer in der Verschreibung nicht gedacht/ jedoch soll in solchem Fall die Gewohnheit sonderlich in Achtung gehabt/ und nach derselbigen gesprochen werden.

Wann aber in einer Verschreibung ausdrücklich abgehandelt/ daß an statt des Bürgen/ so verstrebe/ der Schuldmann dem Gläubiger einen andern Bürgen setzen solte/ diffalls ist die Obligation fidejussoris allein personalis, und bindet des absterbenden Bürgen Erben nicht.

#### DEFINITIONES.

1. In foro quoque Saxonico fidejussoris heredes obligantur, etiam si horum in fidejussione hand facta fuerit mentio.
2. Transit in heredes obligatio fidejussoris; licet huic im-

Fidejussoria obligatio quando transeat ad heredes?



Bligatio fidejussoria ipso jure ad heredes transit, etiam si nulla illorum fiat mentio in Chirographo, nisi forte alicubi consuetudo sit in contrarium. Eam enim observari volumus.

Ubi vero expressè ita conventum esse instrumentum obligationis ostendit, ut defuncto uno è fidejussoribus alium in ejus locum substituat debitor, fidejussio hæc, cum personalis sit, heredes non obligat.

1. In foro quoque Saxonico fidejussoris heredes obligantur, etiam si horum in fidejussione hand facta fuerit mentio.
2. Ex fidejussoris heredibus, excusso demum debitore principali, quilibet pro rata tenetur, non in solidum.

4. Com-

4. *Confuetudini loci alicuius, Ne heredes ex obligatione fidejussoria teneantur, derogari potest conventione partium contrahentium expressa.*
5. *Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituarur.*
6. *Etiamsi fidejussor post moram deceperit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati, in causa, quo convenitum fuit, ut in locum defuncti fidejussoris alius subrogetur.*
7. *Heredes fidejussoris defuncti non tenentur ultra vires hereditariae.*
8. *Ex collegio opifex nequaquam removendus propterea, quod nolis pro Collegio fidejubere.*
9. *Ex fidejussione obligatus est, qui sigillatione & sub-*

## DEFINIT. I.

*In foro quoque Saxonico fidejussoris heredes obligantur, etiam si horum in fidejussione bauli facta fuerit menio.*

1. *Dubium prorsus de jure civili non est, quin ex fidejussione heredes quoque teneantur, utsunque nulla eorum tacta sicut mentio, §. fidejussor non tantum ipse. 2. Instit. de fidejuss. l. 4. §. uit. l. seq. ff. evd. l. 24. C. evd. tit. l. si ribi puporum 8. C. mandat. Joh. Schneidew. ad dict. §. fidejussor non tan. um ipse 2. n. 1. & seqq. Valent. Franc. in tract. de fidejuss. c. 5. n. 63. seqq. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 10. n. 21. + Quoniam obligatio hanc est ex contractu, quæ transit in heredes, etiam si dole malo versatus fuerit defunctus, l. ex contractibus. 49. ff. de Obligat. & action. l. hoc jure 152. §. ult. ff. de Reg. jur. l. un. C. ut action. & ab hered. & cont. hered. + Aliud autem videtur disponere jus Saxonum in art. 6. lib. 2. antr. heredem scilicet non teneri ullum debitum solvere, nisi ipse fidejusserit. + Sed textus ille loquitur de casu speciali, Furti scilicet, Rapinae, vel ejus, quod iudo perditum est, ut ex verbis initialibus dict. art. 6. satis apparet. + Ea namque non tenetur heres solvere, nisi vel hereditas inde aucta fuisset, vel ipse pro restituzione spopondisset, Matth. Coler. part. 1. decif. 30. num. 5. + Extra hunc vero casum secundum dispositionem juris civilis, etiam in foro Saxonico, ex obligatione fidejussoria, defuncti heredes conveniri possunt, Gloss. latin. ad text. latin. in dict. art. 6. & ad text. germ. ibid. lit. a. Coler. dict. decif. 30. Modest. Pistor. vol. 2. conf. 1. quest. 2. num. 33. Franc. dict. c. 5. n. 72. + Veluti etiam ad omnem dubitationem tollendam, ab Illustrissimo Electore Saxon. diserte sanctum, ut obligatio fidejussoria in heredes transeat, hac Constit. 20. ubi Dan. Moller n. 2. Matth. Welsenb. p. 1 conf. 14. n. 85. + Etiamsi horum non fiat mentio in instrumento obligationis fidejussoria, b. Const. verb. Ob gleich der Erben in der Verschreibung nicht gedacht/z. Valent. Franc. dict. cap. 5. num. 69. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 312. Modest. Pistor. dict. conf. 1. n. 30.*
8. *p. 1 conf. 14. n. 85. + Etiamsi horum non fiat mentio in instrumento obligationis fidejussoria, b. Const. verb. Ob gleich der Erben in der Verschreibung nicht gedacht/z. Valent. Franc. dict. cap. 5. num. 69. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 312. Modest. Pistor. dict. conf. 1. n. 30.*

Ita Domini ad consultationem Caroli Dittels zu Lauchstett/ M. Aug. Anno 1587. (Verba sentent. Ob nun gleich in der Bürgschaft-Verschreibung derer Erben ausdrücklichen nicht gedachte worden/dass sie auch der eine Bürg mit Tode abgangen. So ist dennoch seine gethanen Verpflichtung dadurch nicht erloschen/ sondern es seind seine Erben in Bürgschaft die Zahlung/ nebst den andern Mitbürgen/zu ihrem halben Theil nochmals zu leisten schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Transit in heredes obligatio fidejussoria, licet hic inserita fuerit dictio Taxativa, pura; ut ipse fidejussor solus, tantum, duntaxatur.*

Carpz. Definit. Vol. L

- scriptione sui approbatio instrumentum, in quo acto tor faretur, se fidejussorem ipsum dedisse, daß er ihm zu einem Bürgen vermodet.
10. *Nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur pro fidejussione.*
11. *Mandatarius excedens fines mandati conveniri potest à mandante ad damni reparationem.*
12. *Teneretur quoque mandatarius contrahenti secundum ad restitutionem in:eresse, si fines mandati excesserit.*
13. *Mandans teneatur mandatario ad restitucionem eius, quod ex causa mandati ipsi abeatur, modo culpa mandatarii non intervenerit.*
14. *Institutor contrahens nomine sui principalis, officio deposito, pro domino non teneatur.*

**N**on nego equidem, heredes fidejussoris non obligari, si in instrumento cautionis expressis verbis excepti hi fuerint, veluti si cautum, quod solus fidejussor, non etiam heredes eius executive obligari debeant, Dan. Moll. b. 2. num. 3. + Dant siquidem pacta legem contractui, L. 1. §. si convenit. 6. ff. de pos. l. contra. 23. ff. de Reg. jur. cap. contr. Etus. 8. §. de Reg. jur. in 610. + Concenc. im ergo hoc catu Matth. 3. Coler. de process. execut. p. 1. cap. 10. n. 318. dictio nem taxativa cautionis in instrumento in tertiam fidejussoris heredes excludere, arg. l. non solum. 8. §. tale legatum. 3. ff. de liber. legar. l. ob 25. 12. C. de pred. minor. + Alter vero res ic habet, si verbis diuersis heredes excepti non fuerint; Tunc enim ad holce obligationem fidejussori transire existim, etiam si fidejussor solus, tantum, duntaxat &c. lete obligaverit, + per text. in l. si necessarias. 8. §. de vendendo. 4. §. ff. de pign. aet. l. stipulatio ista. 38. post pr. ff. de verb. obligat. Per quos textus plerique concludunt quod & si quis de suo facto tantum promiserit, nihil minus tamen etiam heredes teneantur, Bartol. Jason. & Dd. in dict. l. stipulatio ista. 38. ff. d. 1. Anton. Hering de fidejuss. cap. 20. §. 10. n. 54. Matth. Berlich part. 2. concil. 26. n. 19. + Nec obstat, quod dictio taxativa omnes alias causas & personas praeter expressas excludere soleat, Jason. in l. un. num. 9. & 10. ff. si quis jus dic. non obtemp. Nicol. Everh. in loc. à natur. dict. taxat. num. 2. + Verum enim hoc est quoad personas extraneas, non etiam quoad personas heredum, Everh. dict. loc. n. 5. Jason. in l. 2. §. item si in fatto. 5. n. 2. ff. de Verb Oöligat. & in dict. l. stipulatio ista. 38. n. 9. ff. cod.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun gleich in der Bürgschaft-Verschreibung die Bürgen allein sich verpflichtet/und der Erben ausdrücklich nicht gedacht worden/ic. So seyn doch gleichwohl die Erben nichts weniger in Bürgschaft zur Zahlung verbunden/ic.)

## DEFINIT. III.

*Ex fidejussoria heredibus, excusso debitorum principali, quilibet prorata tenetur, non in solidum.*

**N**on minus fidejussoris heredibus, ac ipsi fidejussori, beneficium excusione competit, nec conveniri jure hi possunt, priusquam excusio debitoris principalis, eiusve heredum facta fuerit, + veluti sic textum in art. 117. Weichbild. ibi: (Wo ein Mann Bürg wird, stirbet er / seine Kinder dürfen vor ihm nicht gelten/) secundum dispositionem juris communis explicat Matth. Col. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 315. + quod nempe fidejussoris heredes non ventian exigendi, vel excutiendi ante discussionem principalis debitoris, Autb. presente. C. de fidejussori. Quam explicationem satis probant verba sublequentia dict. art. 117. + Facta autem excusione, nec tum 4 qui-

quilibet solidum solvere tenetur, si plures fidejussoris heredes existant, sed unusquisque eorum non nisi pro rata sua conveniri debet. † Hoc etenim conditio heredum debitoris postulat, ut quisque solum pro portione hereditariâ, non in solidum teneatur, l.i. C. si cert. perat. l. i. C. de hered. att. Johan. Sichard. ad l. i. num. 3. C. de fidejuss. & mandat. † Quia omnes conjunctim heredes in locum defuncti fidejussoris substituuntur, ac pro persona singulari habentur, cui fundius 56. ff. de condit. & demonstr. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 10. num. 34. † Omniaque jura hereditaria ipso jure & per Legem duodecim tabularum dividuntur inter heredes, nisi si qua sint omnino indivisia, l. heredes. 25. §. an ea stipulatio. 9. ff. famil. ercise. Anton. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 19. defin. 6. n. 6.

Ita Domini in causa Melchioris Bräuers zu Leipzig/ Mens. Decembr. Anno 1584. (Verba sentent. Ist Georg Helfrich der Ältere vor seinen Sohn einer gewissen Schuld halben Bürger worden/ so aber hernach verstorben. Da nun der Principal debitor nicht zu zahlen hätte/ und gebührlichen executores warden/ce. So wären ihm von wegen solcher Schuld des Bürgers Erben/ jedoch nur einen leden vor sein Anteil/ zu belangen wohl besugt/ B.R.W.)

## DEFINIT. IV.

*Consuetudini loci alicujus, Ne heredes ex obligations fidejussoria teneantur, derogari posse est conventione partium concurvantibus expressâ.*

1 **M**ultis certè in locis consuetudine inductum est, ut heredes defuncti ex fidejussoriâ obligatione non teneantur, veluti de ejusmodi † consuetudine Ducatus Luneburgensis testatur Modest. Pistor. vol. 2. conf. 1. quest. 2. n. 46. Matth. Berlich. p. 2. 3 concl. 26. n. 11. † Eademque vigere in Regno Bohemiae, refert Anton. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 10. n. 83. Reinh. Rosa ad Dan. Moller. hâc Conf. num. 3. 4 † Idemque scribit de Normandiâ Jacob. Cujac. lib. 23. observat. 25. Hering. dis. §. 10. num. 18. Ubi secundum consuetudinem istam recte judicari, dubium. 5 vix esse potest, † expressè quoque ita disponente Illusterrimo Saxon. Elect. hâc Conf. 20. vers. Jedoch soll in solchem Fall/ce. Valentin. Franc. de fidejuss. cap. 5. num. 106. † Quod tamen neutquam cō extendi debet, ut heredes vigore ejusmodi consuetudinis sint exempti, si verbis expressis in instrumento cautionis fidejussorâ obstringantur. † Etenim si contra juris communis dispositionem obligatio fidejussoria in heredes non transeat, quando hoc expressè conventum est inter contrahentes, l. 22. §. 7. ff. rem. ratam haber. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de Reg. jur. Joh. Harpp. in §. fidejussor non tantum. 2. num. 7. 8 Inst. de fidejuss. † Utique non video, quâ de causa conveniri non debeant, si contra loci alicujus consuetudinem aliud à contrahentibus actum appareat, heredisque fidejussores expressis verbis instrumento fidejussionis reperiantur obligati. † Semper enim conventio & pacta dant legem contractui, l. 23. ff. de Reg. jur. l. i. §. si convenit. 6. ff. deposit. † Et provisio hominis facit cessare provisionem legis, l. fin. C. de pact. conv.

Ita Domini in causa heredum Caspari à Gersdorff/ & Viaduz Georgii à Schwargens/ ad Consultationem Doct. Hieronymi Treutleri zu Budissen/Mens. Jul. Anno 1601. (Verba sententia: Dieweil aus der Bürgschaft obligation klarlichen zu befinden/ daß dieselbe nicht allein schlecht auf gedachte Bürger/ sondern auch ihre Erben und Erbnehmen ausdrücklichen gerichtet/ce. So ist Altdgers Pflegefrau der beklagten Mündlein an statt ihres Vaters/als gewesenen Bürgers/ihres darüber gehannten Fürwends und der im Königreich Böhmen hergebrachten Gewohnheit ungeachtet/ zu belangen wohl bzg/ce.)

## DEFINIT. V.

*Obligatio fidejussoria in heredes non transit, si expressè convenerit, ut in locum defuncti fidejussoris alius fidejussor substituatur.*

**E**xpeditum verè est, fidejussoris heredes non obligari, si cautione fidejussoriâ disertis verbis hifuerint excepti, Supr. Defin. in pr. Dan. Moller. hic num. 3. † Quin etsi non expressè, si tamen tacite ab obligatione eximantur, veluti si ita convenerit, ut si unum è fidejussoribus mori contingat, alium in ejus locum substituat debitor, † eos validè & efficaciter conveniri non posse dixerim cum Moller. hic num. 3. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 319. & part. 1. decis. 30. numer. 6. Wesenbec. part. 1. conf. 14. num. 85. Anton. Hering. de fidejussor. cap. 20. §. 11. num. 60. Hartm. Pistor. obs. 120. num. 2. † Quod in foro Saxonico minus dubium habet propter expressam Elector. Saxon. sanctionem in hâc Conf. 20. §. Wann aber in einer Verschreibung/ce. Ubi ratio hâc additur, † quod tunc obligatio fidejussoris sit personalis, qualis in heredes transire non soleat, §. at si ita. 3. Inst. de Verb. obligat. l. eum qui. 56. §. qui ita. 4. ff. eod. tit. † Quæ tamen ratio omni dubio non caret, quia cum obligatio ex contractu sit, nec nisi pactum hâc induci aut colligi possit, idque legitimum non sit, vix fieri potest, ut obligatio in persona fidejussoris ipso jure tollatur & finiatur, arg. l. legitima. 6. ubi Gloss. & Bartol. num. 4. & Fort. Gartz. num. 57. ff. de pact. † Rectius forsitan quis existimaverit, ipso quidem jure hoc casu heredes conveniri posse, sed ex mente contrahentium exceptione taciti pacti eodem defendi, cum Coler. Hartm. Pistor. & Wesenb. diff. locis. † Videtur siquidem conventionis istius de substituendo alio in locum defuncti, hic potissimum esse effectus, ut tantum personæ ipsorum fidejussorum adstringantur, nec quicquam aliud ea operari posse censemur; † At verba in conventionibus ita sunt explicanda, ut ne sint superflua & otiosa, l. si quando. 109. ubi Bart. ff. de leg. art. 1. † Quin immo nullum verbum nec minimum, quia nec syllaba in contractu posita debet esse sine virtute & mysterio aliquid operandi, ut dicit Bald. ad Rubr. C. de contr. empt. col. 2. quest. 9. Dec. conf. 473. n. 5. Wesenb. conf. 52. n. 46. † Ex tacito igitur pacto heredes fidejussoriis hoc casu exempti habentur, quod non minus atque pactum expressum valet, l. 4. in pr. ff. de pact. † Nec minus pro adjecto est habendum, quod ex mente & voluntate contrahentium colligitur, quam quod verbis exprimitur, † cum non minor vis sit taciti, quam expressi, Bartol. & Dd. in l. cum quid. 3. ff. de Reb. Cred. Fort. Gartz. in l. 4. in pr. ff. de pact.

Ita Domini in causa VVolfgangi Henrici à Reichensteins/ Mens. August. Anno 1602. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Verschreibung ausdrücklichem dahin gerichtet/ wann einer von den Bürgen mit Tode abgehen würde/ daß also dann der Schuldeiner an dessen Stelle einen andern gewissen Bürgen verschaffen solle/ce. So mögen auch ob bemeldten Hauzen Dietrichs von Scheidings Erben vielberührten ihres Vaters Bürgschaft halber von euch beständiger Weise nicht belangen werden/ B.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*Etiam si fidejussor post mortem deceperit, heredes tamen non erunt efficaciter obligati, in casu quo conventum fuit, ut in locum defuncti fidejussoris alius substituatur.*

**Q**uod dictum Defin. preced. ex obligatione fidejussoriâ heredes non teneri, si expresse convenire, ut in locum defuncti fidejussoris alius substituatur fidejussor; † illud cum notabili restrictione accipiendum putat Dan. Moller. hic n. 3. Nisi scilicet execu-

**executio &c in animis, vivo adhuc fidejūsore, in ejus bona facta fuerit.** Quia tūm Creditor non tantūm ipsum fidejūssorem personaliter obligatum habet, sed & jus reale in ejusdem bonis consecutus est, † quod, siue vivat, siue moriatur fidejūssor, aliter quam per solutionem aut satisfactionem tolli nequit, sed una cum bonis ad heredes fidejūssoris transit, l. miles. 6. S. ult. l. ex contratu. 44. ff. de re judic. Id quod ipse facilimē largior. † At quid si executio non facta, sed fidejūssor, dum adhuc in vivis esset, à Creditore de solutione tantum interpellatus fuerit, & in solvendo cessaverit? † Et tūm, post solam nempe factam interpellationem & moram commissam, si fidejūssor decesserit, heredes ejus teneri, non obstante predicto pacto: quod si fidejūssor deficiat, alius in ejus locum substituatur, tradit Moller. bic n. 4. sicutus Valent. Franc. de fidejūss. cap. 5. num. 499. Quæ sententia quoque placet Matth. Berlich. part. 2. concl. 26. num. 17. † eò quod rarum in jure non sit, ut obligatio, qua in se personalis est, propter moram intervenientem ad heredes transmittatur, ut videtur est in obligatione facti personalis, quæ ad heredes transit, si promissor post moram decesserit, Bart. in l. si sic stipulatus. 93. ff. de Verb. Obligat. Modest. Pistor. vol. 2. consl. qu. 2. num. 39. † Ast hoc ita se habet in obligatione facti, in qua post moram succedit obligatio ad intereste, quæ cum ejus sit naturæ, ut ad heredes transcat, non mirum certè est, quod ea non perinde ut obligatio facti, ante moram personalis censeatur, ut declarant Dd. in dict. l. si sic stipulatus. 93. ff. de V.O. † Exinde autem ad calum præsentem nil inferendum, ubi mora interveniens non immutat qualitatem siue conditionem, huic obligationi ex primâ conventione insitam, ut videlicet non ultra quam ad vitam fidejūssor obligatus sit, Hart. Pistor. obf. 120. n. 14. 9. & seqq. † Quare vigore pacti prædicti heredes non teneri, licet ipsem fidejūssor, cum adhuc in vivis esset, in mora constitutus fuerit, rectissimè contra Moll. & Franc. sententiam meo iudicio afferit Hartm. Pistor. dict. obf. 120. n. 13.

Ita Domini in causa Caspari Möckels zu Gebesen/ Mensl. April. Anno 1626. (Verba sent. Diewell eurem gethanen Bericht nach, euer Vater sich anderer Gestalt gegen Martin Sommer in Bürgschafft nicht eingelassen/ als dasfern er versterben würde/ ein ander Vürze an seine statt bestellt werden solte/ ic. So möget ihr auch nunmehr nach euers Vaters Absterben/unangesehen derselb noch bey seinem Leben um die Zahlung unterschiedlich gemahnet worden/damit aber sich allewege sämung erwiesen/ der von ihm bestallten Bürgschafft halber/vom Creditor beständiger Weise nicht belangen/ noch zur Zahlung aufgehalten werden/ V.R.W.)

## DEFINIT. VII.

*Heredes fidejūssoris def. nō teneantur ultra vires hereditarias.*

**Q**uamvis fidejūssoris heredes non minus ac ipse met fidejūssor obligati sint ex fidejūssione, etiam eo casu, quo eorum mentio expressa facta non est, Supr. Defin. 1. † Attamen, si bona defuncti fidejūssoris exsolutioni debitorum, pro quibus fidejūssor, non sufficient, ultra vires hereditarias heredes obligationi fidejūssoriæ non astringuntur, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 326. Wesenb. consl. 14. n. 91. & seqq. † Nec enim executio adversus debitoris heredes datur ultra ratam hereditatis, quæ ad ipsos pervenit, arg. l. 1. C. si cert. petat. l. pæcto. successorum. 26. C. de pæct. per quos textus vulgo dici solet: † Heredes tantum teneri pro portionibus hereditariis, nisi pignus vel hypotheca intercedat, eo siquidem casu possessor Rei in solidum convenitur, l. pro bereditariis. 2. C. de bered. abz. † Ac licet de jure civili heres debitoris ultra vires hereditarias teneatur,

Carpz. Definit. Vol. I.

quando fuit in morte conficiendi inventarium, Salyc. ad l. Creditores. 3. n. 22. C. de pignor. † Attamen de jure Saxonico aliter se res habet, ubi heres non cogitur quicquam salvete ultra vires hereditatis, etiam si non conficerit inventarium, art. 6. lib. 1. Landi, ubi Gloss. latin. ad text. german. lit. a.

Ita Domini ad Consultationem D. Hieronymi Treutleri zu Budissen/Mensl. Jul. Anno 1601. (Verbasentent. So ist Klöger Pflegefrau der beklagten Mündlein an statt ihres Vaters/ von wegen seiner gegen ihr gehaner Bürgschafft/ ihres darüder gehanen Fürwendens ungeacht/ zu belangen/ und die Hülfe in ihre Güter/ so viel sie dero von ihrem Vater erbebet/ zu suchen wohl besugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*Ex collegio opifex nequaquam removendus propterea, quod molis pro Collegio fidejubere.*

**F**idejūslio licet sit actus pietatis ex charitate proximi proveniens, cui in necessitatibus subveniendum est, can. sicut. 8. dist. 47. & can. pasce 21. dist. 86. † adeo, ut nec quisquam per juramentum ab hoc officio charitatis se subtrahere possit aut debeat, c. si diligenti. 12. extr. de for. compet. c. innocens. 23. caus. 22. quest. 4. Anton. Hering. de fidejūss. c. 1. n. 64. † in mero tamen ac libero hominis arbitrio & voluntate hoc pietatis officium consistit, nec quispiam ad fidejubendum cogi potest, sicuti nec ad contrahendum. † Sunt enim omnes contractus ab initio voluntatis, qui ex post-facto detum sunt necessitatis, l. s. C. de obligat. Anton. Fab. in Codir. lib. 4. rit. 29. definir. 4. num. 8. † Multò minus ullā comminatione aut coactione reali ad fidejūssionem aliquis erit adiungendus, nec propterea opifex ex Collegio opificum removendus, quod pro collegis fidejubere recusaverit. † Nec contra hoc jurisdictionis collegii ulla tenetur urgeri potest, quippe quæ non nisi rationabiliter & secundum justitiae ac æquitatis tramites debet exerceri, Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 8. † Nec præjudicare potest opificum jurisdictionis ordinariæ jurisdictioni in causis, quæ non ipsum artificium concernunt, sed ratione contractus civilis, (quælis est fidejūslio) ad judicem loci ordinarium spectant, † ut exemplo declarat ex Joh. Sichard. Steph. dict. cap. 8. num. 14.

Ita Domini in causa Caspari Stachers, Philippi Scholtzens & Consort. zu Mitwende/ Mensl. Maj. Anno 1599. (Verba sententia: So möget ihr euch für die andere Meister des Kleinewerker-Handwerks in Bürgschafft zu verschreiben wider euren Willen nicht gedrungen werden/ und sie seyn auch/ solcher eurer Bewegung halber/ euch aus dem Handwerk ausgeschlossen nicht besugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. IX.

*Ex fidejūssione obligatus est, qui sigillatione & subscriptione suā approbavit instrumentum, in quo debitor facetur, se fidejūssorem ipsum dedisse, daß er ihn zu einem Bürger vermocht.*

**I**nter absentes quoque contrahi posse fidejūssionem, docet latissimè Ant. Hering. de fidejūss. cap. 11. † cum ex sola subscriptione obligetur fidejūssor, omniesque verborum solennitates ex stipulationibus hodiè sublatæ videantur, ita ut sufficiat quibusunque verbis fidejūssionem contrahi, S. ult. Inst. de fidejūss. l. 1. C. de contr. & comm. stipul. l. sciendum. 30. ff. de Verb. Obligat. Matth. Wesenb. in parat. ff. de pæct. n. 7. † Modo verba ad fidejūssionem apta interveniant. † Hinc cum debitor quidam in Chirographo scripsisset, se tertium quandam fidejūssorem dedisse, (Er hätte ihn zu einem Bürger vermocht/) in cuius rei fidem non solum debitor, sed & fidejūssor ipse met sigilla sua apposuerant, & nomina scripserant, dubitatum fuit, an fidejūssor ex fidejūssionis contraetia obligatus esset? † Etenim, præter sigillationem

ac subscriptionem, haud aliud negotium inter fidejussorem & creditorem intervenisse videbatur, nec verba Chirographi in personam fidejussoris aliquid promittentis, sed tantum in personam debitoris concepta fuerant. † Ut maximè ergò concedatur, in fidejussionibus, quicquid scriptum reperitur, quasi solenniter actum videri, dict. §. fin. Inst. de fidejuss. & dict. l. sciendum. 30. ff. de Verb. Obligat. attamen minus ritè forsitan ad casum præsentem quicquam inde inferre licet, ubi verba, unde presumendum esset, stipulationem intervenisse, non ab ipso fidejussore, sed à debitore & sic à tertio referuntur; † Cum nemo sit, qui non videat, magnam esse differentiam, utrum quis verba ipse proferat, an à tertio quipiam de aliquo referatur. † Sed expeditum est, sigillum atque subscriptionem contra signantem & subscriptentem plenam fidem facere, l. si ego. 9. §. dote. 2. ff. de jur. dot. l. fidejussor. 26. §. pater. 1. ff. de pignor. Quin imo, † subscriptens habetur perinde, ac si ipse totam scripturam confecisset, ut notat Bartol. in l. Emotor. 47. §. 10. Laciūs 1. ff. de paſt. † Ex quo sequitur, fidejussorem subscriptentem haberi instar scribentis, a qua ita censiari se ipso referre verba in Chirographo reperta, scilicet se fidem suam interposuisse, Hartm. Pist. obf. 1173. n. 47. † Accedit text. in §. ff. scriptum 16. Inst. de Inutil. ſtip. qui de scriptis in instrumento loquitur, adeoque de eo casu, quo Notarius instrumentum conficiens, de tertio refert, eum promisisse, ac nihilominus omnia solennia præsumuntur, non minus, quam si quis de se ipso aliquid referat. † Hinc ergò contra fidejussorem respondebatur, illum, non minus obligari, ac si verbis manifestis fidejussisset.

Ita Domini in causa Martini Schöners zu Auma/ Mens. Oktobr. Anno 1625. (Verba sent. Hat Andreas Völlhard von seinem Vettern Melchior Rödern 100. Reichsthaler erbürgert/ und ihm eine Handschrift ausgeantwortet/ variieren er nicht allein sich zur Wiederzahlung verpflichtet/ sondern auch ausdrücklich gesetzt/ daß er auch zu einem Bürger vermöchte/ welche Handschrift ihr/ nebenst ihm/ zu mehrer Beglaubigung unterschrieben und besiegelt/ ic. So seyb thyr dadurch in Bürgschaft verbunden/ und habe auch darüber mit euren Einwenden beständiger Weise nicht zu behelfen/V.R.W.)

#### DEFINIT. X.

*Nuda commendatio vel promissio solutionis non habetur pro fidejussione.*

Ex sola & nudà commendatione fidejussio non inducitur, nec commendans debitorem de opulentia & quod solvendo sit, instar fidejussoris conveniri potest, † quia aliud est mandare, aliud commendare, l. si vero. 12. §. cum quidam 12. ff. mandat. Joh. Köpp. decif. 36. num. 10. Anton. Gomez. tom. 2. par. resolut. cap. 13. num. 5. Johan. Harppr. ad §. 7. n. 3. Inst. de fidejuss. † Neque actus agentium quicquam operantur ultra eorum intentionem, nec eos ultius obligant, l. non omnis. 19. in pr. ubi Bartol. & Dd. 4. ff. de Reb. Credis. † Atqui indubitatum est, illos, qui aliquem commendant, nequaquam hoc agere, ut fidem suam pro ipso obstringant, sed solum, ut ipsi commendato major fides habeatur, Joh. Harppr. dict. 5. loc. num. 5. † Nec obstat l. cum ostendimus. 4. §. ult. ff. de fidejuss. & nominat. ubi aperte dicitur, eos, qui saltem affirmaverint, tutores esse idoneos ex sola & nudà affirmatione pro fidejussoribus haberi: † Si quidem hoc speciale est in eo, qui tutorem idoneum affirmat; idque duplice favore comparatum est, & pupillorum ut habeant, quem pro tutoris minus idonei administratione convenire posint, & Magistratum, ne subsidiari in factum actione tam facile teantur. † Plaque, si quis sui lucri causa alium false

commendaverit, atque ita commendatione dolosa alterum ad contrahendum dolo malo induxit, tenebitur utique per l. quod si cum scires. 8. ff. de dolome. † Porro & hoc probè notandum, non valere fidejussionem, nisi fidejussor se quid daturum vel factum expressè promiserit, l. stipulatio. 38. §. 1. ff. de V.O. † quia factum alienum inutiliter promittitur l. sicut 9 Reus. 65. ff. de fidejuss. l. 83. in pr. ff. de V.O. Anton. Herring. de fidejuss. cap. 11. num. 176.

Ita Domini in causa Tobias Lipps zu Marienberg/ Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sentent. Ob wohl Tobias Lippe geständig/ daß er zu Tobias Zimmermann gesetzt/ er sollte Matthes Horn/ welcher gutes Vermögens/ und wohl zu zahlen habe/ das Malz folgen lassen/ wenn das Bier ausgekehndet) würde er ehrlich bezahlt werden/ ic. So mag doch dadurch wider Lippen keine beständige Bürgschaft erwiesen und bebracht werden/V.R.W.)

DEFINIT. XI.  
*Mandatarius excedens fines mandati conveniri potest à mandante ad damni restitucionem.*

Officium mandatarii in eo consistit, ut mandatum semel suscepsum diligenter & bonâ fide impleat, l. si mandavero. 22. §. ult. l. si fundum. 35. in fin. l. Creditor. 60. §. ult. ff. mandat. † ejusque formam præscriptam & fines ad unguem custodiat, l. diligenter. 5. ff. cod. tit. Anton. Faber. in Codic. lib. 8. tit. 28. defin. 6. num. 16. † Nam si fines excederit, non id 3 quod mandatum est, sed aliud facere videtur, l. 33. circa fin. ff. dict. tit. Cujac. lib. 12. obf. 34. † Unde fit, 4 quod mandatarius ratione excessus adversus mandantem actionem non habeat, l. ita ut omnes. 36. §. 2. ff. mandat. l. 12. C. cod. tit. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 352. num. 3. † Quin 5 potius à mandante hoc nomine ad damnum illatum resarcendum conveniri potest. † Quod certè nemini mirum videri debet, consideranti, mandatarium ad præstationem culpa levis levissimque teneri, l. à procuratore. 13. C. mandat. Mozz. de mandat. num. 26. Petr. Fab. in l. contractus. 23. ff. de reg. jur. Johan. Harppr. ad §. 8. num. 21. Inst. de mandat. † Quantò 7 magis ergo dolum, latamque culpam, quæ vix abesse potest in excessu mandati, præstabit mandatarius. † Nihil enim magis congruit bonæ fidei, quam quod inter contrahentes convenit, dictumvc est, præstari, l. 1. ff. de paſt. l. ex emplo. 11. §. 1. ff. de aet. emt. l. 18. in fin. ff. de adil. edit.

Ita Domini in causa Hauboldi à Starshedels in Mergendorff/ Mens. Januar. Anno 1632. (Verba sentent. So ist N.N. weil er die fines mandati überschritten/ und ohne euern Vorwissen und Geheis die Butter einem andern überlassen/ den Schaden zu geladen/ und euch die Zahlung dafür zu lassen schuldig/V.R.W.)

It. in causa Johannis & Wilhelm Werner zu Kemnitz/ M. Mart. Anno 1634.

In causa Hansen Wolfsens zu Wenda/ Mens. Novemb. Anno 1635.

Et in causa Christophori Löbel/ contra Thomas Möckel zu Schwarzenberg/ Mens. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Es ist aber Thomas Möckel/ weil er seinem eigenen Bedürfnish nach/ das Geld nicht in die Glasskrüppen/ inmassen er beschlagnahmt/ gewesen/ sondern in einen Korn mit Korn gesteckt/ und also die fines mandati würcklichen überschritten/ Christoph Löbel den Schaden zu erstatzen schuldig/V.R.W.)

DEFINIT. XII.  
*Teneretur quoque mandatarius contrahenti secum ad restitucionem interessi, si fines mandati excederentur.*

Andatarius fines mandati excedens non solum 1 ipsi mandanti, sed & contrahenti secum quaque maxime nocet. † Quid enim si mandans à 2 mandatario ultra fines mandati acta & gesta ratificare nolit, putat si contractum cura tertio initum rescindat,

dat, quod facere ipsum posse, nemo, opinor, inficias  
3 ibit, arg. S. fin autem. 3. Inf. de ſatiſdaſ. † An ergo  
4 tum contrahenti nullus dabitus regreſſus adverius  
5 mandatarium? † Non certe, ſed ex contractu ad in-  
terelle adverſus ipsum agi poterit, † ad exemplum  
falsi procuratoris, qui domino ratum judicium non  
habente, tenetur in id, quod intereſt, l. ſi commiſſa. 13.  
l. in ſtipulatione. 19. ff. ratam rem baberi. Mynſing.  
cent. 5. obſerv. 49. num. 3. Job. Harpp. ad diſ. S. fin au-  
tem. 3. num. 9. Inf. de ſatiſdaſ. † Et quia mandatarius  
ſuo mandati excedens, facere ac præſtare nequit ex  
peronā mandantis, quod promiſit, utique obligatio  
nascitur in id, quod intereſt ſtipulantis, ut evenit in  
omnibus faciendi obligationibus, l. in ſtipulatione.  
19. ff. rat. rem bab.

Ita Domini in cauſa Michaelis Heidenreichs zu Leipzig / Mens. Auguft. Anno 1581. (Verba ſent. Hat nun der Verkäuſſer daher fürgeben/ als wann er von bemeldten ſeinen Freunden das Hauf ſeines Gefallens zu verkaufen plenarie gevollmächtiget/ und/ wie ihm begehr habt/ der Wormunden Conſens hierzu nicht benötigter wäre/ welches ſich aber hervorwach anders befundet/ und habeu ſeine Freunde den Rauff nicht halten wollen/ derowegen iſt ihnen noch 100. fl. zugeben müſſen/ie. So iſt gedachte Mandatarius, euer Verkäuſſer/ euch deßwegen ad intereſte verbunden/und daßelbe zu erſtatten ſchuldig/V.R.W.)

## DEFINIT. XIII.

Mandens tenetur mandatario ad Reſtitutionem ejus,  
quod ex cauſa mandati ipſi abeft, modò culpa man-  
datarii non intervenerit.

**M**andatarius neque lucrum neque damnum ex mandato, quod pro alio ſuſcepit, ſentire debet, l. 10. S. ſi ex fundo. 2. ff. mandat. Anton. Fab. in Co-  
dic. lib. 4. tit. 2. defin. 11. num. 2. † Non mirum ergo, mandantem teneri ad reſtitutionem ejus, quod ipſi ex cauſa mandati abeft, l. 12. S. 7. & 9. l. 54. S. ult. l. 10.  
3 S. 9. ff. mandat. † Modò nulla mandatarii culpa præ-  
cellerit, l. 16. S. 5. l. 87. ff. de furt. Eoque facit l. 26. S. 7.  
4 ff. mand. † Nec enim textus ille corrigendus & le-  
gendum (*Culpa mea*) cum Anton. Fab. 3. coniect. 5. ſed  
5 lectio vulgata commodum ſenſum habet, † quod ſcilicet noxalis actio detur mandatario, cui ſervus mandatus furtum fecerit, ſi modo abſit mandatarii

culpa, per quam occidionem furandi ſervo præbuerit, † ut hoc recte explicat Jac. Cujac. in l. 21. S. 1. ff. 6 comm. in fin. tract. 8. ad African.

Ita Domini in cauſa N. N. zu Falckenhain/Mens. Febr. Anno 1634. (Verba ſentent. So wären die Wormunden euch/ als Mandatario, wofern euch keine Schuld zugemessen werden könne/ den zugefügten Schaden auf Erwägung zu erſtatten ſchuldig/V.R.W. W.)

## DEFINIT. XIV.

Infitor contrahens nomine ſui principalis, officio depo-  
ſito, pro domino non tenetur.

**N**on loquor hic de infitor, qui proprio nomine  
contraxit; Hunc enim ex contractu ſuo tem-  
pore officii celebrato, etiam post finitum illud offici-  
um recte conveniri poſſe, vix quisquam dubitabit.  
† Sicuti nec hoc controvertitur, an durante officio  
infitor ex contractu, præponentis nomine celebra-  
to, teneatur? † Quod itidem affirmandum, per l. 3  
item ſi filius familiæ. 7. S. interdum. 11. ff. ad SCtum Ma-  
cedon. Ubi Julianus ſcribit: Filium fam. infitorem  
exceptione SCti Macedoniani ſe tueri poſſe, ſi ex con-  
tractu ſuo conveniatur. † Ergo ſi ſui ſit juris & pa-  
terfamilias infitor, ex contractu efficaciter ſine ex-  
ceptione conveniari poterit. Idque verum eſt officio  
durante, de quo procul dubio textus ille accipi debet.  
† Aliter verò ſe res habet post officium infitoris fi-  
nitum. Negociatione, enim, cefante, infitoris a-  
ctioni non amplius eſt locus, Andr. Alciat. ad l. pen.  
ff. ſi cert. petat. Socin. vol. 2. conf. 165. n. 7. & 21. † Qua-  
ro nec infitor, qui præponentis nomine contraxit,  
deposito officio, pro domino efficaciter conveniari po-  
terit, † per text. manifestum in l. ult. ff. de inf. 4-  
7. tion. ubi Matth. Welenb. in parac. n. 6. Matth. Col.  
part. 2. decif. 248.

Ita Domini in cauſa Salomonis Wurffpennigs zu Leipzig/  
Mens. Oktobr. Anno 1630. (Verba ſent. Ob nun wohl deſſen  
Factor unter ſeinem Nahmen und Hand / von wegen ſeines  
Herru Wilhelmi Törry euch deßwegen ein Bekantenſch zugestell-  
let/ da er aber dennoch nicht mehr in ſeinen Dienften wäre/ ſon-  
deru ſeine ſelbst eigene Handlung triebt/ie. So möchte er auch  
der Wiederzahlung halben von euch beſtändiger Weife nicht  
belanget werden/V.R.W.)

Ei in cauſa Ludovici VVilhelmi zu Stockhausen/Mens. A-  
pril. Anno 1636.

## CONSTITUTIO XXI.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob das pactum, oder die Vereini-  
gung/ dadurch ſich der Schuldmann verbindet/  
ſeine Person auffzuhalten/ zu arceſtiren/ in Gehorsam  
oder Haſt zu legen/ in Mann- oder Weibesper-  
ſonen beſtändig?

**D**ageachtet aller Disputation, ſo wird  
solches pactum vor beſtändig und  
kräftig geachtet/ iedoch alſo/ daß dem  
Gläubiger das Anhalten oder in Ge-  
horsam legen/ nicht vor ſich alleine geſtattet/ es  
wäre ſonſten privatius carcer: Sondern daß der  
Gläubiger vermittelß des Richters oder der D-  
brigkeit Hülfe/ durch die vorgehende Vereini-  
gung/ die Execution ſuchen foll.

Aber wenn der Schuldener auff flüchtigen  
Füßen iſt/ ſo mag ihn der Gläubiger annehmen/  
und in die Gerichte / darinnen er angetroffen/  
einantworten.

Ob dann auch wohl eine Weibesperson in  
cauſa civili nicht zu incarceriren/ dennoch ſo ſie  
dies

Num valcat pactum, quo debitor, ſi  
ve vir ſit, ſive mulier, ad carcerem vel a-  
reſtum ſe obligat?



Ulicquid disputent alii, pactum hoc  
valere nostri existimant, ita ta-  
men, ne Creditor ipſe debitorem  
detineat, id enim in crimen priva-  
ti carceris incideret, ſed pacti executionem à  
judice vel Magistratu petat, niſi fugitivus ſit  
debitor. Eum enim Creditori capere, &  
judici ejus loci, in quo eum deprehendit, trade-  
re impune licet.

Etsi autem mulierem ob causam civilem in  
carcerem conjicere permifſum non eſt; ſi ta-  
men quædam, de Jure ſuo admonita, ad car-  
cerem ſe firmiter obliget, pacto ſtandum illi  
erit, ſiquidem proprium ipſius debitum obliga-  
tio concernat. Nam ſi pro marito vel alio

dieses certior ret / und gleichwohl hierüber sich  
wissenlich zu persönlichem arrest oder Gehorsam  
verschrieben/ oder beständig zugesagt/ so wäre sie  
es auch zu halten schuldig/ wann es wegen ihrer eigenen Selbstschulden geschehen.

Sonsten aber/ da sie ihres Mannes oder anderer Freunde Schulden halber solche Verpfändung  
von sich hätte gegeben/ so wäre sie Beneficio SCti Vellejani hierzu nicht behaftet/ sie hätte dann  
auch solchem beneficio beständig renunciaret/ daben wir es bleiben lassen.

## DEFINITIONES.

1. *Valet obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor vel saltem prius extrajudicialiter requisitus, solutione non facta per Magistratum capiatur.*
2. *Debitor ad carcerem obligatus, absque precedente bonorum excusione capi & incarcerated potest.*
3. *Debitor ex pacto incarcerated non dimittitur sub cauzione, nisi eam Creditor lubens acceptaverit.*
4. *Creditor, petens executionem in bona debitoris, non recedit a pacto de incarcerando debitore, sed eundem etiamnum incarcerated facere potest.*
5. *Creditor debitori, ad carcerem obligato, non tenetur prestatre cautionem de refundendo, si vel adversaria*

### DEFINIT. I.

*Valet obligatio ad carcerem, ita tamen, ut debitor vel saltem prius extrajudicialiter requisitus, solutione non facta per Magistratum capiatur.*

1. *Q*lamvis nemo membrorum suorum dominus sit, l. liber. homo. 13. ff. ad Leg. Aquil. valet tam  
m... pactio, quā debitor in cautam haud facta solu-  
tionis, ad carceres vel aresta se obligat. † Non qui-  
dem contra Juris rationem ex inveterata solummodo  
& apud gentes receptissimā consuetudine, ut putat
2. *Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 2.* † Sed  
quia fundamentis sat ponderosis ac textibus ex me-  
ditullio Juris desumptis firmata est, l. Titius servum  
9. ff. de serv. export. l. si quis sub hoc pacto. 55 ff. de  
contr. empt. l. i. & 2. C. simanc iua fuer. alien. ne prof.  
l. i. C. si serv. export. ven l. 3. §. 4. vers. & generaliter.
3. *& 3. si quis voleniem. 5 ff. de liber. hom. exhib.* † ut  
latilime probat Matth. Col. de process. execut. part.  
1. c. 6 n. 45 & seqq. Henning. Goeden. conf. 2. num. 26.  
J. B. Köpp. q. 29. n. 5. Andr. Gail. lib. 2. ov. serv. 45. n. 3.  
Mynsing. cent. 6. observ. 51. Modest. 1. lit. p. 1. qu. 39.
4. *5 † Ac tamen testatur quotidiana experientia, ita con-  
ventione de ingrediendo carcerem, & non receden-  
do donec statishat Creditoribus, hodiè nihil esse u-  
sitatus.* † Quam & in foro Saxonico probat hac
5. *Conit. 21. † Ejusque obligationis effectus est, ut  
debitor, qui eo modo se ipsum pignori dedit ac obli-  
gavit, perinde ac alia res qualibet obligata capiatur,  
hac solā differentiā, quod non distrahatur, sed tra-  
hatur & in carcerem detrudatur, l. plerique. 18 ff. de  
in jus vocand. quod absque pacto fieri non posset, l. ob*
6. *as alienum. 12. C. de obligat. & ait. † Specialem sa-  
nē conventionem de ea re fieri oportet, alioqui non  
ex eo solo, quod quis bona sua omnia obligaverit,  
se ipsum quoque obligasse credendus est, arg. l. obli-  
gatione generali. 6. ff. de pignor. Anton. Fab. dist. de-  
fin. 7. n. 8. circa executionem tamen hujus pacti duo*
7. *probè nosse oportet: (1) † Quod Creditor debi-  
torem vigore istiusmodi conventionis, nec propriā  
autoritate capere, nec in privatis suis parietibus de-  
tinere queat; sed debet adire judicem, pro impe-  
potrandā ejus familiā, † cum ministerio debitor &  
capiatur & includatur publico carceri, donec satis-  
fiat de ære alieno, ut multis docet Coler. dist. cap. 6.*

quopiam hoc pacto se adstringat, SCti Velleja-  
ni beneficio, nisi & illi firmiter renunciaverit,  
juvabitur.

es auch zu halten schuldig/ wann es wegen ihrer eigenen Selbstschulden geschehen.

Sonsten aber/ da sie ihres Mannes oder anderer Freunde Schulden halber solche Verpfändung  
von sich hätte gegeben/ so wäre sie Beneficio SCti Vellejani hierzu nicht behaftet/ sie hätte dann  
auch solchem beneficio beständig renunciaret/ daben wir es bleiben lassen.

*valerudine comprimatur, vel alioquin detrimenti  
quid capiat.*

6. *Debitor agrotus è carcere dimittendus est, ut curam  
sui habeat.*
7. *Debitor ex pacto pro certo aliquo debito incarce-  
ratus, pro alio debito in carcere detineri non de-  
bet.*
8. *De Jure communi, ut & in foro Saxonico, fæmina  
debirix, ne quidem ex pacto incarcerated potest.*
9. *Quatenus in terris Electoratus Saxonici fæmina de-  
birix ex pacto ad carceres obligetur.*
10. *Obligatio ad carceres personalis est, & ad heredes  
non transit.*

n. 11. & num. 16. ac seqq. † Quod & disertè sancitum, *hac* Constit. 21. in pr. vers. Jedoch daß dem Gläubiger/ie. † Idque adeò verum, ut nec pactum in con-  
trarium valeat, secundum Bartol. in l. alia 14. S. clo-  
ganier. 1. n. 10. ff. solut. matr. Goed. dict. conf. 2. num. 8.

† Nisi debitor sit fugitivus: Eum enim Creditoris capere & judici ejus loci, in quo/deprehenditur, tradi-  
dere impunè licet, *hac* Constit. S. Aber wenn der Schuldner, † Ita tamen ut ultra 20. horas debitorum fu-  
gitivum Creditor non detineat, si poenam privati car-  
ceris evitare velit, l. i. C de privat. carcer. l. 25. in pr.  
ubi Bartol. ff. ad Leg. Jul. de adulst. † Quamvis & de-  
tinens debitorem spacio minori 20. horarum, in po-  
enam arbitriam incidat, juxta tradita Dan. Moller.  
bic num. 7. (1.) Sciendum, † quod debitor non sta-  
tim, ubi in præfixo & stato termino solutionem non  
fecerit, capi & incarcerated possit, sed insuper requiri-  
tur, ut saltem extrajudicialiter super hoc fuerit requi-  
tatus, maximè si locus carceris non fuerit instrumen-  
to expressus, sed à Creditoris determinatione depen-  
deat, Matth. Coler. de process. execut. p. 1. cap. 10.  
num. 222.

Ita Domini in causa Johann Meyers zu Leipzig / Mensle April. Anno 1580 (Verba sententia): Hat A. B. euer Schuld-  
mann sich verpflichtet/ da er mit einer oder mehr bewilligten Tagzeiten säumig würde/ auf seine Leibesgefahr und eigene Kosten/ die gefängliche Haft/ bis er bezahlet/ zu tragen/ und er hat keinen einzigen Termin richtig erleget und abgestattet. Da er nun in gutem auf vorhergehende Erinnerung noch nicht zahlen würde/ so sendt ihr ihn/ vermöge seiner Verpflichtung/ durch Hülfe der Obrigkeit/in gefängliche Haft zu nehmen/ und er euch bezahlt/ darinne enthalten zu lassen wohl befugt/ B. R. W.)

Et in causa Petri Volckmanns zu Leipzig / Mensle Mart. Anno 1580.

### DEFINIT. II.

*Debitor ad carcerem obligatus, absque precedente ba-  
norum excusione capi & incarcerated potest.*

1. *Q*uin debitor excusus & non solvendo repertus, *per* Magistratum ex pacto detineri queat, ne-  
minem unquam serio negasse, dicit Dan. Moll.  
lib. 1. Semest. 35. n. 2. At illud solummodo inter Dd.  
controversum est, † An nondum facta excusione, ex 2  
pacto debitor per Judicem detineri & incarcerated pos-  
sit? † Etsi vero secundum communem Interpp. o-  
pinionem pactum de incarcerando debitore aliter  
non valeat, quam si is facta bonorum excusione  
reper-

repertus sit non solvendo, Modest. Pist. p. 1. qu. 39. Bernh. Wurmser. lib. 1. pratt. obser. tte. 28. obs. 8. Joh. Köpp. decis. 29. n. 5. Zaf. lib. 2. sing. resp. c. 8. Andr. Gail. 4 lib. 2. obs. 45. num. 3. Mynsing. cent. 6. obser. 51. † Attamen quotidianus harum provinciarum usus aliud introduxit, cum nil ferè frequentius sit, quām debitores, etiam si immobilia possideant, & constet, eos solvendo esse, tamen propter moram vi pacti in loco publico Judicii, vel Curiae, (in Gehorsam) detineri, donec Creditoribus satisfaciant, teste Moll. dict. c. 35. numer. 3. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. dict. q. 39. num. 7. † Quod & videtur placuisse Illustrissimo Saxon. Electori, quando, nulla facta excursionis mentione, pactum de incarcendo debitore, non obstante omni disputatione, valere jubet, hāc Const. 21. impr. † Adeoque & non præcedente excusione, de quo passu multū inter Dd. fuit disputatum, Moller. dict. c. 35. & hāc Const. 5 numer. 2. † Quin si & aliter diceretur, vix pactum de incarcendo debitore effectum sortiri posset, 7 ‡ cum etiam aliás debitor, ubi nullum tale pactum intervenerit, hisce in terris possit in carcerem detrudi, si ejus bona non sufficiant, Const. Elect. 22. p. 2. def. 2.

Ita Domini in causa C. VV. zu Leipzig/ Mensf. Mayo, Anno 1576. (Verba sentent. So wāret ihr in Mangelung euerlicher Zahlung/euer selbstigen Verpflichtung nach/in das Gefängnī zu geben schuldig/ und es möchte sich der Creditor an euer Hauss und Güter verweisen zu lassen nicht gedrungen werden.)

#### DEFINIT. III.

*Debitor ex pacto incarceratus non dimittitur sub cautione, nisi eam Creditor lubens acceptaverit.*

**D**ebitor pacto, in quo se ad carcerem obligavit, adeo obstringitur, ut incarceratus propter non factam solutionem debiti liquidi, invito creditore, haud dimitti debeat, etiam si cautionem sufficientem, ac juratoriam non modo de Judicio sistendo, sed & de judicato solvendo præstare velit, & sed vigore pacti conventi præcisē solvere & adimplere cogitur id, ad quod tenetur, l. si se non obtulit. 4. §. ait prator. 3. ff. de re judic. l. quod si non solvere. 10. ff. de pig. att. l. 73. ff. de legat. l. l. item liberatur. 6. §. quia paratus. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Dan. Moller. lib. 1. Semestr. 35. n. 5. & bīc n. 4. Matth. Coler. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 44. Ant. Hering. de fidejuss. c. 15. num. 57. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. q. 110. num. 35. Joh. Köppen. decis. 35. n. 24. 3 † Nisi forsitan debitor offerat Creditori præmium aliquod immobile, quod facile emptorem inveniat, Novell. 4 cap. 3. Col. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 114. 4 † Quin & si Creditor lubens cautionem acceptet, & in debitoris liberationem consentiat, dubium non est, quin si dimitti debeat; † de Jure enim Creditoris ex pacto sibi quæsito tantummodo controvèrtitur, quod certè in gratiam debitoris remittere potest, l. pen. C. de pact.

Ita Domini in causa Johannis Meyers/ Mensf. April. Anno 1580. (Verba sent. So sendt ihr ihm durch Hülfe der Obrigkeit te gefängliche Haßt zu nehmen/und/bis er euch bezahlet/ oder euer Verwaltung nach gnugsame Versicherung gemacht haben wird/euchhalten zu lassen wohl befugt/D.R. W.)

#### DEFINIT. IV.

*Creditor, petens executionem in bona debitoris, non recedit a pacto de incarcendo debitore, sed exdem etiamnum incarcari facere potest.*

**C**reditor, qui vigore pacti initi, propter non factam solutionem, debitorem in carcerem ponit facit, non prohibetur petere immissionem in bona-

debitoris, & eorundem venditionem, ut sibi satisfiat, Johan. Zanger. de except. part. 2. c. 13. n. ult. Dan. Moller. lib. 3. Semestr. c. 36. n. 2. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. cap. 8. num. 39. & seqq. † Quin & ea 2 lectionem hoc casu habet, an velit debitorem vi conventionis carceri mancipare, an vero missionem in ejus bona petere. † Et si missionem impetraverit, 3 per hoc à pacto illo, quo debitor in casum haud facta solutionis ad carceres se obligavit, non videtur recessisse, & sed nihilominus debitorem incarcerari 4 facere potest per text. in l. l. §. 3. vers. sed finge. ff. de venire inspic. l. 4. §. si ex conventione. 4. vers. sed & si pignore. ff. de re jud. c. quoniam frequenter. 5. §. ult. vers. si autem super personali. ext. Ut lite non const. Daniel. Moller. dict. c. 36. num. 1. Zanger. dict. loco. Col. dict. c. 8. num. 44. Nicol. Boer. decis. 300. n. 3. & seq.

Ita Domini in causa Sebastiani Bolheimus zu Mercha/Mense Novembr. Aanno 1615. (Verba sententia: Habe tht eurem Be- kanntniss 200. fl. gelieben/ welche er binnen zweyen Monaten wieder zu zahlen versprochen/oder im widrigen Fall sich zur gesänglichen Haßt/ bis so lange er euch befriediget hätte/ verpflichtet. Ob tht nun wohl/ als beweldter Debitor, mit der Zahlung slamtig gewesen/die Execution in seine Güter gesucht und erhalten/ ic. So sendt ihr doch hierdurch von obigem pacto nicht abgewichen/ sondern sendt Inhales dessen/ den Schulde- ner nochmahl gebührlicher in gefängliche Haßt nehmen zu lassen wohl befugt/ ic.)

#### DEFINIT. V.

*Creditor debitort ad carcerem obligato non tenetur præstare cautionem de refundendo, si vel adversa valetudine comprimatur, vel alioquin detrimenti quid capiat.*

**H**aud pauci existimant, debitorem ob æs alienum carceri haud posse mancipari, priusquam Creditor sufficientem præstiterit cautionem de refundendo, si vel adversa valetudine forsitan debitor affligatur, aut aliás detrimenti quid capiat, Gloss. in art. 27. Weichbild. §. Ihr sollet wissen/ ic. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 137. Reinh. differ. 86. † Sed quam bene hoc asserant, vel exinde 2 constat, quod sanitas debitoris non sit posita in Creditoris manu & directione, sed à solo Deo dependet; † Ut sic Creditor hāc cautione ultra posse astrinxeretur, Ant. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 261. † Et posito prædictam Dd. assertionem veram esse, (qua & de Jure Saxonico communi verissima est, Vid. Const. seq. defin. 20.) ad casum tamen præsentem, quando nimis debitor pacto spontaneo se carceri adstrinxit, ea minus ritè extendi poterit, & cum habeat 5 Creditor, quod sibi imputet, pactum scilicet simpliciter & absque conditione à se initum fuisse. † Ex 6 quo Creditorem hoc casu nullatenus ad cautionis præstationem teneri, rectissime arbitratur Dan. Moller. lib. 1. Semestr. 35. n. 4. & hāc Const. n. 3. Hering. dict. c. 6. n. 259.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Deswegen ihr ihm denn einige caution, daß ihm an seiner Gesundheit sein Schade geschehe/ zu bestellen nicht angehalten werden mö- get/ ic.)

#### DEFINIT. VI.

*Debitor agrotus è carcere dimittendus est, ut curam sui habeat.*

**Q**uamvis Creditor debitori ad carceres obligato 1 ad cautionem præstandam obstrictus haud sit, Defin. preced. non tamen propterea debitor omni indifferenter periculo subjectus est, sed si ægrotare incipiat, & è carcere dimitti debet, non tam ut 2 sanitati sua consulat, quām ut curam animi sua agere possit, & cum salus morituri cuicunque causa 3 pecuniariz præferri debeat, Fr. Ripa in l. obligatione gene-

generalis 6. n. 31. ff. de pign. quem refert & sequitur.

- 4 Matth. Col. de proc. exec. part. i. c. 6. num. 102. † Quotamen casu ex groto custodes sunt adhibendi, ne in eventum reconvalsentiae, vel morbi simulati, evadendi & subtrahendi sui copiam arripiat, & sic judex
- 5 litem suam faciat, Col. dict. loc. † In cuius arbitrio positum est, pro ratione ac qualitate morbi eum dimittere, quod forsitan hisce in terris rarius accidit, † cum debitores, more apud nos usitato, loco carceris in publico Judicij vel Curiæ loco (in Gehorsam) se pessime detineantur, Moll. hic in pr.

Ita Domini in eadem causa. (Es wäre dann/dass berührter Debitor gefährlich stand läge/ auf solchen Fall würde er/ bis so lange er genesen/ mit der gesänglichen Haft verschont/ oder da er allbereit damit belegt/ hinzuüberum so lange derselben entledigt/hine aber doch etliche Wächter zugeordnet/ damit er nicht von Abhenden kommen möge/ ic.)

#### DEFINIT. VII.

*Debitor ex pacto pro certo aliquo debito incarceratedus, pro alio debito in carcere retineri non debet.*

- 1 Certi Juris est, quod Creditor pro certo aliquo debito in possessione pignoris constitutus, nisi ea quoque pecunia à debitore reddatur, vel offeratur, quæ sine pignore debetur, illam propter dolimали exceptionem restituere non cogatur per text. in L.
- 2 un. C. etiam ob Chirograph. pchn. pign. retin. poss. † Ex quo infert Matth. Berlich. debitorem ex pacto pro uno debito carceri inclusum, licet debitum solvatur, attamen pro alio debito in carcere retineri posse,
- 3 part. 2. conclus. 27. n. 31. & p. 1. concl. 50. num. 33. † ubi hoc ipsum adeò extendit, ut personaliter detenus vel arestatus ab uno Creditore, ab aliò etiam Creditore ex alià causâ in arresto retineri queat; † At vereor, ne hæc illatio Berlichii sit periculosa. Præterquam enim, quod dispositio illa Imp. Gordiani tantummodo de pignore loquatur, adeò ceu odiosa ad casum alium verbis haud expressum extendi non debeat, c. odia 15. de Reg. Jur. in 6to. † certè ratio istius sanctionis hanc illationem non admittit. Etenim in pignoris possessione pro uno debito constitutus illud pro alio quoque debito propterea potest retinere, quod in casum non factæ solutionis Creditor executionem ac immisionem in bona debitoris, adeoque in pignus istud petere queat, † adeoque debitor dolo videtur recuperare pignus, ex quo solutio alterius debiti mox fieri debet, d. I. un. C. d. s.
- 7 † Secus verò res se habet in debitore, ex pacto pro certo debito carceri incluso, qui pro alio haudquam incarceratedari potest, antequam discussio bonorum præcesserit, † nec enim absque pacto speciali deveniri potest ad personam debitoris, si bona ipsius ad solutionem sufficient, Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. num. 7. Matth. Col. de process. exec. p. 3. c. 5. num. 51.

Ita Domini in causa Bartholomæ Ottensi zu Wisach/ Mens April. Anno 1621. (Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ dass euer Schuldener diejenige Schulde/ deswegen ihr ihn/ laut seiner eigenen Verpflichtung/in gesängliche Haft nehmen lassen/ richtig bezahlet und abgestattet: So sendt ihr denselben wegen einer andern Schulde/ damit er euch gleichfalls verhaftet/ aber im Fall der Nichtzahlung/das Gesängnis zu dulden sich ausdrücklich nicht verpflichtet/ in Haftung länger halten zu lassen nicht besugt/ B.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*De jure communis ut & in foro Saxonico, fæmina debitrix quidem ex pacto incarceratedari potest.*

- 1 Quid Juris contra debitores ad carceres obligatos constitutum est, eos nempe vigore propriæ conventionis carceri mancipandos esse, qui alias ob

debitum civile detineri non possent, Anton. Fab. 19 Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 7. illud ad fœminam debitricem haudquaquam extendi debet. † Quippe hæc ne quidem ex pacto & propriæ conventione ad carceres obligari potest, nec vigore ejusmodi pacti capi, aut capta detineri debet, Matth. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 6. num. 109. Daniel. Moller. hic n. 8. Matth. Berlich. p. 3. concl. 27. num. 12. Ant. Hering. de fidejuss. c. 17. num. 77. † Idque propter periculum pudicitiae, quod vertitur cum eà, quæ constringitur in loco aliquo solitario, Decius in l. famine. num. 78. ff. de Reg. Jur. † Quod & in fœminâ recusante bonis cedcre, ita ut ne illa quidem carceribus includi possit, procedere existimat Col. dict. loc. n. 110. † Quæ sententia Interpp. cum nullo Juris Saxonici textu abrogata fuerit, quin & in foro Saxonico secundum eandem pronunciandum sit, ambigendum profrus non est; † Etenim quod Jure statutario non expressum, illud sub Juris communis dispositione relinquuntur, l. si extraneus. 6. ff. de condit. caus. dat. Bald. in l. si plures. 6. n. 29. C. de condit. insert. Octav. Cacheran. conf. 20. n. 50.

Ita Domini ad consultationem des Reichs zu Salza bey Magdeburg gelegen/ Mens. Novembr. Anno 1608. (Verba sententia: Ob gleich ben euch zu Salza ein genisser öffentlicher Ort oder Gefängnis/ damit eure Meisdriger in Bürgerlichen Sachen belegt werden: So mögen doch die Weiber/wenn sie sich gleich neben ihren Kriegischen Vormunden ausdrücklich zur Haft und Gefängnis vor eine Schuld verpflichtet hätten/mits Gefängnis oder Bürgerlichem Gehorsam nicht belegt werden/B.R.W.)

#### DEFINIT. IX.

*Quatenus in terris Electoratus Saxonici fæmina debitrix ex pacto ad carceres obligatur.*

A Deoque nec in foro Saxonico fœmina debitrix ex pacto ad carceres obligatur, Defin. preced. † Aliud verò placuit Illustrissimo Saxonæ Electori, in terris Electoratus sui disponenti, ut mulier, quæ hoc pacto se obligavit, si in solutione cesset, Arresto detineri vel in carcere conjici debeat, hic Conf. 21. §. Ob dann auch wohl eine Weibsperson/ ic. † Quod ipsum tamen cum grano salis accipendum & tribus hisce requisitis concurrentibus demum procedit, (1.) † Si de Jure suo admonita ac certiorata fuerit, 4 dict. §. Ob dann auch/ ic. vers. Dannoch so sie dieses certioraret/ ic. ubi Daniel. Moller. num. 9. (2.) † Ac nihilominus consensu & autoritate Curatoris ad carceres se obligaverit, Moller. dict. loc. Etsi enim de hoc nil expresse disponat Constitutio Electoralis; haud obscurè tamen † consensum Curatoris ad hoc pactum requiri innuit, dum de pacto ritè contracto loquitur, (Bon beständiger Usage/) Atqui pactum mulieris absque Curatoris autoritate initum, Jure non subsistere, nec ritè contractum dici, satis appareat ex Const. Elect. 15. p. 2. Moller. dict. loco. num. 10. & 11. † Ubi videtur excipere mulieres, quæ publicè negotiantur & mercantur, quas mercium illarum nomine, quas emunt fide habita de pretio, efficaciter ad carcere se obligare putat. (3.) † Si obligatio mulieris proprium ipsius debitum concernat, dict. §. Ob denn auch/ ic. vers. Wann es wegen ihrer eigenen Selbstschuld geschehen. † Nam pro marito aliove extraneo, mulier efficaciter ad carceres se non obstringere valet, nisi ultra prædictam certiorationem beneficio etiam SCti Vellejani firmiter renunciaverit, hic Conf. 21. §. Sonsten aber/ ic. ubi Moll. num. 9.

Ita Domini in causa Marthæ, uxoris Joh. Schlemers zu Leipzig/ Mens Jun. Anno 1576. (Verba sent. Ob ihr gleich neben eurem Haushwirth 400. fl. schuldig worden/ welches ihr jährlich mit 100. fl. abzulegen jugesagt/ und in Fall der Nicht-

Nichthaltung beyde in Haffe zu geben verwilliget. Da ihr aber dennoch euer selbst eigenen Schulden wegen/ die Verwilligung des Gehorsams mit Beziehung eures Curatoris nicht gethan/noch ihr disfalls eurer weltlichen Gerechtigkeit erinnert werden wäret/ie. So wäre auch eurer Person halben solche Verbindung zu Recht unsträflich/B. R. W.)

## DEFINIT. X.

*Obligatio ad carceres personalis est, & ad heredes non transit.*

- ¶ **Q**uia obligatio ad carceres vel arrestum ipsum, quasi debitoris corpus ejusque personam afficit, placuit Interpp. ut obligatio haec habeatur personalis, nec debitoris obligati heredes obstringat, Bartol. in l. si deceperit. 4. n. 2. ff. qui satis cog. Salyc. in l. ult. §. in computatione. 9. n. 23. C. de Jur. delib. Math. Coler. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 333. Va- 2 lant. Franc. de fidejuss. c. 5. num. 102. † Etsi enim debitor vivus corpus suum carceri subjecere potuerit, corpori tamen heredis sui jus dicere nequivit, Bartol. in l. postulante. 44. n. 2. ff. ad SCitum Trebell. Dan.

Moller. b. n. 5. † Nec ad rem pertinet, quod Dd.<sup>1</sup> statuto efficaciam heredes ad carceres obligandi tribuant, Veluti si statutum in loco quodam extaret, quod debitores pro debitis incarcerari jubeat, hujus vigore etiam debitoris heredes detineri posse aijunt; quantumvis eorum non fiat mentio in instrumento, Bald. in l. per diversas. 22. n. 4. C. mandat. Bartol. in d. l. postulante. 44. ff. ad SCit. Treb. n. 2. † Non enim à statuto ad pactum firmiter quicquam inferri potest, quia statutum semper est majoris potentiae & effe-ctus, † quam pactum hominis, qui legi subest, Ja-son. in l. non impossibile. 50. ff. de pact. † Quin & sta-tutum perinde ac lex omnibus horis loquitur, & sem-per est in viridi observantiā, l. Arriani. 5. in fin. C. de-beret. Coler. dict. c. 10 n. 336.

Ita Domini in causa Sebastiani Zolheims zu Mercha/Mens: Novembr. Anno 1625. (Verba sent. Auffn Fall aber der Debitor vor der Zahlung gänglich versterben möchte/wäret ihr seine Erben/ weil solche durch das Verstorbenen Verpflichtung ad carceres seines weges verbligirt worden) in gefängliche Hoffe nehmen zu lassen nicht befugt/B. R. W.)

## CONSTITUTIO XXII.

## PARTIS SECUNDÆ.

## Vom Schuldthurn.

**S**ürde jemand/ der in unsren Landen gesessen/ oder sich darinnen enthielte/ wer der auch wäre/ so viel auffborgen/ die Leute ansehen/ oder in andere Wege schuldig werden/ daß alle seine Haab und Güter/ nach ergangerer Hülffe/ execution und excussion, zur Bezahlung nicht zureichen/ und gnuig wären/ oder über Vermögen sich in Bürg-schafft einlassen; und er möchte bey seinen Gläu-bigern keine Nachlassung erlangen/ berührte Gläubigere wären auch auff andere Wege nicht zu behandeln: So soll er/ auff Begehr und An-suchen eines oder mehr der Gläubiger/ in den Schuldthurn/ so wir in unsren Landen sonderlich darzu verordnen wollen/ gelegt/ und also lange darinnen verwahrlich enthalten werden/bis daß er die Gläubiger befriedige/ oder sich sonst mit ihrem guten Wissen und Willen vertrage und abfinde/ und es soll ihn davon keine Abtretung seiner Güter und cession bonorum, so er ohne Bewilligung seiner Gläubiger thäte und fürnehme/ noch ichies anders entledigen oder zu befrey-za haben.

Es soll aber das Gefängniß/ darein er gelegt/ ziemlichen und leidlich seyn/ und er demassen darinnen enthalten werden/ damit ihme dadurch am Leben oder Leib keine sonderliche und hohe Beschwerung zugefüget werde. Wann aber von den Gläubigern/ seiner alimenten und Unterhaltung halben/ in der execution und excussion seiner Güter keine Verordnung und Aus-schung gemacht/ so wird er selbst darauf zu den-cken wissen/ wie und welcher gestalt er seine Unterhaltung haben möge.

Und nachdem wir den Gläubigern zum besten/ auch zum Abscheu vieler leichtfertiger Personen/ so ohne Nachdenken sich in Schuld einzulassen/ Carpz. Definit. Vol. I.

## De poenâ carceris publici, in debito-res, non solvendo existentes, statutâ.

 Ulicunque in nostris Ditionibus tan-tum aris alieni quoconque modo, etiam pro aliis ultra patrimonii sui vires fidejubendo, contraxerit, ut facta executione & excussione, bona ipsius omnia illi exsolvendo non sufficere manifestum sit, si jus suum urgente Creditores, ut quid de eo remittant, ullo pacto induci non possunt, uno aliquo ipsorum vel pluribus id postulantibus, debtor in carcerem publicum, quem in hunc usum extrui in ditionibus nostris curabimus, conjectus tamdiu in eo tenebitur, donec vel solverit, quod debet, vel aliter eo nomine Creditoribus satisficerit, nec vel cestio bonorum vel quid aliud, invitis Creditoribus, illum inde liberabit.

Carcerem autem illum tolerabilem esse volamus, & debitorem in eo ita detineri, ut ne quid inde vel vita vel corporis insigne aliquod detrimentum illi metuendum sit.

Quod si verò de ejus alimentis à Creditoribus in executione & excussione bonorum, constitutum nihil sit, ipsimet unde & quâ ratione illa consecuturus sit, cogitandum erit.

Cumque commodo creditorum studentes, in ipsorum gratiam, aliorum verò levissimo-rum hominum terrorem, qui æs alienum unicunque temere conflantes multos locuples ad inopiam redigunt, gravem hanc carce-ris poenam eo, quo diximus, modo constitue-rimus: Igitur Juris Saxonici dispositionem, quâ debitor Creditori, ut in vinculis & compedibus illi serviat, tradendus est, prorsus tol-limus & abrogamus.

Sed & pactum, quo ad obstagia debitores

und viel wohlhabende Leute um ihr Gut und in äußerstes Verderb zu bringen pflegen/ diese harsche Straße des Gefängniss dermassen/ wie öftest het/ geordnet: So wollen wir auch derwegen die Verfehung und Disposition der Sachsischen Rechten / nemlichen daß der Schuldener den Gläubigern an die Hand oder Halffter gegeben werden soll/ gänzlichen abgethan/ abrogiret und außgehoben haben.

Wir wollen auch das Einreiten und Leisten in den Herbergen/ dadurch dann nichts anders denn mehr Schaden und Schulde/ und sonst viel Unraths verursachen/ und dem Gläubiger derentwegen desto weniger Bezahlung folget/ gänzlich verboten haben / und der Schaden/ Zehrung und Unkosten halben/ so aus den Leistungen und Einreitungen fünftiger Verschreibung entstehen / keine Execution und Hülffe thun und leisten lassen.

Hiergegen aber soll in des Selbstschuldigen und Bürgen Güter gebührliche schleunige und förderliche Hülffe ergehen/ und fürgenommen werden.

Wir behalten uns aber darneben sonderlich vor/ wann wir befinden würden/ daß einer oder mehr von wegen erlittenen Brandschadens/ Schiffbruchs/ oder durch andere unvorsehnliche / und ohne seine Verwaltung beschuhene Fälle/ in Schulden und äußerstes Verderb gerathen/ daß wir desrentwegen auch/ nach Gelegenheit der Personen und anderer Umstände/ Linderung und Milderung der Straße verordnen/ und sonst die Dinge/ nach Billigkeit/ entweder entschieden/ oder gebührlich weisen lassen wollen.

## DEFINITIONES.

1. In foro Saxonico , extra Provincias tamen Electoratus, debitor non solvendo existens, etiamnum bodie ad manus Creditoris tradi solet.
2. In Electoratu Saxonia debitor obaratus non traditur ad manus Creditoris, sed propter debitum liquidum conjicitur in carcere publicum, (in Schuldshurn.)
3. Decoctor vel debitor obaratus non nisi à judice competente incarcerari potest.
4. Incarcerationem debitoris obarati procedere debet excusio bonorum.
5. Carceri publico haud mancipandi sunt debitores, qui absque suâ culpâ fortuna vitio, non solvendo facti fuere.
6. Creditores pñam carceris publici decoctoris remittere possunt.
7. Debitor, qui à judice vel solvere, vel de solutione creditoris cauore jussus, neutrū praestare valet, pro excusso habetur, & incarcerari potest.
8. Ipsa decoctoris carcerario ad diminuendum debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere, priusquam Creditoribus satisficerit.
9. Debitor, ob as alienum incarcerated, non dimittitur, antequam una cum sorte intercessere quoque solverit.
10. Non liberatur debitor incarcerated ante factam solutionem, invito Creditore, etiam si à Principe salvum conductum obtinuerit.
11. De jure communis debitor obaratus, ex statuto incarcerated, cessione bonorum se tueri potest.
12. In Electoratu Saxonia debitor obaratus per cessionem bonorum à carcere publico se liberare nequit.
13. Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint.
14. Non juvatur cautione juratoria debitor obaratus adversus carcerem publicum.
15. Debitor incarcerated, offerens cautionem fidejussionariam, vel pignoratitiam, ex carcere dimittendus est.
16. Debitor obaratus offerens solutionem particularem, vel nomina, particulariter, & distinctis terminis solvenda (Erb- oder Zageitz-Gelder) quatenus ab incarcerationis pena sit exēmus.
17. Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum quo sciens, quod solvendo non esset, contraxerit.
18. Ob as alienum nequeunt incarcerated, nec mancipari ad manus Creditorum, persona Illustres, Nobiles, aliave in dignitate constituta.
19. Mulier obarata, ne quidem in Provinciis Electoratus Saxonici, carcere publico est punienda.
20. In foro Saxonico heres pro debito defuncti carceri publico mancipari nequit.
21. Creditor petens debitorem incarcerated in terris Electoratus Saxonici, non tenetur praestare cautionem de indemnī eo servando.
22. Debitor incarcerated cujusnam sumptibus & expensis sit alendus in carcere?
23. Debitores vitio fortuna, & absque sùa culpâ haud solvendo existentes, infames non sunt, nec ab officio publico removendi.
24. Incarceratio debitoris obarati non tribuit ipsi pignoris aut prioritatis in concursu Creditorum.
25. Decoctoris bona Creditoribus sunt communia, salvo tamen cujusque jure prioritatis.
26. Debitor obaratus à carcere publico exceptus non est proprietas, quod sit forensis & advena.
27. Major pars Creditorum pacientium cum debitore, eique

- eique debiti quoram remittentium, reliquos etiam Chirographarios pro rata obligat.
28. Non nocet pactum plurium Creditorum, debiti partem remittentium, hypothecarius, iisque Creditoribus, qui aresa in bonis debitoris obtinuerunt.
29. Dilatio quinquennalis, à majori parte Creditorum debitori concessa, impedit etiam hypothecarios & a-

- restance, quò minus, durance dilatione, debitorum molestare queant.
30. Obrogata est in Imperio Romano, quam foro Saxonico hodiè sunt abrogata & prohibita.
31. Valeat tamen etiamnum hodiè pactum, quo debitor, si in solutione cesseret, se in certo loco faturum, & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recesseret, promitterit.

## DEFINIT. I.

In foro Saxonico, extra Provincias tamen Electoratus, debitior non solvendo existens, etiamnum hodiè ad manus Creditoris tradit solles.

- V**ARIIS quondam modis adversus debitores obseratos Romanos processisse, durisque remediis ad compescendam decoctorum frequentiam ulos fuisse, historie docent, donec lege Julianæ introductum fuerit, ut qui sine dolo suo malo ari alieno satisfacere non possent, bonis suis cedendo liberarentur, l. 4. C. qui bon. ced. poss. & quod jus pravis hominum moribus oblitarum, in usum reduxit Imp. Diocletianus in l. ob. 25. 12. C. de obligat. & action. Franc. Connan. lib. 4. comm. c. 14. num. 7. & Nec enim in causa pecuniaria, sive pro debito quemquam capi & incarcari regulariter jura permittunt, l. 1. l. ult. C. qui bon. ced. poss. Novell. 4. c. 3. Andr. Gail. lib. 1. obs. 26. Matth. Coler. p. 1. decif. 135. n. 1. & Nisi debitior sit fugitivus, vel de fugâ suspectus, l. ait. praetor. 10. §. 16. ff. que in fraud. credit. & aut si de fiscali debito agatur, l. 9. §. 6. vers. cum eo autem. sub fin. ff. Ad. Leg. Jul. pecular. ubi Bart. n. 2. & Vel in executione judicati, propter debitoris contumaciam, id ipsum judex specialiter decreverit, l. si vittum. 34. ff. de re judic. & Quo casu invicem justæ obligationis succedere autoritatem jubentis, ait Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 7. n. 13. & Rigorem verò majorem hanc in rebus Saxonici prodit, quo cautum: Ut debitior non solvendo existens ad manus Creditoris tradatur, qui eum in compedibus vel vinculis inclusum teneat, ejusque servitiis tamdiu utatur, donec operis suis vel aliâ ratione integrum debitum dissolvat, text. in art. 39. lib. 3. Landr. ubi Gloss. n. 3. & Weichbild/ art. 27. & De quo latè scriptis Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 160. & c. 6. num. 114. c. 7. num. 16. Chil. König. in process. cap. 103. num. 11. Christoph. Zobel. part. 2. differ. 30. num. 6. 7. Valent. Franc. de fidejuss. cap. 3. 1. num. 128. & Quæ juris Saxonici dispositio olim ubique locorum, ubi jura Saxon. usurpatur, in observationia erat; Et etiamnum hodiè extra provincias Electoris in foro Saxonico usu servatur, teste Joh. Zanger. de except. p. 3. c. 1. n. 142. Ant. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 257.

Im Domini in causa Victor Teutschmans zu Lübeck/ Meas. Nov. Anno 1599. (Verba sent. Ob gleich nach Sachsen-Recht Inhalt des art. 39. lib. 3 Landrecht der Schuldener dem Gläubiger vor die Schulden/ so er nicht abtragen kan/ an die Hand gegeben wird/ sc.)

## DEFINIT. II.

In Electoratu Saxonie debitior obseratus non traditur ad manus Creditoris, sed propter debitum liquidum conjicitur in carcerem publicum, (in Schuldthurn.)

- Q**UUM multi hodiè decoctores data quasi opera Creditores rebus suis defraudare conentur, ac studiosè rationes conturbent, multosque locupletes homines ad inopiam redigant, ad coercendum horum malitiam, dispositio juris Saxonici, quæ obserati debitores ad manus Creditorum traduntur,

Carpz. Definit. Vol. I.

Defin. præs. sufficiens haud visa fuit Illustrissimo Saxon. Electori. & Quare in terris sui Electoratus ea 2 prorsus abrogata, detraçatores ejusmodi in carcere publicum (In Schuldthurn) conjici jusit, gravimur carceris pena in decoctores constituta, hanc Constit. 22. Und nachdem mir/ sc. Joh. Zanger. de except. p. 3. cap. 1. num. 143. Dan. Moller. hic n. 1. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 110. num. 56. Anton. Hering. de fidejuss. c. 6. num. 256. & 3 Nimii tamen rigoris propterea neutram arguedus, & cum nec in Republica populi DEI desint exempla, quibus docetur, obseratos debitores horumque liberos à duris Creditoribus in vincula fuisse, conjectos, Levit. 25. vers. 39. Regim 4. cap. 4. vers. 1. Esdr. lib. 2. cap. 5. vers. 5. Matth. 5. vers. 25. & cap. 18. vers. 25. Petr. Heig. part. 1. qu. 35. num. 20. & Ex statuto vel consuetudine induci posse, ut debitore carceretur, tradit Bart. ad l. Titio centum. 71. §. Titio centum. 1. ff. de condit. & demonstr. & Adeoque remedium compescendæ decoctorum frequentiaz, quo in foro Saxonico non solvendo existentes ad manus Creditoris traditi solent, in provinciis Electoratus in penam carceris publici fuit commutatum, & quamvis utriusque etiamnum hodiè una ac eadem ferè sit natura, ac proinde ratione executionis ab illo ad hanc benè inferre liceat. & Nec enim præpostere a cordine confuso ad executionem hujus penæ convolari & nimium properari, sed singula quæque, quibus debitior juvari posit, probè ponderati voluit Illustrissimus Constituens, & uti ex hanc Constit. & Edict. Torg. de Anno 1583. Rubr. Von denen / welche mehr aussborgen/ denn sie zu bezahlen vermögen/ satis liquet, & Quibus omnino addi debet Ord. nov. process. judic. de Anno 1622. sic 52. Rubr. Wie des Schuldthurns halber wider den Schuldener zu procederen/ ubi peculiaris procedendi modus repertus de hanc re præscriptus. & Caveat ergo sibi Creditor, ne contra juris ordinem & processum ad hanc penam acceleret, ac debitorem incarcere faciat, & alioquin certe ratione injuriarum debitori ad damnum resarcendum & lucrum cessans refundendum tenebitur, l. si Creditores. 31. §. ult. ff. de reb. aus. jud. possid. l. item apud Labecorum. 15. §. si quis bona. 31. & §. 33. ff. de injur. Henning. Goeden. cons. 38. p. 6. & In primis verò quinque habentur Requisita in debitorum non solvendo existentium incarceratione probè obseranda, quorum neutrum omitti potest. Horum Primum est, & ut debitum sit verum & liquidum, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. q. 110. n. 35. Etenim pro debito falso seu illiquidio nemo capi vel personaliter detineri potest, Bald. in l. aperiissimi. 16. C. de jud. n. 10. Matth. Berlich. part. 2. concl. 28. n. 52. & Quò respiciunt in hanc Const. 22. verba initialia: Oder in andere Weise schuldig worden/ sc. Unde porrè sequitur, & judicem ad incarcerationem debitoris pervenire non posse, si is debitum neget, quia per negationem res efficitur dubia, incerta & illicita Joh. Sichard. in dict. l. aperiissimi. 16. num. 4. C. de judic. Ergo quò judex tutò capturam adversus debitorem decernat, Creditor saltem per instrumentum, vel per

duos testes Creditum suum probet, necesse est, juxta tradita in simili à Daniel. Moller. ad Conf. Elett. 29. num. 10. p. 1. Andr. Gail. lib. 2. obs. 44. num. 5. Joh. Köpp. decif. 29. num. 16. Adde Resolut. Grav. tit. Von Justicien Sachen. §. Als nicht allein zum acht und fies benötigsten.

Ita Domini in causa Johannis Gerwals ad consultationem Quæstoris in Mügeln Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sentent.) Und es hat sich befunden, daß er dem Gläubiger 600. fl. 8. gr. 11. pf. 1. hell. richtigen Rest verblieben/ic. So möchte der Debitor auf des Gläubigers Ansuchen und Begehrten in den Schuldthurn gelegen/und daran/bis so lange er den Creditorem, weil solches debitum richtig und liquidum ist, befriedigt/ oder sich sonst mit ihm vertragen/verwahrlichen erhalten werden/V.R.W.)

### DEFINIT. III.

*Debitor vel debitor obseratus non nisi à judice competence incarceraari posset.*

- 1 **S**ecundum requisitum est, ut incarceratione decoctoris fiat à judice competente, illo nimurum sub quo debitor domicilium habet, vel deprehenditur, uti verba habent manifesta Novi Proc. judicat. de Anno 1622. tit. 52. §. So verordnen wir, ibi: bey den Gerichten/ darunter der Debitor gesessen/ oder anzutreffen/ic.
- 2 † Nam quod à judice incompetenti fit, perinde habetur, ac si privatà autoritate factum esset, adeoque pro nullo habetur, Bart. in I. Creditores. 3. n. 26. C. de pign. Matth. Coler. de proc. exec. part. 2. c. 1. num. 12.
- 3 Berlich. p. 2. concl. 28. n. 51. † Debitorem autem alibi deprehensum ut judex istius territorii ad locum domicilii vel contractus remittat, cogi non potest à Creditore, Joh. Köpp. decif. 29. n. 26. Non quidem propterea, quod in contractibus locum non habeat remissio, ut putat Köpp. ibid. n. 27. † Etenim carcere publicus hoc in loco pro poena habetur, bāc Const. 22. §. Und nachdem wir, verb. Diese harte Straße des Gefängniss/ ic. ubi Moll. n. 10. Hering. de fidejuss. c. 6. n. 264. † Sed quia hodiē ne quidem in delictis remissiones delinquentium ad locum commissi delicti in Germania frequentantur, Modest. Pist. vol. 1. conf. 29. n. 6. & 7. Andr. Gail. lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30. † præterquam quod Principes quandoque ultrō & sponte suā aliis Principibus, remissionem potentibus, de eā gratificari soleant, si prius per scripturam caveant, nihil per hanc remissionem jurisdictioni ipsorum derogatum iri, seque in casu simili idem facturos esse, teste Andr. Rauchb. p. 1. q. 50. n. 25.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent.) So möchte der Debitor von den Gerichten/ darunter er gesessen/ oder anzutreffen/ auf des Gläubigers Ansuchen und Begehrten in den Schuldthurn gelegen werden/ic.)

### DEFINIT. IV.

*Incarcerationem debitoris obserati precedere debet excusio bonorum.*

- 1 **T**ertium incarcerationis debitorum non solvendo factorum requisitum est excusio bonorum, quæ necessariò præcedere debet, bāc Const. 22. in pr. verb. Nach ergangener Hülff/ execution und excursion, &c. † Quæ verba etiam habentur in Edicto Torgens. de Anno 1583. rubr. Von denen/welche mehr aufzuborgen/ic. Ord. nov. jud. proc. de Anno 1622. tit. 52. in pr. verb. Erstlich/ daß der Schuldener genugsam excusat sey/ und sich so viel befindet/ daß seine Güter zur Bezahlung nichtzureichen/ic. Dan. Moller. bic. n. 4. & lib. 1. semestr. c. 36. in pr. Joh. Zanger. de except. p. 2. c. 10. n. 28. † Ergo debitor tum demum incarcerationi debet, si bona ad solutionem non sufficiant; At quomodo hoc judex scire poterit, si excusio bonorum non præcesserit? † Nec sufficit excusio bonorum ipsius debitoris principalis, sed insuper etiam requiritur, ut bona fidejussoris, si quis datus fuerit, ex-

eutiantur. † Nam quoad effectum solutionis ejus debiti, pro quo fidejussit, bona sua debitoris facultibus aggregata censetur, l. si plures. 27. §. præterea si quaratur. 2. ff. de fidejuss. Dan. Moll. bic. n. 6. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 133. Hippol. de Marsil. sing. 3. † Quin & si debitor principalis, vel ejus fidejussor alio in loco & territorio alleget sufficientiam suarum facultatum, audiri debet, & bona alibi exuti, antequam ad incarcerationem procedatur, secundum tradita Bald. vol. 2. conf. 248. num. 1. & seqq. Col. dict. c. 6. n. 132.

Ita Domini in causa Samuels Woldens zu Neufeldtig/M. Jun. Anno 1593. (Verba sentent.) Da nun gedachter Debitor nach ergangener gebührlicher Execution und Excusione an seinen Haab und Gütern nicht so viel vermögen würde, daß dies selbe zu Bezahlung obangeregter Schuldenzureichen woltet/ ic. So möchte er auf euer Begehrten und Ansuchen Vermöge Churf. Sächs. Constitution in den Schuldthurn gelegen/ und darinnen so lange verwahrlichen enthalten werden/bis daß ee euch vollkommen befriediget/ oder sich sonst mit euch vertragen hätte/V.R.W.)

Item in causa Pauli Fleischers zu Torgau/Mens. Mart. anno 1596.

Et in causa Davidis Ihlens/Mense Februar. Anno 1581. (Verba sentent.) Er ist euch aber gleichwohl solcher Schuldenhaber/ che und zuvor ihr excusaret/ also daß eure Güter zur Bezahlung nicht genugsam/ in gefängliche Haft nehmen zu lassen nicht befugt/ V.R.W.)

### DEFINIT. V.

*Carceri publico haud mancipandi sunt debitores, qui absque sua culpa fortuna vitio, non solvendo facti fuere.*

**Q**uartio, Antequam ad incarcerationem debitoris obserati deveniatur, necessariò constare debet, eum culpa sua ad paupertatem redactum fuisse, & absque omni circumspectione dolosè & fraudulenter plura debita, quam solvere potest, contraxisse. † Multum etenim interest, an quis bona sua decoxerit, & instar prodigi dilapidaverit, an vero absque sua culpa casu fortuito in paupertatem inciderit, Petr. Heig. part. 1. q. 35. n. 44. & seqq. † Priori certè casu dubium non est, quin decoctores carceri publico debeant mancipari, ut poenam luant malitiosè prodiglitatis ac fraudulentè dilapidationis ex bāc Const. 22. Edict. Torg. de Anno 1583. tit. Von denen/welche mehr aufzuborgen/ic. Ord. Nov. Proc. judic. tit. 52. † At poenæ huic subjiciendi haud sunt, qui absque sua culpa, fortunæ vitio & aliquo infortunio, putat: incendio, rapina, naufragio, furto, ruinæ, sterilitate, agrorum, & simili casu, † (Quod & monetæ depravationem inopinatam aut mutationem ejusdem subitanam refero) ad inopiam & calamitatem fuisse redacti. † Hosce enim carcere publico puniri ini quisimum foret, qui commiseratione potius digni sunt, bāc Const. 22. dict. Ord. Nov. Proc. jud. tit. 52. & Edict. Torgens. Resolut. Grav. de Anno 1661. tit. Von Justicien Sachen. §. damit auch zum siebenden. † Hinc cum jus Saxonum in art. 39. lib. 3. Landrecht/ carceri includi voluerit simpliciter obstatum debitorum, Gloss. sám Germ. quam Latin. illud de decoctore & fraudulenter in rebus suis versato intellexit: Fortunæ autem calamitate afflictum diserte excepta. † Atque hanc fuisse statuentis mentem, verisimile est ex eo, quod jus statutarium ex naturali æquitate interpretationem admittat, ac ne quis indebito damnatio afficiatur, l. 2. ubi Gloss. Cod. de nox. act. Jac. Me noch. de arbitr. jud. q. lib. 1. q. 7. n. 18. & seq. † Nique enim ad alios rigor jurium, quam decoctores & dilapidatores pertinet, Strach. de decoct. p. 2. n. 1. & seq. Petr. Heig. dict. loc. Dan. Moll. bic. n. 8. ubi allegat. Matth. Wesenb. bic. Joach. à Beust. ad 1. admodum. 31. n. 343. ff. de jurejur. Ant. Hering. de fidejuss. t.s.

1. loc. s. n. 105. & seqq. † Qui tamen catenus hoc admittit, si debitor ex infortunio quodam ad inopiam redactus de solutione facienda caveat, si ad pinguiorem fortunam pervenerit per text. in c. Odoardus. 3.  
 2. Extr. de sol. † Quod & placet Heig. dict. q. 35. n. 66.  
 & Matth. Wesenbet. in parat. ff. de his qui bon. ced. poff. n. 5.

Ita Domini in causa Andr. Brachmans zu Mühlberg/Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch durch unvermeintliche Geschwindigkeit Absezung der Braunschweigischen Münze/ und also durch unverschuldeten/ und ohne eure Verwaltung beschlehenen Fall in Abgang eurer Nahrung und duserstes Verderben gerathen/se. So verblebet ihr auch/wosfern ihr Vermöge Churfürstlichen Sächs. publizierten Gerichts-Ordnung diese eure Exception gebührender massen erlaubend/ in continentem beibringen/oder sich sonstwo dieselbe in Erfäldigung der Obrigkeit also befinden wird/ gestalten Sachen nach mit dem Schuldthurn billich verschonet/B.R.W.)

Et in alia causa ad requisitionem des Raths zu Mügeln/ M. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Et auch bey gehaltenem/ und zu dieser Sachen angelegten Termin keine erhebliche Ursache/ warum er des Schuldthurns befreyet/ vorbringen können/se.)

#### DEFINIT. VI.

*Credores panam carceris publici decoctoribus remittere possunt.*

1. **Q**uintum denique incarcerationis hujus requisitum est, ut facultas relinquatur decoctoribus tractandi cum Creditoribus suis. † Hic enim si debita remittere, aut decoctoribus gratiam facere velint, quin tum poena carceris publici cesset, dubium prorsus non est, quum de interesse & jure Creditorum potissimum hic agatur, cui renunciare queunt l. pen. C. 3. de pacz. † Adeoque debitores non solvendo facti incarcerationi non debent, priusquam certò constet, Credores jura ac debita sua urgere, nec ullo pacto, ut de iis quicquam remittant, induci posse hāc Const. 22. in pr. verb. Unde er möchte bey seinen Gläubigern keine Nachlassung erlangen/berührte Gläubiger wären auch auff andere Wege nicht zu behandeln/se. † Nec enim 4. invitum Creditoribus debitores sunt detinendi, sed in solo eorundem arbitrio hoc positum est, † nisi judex item suam facere & ad interesse conveniri vellit, Matth. Col. p. 1. decif. 135. num. 13. & de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 117. & c. 3. n. 166.

Ita Domini in causa Paul Fleischers zu Lorgan/ Mens. Mart. Anno 1596. (Verba sent. Da ihr nun euren Gläubiger anderer Gestalt nicht befriedigen/ auch keine Nachlassung bey ihm erlangen könnet/se. So würdet ihr auff sein Begehr und Suchen/ Vermöge Churf. Constitution, in den Schuldthurn gelegt/se.)

Et in causa Samuelis Volkens zu Neufelwig/Mens. Jun. Anno 1593. (Verba sent. Da nun der Schuldner den euch seines Nachlassung erlangen/noch auch sonst auff andere Wege euch behandeln könnte/se. So möchte er in den Schuldthurn gelegt/ und darinnen/ bis er euch befriedigt/ verwahrliehen enthalten werden/se.)

#### DEFINIT. VII.

*Debitor, qui à judice vel solvere, vel de solutione, creditori cavere jussus, neutrum præstare valeat, pro excuso habetur, & incarcera- ratione porest.*

1. **E**xpediti juris est, decoctores incarcerationi non posse, priusquam bona ipsorum excussa, si que non solvendo reperti fuerint, Defin. 4. Quid autem, si Creditor debitoris inopiam allegat, hic verò abduc solvendo se esse dicat? † Certè quia debitor suam fidem non agnoscit, circa redditionem ejus pecuniae, quam mutuò accepit, præsumitur adversus ipsum quod ter giversetur, † ideoque si carcerem evitare velit, manifestare debet sua bona, eorumque exhibita specificatione, solvendo se esse demonstrare, Bart. & Dd. in l. pen. ff. de cess. bonor. Matth. Col. p. 1. decif. 134. num. 45. & de process. execut. p. 1. c. 6. n. 155. Ut sic ad discussionem bonorum devenire haudquam difficile.

lit. † Quin & si à judice vel solvere jussus, vel datis fidejussionibus aut pignoribus de solutione Creditori cavere, neutrum præstare valeat, pro excuso habendum erit; † Quippe qui solvendo non est, ac propter ea tutò incarcerari potest, Dan. Moll. hic n. 4. Ordin. nov. process. judic. in Elect. Sax. de Ann. 1622. tit. 52. §. Wann es nun hierauf/ se. † Quod & facit cautela pro Creditore, ut executor dicat debitori: Bona, in quibus fieri possit executio, exhibeas, Alioquin in persona tua te carcerando executionem faciam, quam & Bruno & Par. de Put. referr, Col. dict. c. 34. n. 47.

Ita Domini in causa Johannis Gerwalds ad requisitionem Quæstoris in Mügeln/ M. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Da nun beweister Debitor nichts in Vermögen noch einiges Mittel zur Zahlung vorzuschlagen gewüst/also daß er nun mehr pro excuso und nicht solvendo zu halten/se. So möchte er in den Schuldthurn gelegt/ und bis so lange er den Gläubiger befriedige/darinnen verwahrliehen gehalten werden/se.)

#### DEFINIT. VIII.

*Ipsa decoctoris carceratio ad deminuendam debitum taxari nequit, nec liberatur debitor è carcere, priusquam Creditoribus satisfac- cerit.*

**D**e jure Saxonico, si debitof Creditori ad manus tradatur, ut operis suis debitum solvat, Creditor autem servitiis atque operis debitoris uti nolit, sed eum potius in compedibus & manicis ferreis detinere, vel in carcere per Magistratum includi velit, † tunc operæ ejus nihilominus in singulos dies astimantur, non secus, ac si revera præstita fuissent, & debiti quantitatem deminuunt, Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 3. n. 170. & c. 6. n. 140. & p. 1. decif. 135. n. 7. † Existimare hinc aliquis posset, in provinciis 3 Electoratus Saxonici idem etiamnum hodiè obtinere, & operas debitoris, vel carcerationem ad deminuendum debitum taxari debere. † Sed vera sunt hæc 4 secundum dispositionem juris Saxonici, quæ debitor ad manus Creditoris traditur, eique in compedibus vel vinculis servire tenetur, Supr. defin. 1. Gloss. in art. 39. n. 4. lib. 3. Landr. & art. 27. ubi Gloss. num. 17. Weichbld. † Quæ dispositio in terris Electoratus 5 Saxonici penitus est sublata, sola carceris publici pœna absque operis & servitiis debitoris substituta, b. Const. 22. Supr. Defin. 2. ut proinde ex jure illo Saxonico ad incarcerationem debitoris solvendo non facili ex jure Constat. hujus Electoralis, hoc in casu argumentati non licet. † At quod hisce in provinciis decoctores, vel debitores ad inopiam redacti, nullo modo ex carcere liberentur, nisi reali solutione, aut aliter Creditoribus satisficerint, vel cum iis transegerint, satis liquet ex verbis Illustrissimi Constituentis, in vers. Und also lange verwahrliehen darinnen enthalten werden/ bis daß er die Gläubiger befriedige/ oder sich sonst mit ihrem guten Wissen und Willen vertrage und absinde/se. b. Constit. 22.

Ita Domini in causa Paul Fleischers zu Lorgan/Mens. Mart. Anno 1596. (Verba sent. So würdet ihr auff des Gläubigers Begehr und Ansuchen Vermöge Churfürstl. Sächs. Constitution in den Schuldthurn gelegt/ und darinnen/bis so lange ihr euren Creditoris seiner Schuldner halber vollständlichen befriediget/ oder euch sonst mit ihm vertragen/ verwahrliehen billich enthalten/B.R.W.)

Et in causa Samuelis Volkens zu Neufelwig/Mens. Jun. Anno 1593.

#### DEFINIT. IX.

*Debitor, ob as alienum incarcerationis, non dimittitur, antequam una cum sorte interesse quoque sol- vertit.*

**C**oncesserim sane Matth. Wesenbet. (quem in 1. hanc tem allegat Dan. Moll. hic n. 9.) debitorum possidentem tot bona mobilia sive immobilia,

- ex quibus sortes solvi queant, propter solas usuras, de quibus forsan Creditori minus satisfieri posse, carceri haudquam mancipari, quippe quod haec alias  
 2 odiosissimae habeantur. † Attamen si ob non factam ipsius sortis solutionem debitor haud solvendo existens incarceratus fuerit, dimittendum ipsum nondixerim, priusquam una cum sorte principali inter-  
 3 esse quoque exsolverit. † Quod & menti Electoris Illustrissimi prorsus convenire, inficias non ibit, qui verba hujus Constit. generalia bene pensaverit, in primis vero in verific. Viz. das er den Gläubiger befriedige. † Et alias juris est notissimi, quod usurae fint accessio sortis & debiti principalis, eodemque jure censi debent, c. accessorium. 42. de Reg. jur. in sexto. Anton. Faber. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin.  
 5 22. † Quia non de usuris loquor, sed potius de usuris, quae ex natura & aequitate negotii, quod geritur, debentur in vicem fructuum, quos debitor ex re Creditoris percipit, aut pro eo, quod revera interest Creditoris ratione non lucri cessantis, sed danni emergentis, cap. conquestus. 8. & cap. salubriter.  
 6 16. ubi Canon. Extra de Usur. † Ut sunt Usurae pretii non soluti, atque dotis, &c. quas nec jure divino aut Pontificio improbari, notat Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 24. defin. 8.

Ita Domini ad Consultationem Questoris in Mügeln/Mens. Mayo, Anno 1633. (Verba sententia: So möchte der Debitor auf des Gläubigers Ansuchen und Begehren in den Schuldthurn gelegt/ und darinnen/ bis so lange er ihn vollständig so wohl des Capitals/ als der Interesse wegen befriedigt/ oder sich sonst mit ihm vertragen/ verwahrlichen enthalten werden/V.R.W.)

#### DEFINIT. X.

*Non liberatur debitor incarceratus ante factam solutionem, invito Creditore, etiam si à Principe salvum conductum obtinuerit.*

- 1 **D**ebitor non solvendo existens incarceratus invitatis Creditoribus, nullo unquam modo ex carcere dimitti ac liberari potest, † nisi solutione ejus, quod debet, aut si cum Creditoribus aliter transegerit, b. Const. 22. vers. Und also lange darinnen, in verb. final. Noch iches anders entledigen oder zu befreien haben. † Sequitur hinc, quod licet salvum condutum à Principe aut Superiori debitor obtinuerit, et tamen non juvari, nec invitatis Creditoribus ante factam solutionem liberari. † Quippe quod Creditores ex constitutione provinciali jus acquisitum habent, quod Princeps ipsis invitatis auferre ac immunitate nequit, l. 2. S. merit. 10. & S. si quis à Principe.  
 5 16. ff. Ne quid in loco publ. l. 4. C. de emancip. liber. † Nec beneficia Principis aut Superioris debent cuiquam esse captiosa, l. Paulus notat. 8. ff. de prator. stipul. Ant. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. n. 21. & lib. 7. tit. 3. defin. 2. n. 4.

Ita Domini in causa Petri Berckens zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1583.

#### DEFINIT. XI.

*De jure communis debitor obearatus, ex parte auto incarcerandus, cessione bonorum se iuiri potest.*

- 1 **F**leibile & miserabile profectum est beneficium cessionis bonorum, si ita appellari licet, quia per id efficitur, ut cedens deinceps panem ostiatim, aut honestis manuum laboribus querere cogatur, nisi fame perire malit, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 122. † Nihilominus debitores obearati ad evitandos carceres sapientissime ad hoc con fugiunt, modo eligendi facultas ipsis concedatur. † Sanè in mancipatione debitoris de jure Saxonico cessionis beneficium non agnoscitur, sed debitor

haud solvendo existens, non obstante cessione, ad manus Creditoris condemnatur, cui licet deinceps debitorem, vel in compeditibus vel ad operarum exhibitionem detinere, Matth. Wesenb. in parat. ff. de cessione bonorum. n. 3. vers. Quod Saxones. & Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pift. p. 3. q. 10. n. 15. Joh. Zanger. de exc. p. 2. c. 15. n. 15. † Scilicet, quia debitor circa 4 exhibitionem operarum & servitiorum semper existimat sufficiens, ideoque non liberatur ab iis per bonorum cessionem argumento ejus, quod tradit Salycet. in l. 1. n. 5. & 6. C. qui bon. ced. poss. † Attamen si statuto alicuius loci vel civitatis inductum sit, ut debitor non solvendo existens carceri mancipetur, eo casu ex dispositione juris communis etiam in foro Saxonico cessione bonorum obtinet, arg. l. precipimus. 32. C. de appellat. † Adeoque per hanc debitor carcerem evitare potest, l. 1. ubi Bart. Bald. & Salycet. C. qui bon. ced. poss. Matth. Coler. dict. c. 6. n. 12. Jacob. Schult. dict. loc. n. 52.

Ita Domini in causa Victor. Leutzschmanns zu Lübeck/Mens. Novembr. Anno 1599. (Verba sent. Wann gleich des Orts ein Statutum dieses Inhalts wäre / daß ein Schuldener/ welcher nicht zu zahlen/ in den Bürgerlichen Gehorsam gehen solle. Da aber dennoch gedacht euer Debitor seine Güter cediret und abtreten würde/ so möchte er mit dem Bürgerlichen Gehorsam nicht beleget werden/ sondern er bliebe damit billich verschont/ ic.)

#### DEFINIT. XII.

*In Electoratu Saxonie debitor obearatus per cessionem bonorum à carcere publico se liberare nequit.*

**I**n foro etiam Saxonico debitorem obearatum, qui ex loci vel civitatis alicuius statuto incarcerari debet, cessione bonorum carcere evitare, dixi def. preced. † A quo jure recessit Illustrissimus Saxon. Elector b. Const. 22. in fin. pr. vers. Und es soll ihn davon keine Abtretung seiner Güter und cessione bonorum, so er ohne Verwillingung seiner Gläubiger thäte oder fürnehme/noch iches anders entledigen / oder zu befreien haben. † In dictioribus igitur Electoratus Saxonici debitor haud solvendo existens præcisè in carcere publicum conjicitur, nec liberatur, etiam si omnibus suis bonis cedere velit, Dan. Moller. hic n. 1. Matth. Berl. p. 2. concl. 28. n. 26. Joh. Zang. de except. p. 2. c. 15. n. 15. † Nec obstat, quod absque iusta causa, expressa & speciali, ne quidem à Papa aut Princepe cessione bonorum abrogari queat, secundum tradita Petr. Heig. p. 1. q. 35. n. 57. † Verum namque 5 hoc est tantummodo quoad debitores eos, qui absque sua culpa fortunæ vitio in paupertatem inciderunt, veluti de iis expressè loquitur ibid. Heig. † Quiterè beneficio hoc cessionis opus non habent, cum à poena carceris publici sint immunes, ex hac Const. 22. Vid. supr. Def. 5.

Ita Domini in causa Christophori Adams zu Reichenbach/ M. Jun. Anno 1601. (Verba sent. Ob ihr euch wohl gegen eure Gläubiger/denen ihr mit Schulden verhaftet/ erboten/ alle eure Haab und Güter zu Bezahlung solcher Schulden abzutreten. Da sie aber dennoch ihre Zahlung davon vollständig nicht erlangen könnten/ so wären sie Vermöge Churf. Sächs. Constitution sich an eure Person zu halten wohl besugt/V.R.W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Nisi creditores cessionem bonorum semel acceptaverint.*

**A** St hoc ita, si Creditores cessionem bonorum acceptare nolint, sed debitorem obearatum in carcere conjici petant: † Nam si in bonorum cessionem consentiant, tantum abest, debitorem carcere publico puniri, ut etiam Creditores, si cessionem semel acceptaverint, ulterius poenitere & debitorem ad carceres rapere nequeant, arg. l. sicut initio. 5. C. de

**3** de oblig. & action. † Etenim cum in favorem Creditorum cessione bonorum sit abrogata b. Const. 22. † Quidni Creditores sanctioni Electorali renunciare possent? l. pen. C. de pact. † Quod & verbis b. Const. 22. (Ohne Bewilligung seiner Gläubiger) satis expressum est.

Ita Domini in causa N. VV. zu Wurzen/ M. Jan. Anno 1636. (Verba sent. Da aber dennoch die Gläubiger mit Abtretung des Hauses einmahl zu Frieden gewesen/ dasselbe beliebt/ und in solutum angenommen hätten/ ic. So verbliebe es dabei billich/ und ihr möchtet nunmehr von ihnen weiter nicht belangen/ noch auch eure Person angehalten werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Non juvatur cauzione juratoria debitor obseratus aduersus Carcerem publicum.*

**E**xinde quod Elector Illustrissimus debitorem non solvendo existentem tamdiu, donec solverit aut aliter Creditoribus satisfecerit, in carcere publico detineri jubet, b. Const. 22. in pr. vers. Und also lange/ ic. satis appareat, † cautione juratoria debitorum non juvari, quod minus incarceraari debeat, quia ejusmodi cautio solutio debiti non est, † nec per eam Creditores juvantur, Bart. in l. libris. 20. C. d. agric. & cens. lib. n. Jason. in l. fidejussor. 2. §. ult. n. 18. ff. qui satud. cog. Matth. Coler. p. 1. decif. 135. n. 14. † Nec ad rem facit, quod persona arrestata, si bona est fama ac probata existimationis, sub juratoria cautione dimittatur, secundum tradita Coler. de proc. exec. p. 3. c. 11. num. 102. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pift. p. 2. q. 110. n. 29. Quia hoc aliter verum non est, † quam si ejusmodi persona in loco sui domicilii bona posideat, eaque oppignoret per l. omnes qui ubiq. 33. S. in hac autem. 3. sub fin. C. de Episc. & Cler. veluti 6 disertè docet Coler. diff. loc. n. 102. in fin. † Exinde igitur ad casum praesentem & debitorem, qui nihil in bonis habet, in quo nec spes est solutionis, nil quicquam inferri poterit.

Ita Domini in causa Nicolai Müllers zu Leipzig/ M. Jul. Anno 1578. (Verba sent. Und ihr möchtet euch mit der anerbotenen Endlichen Caution des Schuldhurns nicht entbrechen/ ic.)

Et in causa Valentini Gröfens ejusque Creditorum zu Leipzig/ Mens. Febr. Anno 1615. (Verba sent. So viel aber die Endliche Caution, darzu sich oberwehnter Schuldener anerboten/betreffen thut/ mögen die Gläubiger solche von ihm annehmen wider ihren Willen nicht gedrängen werden/ B. R. W.)

Ie. in causa Pauli Fleischers zu Torgau/ Mens. Mart. Anno 1596.

#### DEFINIT. XV.

*Debitor incarceraatus offerens cautionem fidejussori vel pignoraciarium ex carcere dimittendus est.*

**D**ebitorum carceratum ob debitum liquidum vel guarentigiatum non liberari è carcere vel manus injectione praestando fidejussores, docet Matth. Col. de process. execut. p. 1. c. 6. n. 134. secutus Rebussum in Ord. Regn. Gall. tit. de liser. obligat. art. 11. Gloss. 3. n. 10. † At nimium rigorosus hac in re est Col. Quis enim misericordia debitoribus denegare vellet hoc solatum, quo & ipsis succurruntur Creditoribus, quippe qui fidejussores aut pignora acceptando citius consequuntur suam satisfactionem, quam per incarcerationem, vel adjudicationem debitoris ad manus. † Ut propterea ipsemet Col. nemini suaserit, omis- sâ hac cautione incarcerationem Rei præcisè urgere. † Sed nec Creditores liberationem debitoris, fidejussores aut pignora offerentis, impedire posse, ut maximè hoc facere vellent, dixerim cum Gloss. Lat. ad text. germ. art. 39. Landr. lib. 3. lit. d. in fin. † Quod & procul dubio placuit Illustrissimo Sax. Electori, eos debito detineri jubenti, qui solvendo non existunt, quoram bona jam sunt excassa, hæc Const.

in pr. At quis inficias ibit, † solvendo etiam dici 6 cum, qui habet fidejussorem idoneum, l. si plures. 27. §. ult. ff. de fidejuss. l. nemo dubitat. 9. ff. de Reg. jur. † 7 aut quis dicere ausit excussum esse, cui pignora restant, quum secundum Ant. Gomez. debito excuti debeat, in omnibus bonis etiam usque ad indu- menta, non relicta ipsis nisi unica ueste, quæ corpus tegant, ne nudi incedere cogantur, in §. item Servia- na. 7. n. 37. Inst. de action.

Ita Domini in causa Christophori Börners zu Leipzig/ M. Aug. Anno 1583. (Verba sentent. Da ihr nun dem Gläubiger eurem Anerbieten nach solche Schulde der Capitalien und Zinsen mit Bürgen gnugsam verschern würdet/ so möchtet ihr euch damit von der gefänglichen Haft wohl entledigen/ B. R. W.)

Et in causa Nicolai Müllers zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1578. (Verba sent. So verbleibet ihr dennoch/ bis so lange ihr entweder eurer Verpflichtung nachkommet/ oder aber derenthalben genugsame Versicherung mit Pfänden oder Bürgen auffrichtet/ in der Verhaftung billich/ B. R. W.)

It. in causa Arntis contra Gräfen in Prætorio Lipsiensi ven- tilata, Mens. Oct. Anno 1630.

#### DEFINIT. XVI.

*Debitor obseratus offerens solutionem particularem vel nomina particulariter & distinctio terminis solvenda (Erb- oder Tagzeitgelder) quatenus ab incarcera- rationis pena sit exemptus.*

**S**æpius accidit, ut nomina reperiantur debitorum, 1 de quibus annuatim aliquid exsolvit, ante- quam Creditori integrè satisfiat (vulgò Tagzeit oder Erbgelder.) Hæc nomina si debitor obseratus offerat Creditoribus, dubium existit, † an ea Creditores in- 2 viti in vim solutionis acceptare ac debitorem, alias sol- vendo haud existentem, dimittere cogantur? † Ita- 3 quidem sentit Matth. Coler. p. 1. decif. 134. n. 41. alle- gans ad hoc autoritatem Ludovici Fachii ejusque coetancorum Dd. & quod † incarcratio ultimum 4 sit juris remedium, in subsidium scil. deficientium bonorum adinventum, quæ cum hoc casu adhuc ex- tent, etiam si mora in solutione intercedat, incarce- rationem tamen sibi locum non vindicare. † At 5 vereor, ne ratio Coleri infirmior sit, quam ut senten- tiam hanc tueri queat: Etenim † bona debitoris 6 tum demum incarcerationem excludunt, si Credito- res ex iis parata satisfactionem consequi possint, uti ex verbis hujus Constit. 22. satis manifestum est. † Atqui parata solutio non est, quæ in terminos di- 7 stinctos ac plurimos annos differtur, ut propterea de- bitorem non audiendum, nec per oblationem parti- cularis solutionis ab incarceratione liberandum ex- istimem. † Nisi forsitan occasio se offerat, ut nomina 8 hæc pro parata pecunia vendere ac pretio inde solu- to Creditoribus satisfacere queat. Alias sanè solu- 9 tio particularis valde incommodo esset Creditoribus L. planè. 3. in pr. ff. fam. ercif. l. cum bi. 8. S. in causa. 9. vers. cause. ff. de transact. l. communi. 7. ff. comm. di- vid. † neque hi particularem solutionem pro pecu- nia parata ceu aliud pro alio recipere tenentur.

Ita Domini in causa Thoma Treutners zu Stolpen/ M. Jun. Anno 1604. (Verba sent. So mögen doch eure Gläubiger solche Erbgelder oder Tagzeiten an statt baarer Bezahlung anzunehmen/ und euch der Haft darauf zu entledigen wider ihren Willen nicht gedrängen werden. Sonder es werden berührte Erbgelder billich um baar Geld angeklagen/ gebührlichen sub- hastires/ und demjenigen/ so dieselbe also annehmen will/ gelassen/ und hernach das baar Geld euren Creditoren gefolget/ ic.)

Et in causa Adami Rulichs zu Leipzig/ M. Oct. Anno 1577.

Item in causa Christiani Kötters zu Leipzig/ Mens. Jul. Anno 1586.

Quod tamen solummodo de debito ingenti ac sum- ma majoris accipi velim. † Non etiam de modico 10 atque exiguo debito, in quo Matth. Coleri opinio- nem vel propterea admiserim, quod ob hoc debitor † nec ad manus Creditoris tradi, nec in carcere pu- 11 blicum

blicum conjici debeat, secundum tradita Joh. Köpp. decif. 29. n. 23. Nic. Boer. decif. 348. n. 9. Matth. Berlich. part. 2. concl. 28. n. 44.

Ita Domini in causa Andreæ Behwers ad requisitionem Senatus Rochlicensis, Mens. Sept. Anno 1612. (Verba sententia: Dieweil aber dennoch der Schuldener dieses Mittel seinem Creditori vorgeschlagen/ daß er einen Leipzigischen Markt eten Goldern/ und also in einem Jahre 3. fl. bis die ganze Summa der 16. fl. abgetragen/ erlegen wolle/ ic. So wird er damit billich zugelassen/ und wenn er deswegen dem Creditori Versicherung machen wird/ daß er zu jeder bestimmten Frist die Gelder von ihm haben kan/ so bleibt er mit dem Schuldthurn geistlichen Sachen nach/weil die Summa nicht gar hoch und wichtig ist/billich verschont/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

**Creditor ad incarcerationem agere non potest adversus debitorem, cum conscientia, quod solvendo non effet, contraxerit.**

1. **A**d compescendam debitorum malitiam, fleibile incarcerationis remedium fuit inductum, quo scilicet hi à defraudatione & deceptione Creditorum abstineant, Edict. Torg. de Anno 1583. tit. von denen/ welche mehr aufzuborgen/ ic. † Quare iis solummodo incarcerationem petere licet, qui à debitoribus decepti perhibentur. † Hinc si tempore contractus debitor jam solvendo extiterit, ac nihilominus Creditor ei mutuum dederit, vel aliter cum eo contraxerit, incarceratio merito cessabit. † Et Creditor sibi imputare debebit, quod cum ejusmodi viro contraxerit, Andr. Gail. lib. 2. obs. 23. n. 6. in fin. Matth. Berlich. part. 2. concl. 28. n. 45. Joh. Köpp. decif. 29 num. 5 17. † Nam scienti & volenti non sit injuria, l. qui bona. 13. §. de illo 6. ff. de damn. infect. l. inquilino. 33. ff. sed. tit. Andr. Gail. dict. loco.

Ita Domini in causa Bernhardi Teubers zu Bitterfeld/Mens. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß euer Schuldener/ als ihr ihm das Anlehn gehabt/ albereit nicht mehr solvendo gewesen/ ihr auch dasselbe wohl gewußt/ ic. So seyd ihr euch dannenhero wider ihu des Schuldthurns zu gebrauchen nicht befugt/ ic.)

#### DEFINIT. XVIII.

**Ob æs alienum nequeunt incarcerationi, nec mancipari ad manus Creditorum, personæ illustres, Nobiles, aliâve in dignitate constitute.**

1. **Q**uia seipissime homines de facultatibus suis plus, quam in hisce est, sperant, teste Jcto Cajo in l. infraudem 10. ff. qui Et à quib. manum. † omni hinc tempore in eam calamitatem venerunt, ut non solvendo fierent, non solum plebeji, sed & Nobiles, aliâve in dignitate constituti. † Quibus tamen solatio esse debet, quod ob æs alienum incarcerationi nequeant. † Etenim, quia illustres, Nobiles, Doctores, Clerici, ac similes personæ sive ex suis erga Rempubl. meritis, sive ab origine Natalium in dignitate constitutæ, ita sint privilegiatae, ut exigi nequeant, nisi in quantum facere possunt, concludunt hinc Dd. communiter, † quod nec pro debito civili detineri valent, Bartol. in l. Medicos. 6. C. de Profess. Et Medic. lib. 10. Albert. Brun. de cession. honor. quest. 10. quest. 4. pr. Matth. Coler. de process. execut. part. cap. 1. 6. n. 146. Et seqq. Matth. Berl. part. 2. concl. 28. num. 38. Et seqq. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 110. n. 55. † Quo & pertinet textus juris Saxonicæ in art. 39. lib. 3. Landr. den soll er halten gleich seinem Gesinde. Ex quo hand inepte colligitur, agi ibidem solum de vilibus & humiliibus, † non etiam de egregiis & privilegiatis personis. Quare cum haec ad manus Creditoris tradi nequeant ex sententia dict. art. 39. † utique nec carceri publico mancipari debent, quia hic in locum mancipationis ad manus Creditoris in Electoratu Saxon. fuit surrogatus

b. Const. 22. §. Und nachdem wir ic. Quod ipsum tam non aliter intellectum velim, † quam si privilegiatae illæ personæ intra metas suæ vocationis manserint bonâque fide contraxerint. † Secus si mercaturam exerceant, aliâve negotia, dignitati ac professioni suæ haud convenientia, tractens, † vel etiam suæ privilegio nimis confidentes dolo ac fraude facultatibus suis lapsæ fuerint, ac studiosè in damnum & fraudem Creditorum bona sua amiserint. † Tum enim nullâ prorsus immunitate personæ privilegiatae gaudent, sed bene ad manus Creditoris tradi, vel in publicum carcerem conjici possunt, † Quia 13. privilegia & jura deceptis, & non decipientibus succurrunt, l. 2. §. 3. ff. ad SCum Vellejan. l. 1. C. ubi Senat. vel clariss. l. frusta. 8. C. de sent. pass. l. 39. §. ult. ff. de minor. Aut. Consult. Conf. Saxon. tom. 1. part. 3. quest. 25. n. 16. Coler. dict. cap. 6. n. 150. Et part. 2. cap. 3. n. 162.

Ita Domini ad requisitionem Victor. Teutschmanns zu Lübeck/ Mense Novembr. Anno 1599. (Verba sentent. Ob gleich nach Sächsischen Rechten der Schuldener dem Gläubiger vor die Schulden/ so er nicht abtragen kan/ an die Hand gegeben wird. Dieweil aber dennoch solches nach dem Schluss vornehmer bewährter Rechtes Lehrer / allein in geweihten/ und nicht in vornehmen Stands-Personen statt hat/ und denn euerm Bericht nach/ euer Schwager ein vornehmer Beamtter und Regent des Orts ist/ ic. So mag er auch seine Gläubigern/ wann gleich seine Güter zur Bezahlung der Schulden nicht zureichen würden/ an die Hand nicht gegeben werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XIX.

**Mulier obarata, ne quidem in Provinciis Electoratus Saxonici carcere publico est punienda.**

**A** Poena carceris eximunt quoque Interpp. debito tores haud solvendo existentes, quando sunt pupilli, minores, milites, parentes, maritus, &c. qui alias privilegio hoc gaudent, † ut non teneantur, nisi in quantum facere possunt, l. miles. qui sub 6. l. 16. l. 17. l. 18. ff. de re jud. Matth. Brun. de cess. bonor. quest. 3. quest. 4. princ. Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 37. Et 38. Beust. ad l. admonendi 31. n. 343. ff. de jurejur. † Quod & mulierem obarata refero; Nam & hanc à poenâ incarcerationis vel mancipationis ad manus Creditoris immunem esse, tradunt Dd. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. numer. 163. Gloss. Letin. ad text. germ. Landr. lib. 3. art. 39. lit. A. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. quest. 110. num. 53. † Quod tantò minus dubium habet, quanto certius est, mulierem ob æs alienum de jure communi incarcerationi non posse, et si pacto speciali ad carceres se obligaverit, Coler. dict. part. 1. cap. 6. num. 109. † A quo jure cum recesserit Illustrissimus 5 Saxo, foeminas ex pacto ad carceres obligatas in dictioribus sui Electoratus incarcerationi jubens Const. præced. 21. part. 2. existimare quis posset, † easdem quoque in provinciis Electoratus Saxonici carceris publici poenæ subjacere, etiamsi pacto speciali se ad carceres non obligaverint. † Sed Constitutio illa, quæ de incarceratione conventionali loquitur, ad casum præsentem, ubi de carcere publico agitur (Vom Schuldthurn) neutiquam extendi debet; † Sunt enim Constitutiones statutaræ strictè accipiendæ, ita ut quantum fieri potest, minus corrigatur jus commune, † & sufficit, si in aliquo minimo quid possint operari, Andr. Tiraquelh de LL. connub. gloss. 2. num. 23. post pr. Jacob. Schult. in pr. quest. 65. num. 32. Et seqq. lib. 2. † Quare cum dispositio juris communis, ab incarceratione foeminas obaratas excipiens, expressa Constitutione ab Illustrissimo Saxone correcta haud fuerit, cur non etiam in provinciis Electoratus è standum esset,

non certe advertere possum, l. precipimus 32. in fin. C. de appellat. Matth. Berlich. part. 2. concl. 28. num. 32.

Ita Domini in causa Marci Grillens zu Geisen/Mens. Dec. Anno 1624. (Verba sent. Ob wohl Martha Beßlers / welche euch mit 100. fl. eine geraume Zeit verhafsi gewesen/eurenem Bericht nach nicht mehr solvendo ist/derowegen ihr sie zu Schuld-Thurn legen zu lassen gemeintet. Dieweil aber densusch nicht zu besitzen / daß sie sich im Fall der Nichtzahlung zu der gefänglichen Haft ausdrücklichen und beständiger Weise verpflichtet/ic. So verblebet sie auch als eine Dabes. Person gestalten Sachen nach mit dem Schuld-Thurn billich verschwert/W. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*In foro Saxonico heres pro debito defuncti carceri publico mancipari nequit.*

- 1 Non solum debitor principalis, sed & fidejussor, si solvendo non reperiatur, in carcerem publicum conjicitur, b. Const. 22, in pr. vers. Oder über Vermögen sich in Bürgschaft eingelassen/Edi&t. Torg. de Anno 1583. Von denen / welche mehr aufborgen/ ic. verb. in mehr Schuld oder Bürgschaft/Ant. Hering. de fidejuss. c. 1. num. 29. & c. 6. n. 205. † Idemque de heredibus debitoris aut fidejussoris afferendum videtur, secundum Gloss. lat. in Landrecht/lib. 3. art. 39. lit. P. Joh. Köpp. decis. 29. num. 2. Hering. de fidejuss. cap. 20. §. 10. num. 55. Valent. Franc. de fidej. cap. 5. n. 104. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 334. † Quod de jure civili verissimum est, siquidem dispositio Legis vel statuti de persona principali, locum quoque habet in ejusdem herede, quippe qui eadem persona habetur cum defuncto, l. postulante 44. ff. ad SCtum Trebell. l. 1. C. ut action. ad hered. & cont. hered. Jafon. in l. Fructus 7. §. in terdum 15. ff. solut. matr. n. 6. † Ut propterea heres debitoris obzrati à carcere publico sese eximere nequeat: Quamvis res aliter se habeat, si defunctus ex pacto ad carceres fuerit obligatus, quo casu heredes non teneri dixi defin. 10. Const. preced.

- 2 † Majoris namque potentiae & efficaciae est statutum quam pactum hominis, qui legi subest, Coler. dict. cap. 10. n. 336. Quare nec ab illo ad hoc firmiter argumentari licet. † Planè neque ex statuto obligatus est ad carcerem publicum heres, qui succedit debitori obzrato cum beneficio legis, conficiens scilicet inventarium. † Hic namque ultra vires hereditarias non tenetur l. scimus. 22. §. licentia. C. de jur. delib. ubi Bald. n. 3. Berlich. part. 2. concl. 28. num. 21.
- 3 † Hinc cum de jure Saxonico indistincte heres sive inventarium fecerit, sive non, ultra vires hereditatis non teneatur art. 6. lib. 1. Landr. Andr. Rauchb. part. 1. quæst. 29. n. 15. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 10. num. 327. & part. 2. cap. 3. n. 399. & seqq. sequitur inde, † heredem pro debito defuncti in foro Saxonico capi & incarceraari non posse, Aut. Consult. Const. Saxon. tom. 1. part. 3. quæst. 25. n. 9. Matth. Berlich. dict. concl. 28. n. 12.

Ita Domini ad requisitionem Questoris zu Müglen/Mens. Mayo Anno 1633. (Verba sent. Wider des Schuldners Erben aber seyd ihr euch/ gestalten Sachen nach/ weil sie über das Vermögen der Erbschaft zu nichts verbunden/des Schuld-Thurns zu gebrauchen nicht berechtigt/W. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Creditor petens debitorem incarceraari in terris Electoratus Saxonici, non tenetur prestatre cautionem de indemnitate eo servando.*

- 1 De jure Saxonico debitor Creditori nunquam ad manus traditur, nisi Creditor Uxori & liberis debitoris de exhibendo & alimentando debitorem ad instar alterius suæ familie, & de non offendendo vel quoquo modo lacerando, sed de restituendo ipsum incolumen post receptam solutionem idonee, datis Carpz. Definit. Vol. I.

scilicet pignoribus vel fidejussoribus, caverit, Landr. lib. 3. art. 39. Weichb. art. 27. ubi Gloss. num. 15. Matth. Coler. part. 1. decis. 135. n. 5. & de process. execut. part. 1. cap. 6. n. 137. † At in ditionibus Electoratus Saxonici Creditor ad præstandam hanc cautionem obstrictus non est, sed debitor simpliciter in carcerem publicum conjicitur, absque ullâ præstitâ cautione, teste Dan. Moller. bīc n. 10. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 6. num. 264. † Rationem hujus specialitatis reddit ibid. Moll. quod non tam custodiā carcerem publicum, quam poenam esse voluerit Elector Illustrissimus, eaque neminem affici, † nisi qui dolomalo non solvendo factus fuisset, adeoque justissimam causam debitorem seu decostorem in carcerem conjiciendi Creditores habeant. † Adde-re potuisse & hanc rationem; quod in provinciis hisce non tam facilè sit metuenda debitori adversa valetudo, vitaque vel corporis insigne aliquod detrimentum, † cum carcer publicus debeat esse tolerabilis & mediocris, non subterraneus & tenebricosus, disponente ita Elect. bīc Const. 22. §. Es soll aber das Gefängniß. † Cautio vero do exhibendo & aliamentando debitorem vel propterea hisce in terris exigi nequit à Creditore, quia is debitori incarcera alimenta subministrare præcisè obstrictus non est, Vid. Defin. seq.

Ita Domini in causa Thomä Treutners zu Stolpen/Mens. Jun. Anno 1604. (Verba sent. Da aber eine Gläubiger in Mangel haarer Bezahlung oder annehmlicher genugamer Versicherung euch wiederum in Haft nehmen lassen wöllen/ so wären sie euch einige Caution für Leibes- Gefahr zu bestellen nicht schuldig/ ic.)

#### DEFINIT. XXII.

*Debitor incarceraatus cujusnam sumptibus & expensis sit alendus in carcere?*

De jure communi expeditum est, quod debitor incarceraatus sumptibus & expensis Creditoris ali debeat per text. in l. si victim. 34. ff. de re judic. † Quod nec in foro Saxonico immutatum est, Welchb. art. 27. vers. Er soll ihn halten mit Kost/ ic. ubi Gloss. num. 14. Matth. Coler. p. 1. decis. 135. n. 5. & de process. execut. p. 1. cap. 6. n. 103. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 6. n. 255. Joh. Köpp. decis. 29. num. 25. † Non enim debet carceri includi debitor obzratus, priusquam omnia ejus bona fuerint excussa. † Quod fit, ut nihil ei relinquatur, unde vivere possit, † quantumvis alias rei delinquentes incarceraati propriis sumptibus sint exhibendi, Bartol. in l. 6. ff. de rer. div. n. 3. Coler. p. 1. decis. 281. n. 1. Moll. lib. 1. semestr. 36. n. 1. Altero vero res se habet in provinciis Electoris Saxonie, ubi à Creditoribus alimenta debitori incarceraato non subministrantur; † Sed si in executione & excusione bonorum Creditoribus nihil de hisce constitutum fuerit ipsimet debitori, unde & quare ratione illa consecuturus sit, cogitandum est, b. Const. 22. §. Es soll aber, vers. Wann aber von den G. äus bigern/ ic. ubi Moll. n. 7. & dict. lib. 1. semestr. cap. 36. n. 1. † At unde? inquires, cum debitori ad sarcum & per amusque excusso nil prorsus restet, unde vivere possit; Nimurum ex Eleemosynis transuntum sustentari debet, Nov. Ordin. process. judic. Ele&t. Saxon. de An. 1622. tit. 52. §. So viel aber die alimenta. Moll. dict. cap. 30. n. 1. Joh. Köpp. decis. 29. num. 26. † Quod & Norimbergæ, Pragæ aliusq; pluribus in civitatibus observari solet, Coler. dict. cap. 6. num. 108. † Nihilominus tamen quandoque ad juris communis dispositionem recurrent erit, si nempe debitor ex transuntum Eleemosynis tantum colligere nequeat, quod ad sustentationem sibi sufficiat. † Etenim tum Creditores debitorem alere debent, ne forsitan, si hoc facere recusent, ex carcere à judice dimittatur,

Moller. dict. cap. 36. n. 2. Coler. dict. cap. 7. num. 107.

Aut. Consult. Conſt. Saxon. tom. 3. p. 3. queſt. 104. n.

- <sup>12</sup> 2. † Sciat tamen debitor, si poſteca caſu aliquo ad meliorem fortunam pervenerit, cum ſumptus atque expensas à Creditoribus factas reſtituere teneri, ſi aliaſ poſt factam debiti ſolutionem ē carcere libera-ri velit, Matth. Coler. dict. decif. 281. n. 4.

Ita Domini in cauſa heredum Johannis Kochens zu Leipzig/Menſe Aug. Anno 1614. (Verba ſent. Habt ihr F. S. wegen eitlicher Schulden in Schuldthurn legen laſſen/ So iſt der Debitor ihm ſelbſton ſeinem Unterhalt zu verſchaffen ſchuldig: Er könnte dann denfelben von ſeinem Weibe oder ſonſten nicht ha-ven/auff den Fall würet ihr ihm wöchentlich einen haften fl. zu ſeinem Unterhalt zu entrichten pflichtig/V. R. W.)

Et in cauſa Thoma Treutners zu Stolpen/Menſe Jun. An- no 1604. (Verba ſentent. Und es ſeyn etch die Creditores ali-menta zu verſchaffen nicht ſchuldig/ihr föret dann dieſelben von eurem Weibe oder ſonſten nicht haben/auff den Fall würen ſie euch wöchentlich 12. gr. zu eurem Unterhalt zu verordnen pflichtig/V. R. W.)

Item in cauſa Sebasſiani Pſluggens zu Ranis/Menſe Aug. Anno 1597.

### DEFINIT. XXIII.

*Debitores vitio fortuna & absque ſuā culpa haud ſol- vendo exiſtentes, infames non ſunt, nec ab officio publico removendi.*

- <sup>1</sup> Quin decoctores & dilapidatores bonorum fuo- rum haud ſolvendo exiſtentes infamiam incur- rant, officioque publico indignos ſe reddarit, coque privari debeat, dubitandum non eſt, cūna & carce- ri publici poena ſint ſubjugandi, b. Conſt. 22. Edict. <sup>2</sup> Torg. de Anno 1583. † Von denen/welche mehr auff <sup>3</sup> borgen/re. † Quæ tamen poena haud imponenda eſt debitoribus iis, qui vitio fortunæ absque ſuā culpa in eam calamitatem inciderunt, ut non ſolvendo fie- rent, qui commiſſeratione potius atque auxilio digni ſunt, b. Conſt. §. Wir behalten uns aber /c. Vid. ſupr. <sup>4</sup> defin. 5. † tantum nimirum abeat, ut hi infames ha- beri aut ab officio publico removeri debeat, cum & officii privatio poena ſit l. murus. 43. §. pœna 4. ff. de <sup>5</sup> procurat. † Nec ab officii administratione ſu- pendendus, niſi qui graviter in officio deliquit, ut nul- lam prorsus excuſationem aut veniam mereatur, Anton. Fab. in Codic. lib. 9. tit. 24. defin. 12. num. 1. Nicol. <sup>6</sup> Boer. q. 1. n. 72. At dixeris: † Nonne horum exi- ſtimatio ad minimum apud bonos & graves viros mi- <sup>7</sup> nuitur? Non certe putò; Nec enim † is, in quo vel mica humanitatis exiſtit, judicio ſuo eum damnabit, <sup>8</sup> quem leges excipiunt. † Ac eſto, miſerum ejus- modi debitorum facti infamia laborare, non statim. tamen officio publico privandus erit, ſiquidem in- famia facti neminem ab administratione officii ro- <sup>9</sup> pellit, † ſicut nec à testimonio dicendo, ſed tan- tum infamia juris, l. 3. §. Lege Juliā 5. ff. de testib. l. is cui lege. 18. §. 1. ff. qui testam. fac. poſſ. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 15. defin. 45. num. 1.

Ita Domini ad consultationem Victor. Teutschmans zu Ei- beck/Menſ. Nov. Anno 1599. (Verba ſent. Ob gleich euer Schwager/ſo in einer vornehmen Anſeefstadt 25. Jahr ein vor- nehmer Beamter geweſen/in Abfall ſeiner Nahrung und vie- le Schulden gerathen. Da aber dennoch ſolches fürniemlich nicht durch ſeine Verwahrloſung geſchehen/ ſondern er durch unglücklichen Fortgang ſeiner Handlung zur Gewarts und ſeiner Diener Untreue in dieſelbe Ungelegenheit kommen wäre/ ic. So möchte er derwegen ſeines Amtes nicht entſetzen/ noch von ſeinen Gläubigern an ſeinen Ehren angegriffen werden/ ſondern es wäre ihm dieſelben derthalben gebührlichen zu be- langen unbekommen/V. R. W.)

### DEFINIT. XXIV.

*Incarceratio debitoris obearati non tribuit jus pigno- ris aut proprietatis in concurſu Cre- ditorum.*

Incarceratio debitoris personam quidem afficit, at non ejusdem bona, ſi qua poſteca reperiantur, vel per juſ ſuſceſſionis, aut aliunde ad eum deveniant. † Quare nec in hiſce Creditori, qui debitorem in- carcerari fecit, ullum juſ prioritatis competit in præ- juſſum Creditorum pignoratitiorum, quando in- ter eos de ordine & jure prælationis contenditur, li- cet ſint illi tempore poſteriorēs. † Non enim Cre- ditor quilibet hypothecam habet, ſed is demum, qui conuenit de pignore, l. 3. ff. que res pign. oblig. poſſ. Novell. 136. cap. 5. §. in ſupr. † præterquam in caſibus, in quibus lex tacitam dat hypothecam, † ſiquidem non cujuſlibet debitoris bona tacite ſunt obligata Creditori, ſed ex certis tantummodo cauſis, l. 1. & tot. tit. ff. & C. in quib. cauſ. pign. tacit. Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 1. Error. 1. † At nullibi lex vel ſtatutum incarcerationi effectum pignoris vel tacite hypothecæ tribuit. Niſi quis etiam ex con- feſſione debiti & ſolà agnitione Chirographi pri- legium tacite hypothecæ induci exiſtmet: † Qui certe insignis pragmaticorum ferè omnium error eſt, licet in juſſis receptiſſimus, ut late demon- strat Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. defin. 8. † Quin nec bonorum ceſſio ullum juſ taciti pignoris tribuit Chirographariis Creditoriſbus, Anton. Fab. dict. tit. 7. defin. 11. Sed quales fuerunt Creditores ante- ceſſionem, ſive pignoratitii, ſive Chirographarii, † tales quoque poſteceſſionem remanent, ordine in- ter eos ſervato ex privilegio non temporis ſed cauſæ, l. privilegia. 32. ff. de reb. aut. jud. poſſ. junct. l. ult. ff. de ceſſ. bonor. † Muſto minus ergo incarcerationio privilegium tribuit in bonis debitoris, quæ planè non afficit.

Ita Domini in cauſa M. Bartholomaei Clamorbi zu Leipzig/Menſe Majo Anno 1592. (Verba ſent. Ob nun gleich eitliche Gläubigere des Debitoris Person zwemal im Amt Meiſen zur gefänglichen Haſſt nehmen laſſen. Da sie aber dennoch zu ob- gedachten Erbgeldern vor euch keinen Kummer geſucht / oder ſonſten einige dingliche Gerechtigkeit und berrer Recht darauſ erlangen hätteen/ ſo möchten ſie euch auch in der Bezahlung nicht vorgezogen werden/ ſondern es würden euch die Erbgelder/dar- auſſi ihr Arrest erlanget/vor ihnen billich geſolget/V. R. W.)

### DEFINIT. XXV.

*Decoctoris bona Creditoribus ſunt communia, ſalvo tamen cujuſque jure prioritatis.*

Ilud expeditum eſt, quod decoctor, poſquam ſolvendo eſſe deſiit, de bonis ſuīs ulterius diſpone- re nequeat, adeo ut hypotheca † à debitore jam de- cocto & fallito conſtituta nihil operetur, Bald. conſl. 432. num. 1. & ſeqq. vol. 1. Dom. Card. Tuschi. tom. 2. pract. concluſ. lit. C. verb. Creditor. concl. 1064. n. 3. † Sed ſunt bona decoctoris Creditoriſbus communia, ad quem pro rata vocantur non conſiderata temporis diſverſitate, Strach. de decoct. p. ult. num. 16. † Quod tamen ita intellectum velim, ut ſalvum maneat cui- que ſuum privilegium, ſuumque juſ prioritatis, ſi quod antea in bonis debitoris ſui obtinuerit, Strach. dict. loco. † Pignore namque contracto & jure quæ- ſito id Creditori neutiquam auferri, nec in ejus præ- juſſum quicquam fieri poſſe conſtat, l. ff. de pat. Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 10. defin. 3. n. 8.

Ita Domini in cauſa Hansen von Edlins und Haſenfuchs zu Leipzig/Menſ. Mart. Anno 1581. (Verba ſent. Ob nun gleich die andern Gläubiger in fremden Gerichten und außer Landes ſich von des Debitoris außenſtehenden Schulden beſahlt gemacht. Da aber dennoch ſolches nach des Debitoris fallitum, und als ſeine Güter allbereit den Gläubigern geweiht ge- weſen/ geſchehen wäre/ihr auch zuvor allbereit die Priorität er- langet hättee. So wären ſie ſolche eingenommene Schulden in die Gerichte alltier niedergelegen ſchuldig/ und würden euch dieſelben Geldere vor thnen zur Zahlung eurer Schulden billich geſolget/V. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Debitor obbaratus à carcere publico exemptus non est, propterea quod sit forensis & advena.*

- P**rocul dubio forenses quoque & extranei hoc iure gaudent, ut adversus incolas provinciarum Saxoniarum, debitores non solvendo existentes, incarcerationem petere possint, vel ut sibi ad manus tradantur: prout demonstrat Matth. Coler. de processu execut. part. I. cap. 3. n. 195. & seqq. † Nam statutum simpliciter & indefinitè loquens prodest etiam forensibus, Bartol. in l. cunctos. I. C. de summa Trinit. n. 24. † Ac ne de hac re dubium relinqueretur, Illustrissimus Elector Saxon. sanctione expressa forensibus hoc jus tribuit, ut incolas Electoratus sui ob æ alienum incarcerated facere queant, † modò prius literis reversalibus à Magistratu ejus loci datis caverint, eundem incarcerationis processum incolis Electoratus adversus suos debitores ibidem non denegatum iri, in nov. Ord. proc. judic. de Anno 1622. tit. 52. in fin. vers. Et bringe denn zuvor von seiner Obtigkelt. † Pariter quoque in calu contrario adversus advenas & forenses in Electoratu Saxonæ ad incarcerationem procedere licet, nec debitores exempti erunt, propterea, quod sint forenses, † dummodo hæc duo cumulative concurrant, putæ: quod forenses in Electoratu Saxonæ contraxerint & ibidem inveniantur, Matth. Coler. dict. cap. 3. n. 171. & seqq. † Quod si tamen, durante inter debitorem & Creditorem disceptatione de sufficientia vel insufficiencia bonorum debitoris, hic ad locum sui domicilii se transferat, † Magistratus illius loci sententiam à judge in Electoratu Saxon. latam neutiquam exequi, nec debitorem in carcerem publicum conjectare tenetur, prout eleganter docet Matth. Coler. dict. cap. 3. n. 226.

Ita Domini in causa Bernhardi Teubners zu Bitterfeld/Mensl. Dec. Anno 1630. (Verba sent. Sonsten aber und aussaß zur Zeit des Antehns einer Debitor noch solvendo gewesen wäre/ möchte er sich dadurch (dass er im Churfürstenthum Sachsen nicht angefessen/noch wohnhaftig / weil er gleichwohl darinnen mit euch contrahiret/ auch des Orts sich betreten lassen) des Schuldthurns nicht entbrechen/B. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Major pars Creditorum pacientium cum debitore, eique debiti quotam remittentium, reliquos etiam Chirographarios prorata obligat.*

- T**radunt Dd. communiter, Creditores eam debiti partem, quam mercatori fallito aut alii debitori remittunt, ut reliquum solvat, conditione ob turpem causam repeterem posse, si ad pinguiorem fortunam pervenerit, Jason. in l. fin. ff. de condic. ob turp. caus. Plot. in repet. l. si quando g. num. 65. C. Unde Vi. Hipp. de Marf. sing. 432. † Quod certè in eo, qui non suo sed fortunæ vitio non solvendo factus est, vix obtinere poterit, cùm, quod tali ex commiseratione remittitur, ob causam omnium maximè piam atque honestam, nullo modo verò ob turpem causam remissum vel datum dici queat. † Quin nec in defraudatore & decoctore hanc Dd. sententiam de eo, quod semel remissum vel datum est, repetendo, usu & observantiæ in foro præsertim Saxonico receptam esse, testis fide dignus est Dan. Moll. lib. 4. se mestr. cap. 6. in fin. † Cautius ergò agere discant Creditores cum debitore pacientes, eique debiti partem remittentes, ne forsitan facti sui eos postea pœnitent. † Hinc remissæ debiti quotæ à majore parte, Creditorum debitori, queritur, num reliqui Chirographarii illorum voluntatem sequi, & pro rata de suo quoque Credito aliquid remittere teneantur? † Quod affirmandum est ex scripto D. Marci, de quo

*Carpt. Definit. Vol. I.*

*in l. juris gentium. 7. 5. ult. l. 8. l. Rescriptum, 10. ubi Accurs. & Jason. ff. de patz. Strach. de decoct. p. 6. n. 6. & seqq. Anton. Fab. in dict. l. 7. 5. ult. & l. rescriptum 7 10. ff. de patz. † Dici equidem posset, cum per ejusmodi remissionem minustur jus Creditorum, voluntatem singulorum exquirendam & quoad singulos 8 præcisè servandam esse. † Quod enim ad omnes ut singulos pertinet, ab omnibus & singulis approbari debet l. ult. C. de aut. praft. l. in concedendo. 8. l. si au tem plures. 10. ff. de aq. & aqu. pluv. arc. † Verum, ut maximè concederim, omnium ac singulorum voluntatem exquirendam esse, attamen non omnium voluntatem judex in decernendo sequi potest, quando inter se dissentunt Creditores, ne alioquin impedi 10 ant judicem, sicuti mutuo se se impedirent. † Itaque cogit hoc casu rei necessitas, ut quod à majori parte factum est, ab omnibus factum videatur, ac propterea plurium Creditorum conventio reliquos etiam obliget, perinde ut in l. 3. & 4. quod cujusque univ. 11 nomin. † Veluti & in Edicto de rebus aut. jud. poss. cum unus ex creditoribus mittitur in bonorum possessionem debitoris, omnium Creditorum nomine missus intelligitur, l. cum unus ex Creditoribus 12. ff. 12 de rebus aut. jud. poss. † Adeoque illud hoc loco agitur, ut Creditorebus omnibus ex æquo consulatur, ne si pauciores minimum debitori remittere renuant, uniusquisq; Creditorum integræ crediti summa carece cogatur. † Quà de causâ pactum plurimum Creditorum reliquis etiam privilegiariis præjudicare vult rescriptum D. Marci in dict. l. scriptum 10. 14 ff. de patz. † Modò tamen singuli ad ejusmodi passionem requisiti & citati fuerint, Anton. Fab. in Rat. dict. l. 10 ff. de patz. l. a. Strach. dict. part. 6. n. 9. † Quamvis aliter sentiant Jason. in dict. l. rescriptum. 15 10. ff. d. t. n. 4. † Planè, major pars Creditorum ex quantitate debiti, non ex cumulo personarum astimari debet, l. 8. & seq. ff. de patz. l. ult. C. qui ced. poss. Strach. de decoct. p. 6. n. 5.*

Ita Domini in causa Creditorum Antonii Hohnens ad remissionem Consulum & Senatus in Guben, Mensl. December. Anno 1626. (Verba sent. Dietweil Balthasar Francke und Jacob Wohlerbens Wittbe blosse Chirographarii seyn/ und wegen ihrer Schuldforderung in des Schuldners Gütern keine Hypothecam und dingliches Recht erlanget / so seyn sie auch von dem meistern Theil der Gläubiger getroffenen Accord zu halten/ und an ihren Forderungen pro rata etwas schwinden zu lassen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Non nocet patrum plurium Creditorum, debiti partem remittentium hypothecariis, iisque Creditoribus, qui aresta in bonis debitoris obtinuerunt.*

**N**on tamen loquitur Rescriptum D. Marci gene- 1 raliter, sed hypothecarios disertis verbis excipit, ita ut licet major pars Creditorum debitori aliquid remiserit, hoc tamen hypothecariis neutiquam no- 2 cere queat, † nec hi voluntatem pacientium sequi & teneantur, l. Rescriptum 10. in fin. pr. ff. de patz. † Haud 3 namque assentiri possum Anton. Fabr. in Ration. dict. l. 10. ff. d. t. imputanti Triboniano, Rescriptum D. Marci ab eo corruptum, & ad alias casus, de quibus forsitan Imperator non cogitaverat, protractum fuisse. † Verbis potius textus inhærendum arbitror, qui 4 bus satis manifestè hypothecarii excipiuntur, præsertim cum nec ratio exceptionis deficiat, & diversitas Chirographariorum ac hypothecariorum Creditorum haud obscurè appareat. † Nimurum, inter- 5 est Chirographariorum, passionem ac remissionem factam debitori ab omnibus servari, ne is se subtrahendo omnes eludat, cùm non nisi ipsum debitorem

convenire queant: † At habentibus hypothecam pātio illa nil prodest, si enim non esset, quem convenirent, hypothecariā actione agerent contra tenentes bona, Bartol. in d. l. *rescriptum. 10. ff. d. t.* † Quod cum ita se habeat, hypothecarii, jus prioritatis jam acquisitum habentibus, pactione Creditorum nocenti iniquissimè diceretur, Accurs. Jason. Bartol. & Dd. in dīct. l. *rescriptum 10. ff. d. t.* Strach. de decoct. part. 6. num. 13. † Nec refert, an pacientes quoque ipsimet hypothecarii fuerint, nec ne? † Etenim ne tum quidem conventione majoris partis hypothecarios obstringi, rectissimè afferit Strach. dīct. loco. † Planè, idem quoque dicendum arbitror de iis Creditoribus, qui aresta in bonis debitoris impetrārunt, ut scilicet nec hi voluntatem & pactionem plurium Creditorum quoad remissionem certæ partis debiti sequi teneantur ob identitatem rationis, † quæ eandem juris dispositionem facit, l. illud 23. ff. ad Leg. Aquil. l. bis 2. solis 7. vers. actionem. C. de revoc. donat. & † quod Arresta hypothecis in effectu æquiparentur, Matth. Coler. de proc. exec. p. 3. cap. 11. num. 26. & seqq. Andr. Rauchb. p. 1. q. 4 n. 1. Joh. Zanger. de except. p. 2. cap. 1. n. 268.

Ira Domini in eadem causā. (Verba sentent. Ob nun wölle die meisten Gläubiger an ihren Forderungen etwas erschwinden lassen/und mit dem Schuldner auf gewisse Masse accordiret. Dieweil aber dennoch Margaretha Paufers ihrer Forderung wegen alberet vorgehaltener Commission zu des Schuldners Gütern Arrest angelegt/und dadurch ein dingliches Recht erlanget/ic. So mag ihr auch der andern Gläubiger gütliche Verwillingung und Vergleichung zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern sie wird bey ihrem Recht billig gelassen/ und in Verbleibung gütlicher Zahlung des vollständigen Capitals von den arrestirten Gütern befriediget/ic.)

Item ad requisitionem Johann. Königs zu Leipzig/ Mensc Septembr. Anno 1621. (Verba sent. Ob nun wohl die meisten Gläubiger/so die erste Verpfändung auff des Debitoris Gütern erlanget/mit demselben sich in Accord eingelassen/und an ihren Forderungen etwas remittiret/ so mag doch solche Vergleichung den andern Gläubigern/welchen auch des Schuldners Güter zum Gerichtlichen Unterpfand haften/ zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen; immassen sie auch in angelegten Accord zu willigen wider ihren Willen nicht gedrungen werden mögen/B. R. W.)

Et ad consultationem Christiani Priesdorffs zu Leipzig/ Mensc Februar. Anno 1630.

Item in causa Jona Zumpens und Hansen Grischens zu Pirna/Mense Mayo Anno 1634.

#### DEFINIT. XXIX.

*Dilatio quinquennalis à majori parte Creditorum debitori concessa impedit etiam hypothecarios & arcantes, quo minus, durante dilatione, debitorum molestare queant.*

¶ Exceptio moratoria præscriptionis, vel dilatio quinquennalis († cuius origo non videtur altius repeti posse, nisi ex Constitutione Gratiani in l. 4. C. de precip. Imp. offer. & Justiniani in l. ult. C. qui bon. ced. poss. Jac. Cujac. 2. obs. 10.) † à majori parte Creditorum debitori concessa, reliquis etiam Creditoribus non solum Chirographariis, sed etiam hypothecariis haud consentientibus nocet, quo minus durante dilatione debitorem molestare queant, ex dict. Const. Imp. Justiniani in l. ult. C. qui bon. ced. poss. † modò dilatio quinque annorum spacium tam in d. l. fin. C. d. t. quām Const. Imperiali, von verdorbenen Kauffleuten/Anno 1548. à Carolo V. Imp. Augusta edit. à definitum non excedat. Dan. Moller. lib. 4. se mestr. cap. 6. n. 5. Matth. de Afflict. decis. 288. Strach. de decoct. part. 6. n. 5. † Quod forsitan in Chirographariis Creditoribus minus ambiguum est; si enim in horum præjudicium à majore Creditorum parte pars Crediti potest remitti, Definit. 27. utique multo magis dilatio solutionis ipsiis etiam invitis & non consentientibus concedi poterit debitori. † At dubi-

um solummodo relinquitur quoad hypothecarios Creditorum, quibus remissionem debiti à majore Creditorum parte factam haudquaquam præjudicare, dīxi defin. preced. † Adeoque nec dilationem quinquennalem existimaveris forsitan? † Sed verbis disertis obloquitur Imp. Justinianus in dict. l. ult. C. qui bon. ced. Dicere itaque ausim, Exceptionem hancce moratorium seu dilationis quinquennalis non esse merè personale sicut remissionis Crediti, sed respici ipsa debitoris bona eorumque exactionem, ut aliquo tempore differatur, adeoque juri hypothecæ reali præjudicare posse, præsertim cum per hanc nil prorsus de summā Crediti auferatur, sed tantummodo spaciū debitori se recolligendi concedatur, † ut tanto minus damnum per hanc hypothecariis inferatur. † Quicquid sit, in concessione hujus dilationis majori Creditorum parti non minus ac ipsi Principi licere, satis manifestum est ex dict. l. ult. C. d. t. etiam si hujus ratio tam expedita forsitan non appareat. Certius autem est illud, quod æquè Arrestantibus atque hypothecariis hāc dilatione præjudicetur secundum tradita Defin. preced. in fin. † modò jus reale semel acquisitum salvum ipsis remaneat, præstata hāc de re cautione expressa.

Ita Domini in causa Christiani Edschers zu Leipzig/ Mensc August. Anno 1601. (Verba sent. Was aber Donat Pelzen/ so zu des Schuldners Waaren alhier einen Arrest erlanget/betreffen thut; ob gleich derselbe die von andern Creditoren bewilligte dilationem quinquennalem dem Schuldner auch nicht verweigern kan/ic. So mag er doch ohne Caution den erlangten Arrest wider seinen Willen fallen zu lassen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXX.

*Obstagia tam in Imperio Romano, quam foro Saxonico bodie sunt abrogata & prohibita.*

Obstagia nihil aliud sunt, quam conventiones, quibus debitores vel fidejūfiores promittunt, se sistere in certo aliquo loco, nec inde abscedere, donec fiat id, quod conventum est, Anton. Butr. in cap. ex rescripto g. n. 10. ext. de jurejur. Matth. Coler. de proc. exec. part. 1. cap. 8. n. 4. † Hæc quondam in Imperio Romano antiquioribus constitutionibus fuisse concessa, manifestum est ex Constit. Imper. Augustæ Anno 1548. edit. à tit. Von wucherlichen Contracten. §. So auch eine Schuld-Verschreibung/ic. ubi fidejūfiores obstagii nomine extra imperium saltem evocari prohibentur. Unde per ratiocinationem à contrario sensu obstagia recte in Imperio usurpari concluditur. † Quod & fatentur Andr. Gail. lib. 2. obs. 45. n. 1. 2. (ubi multa Cameræ Imp. præjudicia refert, quibus obstagia confirmata fuere) & lib. 2. de pac. publ. cap. 2. n. 5. Matth. Weseñb. in parat. ff. de fidejūf. n. 5. Matth. Coler. dīct. c. 8. n. 19. † Quin nec iure Saxonico improbata fuisse Obstagia, luculent patet ex art. 11. lib. 2. Etat. Dan. Moller. lib. 3. cap. 30. n. 3. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pift. part. 3. quest. 138. n. 24. † Nec immerito, cum fidei humanæ nihil tam sit congruum, quam præstari id, de quo inter contrahentes conventum, l. hujus editi. 1. in pr. ff. de pac. l. ex emto. 11. §. 1. ff. de action. empt. † Unde & obstagia juri communi consentanea dicitur Schult. dīct. loc. n. 21. † Verum, postquam Obstagia ex pravis hominum moribus in meras crapulas & heuationes, per quas & mentis inducit exilium, & omnium libidinum provocatur incendium, degenerarunt, iisque nil aliud ferè effectum, quam ut debitores, quibus ante difficile erat solvere, prorsus non solvendo facti, nec tamen eo magis Creditoribus satisfactum fuerit, quin & hospites propterea ad lumen

nam paupertatem devenerint, cum nec iis satisficeri potuerit, b. Const. §. Wir wollen auch. Dan. Moll. dicit. c. 30. n. 7. & Coler. dicit. c. 8. n. 88. & seqq. † Novissimā Constitutione Imperiali, in der Polizey-Ordnung zu Frankfurt/Anno 1577. tit. 17. rubr. Von wucherlichen Contracten. §. Wiewohl auch in des Heil. Reichs/ic. Obstagia in Imperio Romano prorsus abrogata fuerunt, Gail. dicit. obf. 45. num. 6. & Quorum usum jam antea quoque Illusterrimus Elector. Saxon. in Ditionibus suis severissime prohibuerat. bāc Const. 23. §. Wir wollen auch. † Absque omni Creditorum præjudicio, uti demonstrat Coler. dicit. cap. 6. n. 93. † Ut proinde hodiè supervacanea sit omnibus disputatio de obstagiis, de quibus alias videri possunt Modest. Pistor. p. 2. consil. 1. Dan. Moll. dicit. cap. 30. & ad b. Const. n. 7. Matth. Coler. & Jac. Schult.

Ita Domini in causa Matthäi Hübners zu Geusa/ Mens Jul. Anno 1626. ( Verba sent. Ob wohl iiii heil. Römischen Reich/so wohl auch auf Sachsischem Boden die Obstagia, oder das Einreiten und Leisten in den Herbergen heutiges Tages gang und gar verboten und aufgezehoben seyn/ ic.)

#### DEFINIT. XXXI.

Valeat tamen etiamnum bodie pactum, quo debitor, si in soluzione cesseret, se in certo loco staturum & antequam Creditori satisfactum sit, ab illo non recessurum, promittit.

Propter abusum potissimum & luxuriam detestabilem Obstagia abrogata fuere, quod scilicet ad

hæc obligati unà cum iis, qui officii vel honoris causâ ad ipsos veniunt, toto tempore obstagiorum durantium, nullâ prorsus sumptuum habita ratione diesque noctesque cibo & potu se ingurgitent, & si vel dimidium saltem diem ab heluationibus cesserent, pactis non satisfecisse videantur, Dan. Moller. lib. 3. semestr. 30. n. 7. Matth. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 8. num. 88. † Quare, si contrahentes more hoc detestabili neglecto, aliter convenerint, & debitor, si in solutione cesseret se staturum in certo loco, & inde, antequam satisfactum sit Creditori, non recessurum ab illo promiserit; † etiamnum hodiè pactum illud valere, non quidem jure obstagii, sed vi alterius voluntariæ conventionis, rectissimè docet Moller. dicit. cap. 30. n. 6. † Neque enim ex ejusmodi pacto ullæ sunt metuenda heluationes, † sed hujus effectus in eo potissimum consistit, ut persona debitoris non solvendo existens facilius detineri & in carcerem publicum conjici queat, Moll. d. loc. num. 8.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Da ihr euch aber dennoch in der Schuld-Verschreibung ausdrücklichen dahin verpflichtet hättest/dass/auffn Fall ihr die Zahlung bis zum dritten Tages nicht leisten würdet/ ihr euch in eure Behausung gestellen/ und ehe und zuvor der Gläubiger vollständig befriedet/ nicht von dannen hinweg weichen wollet/ allein zu dem Ende/ damit der Gläubiger eurer Person halber gesichert seyn möchte/ic. So wäre solche Verpflichtung zu Rechte eräftig/ und ihr derselben allerdings nachzuzeigen schuldig/ B. Dr. W.)

## CONSTITUTIO XXIII.

### PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Verpfändungen unbeweglicher Erbgüter für der Obrigkeit/ darunter sie gelegen/ nach Sachsen-Recht geschehen müssen?

**W**iewohl nach gemeinen Rechten ein ieder seine Güter ohne Gerichtliche insinuation oppignorieren und verpfänden kan/ so ist doch solches der Derter/ da Sachsisch Recht gehalten/ durch langwierigen Gebrauch anders eingeführt/nemlich/dass die special- Verpfändung unbeweglicher Güter/ oder aber auch/ wann sie gleich general und allgemein auff alle Güter gerichtet/ für der Obrigkeit/ unter welcher sie gelegen/ oder auch dem Lehn-Herrn muß insinuirt werden/ sonst aber unkräftig sey. Und dieses hat vernünftige Ursachen/ damit ein Gut nicht vielen versezt/ und also die Leute betrogen werden/ iedoch wo einer ein Gut absque insinuatione verpfändet/ und es wollens seine Erben wieder haben/ und den Pfandschilling nicht wieder erstatten/ derer Ursachen/ dass die oppignoratio nichtiger Weise geschehen/ so seynd sie nicht zu hören/ sondern den Pfandschilling gegen Einräumung des Guts zu ersehen schuldig. Wann auch ein Gläubiger für zweien oder drey Zeugen/ oder durch Aufrichtung eines Vertrags/ so mit etlicher Händeler Siegel beträffigt/ hypothecam generalem, oder specialem constituiren würde/ so soll es auch für eine hypotheca geachtet/ und allen Chirographariis creditoris

Pignoratio bonorum allodialium immobilium jure Saxonico ut valeat, num coram illo Magistratu, sub cuius jurisdictione sita sunt, eam fieri necesse sit?



Tsi jure communi unicuique bona sua, absque judiciali insinuatione, pignorare permisum est, iis tamen in locis, quæ jure Saxonico utuntur, longæa conservetudo id invexit, ut obligatio bonorum immobilem, sive specialis illa sit, sive etiam generalis, nisi coram judice, cuius jurisdictioni subjacent vel coram domino directo facta sit, non valeat. Et id quidem rationabilem hanc habet causam, ne, si eadem res pluribus simul obligetur, homines decipiantur. Quamvis fundo absque insinuatione pignorato, si heredes debitoris, eum redimere cupientes, pignorationem non legitime factam prætendant, ideoque pecuniam creditoris debitam solvere nolint, audienda non sint. Sed, etsi creditori cuidam in præsentia duorum triumve testium, vel pacto, aut transactione sigillis illorum, quorum operæ interveniente facta est, signata, hypotheca vel generalis, vel specialis constituatur, ea valebit, & Creditor is omnibus Chirographariis præferetur. Quod tamen ita accipi volumus, ut hypothecæ in judicio contractæ, aliis quibuscumque extra judicium constitutis, licet tempore anterioribus, sint præferendæ.

bus vorgezogen werden. Es sollen aber die Ge-richtliche Verpfändunge an allen andern hypo-thecis, so nicht coram judice geschehen / fürge-hen/ungeachtet ob die andern der Zeit halber äl-ter wären. Wann auch bona emphyteutica, oder censitica, Erblehen oder Erbzinsgüter/dar-über ein Unterthan einen Lehnherren erkennen muß / oder die er sonst in Lehen zu empfangen pfleget/versehet und verpfändet/ sollen dieselbige anderer Gestalt nicht/ dann mit Gunst oder Be-willigung des Erb oder Lehn-Herrns hypothecirt werden / und ohne das die Verpfändung ganz nicht statt haben. Fahrniß und bewegliche Güter/ der einer mächtig/mag einer auch auf Sachsi-schem Boden/ ohne dergleichen insinuation, jemands zum Unterpfand wohl vorschreiben. Dar-nach sich unsere Juristen-Facultäten und Schöppenstüle/in Verfassung der Urtheil zu richten haben.

### DEFINITIONES.

1. *Bona immobilia in foro Saxonico absque consensu Magistratus sive judicis efficaciter oppignorari non possunt, ne quidem à Nobilibus & Illustribus personis.*
2. *Nec inter Mercatores valida est oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis.*
3. *Annui reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter validè oppignorantur.*
4. *Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius oppignorando bona immobilia, quò minus hypotheca posterior judicialis preferatur hypotheca ex-trajudicali.*
5. *Oppignoratio bonorum immobilium, extrajudicia-liter licet facta, beredes tamen debitoris obligat.*
6. *Immobilia judicii ipsi, & rursus ab ipso judice sine consensu Superioris rectè oppignorantur.*
7. *Jura ac Nomina in foro etiam Saxonico, absque insinuatione judiciali, efficaciter oppignorantur.*
8. *Pignus judiciale, in rebus immobilibus constitutum à Creditore alii cuidam, sine novâ judiciali insinuatione, pignori dari potest.*
9. *Hypotheca rerum mobilium extrajudicialis seu conventionalis anterior, prefertur aresto & hypotheca judiciali posteriori in foro Saxonico, contra l. scripturas 11. C. qui pot. in pign.*
10. *Hypotheca generalis rerum mobilium, comprehen-dit etiam mobilia ac nomina in alieno territorio exi-stentia.*
11. *Non trahenda est hypotheca generalis ad res mobi-lies, que post mortem debitoris hereditati accesserunt.*
12. *Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi oppignoratorum, adversus tertium possessorum.*
13. *Mercibus tamen in tabernâ oppignoratis, ac postea singulatim venditis, Creditor adversus emptorem, hypothecariâ experiri nequit.*
14. *Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypotheca judicialis, sed solum Chirographariis & arestantibus preferatur.*
15. *Creditores in possessionem bonorum debitoris immis-si, non preferuntur iis, quibus anterior hypotheca extrajudicialis coram testibus fuit constituta.*
16. *Valeat pignus in re immobili venditâ pro residuo pre-tii retentum, citra judicis consensum, etiam in foro Saxonico.*
17. *Non juvat venditorem Lex pignoris, ob pretium non solutum, contractui venditionis jam perfecto, ex in-tervallo extrajudicialiter apposita.*
18. *Leudo vendito, non valeat hypotheca pro residuo pre-tii venditori, absq; speciali consensu Domini, refer-rita.*
19. *Absque speciali reservatione hypotheca, ne quidem rusticis compedit pignus in rebus venditis pro pre-tio.*
20. *Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coram judice, sub quo immediate sita sunt, nec validam efficit hypothecam consensus domini superioris.*
21. *Ponorum immobilium oppignoratio fieri debet coram eo judice, qui jurisdictionem habet inferiorem.*
22. *Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum vel censiticorum, utriusque tamen judicis ordinarii, quam domini directi consensus est adhibendus.*
23. *Hypotheca bonorum immobilium judicialis non sub-sistit, nisi ipsiusmet debitor verbis expressis consensum judicis ad hanc imploraverit.*
24. *Consensus Domini vel judicis, super hypothecâ feu-di vel fundi ad tempus certum praestitus, tempore elapsô extinguitur.*
25. *Magistratus consentiens hypothecâ ad certum tem-pus, reservato sibi vel debitori jure reluendi, tacitè consensum prorogare videtur, si finito tempore, non reluantur bona hypothecata.*
26. *Magistratus ob praestitum consensum in oppignora-tione bonorum, pluribus creditoribus factâ, nulla ratione tenetur, licet bona omnibus non sufficiant.*
27. *Competit tamen actio ad interesse adversus Magi-stratum, Creditori pecuniam alias non credituro hypothecam falsâ idoneam affirmantem.*
28. *Creditor in alienationem pignoris consentiens, il-lud debitori remisſe videtur.*
29. *Creditor generalem & specialem hypothecam simul habens, prius specialem executere tenetur, antequam generali utatur.*
30. *Hypothecarius, cui generalis constituta est hypotheca, non potest reliquis Creditoriibus prejudicare in speciali hypothecâ, si certam rem semel elegerit.*
31. *Parte debiti licet solutâ, pignoris tamen obligatio pro residuâ debiti parte integra manet.*
32. *Creditor hypothecarius omissa actione hypothecariâ, personaliter adversus debitorem experiri, in-que alia ejus bona, sibi non oppignorata, executio-nem petere potest.*
33. *Solutione tantummodo debiti, non etiam cessione aut confusione ex acquisitione dominii extinguitur in totum hypothecâ.*
34. *Clausula: de non alienando, adiecta hypotheca, tribuit Creditori jus executivum adversus tertium possessorum, discussio etiam nondum principali debito-re.*
35. *Supereft actio hypothecaria Creditori etiam post ven-ditum pignus, si hoc postea evincatur.*

## DEFINIT. I.

*Bona immobilia in foro Saxonico absque consensu Magistratus sive judicis efficaciter oppignorari non possunt, ne quidem à Nobilibus & Illibribus personis.*

## DEFINIT. II.

*Nec inter Mercatores valida est oppignoratio rerum immobiliarum extrajudicialis.*

- S**ive quætas de effectu pignoris, quoad causandam actionem hypothecariam adversus debitorem, vel tertium pignoris possessorem; sive quoad privilegium prælationis in concursu pluti Creditorum, expeditum est; † quod in foro Saxonico bonorum immobiliarum oppignorationes non aliter valeant, quam si Judicis seu Magistratus ordinarii autoritate muniantur & corroborentur, b. Const. 23. art. 8. lib. 1. Landr. Bened. Reinh. differ. 2. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 6. num. 14. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. p. 194. Zobel. part. 2. differ. 28. num. 12. † Quod sane vix mirum alicui videbitur, perpendenti, jura Saxonica nunquam permittere bonorum immobiliarum alienationem, nisi cum approbatione & consensu Judicis, ditt. art. 8. ubi Gloss. Latin. ad text. german. lit. B. art. 52. art. 34. lib. 1. Landr. Zobel. dict. diff. 28. num. 12. Petr. Heig. part. 2. quest. 17. num. 18. † Quod & pignoris seu hypothecæ constitutionem refero, quæ alienationis verbo continetur l. ult. in med. C. de rebus alien. Hart. Pistor. lib. 1. quest. 15. n. 55. Heig. p. 2. quest. 5. num. 24. † Quamvis apud omnes certum æquè non sit, inveteratè consuetudine, an certo jure Saxonico hoc ipsum nitatur; de quo disputat Andr. Rauchb. dict. quest. 6. n. 15. & Aut. Consult. Const. Saxon. rom. 1. part. ii quest. 10. num. 1. † At omissio eo, tanquam re non magni momenti, nosse sufficit rationem hujus juris, quod potissimum favorem Creditorum concernit, † nimis: ne una eademque res pluribus simul obligetur, ac Creditores credito suo defraudentur, b. Const. 23. §. Und dieses, ubi Dan. Moller. n. 15. Rauchb. dict. loc. † Quæ ratio, cùm generalis sit, sequitur inde, oppignorationem bonorum immobiliarum, sive sit generalis, sive specialis, indifferenter validam non esse, expresse † ita disponente Elect. Saxon. Illustrissimo, b. Const. 23. in pr. & in Ordin. Nov. proc. judic. tit. 46. §. Aber unbewegliche. vers. Es werde gleich ein Stück/it. † Ex quo porrò inferendum, nec Comites aut Nobiles, aliasve personas illustres, bona sua immobilia extra judicium pignore posse, † Quippe in quibus prædicta ratio non minus, ac in hominibus plebejis atque rusticis obtinet, Dan. Moll. b. lib. num. 15. Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 7. † Nec ulla diversitatis causa afferri poterit, cur in hisce Constitutio Electoralis, generanter loquens, locum habere non debeat; Nisi quis dicere ausit: † prædictas personas Nobiles atque Illustres bona sua immobilia propterea forsitan extra judicialiter efficaciter oppignorare, quod & ultra quingentos solidos absque insinuatione judiciali donare valeant, Joh. Schneidew. ad §. alie. 2. Inst. de donat. num. 31. † Atqui argumentari ita non licet, ob rationem prædictam, oppignorationem extrajudiciale in foro Saxonico prohibentem, quæ certè in donatione, excedente summam 500. solidorum, omnino cessat. † Neque enim in ejusmodi donatione ullam defraudationem metuendum esse, quisquam affirmaverit, Berlich. dict. concl. 29. n. 8.

Ita Domini in causa Volrad à Minckwitz zu Gens / M. Jan. Anno 1631. (Verba sent. Es wär dann / daß eure unbewegliche Güter/so einem andern von Adel verpfändet werden sollen/unter andern Gerichten gelegen. Auff solchen Fall müste die hypotheca, dasfern sie zu Rechte kräftig seyn soll/in selbigen Gerichten konstituirt/ und der Obrigkeit Consens hierzu ertheilet werden/ B. R. W.)

**N**on admittit generalitas bujas Constit. exceptio nem in Mercatoribus, utique bonorum immobiliarum oppignorationem extrajudiciale inter eos valere, existimemus. † At, inquires, in foro Mercatorum non solet disputari de apicibus juris, sed tantum de æquitate & bona fide, arg. 1. si fidejussor. 29. §. quedam. 4. ff. mandat. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 23. definit. 8. n. 3. & tit. 27. definit. 3. num. 2. Matth. Wesenb. const. 10. n. 40. Andr. Gail. lib. 2. ob. serv. 27. n. 27. Verum equidem hoc est: † Sed ne go, dispositionem juris Saxonici, que hypothecæ extrajudiciales improbat, cum bonâ fide & æquitate pugnare. Hocque ut afferamus, tantum abest, † ut etiam vel ex solâ æquitate in foro Saxonico eam inductam fuisse fateri necesse habeamus: † Ne scilicet una eademque res pluribus simul obligetur, ac per id Creditores suo credito defraudentur b. Const. 23. §. Und dieses. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 6. num. 14. † Nec est, quod credamus Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 42. solummodo in ditionibus Electoratus Saxonici Mercatoribus res immobiles extrajudiciale oppignorare fas esse, ex Edicto peculiari de 1. Febr. Anno 1614. §. 5. vers. Alleine Rauffende / it. Quod hanc in rem valde urget; † Sed frustra, & contra intentionem Illustrissimi Electoris, qui decessibus saltem ibidem dispositionem fecit. Quam ad oppignorationem bonorum haudquam extenderet licet, ne per obliquum correctio juris Saxonici inducatur; † quæ omnino est vita, & precipitus 32. in fin. C. de appellat. l. sancimus 27. C. de refam. Ita Domini in causa Creditorum Jacobi Apels zu Leipzig Mens. Majo, Anno 1627. In causa Creditorum Johann Ilfelds, Mens. Jul. Anno 1630. Item in causa Jobst Bredenbecks Gläubiger / Mens. Aug. Anno 1630. Et in causa Jobst von Eßerns Gläubiger / Mens. Jan. Anno 1630.

**DEFINIT. III.**

*Annui Reditus in foro Saxonico non nisi judicialiter validè oppignorantur.*

**N**on ignoro equidem disceptationem Dd. controversam: An Reditus annui bonis immobiliis vel mobilibus adnumerantur, de quæ Andr. Gail. lib. 2. observat. 10. num. 1. & seqq. Salyc. in l. jubemus. 14. n. 4. C. de SS. Eccles. Matth. Berlich. part. 3. concl. 34. num. 2. & seqq. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 3. num. 248. † Ac certe proprieloquendo Reditus hi nec inter bona mobilia, neque immobilia referuntur, † sed tertiam speciem bonorum constituunt, Joh. Köpp. decif. 24. n. 7. Vincent. Caroc. de excus. bon. part. 2. q. 44. num. 33. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 124. n. 47. † Attamen in foro Saxonico absque dubio Reditus annui indifferenter, sive ex bonis immobiliis, sive mobilibus competent, pro immobiliis habentur, per text. in Const. Elect. 24. p. 3. ubi Dan. Moller. n. i. † Ex quo sequitur, Reditus hosce, perinde ac reliqua bona immobilia, non nisi consensu Magistratus sive Judicis efficaciter oppignorari, Joh. Köpp. dict. quest. 24. n. 2. Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 9. † præ. 6. tertium, cum & in hisce metus deceptionis & defraudationis Creditorum subsit, si pluribus obligarentur. † Quæ de causâ, nec in comitatu Mansfeldico id, in quo pretium cupri impensas, in eis factas, excedit (vulgò den Rent-Gulden) sine consensu Domini pignorari posse, tradit Moll. ad dict. Const. 24. p. 3. n. 7. Ita

Ita Domini in causa Abrahami Felbers zu Brosten / Mens  
Dec. Anno 1627. (Verba sent. Ob wohl nach Sächsischen  
Rechten die wiederkaufliche Zinsen für unbewegliches Gut ge-  
halten/und dannenhero ohne Bewilligung der Obrigkeit / und  
außere Gerichte beständiger Weise nicht verpfändet werden mö-  
gen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Non impedit juramentum debitoris, de non ulterius  
oppignorando bona immobilia, quo minus hypotheca  
ca posterior judicialis preferatur by-  
potheca extrajudicialis.*

- 1 **C**ertum est, quod juramentum in alterius da-  
mnum haud redudat, c. quamvis. 2. de part. in-  
Sexto Andr. Tiraq. in l. si unquam. 8. in prefat. num.  
2 164. C. de revoc. donat. † Hinc, licet debitor bona-  
sua immobilia obliget, atque cum juramento pro-  
mittat, se illa deinceps nulli alii, neque in judicio,  
neque extra judicium obligaturum: per id tamen  
3 non efficitur, † quo minus Creditor posterior, cui  
bona contra præstitum juramentum judicialiter  
sunt obligata, priori debeat præfarsi, Dan. Moller.  
4 hic num. 31. † Etsi enim concesserim, actum con-  
tra juramentum de non faciendo ipso jure annulla-  
ri, ut vult Hippol. de Marsil. in rubr. n. 204. ff. de fide-  
juss. Didac. Covarr. in d. cap. quamvis 2. p. 2. §. 2.  
5 § num. 2. de part. in Sexto. † Attamen hoc verum  
est ratione jurantis nequaquam verò in præjudici-  
6 um tertii id quicquam operari potest. † Non enim  
tām ex beneficio debitoris, quām à lege, posterior  
Creditor jus hypothecæ atque prælationis validum  
7 consequitur. † Quare nec id à debitore tolli aut  
immutari potest, l. ult. C. de part. ut tradit in simili  
Anton. Fab. in Codic. l. 8. t. 27. defin. 32. num. 2.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Inmassen dann  
auch durch Endliche Versprechung/dieselbe seinem andern/in-  
oder außerkalb Gerichte/anderweit zu verpfänden/ die Erstig-  
keit demjenigen Creditor, welchem bemeldte Wiederkaufs-  
Zinsen wider den geleisteten End nachmals Gerichtlichen ver-  
pfändet/nicht entzogen werden mag/ ic.)

## DEFINIT. V.

*Oppignoratio bonorum immobilium, extrajudiciali-  
ter licet facta, beredes tamen debitoris  
obligat.*

- 1 **S**i quis rem immobilem absque judiciali insinuati-  
one pignori dederit, jusque heredes repetere eam  
volentes, pecuniam, pro qua pignorata est, solvere  
nolint, prætententes ob defectum insinuationis nul-  
litatem hypothecæ, eos non audiendos, sed ad solu-  
tionem adigendos esse probat hac Const. 23. §. Und  
dieses/vers. Jedoch wenn einer/ ic. Ordin. Nov. Pro-  
cess. judic. Elect. Saxon. de Anno 1622. tit. 46. §. Aber  
2 unbewegliche. vers. Die Erben aber/ ic. † Quamvis  
ratio hujus juris non adeo expedita sit; Hypothecam  
namque rei immobilis, absque judiciali insinu-  
atione contractam, nullam esse, ex prædictis texti-  
bus b. Constit. & Ordin. Nov. Process. judic. satis li-  
3 que, † Unde dicendum videtur, & debitoris here-  
des huic contravenire posse; quippe qui de nullita-  
te alicuius actus excipientes, non minus sunt audi-  
endi, ac ipsem defunctus, cui successerunt, Bald. &  
Dd. in l. cum à matre. 14. C. de rei vindic. Jac. Schult.  
in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. quest. 140. num. 58. &  
4 seqq. † At, verum est hoc in actibus, ipso jure nul-  
lis, qui neminem, adeoque nec contrahentium he-  
redes, obligare possunt, Jac. Schult. dict. loco. Ar. Pi-  
nell. in l. p. 3. num. 83. C. de bon. mater. † Hypotheca  
5 autem extrajudicialis, in foro etiam Saxonico, sui  
naturā prorsus invalida non est, sed ipso jure sub-  
sistit; quamvis per exceptionem à Creditoribus im-

pugnari & annullari queat. † Quæ tamen exce-  
ptio non debitoris heredibus competit, sed tan-  
tummodo Creditoribus, quorum interest, ne unā  
cādemque re pluribus simul obligatā, decipientur,  
prout manifestum est ex dict. tit. 46. Ordin. Nov.  
Process. Judic. in verb. Die Erben aber des/welchem  
es ohne insinuation verpfändet/haben solches der Ur-  
sachen halben nicht zu schäten/ic. † Nec obstat, quod  
oppignoratio rerum immobilium extrajudicialis ha-  
beatur unkräftig / hoc est, nulla, b. Constit. 23. &  
dict. cit. 46. † Dicitur enim ita ratione effectus, g  
quod scilicet impugnari & annullari queat. † Per-  
inde ac juramenta ratione effectus dicuntur nulla,  
quod nempe retractari possint, licet ipso jure sub-  
stant, in Autb. sacramenta puberum. C. si advers. ven-  
dit.

Ita Domini in eadem caus. (Verba sent. So seyn doch des  
Schuldners Erben solche extrajudicial Verpfändung zu schä-  
ten nicht befugt/sondern aussaß soll sie bemeldte Wiederkaufs-  
Zinsen wiederum an sich bringen wollen/ seyn sie die darauff ge-  
borgten Gelder abzustatten pflichtig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Immobilia judicii ipsi, & rursus ab ipso judice sine  
consensu superioris rectè oppignorantur.*

I Nsinuatio judicialis ad oppignorationem bonorum  
non requiritur, si bona ipsi judici, sub quo sita-  
sunt, oppignorentur, prout latè propugnat Andr.  
Rauchb. part. i. quest. 24. † Non solum, quod hoc  
casu metus defraudationis (ob quem alias insinuatio  
requiritur judicialis b. Const. 23. §. Und dieses hat/ic.)  
celet; † Cūm judex, memor pignoris sui proprii, 3  
Creditores de hoc facilius, quām de alieno certiores  
facere, ac damnum præcavere queat; † præsertim, 4  
cūm ejus potissimum intersit, ut in pignore non tām  
potior, quām solus inveniatur, l. 2. C. de pignor. l. si  
generaliter 6. C. qui pot. in pign. † Sed & quia Magi-  
stratus seu judicis consensus hoc casu non ad solen-  
nitatem, sed pro pignoris confirmatione interponi-  
tur; † adeoque consensus ex intervallo pignori acce-  
dere, & non tantum verbis expressè, sed & tacitè,  
ipsoq; facto declarari potest l. fin. ff. ad SCrum Mace-  
don. l. 1. §. prodest. 14. ff. quod legator. Rauchb. dict.  
quest. 24. n. 19. Quod' certè in ipsa oppignoratio-  
ne negari nequit. † Unde & feudi oppignoratio  
rectè fit ipsi domino, superioris etiam consensu vel  
confirmatione non adhibitā, Rosenth. in synops. feud.  
cap. 9. de feud. alienat. concl. 31. Rauchb. dict. quest.  
24. ubi respondet ad contraria, quæ huic sententiae  
alias opponuntur. † Quin &, si in casu converso  
judex ipse debitor bona sua Creditoribus oppigno-  
rare velit, facere hoc potest absque consensu supe-  
rioris, nec propterea oppignoratio invalida judi-  
catur; modò hanc in judicio suo actis publicis à  
Notario judiciali insinuari faciat; † Perinde ut de  
insinuatione donationis docet Hartm. Pistor. lib. 3. 10  
quest. 9. ad amovendam scilicet deceptionis suspi-  
cionem, quæ alias ab ipso judice debitore hoc casu  
metuenda esset. Vid. Decis. Elect. nov. 38.

Ita Domini in causa der beiden Catholischen Stifter zur lie-  
ben Frau und S. Seyer in Erfurt & Johann Henrici von Beh-  
ringis/ad Consultationem Questoris in Erfurt Berga / Mens  
Majo Anno 1632. (Verba sent. So wöre mehrberührte/ als  
von denen Erbherrn selbsten gehane Verpfändung/unange-  
hen solche absque consensu superioris geschahen/ allerdings  
kräftig/und hätte der Creditor dadurch ein dinglich Recht er-  
langt/dessen er sich auch im Fall der Nichtzahlung billig zu er-  
freuen/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Jura ac Nomina, in foro etiam Saxonico, absque  
insinuatione judiciali efficaciter op-  
pignorantur.*

**E**t si jura & actiones bonorum mobilium vel immobilia appellatione propriè non veniant, tertiam speciem à duabus aliis differentem constituant, *i. q. Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. 1. à di- vo Pto 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 14. num. 1.* † Attamen- jura, sive res incorporales; putà jus paucendi, ve- nandi, jurisdictio, servitutes, &c. absque insinuatione judiciali procul dubio, in foro etiam Saxonico, efficaciter oppignorari possunt: † Quia in oppigno- ratione jura hæc simul Créditori traduntur, & uten- da conceduntur, adeoque metus deceptionis, ne pluribus eadem res obligetur, (qua ratio oppigno- rationem extrajudicialem alias improbat) omnino hic cessat, Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. num. 16. † Quà de causâ etiam Nomina sive actiones personales, ad exactiōnem nominum competentes, extra- judicialiter validè oppignorari, docent Dan. Moller. bīc num. 30. ubi allegat. Wesenb. in comm. manuscript. Rauch. part. 1. q. 6. n. 27. † Nimirum, quod & ho- rum oppignatio traditionem requirat, nec solent ea oppignorari, nisi & statim tradantur; ut propter ea etiam hoc casu ratio prædicta locum sibi vindica- re queat, Moll. dict. loc. † Idque minus dubii habet in terris Electoratus Saxonici, propter claram Illu- strissimi Electoris sanctionem in Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 40. §. ferner die Nomina. † aded, ut sub hypothecâ generali bonorum mobilium atque im- mobilium nomina etiam comprehendantur, dict. tit. 40. vers. Nachdem aber auch/ic. † Quamvis aliud de jure communī dicendum videatur, juxta tradita Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. defin. 14. num. 3.

Ita Domini in causa Georgii Freunds zu Leipzig / Mens. Jan. Anno 1586. ( Verba sent. Ob euch nun gleich der Schuldeuer sein Haus und Hof und alle seine Güter zum Unterpfan- de Gerichtlichen verschreiben lassen: Dieweil aber dennoch zuvor allbereit Johann Mohr auf des Debitoris aussenstehenden Schulden/wiewohl nur extrajudicialiter, versichert gewe- sen/ und darauff eine conventional hypothecam erlanget; So wird er auch Kraft solcher Verpfändung von den nominib[us] und aussenstehenden Schulden vor euch billig bezahlet/ic.)

#### DEFINIT. VIII.

*Pignus judicialis, in rebus immobilibus constitutum, à Creditore alii cùdam, sine novâ judiciale insinua- ratione, pignori dari potest.*

**S**i pignus judicialiter alicui sit constitutum, verum à Creditore alii cùdam, absque novâ judiciale insinuatione, rursus pignori dari posse? diversimodè quondam à Lipsiensibus & Jenensibus fuit disputatum; † ut ostendit Petr. Heig. part. 2. quest. 5. ubi quid utrobique adduci, quidve hujus aut illius opiniōnēs sectatores movere potuerit, indagat. † At hodiè in terris Electoratus Saxonici hæc quæstio verbi disertis est decisa ab Illustrissimo Electore, in Ordin. Nov. Process. Judic. de Anno 1522. tit. 40. §. So lassen wir auch/ic. † Pignoris nempe in rebus sive immobilibus, sive immobilibus constituti, oppigno- rationem, etiam extrajudiciale, absque insinuatione validam esse. † Quod & jamdudum senserunt Petr. Heig. dict. quest. 5. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 6. n. 28. Dan. Moller. bīc num. 17. & seqq. † Rationem, enim si quæras, cur insinatio judicialis de jure Saxonico ad hypothecam rerum immobiliū necessaria sit, invenies hanc: ne una res pluribus extra judicium obligetur & Creditores decipiantur, b. Const. 23. §. Und dieses/ic. † Quæ certè ratio hic cessat; manet namque semper uniuersum ac principale debitum, ut maximè Creditor bona sibi hypothecata alicui rursus oppignoraverit! Siquidem non plus juris in aliū transferre potuit, quam ipse habuit. † Adeoq; pet-

ejusmodi oppignorationem pignoris, ab elio sibi con- stituti, nihil amplius in effectu agit Creditor, quād quod jus suum, in re immobili sibi constitutum, alteri cedat, Petr. Heig. dict. q. 5. n. 12. & seqq. † At inquires: Ne quidem in terris Electoratus Saxonici cessio hy- pothecæ extrajudiciale subsistit ex Edicto speciali, sed dato Dresden 1. Febr. A. 1616. † Verum hoc quidem est: sed in simplici atq; nuda cessione, que non fit ex titu- lo oppignorationis. † Quando verò hic titulus præce- dit cessionem, ipsa quoq; cessio subsistit; veluti ita Edictum de cessionibus explicat ipsem D. Elect. in- dict. tit. 46. §. So lassen wir/vers. Und wollen so vte/ ic. † Vera autem sunt hæc tantummodo in bonisello- dialibus; In feudalium verò bonorum hypothecis res secus se habet. Nec illæ sine novo Domini consensu alteri cedi, vel pignori dari queunt, dict. sic. 46. §. So lassen wir/vers. Aber was das/ic. Andr. Rauchb. dict. q. 6. n. 29. † Est enim consensus Domini hoc casu stri- etissimi juris, qui ad certam causam, tempus, vel per- sonam limitatus & restrictus, ulterius extendi non debet, Hart. Pist. lib. 2. q. 7. n. 29. & 38. Dan. Moller. lib. 4. semeſter. cap. 24. n. 3. † Usque aded, ut nec satis sit, si in contractu instrumento Creditori potestas de- tur in quemcunq; voluerit pignus alienandi, & super hoc contractu consensus domini in solita & consuetu- formâ impetretur; nisi in consensu hæc potestas data expressis verbis simul approbetur, Rauchb. dict. q. 6. n. 26. † Ubi hoc ipsum in aula Electorali Saxon. ita observari testatur. Adde Detis. Elect. noviss. 40.

Ita Domini in causa Heinrici à Mylia Mens. Febr. An. 1628 (Verba sent. Hat euch einer Schuldener wegen einer Summa Geldes / damit et euch verhaftet / eine Schuldverschrei- bung / benebitt dem Gerichtlichen Consens und hypotheca, so ihm auff seines Dobitoris Hause verschrieben worden/und Unterpfand übergeben und verschrieben/ic. So ist solche Ver- pfändung der Schuldverschreibung und hypotheca, unangeset- bes sie nicht Gerichtl. insinuaret werden/guilecht beständtg/it.)

#### DEFINIT. IX.

*Hypothecâ rerum mobilium extrajudicialeis seu conven- tionalis anterior preferitur arresto & hypotheca ju- diciali posteriori in foro Saxonico, contrari- scripturas. II. C. Qui pot.*

*in pign.*

**I**llud quidem dubio caret; † quod etiam in foro Saxonico res mobiles extrajudicialiter validè oppi- gnorentur, b. Const. 23. §. ult: † quippe in quibus ra- tio, judicis consensum ad hypothecam bonorum immobiliū requirens, metus nempe deceptionis ac defraudationis Creditorum, cessat; euro hæc res ra- risimè oppignotari soleant, nisi creditori quoque statim tradantur, Dan. Moller. bīc n. 30: † Tantumq; abest hoc correctum fuisse in terris Electoratus Saxonici per editum de cessionibus sub dato Dresden 1. Febr. Anno 1614. veluti Wittebergensiēs putarunt allegati à Matth. Berlich. p. 2. concl. 29. n. 12. † ut id ipsum etiam manifestis verbis denuo repeteridum ac confir- mandum existimaverit Elect. Illustris. in Ordin. Nov. Proc. Jud. de An. 1522. tit. 40. §. ferner die nomina. Ibi: daß dieselbe ohne solennität / so wohl als die fahrende Haab verpfändet werden können. † At hoc extra omnem contentionis aleam positum haud est: an non ejusmodi hypotheca conventionalis rerum mobilium, preferatur arrestum vel hypotheca omnium bonorum ju- dicialis, licet si posterior? † Hoc enim voluit Imp. Leo, ut nempe is, qui publicam scripturam habet, & in eâ hypothecam omnium bonorum debitoris, præferri debeat habenti privatam tantum scripturam, & in eâ generalem hypothecam, licet anteridet, in l. scri- pturat. II. C. qui potior. in pignor. † Quod rescri- ptum cum jure Saxonico exprimè sublatum doni re- periatur, nil sanè obstat videtur, quod minus illud in

foro Saxonico etiamnum observari debeat *l. precipi-*  
*mus 32. C. de appellat.* † Siquidem causis, in jure  
 municipali omissus, dispositioni juris communis re-  
 lictus censetur, *arg. l. quicquid astringenda 99. ubi*  
*Dd. ff. de verb. Obligat. Jason. in l. si extraneus 6. n. 1.*  
*10ff. de cond. caus.* † Verum practica fori Saxonici aliud  
 docet. Etenim quia Constit. *hac 23. pugnorationi*  
 bonorum mobilium, absque solennitate & insinua-  
 tione judiciali facta, juris effectum & validitatem  
*1 tribuit: † utique is, cui extra judicium in scripturā,*  
 sive publicā, sive privatā, bona debitoris pignori  
 prius obligata fuerint, saltem immobilibus, (von  
 der Fahrnuss / und so weit dieselbe reicht) posteriori  
 indifferenter praeferendus existimatur, *Dan. Moll.*  
*lib. 1. semestr. cap. 3. † Adeoque etiam uxori vel vidu-*  
*ratione doris illata, si post constitutam jam hypo-*  
*thecam conventionalis debitori nupserit, Vide supr.*  
*p. 1. Const. 28. def. 66.*

Ita Domini in causa Josephi Dorests zu Leipzig/Mens. Ma-  
 jo, Anno 1577. (Verba sent. Ob nun gleich gemeldter During  
 eine general Verpfändung / allein unter des Schuldners Pitt-  
 schafft und Handschrifft / ohne einverlebte Zeugen erlanget / ic.  
 So wird er dennoch den hypothecariis und Arestanten / so her-  
 nach allererst Gerichtlichen ein dingliches Recht erlanget / in  
 der Fahrnuss und beweglichen Gütern billich vorgezogen / B.  
 R. W.)

Item in causa Christophori Melanders zu Freyberg/Mens.  
 Januar. Anno 1635. (Verba sent. Ob nun wohl eure Tochter  
 wegen ihres eingebrochenen Guts sich des Juris tacita hypotheca & prælationis, in ihres Mannes / des Schuldners / Gütern  
 zu gebrauchen befuge. Dieweil aber dennoch bemeldtes Stu-  
 dioi conventionalis hypotheca älter ist / ic. So wird er auch  
 seiner Forderung wegen von den Mobilien für eurer Tochter ein-  
 gebrachtem Gute billich befriediget / B. R. W.)

Et in causa Christiani Beckers zu Leipzig/Mens Mart. Anno  
 1636.

Et in causa der Apelischen Gläubiger zu Leipzig/Mens. Ma-  
 jo, Anno 1627.

#### DEFINIT. X.

*Hypotheca generalis rerum mobilium comprehendit*  
*etiam mobilia ac nomina, in alieno territo-*  
*rio existentia.*

**Q**uia res mobiles etiam absque consensu judicis  
 seu Magistratus in foro Saxonico donari aliove  
*modo alienari possunt, art. 52. lib. 1. Andr. ubi Gloss.*  
*2 latin. sub lit. 1. † mirum certè nemini videbitur, quod*  
*mobilia extra judicium quoque validè & efficaciter*  
*3 oppignorentur; † Quia pignoratio species est alienationis*  
*l. ult. C. de rebus alien. non alien. Petr. Heig.*  
*4 p. 2. quest. 5. num. 24. † Quod adeò verum existima-*  
*verim, ut ejusmodi hypotheca rerum mobilium*  
*conventionalis, generaliter facta, ad quævis mobilea*  
*ac nominæ etiam alibi, & in alieno territorio existen-*  
*tia, trahatur & extendatur, de quibus etiam contra-*  
*hentes cogitasse & egisse videntur. † Quia nomina*  
*& mobilea cohærent personæ domini, cui debentur,*  
*adeoq; & hujus conventionem ingrediuntur, Gloss.*  
*& Bartol. in l. ex facto. 19. §. 2. n. 1. ff. de beredib. inf.*  
*6 † Nec magis separari possunt nomina ac mobilea à*  
*persona domini, quam anima potest separari à cor-*  
*pore, Matth. Coler. de proc. exec. part. 1. c. 3. num. 254.*  
*7 † Unde rectissimè traditur, nomina, ex alieno terri-*  
*torio debita, censi jure aliorum mobilium, neque*  
*estimari ex loco, unde debentur, sed ex toto pa-*  
*trimonio & domicilio debitoris, quo respiciunt &*  
*cui debentur, l. si fideicommissum. 50. §. 1. junct. 5. seqq.*  
*de judic. l. 86. ff. de legat. 2. Andr. Tiraq. in l. si un-*  
*quam 8. verb. bona. n. 9. C. de revoc. donat.*

Ita Domini ad requisitionem Enoch Pöckels zu Leipzig / M.  
 August. Anno 1581. (Verba sent. Hat Barthel Nopel seinem  
 Gläubiger alle seine Haab und Gütere / nichts davon ausge-  
 schlossen / zu Nürnberg zu einem Ulsterpfand verschrieben / ic.  
 So ist solche Verpfändung / so viel die beweglichen Güter an-  
 hängt / zu Recht kräftig / und wird / vermöge derselben / bemeld-

ter Gläubiger von den beweglichen Gütern und öffenstehenden  
 Schulden / so viel derer nicht allein in diesem / sondern auch  
 in andern Gerichten und Landen verhaunden seyn / vor allen an-  
 dern Gläubigern / so keine ältere Verpfändung oder andere  
 dingliche Gerechtigkeit daran erlanget / billich bezahlt /  
 B. R. W.)

Et in causa Georgii Freunds zu Leipzig/Mens. Januar. An-  
 no 1586.

**DEFINIT. XI.**  
*Non trabenda est hypotheca generalis ad res mobiles,*  
*qua post mortem debitoris hereditati*  
*accesserunt.*

**H**ypotheca generalis, quia est favorabilis, meti-  
 to etiam bona futura comprehendit, *l. obligatio-*  
*ne. 6. ff. de pignor. l. ult. ff. qui pot. in pign. l. si qui mi-*  
*bis 28. ff. de jur. ff. Bartol. in l. i. ff. de pignor.* † Non  
 tamen ea, quæ verisimile est, quemquam specialiter  
 obligaturum non fuisse, *dicit. l. 6. l. 7. l. 8. ff. de pignor.*  
 † Veluti, quæ post mortem hereditati accesserunt: 3  
 † Quæ sanè tacita conventione videntur excepta, ut 4  
 proinde ex eventu mortis debitoris obligata intelligi  
 nequeant, Bart. & Dd. in l. i. C. que res pign. oblig.  
 non poss. † Secus verò res se habet, si obligatio post 5  
 mortem debitoris nominatim concessa fuisset; Quia  
 tūm ratio *dicit. l. 6. ff. de pign. cessat, & vix dubium*  
 esse potest, † quin ex pacto ejusmodi expressio res mo-  
 biles, hereditati accedentes, oppignoratae sint, *l. un.*  
*C. ut act. ab hered. & contr. hered. incip.*

Ita Domini in causa M. Ludovici Trübeng zu Leipzig/Mens.  
 Sept. Anno 1586. (Verba sentent. So habt ihr euch doch an  
 dem nach des Debitoris Tode auf seinem Gute erbaueten Ge-  
 trennichts nicht anzumassen; sondern werdet / vermöge euer er-  
 langten Conventional hypothec allein in derjenigen Fahrnuss /  
 so zur Zeit des Debitoris Absterben vorhanden gewesen / den an-  
 dern Gläubigern vorgezogen / B. R. W.)

**DEFINIT. XII.**  
*Creditori datur persecutio bonorum mobilium, sibi op-*  
*pignoratorum, qdversus tertium pos-*  
*sessorem.*

**Q**uum non minus in bonis mobilibus, quam im-  
 mobilibus pignus constitui possit, *l. g. §. 1. ff. de*  
*pignor. b. Const. 23. §. ult. consequens est, † ut in ju-*  
*re pignoris, quod anteriori Creditori quæsum fuit,*  
*nullum ei præjudicium debitor facere queat, l. debi-*  
*to rem. 15. C. de pignor. l. 12. C. dist. pignor.* † Cur non 3  
 ergo Creditor res mobiles, sibi hypothecā generali  
 oppignoratas, postea verò à debitore alienatas, à ter-  
 tio possesso, principali tamen debitore prius excus-  
 so, vindicare poterit? † Sanè iniquissimum esset, si 4  
 aliter diceremus, *l. 26. §. ult. ff. de pignor.* Aut. Fab.  
 in Codic. l. 8. tit. 6. defin. 21. num. 3. † Imò absurdum, 5  
 dolo aut facto debitoris impediri Creditorem, ne  
 pignora sua persequi possit, *l. i. & 2. C. debit. vendit.*  
*pignor. imped. non poss. l. est. in arbitrio 14. C. de obli-*  
*gat. & action.* † Nec tamen magnam dubitationem 6  
 hæc res habet, si adhuc extent mobilium corpora-,  
 quæ fuerunt obligata *dicit. l. 26. §. ult. ff. de pign.* Sed  
 si sint deperdita, vel sic alienata, ut reperiri neque-  
 ant, aut etiam consumpta, † an & cum tertius posses- 7  
 sor, qui ea alienavit, aut consumis, hypothecariæ con-  
 veniri poterit, ut pretium substituat? Non certè pu-  
 to; † quia pretium in obligatione non fuit, adeoque 8  
 nec ullum jus pignoris competere potest Creditori  
 in eâ pecuniâ, quam probare nequeat, fuisse unquam  
 sui debitoris, *l. & qua nondum. 15. §. quod dicitur 1. ff.*  
*de pignor.* † Et per consequens nec actio hypotheca 9  
 ria, quæ non competit sine pignore, *l. 3. ff. que res*  
*pign. oblig. poss.* † Sed imputet sibi Creditor, cur non 10  
 hoc casu sibi melius & per satisfactionem prospexe-  
 rit; cum hoc periculum facile cogitare potuerit, *l. sci-*  
*endum. 15. ff. qui satis cog. Ant. Fab. dicit. defin. 21. m. 14.*

Ita Domini in causa Christophei Abrahami ab Haugwitz, Mens. Jun. Anno 1632. (Verba sent. So seyn auch die Gläubiger euch in Anspruch zu nehmen / und von denen euch geschenkten Mobilien die Zahlung zu erzwingen nicht befugt: Es wäre dann/dass etliche unter denselbigen in des Donatoris Gütern und Mobilien vor beschlechter Übergabe eine Hypothecam und dingliches Recht erlanget hätten; dessen genossen sie auf solchen Fall billich/c.)

## DEFINIT. XIII.

*Mercibus tamen in tabernâ oppignoratis, ac postea singularim venditis, Creditor adversus emporum hypothecariâ experiri nequit.*

**E**xpediti juris est, quod unâ cum tabernâ etiam merces in eâ contentâ oppignorari queant, adeò ut nec ad mercium oppignorationem in foro Saxonico judicis consensus requiratur. + Siquidem merces in tabernâ inter res mobiles referuntur, l. mycis appellatione. 207. ff. de verb. signif. l. ult. ff. de condit. trit. Petr. Heig. part. 2. quest. 15. num. 10. + Quo & facit Rescriptum Electorale Scabinis Lipsiensibus insinuatum 24. Januar. Anno 1617. ac verbotenus relatum à Matth. Berlich. p. 2. concl. 29. num. 31. + In eo tamē merces venales à ceteris rebus mobilibus differunt, quod, licet hæ post oppignorationem alienataz à tertio possesso actione hypothecariâ peti possunt, Defin. preced. + merces tamen oppignoratas, ac postea singularim in taberna venditas, Creditor vindicare, aut harum nomine, adversus emporum actione hypothecariâ experiri nequeat, per text. in l. cum tabernam. 34. in pr. ff. de pignor. ubi Gothofr. lit. B. + Ex tacita namque conventione videtur debitor pignori dare in tabernâ eas solummodo merces, quæ mortis tempore in taberna inveniuntur; ne alias mercatura ac negotiatio impediatur, dicit. 1. 34. & l. 6. ff. cod. tit. + Accertè si aliud dicemus, non reperiretur, qui vellet cum debitore contrahere, quem Creditores habere vel sciret, vel suspicaretur. + Ex quo maxima, praesertim mercatoribus, clades inferretur, & consequenter toti Republicæ, nemine cum iis contrahere volente, + exemplo ejus, quod scriptum est in l. quod si minor. 24. S. non semper. 1. l. 7. S. questum. 8. ff. de minor. Hart. Pist. part. 8. quest. 20. num. 27. & seqq. Anton. Neguz. de pignor. part. 2. membr. 2. n. 23.

Ita Domini in causa Creditorum Jacobi Apels zu Leipzig/Mens. Novembr. Anno 1628. (Verba sent. Das die Seelschische Erben vermöge ihrer erlangten Conventional-Hypothec allein an die verhandelten Mobilien und Bücher im Buch-Handel (darunter aber die bei Lebzeiten des Schuldners verhandelte und verkauftse Bücher nicht mit begriffen seyn) ihrer Priorität nach/sich zu halten schuldig/c.)

## DEFINIT. XIV.

*Valida est hypotheca bonorum immobilium, coram testibus aut instrumento constituta, etiam in terris Electoratus Saxonici, non ut hypotheca judiciali, sed solum Chirographarii & arrestantibus preferatur.*

**E**t si alias de Jure Saxonico bona immobilia extra judicium, & absque consensu Magistratus seu judicis, validè & efficaciter oppignorari nequeant, Supr. Defin. 1. Fallit tamen hoc in casu, + quo debitor in praesentia duorum vel trium testium, vel pacto & transactione, sigillis eorum signata, hypothecam constituerit. Quæ in terris Electoratus Saxonici valida est, + non quidem ut hypothecæ judiciali licet posteriori, + sed solum Chirographarii Creditoribus præferatur, ex dispositione Illustrissimi Electoris, b. & C. Const. 23. S. Wann auch ein Gläubiger/c. & S. seq. (Es sollen aber/c. Ordin. Nov. Process. judic. tit. 46. S. Da auch ein Gläubiger/c. At, quid juris in Arrestantibus? + Sanè cum Constit. non nisi Carpz. Definit. Vol. I.

Chirographariorum mentionem facit, iisque hypothecam extrajudicalem, coram testibus constitutam, præferri jubet dicit. S. Wann auch. & S. Da auch ein Gläubiger, videntur excepti arrestantes posteriores. + Cum unius inclusio sit alterius exclusio, l. cum Prator. 12. S. 1. & seq. ff. de judic. l. 18. S. 11. ff. de instr. vel instr. legat. + Sed procul dubio Creditores Chirographarii solummodo exempli gratia ab Illustrissimo Constituente referuntur, ita ut dispositio Electoralis non restringatur, + nec Arrestantes ab eâ excludantur, arg. l. regula. 9. S. ult. ff. de jur. Et fuit ignor. l. 30. S. ult. ff. de damn. infest. + Etenim quidem hypotheca, coram testibus vel in instrumento constituta, naturam & qualitatem veræ hypothecæ adipiscatur, b. & C. Constit. dicit. S. Wann auch: merito Arresto posteriori præferri debet, juxta Constit. Elect. 23. part. 1. + Praesertim, cum sola hypotheca posterior judicialis excipiatur in Ordin. Judic. Process. dicit. tit. 46. S. Da auch. vers. Doch ihme. + Ne scilicet hypothecarii, eadem re pluribus obligatæ, decipiantur, juxta rationem traditam b. & C. Constit. 23. S. Und dies ses hat. + Qui certè metus deceptionis in arrestantibus cessat, Dan. Möller. b. & C. num. 29. Matth. Berlich. p. 1. concl. 66. n. 27.

Ita Domini in causa Simontis Fürstenhäusers zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1584. (Verba sent. Seind euch von eurem Bruder/vor einem Notario und etlichen Zeugen/alle seine Gütere/bewegliche und unbewegliche/verpfändet worden/c. So werdet ihr/kräfti solcher Hypothec, allen Arrestanten/Chirographariis und andern Gläubigern/so nicht gerichtliche Verpfändung oder ältere dingliche Gerechtigkeit erlanget/billich vorgezogen/V. R. W.)

## DEFINIT. XV.

*Creditores in possessionem bonorum debitoris immisisti, non preferuntur iis, quibus anterior hypotheca extrajudicialis coram testibus fuit constituta.*

**H**rant, qui hypothecæ bonorum immobilium, extra judicium, coram testibus aut in instrumento constituta, plenisimum juris effectum tribuunt. + Siquidem hanc Illustrissimus Elector Saxon. in Ditionibus suis solis Chirographariis, non autem hypothecæ judiciali, licet posteriori, præferri voluerit, b. & C. Constit. 23. S. Wann auch ein Gläubiger. Et Ordin. Nov. Process. Judic. titulo 46. S. Da auch ein Gläubiger. + Nihilominus tamen & eos, qui per executionem, sive immisionem in possessionem bonorum debitoris, jus reale sunt consecuti, ab anteriori hypotheca extrajudicali fuisse præventos, rectissime quis affirmaverit; + Cum nec arrestantes melioris esse conditionis, probaverim Defin. preced. + Quos tamen aque, ac missos in bonorum possessione, pignus quoddam seu jus reale obtinere, expeditum est Constit. Elect. 23. in med. vers. Und dann nächst diesem/ ubi Moller. num. 77. Joh. Zanger. de except. p. 2. cap. 1. num. 268. Matth. Welsch. in paras. ff. de privil. Creditor. num. 9. + Nimurum, soli hypothecæ judicialiter constituta privilegium hoc prælationis indulget Serenissimus Saxo b. & C. Const. 23. Ergo male id extenderetur ad pignus illud, quod Creditores per immisionem in bonis debitoris consequuntur, arg. l. 12. S. 1. & seq. ff. de judic.

Ita Domini in causa Hansen Niens zu Leipzig/Mens. Octob. Anno 1590. (Verba sent. Hat euer Schuldener/ ehe und zuvor Hans Portisch wider ihn die Hülfe erlanget/euch eine Beschreibung zugesetzelt/welche von zwey Zeugen unterschrieben/ und euch darüber sein Haus und Garten zum Unterstand eingesetzt worden/c. So werdet ihr kräfti solcher Hypothec Hansen Portischen/ unangesehen derselbe gerichtlichen immisirt/ das Haus subhastirt und verkauft worden/in der Bezahlung billich vorgezogen/V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Valeat pignus in re immobili venditā pro residuo pretii retentum citra judicis consensum, etiam in foro Saxonico.*

**N**emo forsan dubitat, quin similitudinem & robur consequatur pignoris lex, ob pretium non solutum à venditore contractui emptionis-venditionis apposita, † si contractus ille sigillo aut subscriptione judicis confirmatus, vel libro judicii, dem Ge-richts-Buchē/aut ad Acta publica insinuatus fuerit. † Licet judex verbis expressis illam non approbasevit, arg. l. domatio. 25. l. 31. cum ll. sequentib. C. de do-  
nat. l. gesta. 6. de C. de re judic. At solam pignori conventionem, absque judicis autoritate & ratificatione, ratione pretii residui, nullam prorsus ven-ditori asecuracionem, aut jus prælationis tribuere, afferendum videtur. † Quia de jure Saxonico &  
Provinciali, bonorum immobilium oppignoratio-nes non aliter valent, quām si judicis aut Magistra-tus autoritate muniantur & corroborentur art. 8. lib.  
1. Landrecht. b. Const. 23. † ne, si forsan una eadem que res pluribus simul obligetur, Creditores suo cre-dito defraudentur; Quāratio in præsenti quoque casu obtinet. † Nec minus præjudicium privata-hac pignoris conventione affert Creditoribus, ante-riorem hypothecam judicalem in universis empto-rum bonis habentibus, quippe quā ad res postea et-iam quāsitas & futuras extenditur, l. 1. l. obligatione generali. 6. in pr. & l. 15. §. 1. ff. de pignor. † Ut vel propterea venditori ex privatā conventione jus pi-gnoris haud concedendum sit, ut disputat Dan. Moller. b. i. num. 2. & sequentib. & lib. 1. semestr. 4. quem sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. num. 51. & sequentib. † Quo & facit l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. ubi si minor 25. annis emit prædia, ut quo-ad pretium solveretur, essent pignori obligata ven-ditori, non valeat pignus; Propterea, quod ubi dominiū quāsitus est minori, cœpit non posse obli-gari: cum minor non possit rem suam pignori tra-dere absque decreto, l. magis puto. 5. §. si pupillus 5. l. 7. §. 3. ff. eod. tit. † Quare nec Saxonum more pi-gnus valebit, quod citra consensum judicis, postea-quam rerum venditarum dominium emptori quāsi-tum est, privatā conventione statuitur. † E con-trario dici potest, contrahentium conventionem ali-  
quid operari debere, nec pignus propter defectum, autoritatis judicialis annullari, cum Venditor non-alia lege jus suum transferri passus fuerit, nisi tali fre-tus conventione l. ult. C. de pac̄. int. emp̄. & vendit.  
† uti arbitrantur Matth. Wesenbec. part. 1. Confil. 39. num. 7. Andr. Rauchbar. part. 1. quest. 6. num. 25. & sequentib. † Quorum sententia hodiernā fori Sa-xonici observantiā est recepta, ac justitia & æquitati maximē congruere videtur, licet eam impugnare, conentur Moller. & Berlich. allegat. loc. † Quorum rationes, num in puncto juris sufficientes habeantur, valdē dubito. Res tota in eo potissimum verti-tur, † ut distinguamus inter venditorem, in rei suę venditione pignoris jus sibi reservantem, & debito-rem, bona sua Creditoribus suis oppignorantem:  
† Hic certe rem antea oppignoratum dissimulatā obligatione alii per calliditatem oppignorans stellionatū crimen incurrit, l. 2. §. 1. ff. de crim. stellion. ubi Wesenb. in parat. † Eiusmodi decepti-oni jus Saxonicum potissimum occurre voluit, non nisi judicis consensu debitori bona sua pignorare,  
permittens b. Constit. 23. §. Und dieses. † At vendi-tor in re venditā pignus pro residuo pretii extrajudi-cialiter sibi reservare, nullibi prohibetur. † Neque

etiam sanctio juris Saxonici statutaria in dīct. art. lib. l. Landr. ad istum casum specialem, quo venditor, tra-dendo rem, hypothecam sibi reservavit, est porrigen-da; sed jus illud statutarium ita explicari debet, † ut quām minimum discedatur à jure communi. Spe-cialis autem hic casus est, quo hāc legē venditor rem suam tradidit, aliter eam non traditur, arg. l. ult. in fin. C. de pac̄. int. emp̄. † In cujus specie alia quā-dam pacta, per se invalida, quod traditioni rei pro-pria adjuncta sunt, admittuntur. Et sanè licet quo-que aliās aliquod jus absque aliā solemnitate excipe-re & sibi retinere, l. cum in lege. 33. ff. de contr. empt. l. 1. §. 1. l. 3. §. 2. ff. de atl. empt. l. 6. §. 3. l. 7. ff. comm. pred. Wesenb. dīct. conf. 39. num. 7. † Neque ven-ditor, pignus hoc modo sibi reservando, quenquam decipit; quin ipse potius deciperetur, si pignus non subsisteret, absque quo contracturus non fuisset, Rauchbar. dīct. loc. num. 42. † Ac posito, quod Cre-ditores posteriores per id decipientur, commiserati-one tamen propterea digni haud sunt, sed imputent sibi, quod de re sibi pignoratā, quam sciverunt, à debitore suo nuper emptam esse, non diligentius in-quisiverint, l. qui cum alio. 19. ff. de reg. jur. cap. da-mnum 86. de reg. jur. in sexto. † Et aliās multa in-consequentialia cum tertii præjudicio permittuntur, quā alioquin non permitterentur, l. 62. de acq. rer. dom. l. in modicis 24. ff. de contr. empt. † Minus ha-bent Creditores anteriores, quod de damno, juri hy-pothecæ anteriori illato, conquerantur, † Quid enim, si venditor pro residuo pretii dominium expressè sibi reservasset, quod jure facere potuit, ipsomet fatente Moller lib. 1. semestr. dīct. cap. 4. num. 2. Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 42. §. Also auch wamm. † Nec urget quicquam in contrarium, dīct. l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. Præterquam enim, quod in consequentialia trahi non debeant, † quā ibidem in-pupillorum & minorum favorem contrajuris com-munis regulas sunt inducta, l. 14. l. 15. l. 16. ff. de ll. l. in omnibus 68. ff. de reg. jur. † varie ac diversimodè textus ille explicatur ab Interpret. ut videre est apud Rauchb. dīct. quest. 6. num. 44. & sequentib. † Quin & hujus legis dispositionem difficultem, subtilem, ri-gorosam, ac ipsis juris principiis ē diametro contra-riam dicit Ar. Pinel. in l. 1. p. 3. num. 52. Cod. de bon. matern. ut vel propterea nil certi ex iis determinare licet, Rauchbar. dīct. loc. num. 45. † Ausim dicere, summi ac stricti juris rationem, quā habetur in dīct. l. 1. §. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. haud obscurè improbari à JCto Paulo in l. sequent. ff. eod. titulo ex hāc non ineleganti ratione: quod cum dominio pi-gnus quāsitus sit, & ab initio obligatio inhäserit: † Quāratio non absurdē hue transferri potest, ut nos obtineat sanctio juris Saxonici, ubi cum ipso domi-nio pignus incipit; † Prout textum illum explicat Bach. ad Treutl. vol. 1. disp. 28. tb. 11. in fin. ubi Pauli JCti sententiam omnino probandam afferit.

Ita Domini in causa D. I. R. S. zu Dresden/Mense Mart. Anno 1633. ( Verba sent. Und es befindet sich / daß das erkauftte Hauf/bis zu gänglicher Bezahlung der Kauf-Summen/jum Unterpfund dafür verschrieben werden. Wann nun gleich über solche Verpfändung kein ausdrücklicher gerichtlicher Con-sens ertheilt worden wäre/ie. Dieweil aber dennoch bewähr-ter Rechtsgelehrter Meinung nach dergleichen Hypotheken/so in verkaufften Gütern wegen des hinterställigen Kaufgeldes vorbehalten worden / wann sie auch gleich nicht gerichtlichen confirmaret noch außgerichtet worden / zu Recht kräftig und beständig seyn/ie.)

Ei in causa Viduz Casparis Wigands à Schönberg / Mens. April. Anno 1597.

Item ad requisitionem Praetoris VVeissenfelsis, M Jan. A 1601.

Item in causa Martini Zenners zu Salze / Mens. August.

Anno 1621.

## DEFINIT. XVII.

*Non juvat venditorem Lex pignoris, ob pretium non solatum, contractui venditionis jam perfecto ex intervallo extrajudicialiter apposita.*

- M**ultum differt, an quis bona sua alteri oppignoraverit, an in venditione rei suæ pignus sibi reservaverit. Etsi enim debitor bona sua immobilia Creditori, absque consensu judicis seu Magistratus, extrajudicialiter in foro Saxonico pignori dare non valeat, hæc *Constit. 23.* † Pignoris tamen effectu haud destituitur conventio privata, quæ quis in re immobili vendita extra judicium, pro residuo pretii, hypothecam sibi reservarit, *Defin. preced.* † Non aliter siquidem vendor jus suum in emptorem transferri passus fuit, quæm fretus hæc conventione, quæ ipsum propterea contractum emptionis-venditionis ab initio statim ingreditur, eoque legem ac modum imposuit; † ac ob id contractum necessariò præcedere, aut in continentia apponi debet, *i. legem 10. C. de patr. l. 1. §. si convenient. 6. ff. depos. l. 7. §. quinimo 5. ubi Dd. ff. de patr. Andr. Rauchb part. 1. quest. 6. n. 5. 37.* † ita, ut pars sit contractus emptionis-venditionis conventio seu Lex pignoris, *Arius Pinel. in l. 1. 6. part. 3. num. 52. C. de bon. mater.* † Neutiquam vero contractui jam perfecto pactum appositum natum contractus qualificat. † Quare lex pignoris, contractui ex intervallo adjecta, haudquaquam iure contractus subsistit, nisi ipsa hypothecæ conventionis judicis autoritate corroborata fuerit: Veluti ita *l. 1. §. ult. cum l. seq. ff. de reb. eor. qui sub eis. cum. Cumano explicat Neguz. de pignor. in 4. part. princ. num. 34.*

Ita Domini in causa heredum Andreæ Wiesens zu Quedlinburg/Mense Sept. Anno 1620. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden/dass ihr von Klägern Zusprüchen wegen der auss euren Hause gesuchten 200. Thir. gestalten Sachen nach/weil seine angezogene Hypothec weder in dem Kauf-Briefe vorbehalten/noch hernach gerichtlichen auffgerichtet worden/billig zu entbinden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Feudo vendito, non valet hypotheca pro residuo pretii venditori, absq; speciali consensu Domini, reservata.*

- N**on ut in allodialibus, ita & in feudalibus bonis pro lubitu venditori hypothecam absque speciali consensu, pro residuo pretii, sibi reservare licet, † Quia in bonis feudalibus dominii consensus ad ipsam pignoris substantiam pertinet, ut propterea absque eo hypotheca nullo modo consistere queat, *Hartm. Pistor. p. 1. quest. 31. num. 33.* † Quamvis ergo Dominus simpliciter in venditionem feudi consenserit: Attamen huic venditione sine novo vel expresso domini consensu pignoris pactum adjici nequit, nec adjectum ullum effectum habet; nisi à domino feudi specialiter corroboratum fuerit, *Andr. Rauchb. part. 1. question. 6. num. 54.* † Siquidem consensus Domini strictissimi juris est, & ad venditionem datus seu restrictus, ad pignoris causam extendi non debet, *Matth. de Afflict. & Dd. in cap. Imperiale. de probib. feud. alien. per Frider. Arius Pinel. in l. 1. part. 3. num. 52. C. de bon. matern. Rosenth. in synops. feud. cap. 9. concl. 45.* † Quamvis in Aula Saxonica Electoris usu aliud hactenus obtinuerit, ita, ut si venditor feudi coram Consiliariis, more apud Saxones usitato, emitori illud cedens, si nihil in eo præter pretium sibi reservare dicat, eoque pacto emitor investituram accipiat, hoc ipso, ceu cum Principiis consensu, pro residuo pretii hypotheca jure va-

lida constituta censeatur, teste Dan. Moll. *lib. 1. se- mebr. c. 4. n. 10.* & *Rauchb. dict. qu. 6. n. 55.*

Ita Domini in causa heredum Davidis Schmidens/& Els. Hendels zu Gräfeliß / Mense Dec. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl Caspar Trostens Erben wegen eines von der Kauff Summa herrührenden und ausim Gute Breitenfeld haftenden residui ein prioritatisches Recht zu haben vermeynen/fürgebende / dass der Kauff-Summa halber Verkäufern ihrem Vater alsbereit Anno 1604. und also vor euch eine Hypotheca auf dem Lehn-Gut Breitenfeld vorbehalten / und darüber des Lehn-Herrns Consens nicht erfolget/und also die vorbehalte Hypotheca zu Recht nicht kräftig/ic. So mögen auch vorbeheldete Trostische Erben euch in der Bezahlung nicht fürgezogen werden/ic.)

Irem in causa Abrahami ab Harras, & Georgii Heinrici à Schönbergs ad consultationem Christiani Richters zu Freyberg/Mens. Octobr. Anno 1620. (Verba sent. Ob nun wohl bei Schließung solches Kaufs unter andern auch dieses abgedeckt werden/dass das Gut bis zu endlicher und vollständiger Bezahlung der ganzen Haupsumma dem Käufer zum ausdrücklichen Unterpfande stehen und haften solle. Da aber dennoch erwähntes Gut ein recht Lehn-Gut wäre/ und die Hypotheca von Churfürstl. Durchl. als dem Lehn-Herrn niemals ratificirt worden/ic. So hätte sich auch Verkäufers Sohn solcher Hypothec wegen einiger Erstigkeit nicht anzumassen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Absque speciali reservatione hypothecæ, ne quidem rusticis competit pignus in rebus venditis pro pretio.*

- N**imium indulget rusticis Dan. Moller. *ad Const. Elec. 28. num. 31. p. 1.* quando iis in rebus venditis pro pretio pignus tribuit, etiam si de eo nominatim sibi non propixerint. † Idque introductum dicit propter ignorantiam & simplicitatem eorum, quam & jura communia favore & immunitate pluribus in casibus prosequuntur, *l. 2. §. 1. ff. si quis in jus voc. non ier. l. 2. ubi Dd. C. de in jus voc. l. 7. ff. de jurisd. Jacob. Menoch. de arbier. jud. quest. lib. 2. cent. 2. cap. 194.* † Quæ sententia quoque placet *Andr. Rauch. p. 1. quest. 6. n. 7.* & *Matth. Berlich. p. 1. concl. 64. num. 63.* & *concl. 66. num. 49.* † Sed loquuntur absque autoritate legis, ne dicam contra leges. Expediti enim juris est, quod pignus vel hypotheca absque conventione nemini acquiratur. † Quia contractus est, ad-eoque conventionis seu pactum, *§. 4. Instit. quib. mod. re contr. obligat ubi. Harppr. n. 2. l. 1. §. ult. ff. de pact. l. solutum. 11. §. 2. ff. de pign. act. l. contratus. 23. ff. de regul. jur. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 12. defin. 1. num. 4.* † At quænam quæso erit conventionis, si de pignore rusticis sibi prorsus non propixerint, nec hypothecam verbis reservarint? † Non etiam jus tacitæ hypothecæ rusticis hoc causa juvare potest, cum nullo jure privilegium tacitæ hypothecæ in rebus venditis, pro pretio, iis concessum reperiatur. † Quod tamen non nisi ex certis causis lege defertur, *l. 1. & tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pignor. tac. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 10. de fin. 2. n. 4.*

Ita Domini in causa David Wackels zu Freyberg / Mense Febr. Anno 1630.

Ad requisitionem Quæstoris Leisnicensis, M. Jul. An. 1630. Et in causa Creditorum Wolff Clemens zu Freyberg / an Rath daselbst / Mens. April. Anno 1635. (Verba sentent. Nach allen hypothecariis werden auch Verkäufers Erben wegen der rückständigen Kaufgelder als Chirographarii befriediget. Sie können dann/wie recht/erweisen und beibringen/dass des Orts durch eine beständige Gewohnheit eingeführet / und über Rechtsverwährte Zeit/ auff begebende Fälle / jedesmal unverbrüchlich gehalten worden/dass unter denen Bauernleuten den Verkäufern der rückständigen Kauf-Gelder wegen/wann sie thuen gleich derselben keine Hypothec ausdrücklichen vorbehalten/ jedoch ein Unterpfand und dingliches Recht gebührte/ und verstatte worden/dessen genossen sie auff solchen Fall billich/V. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Oppignorari debent in foro Saxonico bona immobilia coram judice, sub quo immediatè sita sunt, nec validam efficit hypothecam consensus domini superioris.*

- 1 **B**ona immobilia coram judice ordinario, sub quo sunt sita, oppignorari debent, nec indifferenter cuiuslibet judicis consensus validam efficit hypothecam, jusque prælationis tribuit, b. Const. 23. in pr. vers. 8. für der Obrigkeit/unter welcher sie gelegen / ic. Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 46. §. Aber unvergleichliche. Gloss. in art. 30. lib. 1. Landr. Matth. Coler. part. 1. de- cis. 17. n. 5. Joh. Zanger. de except. p. 3. cap. 25. num. 84.
- 2 **P**etr. Heig. p. 2. quest. 17. n. 18. Quid autem: † Si ju- dex loci ordinarius, superior & generalis, concurrat cum judice immediato bonorum oppignorandorum in- feriori? † Non nego equidem, hypothecam autori- tät Magistratus superioris munitam per se validam- esse, irrequisito etiam consensu judicis immediati; cùm & liberum sit Creditori extraneo coram judice domicili mutuantis impetrare consensum ad oppi- gnorandum sua bona, ad eum videlicet finem, ut Creditor jure pignoris adversus debitorem uti pos- sit, juxta tradita Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 206. † Et eatenus assentiri possum Hartm. Pistor. afferenti: Consensum domini superioris, ad- hibitum circa oppignorationem bonorum, idem- præstare, quod autoritas ac consensus judicis imme- diati seu inferioris efficere potest, obseruat. 45. † At in hoc ab eo divortium facio, quod privilegium præ- lationis, & plenissimum juris effectum hypothecæ, coram ordinatio superiore Magistratu constitutæ, tribuit, ita ut vigore hujus pignoris anterioris, Cre- ditor præferri debeat eis, qui postea specialem con- sensum immediati Magistratus inferioris super iis- dem bonis, sibi hypothecatis, impetraverunt.
- 3 † Quod non modò verbis Illustrissimi Electoris in b. Const. 23. pr. & dict. tit. 46. † Sed & ratione juris Provincialis adversari videtur; quod propter ea ad oppignorationem bonorum immobilia judi- cis consensum requirit: ne pluribus eadem res obli- getur, & per id Creditores decipientur b. Const. 23. §. Und dices hat/ic. Quod ipsum superior Magis- tratus vix impedire potest. Nec enim in ampla & late patente Provincia superiori Judex in memoria habet, quænam prædia ab inferiore Magistratu jam antea fuerint hypothecata. Eaque causa est, quod in contrarium sententiam communiter abierint Dd. quoad jus prælationis, immediati seu inferioris judi- cis consensum ad oppignorationem bonorum im- mobilium præcisè requirentes, † per text. in Landr. lib. 1. art. 21. post. pr. vers. 14. Inwendig dem Gerichte/ ubi Gloss. lat. lit. B. & Gloss. in art. 30. num. ult. lib. 2. Landr. Coler. dict. decis. 17. & de proc. exec. p. 1. cap. 10. n. 202. & seqq. Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. n. 116. Fachs. 1. 1. diff. 4. & 5. Reinh. p. 1. differ. 23. † Nec obstat ratio adducta ab Hartm. Pistor. dict. obs. 45. Quod scilicet Magistratus superior dicatur habere jurisdictionem cumulativè cum inferiore, non au- tem priativè, l. fin. C. de jurisd. omn. jud. † Exinde enim non statim infertur, quod Magistratus su- prior notitiam habeat bonorum, coram judicibus in- ferioribus oppignatorum, ita ut unam eandem que rem pluribus Creditoribus obligari haud me- tuendum sit, juxta b. Const. 23. §. Und dices, † Quamvis & responderi queat, de jure hodierno, quo Nobiles ac plerique alii Magistratus una cum feudi juris- dictionem titulo feudi teneant, eam privativè con- cessam videri, sis. 28. F. 2. ut scitè tradit. Henr. Bo-

cer. de jurisdict. cap. 8. num. 80. & dixi de hoc in- prat. crimin. part. 3. quest. 109. num. 97. & seqq.

Ita Domini in causa Henrici à Behringis/ad requisitionem Quæstoris ju. Eclarteberga/ Mens. Mayo, Anno 1632 ( Verba sent. So hätte der Creditor an denen vor der ordentlichen un- mittelbaren Obrigkeit verpfändeten Stücken ein dingliches Recht erlanget/ dessen er sich auch im Fall der Nichtzahlung/ vor allen andern/ so auch vor ihm/ aber doch bei der hohen un- mittelbaren Obrigkeit eine General-hypothec erlanget/ billich zu erfreuen/B. R. W.)

## DEFINIT. XXI.

*Bonorum immobilia oppignoratio fieri debet coram cojudice, qui jurisdictionem habet inferiorem.*

- 1 **P**Arum refert, an judex, oppignorationi bonorum immobilia consentiens, ledcat pro tribunali, nec ne. Non enim de necessitate requiritur, ut in oppignoratione bonorum consensus imploretur à Judice, pro tribunali sedente. † Cum hic actus non sit contentiose, sed voluntatæ jurisdictionis; qui etiam à Judice deambulante, vel in ipsius domo, alio- vel loco expediri potest, l. à procedente 4. ubi Bart. in pr. C. de dilat. Matth. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 10. num. 201. † At hoc observandum est, circa 3 hypothecam bonorum immobilia impetrandam, quod si in loco, in quo bona oppignoranda sita sunt, duo concurrunt judices, quorum unus habet inferi- orem, alter superiorum jurisdictionem, † oppignora- tionis fieri debeat cum consensu istius judicis, qui juris- dictionem habet inferiorem, juxta Ordin. provinc. Elect. Sax. de Anno 1555. tit. Was zu Ober-Nieder-oder Erbgericht gehörig/Coler. de proc. execut. p. 2. cap. 1. n. 138. Johan. Zanger. de except. p. 3. cap. 25. num. 84. Matth. Berlich. p. 2. concl. 29. num. 69.
- 2 Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber noch zur Zeit der beschreiten Verpfändung ihnen die Erbgerichte zu- ständig gewesen/ic. So wöre solche/ als vor dem Erbherrn gehane Verpfändung allerdings fräsig/ic.)

## DEFINIT. XXII.

*Ad oppignorationem bonorum Emphyteuticorum vel censiticorum, utriusque tamen judicis ordinarii, quam domini directi consensus est adhibendus.*

- 1 **C**ertè, si dominus directus eo in loco, ubi bona emphyteutica vel censitica sita sunt, habeat ju- risdictionem, & ita bona non solum ab eo recognoscantur, sed & immediatè ipsius jurisdictioni sint subjecta, dubium non est, † quin istius consensus re- quiratur ad oppignorationem bonorum b. Const. 23. §. Wann auch. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 204. † Sed si alius sit dominus directus, alius vero dominus jurisdictionis, qui loco bonorum oppi- gnandorum jurisdictionem immediatam habet; Cuiusnam domini consensus hoc casu ad constituendam hypothecam implorari debeat? magna quondam erat disceptatio; † ut videre est apud Dan. Moller. b. n. 4 33. & lib. 1. semestr. 20. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 24. num. 34. Matth. Berlich. part. 2. concl. 29. num. 72. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 10. n. 204. † Quæ 5 tamen hodiè sopita & ab illustrissimo Saxon. Electore, utriusque, tamen domini directi, quam judicis ordinarii consensu, ad bonorum Emphyteuticorum & Censiticorum oppignorationem requirente, in Ordin. Nov. Proc. Judic. de Anno 1622. tit. 46. §. Würde sichs auch. Ita † ut horum alterutro omis- so, hypotheca de jure non subsistat. Quod sane ra- tione haudquaquam caret; † Illius enim, nempe domini directi, consensus propterea adhiberi de- bet; quia de jure alias hypotheca valida non est, Andr. Rauchbar. d. quest. 24. num. 35. † Hu- 6 jus vero, nempe judicis ordinarii consensus 7 emit-

omitti nequit, propter executionem, quae à judice, seu domino jurisdictionis est impetranda; f. quam alias ad pignorationem non requisitus, procul dubio denegatur vel difficultorem redditurus esset, ut ipsemet Dominus Elector innuit, dict. loc. f. Quam ob causam etiam jamdudum Dn. Scabini hypothecam, utriusque Domini autoritate corroboratam, pignori, non nisi alterius consensu constituto, licet priori, præferendam existimarentur.

Ita Domini in causa Michael Schweigers zu Leipzig / Mens. August. Anno 1576. ( Verba sent. Hat ein gut Freund / weshem ihr 400. fl. eine Zeilung vorgestreckt / euch seinen Garten mit Bevolligung des Lehn-Herrns / und zuvor denselben einem andern Gerichtlichen allein verpfändet. Ob nun wohl dieselbe Verpfändung gerichtlichen und älter ist, So werdet ihr doch derselben / von wegen des Lehn-Herrns Gant und das eure Verpfändung zugleich auch vor den Gerichten geschehen/billlich vorgezogen/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

*Hypotheca bonorum immobilium judicialis non sufficit, nisi ipsemet debitor verbis expressis consensum judicis ad hunc imploraverit.*

Certi juris est, Magistratum oppignorationi bonorum immobilium, etiam invitum, consentire teneri, nec absque justa & sufficiente causâ hypothecæ insinuationem denegare posse, per tradita Dan. Moll. b. c. n. 14. Glott. lat. ad text. germ. in Landr. lib. 1. art. 52. lit. C. vers. si autem illorum consensus. f. Modò ipsemet debitor consensum imploraverit. Nam si Creditor solus, non adhibito debitore, aeat judicem, & hypothecam, sibi à debitore constitutam, actis publicis insinuari petat, ea neutiquam valebit, f. Modest. Pistor. part. 4. quæst. 137. f. Quia nemo alterius bona sine domini consensu sibi obligare potest, arg. L. id quod nostrum ii. ff. de Reg. jur. f. Ac licet debitoris voluntas ex cautionis instrumento à Créditore judici exhibito colligatur: f. Nihilo tamen magis Judex autoritate suâ hypothecam firmiter corroborare potest, priusquam debitorem audiat, an scilicet habeat exceptionem aliquam contradicendi, aut qualiter Creditor ejusmodi cautionem à debitore impetrarit, Modest. Pistor. d. loc. n. 2. f. 3. f. Quin & cum debitor in judicio coram Magistratu solutionem promiserat sub pignoratione omnium bonorum suorum, (bey Verpfändung aller seiner Haabe und Güter) attamen promissionie hâc validam bonorum hypothecam haud constitutam esse, nec jure aliquo prælationis præ reliquis gaudere Creditorem, existimauit Dn. Scabini. f. Propterea, quod debitor expressis verbis consensum Magistratus ad oppignorationem bonorum non petierat.

Ita Domini in causa Valentini Haimmers, contra Christophorum Opitzem ejusque Creditores ju Halle / Mens. Jul. Anno 1632.

## DEFINIT. XXIV.

*Consensus Domini vel judicis, super hypothecam fundi vel fundi ad tempus certum praefitus; tempore elapsso extinguitur.*

Haud raro Domini ac Magistratus ad certum diuinat taxat tempus, putâ biennium, triennium &c. Vasallis & subditis suis, feuda aliaque immobilia bona pignori dare volentibus, consensum impetrant. f. Quo tempore elapsso, hovoque consensu non impetrato, jus pignoris extinetum & sublatum est, ita ut in concursu Creditorum præferantur ii. quibus postea autoritate & consensu Magistratus eadem bona oppignorata fuere. f. Quod certè dubium non habet, si consensui, ad certum tempus praefito, clausula cassatoria vel annullatoria, ut scilicet post tempus illud consensus irritus & nullus sit, (das nach Vers)

sleßung der Zeit der Consensus iude/ abe und richtig seyn soll) fuerit adjecta, Andr. Rauchb. p. 2. quæst. 23. n. 1. f. Quia clausula cassatoria per se nullitatem actus, si quid contra factum fuerit, inducit, Bartol. in l. s. i. quis promiserit 135. §. e. à lege 3. n. 6. de verb. obligat. f. Quin etsi citra clausula cassatoria expellam adfectionem Dominus vel Magistratus simpliciter ad certum tempus consenserit; si tamen nulla consensus tacite prorogati indicia apparuerint, idem dicendum arbitror cum Rauchb. dict. quæst. 23. n. 1. Rosenth. de feud. cap. 9. memb. 1. concl. 18. n. 12. f. Berlich. p. 2. concl. 66. n. 58. f. Nam permisum ad tempus post tempus prohibitum censetur & statu liberum. ii. vers. Stichum. l. Titia. 34. §. ult. ff. de legat. 2. l. pater filius. 38. §. fundum. 3. ubi Bartol. ff. de legat. 3. Menoch. lib. 3. conf. 214. n. 4. f. Imprimis vero quoad bona feudalia notissimum est, quod consensus limitatus producat effectum limitatum, & ad non expressa haud extendatur, Dd. in c. Imperiale de prob. feud. alien. Hartm. Pistor. lib. 2. q. 7. n. 29. f. 38. Nec obstat, f. quod tempus non sit modus tollendæ vel mutandæ obligationis, l. obligationum. 44. §. 1. ff. de obligat. f. act. 1. 55. ff. de legat. 1. f. Quia hic non de obligatione, sed de consensu Domini sublatu agitur; ob cuius defectum jus pignoris cessat, Rauch. dict. loc. n. 7. ubi & aliter respondet: f. Tempus scilicet id non inducere nec tollere obligationem, parere tamen exceptionem, l. 4. pr. vers. sed tamen si hoc ff. de servit. f. Quin & tempus tollit obligationem, si in hunc finem à contrahentibus adiectum fuerit, l. qui hoc anno 42. ff. de Verb. obligat. Bartol. in l. eum qui 56. §. qui ita 4. n. 1. ff. eod. tit. Adde Decis. nov. 30. Ita Domini in causa Gertrudz, Conjugis Andreae Hellingers, Mens. Nov. 1598. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch des Raths Consensus nur allein auffz. Jahr ertheilet worden/ welche Zeit nunmehr verflossen/sei. So ist auch gedachte hypothec und Verpfändung erloschen/ ic.)

Item in causa Wolffröders zu Pörla/Mens. Jan. Anno 1636. ( Verba sent. Ob nun wohl der Schuldenter seine Wiese mit Einwilligung des Erb- und Gericht-Herrns unterpfändlich eingetragen und verfrieben; Dieweil aber dennoch der Convent länger nicht als auf vier Jahr lang gerichtet / und solche vorlängsten um und verflossen seyn/ ic. So habt ihr euch auch ferner desselben nicht zu erfreuen / sondern es ist die euch bestellte hypothec nunmehr erloschen/ B. R. W.)

Item in causa Viduz & heredum Andreæ Jahns zu Annaberg/Mens. April. Anno 1633.

In causa Zachariae Schädiger zu Leipzig/Mens. April. Anno 1585.

In causa Dn. Donati à Freivalds, contra Nobiles ab Ende, Mens. Mart. Anno 1635.

In causa Michael Möschers contra Christinen Jacob Durms Wittben zu Arnschauke/Mens. Març. An. 1636.

Et in causa Hansu Christophens Seideweiss/Mens. August. Anno 1636.

## DEFINIT. XXV.

*Magistratus consentiens hypothecam ad certum tempus reservata sibi vel debitori jure relaendi, tacite consensum prorogare viderur, si finito tempore non reluantur bona hypothecata.*

Quod dixi; consensum domini seu Magistratus; f. super hypothecam ad certum tempus præstitum, elapsco; ulterius non durare, nec jus pignoris diuinitus subsistere, Desin. preced. hoc verum est, f. nisi consensus tacite prorogati appareant aliqua indicia. f. Quid enim si Magistratus ad certum quidem tempus consentiat; adjecta tamen clausula reservatoriæ: ut scilicet finito tempore sibi ipsi aut debitori, vel cui hœ pertinerit, liberum sit feudum oppignoratum reluere, post tempus vero elapsum jure relandi non utatur? f. Certè tum consensus eo usque retinetur & firmitudinem obtinebit, donec vel ab ipso, vel à debitori aut alio, cui à Magistratu hœ perf.

permisum est, pignoris relutio fiat, Andr. Rauchbar. part. 2. quest. 23. numer. 17. Berlich. part. 1. concl. 66. num. 59. Daniel. Moller. lib. 4. semestr. cap. 24. 5 † Quamdiu enim Dominus jure reluendi sibi reservato non utitur, tacite in solutionis & pignoris prorogationem consentire existimatur, † Cujusmodi consensus, ipso facto declaratus, etiam ad feudi oppignorationem sufficit, Zasius in Epit. feud. part. 9. n. 31. Mynsing. cent. 4. obs. 87. Schrad. de feud. cap. 10. n. 64. Herm. Vult. de feud. cap. 10. n. 64. Adde Decis. nov. 31.

Ita Domini in causa D. Johannis Hoffmanni zu Leipzig / M. Jul. Anno 1581. (Verba sent. Ob gleich Christoph Löffler seinen Gaffhoff zu Nürnberg George Hopfen vor 200. Gilden/ so er ihm auff sechs Jahr lang gelichen / mit Gerichtlicher Gunst/ledoch denselben nach ob bestimmter Zeit wiederum frey zu machen und abzulösen verpfändet/und mittlerzeit Edes abgangen/ auch die bestimmten 6. Jahr verflossen / ic. So bleibt doch solcher gerichtlicher Consens bey Kräften/ und wird demnach gedachte Hopfe von dem Kaufe Gelde solches Gaffhofes vor euch billich befriediger/B. R. W.)

**DEFINIT. XXVI.**  
*Magistratus ob praestitum consensum in oppignoratio-  
ne bonorum, pluribus creditoribus facta, nulla  
ratione tenetur, licet bona omnibus non  
sufficient.*

1 **I**n situationem hypothecæ rerum immobilium, jus Saxonum propterea requirit, ne res una eademque pluribus obligetur, & ita Creditores pecuniis, mutuo datis, ab improbis & malitiosis debitoribus defraudentur. † Quam unicam hujus rei rationem assignat & probabilem facit Electoralis Constitutio b. 2. §. Und dieses hat/ ic. † Ed scilicet resperxit Illustrissimus Elector, ut Creditores de hypothecis anterioribus à Magistratu seu judice admoniti & certiorati cauti agere ac sibi prospicere queant. † Quid autem: si judex absque prævia admonitione indifferenter pluribus oppignorationibus consensum accommodaverit, ac posse bona hypothecata omnibus non sufficientant? † Sanè, tum judicem seu Magistratum ipsum, Creditorebus ad interesse teneri, ex jam dictis sequividetur. Quia Creditores, fidem & autoritatem, Magistratus fecuti, in hanc calamitatem inciderunt, qui, si scivissent, bona debitoris aliis quoque esse obligata, vel de hoc saltem admoniti fuissent, nunquam forsan pecuniam credidissent. † Unde vix aut ne vix Magistratus culpm omncm effugere potest, ut haud immerito ad interesse obstringatur, prout existimat Berlich. part. 2. concl. 29. n. 71. † Attamen Magistrati consentient eatenus saltē culpa imputari potest, si creditoribus, in anteriores hypothecas inquirentibus, &c. num sufficientia debitoris bona sint nec ne, explorantibus tacuerit, nec easdem manifestaverit, † Alioquin sanè si de jure pignoris anteriori non quæsitus, subsequentibus etiam hypothecis consensum suum accommodaverit; nec quicquam contra officium boni viri aut judicis egisse videtur; † Nec propterea ullatenus ad interesse tenebitur, ut rectius sentiunt Virgil. Pingitz. quest. 38. Aut. Consult. Const. Saxon. tom. 3. part. 1. qu. 13. Reinh. Rosa in addit. ad Moll. bic n. 14. Hart. Pist. lib. 3. quest. 17. n. 17. † Nullibi enim in jure Saxonico aut Provinciali dispositum reperitur, ut Magistratus, super oppignoratione imploratus, de anteriori vero hypotheca & sufficientia bonorum non quæsitus, propriâ sponte anteriorum Creditorum jura manifestare debeat. † Multo minus vero ob præstitum consensum Creditorebus obstrictus est, quum Magistratus consentiens in hunc finem, ut autoritatem & licentiam negotii gerendi præstet, ipsem non obligetur, l. Cajus 39. ubi Castr. ff. de pign. aff. & in l. cum

quædam 26. C. de admin. tutor. Bald. in l. ult. pr. vers. necessitate C. de bon. que lib. † ut latius & eleganter demonstrat Virgil. Pingitz. dict. quest. 39. num. 33. & seqq. ubi etiam ad contraria respondet.

Ita Domini in causa D. Jahns von Wilschen/Mensl. Febr. Anno 1630. ( Verba sent. Wann nun gleich die vor euren Gerichten verpfändeten Güter zu aller darauff versicherten Gläubiger Befriedigung nicht gereichen würden / ic. So möchte doch ihr als die Obrigkeit wegen der ertheilten gerichtlichen Consensum dafür zu haften/ und von den eurigen den Mangel zu ersezzen nicht gedrungen/noch derohalben beständiger Weise belangen werden/B. R. W.)

### DEFINIT. XXVII.

*Competit tamen actio ad interesse adversus Magistra-  
tum, Creditori pecuniam alias non credituro  
hypothecam falsò idoneam affir-  
mantem.*

**N**E tamen Creditorebus omnis via periculum ef- fugiendi præclusa sit, liberum ipsi est, diligenter in conditionem debitoris ejusque bona inquirere, & à judice explorare, num recte ac satis sibi cau- tum sit, pignore sive hypothecā bonorum à debito- re ablatā. † Nam tum judex requisitus, inspectis antea libris judicii, si forsan bona oppignoranda an- terioribus Creditorebus aliis hypothecata fuerint, id- ipsum manifestare, deque hoc creditores quærentes certiores facere tenetur. † Ne scilicet pluribus unā eademque re obligatā, posteriores Creditores deci- piantur, b. Const. 23. §. und dieses hat. † Hocque si facere neglexerit, & Creditori, pecuniam alias non credituro, idoneam hypothecam affirmaverit, cum non sit, procul dubio ad interesse tenetur; si- ve sciens, sive ignorans Creditores fefellerit, Dan. Moller. l. 1. semestr. 21. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 24. n. 29. Reinh. Rosa in addit. ad Moll. bic n. 14. Berl. p. 2. concl. 29. n. 69. † Quis enim non videt, si non dolo, culpā tamen judicis, Creditorebus hoc casu damnum accrescere, cuius officio incubuerat, libros publicos; in quos contractus solent referri, inspicere, & ex illis certi quid cognoscere, antequam cautionem suffici- entem esse, Creditorebus responderet. † Quæ cer- tè culpa ad restitutionem damni judicem obligat; quippe quod ipsem dedisse videtur, arg. l. qui occi- dit 30. §. in bac quoque actione. 3. ff. ad Leg. Aquil. l. Praetor. ait. 2. in fin. ff. Vi bon. rapt.

Ita Domini ad consultationem I. à. D. Mensl. Febr. An. 1629. ( Verba sentent. Außn soll auch die Hypothecarii nicht alle be- friedigt werden können/sehn sie den Erbherrn/wofern der selbe bei Ertheilung der Consensuum auf ihrer der Gläubiger Be- fragung die darauff haftende sämmtliche Schulden nicht angezeigt/ gebührlichen zu belangen/ und sich bey ihm ihres Schadens halber zu erhalten wohl befugt/B. R. W.)

Et in causa heredum Petri Zeidlers zu Leipzig/Mensl. August. Anno 1590.

### DEFINIT. XXIX.

*Creditor in alienacionem pignoris consentiens, illad debitori remisſe videatur.*

**Q**uamvis remisio pignoris nunquam præsuma- tur, Decius in l. postquam liti. 4. n. 16. C. de præst. Andr. Tiraquell. in l. si unquam. 8. in prefat. n. 128. C. de revoc. donat. † Siquidem remisio donatio est, l. Modestinus 23. ff. de donat. Quæ certè non præsumi- tur, sed probari debet; adeò, ut potius fatum quem fuisse, quam donasse credatur, l. cum de indebito. 25. ff. de probat. † Attamen consensus tacitus & præsum- ptus sufficit ad hoc, ut quis pignori vel hypothecæ renunciasset existimetur; Et iisq; conjecturis, ex quibus aliis tamen consensus colligitur, pignoris quoque remisio probari potest, Negutz. de pignor. in 3. membr. 6. part. pr. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl.

- 4 173. num. 7. † Quare si Creditor permittat pignus vendi, vel alio quovis modo alienari, pignus remisſe videtur, l. si debitor. 4. §. i. ff. quibus mod. pig. vel hypothec. fol. l. sicut. 8. §. si voluntate. 6. ff. eod. tit. l. 2. C. de remiss. pign. Jafon. in l. si fundum. 81. n. 39. ff. de legat. 1. Bartol. in l. ult. C. de remiss. pignor. Matcard. dict. concl. 1173. n. 8. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 14. defin. 6. n. 1. † Modò tamen Creditor in alienationem pignoris expreſſe conſentiat; aliàs ſane pignus remiſſe non videbitur, l. sicut. 8. §. non videtur 15. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. Matc. d. loco num. 19. Anton. Fab. dict. tit. 14. defin. 12. Vid. Conſt. seq. defin. 9. num. 2.
- 5 Ita Domini in cauſa Johannis Pezoldi zu Lengefeld / Mense Jun. Anno 1634. (Verbi) ſentent. Dieweil aber dennoch beſtelldes Zacharia Förlers Mutter und Erben nicht allein bei ſolchem Kauf gewesen/und den Leykauff trincken helfen/ ſondern auch darein ausdrücklichen gewilliget/ ic. So haben ſie ſich hierdurch ihres auf dem verkaufsten Gute erlangten Unterpfandes verluſtig gemacht/ uñ ſeyn davon abgewichen/derowegen werdet ihr bei eurem erkaufsten Gute geruhlichen billich gelaffen/ V. R. W.)
- Et in cauſa Christophori Pfeiſens & Consort. zu Ebersbach/ Mense Jul. Anno 1635.

## DEFINIT. XXIX.

*Creditor generalem & ſpecialēm hypothecam simul habens, prius ſpecialēm excutere tenetur, ante quam generali utatur.*

- 1 **P**ignoris natura individua eſt, hocque totum Creditor, pro qua cuncte etiam parte crediti, poſſidet, nee ad quantitatē debiti hęc cauſa eſt relipicendū, l. Creditor. 25. ff. ſi cert. per 101. tit. C. ſi unus ex plur. bered. Cred. l. 47. ff. de jur. ſi. i. Petr. Heig. part. 2. queſt. 6. n. 29. Ex quo ſequitur, † Creditorum, ſi ex re ſibi oppignoratā tantum poſſideat, ut pecuniam ſibi debitam inde redigere poſſit, nihilominus alteram pignoris partem à ſecundo Creditore, poſſeſſam vindicare poſſe, l. 2. ff. qui pot. in pign. † ut latius perſequitur Hartm. Piftor. lib. 3. queſt. 12. per tot. Cacher. decif. 159. Neguz de pign. ſ. part. membr. 2. ad fin. Didae. Covarr. lib. 3. variar. refolunt. cap. 8. † Nec ſi plus ſit in pretio pignoris traditi, ſecundum Creditorem in poſſeſſionem ejusdem admittere teneti, Petr. Heig. dict. q. 6. n. 26. † Quia fieri poſteſt, ut in uſuras futuras deinceps illi ſatis cautum eſſe non poſſit, etiā preſenti ſtatu inſpeſto, pignus ſufficiens videatur; † Neque ideo, qui nunc ſuum reeipit, poſſeſſione cedere compellendus eſt, l. quarebat. 20. ff. qui pot. in pignor. l. 15. de pignor. & hypothec. l. nulla. 5. C. de ſoluit. Heig. dict. loc. n. 28. † Attamen in cauſa, quo quis ultra generalem hypothecam etiam pignore ſpeciali ſibi proſpexit, non prius hypothecariā perſequi poſteſt cetera debitoris bona, priusquam egerit in ſpecialiter obligata, l. 2. C. de pign. † Nam qui duplēcē habet hypothecam, generalem & ſpecialēm, prius excutere debet ſpecialēm hypothecam, antequam utatur generali, dict. l. 2. C. d. t. Hartm. Piftor. lib. 3. queſt. 13. per tot. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. defin. 8. num. 1. & lib. 6. conſeq. 13. Jacob. Cujac. lib. 11. obſeruat. 32. Joh. Köpp. decif. 4. num. 1. & seqq. Neguz de pignor. p. 5. membr. 2. num. 51. & part. 8. 9 membr. 1. num. 20. † Quod & placuit Iuſtiſiſſimo Saxon-Elect. in Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 46. §. Ob nam idohil alle die. vers. So ist doch hierbey ſondertolidy. † Idque non ſolum in favorem posterioria Creditoris, ne ſi forſan anterior, prætermiſſa ſpeciali, generali uteretur pignore, hic damno afficeretur, ut declarat Covarr. dict. cap. 18. num. 2. vers. ſepimo 11 conſtat. Hartm. Piftor. dict. queſt. 13. num. 3. † Sed & quod generalem accipiens hypothecam, una cum ſpeciali, hoc quaſi-tacite agere videatur, ut generalis Carpt. Defin. Vol. I.

sit ſubſidiaria; ad quam non niſi poſt ſpecialēm fiat recursus, Anton. Fab. lib. 6. conf. 16. Ruſlard. in not. ad dict. l. qui generaliter. 2. ff. qui pot. in pign. Connan. lib. 4. cap. 17. num. 6. † Ex quā ratione hanc juris fan- 12 tionem Hartm. Piftor. adeo extendit, ut ſpecialis hypotheca ſemper ante generalem ſit diſcutienda, ſive cum Creditore, ſive cum debitore, aut cum extraneo agatur, dict. queſt. 13. n. 9. vers. cumque ratio iſta, &c. † Quamvis alii eam reſtringant ad concuſrum Creditorum, quando ſciliſet inter primum & ſecundum Creditorem de prioritate controverſia incidit. † Quod & ſenſiſle videtur Iuſtiſiſſimus Elect. Saxon. dict. tit. 46. vers. So ist doch hierbey 2c, † Alias quoque huius Sanctionis Ampliationes & Limit. tra- dit Hartm. Pift. dict. loc.

Ita Domini in cauſa Matthæi Rudels zu Gebeſee / Mense Nov. Anno 1630. (Verba ſentent. Hat ſich zu Waltin Graspeins Vermögen ein concuſrus Creditorum erignet / darbei ih̄t euch eurer Foderung wegen/damit er euch verhaftet/ und auff ſeinen Garten eine ſpecial-Berſicherung gethan / gleichfalls angegeben; Ob ihr nun wohl darneben auch auff des Debitoris Gütern in gemein eine general Hypothecen erlanget/ ic. So ſend ihr euch doch vor allen Dingen anfänglichen an die ſpecial-Berſicherung des Gartens zu halten ſchuldig / und wann dertſelbe zu eurer Bezahlung zureicht/ werden euch die nachfolgende hypothecarii in den andern Gütern billich vorgeogen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Hypothecarins, cui generalis conſtituta eſt hypotheca, non poſteſt reliquis Creditoriſbus prejudicare in ſpeciali hypothecā, ſi certam rem ſemol elegerit.*

**N**on ita ſola hypotheca generalis electionem a- 1 gendi adverſus rem certam debitoris aufert cre- ditori, ac ſpecialis hypotheca, cum generali conju- 2 na, de quā Defin. preced. † Nam qui bona debitoris generaliter tantum obligata habet, in qua mecumque voluerit rem, executionem petere poſterit, l. Credito- 3 riuſ. 8. ff. de diſtr. pignor. † utque eō, ut ſi elegerit rem, quæ deinde alteri ſpecialiter obligata fuit, huic, veluti prior tempore, etiam in re iſta præferatur, l. ſi generaliter. 6. C. qui poſtor in pignor. Hartm. Piftor. lib. 3. queſt. 13. n. 2. † Quia in poſteſtate debitoris ſitum 4 non eſt, ut ſecundo Creditori rem ſpecialiter obli- gando, priori Creditori jus, ex generali hypothecā 5 quæ ſitum, auferat; ut declarat Fulgoſ. in l. qui ge- 6 neraliter. 2. ff. qui poſtor in pign. & Johan. Baptiſt. Aſin. de execut. ſ. 7. cap. 4. † Hocque iſum eſt, quod dixi Defin. preced. Creditorem hypothecā ge- 7 nerali, contra posteriorem, cui res ſpecialiter fu- 8 obligata, pro lubitu poſſe uti; etiam ſi ex ceteris bo- 9 nis generaliter obligatis pecuniam ſuam redigere poſſit, ex Reſponſo Papin. in l. 2. ff. qui pot. in pign. † Planē, ſi Creditor generalem hypothecam habens, 6 rem certam debitoris elegerit, petendo executionem, videtur à jure ſuo aliquatenus recessiſſe, ita- 10 ut in præjudicium Creditoriſbus posterioriſ, ad res, ſpe- 11 cialiter illi obligatas, non ſtatiſ redire, eique jus pi- 12 gnoris ſpeciale turbare queat; † Ne ſciliſet iſi nimini- 13 um gravetur, Anton. Capic. decif. Neapol. 46. num. 6. Matth. Weſenb. in parat. ff. qui pot. in pignor. n. 2.

Ita Domini in cauſa Christophori Henschaſ zu Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1600.

Et in cauſa Günzels von Bartenſleben/ Mense Mayo, An- no 1600.

## DEFINIT. XXXI.

*Parte debiti licet ſolutā, pignoris tamen obligatio pro reſiduā debiti parte integrā manet.*

**E**apignoris eſt natura, ut ſit individua, l. rem 13 hereditariam 65. §. 1. ff. de evit. Non minus ac ſervitus eſt tota in toto, & qualibet ejus parte, Bald.

- de pignor. cap. 14. Hartm. Pistor. pars. 3. q. 12. num. 6. Cævall. in Opin. comm. contr. comm. quæst. 76. num. 26. 2 seqq. † Ergo pignus totum pro toto debito, totumque pro qualibet debiti parte, & rursus qualibet ejus pars pro toto debito tenetur, arg. l. 3. S. ult. & ff. quæ 3 pot. in pig. † Ex quo fit, ut quamvis pars debiti soluta, obligatio pro debiti parte residua maneat integra, nec nisi toto debito soluto tollatur, l. quædiam 6. C. de distract. pignor. l. si rem. 9. S. omnis. 3. ff. de 4 pign. action. Hartm. Pistor. dist. loc. num. 6. † Accidit defuncto Creditore, multis relictis heredibus, actio personalis, ipsumque creditum inter eos dividatur, pignus tamen cuiuslibet heredum, pro sua crediti portione, totum competit, l. i. C. si unus 5 ex pluribus hered. † Id quod etiam ex parte heredum debitoris obtinet, l. 2. eod. tit. omniq[ue] alio in casu, quo debitum dividitur, Crav. consil. 77. num. 15. Cævall. dist. quæst. 76. num. 15. & seqq. Simon. Ulric. Pistor. in notis ad Hartm. Pistor. dist. q. 12. lit. s. 6 † Porro ex individuâ pignoris naturâ sequitur, ut si quis communis ei partem pro indiviso dederit hypothecæ, divisione factâ cum socio; non utique ea saltem pars creditori obligata sit, quæ debitori 7 oppignoranti obtigit: † Sed utriusque pars pro indiviso maneat obligata, l. si consensit 7. S. ult. ff. quib. mod. pign. vel hypotb. l. si quis putans 6. S. si fundus. g. 8 ff. comm. divid. † Licet alijs debitor personali actione pro è tantum parte, quæ sibi ex divisione cessit, conveniri queat, L. communi dividendo. 7. S. si debitor. 13. ff. comm. divid. l. Julianus 13. S. idem Celsus 17. ff. de paci. emt. Molin. de divid. & individ. obligas. p. 3. num. 25. & seqq.

Ita Domini in causa Hansen Friederichs von Hausen / M. Februar. Anno 1635. (Verba sent. Ob ihr wohl eurem Creditori auf die Schulde etwas bezahlet/und begehret/dass er euch pro quoq[ue] der bezahlten Schulden/von den versetzten Pfanden so viel hinwieder abholen lassen wolle; Dieweil er aber dennoch sich dieses verweigert/ auch solches zu thun nicht schuldig gewesen/uc.)

#### DEFINIT. XXXII.

*Creditor hypothecarius, omisâ actione hypothecaria, personaliter adversus debitorem experiri, ing. alia ejus bona, sibi non oppignorata, executionem petere potest.*

- 1 Non propterea Creditor hypothecarius, quod certam rem à debitore sibi oppignoratam habet, alio executionis remedio adversus debitorem. 2 uti prohibetur. † Siquidem electo uno executionis remedio alia non excluduntur, si aliunde Creditor debitum citius consequi speret, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 8. n. 40. & seqq. Dan. Moller. 3. l. 3. semestr. 36. n. 1. Strach. de decoll. p. 3. n. 40. † Unde fit, quod per capturam & incarcerationem personæ, Creditori non admittatur facultas petendi immisionem in bona debitoris, l. si legatorum. 8. ff. ut in poss. legator. Bartol. in l. consentaneum. 8. C. quom. & quan- 4 do jud. † Sicuti nec Creditor, etiamsi bona debitoris omnia, tam præsentia, quam futura, pignori obligata habeat, propterea aliis remediis; putâ corporis detentione, sive incarceratione, debitorem ad solutionem compellere prohibetur, Moll. dist. cap. 36. in 5 fin. † Pariter & Creditor hypothecarius, cui certa quæpiam res oppignorata est, si omisâ actione hypothecaria, adversus debitorem personali actione experiri, inque alia ejus bona sibi non obligata executionem petere malit, omnino audiendus est, l. quamvis. 2. l. distract. 14. l. persecut. 24. C. de pi- 6 gnor. † Velluti quoque diserte sancitum ab Illustri- simo Saxone in Ord. Process. Judic. tit. 39. S. ult. verf. Hierdurch aber einem Gläubiger ungewehret seyn/

von denen ihm verpfändeten Gütern abzufassen/ und in andern Stücken die Hülfe zu suchen/ wenn ihm nur nicht rei judicata autoritas im Wege liegt/uc. † Quin & hoc casu personalem actionem cumulari posse cum hypothecariâ, arbitratur post Guid. Pap. q. 108. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 6. defm. 22.

Ita Domini in causa Rudolphi à Kockeritz in Grosspomnitz/Mensl. Dec. Anno 1600. (Verba sent. Ob ihr nun wohl solcher 2000. Gl. wegen auff der Mühle mit Churfürstl. Consens etiae hypothecam erlanget; Da ihr aber dennoch von des Schuldeners andern Gütern eure Bezahlung durch gebührliche Hülfe/Mittel ehe/als von eurem verschriebenen Unterpfande zu erlangen verhoffet; So ist auch in andere seine Güter die Hülfe zu suchen unbenommen/ B. R. W.)

In causa Georgii Fischers zu Endorff/ ad requisitionem Pfefeti ibidem, Mensl. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob gleich das Amt wegen des verfallenen Erb-Stiftes auf den Mühlen ein Unterpfand erlanget/uc. So ist doch denselben sich des rückständigen Erb-Stiftes halben von andern des Schuldeners Gütern bezahlt zu machen/und darin die Execution zu suchen unbenommen/ B. R. W.)

In causa Henrici Liss zu Nachtitz/Mense Febr. Anno 1635. (Verba sent. Einem Gläubiger auch von seiner Versicherung abzustehen/und durch andere Mittel/ auch aus andern des Debitoris Gütern seine Forderung zu suchen unbenommen/uc.)

Et in causa Abraham Harischen & Consort. zu Ottendorf/Mensl. Oct. Anno 1635.

#### DEFINIT. XXXIII.

*Solutione tantummodo debiri, non etiam cessione aut confusione ex acquisitione domini, extinguitur in totum hypotheca.*

Post acquisitionem Creditori dominium ejus rei, 1 quæ antea fuerat ipsi obligata, perseverare quidem pignoris vinculum non potest, l. pen. S. Latinus Largus. 1. ff. de exec. rei jud. † Quia rei propriæ pignus 2 consistere nequit, l. neque pignus. 4. ff. de reg. juri. l. 19. ff. de pign. act. † Attamen si quo casu eveniat, ut rem 3 illam Creditori habere non licet, alio possessionem avocante, actio pignoratitia adhuc durabit, dist. l. pen. S. Latinus Largus. 1. ff. de Exec. rei jud. † Idque multo magis, si debitum saltem principale, vel obligatio, 4 per cessionem in alium transferatur. † Nunquam 5 enim extincta videtur hypotheca; † cum perpetuam 6 illam conditio haeta habeat, si solutum non sit debitum, aut aliter eo nomine satisfactum, l. grege. 13. S. ext. 7. 4. ff. de pign. l. si rem alienam. 9. S. omnis. 3. ff. de pign. act. l. 59. ff. ad SCrum Trebelli.

Ita Domini in causa Machai Schumanns zu Groß-Erbestha/Mensl. Mart. Anno 1634.

#### DEFINIT. XXXIV.

*Clausula de non alienando, adjecta hypotheca, tribuit Creditori jus executivum adversus tertium possessorum, discussu etiam nondum principali debitore.*

Quibusunque verbis, etiam absque scripturâ, 1 hypotheca contrahi potest; l. contrahitur. 4. l. cum tabernam. 34. S. 1. ff. de pignor. 5. 2. C. qua res pign. 2 oblig. poss. † Si nimis contrahentes quid direx- 3 rint, quod intellectum quendam hypothecæ vel pignoris habeat, Nov. 136. c. 5. † Velluti, si debitor rem tradat, ut Creditori caatum sit, dominus der Gläubiger 4 verichert sey/ Modest. Pist. part. 2. quæst. 77. † Aut si debitor caverit eum datione & consignatione bonorum suorum, Neguz. de pignor. membr. 1. part. 5 3. num. 2. & 3. † Aut si permisit Creditori facili- 5 tatem vendendi rem certam, l. creditor. 3. S. 2. ff. qui 6 pot. in pign. † Vel si dixerit: Fide & pericula rerum, ad me pertinentium, vel per earum exactio- 7 nem, vel executionem satisfacere promitto, Andt. Rauchbar. part. 1. quæst. 6. num. 56. & seqq. ubi variæ 7 hypothecæ formulas tradit. † Nam in hypothecis 7 constitutis magis inspicitur mens contrahentium, quam

quām verba, l. fin. ff. que res pign. obl. poss. Modeit.  
Pistor. dict. loc. ubi Jacob. Schult. in addit. num. 3.  
Rauchb. dict. loc. Quocunque auctem modo, ac qui-  
buscunque verbis hypotheca fuerit constituta, † si  
debitor rem oppignoratam vendat, aliove modo alienet,  
Creditori, non nisi debitore prius excusso, actio  
datur adversus emptorem seu tertium possesorem.,  
Auth. hoc si debitor. C. de pignor. Anton. Fab. in Cod.  
9 lib. 8. tit. 6. definit, 33. num. 1. † At secus res se ha-  
bet, si hypotheca apposita fuerit clausula de non alienando, sine Creditoris voluntate. Quæ certè clau-  
sula hoc operatur, ut venditio, inscio Creditore sub-  
secuta, † ipso jure non valeat; propter reservatio-  
nem videlicet iuris realis in bonis debitoris, l. si Cre-  
ditor. 7. §. ult. ff. de diff. pignor. Guid. Pap. decis. 59.  
num. 1. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10.  
11. n. 180. † Ex quo infertur, quod contra successorem.,  
etiam singularem, debitore nondum excusso, hoc ca-  
su transeat jus executivum, Bartol. in l. Creditor. 3.  
n. 25. ubi & Salycet. num. 23. Codic. de pignor. Coler.  
dict. loco.

Ita Domini in causa Muthai Nudels zu Gebesee/ Mense Nov. Anno 1630. (Verba sentent. Wenn auch gleich der verhypothechte Garten der beschrebenen Abrede (solchen ohne euren Willen und Vorbewußt nicht zu veräußern) zu wider verkausst worden wäre / so hätte ich euch doch / unangesehen der principal. Schulden noch nicht ganz excusirt/ an dem Räuffer zu halten/ und solchen Garten zu vindiciren wohl fug/B. R. W.)

## DEFINIT. XXXV.

Supereft actio hypothecaria Creditori etiam post ven-  
dendum pignus, si hoc postea evi-  
tatur.

**C**essat jus pignoris, si creditor rem, sibi obliga-  
tam, à Domino emerit; Quia nemini potest sua  
res esse obligata, l. neque pignus. 45. ff. de reg. jar.  
At quid, si ejus rei evictionem posita patiatur? † Sal-  
vam habebit hypothecariam actionem Creditor, per-  
inde ac si dominium nunquam acquisivisset, l. pen.  
S. 1. ff. de except. rei judic. Bartol. & Alex. in l. debi-  
tor. 59. ff. ad SC. Trebell. Afflct. decis. 8. † Nam  
potestas evictionis tollit intellectum acquisitionis  
arg. l. si patroni. 55. §. ult. ff. ad SC. Trebell. † Ettum 4  
demum acquisitionis dominii pignus extinguit, si fuerit  
irrevocabilis, dict. l. pen. S. 1. ff. de Exc. rei jud. l. 98. in  
pr. ff. de solnt. † Alioqui acquisitione revocata, do-  
minioque amisso, vel hypothecaria actio, cui perpe-  
tua satisfactionis conditio inest, l. grege. 13. §. etiam.  
4. ff de pignor. revera non extincta censetur: † Vel 6  
pignus, quod extinctum videbatur, reviviscit, tan-  
quam quod rem ipsam perpetuo concomitetur, l. pi-  
gnoris. 17. ff. de pign. l. pignoris. 18. C. eod. tit.

Ita Domini in causa C. V. contra H. N. zu Leipzig/ Mense Jun. Anno 1626.

## CONSTITUTIO XXIV.

## PARTIS SECUNDÆ.

Von welcher Zeit der Weiber Privile-  
gium tacita hypothecæ, so ihnen von wegen ih-  
rer Mitgift gebühret/ansangen soll?

**V**wohl in Rechten zweifelhaftig fürsället/von welcher Zeit an das pri-  
vilegium tacita hypothecæ, so ein E-  
heweib wegen ihrer zugebrachten Mit-  
gift in ihres Mannes Gütern hat/  
ansangen solle: So haben sich doch unsere Ver-  
ordnete verglichen/ daß von Zeit der vollzogenen  
Ehe/ und also wann der Kirchgang geschehen/  
solches Privilegium doris (tedoch wann die Mit-  
gift folgends / oder zuvor/ wärlich einbracht/  
und dasselbe beweiset wird ) seinen Anfang  
haben und gewinnen soll: Darnach unsere Ge-  
richte hinfür zu sprechen haben.

Privilegium tacita hypothecæ, doti  
mulierum datum, à quo tempore  
incipiat?

Ure quidem communis ambigua  
est quæstio hæc: A quo tempore  
privilegium tacita hypothecæ,  
quod mulieribus pro illata  
dote in bonis mariti competit,  
incipiat? Verum inter Deputatos Nostros in  
id convenit, ut à tempore contracti matrimo-  
nii, hoc est, copulationis factæ in templo, com-  
putandum existimarent; ita tamen, si vel an-  
te copulationem, vel post, verè dorem nume-  
ratam esse, probent. Quod in judicando de-  
inceps observari volumus.

## DEFINITIONES.

1. A Tempore copulationis sacerdotalis incipit privile-  
gium tacita hypothecæ, ac jus prælationis, mulieri  
competens etiam ratione doris, post consummatum  
matrimonium confituta.
2. In dotalio quoque jus tacita hypothecæ & prælatio-  
nis incipit, à tempore copulationis, per Sacerdotem  
facta.
3. Privilegium tacita hypothecæ, in bonis paraperna-  
libus, incipit à tempore illationis bonorum.
4. Non competit mulieri jus tacita hypothecæ ratione  
Gerada, aliorumq; bonorum, qua marito admini-  
stranda non commisit.
5. Sponsa ratione doris illata, privilegium tacita hypo-  
thecæ in bonis sponsi non habet.
6. Mulieri, ratione donationis propter ruptias, justa-  
cita hypothecæ non competit in bonis mariti.
7. Mulier ex jure tacita hypothecæ adversus tertium  
Carpz. Definit. Vol. I.
8. Non impedit tacita hypothecæ, bona alicujus affi-  
ciens, quod minus is vendere, aliove modo ea distra-  
bere queat.
9. Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex ju-  
re tacita hypothecæ impugnare licet, si ex reliquo  
mariti bonis ipsi satisficer nequeat.
10. Mulier solvens pro marito, ad inopiam postea ver-  
gence, conditione indebiti solutum à Creditoribus  
mariti repetere nequit.
11. Mulier potest petere assecurationem doris, ac do-  
nationis proprie nuptias, marito ad inopiam ver-  
gence.
12. Papillo competit tacita hypothecæ in bonis tutoris;  
non solum pro forte principali, sed & pro omnibus  
accessionibus, ex die suscepiti officiis.

13. *Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tutore mutuò fuit data, jure tacita hypotheca obligata non sunt.*  
 14. *Obligata quoque sunt iure tacita hypotheca bona illius, qui se pro tutore vel Curatore gesta.*  
 15. *Bona Curatorum ad tamen mulieribus tacitè obligata non sunt.*  
 16. *Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli*

## DEFINIT. I.

*A Tempore copulationis sacerdotalis incipit privilegium tacita hypotheca, ac jus prælationis, mulieri competens etiam ratione dotis, post consummatum matrimonium constituta.*

1. **Q**uod ànxiè quondam ab Interpp. disputatum fuit: à quonam tempore privilegium tacita hypothecæ, ac per consequens etiam jus prælationis, mulieribus ratione dotis competens, incipere debet, Neguz. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 79. & seqq. Matth. Wesenb. consil. 49. n. 2. & consil. 50. n. 25. Andr. Gail. lib. 2. observ. 86. † Id quod nec de jure Saxonico extra controversiam fuit, ut videre licet apud Aut. Consult. Const. Sax. tom. 1. p. 1. q. 32. & q. 36. & tom. 2. part. 5. q. 20. Illud in Provinciis hisce decisum est † ab Illustrissimo Saxon. Electore, disertis verbis dis ponente, ut privilegium hoc nec à tempore promissi onis, nec solutionis, sed præcisè † à die nuptiarum, ubi aempe matrimonium per copulam sacerdotalem est consummatum, incipiat (wann der Kirchgang oder Priesterliche copulation geschehen) b.c. Constit. 24. §. So haben sich doch. Ordin. Nov. Proc. Jud. tit. 43. vers. Welch der Weiber/ sc. Dan. Moller. b.c. n. 1. Jac. Thoming. decis. 36. n. ult. Zobel. p. 2. diff. 49. num. 18. & seq. Hartm. Pistor. observat. 110. num. 4. † Nimirum, quia dos absque matrimonio, prius con tracto, nullo modo subsistit, l. ult. C. de donat. ant. nupt. l. 3. l. dotis promissio 68. ff. de jur. dot. † At statim per copulam Sacerdotalem in terris Electoratus Saxonici hoc consummatum dicitur, uti patet ex b. Const. vers. Von Zeit der volljogenen Ehe/ und als so wann der Kirchgang geschehen/ sc. † Licet alias jus Saxonum concessionem thalami ad matrimoniū consummationem requirere videatur, art. 45. lib. 3. 8. Landr. Moller. 3. semestr. 23. † Cessat ergo indagatio, quando & quo die dos promissa fuerit soluta; Quia vigore hujus Const. privilegium tacita hypothecæ, ac prælationis, à tempore matrimonii consummati competit, non tantum, si in ipsa Nuptiarum die; Sed 9 & si dos, antea promissa, † longè post consummatum matrimonium numeretur; ita ut privilegium hoc quasi retrorahatur ad diem copulationis, Moller. b.c. num. 1. † Quin etsi mulier simpliciter, ac si ne dotis promissione nupserit, eaque longè post con tractum demum, matrimonium constituta fuerit, nihilominus à tempore matrimonii, per copulam Sacerdotalem consummati, pñvilegium dotis incipere, post Bald. Novell. tract. de dot. p. 6. priv. 16. & Boér. decis. 33. n. 3. rectissimè docet Matth. Berlich. p. 2. 11. concl. 30. num. 14. † Cùm nec hoc casu deficiat causa matrimonii, cum bona pace conservandi, quamvis casset favor matrimonii contrahendi, Berlich. dict. loc.

Ita Domini in causa Matiz viduæ Hermanni Limmers zu Leichern/Mense Octobr. Anno 1630. (Verba sentent. Hat sich nach euer Mannes Absterben zu dessen Gütern ein concursus Creditorum ereignet, dabei ihr auch gleichfalls angegeben, und euer Ehegeld und Leibgedinge jure tacita hypothecæ gefordert. Wann nur gleich das Ehegeld aber erst nach der Hochzeit und volközener Ehe euer Ehemann als eine dos constituiret und zugebracht worden wäre/ sc. So hättet ihr doch nichts desio minder von Zeit an des Kirchgangs und Priesterlicher Copulation ein stillschweigend Unterpfand und jus prælationis wegen solches Ehegeldes vor andern Gläubigern erlanget/ sc.)

- pro eo, quod sibi debetur contrario tutela judicio.  
 17. *Liberis ratione bonorum maternorum pars bona tacite sunt obligata.*  
 18. *Ratione munerum, in testimonium baptismi accipitorum, & à patre tutorio nomine administratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit by poteca...*

## DEFINIT. II.

*In dotalitio quoque jus tacita hypotheca & prælationis incipit à tempore copulationis, per Sacerdotem facta.*

**N**on minus in dotalitio, ac ipsa dote, privilegium tacita hypothecæ, & prælationis à tempore copulationis, per Sacerdotem in templo factæ, incipere, etiam si illud postea constitutum sit, docet Dan. Moller. ad Conf. Elect. 42. num. 10. p. 2. allegans ad hoc Wesenb. † Etsi verò aliter sentiat Modest. Pistor. & cum ipso Jacob. Schult. in addit. part. 2. quæst. 62. num. 10. & seqq. ad tempus dotis allata respicientes: Verior tamen est prouidetur dubio sententia Moller: † Quia dotalitium succedit in locum dotis; ideoque & quoad privilegium ejus naturam sapit, ex vi surrogationis, Nicol. Everh. in Top. in loc. à vi surrogat. † Nec obstat ratio, à Jacob. Schult. dict. loc. adducta: quod dotalitium non debeatur, antequam dos reverà numerata & illata fuerit; adeoque nec prius ratione dotalitii privilegium aliquod mulieri competere pos sit. † Quia non entis nullæ sunt qualitates, l. si Tatio 22. ff. quando dies legat. l. 14. ff. de jur. Codicill. † Quomodo enim, quæsto, privilegium dotis à die nuptiarum competere potest, ex huc Const. quæ tamen & ipsa haud raro longè post consummatum matrimonium numeratur, quin & quandoque contracto demum ac consummato matrimonio constituitur? Defin. præced. num. 10. Quod non minus rationi Jac. Schult. adversari videtur: † Nimirum, privilegium tacita hypothecæ & prælationis lege retrotrahitur ad tempus nuptiarum & copulationis, b. Const. 24.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Inmassen he euch dann auch von eben der Zeit an/in dem Leibgedinge/ wofern ihr dasselbe zu fordern geweinet/ eures Rechtes zu gebrauchen befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Privilegium tacita hypotheca, in bonis paraphernaliis, incipit à tempore illationis bonorum.*

**Q**ualvis ratione bonorum paraphernalium, quæ scilicet præter dotem mulier afferit marito in hujus bonis non competit uxori jus aliquod prælationis; † Horum tamen nomine non minus ac ratione dotis, hypothecam tacitam habet in mariti bonis, juxta veriorem Dd. opinionem in l. ubi adhuc. 29. C. de jur. dot. Jason. in §. fuerat. 29. num. 4. Inst. de aet. Andr. Rauchbar. p. 1. quæst. 34. num. 43. & seqq. Dan. Moller. ad Conf. Elect. 28. num. 37. p. 1. Frider. Pensold. in addit. ad Coler. p. 2. decis. 270. n. 16. Hartm. Pistor. observat. 143. num. 1. † Quam & 3 comprobavit Illustrissimus Elector Saxon. in Ord. Nov. Proc. Jud. tit. 43. vers. 1. Was über die Eheverträge, † Attamen hoc casu jus hypothecæ non à die nuptiarum seu copulationis; sed à tempore factæ illationis incipere existimaverim. De solo tempore dotis privilegio disertis verbis b. Const. loquitur. † Quæ propterea ad bona paraphernalia, contra intentionem illustrissimi Constituentis, extendi haud debet. Quippe bona haec cum dote vel matrimonio nil commune habent, nec favore matrimonii con-

contrahendi sive contracti marito afferuntur. † Quare nec hypotheca horum nomine competere potest uxori, antequam realiter illata fuerint. † Quod & Illustrissimum Electorem sensisse, haud obscure colligi potest dict. tit. 43. §. *Wesch der Weiber.* junc. §. seq. *Was aber die Eheweibere.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: So viel aber die Paraphernal-Gütere anlanget/wiewohl euch einig jus prælationis hierinnen nicht zuständig: So habt ihr doch auch derowegen/ iedoch von Zeit des Einbringens an zu rechnen/ein stillschweigend Unterpfand in eures Mannes Gütern erlanget/ dessen ihr euch auch in concurso Creditorum billich zu erfreuen habt/ V.R.W.)

Et in causa Martha, Valentin Raltschmidts Wittwen zu Grumbach/ Mens. Jan. Anno 1634.

## DEFINIT. IV.

*Non competit mulieri jus tacita hypotheca ratione Gerada aliorumq. bonorum, qua marito administranda non commisit.*

**D**E solis bonis parapernalibus, marito illatis, uxori privilegio tacita hypotheca in bonis mariti prospectum est. † At cessat hoc privilegium in bonis aliis, quæ non parapernalia dicuntur; utpote † quæ mulier marito administranda non commisit, sed sibi reservavit, Hartm. Pift. obf. 110. n. 2. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. Elect. in Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 43. §. *Was aber die Eheweibere.* in fin. † Edque refero Geradam; cuius certe administrationem ac usum ipsamet mulier sibi reservavit. † Ut proinde hujus nomine bona mariti tacita hypotheca jure gravari, absonum esset.

Ita Domini an die Stadt-Gerichte zu Annaberg/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch solches jus tacita hypotheca auf des Weibes Gerade/ und andere Gütere/ so das Weib für sich behalten/ und des Mannes administration nicht untergeben/keinesweges zu geben/et. So hat sich auch bemeldte Wittwe an vorgedachten 36. Reichstagsr. einiger Erstgleit oder stillschweigenden Unterpfandes nicht zu erfreuen/et.)

## DEFINIT. V.

*Sponsa ratione dotis illata, privilegium tacita hypotheca in bonis sponsi non habet.*

**E**xinde, quod privilegium tacita hypotheca ac prælationis, mulieribus in bonis maritorum ratione dotis competens, à die copulationis per Sacerdotem facta incipere, vult Const. b. 24. satis manifestum est, † *Sponsa*, si dotem forsan ante contratum matrimonium numeraverit, jus tacita hypotheca in bonis Sponsi nequaquam competere, Hart. Pistor. observat. 110. n. 7. Bartol. in l. 2 §. 6. *Sponsa* ff. de privil. Credit. Jason. in §. fuerat 29. n. 38. Inst. de action. † Nec enim ante matrimonium, per copulam Sacerdotalem contractum, dos subsistere, ac proprieta nominari potest, l. ult. C. de donat. art. num. 4. ptias l. 3. l. dotis promissio 68. ff. de jur. dot. † Merito igitur & privilegium dotis cessat. Nam non entis nullæ sunt qualitates, l. si Tisio 22. ff. quando dies legat. † Quamvis Sponsa hoc privilegium competit, ut preferatur saltem personalibus Creditoribus, d. l. 2. §. 6. *Sponsa* ff. de priv. Cred. Hartm. Pift. dict. observ. 110. num. 8.

Ita Domini in causa VVilhelmi Gundens zu Göttern/ Mens. April. Anno 1638. (Verba sentent. Ob schon sonstigen Inhalts Elect. Sächs. Constitution den Weibern wegen ihrer Mietgäste in des Mannes Gütern ein stillschweigendes Unterpfand und jus prælationis vor andern Gläubigern zuständig ist: Dieweil ihr aber dennoch selbst berichtet/dass eure Tochter Brüderigam vor der Priesterlichen Copulation, und also vor volkgener Ehe/ verstorben/et. So hat sich auch eure Tochter in des Brüderigams Gütern einiges juris tacita hypotheca nicht zu erfreuen/ V.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*Mulieri, ratione donationis propter nuptias, justa- citæ hypotheca non competit in bonis mariti.*

**J**us civile mulieri in donatione propter nuptias, tacitam tribuit hypothecam in bonis mariti, sed sine jure & privilegio prælationis, l. affiduis 12. §. hoc autem tantum 2. C. qui pot. in pignor. Neguz. de pignor. part. 2. memb. 4. num. 64. Joh. Schneidewin. in §. fuerat 29. n. 36. & 60. Institut. de action. † Quod cum Jure Saxonico nullibi verbis manifestis correspondum reperiatur, etiam in hoc foro idem juris obtinere, ac mulieribus nomine donationis propter nuptias jus tacita hypotheca competere, arbitratur Dan. Moller. ad Const. Elect. 28. num. 50. & seqq. p. 1. † Quæ tamen sententia ab aliis improbatur, Reinh. Rosa in addit. ad Moller. dict. loc. num. 60. Joh. Schneidew. dict. loc. num. 62. Math. Wesenb. pars. 1. cons. 50. n. 27. † propter verba generalia Const. Elect. 28. part. 1. (In dem Gegenvermächtnis aber hat sie sich Disfalls der Priorität den Gläubigern zum Nachtheil nicht anzumessen.) † Quibus mulier omnibus indifferenter Creditoribus hypothecariis postponitur; Nec sine ratione: Quis enim non videt, † Uxorem de lucro captando, Creditores verò de damno vitando certare? Wesenb. dict. cons. 50. num. 27. Ac vereor, † ne, si aliud diceretur, collisionibus & fraudibus fenestra aperiretur amplissima. † Utque tanto minus dubium hanc de re superesset, Illustrissimus Elector. Saxon. in Ditionibus sui Electoratus, mulieribus, ratione donationis propter nuptias, omne jus hypotheca in bonis mariti verbis disertis denegavit, referens eas inter Chirographarios, Ordin. Nov. Proc. Judic. tit. 43. §. So wollen wir/et. † Ex quo porrò inferendum, nec Nutum, ratione donationis propter nuptias, in bonis Soceri jure tacita hypotheca uti posse, † Quamvis aliter sentiat Hartm. Pift. observ. 66. Schneidew. in d. §. fuems 29. n. 33. Inst. de act.

Ita Domini in causa Creditorum Johan. Georgii à Leßt, ad consultationem Johannis Georgii à Stenzel, Mens. Jul. Anno 1632. (Verba sentent. Wegen des Gegenvermächtnis aber/wofern die Wittwe deshalb keine sonderbare Hypothec erlanget/wird sie unter die Chirographarien gesetzt/ und deren Ordnung nach billich befriediget/ V.R.W.)

Item in causa Creditorum N. Hoffmanns zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1579.

It. in causa Henrici Christophori Eberhardi à Klaßchen/ Mens. Decembr. Anno 1597.

Et in causa Abrahami Lauen zu Adorff/ Mens. Febr. Anno 1598.

## DEFINIT. VII.

*Mulier ex jure tacita hypotheca adversus tertium posse sese expiri nequit, si in alienationem bonorum mariti consenserit.*

**C**onsensum expressum in alienatione bonorum inducere renunciationem hypothecæ vel pignoris, docet multis Josephus Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1137. numer. 73. num. 8. & 20. † Ubi hoc etiam extendit ad mulierem; quæ licet alias ex jure tacita hypotheca in bonis mariti sibi competentis adversus tertium possessorem agere haud prohibetur, ad instar aliorum Creditorum; † attamen quando expressè consentit marito, bona sibi hypothecata alienanti, per id hypothecam remittere presumitur, ita ut adversus tertium possessorum ulterius non admittatur, cap. pastorali. 7. extr. de donac. l. qui tabernas argentarias 32. ff. de contr. emp. l. uxori. patrui 20. C. de legat. † Neque enim pignoris remissio donatio est, l. 18. ff. qua in frass. Credit. l. 1. §. cum vedor. 1. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Cum jus debiti non extinguat.

- 5 † Nec legis beneficium concedendum est mulieri, quæ facto suo cecidit à possessione, *L. ult. C. de acq. poss.*  
 6 Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n. 8. † Modò tamen beneficio SCti Vellejani renunciaverit, & Curatoris autoritas ac consensus accesserit; sine quo acta mulieris in fofo Saxonico nullius momenti habentur, *Constit. 15 p. 2.* Quod enim Mascard. *ibid. num. 21.* dicit, † renunciationem hanc præsumptam tūm demum mulieri præjudicare, si maritus alia non habeat bona, ex quibus ipsi satisfieri posset, *juxta Novell. 61. cap. 1. Auth. sive à me G. ad SCtum Vellejan.* † Id procul dubio in fofo Saxonico non obtinet, secundum tradita *supr. Constit. 16. p. 2. defin. 12.*  
 9 Hoc autem ipsi concesserim: † Quod si mulier animo decipiendi tacuerit, ex hac sola taciturnitate pignoris jus remissum censeatur; etiam si non expressè in alienationem consenserit, *i. si sine s. §. i. C. ad SCtum Vellejan. ubi Salycet. I. mulier. 1. C. de dist. pignor.*

Ita Domini ad consultationem Jobst Heurichens von Geislich / Mense April. Anno 1622. (Verba sententia: Da aber dennoch das Weib in solchen Kauff beständiger Weise nicht gewilliger/ und sich dadurch ihres stillschweigenden Unterpfandes/ so sie in ihres Ehemannes Gütern wegen ihres Einbringens erlanget/ begeben hätte/ ic. So wäre sie sich an das verkaufte Gut gebührlich: zu halten/ und ihre Befriedigung bei dem Besitzer zu suchen wohl besugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Non impedit tacita hypotheca, bona alicuius officiens, quo minus is vendere, aliòve modo ea dis- trahere queat.*

- 1 A bsque dubio jus tacita hypothecæ tanquam  
 2 bonus rei inhæret, † ac propterea una cum re venditâ, aliòve modo distracta, ad emptorem vel tertium possessorem transit, *arg. I. debitorum 15. C. de pign. & hypoth. I. si debitor 12. C. de distracti. pign. Harppr. in §. Creditor. 4. num. 29. Inst. quib. mod. 3 re contr. obligat.* † Qui propterea excuso debitorre principali, actione hypothecaria in subsidium conveniri potest.

Veluti etiam pronunciārunt Domini in causa Andreæ Jacobi zu Rochlitz/ Mense Octobr. Anno 1635. (Verba sententia: So ist das Mündlein/ wenn es seine Forderung bei dem Vorwunden nach vorhergehender dessen Excussion nicht erlangen kan/ an den verkauften Acker sich zu halten wohl besugt/ B. R. W.)

- 4 † Quare nec mulier vel alius Creditor, cui bona aliquius lege sunt oppignorata, habet, quod conqueratur, si à marito, vel debitore bona vendantur, aliòve modo distrahanter; † Multò minus vero prætextu tacita hypothecæ ejusmodi alienationem impedire potest; maximè si ex aliis debitoris bonis, aliunde acquisitis, ipsi satisfieri queat: Nec enim propteræ † si tacuerint, ius pignoris amittunt; cum nec Creditor alius, qui præfens & sciens patitur, rem sibi obligatam alteri pignori aut hypothecæ dari, ius suum remittere censetur; Cum è potius ratione id passus videri debeat, † quod sciverit ius suum durare, *I. sicut 8. §. non viderur 15. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 12. Def. fin. 2. num. 1.* † Non tamen nego, quin liberum sit Creditori de hoc protestari, ut salvum sit ius pignoris, si quando contingat, bona debitoris ad solutio nem sibi non sufficere, juxta tradita in simili ab Ant. Fab. *dicit. tit. 12. defin. 1. in fin.*

Ita Domini in causa Catharinae, uxoris Andreæ Gruntdens zu Tonna / Mense April. Anno 1622. (Verba sententia: Habe ich eurem Ehemann 1500. fl. zugebracht/ und dieselbe in seine Güter gewendet/ dahero ihr auf solchen Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlanget/ und es hat gedacht er euer Ehemann sein Haus und Hoff Hansen zwischen vor und um 450. fl. erblichen verkauft/ ic. So ist solcher Kauff zu Rechte häufig und beständig/ und mag dannenherr/ das er obige

eure Einwilligung geschehen/ von euch nicht hinterzogen werden/ B. R. W.)

Item in causa heredum Adriani ab Hilsen zu Leipzig/ ad requisitionem M. Ambroxi Sonnewalds/ Mense Aug. Anno 1589. (Verba sententia: Ob gleich Hans Hilsens Erben sich ihres Pfandrechtens/ so sie auf ihrem väterlichen Gute ihres gehabt/ auf dem Hause zu Altenburg nicht begeben/ ic. So mag doch der von ihrem Vater um solches Haus geschlossene Kauff von ihnen nicht hinterzogen werden/ B. R. W.)

Item in causa Marie, uxoris Martini Rosenbergs zu Nutzis/ Mense August. Anno 1612.

Et in alia causa ad requisitionem Georgii Horns zu Torgau Mense Sept. Anno 1621.

#### DEFINIT. IX.

*Mulieri tamen alienationem bonorum mariti ex jure tacita hypothecæ impugnare licet, si ex reliquis mariti bonis ipsi satisfieri nequeat.*

N E tamen onere vindicationis mulier nimium gravetur, in casu, quo cætera maritibona non sufficiunt, nec aliunde indemnitatî ejus consuli potest, ipsam statim alienationem seu Venditionem impugnare valet. † Haecenus enim maritus bonus, non obstante pignoris jure, vendere potest, si alia bona ipsi supersint, ex quibus mulier indemnitem consequi valeat, *I. jubemus 21. C. ad SCtum Vellejan.* Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n.

† Alioquin sane mulier venditionem impugnare haud prohibetur ad evitandas scilicet lites, quæ ex recuperatione pignoris oriri solent, quasque homœdio avertere potest. † Et cur audiri non deberet mulier, quæ & marito, ad inopiam vergente, jure pignoris uti & dotem exbonis suis repetrere potest? Modest. Pist. part. 2. quest. 62. num. 2. Dan. Moll. ad *Constit. Elekt. 28. n. 63. part. 1.* † Videtur enim maritus civiliter mortuus, quando ad inopiam verget. Ideoque mulieris, perinde in recuperanda dote, habenda videtur ratio, ac si maritus naturaliter fato supremo esset perfunctus, Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pist. *dict. loc. n. 7.*

Ita Domini in causa Johannis Hofmanns zu Jena/ Mense Octobr. Anno 1622. (Verba sententia: So mag auch dannenhero solcher Kauff nicht gesuchten noch hinterzogen werden; es wäre dens/ daß mehrrum ides euer Eheweib in andere Wege ihres Einbringens und Ehegeldes halber sich nicht erholen könnte. Auf solchen Fall möchte ihr berührter Kauff zu Scheide und Nachteil nicht gereichen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Mulier solvens pro marito, ad inopiam postea vergente, condicione indebiti solutum à Creditoribus mariti repetrere negavit.*

C um mulier pro marito solvisset, coque postea ad inopiam vergente, ex bonis ipsius soluta recuperare haud valisset, Condicione indebiti adversus Creditores experiri volebat, † freta juris autoritate, quæ condicione indebiti tribuit solventi id, quod non debet, *I. si pene 19. §. 1. junct. I. in summa 65. §. ult. ff. de condic. indebit. I. 5. C. cod. sit. I. si quid possessio 3. in pr. ff. de petit. heredit.* † Sed haecenus id verum est, si quis suo nomine solverit, quod alter debet. At mulieri videbatur obstat, quod non suo, sed mariti nomine solvisset: Quo certè casu versus liberatur debitor, nec ulla datur soluti condicione aut repetitio ab eo, qui suum accepit; licet alius solverit, *I. repetitio 44. I. quod nomine 8. servus 36. ff. de condic. indebit. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 36. defin. 16. num. 6.* † Placuit ergo mulierem non audiri, quæ non in manu sibi imputare debeat, quod cautius in rebus mariti versata non fuisset.

Ita Domini in causa Christianæ Viduæ Andreae Loehmans zu Grimme / Mensis Februar. Anno 1632. (Verba sentent. Hat einer Ehemann ein Bauergut vor 1200. fl. erkaufst / und weil unterschiedene Schulden darauf gestanden / so bemeldter einer Ehemann ablegen sollen / habt ihr dieselbe theils bezahlet. Ob ihr nun wohl solcher ausgezahlten Gelder aus euerer Ehemannes hinterlassenem Gute nicht wiederum befriedigt werden könnet/ie. So seyd ihr doch dieselbe von denjenigen / so damit abgefunden und bezahlet worden / wieder zu fordern nicht befugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XL

*Mulier potest petere assecurationem dotis ac donationis propter nuptias, marito ad inopiam vergente.*

- 1 **M**ulieri quidem Jure tacita hypothecæ ac prælationis ratione dotis prospectum est, l. affiduis
- 2 12. C. qui pot. in pignor. † Attamen si maritus ad inopiam vergere incipiat, † haud parum juvabit mulierem fortiori jure & assecuratione dotem pariter &
- 3 donationem propter nuptias muniri, † Ideoque petere potest dotis indemnitatem, non tantum proposita in eam actione, sed etiam opposita exceptione; si forte Creditores mariti posteriores pignora sua persequantur, l. ubi adbuc 29. & l. seq. C. de jur. dot. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 10. n. 1. Bartol. in l. si constante 24 §. quoties 2. n. 8. ff. solut. matr. Novell. in tract. de dot. p. 6. in 21. privil. limite. 5. numer. 6.
- 4 † Probanda tamen est in utroque casu paupertas mariti; nec sufficit eam allegare: † Cum non alia quævis causa, neque absentia mariti, det actionem mulieri pro dote in tuto collocandâ, quantumvis longi temporis absentia probetur, Anton. Fab. dict. tit. 7. defin. 12.

Ita Domini in causa viduæ Johannis Heinens zu Leipzig/ Mensis Junio, Anno 1581. (Verba sententie: Da nun euer Ehemann dermaßen in Abnehmung seiner Nahrung gerathen / daß ihr euch benebenst seinem Eheweibe/eurer Tochter / zu befahren/dass sie künftig benebenst ihm die Güter mit ledigen Händen räumen/ und weder ihres zugebrachten Ehegeldes noch Ge- genvermögen habhaft werden möchte/ie. So wäre sie/dass er ihr berührte ihre Ehegeldere zusamt dem Ehevermögen zu Folge der außgerichteten Eheflucht mit seinen noch übrigen und unverpfändeten Gütern versichere / zu suchen wohl besugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XII.

*Pupille competit tacita hypotheca in bonis tutoris, non solum pro sorte principali; sed & pro omnibus accessionibus ex die suscepti officii.*

- 1 **C**ompetit etiam pupillo in bonis tutoris tacita hypotheca, l. pro officio 20. C. de admin. tutor. l. un. §. i. C. de rei uxor. act. † Quæ tamen non ab eo die incipit, quo rationes redditæ & reliqua explicata sunt. † Nec à tempore ceptæ administrationis, sed ab ipso suscepti officii die, dict. l. pro officio 20. C. de admin. tut. Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 7. defin. 1. num. 4. † Siquidem tutor non minus tenetur de negotiis, quam de male gestis, l. i. & tot. tit. C. si tut. vel Curat. non gess. † Quod & disertè confirmavit Illustrissimus Saxon. Elector in Ordin. Nov. Jud. Process. tit. 45. §. Ob auch wohl Zweifel/ie. † Neque pro ea duntaxat quantitate, quæ principaliter debetur, sed etiam pro accessionibus omnibus jus hypothecæ pupillo datur. † Sequuntur enim accessiones ordinem & privilegium sui principalis, l. Lucius 18 ff. qui potior in pign. c. accessionum 42. de reg. jur. in sexto. † Inter hasce accessiones resert etiam Ant. Fab. dict. loc. num. 6. illos sumptus, quos in item, quam eo nomine adversus tutorum, ejusve heredes institui necesse fuit, erogatos appetet, arg. l. quod privilegium 8. ff. depositi. † Est tamen privilegium tacita hypothecæ, pupillo induktum in bonis tutoris, personalissimum, neque ad ejus heredes transit; ne quidam

ad suos & descendentes, ut probat post Bartol. in l. 67. §. si puella 5. num. 1. ff. de rit. nupt. Matth. Coler. part. 2. decisi. 274. & seqq.

Ita Domini in causa Creditorum Erhard Richters zu Wittenburg/ Mensis August. Anno 1633. (Verba sent. Iun. andern folget in der Ordnung der Gläubiger Caspar Schmidt/wegen dessen so der Schuldener/ von Zeit an der ihne auffgetragenen Vormundschaft/ eingetragen/benebent den auffgelaufenen Zinsen/ Vermöge seines erlangten stillschweigenden Unter- pfandes/ie.)

## DEFINIT. XIII.

*Bona ejus, cui pecunia pupillaris à tute mutuò fuit data, jure tacita hypotheca obligata non sunt.*

**S**ola tutelæ causa, non etiam pupilli persona est, 1 quæ taciti pignoris privilegium meretur. Datur siquidem privilegium hoc causæ, non personæ; & 2 ideo transit in heredem, l. pro officio 20. C. de admin. tutor. junct. l. ex pluribus 42. ff. de administr. tutor. l. un. §. i. C. de rei uxor. act. † Ex quo fit, ut pupillo 3 non competit privilegium tacita hypothecæ in bonis illius; qui, cum nec tutor esset, nec se pro tute gerere vellet, tamen bona pupilli per speciem administrationis invasit, animo scilicet deprædandi, l. pupilli 6. §. sed & si quis 3. ff. de negot. gest. Anton. Fab. in Codic. l. 8. tit. 7. defin. 2. n. 3. † Porro ex eodem fundamento nec bona ejus, cui à tute pecunia pupillaris mutuò data fuit, quique propterea ex contractu, vel quasi contractu pupillo tenetur, ipsi jure tacita hypothecæ sunt obligata, Ant. Fab. dict. loc. num. 6. 7. † In 5 solius enim tutoris bonis pupillus habet tacitam hypothecam dict. l. un. §. i. C. de rei uxor. act.

Ita Domini ad consultationem VVenceslai Bergmannus zur Bittau/Menk Jul. Anno 1630. (Verba sentent. Ob nun wohl ihr benebenst euerer Mit-Vormunden solches Geld wegen gedachter eurer Mündlein bey Marien Opizien um gebührende Verzinsung ausgethan/ie. So haben sich doch dahero euro Mündler in der Schuldnerin Gütern einiger Priorität oder stillschweigenden Unterpfandes vor denen andern Gläubigern nicht anzumessen/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIV.

*Obligata quoque sunt jure tacita hypotheca bona illius, qui se pro tute vel Curatore gessit.*

**N**on solum in tutoris, sed etiam in ejus bonis, qui, 1 cum tutor revera non esset, tamen pro tute, vel Curatore negotia gessit, pupillus habet privilegium tacita hypothecæ, Gloss. & Dd. in l. pro officio 20. C. de admin. tut. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 7. defin. 2. num. 1. † Quod & placuit Illustrissimo Saxon. 2 Electori in Ordin. Nov. Process. Judic. de Anno 1622. tit. 45. §. Ob auch wohl verf. Wann aber einer. † Neque enim debet hic melioris esse conditionis, quam verus tutor, ob id solum, quod se tute mentitus sit, l. rem alienam 41. in fin. ff. de pign. act. L. u. 6. ff. de rei vindic. † Hæc autem inter verum tute, & 4 cum, qui se pro tute gessit, differentia existit: Quod bona pro tute non à die suscepti officii obligata videri possunt (ut dixi de tute supr. Definit. 13.) Quia nunquam officium ille suscepit. † Sed ab eo tantum 5 die, quod se tute falsò gessit, seu administrare coepit, Ordin. Nov. Process. Judic. dict. tit. 45. dict. verf. Wann aber verb. final. Goll das dingliche Rechte von Zeit der angemasten Administration seinen Anfang gewinnen. Annon ergo melioris in ea conditionis erit tutor falsus, juxta modo dicta? † Verum id est, sed sit hoc propter moram casus negligitatem, ut loquitur Marcellus in l. si mulier 59. §. ex aff. 1. ff. de jur. dor. † Sicuti melioris quoque conditionis quandoque est prædo, quam bone fidei possessor, ut in l. si quid possessor 31. §. pen. ff. de hered. petis. Fab. dict. defin. 2. §. 9.

Ita Domini in causa der Scherlischen Erben zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1576. (Verba sent. Hat Barthol Scherl seiner Schwester Morten Vormundschafft verwaltet / ihre Geldere eingehoben/ darüber quittirat/ die Ausgaben hinwiederum in Rechnung geführet/ die Geldere ausgeliehen/ und die Versicherung als ein Vormund auff sich stellen lassen. Ob er nun gleich von der Obrigkeit zu solcher Vormundschafft nicht confirmirt und bestätigt worden: So seyn dennoch seine Güter bemeldter seiner Schwester tacitè verhypothecirt/ und sie hat sich vor andern Gläubigern so nicht ältere Verpfändung haben/ der Priorität in der Zahlung billich anzumassen/ V. R. W.)

Et in causa Zachariae & Christophori Bieiners zu Hermendorff/ Mense Octobr. Anno 1630.

## DEFINIT. XV.

*Bona Curatorum ad litem mulieribus tacitè obligata non sunt.*

- ¶ **E**t si mulieres ac virgines sine discrimine omnes, cujuscunq; etiam sint ætatis, in eo minoribus comparentur, quod absque Curatoribus nec in iudicio, nec extra judicium quicquam validè & efficaciter agere queant, Constit. Elect. 15. p. 2. † Attamen illis bona Curatorum suorum tacitè obligata non sunt, Dan. Moller. lib. 2. semestr. cap. 3. & lib. 4. semestr. 41. & ad Confir. Elector. 15. num. 86. p. 2. Matth. Berlich. part. 2. concl. 19. num. 38. † Quia mulieres bonorum suorum administrationem ipsæmet sibi retinent, & ne minimam quidem ejus partem Curatoribus suis, nisi interdum tanquam famulis, committunt, ut certè iniquissimè corundem bona jure tacitæ hypothecæ afficerentur. † Diversa autem obtinet ratio in pupillis & minoribus, quorum bona tutoribus & Curatoribus cum plenâ & liberâ potestate administrandi tanquam Dominis committuntur, Gloss. in L. mandato generali 60. in fin. ff. de procurat. † cujus administrationis ratione bona ipsorum meritò tacitè sunt oppignorata. Quin nec ullibi in Jure Saxonico aut Provinciali, † de tacitâ hypothecâ, in bonis Curatorum ad litem mulieribus competente, verbulum habetur; ut vel propterea onus ipsis imponendum haud sit. † Cum jus taciti pignoris absque expressâ Legis aut Statuti dispositio ne constitui nequeat, tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pignor, vel hypoth. tacit. contr. Moller. dict. cap. 41. num. 7.

Ita Domini in causa Annae, viduz Johannis Krappens zu Leipzig/ Mense Januar. Anno 1583. (Verba sentent. Ob gleich Sigismund Schlagenhaußen euch zum Kriegischen Vormunden geordnet worden/welcher auch eure wegen 1000. fl. eingezogen/ ic. So habt ihr euch doch derhalb in seinen Gütern ei- ner stillschweigenden Verpfändung nicht anzumassen V.R.W.)

## DEFINIT. XVI.

*Tutor tacitam hypothecam non habet in bonis pupilli pro eo, quod sibi debetur contrario tutela judicio.*

- ¶ **I**cet pupillus jus tacitæ hypothecæ, quam ei lex in bonis tutoris indulxit, sui tutoris bona tanquam obligata retinere posuit, l. pro officio 20. C. de administr. tutor. † Tutori tamen in pupilli bonis pro eo, quod sibi debetur contrario tutela judicio, hoc jus concessum non est, Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 34. defin. 1. n. 2. † Non enim contrahitur jus tacitæ hypothecæ, nisi in quibusdam causis, jure expressis, ut appareat ex tit. ff. & C. in quib. caus. pign. vel hypoth. tacit. contr. Inter quas causas hæc nullibi referuntur, Neguz. de pignor. membr. 4. part. 2. ante n. 105. † Adeoque nec tutor prætextu ejus quantitatis, quæ sibi ex causa administrata tutela debetur, pupillares res retinere potest; Quod certè alienum esset à bonâ fide, † quam tutor maximè in restituendis rebus pupillaribus præstare debet, Fab. dict. defin. 1. num. 1. † Nam & qui ob redditas rationes liberationem plenissimam consecutus est, non eò minus reddere debet

res, quas penes se habet ex administratione, l. Aurelio 20. §. ult. ff. de liber. legat.

Ita Domini in causa Matthæi Fleischers & Wolfgang Scheibens zu Leipzig/ Mense Mart. Anno 1630. (Verba sent. Ob nun wohl euer Mündlein bey gepflogener Rechnung euch 721. fl. so ihr seinetwegen mehr ausgeben als eingenommen/ schuldig verblieben/ ic. Dieweil aber dennoch in Rechten nirgend gegründet/ daß ihr dorwegen zu mehrgedachtes eures Mündleins Gütern ein stillschweigend Unterpfand erlanget: So möget ihr auch solcher Forderung wegen den Arrestanten in der Zahlung nicht fürgezogen werden/ V.R.W.)

## DEFINIT. XVII.

*Liberis ratione bonorum maternorum patris bona tacitè sunt obligata.*

**N**uspian in jure tacita hypotheca constituta est privignis in rebus vitrii propter bona materna, quæ vitricus apud se habuit; † Quare nec adversus hunc privigni jure taciti pignoris uti possunt, ut rectè docet Modest. Pistor part. 1. quest. 4. † Aliter res se habet in patre, cuius bona liberis, pro bonis adventitiis, tacitè sunt obligata, à tempore susceptæ administrationis, l. cum oportet 6. §. non autem 2. & §. ult. C. de bon. que liber. Gloss. in l. pro officio 20. C. de admin. tutor. Neguz. de pign. 2. part. 4. membr. n. 7. † Quod tamen non de omnibus indifferenter bonis adventitiis, sed de maternis solummodo accipendum. Etsi enim pater omnium bonorum adventitorum administrator legitimus habeatur; haud tamen omnium, sed maternorum duntaxat nomine, bona illius filio obligantur; ut distinguit Imp. Justinianus in dict. l. cum oportet 6. §. ult. C. de bon. qua lib. † Quin & in bonis maternis id ipsum restringitur, ad eum solummodò casum, quando pater usum-fructum habet horum bonorum. † Hoc enim adempto, nil prorsus juris patri in iis competit. Quare si sponte suâ ea administret, † negotiorum gestor potius, quam legitimus curator seu administrator dicitur, arg. l. 2. & 3. tit. ff. da negot. gest. † Atqui gestoris bona nunquam censentur tacitè obligata, Bartol. in l. si constance. 24. in pr. ff. solus. matr. Johan. Harppr. in s. Creditor. 4. num. 59. inst. quib. mod. re contr. obligat. Neguz. de pignor. & hypoth. dict. memb. 4. secund. part. pr. n. 16.

Ita Domini ad consilatioitem Georgii Heinigens zu Dresden/ Mense Octobr. Anno 1620. (Verba sentent. Da nun der Vater von solchem der Kinder Mütterlichen Gut die Zinsen eingehoben/ und dessen Fruchtressung gehabt hätte/ ic. So wären seine Güter derhalb den Kindern tacitè verobligiert und verpfändet/ V.R.W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Ratione munera, in testimonium baptismi acceptorum, & à patre tutorio nomine administratorum, liberis in ejusdem bonis tacita competit hypotheca.*

**E**rgo ratione reliquorum bonorum adventitiorum, quæ liberi non à matre, sed aliunde accep- runt, denegandum ipsis prorsus erit jus tacita hypothecæ in bonis paternis? † Iniquissimum certè id vi-detur; cum pater ut plurimum ejusmodi bona tutorio nomine ad se recipiat: † Quidni ergo liberis tacita hypotheca in bonis paternis, non tanquam patris, sed tutoris sui indulgeretur? l. pro officio 20. C. de administr. tutor. † Quod & placuit Illustrissimo Saxoni in Ordin. Process. judic. tit. 45. in pr. vers. Deßgleichen die Kindere. † Ex quo Domini in concursu Creditorum inter hypothecarios collocarent filiam, ratione munera, quæ ipsi baptizatae testes baptismi, ou tesserae fidei date donaverant, idiomate nostro (Patengeld.) † Hæc enim non parentibus sed infantibus baptizatis offerri, vulgo creditur. † Etenim si in bonis ejus, qui pro tute saltem

saltem se gessit, pupillis jure tacita hypothecæ pro-spectum est, ut dixi *supr. Defin. 14.* ¶ Cut non multò magis in bonis patris tutorio nomine bona libero-rum administrantis? Vid. *supr. p. i. Const. Elector. 28. Defin. 112.*

Ita Domini in concursu Creditorum, H. VV. zu Leipzig, Mense Januar. Anno 1626. (Verba sentent. Zum dritten des Schuldeners Tochter Catharinen 12. Ducaten Paten-Geld/ deswegen sie ein stillschweigend Unterpfand in des Vatens Güter erlanget /c.)

## CONSTITUTIO XXV.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Unterpfande / so ohne ausdrückliche Bewilligung/und allein von Rechten/ in gewissen Fällen geordnet/tacita hypotheca ge-nannt/in Lehngütern statt haben?

**N**sere Rathé / Juristen-Facultäten und Schöppenstüle seynd desse einig/ daß tacita hypotheca auff und in Lehen-Gütern nicht statt habe. Wann dann ein Lehen-Gut mit Consens des Lehnherren und der Miebelehnten darzu verordnet/dass es den Gläubigern zum Bes-ten soll verkauft werden/ auff den Fall werden auch die Gläubiger/ welchen das Lehen-Gut bes-ständiger Weise ausdrücklich verpfändet / der priorität halben/nach Ordnung ihres erlangten Rechtes/ allen andern billich vorgezogen / da aber folgends von dem Kaufgeld etwas übrig/oder es seynd keine Gläubiger/ die ausdrückliche Verpfändung haben/ vorhanden/ so sollen die jenigen / so tacitam hypothecam auff den Erb-Gütern haben/ und ferner die andern Gläubiger/ nach Gelegenheit ihres Rechtes/ von der Über-mäß des Kaufgeldes vergnüget werden. So viel dann die Abnutzung des Lehn-Guts behan-get/wann in das Lehn-Gut bey Leben des Schul-deners verholffen wird/ und davon die Schulden bezahlet werden/ soll den Gläubigern das jus ta-cita hypotheca auch gebühren/ iedoch mit dem Unterscheid und Erklärung der expressæ hypothecæ, so wohl der Nutzungen als des Lehn-Guts halben/ wie obstehet/ nemlich dass die / so ausdrückliche Verpfändung auff den Lehen-Güs-tern haben/ auch in den Früchten desselbigen ver-holffenen Guts den andern Gläubigern vorge-zhen und vorgezogen werden; allein wo sichs be-gäbe/dass des Schuldeners Weib von den Ex-Brütern oder Hinterstand des Kauf-Geldes nicht könnte vergnüget werden/ sie auch zuvor nicht be-kleidet/ so soll ihr alsdann vor allen andern Gläubigern/ die keine ältere ausdrückliche Ver-pfändung erlanget/ ihre Mittigkeit/ so viel sie der zu beweisen/ wieder erstattet werden/ wie dann auch die Frau/so lange das jus retentionis in den Lehn-Gütern und ihre Unterhaltung haben soll/ bis sie des ihren vergnügt/welches alles insere Hoff-Ges-richte/ Juristen-Facultäten und Schöppenstüle auch also sprechen und erkennen sollen.

## DEFINITIONES.

1. In pretio, ex feudis redacto, preferuntur hypothecariis ii, qui ad conservationem & administratio-nem feudorum fecerunt expensas.
2. Mulieribus quatenus ratione doris in bonis feudal-i-bus competit jus tacita hypotheca ac prælationis.
3. Tacita hypotheca quatenus habeat locum in fructi-bus & commodicariis feudi.
4. Pupilli, Filia, Universitatis, Ecclesia & Hospitalia; quatenus & quatinus utantur jure tacita hypotheca in feudis.
5. Post factam executionem in feudum, licet Vasallo debitori onus servitorum incumbat, ob inopiam tu-men ipsius Creditor ea prefare tenetur ex fructibus feudi.

6. Falsa executione in bona feudalia, Creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo, si per id redigere tur ad inopiam.
7. In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacita hypotheca.
8. Non solum pro dote, sed & pro dotalibus, ac rebus parapernalibus, jus retentionis mulieri competit in omnibus mariti bonis, feudalibus, & allodialibus.
9. Datur etiam mulieri præstauraria portione jus retentionis in bonis defuncti mariti.
10. Ultius Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipsi de donatione propter nuptias, ac portione, in partibus dotalibus assignata, satisfactum fuerit.
11. Vidua non in omnibus ac universis defuncti mariti bonis, sed ad concurrentem estimationem dotis, alienumne rerum, quas petit, jus retentionis exercere potest.
12. Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non nisi ad indigentiam sua necessitatis ex iis alimenta habet.
13. Durante jure retentionis, Vidua, nec non quivis aliis Creditor, hoc ius exercens, ad bonorum administrationem obstringitur.
14. Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel juramento, rationem administrationis reddere tenetur.
15. Texture, aliq. manualia, durante retentionis jure, in domo mariti à Vidua confecta, ipsi cedunt, non mariti hereditibus.
16. Vidua ius retentionis, quod in bonis mariti ha-
- bet, alii vendere, oppignorare & cedere potest.
17. Non competit jus retentionis Vidua, petenti docente illiquidam & controversam.
18. Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta in bonis defuncti Uxor, donec ei de mobilibus, aliena portione debita satisfactum fuerit.
19. Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructus ex bonis immobilibus defuncta Uxor, sicut enim ea administraveris, impensis & laboris mercedem jure petie.
20. Locator jus retentionis habet in bonis, à conductore illatio, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona.
21. Competit etiam Conductori jus retentionis in fundo aut domo sibi locata, pro expensis necessariis, in eâ factis.
22. Famulus sive ancilla ius retentionis habet in dominis habitatione, donec ei de mercede satisfiat.
23. Advocatus, vel etiam actuarius, retinere potest Acta, donec ipsi de honorario satisfiat; Nisi Reipublice interficit, Acta exhiberi.
24. Non habet locum ius retentionis in re aliqua pro expensis seu operis, in aliâ re factis.
25. Res obligatas ex certâ causa licet etiam pro alio debito chirographario, quod liquidum est, retinere.
26. Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona debitoris etiam pro alio debito retinere liceat.
27. Tribusa & collecta non à Vidua, que usitatur jure retentionis in bonis mariti, sed ab ejusdem hereditibus sunt exsolvenda.

## DEFINIT. I.

In pretio, ex feudis redacto, preferuntur hypothecæ ii, qui ad conservationem & administrationem feudorum fecerunt expensas.

1. Quoniam tacita hypotheca in bonis feudalibus mus- quam jure introducta reperiatur, quin potius sa- te coalescens Domini jus quoddam, sive tacitum, si- erg expressum feudo imponi prohibetur, Salyset.
2. Jus. & Dd. in l. ult. C. de jur. Emphyt. † satis liquet, neminem ex Creditoribus Vasalli, jure tacita hypothecæ in feudo uti posse, Modest. Pist. part. 3. q. 122.
3. n. 5. Quippe † quod tacita hypotheca ex sola Legis vel statuti dispositione alicui tribuatur, Neguz.
4. de pignor. 4. membr. 2. part. pr. n. 1. † id quod infor- to Saxonico minus forsan dubium habet, propter Sanctionem Illustrissimi Saxon. Electoris, tacitam hypothecam in bonis feudalibus regulariter prohibentis, b. Confit. 25. in pr. & in Ordin. Nov. Process. Judic. tit. 45. §. Es ist aber allein. Quæ tamen San- ctio in omnibus indifferenter casibus vera non est.
5. Nam † Primo, haud vult eam extendi Constituens Illustrissimus ad residuum pretii, ex feudo redacti. Vendito namque feudo, si ex feudo inde redacto (nonquam ex re allodiali, insr. p. 3. Constit. Elect. 30. Defin. 1.) Credores, expressam hypothecam haben- tes, credita sua prius consecuti fuerint, † Residuum cedit Creditoribus illis, qui tacitam hypothecam ex provisione Legis in bonis allodialibus habent, b. Constit. §. Auff den Fall. vers. Da aber folgendes. dict. tit. 45. §. Desgleichen wenn das Lehn-Gut etc.
7. Quod tamen non aliter † quam secundum priori- tatem temporis accipiendum, ut scilicet ii, qui tem- pore priores, vel etiam Arestatum anteriori consecuti sunt, aliis præferantur. Quibus etiam postea suscep- dent personaliter privilegiati, † aliqui Credores Chirographarii, secundum cuiuslibet privilegium & prerogativam, b. Constit. vers. Und sequet die an- den Gläubiger. dict. tit. 45. §. desgleichen, Moller.

bic n. 3. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 25. num. 81. † Planè si quis ad conservationem & administratio- nem feudi impenderit quid, hujus nomine non modò reliqui Chirographarii, sed & Creditoribus, hypo- thecam expressam habentibus, omnino præferri de-bet. † Cum enim hujus curâ & operâ omnia substantia debitoris & ipsi & Creditoribus ejus salva conser- vetur; absurdum foret, hunc aliis postponi; ut in simili argumentatur Dan. Moller. ad Conf. Elect. 28. n. 86. part. 1.

Ita Domini in causa Joachimi Rethelde in Novendorff Menso April, Anno 1618. (Verb. sent. So werden ihobenante Gläubiger wegen ihres dargeliehenen Gæmgetrendiches/ damit die Feldere den sämtlichen Gläubigern zum Westen be- stelleet worden/ von angeudeuten Kaufgeldern vorerst/ dann darauf diejenigen/weil ihr im Ritter-Gut Schlechtengrün ein beständig ausdrücklich Unterpfand erlanget/ und endlichen auch die andere Gläubigere und Chirographarii, thret Priorität nach/hillich befriediget/ B. R. B.)

## DEFINIT. II.

Mulieribus quatenus ratione dotis in bonis feudalib- bus competit jus tacita hypotheca ac pra- lectionis.

**S**econdo: Mulieribus quoque circa jus tacite hypothecæ in bonis feudalibus ex Constitutione Electoralis specialiter quid fuit indulsum. Etsi enim in feudis maritorum suorum mulieres ratione do- tis non habeant tacitam hypothecam; † multo mi- nus jus quoddam prælationis, ita ut Creditoribus posterioribus, expressam hypothecam habentibus, haudquaquam præferantur, Neguz. de pignor. part. 2. pr. membr. 2. num. 43. Mynsing. cent. 6. obs. 45. n. 3. Ludolph. Schrad. de feud. part. 8. cap. 1. num. 24. † A- liud tamen placet Illustrissimo Sax. Electori, disertis verbis disponenti: Ut si mulier dotem ex aliis mari- tibus allodialibus, vel ex residuo pretio post Cre- ditores, hypothecam expressam habentes, consequi non possit, nec ei dotalitum constitutum fuerit, tunc ipsi jus tacita hypothecæ, pariter ac retentionis & præla-

prælationis, competit, eique dos præ omnibus aliis Creditoribus, expressam hypothecam anteriorem non habentibus, ex bonis feudalibus restitui debeat, b. Constit. 25. in med. vers. Allein wo sichs begebe/r. ubi Moll. n. 4. † Quod & postea confirmatum fuit in Ordin. Nov. Judic. Proc. tit. 45. §. Jedoch wo sichs begebe. † Ad donationem verò propter nuptias hoc extendendum non esse, vel exinde constat, quod nec in bonis allodialibus hujus nomine jus tacitæ hypothecæ competit, Vide Constit. præc. 24. Defin. 6. Reinh. Ros. ad Moll. Conf. Elect. 28. n. 60. p. 1. Wesenb. allegat. à Moll. hic n. 4.

Ita Domini in causa Christophori Lindners zu Naumburg/ Mense Jan. Anno 1606. (Verba sentent. So mag ihr solches an ihren/wegen ihres Einbringens in ihres Mannes Lehengütern/ haben den Rechten und jure retentionis zu Nachtheil nicht gereichen/ ic.)

## DEFINIT. III.

*Tacita hypotheca quatenus habeat locum in fructibus & commoditatibus feudi.*

**T**ertiò: Licet in proprietate feudi jus tacitæ hypothecæ locum non obtineat: attamen quin in fructibus & commoditatibus feudi aliter res se habeat, † in iisque Creditores jure tacitæ hypothecæ uti possint, indubitate juris est, Neguz. de pign. part. 2. pr. membr. 2. n. 48. Iaf. in l. ult. n. 78. C. de jur. Empfyt. Schneidewin. de feud. part. 7. n. 21. † Idque expressè fuit confirmatum ab Illustrissimo Saxon. Electore b. Constit. 25. §. So viel denn die Abnutzung. Ord. Nov. Proc. jud. tit. 45. §. Wenn aber gleichwohl/ ic. Quod tamen (1.) † hactenus saltem procedit, quamdiu Vasallus, feudi possessor vivit, & feudum Domino non aperitur, vel ad Agnatos devolvitur. † Alioquin, mortuo Vasallo, & soluto jure possessoris, jus etiam pignoris & tacitæ hypothecæ solvitur, b. Constit. §. So viel dann. verb. Bey Leben des Schuldener. dict. tit. 45. Ord. Nov. Jud. Proc. §. Wenn aber gleichwohl/ ic. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pst. p. 3. q. 120. n. 20. (2.) † Nec solum in fructibus jam separatis, aut certè separandis, sed etiam in aliis annorum futurorum fructibus jus tacitæ hypothecæ obtinet; ita ut Creditores tacitam habentes hypothecam, fructus quoque futuros lucentur, propter verba generalia dict. tit. 45. & b. Constit. 25. Matth. Berlich. part. 2. concl. 31. n. 22. Quamvis aliter sentiat Jacob. Schult. dict. loc. n. 18. (3.) † Hoc tamen speciale est, ut Creditores, quibus feudum expressè pignoratum est, licet sint posteriores, ex fructibus feudi primo loco satisfactionem percipient; † postea verò Creditores tacitam hypothecam habentes; † ac demum reliqui etiam Creditores, secundum ordinem & prioritatis jura admittantur b. Constit. vers. Jedoch mit dem Unterscheid und Erklärung.

Ita Domini in causa Michaelis à Netwitz/ Mense April. Anno 1631. (Verba sentent. Habt ihr bey eurem guten Freunde/ auch einem von Adel 1000. Reichstshlr. zu fordern/ deswegen ihr euch euers Besugniß und juris tacitæ hypothecæ zu gebrauchen gemeinet seyd. Ob nun wohl solches in dem Eigenthum des Lehens- und Ritter-Guts nicht statt hat/ ic. So werdet ihr doch in den Nutzungen und Früchten berührtes Lehens- und Ritter-Guts/ so lange der Debtor am Leben/ mit solchem jure tacitæ hypothecæ billich gehöret/ und Vermöge dessen allen andern Gläubigern/ so mit des Lehens-Herrns und der Agnaten Consens und Einwilligung keine ausdrückliche hypothecam erlanget/ in der Zahlung billich vorgezogen/ ic.)

## DEFINIT. IV.

*Pupilli, Filiae, Universitates, Ecclesie & Hospitalia, quatenus & quamdiu utantur jure tacitæ hypothecæ in feudi.*

**Quartò:** Denique & pupillo jus tacitæ hypothecæ competit non solum in fructibus & commo-

ditatibus, sed & in ipsa proprietate feudi tutoris juxta dispositionem expressam Illustrissimi Electoris Saxon. in Ordin. Nov. Proces. Jud. tit. 45. Ferner vermerken wir. Aut. Consult. Conf. Sax. tom. 1. part. ult. q. 78. & q. 80. num. 8. Modest. Pst. part. 3. quæst. 120. † Nec videtur hoc casu coniensus Domini deesse; quum is, decernendo tutelam Vasallo, videatur per hoc in obligationem eam, quam Lex ex tali administratione inducit, consensile, Modest. Pst. dict. q. 20. num. 5. Illud tamen hic observandum: (1.) † quod pupillus hoc jure tacitæ hypothecæ in bonis feudalibus eo solummodo calu uti queat, quando bona allodialia debitoris non existunt; † Alioquin sanè si pupillo ex bonis allodialibus satisfieri possit, bona feudalia omnino exempta erunt ab hoc onere, dict. tit. 45. §. ult. vers. Sich alleine quaff den Fall/ ic. (2.) † Non nocet tamen jus tacitæ hypothecæ in feudiis pupillo competens, Agnatis aliisque simultaneè investitis. Quare Vasallo tute defuncto, haud obstante hoc jure, feudum ipsis defertur, dict. tit. 45. in fin. vers. Es soll aber gleichwohl. (3.) † idque ipsum extendit quoque Elector Illustrissimus ad Ecclesiast. Universitates & Hospitalia, ita, ut & hæc jure tacitæ hypothecæ in bonis feudalibus gaudeant, dict. §. ult. vers. Welches wir auch auf Kirchen/ ic. (4.) † Pro elocatione quoque filiarum bona feudalia hodiè sunt tacite obligata, ita scilicet, ut si filia ex hereditate parentum tantum non habeant, ex quo elocari & dotari possint, tūm de num frater vel Agnatus ex feudo eas donare, aut id, quod hereditati deest, ex bonis feudalibus supplere teneatur; † eoque respectu aliis Creditoribus, expressam quoque hypothecam posteriorem habentibus, filia præferantur, dict. tit. 45. † Es trängt sich auch/ ic. Conf. Elect. 46. p. 2. ubi Moller. n. 13.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann/ daß euch solche tacita hypotheca als einem pupill. in den Vormunden Lehen-Gütern zuständig wäre/ auf solchem Fall hätteet ihr euch/ wofern die Erb-Gütere nicht zureichen/ auch aus den Lehen-Gütern selbst zu erholen/ ic.)

Et in causa Hansen Christophen von Seidepits/ Mense August. Anno 1636. (Verba sententia: Ob nun wohl auch sonst dem Mündlein des Vormunden Lehn-Gütere tacite verpfändet seyn/dieweil aber dennoch solches jus tacitæ hypothecæ nach Absterben des Vormunden denen Echensfolgern unschädlich/ ic. So seyd auch ihr nunmehr berührte Schuld aus deme nach Absterben gedachtes Vormundens euch zugefallenen Lehen zu zahlen nicht verpflichtet/B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Post factam executionem in feudum, licet Vasallo debitori onus servitiorum incumbat, ob inopiam tamen ipsius Creditor ed prestare tenetur ex fructibus feudi.*

**A**b executione in bonis feudalibus haud consentiente Domino feudi supersedendum esse, expediti juris est, ut multis probat Matth. Col. de proc. exec. part. 2. c. 3. n. 282. & multis seqq. † Nisi in fructus feudi Creditor executionem petat; Ea siquidem ipsi denegari haud debet, Bartol. in l. 40. n. 1. ubi & Jason. n. 3. ff. de re judic. Matth. Wesenb. p. 1. conf. 50. n. 7. & seqq. Coler. dict. cap. 3. num. 289. Cum quo convenit in Electoratu Saxonie Ordinat. Nov. Proc. Judic. tit. 40. in pr. † Facta autem executione ac immissione in feudum, nihilominus Vasallo, debitori, onus servitiorum incumbit, non Creditori, Dan. Moll. lib. 3. semestr. 33. Bartol. in l. si finita 15. §. si. de vettigatibus 26. n. 5. ff. de damn. infect. Col. dict. c. 3. n. 296. † Nec enim juramentum, à Vasallo præstatum, quo servitia potissimum comprehenduntur, personam ejus egreditur, cap. veritatis 14. extr. de jurejur. Et aquillimum est, † ut Vasallus, ceu debitor,

- tor, cum ab obligatione se hoc modo liberet, servitia, quæ se præstiturum juratò promisit, ipsem præstet, non autem Creditor, cui præter id, † quod illi debetur, modò id consequatur, ex immissione nihil accedit, Moller. dict. cap. 33. n. 2. Quod tamen cum mica salis accipi velim, † si scilicet Vasallus debitor aliunde habeat, unde servitia præstare queat. † Alioquin sanè debitore inope existente, onus servitiorum Creditori accrescit, Matth. Wesenb. dict. cons. 50. n. 20. 9. v. Arg. ita servari, &c. † Quippe hic Usumfructum feudi tenet, ex quo servitia præstanda veniunt, Börn. o hold. de feud. c. i. n. 23. Moll. dict. cap. 33. n. 1. † Quin & propterea Creditor ad servitia paratum se exhibebit: ne Domino feudum, tanquam ob non præstata servitia sibi commissum, revocante, arg. c. i. de milit. Vasall. qui consum. est, executionis effectu defraudemur.

Ita Domini in causa Christophori V. Wolfgangi à Buedersroda / Meaf. Nov. Anno 1595. (Verba sentent. I. H. von P. von seinem Ritter-Gute/welches er euch Schulden wegen auff vorgehende Hülffe und immision eingeräuñer und abgetreten/ von desselben Jährlichen Abnützungen euch bezahlet zu machen/ die Ritterdienste mit zweyen Pferden zu leisten schuldig/re. Da nun gewachter H. von P. solche Ritterdienste von wegen seines Unvermögens nicht verrichten könne: So waret ihr dieselbe/wann sic gefordert würden/ von den Jährlichen Abnützungen berührtes Ritter-Guts zu bestellen pflichtig/re.)

#### DEFINIT. VI.

Facta executione in bona feudalia, Creditor non tenetur præstare alimenta Vasallo, si per id redigere sur ad inopiam.

1. AT, quid si facta executione atq. immissione in bona feudalia, Vasallus debitor nil prouersus habeat, unde se & familiam suam sustentare valeat? † Samè, Vasallos milites ac Nobiles in solidum haud exigendos, sed tantum in executione deducendum esse, ne egeant, ac in casu inopiaz Creditores ex fructibus feudi Vasallø debitori alimenta præstare teneri, multis disputat Matth. Wesenb. part. 1. Consil. 50. num. 19. 3. & 20. † Attramen se nunquam vidisse de consuetudine id observari, tradit Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 19. & num. 31. secutus Rebussum in Ordin. Regn. Gall. in premissio Gloss. 5. num. 91. 4. † Tantoque minus circa executionem parcendum, esse militibus Vasallis, quin in solidum exigi debeant, quanto de his personis certior spes est & expectatio, quod ex laboribus manuum suarum tantum acquirere poterunt, quantum ipsis suppetat pro sui exhibitiōne, ait Coler. dict. loc. n. 132. † Et certè num alimento nominē quid tribuendum sic Vasallo debitori in executione, relictum videtur voluntarie misericordia Creditorum, non constrictum aliquā juris necessitate, l. qui bonis & ff. de cess. bonor. † Ea namque executionis natura est, ut debitor ad ultimum usque demarium bona sua Creditoribus relinquere ac cedere cogatur, Gloss. ult. in l. pen. ff. de cess. bonor. Brun. in tr. de cess. bon. q. 3. † Atque ita ad intimam usque interulam excutitur debitor, ut ait Bald. in L. ult. C. qui bon. cod. A quo jure executionis nullibi expressè exceptiuntur Vasalli; † Quod enim speciale hæc in re privilegium tribuitur militibus armata militiæ in l. miles 6. l. item miles 18. ff. de re judic. Illud ipsum Gloss. in dict. l. miles 6. verb. armata ff. d. t. restringit ad debita in castris contracta; † nec vult idem obtinere in debitibus, domi vel alibi contractis, arg. §. 101. Inst. de testam. mil. † nam & alias privilegia militaria tantum obtinent in actu militantibus l. pen. C. de test. mil. † Sed hæc quidem disputat Coler. loco allegato. In praxi autem opinio Wesenb. etiam in foro Saxonico est recepta, nec denegandum est Vasallis & Nobilibus beneficium competentiae, in quantum scilicet facere possunt, ut docui supra. part. 1. Constit.

- Elect. 32. Defin. 15. † Nisi forsitan Creditor, si non 12 solidum consequeretur, ipsem laboratus esset inopia; † Quo casu, sum omnino egendum sit, 2-13 quius est, Vasallum debitorem indigere, Coler. dict. cap. 3. n. 126.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So viel aber vorgedachtes H. von P. alimentation und Unterhaltung entlanget/ mögert ihr thine dieselbe aus vorberührtem Ritter-Gute zu reichen/gestalten Sachen nach/ wider euren Willen nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

In bonis etiam emphyteuticis locum habet jus tacite hypotheca.

- Multis disputat Dan. Moll. b. 1. & seqq. & lib. 3. semestr. c. 45. an in Emphyteusi locum. habeat tacita hypotheca? ac tandem in negativam sententiam inclinat. Quam hoc potissimum fundamento tueri conatur: quod, † sicuti solidum, † ita & Emphyteus in absque consensu Domini haud pignorare liceat; & sic à feudo ad Emphyteus in argumentum necit; quod in jure validum dicit Nic. Everh. in topic. loc. à feud. ad Emphyteus. † Causam nimurum prohibiti taciti pignoris in eo ponit, quod hoc locum non habeat, quando nec hypotheca absque consensu Domini expressa valet. † Sed fallere mihi videtur, ut pace ipsius dixerim. Nec enim verior ratio cessantis tacite hypothecæ alia unquam dari poterit, quam quod certis tantummodo casibus ac certo modo eam juris dispositio introduxit; quam ad alias casus extendere non licet, tot. tit. ff. & C. in quib. caus. pign. val hypothec. sci. contr. ut pulchre demonstrat Ant. Fab. de error. pragmat. decad. 1. Error. 1. † In bonis autem feudalibus jus taciti pignoris inductum esse, tantum abest, ut potius expressè illud prohibitum fuerit b. Const. 25. † At nullibi à bonis tacita hypotheca affectis, bona emphyteutica excipiuntur; † quippe potius è deuentum, ut bona hæc redacta fuerint ho-dieris moribus ad instar patrimoniorum, Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 8. n. 1. Ut vel propterea etiam ab obligatione legali male excipientur. † Ac stante argumento Mollerii, ex oppignoratione bonorum expressa desumpto: nihilo magis sententia ipsius inde probabitur, quum expediti juris haud sit, an necessariò Domini consensus ad hypothecam Emphyteusos requiratur? † Contrarium enim defendit Jul. Clar. L. 1. 4. sent. 6. Emphyt. q. 8. Ant. Gabr. Roman. comm. opin. lib. 6. tit. de Reg. jur. conclus. 12. num. 18. Aurel. Corbul. tract. de jur. Emphyt. cap. 14. limit. 33. Et vel saltem de jure Saxonico. † valere hypothecam bonorum Emphyteuticorum, irquisito etiam Domini consensu, autumat Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 3. qu. 133. num. 14. † Quin non solum bona emphyteutica hypothecari, sed & irquisito Domino, non fecus ac ea, quæ prouersus libera sunt, & ut vocant, allodialia, alienari posse, tradit Anton. Fab. dict. defin. 8. n. 2. post Joh. Fabr. ad S. adeo 3. num. 3. Inst. de locas. Boër. decif. 204. num. 7. † Apparet certè hinc, quam dubia sit argumentatio Mollerii. † Nec fortior ea, quam ex 14. Consil. Elect. 23. Wann auch. p. 2. deponit. † Deinde sola enim hypotheca expressa ibidem agi, nemo non videt: Quæ procul dubio absque consensu Domini directi haud valida est, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 204. † Inde si inferre velis ad pignus legale sive tacitum, efficies hoc, quod nec in bonis allodialibus sive censiticis immobilibus unquam jus taciti pignoris obtineat; quippe, quod nec hæc absque Magistratus consensu oppignorari queant, art. 8. lib. 1. Landr. Constit. Elect. 23. p. 2. Coler. dict. cap. 10. num. 164. Quam absurdum verò hoc sit, ecquis non videt?

Ita Domini in causa Michaelis à Netwitz/Mense April. Anno 1631. (Verba sentent. Nunquam ihr euch solches Rechtes des stillschweigenden Unterpfandes in des Schuldener's bonis emphyreuticis oder Erbzins-Gütern gar wohl zu erfreuen habt/ V.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*Non solum pro dote, sed & pro dotalitio, ac rebus paraphernalibus, jus retentionis mulieri competit in omnibus mariti bonis, feudalibus & alodialibus.*

- V**ivente etiam marito, mulier quasi communem usum & possessionem omnium bonorum ejus habet saltem jure familiaritatis, *l. qui jure familiaritatis 41. ff. de acquir. poss.* Decius *conf. 400. n. 5.* Aquisfimum ergo est, † ut defuncto eo, gaudeat jure retentionis, quo maneat in possessione bonorum communium, quæ vacua, & sine vitio ad eam pervenit, tamdiu, donec ipsi restituatur dos illata ac numerata, Anton. Neguz. *de pign. part. 5. princ. membr. 4. n. 5.* Vincent. Caroc. *decis. 21. n. 1.* Mynsing. *cent. 6. observat. 45. n. 5.* † In tantum, ut si vidua ab heredibus mariti ex possessione legitima fuerit dejecta, vel blandis sermonibus, quasi heredes ei statim dotem soluturi essent, persuasa discollerit, ante omnia, tanquam spoliata restitu debeat, Decius *dicit. consil. 400. num. 6.* Matth. Coler. *de proc. execut. part. 1. cap. 2. numer. 222.* Hartm. Pistor. *observat. 107. num. 3. & seqq.* † Quod vel maximè procedit de jure Saxonico, quo maritus & uxor dicuntur omnia bona inter se communiter & pro indiviso possidere, *art. 31. & art. 45. lib. 1. Landr. art. 20. lib. 1. Landr. lit. F. versic. sic etiam non cogitur, &c.* † Cur non ergo post mortem mariti vidua possidet ac detinebit bona, tam feudalia, quam allodialia, donec ipsi satisfiat de dote, Weichb. *art. 57. §.* Hat ihr aber / b. Constit. 25. in fin. Zobel. in addit. ad Gloss. *art. 20. lib. 1. Landr. lit. F. versic. sic etiam non cogitur, &c.* † Quin non solum pro dote, sed etiam pro dotalitio, rebusque aliis paraphernalibus jus Retentionis mulieri competit, *arg. l. ubi adhuc 29. C. de jur. dor. Const. Elect. 33. p. 3.* Andr. Rauchb. *part. 1. q. 33. n. 22.* Matth. Welsenb. *p. 1. conf. 77. n. 9.* Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 4. n. 38.*

Ita Domini in causa Susanna Scherlings zu Leipzig/Mense April. Anno 1576. (Verba sentent. Das jus retentionis aber habt Ihr/ bis so lange Ihr eures Ehegeldes und anderer eingebrochen Paraphernal Güter halber befriedigt/ in eures Ehemannes Gütern billlich/ ic.)

It. in causa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnis/ Mense Febr. Anno 1636. (Verba sentent. Ob wohl den Wittwen/behdes in der verstorbenen Männer Erb- und Lehngüter/bis so lange sie ihrer Vermächtnis und anderer weiblichen Gebührnis befriedigt/das jus retentionis zuständig/ ic.)

## DEFINIT. IX.

*Datur etiam mulieri pro statutaria portione jus Retentionis in bonis defuncti mariti.*

- N**on solum pro ipsa dote, sed & pro lucro dotali, quod ex pacto, testamento vel statuto loci debetur, ubi maritus fixit domicilium, Vidua jus retentionis habet, Dec. *conf. 449. num. 23.* Matth. Coler. *de proc. execut. p. 1. cap. 2. num. 220.* † Quidni ergo in possessione bonorum Vidua manebit, donec ipsi plenariè satisfactum fuerit? etiam de portione Statutaria, quam ex Constitutione Electorali, aliòve jure Statutario, ex bonis defuncti mariti lucratur, si eam capere velit; † Quippe quæ in locum dotis illata succedit, maximè in Electoratu Saxonie, quo Vidua Statutariam portionem petens, dotem suam aliqua bona marito illata, conferre tenetur, Const. Elect. 20. p. 3. Coler. p. 1. *decis. 62. n. 3.* † Ut propter ea Vidua non minus hoc casu competat actio, quam pro dote consequenda, multò magis vero Retentio: t'quia facilius possidenti datur retentio, quam non possi-

denti actio, *l. 1. ff. de pignor.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 4. tit. 36. defin. 9. num. 6.* † Quod & satis innuit verba generalia h. *Const. 25. in fin.* Bis sie des ihren vergnüget. Tamdiu ergo Vidua utitur jure retentionis, donec ei satisfactum fuerit de omnibus, quæ ipsi debentur. † Adeoque etiam de portione statutaria, uti in aperto est. Vid. *infr. p. 3. Const. Elect. 33. Defin. 1.*

Ita pronunciatum à Scabinis in causa Vidua Quirini Siegens/ ad requisitionem Johannis Vettters zu Weiffenfels/Mense Nov. Anno 1622. (Verba sentent. Hat obgedachtes Quirini Siegens Wittwe nach dessen Absterben/ Vermöge Thürsl. Sächs. Constitution, zum vierdten Theil seiner Verlassenschaft gelieset/ ic. So ist sie sich des juris retentionis bis zu ihrer Befriedigung zu gebrauchen wohl befugt/ V.R.W.)

It. in causa Vidua Henrici Euglers/ ad Consultationem Benedicti Hansstocks zu Meuerstadt / Mense Jan. Anno 1633. (Verba sentent. Hat eure Pflegefrau nach Absterben ihres Ehemannes Heinrich Euglers/ Vermöge Thürsl. Sächs. Constitution, zu dem vierdten Theil seiner Güter gelieset/ ic. So wird ihr derselbe gefolgt und ausgeantwortet/ und ehe und zuvor solches geschehen/ mag sie sich aus den Gütern zu begeben/wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ sondern sie gebraucht sich so lange des juris retentionis billlich/ V.R.W.)

Et alia in causa ad Consultationem Georgii Agricolæ zu Dresden/Mense Mart. Anno 1616.

It. in causa Alberti & Henrici Fratrum à Buchsdorff zu Zinnis/ Mense Febr. Anno 1636. (Verba sentent. Ob wohl der Wittwe in allen ihres Mannes Gütern/ bis so lange sie ihres Vermächtnis und anderer weiblichen Gebührnis befriedigt/ das jus retentionis zuständig/ ic.)

## DEFINIT. X.

*Utitur Vidua jure retentionis in bonis mariti defuncti, donec ipsi de donatione propter nuptias, ac portione, in pactis dotalibus assignata, satisfactum fuerit.*

**J**ure petit Vidua donationem propter nuptias, aliòve partem bonorum, pactis dotalibus sibi assignatam, non minus atque portionem Statutariam, pactis dotalibus non existentibus, *Const. Elect. 20. p. 3. Matth. Coler. p. decis. 62. num. 11. & de process. execut. part. 1. cap. 3. n. 241.* † Quare & hoc nomine iure Retentionis utitur in bonis defuncti mariti, donec ei plenariè de hoc satisfactum fuerit, *b. Const. 25. in fin.* Andr. Rauchb. *part. 1. quæst. 33. num. 22.* † Et sane 3 pro consequenda donatione propter nuptias, aliòve in pactis dotalibus sibi reliquo, mulieri datur actio, *l. ubi adhuc 29. cum Aut. seq. C. de jur. dor. 5. fuerat 29. ubi Joh. Schneidew. n. 106. Inst. de action.* † Ergo & 4 jus retentionis. Nam cui competit actio, ei multo magis datur retentio per viam exceptionis, *l. que omnia. 21. in fin. cum l. seq. ff. de procur. l. 1. §. is autem 4. ff. de superf.* † Quæ & interdum datur nullam habenti actionem, *l. si in area 33. in fin. ff. de conduct. indebit. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 22. defin. 15. n. 2.*

Ita Domini in causa Ursula/ Vidua Johannis Weiseus/ ad requisitionem Christophori Fleischers zu Lipschau/Mense Mayo, Anno 1633 (Verba iuris. So verblebet es bey solcher Ehestiftung billlich/ und es mag die Wittwe/ ehe und zuvor ihr das darinnen gehane Vermächtnis würtlichen erreichet worden/ aus den Gütern zu weichen nicht angehalten werden/ V.R.W.)

Et in causa Rebecca, Vidua Michaelis Rosmanns zu Leipzig/Mense Jan. Anno 1582.

Et in causa Elisabetha Schönwerters zu Halle/Mense Nov. Anno 1635.

## DEFINIT. XI.

*Vidua non in omnibus ac universis defuncti mariti bonis, sed ad concurrentem affirmationem doris, aliorumque rerum, quas petat, jus retentionis exercere potest.*

**U**ris indubitate est, quod Creditores, etiam si major pars pecuniae debitæ sit exsoluta, pro resto toti pignori iacumbere queant, *l. heredes ejus 25. §.*

Aaaa 3 idem

- idem observatur 14. ff. fam. ercise. l. quamdiu 6. C. de  
2. dist. pign. † Unde & hypothecariam actionem ad-  
versus quoslibet rei oppignorata possessores, ut vel  
res nobis restituatur, vel universum debitum exsol-  
vatur in solidum, intendere non prohibeatur, l. Mo-  
schis 47. ubi Bartol. ff. de jur. fisc. l. 1. ubi Dd. C. si unus  
ex pluribus hered. debit. vel Cred. Neguz. de pign.  
3 part. 8. membr. i. num. 48. † Annon ergo mulieri etiam,  
seu vidua pro dote, aliis rebus sibi debitis in univer-  
sis defuncti mariti bonis jure retentionis uti licebit?  
4 † Ita quidem expeditum esset, si ad restitutionem  
dotis aliarum vè rerum solummodò vidua ageret;  
Jam verò in hunc potissimum finem bonis mariti in-  
5 cumbit, † ut alimenta inde habeat, & fructibus  
eorum ad sustentationem sui, suæque familie uti  
possit interea, dum de dote & aliis ipsi satisfiat, l.  
ubi adhuc 29. vers. ita tamen C. de jur. dor. Dan. Moll.  
6 lib. 4. semestr. 13. n. 1. † Quin & mulier quandoque  
ad restitutionem dotis planè non agit; sed solummo-  
dò sub jure Retentionis alimenta querit, vivente sci-  
licet marito & ad inopiam vergente, Rauchb. p. 1. q. 33.  
7 num. 29. † Satis ergò intentioni ejus correspondet  
bit, si in tot ac tantis bonis jus retentionis exerceat,  
quæ ad concurrentem estimationem sua dotis, & in  
8 causam alimentorum sufficient; † durante interim  
jure tacitæ hypothecæ in reliquis ac universis defun-  
cti mariti bonis, Rauchb. dist. quest. 33. n. 28. Matth.  
Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. n. 224. Andr.  
Gail. lib. 2. observ. 92. num. 12. § 13. Hartm. Pistor. ob-  
servat. 107. n. 12. § 13.

Ita Domini in causa Mariæ, Viduae Christophori Hitzschels/ ad requisitionem Gregorii Bergkans zu Telschitz / Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sentent. Dass sich die Wittwe/ ehe und zuvor sie Vermöge der auffächereten Ehestiftung/ des ihr darinnen gehanen Vermächtnis von den Erben vollständig befriedigt wird/in des verstorbenen Mannes Gütern/ ie doch so weit sich das Vermächtnis erstreckt/ des juris retentionis zu gebrauchen wohl befugt ist/ V. R. W.)

Item in causa Alberti & Henrici, Fratrum à Buchsdorff zu Zinnitz/ Mens. Febr. Anno 1636. (Verba sentent. Da aber dennoch die Wittwe aus dem Leben nichts zu fordern hätte/ auch aus dem Erbe ihrer Gebührniß vollständig abgefunden / auch immittelst ihre Alimenta davon gar wohl haben könnte/ So hätte sie sich auch/ gestalten Sachen nach/ des juris retentionis ferner nicht als in den Erb-Gütern zu gebrauchen Zug/das Leben aber wäre sie euch abzutreten schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Pauli Polmans zu Leipzig/ Mens. Octobr. Anno 1635.

#### DEFINIT. XII.

*Vidua, utens jure retentionis in bonis mariti, non nisi  
ad indigentiam sua necessitatis ex iis alimen-  
ta habet.*

- 1 **R**etentio bonorum mariti non importat alium effectum, quād mulier interim fruatur bonis mariti, quoad indulgentiam suæ necessitatis, & per hoc medium privatæ retentionis consequatur.  
2 suam dotem; † quam si haec tenus perceperisset, non veniret alimentanda ab heredibus, Bartol. in l. f. f. f. familiæ 60. in pr. ff. solut. matrim. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 239. Neguz. de pignor. & hypoth. 4. memb. 5. part. princip. n. 5. Moller. lib. 4.  
3 semestr. 13. † Nec modum excedere debent alimenta, sed in hisce constituendis facultatum mariti, & confuetudinis habenda est ratio, arg. l. cum alimenta 22. ff. de alim. & cib. legat. l. jus alimentorum 3. ff. ubi 4. pupill. educ. deb. l. 50. §. ult. ff. de leg. 1. † Ne scilicet fructus annuos illatae dotis excedant, Coler. dist. cap. 5. 2. num. 229. † Cautè itaque agat Vidua in erogandi impensis pro alimentis & sustentatione sui, ne, si nimis laute vivat, & in conviviis parandis forsitan mul-  
6 tum argenti consumat, † id, quod modum alimentorum excedit, doti imputare cogatur, Andr. Rauchb.

part. 1. quest. 33. num. 34. † Nihil enim præter alimenta necessaria Vidua debetur, l. i. §. mulier au-  
tem. 19. ff. de ventr. in poss. mitt. l. sed si is, qui contro-  
versiam s. an autem 3. de Carbon. edit. † **Quod &** 8  
Juri Saxonico contentaneum est in art. 57. Weichb.  
vers. Hat ihr aber. verb. Sihet im Erbe vor ihr  
eingebracht Gut / und sollen die Kinder ihr die  
Nothdurft geben/ h. e. quantum sufficit pro ipsius  
alimentis.

Ita Domini in causa Georgii Theodorici à Kauffungs zu Kirschau/ Mens. Mayo, Anno 1625. (Verba sentent. Hat vor-  
gedachte Wittwe/als sie sich des juris retentionis in ihres Jun-  
ckern Gütern gebraucht/ beydes zu Besoldung ihres Advoca-  
tens/ so wohl zu Bewirthung ihrer Freunde und Gäste/ so sie  
besuchet/ und ihr beständig gewesen/ Unkosten aufzwendet  
müssen/ce. So ist sie solche Unkosten selbst zu tragen schuldig/  
und es mögen ihr dieselbe nicht passiret/ noch aus gemeiner  
Erbsshaft abgestattet werden/ V. R. W.)

Et ad requisitionem Georgii Agricolæ zu Dresden/ Mens.  
Mart. Anno 1616. (Verba sententia: Ist eine Wittwe neben  
iwenen unmündigen Kindern zwen ganzer Jahr nach des Man-  
nes Absterben in seinen hinterlassenen Gütern geblieben/und  
wegen desjenigen/ so ihr Vermöge des Orts Statuten gebüh-  
ret/ nicht abgefunden worden/ce. So werden ihr die nothdürf-  
tige Alimenta solche 2. Jahr über von den Kindern aufs Rich-  
terliche Ermäßigung billich entrichtet/ce.)

#### DEFINIT. XIII.

*Durante jure Retentionis, Vidua, nec non quivis a-  
lius Creditor hoc jus exercens, ad bonorum ad-  
ministrationem obstringitur.*

**N**on liberat jus retentionis Viduam ab admini-  
stratione bonorum, quin potius hoc jure mu-  
lier, detinens bona defuncti mariti absque Curatore  
bonorum, eorum administrationi se immiscere vide-  
tur. † Repräsentat enim Vidua imaginem & jus 2  
mariti prædefuncti, Bald. in l. pignoris n. num. 2. C.  
de pign. act. & in l. pen. in pr. num. 1. C. de non num.  
pecun. Matth. Welenbec. p. 1. consil. 77. num. 9. & con-  
sil. 50. num. 24. † Quare & ejusdem bona admini-  
strare, omniaque ea, quæ ad officium negotiorum  
gestoris ac patrisfamilias pertinent, eà, quæ par est,  
diligentiæ expedire tenetur, Matth. Coler. de pro-  
cess. execut. part. 1. cap. 2. numer. 225. & 231. Andr.  
Rauchb. p. 1. quest. 33. num. 34. † Hinc, si vidua 4  
durante jure retentionis domum vel conclavia cer-  
tā mercede elocare velit, quin tutò hoc facere  
queat imò debeat, dubium prorsus non est. † Idem-  
que asservandum de omnibus aliis Creditoribus, qui  
in bonis debitorum jus retentionis exercent, arg. L  
2. in pr. C. quando & quib. quart. pars deb. lib. 10. Co-  
ler. dist. c. 2. n. 233.

Ita Domini in causa Eva, viduæ Hansen Körners/ ad re-  
quisitionem Günther Gruners zu Gören/ Mens. Februar.  
Anno 1632. (Verba sentent. Und es ist sich die Wittwe des juris  
retentionis zu gebrauchen berechtigt; ledoch anderer Gestalt  
nicht/ als dass das Gut von ihr pfleglichen verwaltet und be-  
stellt/ und nach Abzug ihres nothdürftigen Unterhaltes das ü-  
brige mit Fleisch aufgezeichnet/und in Rechnung gebracht wer-  
de/ V. R. W.)

Item in causa Benignæ, uxoris Georgii Scherles/ Mens.  
Mart. Anno 1575.

Et in causa Johannis Caspari à Brezins, Mens. April. An-  
no 1632.

#### DEFINIT. XIV.

*Finito jure retentionis, Vidua, mediante inventario vel  
juramento, rationem administrationis red-  
dere tenetur.*

**V**idua, jus retentionis exercens in bonis mari-  
ti prædefuncti, non omnes redditus ac mobilia  
intervertere, vel ad se rapere, sed contenta esse de-  
bet exhibitione sui & familie. † In quam rem Cu-  
ratorem dari convenit, qui cibum, potum, vestitum,  
& tectum mulieri præstet, ac bona administret,  
Matth.

Matth. Coler. de process. execut. part. I. cap. 2. n. 224.  
 3 † Sin autem Vidua (quod facere potest) Curato-  
 rem sive administratorem accipere recusat, ipsamet  
 se administrationi obstringit, & rationibus obnoxia-  
 am facit. † Ideoque cogitur tandem, quod annu-  
 atim, deductis alimentis, e Reditibus supereft, re-  
 stituere heredibus viri, vel etiam in sortem imputa-  
 re, Bartol. in l. Fructus. 7. num. 2. & 3. ac ibi Jason.  
 n. 18. & 19. ff. solut. matr. Coler. dict. cap. 2. num. 225.  
 Andr. Rauchb. p. 1. qu. 33. num. 34. Dan. Moller. lib. 4.  
 sensib. 13. num. 2. Hartm. Pistor. observat. 107. circa  
 fin. Zobel. in addit. ad Landr. lib. 1. art. 22. lit. V. ubi  
 5 decidit, † quod uxor de omnibus bonis, quae in he-  
 reditate defuncti fuisse constat, heredibus respon-  
 dere cogatur. Et facit Landr. l. 1. art. 32. §. ult. v.  
 6 das Weib antwortet/ic. † Hinc & fit, quod de re-  
 bus hereditariis defuncti Vidua cogatur inventari-  
 um confidere, vel deficiente eo, mediante juramen-  
 to rationes reddere, per L. pr. vers. in exigendis, ubi  
 Gloss. verb. jurat à fide C. quando & quib. quart. pars  
 lib. 10. l. Marcellus 11. ff. rer. amotar. Coler. dict. cap. 2.  
 7 num. 233. Moller. dict. cap. 13. num. 2. † Nec enim  
 rationes reddi possunt absque praecedente juramen-  
 to, vel saltem inventario; quippe quod caput &  
 fundamentum rationum reddendarum habetur, L.  
 cum tale 72. S. Tisius 2. ubi Bartol. num. 2. ff. de con-  
 8 dit. & demonstr. Nicol. Boër. decif. 61. num. 6. † Ac  
 omissa inventarii confectione, metuendum, ne  
 Vidua occasione possessionis, & sub praetextu re-  
 9 tentionis, totum dilaceret patrimonium. † dum-  
 que participi reliquarum facultatum nocere cupit,  
 sua etiam simul jura precipitet, ut in simili loqui-  
 tur Imp. in dict. l. 2. in pr. C. quando & quib. quart.  
 10 pars. † Quod certè inventarii confessio impedi-  
 re potest, efficiens, ne jura mulieris confundantur  
 cum patrimonio defuncti, l. ult. S. in computatione  
 9. C. de jur. delib. Anton. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 4. defin.  
 14. num. 11.

Ita Domini in causa Johannis Reiss zu Leipzig / Mense Septembr. Anno 1621. (Verba sententia: Und nachdem vor-  
 gedacht: Wittwe zu ihrem Einbringen geklebet / und bis zu ih-  
 rer Befriedigung in den Gütern siigen verblieben / hat sie sich  
 derselben Verwaltung angewöhnt; indem sie elliche hundert  
 Gulden von den Mietleuten an Gewölben-Zins eingehoben/  
 bey währenden Märkten die Handels-Leute gespeiset/das Heu  
 verfüttert / und sonst allenhalben den Gewinn eingenom-  
 men/ic. So ist sie über ihres Mannes Gütern ein Inventarium  
 vorzulegen/ oder in Mangelung dessen dieselbe evolischen anzu-  
 zeigen/ und ihrer Verwaltung richtige Rechnung zu thun schul-  
 dig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XV.

Texture, alias manualia, durante retentionis jure in  
 domo mariti à Vidua confecta, ipse cedunt, non  
 mariti heredibus.

**N**on debet mulier in domo mariti stare otiosa,  
 tanquam truncus aut corpus mortuum, sed  
 assuefacta est ad lanificia, colum videlicet & fu-  
 sum, pro depellendis otiis, quae ut plurimum indu-  
 cunt luxuriem, aliaque vitia, Paul. de Castro in l.  
 Fructus 7. n. 10. ff. solut. matr. † Quod & dictum Vi-  
 duarum, quae bonis mariti pro assecuratione dotis suæ  
 incumbens ex bonis communibus in domo hereduma  
 alimentatur. † In horum ergo commodum ut &  
 laborare teneatur, omni opere, quod facere didi-  
 cit, putare, filare, nere, suere, texere, &c. & quum vi-  
 detur Paul. de Cast. dict. loc. Bald. in l. 1. n. 6. & 7. C.  
 de legat. & in l. affidius 12. num. 4. C. qui pot. in pign.  
 4 † Nimirum quod vivente adhuc marito, ipsi quoque  
 operari tenebatur, Bartol. in d. l. Fructus 7. n. 19. ff. so-  
 lut. matr. † At, ut hoc concesserim de officiis mu-  
 tuis, quae conjuges sibi invicem debent; Viro præ-

terea in uxorem non competere aliquod jus servitii,  
 vel exigendarum operarum, rectissime afferit post  
 Alexand. in conf. 133. num. 3. vol. 4. quem allegat Matt.  
 Coler. de process. exec. part. I. cap. 2. n. 228. † Multò  
 minus ergo defuncto eo heredibus ad ejusmodi o-  
 peras vidua tenebitur, ut propterea, texturas aliaque  
 manualia, quae durante jure retentionis in domo  
 heredum exereat, horum lucro cedere, non di-  
 cere ausim. † Quin potius haec omnia ipsi viduæ  
 7 acquiruntur, tanquam utensilia, quorum nomine  
 omnia panna, linea, & filamenta, quæcunque mulier  
 texuit, aut texi fecit, sive stante matrimonio, sive  
 soluto eo, regulariter Viduis cedunt, Coler. dict. loc.  
 num. 228.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Dasjenige ar-  
 beit/ so sie mit Nehen/ Spinnen und dergleichen Arbeit bin-  
 nen während der Zeit gefertigt und zubereitet/ verbleibt ihr  
 der Wittwen eigenthümlichen billig/ und sie mag solches in  
 die Erbschafft zu konferieren nicht angehalten werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

Vidua ius Retentionis, quod in bonis mariti ba-  
 bet, alii vendere, oppignerare, & cedere  
 potest.

**I**uris expediti est, quod ius Retentionis in bonis  
 defuncti mariti non modo ipsi Viduae, sed & e-  
 jusdem heredibus competit, secundum tradita-  
 Dan. Moller. hic numer. 6. Vinc. Caroc. decif. 21.  
 num. 10. Myrling. Cent. 6. observat. 82. num. 2. Non  
 solum descendantibus, † sed etiam quibusvis aliis  
 extraneis heredibus, Matth. Berlich part. 2. concl.  
 32. num. 8. † Quinimò hoc ius Retentionis a Vi-  
 dua oppignerari, vendi, donari, aliove titulo cedi,  
 ac in singularem successorem transferri posse, dix-  
 rim cum Myrl. dict. loc. Jac. Schult. prall. quast. 13.  
 n. 10. & seq. † Nam & alijs regulariter ius retenti-  
 onis ratione impensarum per cessionem in alium  
 transfertur, l. in hoc judicium 14. §. 1. comm. divid. Ne-  
 guz. de pign. part. 5. pr. membr. 4. num. 23. Quidni  
 ergo etiam in dote, cuius beneficia majori favore  
 ac privilegio gaudent. † Quamvis dissentiat  
 Moller. hic. num. 6. secutus Welenbec. quem alle-  
 gat, ex eo potissimum fundamento, quod Ususfructus  
 cedi nequeat, l. si Ususfructus 66. ff. de jur. dor.  
 l. 57. §. 1. ff. sol. matr. † Ergo nec ius retentionis,  
 & cum minus sit, ius retentionis habere, quam usum-  
 fructum, quia Ususfructarius lucratur fructus, non  
 autem mulier, quae utitur jure retentionis. † Sed  
 falso nititur Moller. fundamento; Etsi enim ipsum  
 ius Ususfructus ac servitutis sit mere personale, ade-  
 quate personæ perpetuo inhæreat, ita ut licet per in-  
 terna manus ambulaverit Ususfructus, in amissione  
 tamen persona ejus, cui primò constitutus est, spe-  
 cietur, l. 8. §. ult. ff. de per. & comm. rei vend. quo  
 respectu haud cedit alteri dict. l. 66. ff. de jur. dor.  
 & 57. ff. sol. matr. † Attamen exercitium Usus-  
 fructus seu jus perceptionis, quod in utendo fruen-  
 do, & ita quasi extra personam consistit, ad alium  
 sub appellatione Ususfructus bene transferri potest,  
 l. 12. §. 2. ff. de Usufr. l. 38. l. 67. ff. cod. tit. remanente  
 † interim jure ususfructus penes Ususfructua-  
 rum, perinde ac Creditor actionem, quam habet, ven-  
 dere & mandare alteri potest, ita tamen, ut nihil  
 minus jus agendi, quod ex conventione descendit,  
 & ut Dd. loquuntur, ossibus ipsius inhæret, in per-  
 sona ejus remaneat, l. 3. C. de novat. Reinh. Bachov.  
 in animadv. ad Treutl. vol. 1. disp. 16. eb. 10. lit. A.B. ubi  
 hoc latius explicat.

Ita Domini in causa Jacobi Metters zu Bitterfeld/Mense  
 Mart. Anno 1628. (Verba sententia: Habt ihr Andreas Wer-  
 ners Wittweg 100. fl. gelichen und vorgesetzte / wogegen  
 f)

sie euch ihr Ehegeld/ so sie in ihres verstorbenen Mannes Gütern zu fordern/ unterpfändlichen eingesetzt / auch zu solchem Ende ihr jus retentionis, so sie in bemeldten Gütern erlanget/ euch cediret und abgetreten / sc. So ist solche Verpfändung und Cession zu Recht beständig/ und ihr habt euch derselben hillich zu erfreuen/sc.)

## DEFINIT. XVII.

*Non competit jus retentionis Vidua, petenti dotem illiquidam & controversam.*

- 1 **N**on tamen semper ac omnibus indifferenter causibus jus retentionis Vidua exercere valet,
- 2 † Quid enim si maritus alieno nomine bona possedit, putà ut depositarius, comodatarius vel conductor? Aut si mulieri de iis, quæ post mortem mariti illi debentur, vel fidejussoribus, vel pignoribus
- 3 cautum facit? † Sand neutro casu tum Vidua jus retentionis competere, rectè existimant Moller. hic num. 9. & Matth. Berlich. pars. 2. concl. 32. num. 13. &
- 4 5 16. † Quòd & casum detis illiquidæ ac controversæ refero, putà si majorem dotem Vidua sibi arrogaret, quām reverà solvit, tantamque dotem heredes mariti negent, ita ut controversia judicaria de eo instituatur. † Tunc certè mulier, quoad hanc dotem controversam atque illiquidam, in bonis mariti jure
- 6 7 † Retentionis uti non valet, sed bonis excedere juberi potest, modò heredes mariti se in casu succubentiae id, in quo condemnati fuerint, soluturos præstata cautione permittant, Dan. Moller. hic num. 8. Anton. Hering. de fidejuss. cap. 15. n. 117. & seq. Berlich. dict. conclus. 32. num. 15. Nam retentio est quādam compensatio, l. ult. C. commod. Neguz. de pi-
- 9 gnor. pars. 5. pr. membr. 1. num. 37. † Atqui debiti illiquidi cum liquido non admittitur compensatio l. ult. C. de compensat. Neguz. dict. membr. 1. n. 37.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Es wäre dann/ daß bemeldter Wittwen das geforderte Ehegeld allerdings von den Erben nicht gestanden würde/ dieselbe auch/ ausschließlich von ihr ein anders geführt/ die Zahlung versprochen/ und unmittelst Versicherung thun wöllten. Auf solchen Fall wäre die Wittwe selbstens ihres verstorbenen Mannes Gütere nebenst euch zu räumen pflichtig/ und hätte sich unmittelst des juris retentionis nicht zu gebrauchen/ V.R.W.)

Et in causa Antonii Detwers zu Crimmitschau/ Mensl. Jul. Anno 1634.

## DEFINIT. XVIII.

*Maritus jus habet retentionis, non tamen alimenta, in bonis defunctæ uxoris, donec ei de mobilibus aliâve portione debita satisfactum fuerit.*

- 1 **Q**uemadmodum jus Retentionis mulieri competit in bonis mariti: ita huic vicissim illud est
- 2 datum in bonis defunctæ uxoris, † Ideoque si quis ducat uxorem commorantem in suo dotalio vel in domo suâ, defunctæ èa, non cogitur inde discedere, priusquam ei de bonis mobilibus in foro Saxonico, vel de aliis rebus, quæ ipsi ex jure communi vel ex cuiusvis civitatis ac Regionis statuto & consuetudine debentur, satisfactum fuerit, Gloss. Lætin. ad text. german. Landr. lib. 1. art. 20. lit. C. in fin. & in art. 31. lit. C. vers. præterea scias, dict. lib. 1. Dan. Moller. hic num. 11. Matth. Coler. p. 2. decis. 286. num. 4. & de process. exec. part. 1. cap. 2. num. 234. † Id non solum ex naturâ Correlatorum, quorum eadem est disciplina, l. legem Julianam 3. in pr. ubi Bartol. & Janson. C. de in dict. Viduit. toll. Everh. in loc. à correlat. num. 3. Boëc. decis. 48. num. 3. † Sed & propter rationem communis & indivisiæ possessionis bonorum inter conjuges, quæ & uxorem tuetur, quod minus relinqueret cogatur bona mariti defuncti, nisi prius ipsi de dote satisfactum fuerit, uti dixi *supr. Definit. 8.*
- 4 5 † In eo tamen quoad jus retentionis inter Virum & uxorem differentia existit, quod hæc durante jure re-

tentionis ex bonis defuncti mariti alimentari debeat *supr. Defin. 12.* Non etiam vir ex bonis defunctæ uxoris; † Cum nec Uxor in vivis adhuc existens tenetur marito præstare alimenta, nisi in casu inopiaz, si vir aliunde non habeat, unde se sustentare queat, Joh. Petr. Surd. de alim. tit. 1. quest. 35.

Ita Domini in causa Melchior Lannenbergs zu Rosswein/ Mensl. Octobr. Anno 1633. (Verba sententia: Ist euer Ehemann/ Lodes verfahren/ und hat euch ihren Ehemann an einem/ und ihre Kinder erster Ehe am andern Theil/ zusammen einer Erbschaft an beweglichen und unbeweglichen Gütern/ nach sich verlassen/ und weil die Kinder etwas streitig/ und man zur Abtheilung nicht gelangen können/ sendt ihr in den Gütern sien verblichben/sc. So habt ihr euch bis zu eurer Befriedigung des juris retentionis nochmals zu gebrauchen Zug/ eure alimenta aber sendt ihr in der Erbschaft zu suchen nicht berechtiget/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIX.

*Durante jure retentionis, maritus non lucratur fructibus ex bonis immobilebus defunctæ uxoris, si tamen ea administraverit, impensas & laboris mercem jure petit.*

**Q**uia defunctæ uxore, marito jus retentionis exercenti, unâ cum mobilibus, etiam fructus ex hisce percepti ac usuræ pecunia elocatae debeantur, minus forsitan dubium est, † cum hosce non tantum vivente adhuc uxore percepit, artic. 31. & 45. lib. 1. Landr. Reinhard. diff. 45. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 2. num. 45. † Sed & defunctæ èa, mobilia omnia pleno jure, adeoque cum omnibus accessionibus & fructibus lucretur, dict. artic. 31. Zobel. lib. 1. diff. 18. & lib. 2. diff. 39. Rauchbar. part. 1. quest. 39. num. 1. † Secus autem res se habet in fructibus bonorum immobilem, quos maritus uxore defunctæ ulterius non lucratur, ut maximè Jus retentionis in bonis conjugis defunctæ exerceat. † Nec enim Retentio marito hoc casu aliud commodum affert, prætor assecrationem bonorum mobilium, quæ post mortem uxoris ceu heres mobiliaris ex hereditate petit, † eum plus securitatis in rem sit, quām in personam, l. plus cautionis 25. l. minus est 204. ff. de reg. jur. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 217. † Celsat enim ususfructus (qui alias in bonis immobilebus marito competit,) dissoluto per mortem uxoris matrimonio, nec quicquam maritus de bonis uxoris immobilebus in foro Saxonico lucratur, dict. art. 31. lib. 1. Landr. Beust. de jur. connub. part. 2. cap. 67. sub fin. Joh. Schneidewin. ad tit. Instit. de hered. qua ab intest. defer. rubr. de success. int. vir. & uxor. num. 32. † At nonne iniquum dixeris, si forsitan maritus durante jure retentionis bona immobilia defunctæ uxoris administraverit & impensas fecerit, omni præmio cum carere, quin & jacturam sumptuum quandoque sentire? † Hoc inconveniens ut evitetur, non modò impensas ei restituendas, sed & pro labore & operis suis certam mercedem ab hereditibus ei dandam existimaverim, † siquidem nemot absque præmii spe laborare præsumitur, nec hereditibus uxoris mora prædicta debet, l. hominem 37. ff. mand. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 2. defin. 14. n. 1. Vid. omnino Matth. Col. de process. execut. part. 2. cap. 3. n. 38. & infra p. 2. Const. Elect. 32. Defin. 12.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Habt ihr auch die Erbschaft und Güter ingesamt/ ungeachtet euch daran mehr nicht als zwey drittheil/ Vermöge des Ortes Willkür/ aufzunehmen/ bis anhero versorget/ das Getreidige einernden/ die Acker mit Winterzaat wiederum bestellen lassen/ und alles andere/ so einem steifigen Haushwirth gebüret/ verrichtet/sc. So seynd die Steif-Kinder euch die vorgesetzte Unkosten zu threm dritten Theil zu erstatten/ auch eures gehabten Mühlewartung wegen euch aus ehrlicher Leute Erkenntnis Abtrag und eine Ergeslichkeit zu thun schuldig/ V.R.W.)

DEFINIT. XX.

- L**ocator *jus retentionis* habet in bonis, à conductorē illatis, etiam in libris Studiosorum, si alia deficiant bona.
- S**pecies executionis privatæ est Retentio, quæ pluribus in casibus locum habet, pro quibus Lex Creditori prodidit tacitam hypothecam, Anton. Neguz. de pign. & hypoth. in 4. membr. secund. part. princ. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. num. 219.
- t** Exinde fit, quod locatori competat *jus retentionis* in omnibus bonis Conductoris, investitis aut illatis prædio locato, in quibus à Lege præditam habet tacitam hypothecam, l. est differentia 9. cum l. seq. ff. in quib. caus. pign. vel hypothec. l. certi juris s. C. de locat. l. 4. ff. de pac. t Ergò si merces conventa termino destinato non solvatur, potest locator habitatorem expellere, & res invectas atque illatas includere & detinere, donec ipsi satisfiat, etiam privatæ autoritate, l. utique 34. ff. de damn. infect. l. quero 54. S. inter locatorem. 1. ff. locat. Jason. 4. in §. item Serviana 7. n. 80. Inst. de action. t quamvis tutius agat, adhibendo autoritatem Magistratus, nec non Notarium & testes, in quorum præsentia omnia Conductoris bona illata redigantur in inventarium, prout demonstrat Coler. dict. cap. 2. num. 237. & seqq. t ubi *jus retentionis* adeò extendit, ut etiam pro interesse & estimationem deteriorationis locum habeat, Neguz. dict. membr. 4. num. 128. & 129. t Sanè libros Studiosorum communiter solent excipere, in quibus perinde ac in armis nec tacita hypotheca locum habet, neque executio fieri potest, l. commidis 40. ff. de re iudic. Joh. Schneidewin. in §. item Serviana 7. num. 43. Inst. de act. Matth. Coler. de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 132. Joh. Sichard. ad rubr. C. de pign. & hypoth. num. 18. Zaf. ad dict. §. item Serviana 7. num. 23. ubi & Jason. num. 64. t Quod tamen cum mica salis concesserim, quatenus videlicet alia bona adsunt, in quæ possit fieri executio, ac in quibus locum habere queat *jus retentionis*, d. l. commidis 40. ff. de re jud.
- t** Alioquin, si alia deficiant bona, nec armis nec libris parcitur, inquæ hæc indifferenter executio fieri solet, t Sicut & libros Studiosorum hoc casu quotidie arestari & detineri videmus, donec satisfaciant ædium dominis de mercede pro habitatione convenita, Coler. dict. cap. 3. n. 146. & seqq.

Ita Domini ad consultationem Praetoris Lipsiensis, Mense Septembr. Anno 1619.

DEFINIT. XXI.

*Competit etiam Conductori jus retentionis in fundo aut domo sibi locatâ, pro expensis necessariis in eâ factis.*

- Q**uemadmodum locatori pro mercede convenit in bonis conductoris, ita vicissim Conductor pro expensis necessariis, quas fecit in reparacione domus aut habitationis, in eâ *jus retentionis* competit, Matth. Coler. de proc. exec. part. 1. cap. 2. n. 240. t Non solum quia correlativorum eadem est ratio, arg. l. ult. C. de indit. Vid. toll. sed & propter regulam generalem, t quæ rem debitoris retineri permittit, pro impensis aut meliorationibus in eâ factis, t modò non alterius respectu sint factæ, l. quod dicitur 5. ff. de imp. in reb. dotal fact. l. Paulus 14. ff. de doli except. l. si quis rem. 20. ff. de acq. possess.
- t** Ex quo porrà fundamento & hoc sequitur, quod aurigæ, item tabellarii, qui advexerunt vel attulerunt Scholaribus supellestilia, earumque rerum nomine aliquid expenderunt, pro ejusmodi expensis non minus gaudent jure retentionis in rebus appor-

Carpz. Definit. Vol. I.

tatis, ac pro pretio vecturæ, Bald. in l. ult. n. 1. C. commod. Coler. dict. loc. n. 241.

Ita Domini in causa Mariæ Pflugin/ Mense Februar. Anno 1633. (Verba sent. So wird euch wegen solcher aufgewendeten Unkosten/ zu Erhaltung des Guts/ von dem Locator, nicht unbillig gewisser Abtrag gehabt/ ehe und zuvor auch solches geschichte/ und diese Punkta durch Leute Erkäntnis ausschlägige Wege erörtert/ seyd ihr euch des *juris retentionis* in etiieldem Gute zu gebrauchen wohl besugt/ V. R. W.)

Et in causa Johannis Calpari à Bretting/ Mense April. Anno 1631. (Verba sent. So seyd ihr euch bis nach erlangter vollständiger Zahlung des *juris retentionis* in des Locatoris Gute zu gebrauchen wohl besugt/ V.R.W.)

DEFINIT. XXII.

*Famulus seu Ancilla jus retentionis habet in Domini habitatione, donec ei de mercede satisfiat.*

**P**lenius consultum est Creditori Retentione, t quām petitione, t quia Retentio etiam percepsio est, l. deductas 58. §. acceptis 3. ff. ad SCium Trebell. l. cum pater 77. in pr. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de lib. legat. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 30. defin. 2. n. 6. t Ideoque ad hoc juris remedium sèpissimè confundunt ii, quibus alias taciti pignoris jure prospectum non est. t Haud enim absurdum habetur, ut sit retentio sine pignore, l. si in area 33. ff. de cond. indeb. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 5. n. 3. t Ita nimurum Dominus hospitii pro pretio unius & alterius prandii vel cœnæ non prohibetur detinere tot res & bona hospitanti, quanta sufficiunt ad exsolutionem, Bald. in l. certi juris 5. n. 5. 1. locat. t Quin & caupo pro hospitatione vel exhibitione nocturnâ sive diurnâ, in diversorio potest detinere jumenta, aliasve res illatas per hospitatum, secundum Neguz. de pign. 4. membr. 2. part. n. 137. t Et ita sustinetur usus exercentium Cauponationes vinarias & cervisiarias, qui hospitibus cessantibus solvere pretium potūs in tabernâ exhausti, propriâ autoritate detrahunt vestes, enses, pileos, aut quid simile, illudque retinent, donec de pretio satisfaciant, Bald. dict. loc. Coler. de process. exec. part. 1. cap. 2. num. 254. t Fortiori nituntur jure ministri, ancillæ atque famuli mercedem petentes, qui certè, ut abeant & domo Domini excedant, haudquam cogi poterunt, priusquam iis fuerit de mercede satisfactum. t Quo ipso *jus retentionis* videntur exercere in domo domini, habitationem suam in eâ retinentes, donec mercedem consequantur, perinde ac Creditoribus aliis ve bona debitoris usque ad exsolutionem detinere licet, Bald. in l. fin. C. Comm.

Ita Domini ad consultationem Caspari Neudners zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1630. (Verba sententia: Daß obgedachte Magd oder Haushälterin aus des instaurirten Testaments Erben Hause/ ehe und zuvor sie ihres Eiedlohns befriediget/ zu weichen nicht angehalten werden mag/ V. R. W.)

DEFINIT. XXIII.

*Advocatus, vel etiam Attuaris, retinere potest acta, donec ipsi de honorario satisfiat, nisi Republica interficit, acta exhiberi.*

**P**orrò etiam sartoribus & tutoribus pro mercede de *jus retentionis* competit, ac licet vestes & calceos retinere, non obstante, quod materia sit aliena, donec ipsis satisfiat de mercede, Bald. in l. ult. num. 1. C. commod. Andr. Gail. lib. 2. observat. 12. num. 5. t Simili planè modo scriptor libri pro pretio operæ, illum retinere potest, Matth. Coler. de proc. exec. part. 1. cap. 2. num. 246. t Quod & de Advocato assertandum, cui acta es usque apud se retinere licet, donec ipsis satisfiat de honorario, per text. in l. colonus 12. ubi Gloss. ff. de vi & vi armat.

Bbb b

l. qna

1. que omnia 25. in fin. ff. de procurat. l. in hoc judicium  
 4. 14. §. 1. ff. com. divid. Gail. dict. num. 5. † Equipa-  
 rantur enim operæ impensis in eam factis, & labor  
 operantis justam retinendi causam tribuit, Matth.  
 5. Coler. dict. cap. 2. num. 248. † Quod ipsum tamen  
 fallit in actis publicis, quæ exhiberi Magistratus aut  
 6. Reipublicæ interest; † Nec enim jus retentionis al-  
 teri nocere debet. Et potiorem publicæ utilitatis,  
 quam privatæ causam semper esse oportet, l. ita vul-  
 neratus s. 1. §. ult. ubi Gothofr. in verb. utilitate ff. ad  
 Leg. Aquil.

Ita Domini in causa Johannis Ullmanns zu Döbeln/ Mense Mart. Anno 1622. (Verba sententia: Hat gedachter O.H.P. wegen des eingenummenen Geleits keine gewisse Bestallung mit euch aufgerichtet / nichts destoweniger aber Verheissung gethan/ sich gegen euch also zu erzeigen / daß ihr mit ihm zu Frieden seyn sollet/ ic. So ist er solcher Versprechung nachgekommen/ und sich nochmals mit euch zu vergleichen schuldig. Ihr sendt ihm aber die zu überwehnten Geleits-Sachen gehörige und bey euch noch verhandene Acta ihm vorzuenthalten/ und euch des juris retentionis zu gebrauchen/ gestalten Sachen nach/weil man derselben wegen des offenen Geleits stetig be- nötiget ist/nicht befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Non habet locum jus retentionis in re aliquâ pro expen-  
 sis seu operis, in aliâ re fattis.*

1. Quæde jure retentionis haftenus dicta fuere, ea-  
 locum aliter non habent, quam si causa reten-  
 tionis ipsi rei, quæ detinetur, inhæreat, ut *Definit.*  
*precedentibus exemplis demonstratum fuit*, Bald. in  
*l. ult. C. commod.* Andri. Gail. lib. 2. *observat.* 12 num. 5.  
*Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 2. num. 241.*  
 2. & seqq. † Secus res se habet, si quis rem aliquam-  
 pro sumptibus seu operis, in re aliâ præstitis, detine-  
 re velit, veluti conductor equum pro meliorationi-  
 bus in domo sibi conducta factis, aut sartor vestem,  
 3. donec ei de pretio alterius vestis satisficeret: † Quod  
 certè ipsi facere haud licet. Etsi enim latius pateat  
 jus retentionis quam pignoris, Anton. Fab. in Codic.  
 4. lib. 8. tit. 15. defin. 5. num. 3. † Attamen & illud certis  
 limitibus circumscripum est, quos transgredi ne-  
 quit. Nempe ad eum restringi solet casum, quo res  
 5. sine vitio ad aliquem pervenit; † Cum vitio  
 pervenisse videtur, si causa retentionis ipsi rei non in-  
 hæreat, Gail. dict. loc. Neguz. de pign. & hypoth. 5.  
 part. pr. membr. 4.

Ita Domini in causa Johannis Rhöns / Mense Decembr. Anno 1601. (Verba sent. Dass euch die streitigen Tücher ge- gen Entrichtung des gebührenden Färberlohns billich gefol- get werden / und es ist der Färber / wegen des von andern Tüchern hinterstelligenlohns/euch diese Tücher vorzuenthalten/ und sich des juris retentionis darin zu gebrauchen nicht befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Res obligatas ex certa causa, licet etiam pro alio debito  
 Chirographario, quod liquidum est,  
 retinere.*

1. Qui in possessione pignoris est constitutus, nisi  
 ea quoque pecunia, quæ sine pignore debetur,  
 reduatur vel offeratur, non compelli potest ad resti-  
 tuendum pignus propter doli mali exceptionem, l.  
 2. un. C. etiam ob Chirograph. pec. pign. ret. † Et eate-  
 nus verum est, quod rem ex certâ causâ, sive in casum  
 unum obligatam, pro alio etiam debito liquido deti-  
 3. here liceat. † Nempe quia ob chirographariam pe-  
 cuniam pignus retineri potest, dict. l. un. Matth.  
 Coler. de proc. exec. part. 1. cap. 2. numer. 258. & seqq.  
 4. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 1. num. 3. † Id-  
 que locum habet, sive Chirographarium debitum.  
 extiterit ante vel post contractum pignoris, dummo-  
 dò & naturaliter & civiliter debeat, istud mutuum,  
 & res pignorata semel pervenerit sine vitio & cum

voluntate debitoris ad possessorum, Salyset. in dict.  
 l. un. num. 3. C. etiam ob Chirogr. Coler. dict. cap. 2.  
 numer. 258. in fin. † Unicus tamen videtur exci-  
 piendus casus, nimurum quando expressim conve-  
 nerit, ut certâ quantitate solutâ pignus restitu-  
 tur, secundum Anton. Fab. in Codic. dict. tit. 15. de-  
 fin. 3. † Sed nonne semper eadem conditio red-  
 dendî pignoris tacite ineft, si debitum solvatur, li-  
 cet de eo verbis nil dictum fuerit, l. g. §. omnis pecu-  
 nia 3. ff. de pign. att. l. 13. §. etiam 4. ff. de pign. Verum  
 quidem hoc est; † At nocent expressa, non expressa  
 non nocent, l. expressa 88. ff. de reg. jur. l. nonnunquam  
 5. ff. de condit. & demonst. Anton. Fab. dict. defin. 3.  
 num. 5. ubi tamen hanc exceptionem restringit ad  
 pecuniam ante pignus mutuò datam; † ut locum  
 8. non habeat, si dato jam pignore pro certâ summâ,  
 aliud debitum postea contrahatur, † quia conven-  
 tiones nunquam trahuntur ad incogitata, l. 5. l. 9. ff.  
 de transact.

Ita Domini in causa Erici à Wildenhain in Wildenstein/ Mense Decembr. Anno 1626. (Verba sententia: Ist euch obgedachte euer Schuldener über vorige Post / deswegen er auss seinem Gute Versicherung gethan/ und nunmehr die Zahlung geleistet/noch ferner mit 8200. Gl. verhaftet/ ic. So möget ihr/ ehe und zuvor euch solche Summa Geldes vollständig bezahlt/das euch verpfändete Gut abzutreten nicht gedrungen werden/sondern ihr sendt euch des juris retentionis zu gebrauchen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVI.

*Pignoris vinculum aliquod subesse, necesse est, ut bona  
 debitoris, etiam pro alio debito, retinere  
 liceat.*

Quod dicitur ob chirographariam etiam pecu-  
 niam pignus retineri posse, illud plerique ex  
 pragmaticis ita generaliter accipiunt, ut etiamsi de  
 nullo pignore convenerit, sed & alio quopiam titu-  
 lo, veluti locati, res ad Creditorem pervenerit, lice-  
 at ei illam rem debitoris, veluti taciti pignoris jure  
 retinere. † Sed errant procul dubio, secundum  
 tradita Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 15. defin. 5. n. i.  
 † ubi tamen excipit casum l. Julianus 13. §. offerri  
 3. ff. de abt. empl. † Non magis enim is, qui de pi-  
 gnore nullo modo convenerit, potest retinere rem  
 debitoris pro pignore, quam agendo eam persequi,  
 arg. l. Aristot. ff. que res pignor. † Quare pro chi-  
 rographariâ pecuniâ, hoc est, pro quâ nullum alias  
 pignus potest obtendi, istantummodòjus habet re-  
 tinenda rei debitoris, qui eam sibi vinculo pignoris  
 obligatam tenet, l. un. C. etiam ob Chirogr. pec. pign. ret.  
 Anton. Fab. dict. loc.

Ita Domini in causa Johannis Häupts zur Naumburg/ Mense Decembr. Anno 1629. (Verba sententia: Ob nun wohl derselbe zu seinem Behelf einwendet / daß er einmal rechtmäßiger Weise und mit eurer Zulassung in das Haus kommen/ derwegen er dasselbe bis zu seiner vollständigen Befriedigung auch wegen der andern ihm schuldigen Gelder inne zu behalten wohl befugt sei. Dieweil er aber dennoch nur allein mith- weise und titulo locationis conductio in solches Haus hin- ein kommen / niemahls aber titulo hypothecæ die Posse er- langet/ ic. So hat er sich auch mit seinem Einwenden nicht zu behelfen/ sondern er ist euch mehrgedachtes Haus zu räumen und abzutreten/ so wohl die eingehobene Marknung zu er- statten schuldig/ und ehe und zuvor solches geschicht/möget ihr die Zahlung zu thun nicht angehalten werden. B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Tributa & collecta non à Viduâ, qua utitur jure reten-  
 tionis in bonis mariti, sed ab ejusdem heredibus  
 sunt exsolvenda.*

Durante licet jure retentionis, quam Vidu-  
 a exercet in bonis mariti defuncti, † haud tamen  
 ab eâ collecta & tributa exigi possunt, sed ad eorum  
 præstationem heredes mariti sunt obstricti; Non  
 solum † quod hi Domini ac proprietarii bonorum  
 mariti

mariti defuncti existant, quibus tributorum & censuum onus incumbit, arg. l. hi penes quos 4. ubi Bartol. C. de agricol. & censit. lib. ii. sed etiam † quia fractus percepti ex bonis defuncti mariti ad heredes spectant. † Quidni ergo etiam hi onere tributorum & collectorum gravandi essent? l. Imperatores 7. ff. de publican. l. i. vers. fructus C. de annon. & tribut. Alvar. Valasc. de jur. emphyt. quest. 17. n. 26. Vincent. Caroc. in tract. de locat. part. 2. tit. de collect. n. 7. 6. † Nec enim Viduæ, quæ utitur jure retentionis, praeter alimenta necessaria quicquam debetur, l. i. §. mulier autem 19. ff. de ventr. in poss. mittend. l. sed si is qui controversiam s. §. 3. ff. de Carbon. Edic. supr. De-

fin. 12. † quin potius haec ad redditionem rationis & restitutionem eorum, quæ deductis alimentis superfluit, obstringitur, Matth. Coler. de prot. execut. part. 1. cap. 2. n. 225. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 33. n. 34. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 13. n. 2. Hartm. Pistor. obser. 107. circa fin.

Ita Domini in causa Volkmar Eiffelds zu Altengottern Mensl. Decembr. Anno 1635. ( Verba sentent. Dieweil aber dennoch beneficiæ Witwe ihres Mannes Gütere niemahls eigenthümlichen/ sondern nur eine Zeit lang jure retentionis inne gehabt/ ic. So mögert auch nunmehr ihr als dero Erbe/ einige Beschwerung von solchen Gütern zu tragen nicht angehalten werden; sondern es sentet das Mannes Erben die darauß hafftende Steuern zu bezahlen schuldig/ V. R. W.)

## CONSTITUTIO XXVI.

### PARTIS SECUNDÆ.

**Wann ein Pfand bey dem Gläubiger/ ohne desselbigen Verwahrlösung/ verloren wird/wer den Verlust und Schaden tragen soll?**

**N**gemeinen Kaiserlichen Rechten hat es nicht Zweifel daß solches verlohrnen Pfandes Schaden der Schuldner/ als des Pfandes eigenthümlicher Herr/tragen muss. Aber nach Sachsischem Recht ist solche Frage nicht fast richtig. Dann ob wohl daselbst versehen/dass der Gläubiger den Verlust des Pfandes nicht gelten dorffse/wann das Pfand ohne seine Schuld um und weg kommt/ so ist dann noch darneben auch verordnet/ dass er gleichwohl sein Geld verloren haben soll.

Weil aber solche Ordnung nicht allein den gemeinen beschriebenen Kaiserlichen/ sondern auch den natürlichen Rechten etwas zu wider läuft/ so wollen wir auff unterthänige Erinnerung unserer Verordneten/die Disposition des Sachsen-Rechtes in diesem Fall hiermit aufgehoben/ denselbigen derogiret/und darneben geordnet haben/ dass fortan nach gemeinen Kaiserlichen Rechten disfalls gesprochen und erkannt werden soll.

### DEFINITIONES.

1. In terris Electoratus Saxonici Creditor, ob amissionem pignoris casualem, creditum suum non perdit.
  2. Neg. usuras propter pignoris amissionem Creditor petere prohibetur.
  3. Ne quidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amissio pignore, (exceptis equis ac pecudibus) Creditor perdit jus Crediti.
  4. Salva haude est Creditori actio Crediti, si culpâ ipsius pignus perierit.
  5. Rem depositam vel commodatam, perinde ac rem op-pignoratam, etiam in foro Saxonico, dominus à tertio possessore vindicare potest.
  6. Nec in foro Saxonico depositarius, commodatarius aut similes personæ de casu fortuito tenentur.
  7. Tenetur tamen Commodatarius de casu fortuito, si re commodatâ ad alium usum, quam destinatum, utatur.
  8. Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur etiam de casu insolito.
  9. Usufructarius non restituit damnum, grege casu fortuito totaliter interempto.
  10. Caupo tenetur ad restitutionem rei, in cauponâ perditâ, si negligenter ipsius intervenerit.
  11. Non tenetur caupo de re perditâ, que ipso inscio in custodiam Mediastini data fuit.
  12. Socius socio prestat culpam levem, non etiam levif-
- simam, aut casum fortuitum.
13. In cambio, aliove simili contracta innominata, cuius sit periculum.
  14. Re duabus locatâ vel commodatâ, si utriusq; culpâ perierit, singuli in solidum tenentur.
  15. Furtum & Rapina inter casus fortuitos referuntur, quando custodientis culpa non praecessit.
  16. Damnum censetur casuale, non culpâ datum, quando canis rabiosus in gregem irruit, oves dilacerat, ac devorat.
  17. De casu fortuito, seu amissione rei certo constare debet, antequam culpa vel diligentia detentoris probanda venit; nec creditur hac in re juramento afferentis, rem amissam esse.
  18. In casu, ubi culpa levissima praeflenda venit, cuinam onus probandi, rem culpâ, vel absq; ea, amissam fuisse, incambat.
  19. In locato aliisq; contractibus, in quibus culpa saltem levis praeflenda venit, onus probandi semper injungitur ei, qui culpâ casum contigitse contendit.
  20. Venditione perfecta, periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita.
  21. In venditione conditionali, pendente conditione, damnum ac ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad venditorem pertinet.

22. *Damnum particulare rei vendita sub conditione, pendente etiam condicione ad emptorem spectat.*  
 23. *Facta venditione vini degustati aliarumque rerum, que in pondere, numero, vel mensurâ consistunt, antequam ha numerata appensâ fuerint, pericu-*

- lum non ad emptorem, sed venditorem pertinet.*  
 24. *Vendita rei periculum ad venditorem pertinet, si ejusdem dolo, latâ vel levi culpâ res perierit.*  
 25. *Vendoris est periculum rei vendite, quando is fuit in morâ tradendi.*

#### DEFINIT. I.

*In terris Electoratus Saxonici Creditor, ob amissio-  
nem pignoris casualem, Creditum suum  
non perdit.*

1. *A* Quissem à iure civili sanctum reperitur, quod pignoris sine Culpâ Creditoris amissi periculum pertineat ad solum debitorem, nec per id Creditor actionem amittat, vel Creditum suum repetere prohibeatur, l. *pignus 9. C. de pign. act. 1. si Creditors.* l. *que fortuitis 6. C. eod. tit. §. ult. Inst. quib. mod. re-  
2 contr. obligat.* Ex quo inferendum, † haud parum sapere iniquitatis jus Saxonico hoc in casu à jure civili divortium faciens, ac Creditori propter interitum pignoris, actionem Crediti sui exigendi adversus debitorem auferens, si credendum simpliciter Dd. id assertatibus per text. in art. 5. sub fin. vers. Stirbt aber ein Pferd/et. ubi Gloss. lat. lit. E. lib. 3. Landr. Zobel. part. 2. differ. 32. Matth. Coler. part. 1. decis. 7. num. 29. & decis. 9. num. 11. Joh. Schneidewin. ad §. ult. num. ult. Inst. quib. mod. re contr. oblig. Matth. Welenbec. in parat. ff. de pign. act. num. 7. vers. Quod 3 tamē jure Saxonico, &c. † Eaque causa est, quod hanc juris Saxonici dispositionem non modo juri communi, sed & naturali quodammodo repugnantem, Illustrissimus Elector Saxonie in 4 Provinciis suis prorsus abrogârit, † & secundum Jus civile pronunciari jussit, h̄c Const. 26. ubi Moller. num. 3.

Ita Domini in causa Stephanii Hannemanns zu Dresden/ Mense Jan. Anno 1622. (Verba sent. Dass auf den Fall / da die Pfande ohne des Gläubigers Schuld und Verwahrlosung von abhanden kommen wären/ mehrberührte eure Pflegestrau/ ungeachtet/dass sie die Pfande entbehren müsse/ die 200 Bl. nichts destoweniger zu zahlen verbunden/ V.R.W.)

Et in causa Johannis Habermalzengs zu Weissenfels/Mens. April. Anno 1632.

#### DEFINIT. II.

*Neque usuras proper pignoris amissionem Creditor petere prohibebetur.*

1. *E*xinde, quod ad casualem pignoris amissionem, Creditorem suo Creditu haud privandum dixi Defin. prec. colligere licet, ne quidem usuras, † hoc 2 casu Creditorem petere prohiberi; Etenim amissio licet pignore absque culpâ Creditoris, subsistit nihilominus contractus mutui, qui & sine pignore potuit 3 celebrari; † Est siquidem pignus saltem accessio quædam, sicuti fidejussio, l. *si seruum 91. §. nunc videamus 4. ff. de Verb. Oblig. l. 71. vers. Sed & Accessiones 4 ff. de fidejuss.* † Subsistente verò mutuo, quis negabit, usuras expressa stipulatione in contractum mutui deductas, simul cum sorte peti posse, tanquam accessionem & incrementum sortis, l. *Lucius 24. ff. deposit. l. 1. §. si indemnitas 5. ff. de admin. rer. ad civit. penein. l. ult. C. de Usur. rei judic.*

Ita Domini in eadem causa Stephanii Hannemanns zu Dresden/ ( Verba sententia: Dass eure Pflegestrau/ ungeachtet sie die Pfande entbehren müsse/ die 200 Bl. zusammen den Zinsen nichts destoweniger zu zahlen verbunden/ 16.)

#### DEFINIT. III.

*Ne quidem extra Provincias Electoratus in foro Saxonico, amissio pignore, (exceptis equis ac pecudibus) Creditor perdit jus Crediti.*

1. *N*eminem fugere potest iniquitas iuris Saxonici, Creditorem in casu pignoris, sine culpa sua perdit, adeo gravantis, ut Creditum suum à debi-

tore ulterius exigere nequeat art. 5. lib. 3. Landr. Quod & juri naturali adversari, † visum fuit Illustrissimo Saxonie Electori b. Constit. 26. † Nihilominus plerique dispositionem hanc juris Saxonici ad quævis indifferenter pignora extendere ausi fueré, generalem quasi regulam in foro Saxonico formantes: Ut pignore amissio, casset repetitio Crediti, Matth. Coler. part. 1. decis. 7. num. 29. & decis. 9. num. ult. Wesenbec. in parat. ff. de pign. act. num. 7. Moller. hic numer. 9. Schneidewin. in §. ult. n. 20. Inst. quib. mod. re contr. obligat. † Äquiores videntur, qui sanctionem juris Saxonici dict. artic. 5. ad eum solummodo casum restringunt, quando Creditor tantum in pignore confidit, existimantes, ne quidem in foro Saxonico, pignore perdit, Creditorem Creditum petere prohiberi, si in persona obligatio- ne simul fidem aliquam posuerit, Gloss. Germ. ad dict. art. 5. verb. Et hat aber sein Geld/et. Ludolph. Schrad. de contr. sic. de obligation. §. Creditor. ult. num. 54. Berlich. p. 2. conclus. 33. num. 5. † At metuendum, ne hæc ratione dispositio juris Saxonici usu prouersus destituantur, cum Creditor ad personam debitoris semper respectum habuisse, inque ejus obligatione fidem aliquam posuisse presumatur. † Re- ctius dixerim, verbis dict. art. 5. lib. 3. Landr. inha- rendum, eaque, cum de equis ac pecudibus di- fert loquantur ibi: ( Stirbt aber ein Pferd oder ein Vieh/et. ) ad reliqua pignora haudquam extendenda esse, cum Gloss. Latin. ad dict. artic. 5. lit. E. vers. sed adverte. Zobel. part. 2. diff. 32. n. 6. Berlich. dict. conclus. 33. num. 4. † Ex quo efficitur, regula- riter ne quidem in foro Saxonico amissio pignore ex casu aliquo fortuito, Creditorem jus Crediti perdere, licet aliud in hoc utero obtineat casu, scilicet & pecudibus pignori datis. † Hæc dis- positionis rationem si queras, vix aliam inveneris, quam quod Lex ita scripta sit, & verba statuti de hisce solummodo loquantur, Gloss. Latin. dict. loc. & Zobel. dict. diff. 32. n. 6.

Ita Domini in causa Osvvaldi Matthiae & Bartolomaei Schülers zu Leipzig/ Mense Octobi. Anno 1633. (Verba sent. Ob nun wohl solcher Contract in Magdeburg geschlossen/ und bey Eroberung selbiger Stadt die verlorenen Pfande ohne eure Verwahrlosung geraubt und gehemmet worden / auch in gewissen Sachsischen Rechten klar versehen/ das durch Hinwegkommen und Verlierung des Pfandes der Gläubiger zugleich sein Geld verloren. Dieweil aber dennoch solche Verordnung nach Buchstâblichem Inhalt des Sachsen-Reches allein von Pferden und Viehe zu verstehen/ und keineswegs auf andere Pfande zu geben/ dererwegen es auch auf Sachsisches Boden bey der Vorschung gemeiner Kaiserlichen Rechte verbleibt/et. So hat sich euer Schuldner mit der Verordnung des Sachsen-Reches nichts zu behelfen/ sondern er ist euch/un- geachtet die Pfande hinweg kommen/ die Wiederzahlung abgegutes Capitale der 640. Reichsthl. benencket den aufge- lauffenen landüblichen Zinsen nochmals zu leisten pflichtig/et.)

#### DEFINIT. IV.

*Salva haud off Creditori actio Crediti, si culpa ipsius pignus perierit.*

*D*e jure Saxonico pignus in Creditorem tam- 1 quoad dominium, quam quoad possessionem transire videtur, art. 24. 5. Ein ingleß Manu. lib. 2. Landr. † qui eundem effectum alienationis tribuit bonis obligatis vel pignoratis, quam venditis, † in tantum, ut si per Creditorem pignus deinceps alienatus, contra tertium possessorum nulla prodiga sit debi-

debitori actio, sed solummodo contra alienantem, art. 60. dict. lib. Landr. † quem textum conditor juris provincialis Saxonici in latino idiomate sic explicat, ut debitor pignus suum à nemine possit repetere aut evincere, nisi ab eo, cui oppignoravit, Matth. Coler. part. 1. decif. 9. num. 5. † Quid ergo, an Creditor in foro Saxonico de casu fortuito tenetur pignore amissio seu perditio? Ita certè existimare quis posset, quia † res domino perit, ad eumque damnum rei alicuius casuale spectat, l. que fortuitis 6. C. de pign. act. l. damnum 12. C. de locat. l. contractus 23. in fin. de reg. jur. † Sed aliud dispositum in jure Saxonico; Creditorem scilicet non teneri de casu fortuito pignoris, nec conveniri posse ad estimationem rei pignoratae, quæ periiit, Landr. lib. 3. art. 5. vers. Stirbt aber ein Pferd / ic. † Nec enim divortium fecit jus Saxonum hoc casu à jure civili, quo pignus conventionale casu fortuito amissum perit periculo debitoris seu domini, non Creditoris, l. pignus in bonis 9. l. si Creditor 5. C. de pign. act. Coler. dict. decif. 9. num. 1. † Qui nee dict. art. 60. lib. 3. Landr. hodiè usu observari, nec actionem adversus tertium possessorem Creditori in foro Saxonico denegari, dixerim cum Fachl. diff. 1. Vid. defin. seq. † Planè modò dicta de mero casu fortuito accipi velim; † Etenim si culpa aliqua Creditori imputari possit, actio Crediti ei neutiquam erit salva. Nunquam enim casus fortuitus eum excusat, cuius culpa casum præcessit, ut tradit in simili Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 22. numer. 19. † Quod & satis innuunt verba juris Saxonici in dict. art. 5. ibi: Dass es ohne seine Verwahrlosung gestorben sey / ic.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Er könnte dann beweisen und darthun/dass obgedachte Pfände von euch wohl erhalten werden können/ dieselbe aber durch eure Schuld und Fahrlässigkeit hinweg kommen wären / dessen genosse er auf solchen Fall billig/ V.R.W.)

## DEFINIT. V.

*Rem depositam vel commodatam, perinde ac rem op-pignoratam, etiam in foro Saxonico, dominus à ter-tio possessore vindicare potest.*

**N**on solum de pignore sed & de commodato textus juris Saxonici in artic. 60. lib. 2. Landr. loquitur, verbisque disertis disponit: Si commodatarius rem sibi commodatam tertio alicui vendat, aut quovis modo alienet, ipsum dominum commodantem nullam habere actionem contra tertium possessorem, in quem rei commoda alienatio facta est, sed oportere eum agere contra commodatarium. † Unde liquet, eo jure & dominium & possessionem transferri in accipientem ex titulo commodati, perinde ac in contractu pignoris (de quo d. artic. 60. ex pressè loquitur.) † Ex quo ipsi domino non datur vindicatio rei sua in alium translatæ, Matth. Coler. part. 1. decif. 7. num. 7. Ludolph. Faich. diff. 1. Joh. Schneidew. in §. que de fullone 16. num. 2. Inst. de obl. qua ex del. nasc. Matth. Weienbec. in parat. ff. conser. mod. n. 7. † Quod & vigore illius textus generaliter loquentis haud absurdè ad depositum extendi potest. Sed valde irrationalis est hæc in re sanctio juris Saxonici; † Non enim contractus & actus agentium debent aliquid operari ultra montem & intentiōnem contrahentium, l. non omnis 19. ubi Jason. ff. si cert. poterat. † At quis non animadvertis, commodantem rem aliquam non voluisse transferre do-minium, sicuti nec possessionem, l. rei commoda 8. ff. commod. §. possidente 5. vers. pars 2. Inst. de inscrip. dict. † Quare hæc functione neglecta, observantia fori Saxonice aliud introduxit, teste addit. ad Ludev.

Fachl. dict. diff. 1. apud Zobel. p. 2. diff. 32. numer. 14. vers. Ob wohl in primâ differentiâ. † Nimurum in foro etiam Saxonico, Scabini secundum jus civile pronunciare solent: Ut si res commodata com-modatario fuerit surrepta, vel quovis modo alienata, domino competit electio, utrum velit agere contra furem vel alium, in quem facta est alienatio rei commoda, vel ipsum commodatarium, l. ult. §. tales i. C. defurt. §. que de fullone 16. Inst. de obligat. qua ex delict. nasc. † Idemque in pignore & de posito observatur.

Ita Domini in causa Anna à Nostitz, Viduæ Christophori Marschalch's Mense Octobr. Anno 1600. (Verba sent. Habt ihr einem von Adel aus seiner Hochzeit etliche Stücke silbern und golden Geschirr geliehen und vertrauet welches er auch nach gehaltener Hochzeit euch wiederum zu stellen sollen/ und er hat dasselbe nicht gethan/ sondern berührtes Silberwerk Caspar Horn dem alten zu Freyberg für etlich geliehen Geld versetz / ic. So ist ißt gedachter Horn/wofern er nichts erhebliches darüber vorzuwenden/ euch solches Silberwerk ohne Entgeld wiederum zugestellen und folgen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

It. ad requisitionem Johannis Henrici à Nischwitz/ Mense Julio Anno 1630. (Verba sententia: So ist sich der Commodator an den Besitzer/so die Kette von dem Commodatario erkaufst/ zu halten/ und solche ohne Geld von ihm wieder zu fordern wohl befugt / V.R.W.)

Et in causa depositi ad consultationem Senatus Marienbergensis, Mense Jun. Anno 1600. (Verba sententia: Hat Abraham Heinrich ein seiden Atlas-Wammes mit silbern Knöpfen/ und einen Mantel mit guten Sammeten Aufschlägen/ Hansen Sturmen zu treuen Händen in Verwahrung gegeben/welcher aber solche ihme vertraute Kleider bei Jobst Altherrn um 29. Gl. 3. Gr. 4. Pf. versetz / alda sie noch vorhanden/ ic. So ist Abraham Heinrich berührt Kleider/ als sein eigen Gut / zu vindiciren wohl befugt/ und Jobst Altherr ist ihme dieselbe ohne Entgeld folgen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. VI.

*Nec in foro Saxonico Depositarius, Commodatarius, aut similes persone de casu fortuito te-nentur.*

**E**xinde quod dixi Defin. preced. nec dominium nec possessionem rei alicuius in contractu pi-gnoratis, depositi aut commodati in foro Saxonico transferri, satis expeditum esse videtur, † neque in hisce contractibus, perinde ut nec in locatione conductione, casum fortuitum præstandum esse, quippe qui domino seu proprietario accrescit l. que forui-tis 6. C. de pign. act. l. 12. C. de locato. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 24. num. 5. † Dubium solummodo facit textus juris Saxonici in art. 5. §. Was man aber. lib. 3. Landr. ubi tenentur Commodatarius ac Creditor de periculo rei commoda vel op-pignoratae. † Quod & innuit Gloff. ult. in art. 10. num. 5. lib. 3. Landr. At nihil obstat hic textus juris Saxonici; † Loquitur enim de casu deteriorationis, non de totali rei alicuius interitu & casu fortuito, putat si Commodatarius vel Creditor rem com-modatam aut pignoratam, interveniente ipsius culpâ, de-teriorem redditiorit. † Quæ explicatio non modò ex verbis textus (Unverderbet wieder bringen) sed & ex §. subseq. Stirbet aber / ic. dict. art. 1. ma-nifestè probatur; in illo siquidem §. Stirbet aber / ic. diserte disponitur, † quod creditor non teneatur de morte naturali, vel alio casu fortuito. Ergo, ne sanctio hæc §. præcedenti è diametro repugnet, il-lum non nisi de rei deterioratione intelligi in aperto est, ut demonstrat Matth. Coler. part. 1. decif. 7. n. 16. & seqq. † Hæc ergo interpretatione adhibita, nihil jus Saxonum à Jure Civili discordat, cum & ex hu-jus dispositione res commodata non dicatur redditia, que deterior vel corrupta redditur, per l. sed mihi 3. §. si redditio. ff. de commod. l. 1. §. si ram 25. ff. depos. Coler. dict. loc. n. 7.

Ita Domini in causa Abrahami Scheldens zu Gaudisch/Mense August. Anno 1625. (Verb. sent. Habe ihre Andreas Golzschén zu Bestellung eines Ackers/ein Pferd gelichen/welches ihm aber zu Zeitz/als daselbst ein unversehnes Feuer auskomme/mit verbrennet / Ob nun wohl sonst dergleichen casus fortuiti von dem Depositario, Commodatario, oder in dergleichen Fall nicht zu præstire seyn/nc.)

## DEFINIT. VII.

Tenetur tamen Commodatarius de casu fortuito, si re commodata ad alium usum, quam destinatum, utatur.

**S**tat ergò in fôro etiam Saxonico Regula: Quod Depositarius, Conductor, Comodatarius, Creditor & similes personæ non teneantur de morte vel totali interitu rerum sibi concessarum, si fortuito casu perierint, art. 5. §. Stirbet über/nc. lib. 3. Landr. **†** Secus verò si culpa intervenerit, ac deterioratio facta fuerit, Defin. preced. **†** Idque in sartore & fullone etiam procedere arbitròr. Quod etiam dicit Matth. Coler. part. 1. decis. 7. n. 27. etiam si casu fortuito penes sartorem aut fullonem vestimenta amittantur, nihilominus ad eorum aestimationem hunc teneri, per l. cum in plures 60. §. vestimenta 2. ff. locat. **l. itaq. 12. ff. de furt.** **†** Illud jure vix defendi poterit, nisi culpa fullonis aut sartoris casum præcesserit, veluti etiam textus ab ipso allegati ita sunt accipendi; **†** Nec enim in locatione conductione, aliove simili contractu, in quo utriusque contrahentis versatur utilitas, culpam levissimam, ne dicam, casum fortuitum præstari oportet, l. 5. §. 2. ff. de commod. & §. ult. Inst. quib. mod. re junct. l. 23. ff. de Reg. jur. **†** Quia nec aliter Colerum sensisse, patet ex iis, quæ tradidit. loc. num. 28. fullonem scilicet liberari, si exactam diligentiam docuerit, & quod ædes per vim fuerint effractæ. **†** Illud verò expeditum est, quod Commodatarius teneatur de casu fortuito, si re commodata ad alium usum, quam destinatum, utatur, veluti si quis equum ad vectoram commodatum ad bellum duxerit, vel pocula argentea ad coenam parandam commodata peregrè secum portaverit, l. si ut certo s. §. sed interdum. 7. vers. Nam si tibi equum l. in rebus 18. pr. vers. quod autem de latronibus ff. commod. **§** **†** Hic certè tenebitur etiam de casu, quem culpa præcessit, Gloss. in dīc. l. 18. verb. præstariff. d. t. l. item queritur 13. §. si quis servum 3. ff. locati. Coler. dīc. 7. num. 25.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch gedachter Golzsch der Abrede zuwider/ das Pferd nicht im Acker gebraucht/ nc. sondern damit nach Naumburg treissen wollen/ und unterwegs dasselbe gedachter massen ihm Feuer umkommen/nc. So wäre er den Schaden zu tragen/ und den billigen Werth dafür zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

Casum fortuitum in se suscipiens, tenetur etiam de casu insolito.

**Q**uanvis regulariter Commodatarius, Depositarius, similisque persona casum fortuitum haud prætit *spr. Definit. 6.* Attamen res aliter se habet, **2** **†** si casum vel periculum in se receperit; tum enim tenebitur de casu fortuito propter legem contractus, vel conventionis, l. si ut certo s. §. ult. ff. commod. l. 1. §. si convenit 6. ff. deposit. §. præterea 3. Inst. quib. mod. re contr. obligat. l. contractus 23 ff. de reg. jur. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 53. numer. 1. Matth. Coler. p. 1. decis. 7. num 24. At, numeriam de 3 insolito? id affirmare non dubito cum Jason. vol. 1. cons. 107. num. 7. Fachs. 1. contrav. 86. Ant. Fab. dīc. 4. tit. 41. defn. 2. **†** per l. 78. §. ult. ff. de coner. oupe. ubi qui in se suscepit, quod vi aut tempestate factum est, intelligitur in se suscepido, quod per casus

insolitos contingit, ut rectè ibidem notavit Accurs. **†** Et comprehenditur sub casu fortuito insolitus, non extensio aliquâ verbì, sed magis proprietate, quod fortuita ea sint, quæ præter solitum & expectationem nostram accidere consueverunt, **†** velut Incendia, Ruinae, Naufragia, holsum Latronumque incursum, quæ cædem appellatione vis majoris contineri solent, l. 25. §. 6. ff. locat. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig. **†** Admisserim tamen limitationem in easu planè inusitato vel insolitissimo, qui forte mille annis semel contingat, de quo non cogitârunt contrahentes, ut ex Bartolo loquitur Jason. dīc. cons. 107. vol. 1. Andr. Rauchb. p. 2. q. 29. n. 19. Vide quoque Bernh. Grav. lib. 2. concl. 23. cons. 4. n. 6.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Da aber dennoch gedachter Golzsch alle Gefahr oder casus fortui os ausdrücklichen auf sich genommen/nc. So wäre er den Schaden zu tragen/ und euch des verbrannten Pferdes wegen den billigen Werth dafür zu erstatten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

Usufructarius non restituit damnum, grege casu fortuito totaliter interempto.

**U**sufructarius alicujus gregis in locum demoratus & in vinearum vel arborum demortuarum locum alias substituere tenetur, §. sed si gregis 38. Inst. de rer. divis. **†** Rectè enim colere, & ut bonus paterfamilias grege uti debet dīc. §. 38. l. vetus 68. §. ult. & l. seq. ff. de Usufr. Joh. Schneidew. in dīc. §. 38. n. 12. Inst. de rer. divis. **†** Substituenda autem sunt capita pecorum ex illo ipso grege, cuius Usumfructum habet, Fab. in dīc. §. 38. **†** Nec opus est, hæc peti aliundè, si de illo grege non adnascentur aliqua, dīc. l. vetus 68. §. 1. ff. de Usufr. l. 10. §. 3. ff. de jur. dot. Wessnb. Myns. Bald. dīc. §. 38. Inst. de rer. div. **†** Cui consequens est, grege universo interempto, ita ut ex illo alia capita haberi nequeant, Usufructuarium profus liberari, nec ad restitutionem alicujus damni ullo modo teneri. **†** Porro eti quis non Universitatis, ut gregis, armenti, equitii, &c. sed singulorum tantummodo capitum habeat Usumfructum, huic in locum demortuorum substitutionem aliorum haud imponendam, restissimè post Glos. tradit Schneider. in d. §. 38. n. 12. Inst. de rer. div.

Ita Domini in causa Matthæi Rappings zu Nöten/Meus Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Hat bemeldte Wittwe auch eliches Viehe ihrem Chemann zugebracht/ welches ihm aber ingesamme in jüngster Wallensteinischer Plündierung abgomenen worden/nc. So geht der Schaden über die Wittwe böhlich/ und sie ist dannenhero etiige Erstattung von euch als des Mannes und Usufructuarii Erben zu fordern nicht berechtigt/ B. R. W.)

## DEFINIT. X.

Caupo tenetur ad restitutionem rei in cauponā perdita, si negligenter ipsius intervenierit.

**Q**uanvis Caupones seu hospites mercedem accipiunt non custodia causâ, sed ut Viatores manere in cauponā patientur, attamen custodis nomine de omnibus rebus, quas receperunt, ex Edicto prætoris tenentur, **†** ut scilicet recepta restituant, vel si amissa aut perdita fuerint, horum aestimationem præsentent, l. 1. l. 3. §. ult. & rot. sic. ff. Naut. Caupon. stabul. **†** Quod iniquum videri non debet, cum & fullo ac sarcinatore custodiz nomine ex locato teneantur, quamvis haud pro custodiz, sed pro artificio & opera mercedem accipient, l. 5. ff. cod. sic. **†** Receptæ autem res esse videntur, eti non expresse custodiz cauponum assignata sit, sed solum immisit, l. 1. §. ult. ff. Naut. Caupon. stabul. At dixerit quispiam: **†** Quid opus fuit peculiari Prætoris Edicto; Nonne locati actio, si mercede intervenient, vel

vel si gratis res fuerint suscepit, depositi judicium  
6 sufficere potuissent? Non certe; Nam tamen actiones non nisi ex conventione dantur, quæ saxe non intercedit, aut etiam difficulter probari potest. Ex Edicto vero Prætoris Caupones tenentur, etiamsi  
7 conventio non præcesserit, tamen enim facto hospes, qui immittit, testatur se sua fidei custodiamque cauponis committere, & hic silentio suo quasi profitetur, diversorum idoneum esse, cui res tutò credantur, Matth. Wesenbe. in parat. ff. Naut. Caup.  
8 stabul. numer. 5. tamen Quin & Prætoris Edictum hoc amplius præstat, ut non solum ex delo suo, veluti in depositi, aut culpâ, ut in locati judicio, sed omnino modo qui recepit, conveniri queat, tamen non ipsius Cauponis, sed familiæ suæ negligentia vel casu, qui præcaveri potuit, res in hospitium recepta periorit, vel damnum datum sit, l. 3. §. 1. ff. eod. tit. Ideo que caupo ex negligentia tenebitur, nisi prædixerit, usq; unusquisque hospitium res suas servet, quo ipso à periculo se liberare potest, l. ult. in pr. verb. prædixerint ff. eod. tit.

Ita Domini in causa Antonii Bartii, Mense Novembr. Anno 1626. (Verba sentent. Habeat huius benem Wirth im Gasthofe/ darinnen ihr unterschiedlichen gehabter, et/ etliche Sachen verloren/ welche euch theils von andern/ so er beherberget/ theils von seinem eigenen Gefinde genommen und entfremdet worden. Da nur berührter Wirth / dass ihr solche Sachen zu ihm bracht / und dieselbe bey ihm euch gestohlen worden/ solches auch durch seine negligenz und Verwahrlosung geschehen/ geständig/ oder ihr solches wie Recht erweisen und dorthin könnet/ ic. So wäret er euch die verlohrne Sachen wieder zu schaffen/ oder dem rechten Werth nach zu bezahlen schuldig/ B.R.W.)

Ec. in causa Laurentii Coursonky von Warschau contra Johann Behnern zu Leipzig/Mense Octobr. Anno 1636.

## DEFINIT. XI.

*Non tenetur Caupo de re perditâ, que, ipso inscio, in custodiam Mediaastini data fuit.*

1 **E**t si regulariter caupo terreatur ad restitutio-  
nem vel alienationem rei in cauponâ perditâ,  
2 etiamsi non ipsius propria, sed familiæ culpa inter-  
venierit, Definit. præced. l. 3. §. 1. ff. Naut. Caup. stabul. tamen cum & ex familiæ culpa ipsius negligentia aliquo modo argui possit. Attamen hoc aliter verum non est, tamen quam si caupone sciente ac volente, res hospitio suo immissa fuerit, dict. l. 3. §. ult. ff. d. t.  
4 tamen Videtur enim tum silentio suo, haud factâ contradicione diversorum idoneum quasi profiteri, ut tutò ei res credatur, & sic tacitè ad custodiam se obligare, ut mirum haud sit, quod ex Edicto Prætoris ad restitutionem vel estimationem rei perditâ teneatur, Matth. Wesenb. in parat. ff. Naut. Caup. stabul.  
5 numer. 5. tamen Secus ergo res se habet, si inscio Caupones ab hospite Cauponâ illata & custodia familiæ aut Mediaastini commissa fuerit. Etenim hospes hoc ipso à jure suo ex Prætoris edicto sibi competente expre-  
6 sè recessit, tamen eligendo custodiam familiæ seu mediaastini, quem & solum, non vero Cauponem ob id con-  
venire debet, l. 3. §. 3. ff. Naut. Caup. stabul.

Ita Domini in causa Thomæ Michaelis zu Leipzig/Mense Januar. Anno 1629. (Verba sententia: Hat ein Kugelscher von Hamburg euerm Haussknechte ein Päcklein aufliegen gehabt/ welcher dasselbe von abbanden kommen lassen. Da nun wohl bemeldeter Kugelscher von euch solches Päcklein hinwies derum erstattet haben will / zu welchem Ende er wider euch Klage erhoben. Da aber dennoch euer Haussknecht für sich selbst gehabtes Päcklein zu sich genommen / und ihr darum keine Wissenschaft gehabt/noch dasselbe gesehen hättest/ ic. So möchtest ihr auch für eure Person obberührtem Kugelscher einige Erstattung zu thun nicht angehalten werden/ sondern ihr würdet von angestellter Klage billig entbunden und los gejehlet/ B.R.W.)

## DEFINIT. XII.

*Socius socio præstat culpam levem, non etiam levissimam, aut casum fortuitum.*

**B**onam fidem socius socio præstare debet, l. nemo 1 35. in fin. l. cum duobus 52. §. 1. ff. pro socio. tamen Est que judicium pro socio bona fidei, §. actionum 28. Inst. de action. l. 78. in fin. Et l. seq. ff. pro socio. tamen Usque adeò, ut in eo fides exuberet, prout rescriperunt Imp. Dioclet. & Maxim. in l. cum in societatis 3. C. pro socio. tamen Dubium ergo non est, quin socius socio 4 teneatur, si quid dolo commiserit, quoniam dolus bona fidei aperte est contrarius l. ea verò 3. §. ult. ff. eod. tit. tamen De culpa vero quondam dubitatum fuit, ut 5 patet ex l. cum duobus 52. §. utrum ergo 2. ff. eod. tit. tamen Sed obtinuit tandem; ut teneatur socius culpaz 6 etiam nomine, §. ult. Inst. de societ. dict. l. 52. §. 2. Et 11. l. socius socio 72. ff. pro socio l. 5. §. nunc videndum 2. ff. commodat. tamen Levis scilicet, non etiam levissima 7 culpaz, dict. §. ult. Inst. de soc. Et dict. l. 72. ff. pro socio. tamen Nec enim diligentiam exactissimam, multò minus casum fortuitum socius præstare debet, ex regulâ generali, quæ in contractibus, in quibus utriusque contrahentis versatur utilitas, latam & levem, solummodo culpam vult præstari, dict. l. 5. §. 2. vers. sed ubi utriusque ff. commod. tamen Et socius sibi impunitare debet, quod parum diligentem & industrium sibi socium elegerit, ut inquit Justinianus Imp. in dict. §. ult. ff. de societ.

Ita Domini in causa Henrici Brüdigams zu Leipzig/Mense Mayo Anno 1590. (Verba sententia: Ob nun wohl euer Gesellschafter solchen Schaden von euch erstattet haben will/ da aber dennoch/ euerem Bericht nach/ ohne eure sonderbare Schuld und Verwahrlosung solcher Verlust geschehen/ ic. So wäret ihr obgedachtem euerem Gesellschafter angeregten Schaden zu erstatten nicht verpflichtet/ B.R.W.)

## DEFINIT. XIII.

*In Cambio, aliove simili contractu innominato, cuius sit periculum.*

**C**ambium inter mercatores exercetur, quando 1 quis pecuniam acceptam per intermedium aliquam personam alio in loco restituit, & sic quasi permittat, adeoque tamen campsare idem fere est, quod permutare, Beny. Strach. de mercat. part. 1. n. 67. tamen 3 cum saxe accidit, ut solvendo non existant ii, quorum fidei pecunia fuit commissa, aliove modo ea pereat, haud raro disceptatur, cuiusnam sit periculum Cambii? tamen Quod certe non minus evenit in aliis 4 mercibus ad transportandum datis, si nempe hæ pericitentur, antequam offerantur. tamen Etsi vero conventionis cuiusque verba probè & exactè ponderanda, ex iisque quæstio decidenda sit, ut patet ex traditis Modest. Pistor. part. 2. quæst. 87. tamen Attamen regulariter 6 periculum ad Campsorem, seu mercatorem transportantem merces pertinet. tamen Solet namque contractus 7 Cambii utriusque gratiæ celebrari, nec Campsores absque spe lucri hoc exercent; Sicuti & transportatio mercium, laboris ac operæ præmium, mittenti tribuit, unde in contractum innominatum, facio ut des, quandoque etiam facio ut facias, incidit. tamen Autem quando fit, periculum pertinet ad mittentem, l. 10. §. 1. in fin. ff. commodat. cuius culpa ac negligentia aliquo modo coercenda est: tamen Imputet namque is sibi, 9 quod non magis idoneam personam elegerit, per quam res perferri possit, l. 11. ff. eod. tit. Bartol. & Castrensi. in dict. l. 10. ff. d. 1. Modest. Pistor. dict. loc.

Ita Domini in causa Johannis Dietrichs zu Leipzig/Mens. April. Anno 1613. (Verba sententia: Dietrich aber dennoch ob angeregter Contract, welchen ihr mit Johann Duckern geschlossen/eigentlichen dahin gerichtet/dass er euch die Englische Laken um eine gewisse Erstattung einpacken / bereiten und liefern soll/und nicht allein zu euerem/sondern auch zu seinem eige-

nen Nugen/ er solches zu verrichten auf sich genommen/ ihme auch einen bekandten und vorsichtigen Schiffmann dazu zu gebrauchen obgelegen/ic. So ist auch gedachter Johann Duder den Verlust an solchen Läcken zu tragen schuldig/und ihr möget ihme deswegen Erstattung zu thun nicht gedrungen werden/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIV.

*Re duobus locatâ vel commodatâ, si utriusq; culpâ p-  
erierit, singuli in solidum tenentur.*

**Q**uando duobus una eademque res fuit commo-  
data vel locata, quæ postea utriusque culpâ  
periit, singuli in solidum tenentur, nec alter ra-  
tam suam solvendo liberatur, l. si ut certo loco 5. §. si  
duobus 15. ff. commodat. At dixerit quis, + Res  
commodata vel locata in solidum ad eos pervenire  
non potest, adeoque quilibet non nisi pro parte tene-  
bitur? Respondeo: + Verum hoc est quoad obliga-  
tionem primitivam, quæ ex ipso locato vel commo-  
dato contrahitur ad rei restitutionem, quo nomine  
quilibet tenetur pro parte. + Secus autem res se ha-  
bet in obligatione secundariâ, quæ contrahitur ratio-  
ne doli vel culpæ, ubi quilibet tenetur in solidum,  
quia pro parte non potest delinqui, ut declarat hoc  
Bartol. in dict. l. si ut certo 5. §. si duobus 15. ff. Commod.

Ita Domini in causa Christophori à Poserns zu Tierbach/  
Mons Junc. Anno 1600. (Verba sententia. Habe ich Jobst Ro-  
senkrantz und Friederich Amborden ein Gebräu Malz in eu-  
rem Malzhaus zu dörren vergönnet/ und es ist durch ihre  
Nachlässigkeit ein Feuer angangen/ und das Malzhaus zu  
Grunde verbrannt. Da nun Jobst Rosenkrantz nichts eige-  
nes hätte/ also daß ihr euch des Schadens halber an ihm zu  
seinem Theil nicht erholen könnet; So wäre euch seinen Con-  
sorten/Friederich Amborden/wegen des ganzen Schadens/  
und also in solidum zu belangen unbenommen/V.R.W.)

## DEFINIT. XV.

*Furtum & Rapina inter casus fortuitos referuntur,  
quando custodientis culpa non praecessit.*

**Q**uum periculum casuum fortuitorum spectet ad  
dominum, non ad detentorem rei, l. que fortuitus  
6. C. de pign. act. l. contractus 23. in fin. ff. de Reg. jur.  
Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 18. defin. 5. num. 1. mul-  
tum certè refert, nosse casus fortuitos, + Etsi verò  
quandoque & culpa casus appellatur fortuitus, ut  
in l. qui edes 9. ff. de incend. ruin. naufr. l. perspicie-  
dum 11. §. delinquitur 2. ff. de pñ. Attamen hoc sit im-  
propriè & rarissimè. + Verus siquidem casus fortui-  
tus est ille, quem nullum consilium humanum prævi-  
dere potest, l. e. §. si eo tempore 7. ff. de admin. rer. ad  
civit. pert. Unde & dicitur casus improvisus l. à Pro-  
curatore 13. C. Mandati, item, fatalis casus in l. 5. C. de  
4. appellat. + Qualis est mors animalium, fuga ser-  
rum, incendium, tumultus, rapina, l. contractus 23. in  
5. fin. ff. de reg. jur. + Quòd & furtum refero, si prævi-  
deri non potuerit. + Alioquin si culpa detentoris  
praecesserit, nec furtum nec rapinam inter casus merè  
7. fortuitos referri, in aperto est. + Quin & tūm pericu-  
lum casuum fortuitorum ad detentorem pertinet;  
8. + Nunquam siquidem casus fortuitus eum excusat,  
cujus culpa casum praecessit, Anton. Fab. in Codic. lib.  
4. tit. 41. defin. 22. n. 19.

Ita Domini in causa Michaelis Arnolds zu Melka/Mens.  
Mart. Anno 1633. (Verba sent. Da nun euerm Andeuten nach  
solcher Diebstahl und Raub ohne eure Schuld und Verwahr-  
losung geschehen/ indem sie das gemeine Kind gleich euerm  
Biehe verwahrlichen gehalten hätten/ic. So wäre die säm-  
liche Gemeine/ als welcher das Kind eigenhümlich zuständig  
gewesen/ solchen ex casu fortuito entstandenen Schaden zu  
gelten schuldig/und ihr möchten von dem eurigen allein dessen  
Erstattung zu thun nicht angehalten werden/V.R.W.)

## DEFINIT. XVI.

*Damnum censetur casuale, non culpâ datum, quando  
canis rabiosus in gregem irruit, opes dilacerat,  
ac devorat.*

**P**orrò & illud damnum casuale habetur, quando  
Canis rabiosus in gregem irruit, oves sive peco-  
ra dilacerat atque devorat, quippe quod nec à præ-  
tentibus prævideri potuit, l. 2. §. si eo tempore 7. ff.  
de admin. rer. ad civit. pertin. + Quia & illud da-  
mnum, quod imprudentibus accidit, casus fortuitus  
dicitur, l. cum duobus 52. §. damna 3. ff. profocio. Henr.  
Bocer. ad l. contractus 23. ff. de reg. jur. cap. 3. num. 33.  
+ Quare nec opilio hoc casu ad estimationem peco-  
rum tenebitur, nisi ipsius culpa ac negligentia ca-  
sum præcesserit, + Quà probatâ, opilio non habet,  
quo se tueri queat à restitutione damni, dict. l. 52. §.  
damna 3. ff. profocio. Gail. lib. 2. obsf. 21. n. 2. in fin.

Ita Domini in causa Johannis Vilhelmi à Kerftlinger-  
da, Mense April. Anno 1622. (Verba sententia: Ist ein  
thörichter Hund bei nächtlicher Weile in eure Schäfferey kom-  
men/ und in die 40. Stücke Schaff. Viehe beschädiger und zer-  
issen/ derer auch viele thöricht worden und gestorben/ic. So  
mag Jacob Wiegend/ cuer ickiger Schaffmeister/ angeregte  
Schafe gestalter Sachen nach zu bezahlen nicht gedrungen wer-  
den/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*De casu fortuito, seu amissione rei certò constare debet,  
antequam culpa vel diligentia detentoris pro-  
banda venit; nec creditur hæc in re juramento  
asserentis, rem amissam esse.*

**S**i is, cui res aliqua seu jure pignoris, commodati,  
slocati, aliove titulo fuerit commissa, easam se amissi-  
se dicat, adversarius verò id propriâ ipsius culpâ fa-  
ctum esse intendat, anxiè solet disputari; + Cuinam  
onus probandi, rem culpâ vel absque eâ amissam fu-  
isse, incumbat, ut videre est apud Dd. in §. ult. Insti-  
quib. mod. re contr. obligat. Et in l. ff. Creditor. s. C. de  
pign. act. Joh. Köpp. decif. 38. Andr. Gail. l. 2. obser.  
21. Joseph. Mascard. concl. 87. + Attamen priusquam  
uni vel alteri parti onus probandi injungatur, de-  
ipso facto seu amissione rei constare debet, quam,  
si appareat, ad aliquem pervenisse, + is qui amissio-  
nem allegat, adversario illam negante, probare te-  
netur, l. si Creditor. s. C. de pign. act. + nec sufficit,  
juramento hoc ipsum docere velit, ut notat Felin. in  
cap. sicut 16. extr. de sent. Et re judic. Mascard. dict.  
concl. 87. num. 4. Et concl. 272. num. 13. Et seqq. Köpp.  
quest. 38. num. 17. Menoch. lib. 6. presumpt. 61. num. 18.  
Et seqq. Quod nec aliter in foro Saxonico obser-  
vatur. + Etsi enim hoc casu assertioni juratæ cre-  
dendum esse, tradat post Gloss. latin. in art. 60. lit. 4.  
lib. 2. Landr. Matth. Coler. part. 1. decif. 9. num. 10. per  
text. latin. in art. 5. lib. 3. Landr. vers. dummodo ille  
suo sacramento, Et c. + Attamen non loquitur tex-  
tus ille de probatione ipsius casus fortuiti aut amisi-  
sionis, sed præsupposito casu fortuito de hoc sal-  
tem agit, utrum casus ille culpâ Creditoris accide-  
rit, nec ne, id quod à quæstione illa, qualiter casus  
probari debeat, plurimum differt: + Neque id, quod  
de culpâ purgatione disponitur, ad ipsius casus pro-  
bationem extendi poterit, quia alia est casus proba-  
tio, alia verò culpâ excusatio, ut bene animadvertis.  
Math. Wesenb. part. 1. conf. 36. n. 38. + Quin potius,  
contrarium ex verbis sequentibus dict. art. 5. proba-  
tur, vers. Stirbet aber ein Pferd oder Viehe/ be-  
weiset er das/ic. Quæ ad docendum casum veram  
atque legitimam probationem requirunt; + Astio  
hæc per juramentum fieri nequit, prout demonstrat  
Wesenb. dict. conf. 36. n. 37. Hartm. Pistor. part. 1.  
quest. 18. num. 2. + Planè non usque ad eadē exacta ca-  
sus fortuiti probatio requiritur, ut non etiam proba-  
biles conjecturæ admittantur, ut post Bartol. & Jason.  
quos allegat, tenet Hartm. Pistor. dict. quest. 18. n. 3. ubi  
porrò tradit, + amissionem rei eo solummodo casu  
jura-

juramento probari, si non jure actionis, sed saltem officio judicis restitutio alicui imponatur, arg. l. ult. C. de fid. instrum. Fulv. Pacian. de probat. l. i. cap. 39. n. 10. Joh. Vinc. Hondon. vol. i. consig.

Ita Domini in causa des Raths zu Waldheim/M. Jan. A. 1634. (Verba sent. Da nun die angezogene Plünderung und Verbauung der Geldläden erwiesen werden könne/ immassen dann auch für alle Dingen solches durch gnugsame Præsumptiones und Beweisungen zum wenigsten beyzubringen oblieget/ und eure eydtliche Assertion nach Gelegenheit dieses Falles nicht statt hat/ ic.)

In causa Andreæ Osvvaldi zu Pegau/ Mense Nov. Anno 1633. (Verba sent. Da er nun solche Abnöthe und Plünderung darthun und beweisen möchte / immassen ihm zu thun oblieget / so würde er mit Ausantwortung berührtes Geldes billich verschonen/ ic.)

In causa Abrahami Steinbachs zu Weissen/ Mense August. A. 1629.

In causa Francisci Pfells zu Magdeburg/ Mense Januar. Anno 1634.

Et in causa Tobia Eberleins zu Adorff/ Mense Februar. Anno 1634.

### DEFINIT. XVIII.

*In casu, ubi culpa levissima praestanda venit, cuinam onus probandi, rem culpâ vel absq; cù amissam fuisse, incumbat?*

- 1 Non statim liberat possessorem ac detentorem alij rei, ab ejusdem restitutione, probatio casus fortuiti, quo res illa perdita & amissa fuit. † Quid enim si culpa casum præcesserit? Non certè tum ab omni præstatione exemptus est possessor, Andr. Gail. lib. 2. obser. 21. n. 3. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 32. n. 19. † Probata itaque amissionem rei sive casu fortuito, solet inter partes contendi, cuinam onus probandi, rem culpâ vel absq; cù amissam fuisse, incumbat? De quo licet multum ab Interpp. disceptetur, procul dubio ratio vera est distinctio ab Hart. Pist. part. i. quest. 18. num. 4. & seqq. tradita, quam & observantia fori Saxonici hactenus comprobavit. † Refert nimis, utrum in contractu Commodati, pignoris, (solius Creditoris gratia dati, quo casu exactissima diligentia etiam in pignore præstanda venit, l. 13. ff. de pign. act. l. 19. C. de pign. Bocer. ad l. 23. ff. de Reg. jur. c. 4. n. 74.) aliò vè contractu, † in quo culpa levissima præstanda est, quis casum amissionis allegat talem, qui regulariter sine culpâ contingere solet, ut sunt: Incursus hostium, Impetus aquarum, & mors animalium. † Tum certè commodator vel debitor, aliasve, qui dicit, culpâ casum hunc contigisse, eam probare debet. † Sicut enim dolus non præsumitur l. quoties 18. §. qui dolo. i. ff. de probat. l. dolum. 6. C. de dolo. † ita nec etiam culpa, sed alleganti onus probandi incumbit, Bartol. & Dd. in ol. si quis ex argentariis. §. ult. ff. de edend. † At si eiusmodi casus prætendatur, qui regulariter absque culpâ contingere haud solet, ut est: Incendium, Furtum, Fuga hominum, l. 3. ff. de off. pref. vigil. l. cum duobus. 1. §. damna. ff. pro soc. † Tunc quia præsumptio est contra Commodatarium, Creditorem, aliumvè rei possessorem, seu detentorem, utique is, absque sua culpâ casum illum accidisse, probare necesse habet, secundum tradita Dd. in dict. l. si quis ex argentariis. 6. Pistor. dict. qu. 18. num. 8. Anton. Gomez. lib. 2. resolut. cap. 3. Andr. Rauchb. part. 2. question. 10. Joh. Köpp. quas. 38. n. 19. & seqq. Mascard. de probat. concl. 272. Joh. Menoch. 1. lib. 6. pref. 61. num. 30. & seqq. † Quà verò ratione culpam abfuisse probetur, docet Bald. in l. si Creditor. 1. 3. C. de pign. act. † Haud raro saue id ipsum juramento Rei committitur, teste Wesenb. part. 1. consil. 36. n. 38. Specul. in tit. de fure. n. 15. Hartman. Pist. dict. qu. 18. n. 12.

Ita Domini in causa Osvvaldi Matthiz & Bartholomæ Schäfers zu Leipzig/M. Octob. A. 1633. (Verba sent. Es könnte dann der Schuldener beweisen und darthun/ daß bei dem feindlichen Einfall/ Verheerung und Plünderung der Stadt Magdeburg ge-

dachte Pferde von euch wohl erhalten werden können/ diesebe aber durch eure Schuld und Fahrlässigkeit hinweg kommen wären/ dessen genöss er auss solchen Fall billich/ B. R. W.)

Et in causa Caspari Kudigers zu Lübnitz / M. Jul. Anno 1629. (Verba sententia: Habt ihr den euren Nachbarn in Besitzung eures Ackers ein Pferd entlehnet/ welches euch aber bey nächstes Her Wesse aus dem Stalle gestohlen worden. Da ich nun/ daß solcher Diebstahl ohne eure vorgehende Schuld und Fahrlässigkeit geschehen/beweisen und darthun/ oder doch vermittelst Eydens erhalten möchte/ immassen ihr in solchem Fall zu thun schuldig/ ic. So möchte ich den Schaden zu tragen und das Pferd zu bezahlen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

### DEFINIT. XIX.

*In locato aliud, contractibus, in quibus culpa saleem levius praestanda venit, onus probandi semper in jungitirei, qui culpâ casum conciisse contendit.*

**S**ed vera est hæc distinctio tradita Defin. preced. solummodo in conimodato, & casibus, in quibus etiam culpa levissima venit præstanta. † Secus vero in locato, pignore utriusque contrahentis gratia contracto quasi contractu tutelæ, aliisque casibus, in quibus saltem levius culpa, non etiam levissima, præstatur, ubi indifferenter & non adhibita distinctione casuum, qui regulariter sine culpâ contingere solent vel non, culparum allegans eam probare debet. † Etenim quidem hisce in casibus probato furto vel incendio, nulla subsit juris præsumptio, quæ aliquem levius culpæ arguat, indifferenter is, qui dicit culpâ casum contigisse, id probare tenetur, † alioqui Reus ex eo, quod de furto, incendio, aliove casu, qualiscunque etiam is fuerit, constat, excusatus erit, Jason. in l. si quis ex argentariis. 6. S. prætor ait. 8. ff. de edendo. Ant. Gomez. lib. 2. resolut. cap. 3. Rol. à Vall. vol. 2. consil. 65. n. 14. Jac. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 309. n. 10. Hart. Pist. part. i. quest. 18. num. 11. ubi dicit, † cum quidam Aurigæ pecuniam cistæ inclusam ad certum locum vehendam locasset, & amissâ pecuniâ, Aurigæ allegaret, furto eam ablatam esse, de quo furto satis constaret, Scabios desuper consultos respondisse; Aurigam aliter non teneri, quam si Dominus pecunia pro bayerit culpam aurigæ intervenisse.

Ita Domini ad requisitionem Andreæ Osvvaldi zu Pegau/ M. Nov. Anno 1633. (Verba sent. Es wird R. M. mit Erstattung des Schadens billich verschont. Es könnte dann der Rath wie recht erweisen und darthun/ daß er das aus dem verkauften Wein gelöste Geld nicht gebührenden und fleisch/ immassen ein flüssiger Haupwater mit seinem Eigenthum zu thun pflegt/ verwahret/ und also durch seine Schuld und Verantwortung dasselbe von Abhanden kommen wäre/ dessen genöss der Rath auf solchen Fall billich/ ic.)

In causa Curatoris Mariz Ellingers contra Daniel Gruppiern/ ventilata in Praetorio Lipiensi, M. Jan. An. 1634. (Verba sent. Das Klägerin den mit dem Fuhrmann geschlossenen Contract, und daß der ihm aufgesetzte Kasien durch seine Verantwortung erbrochen/ und die darinnen verwahrte Sachen daraus diebstlichen entwendet worden/ wie Recht zu erweisen schuldet/ ic.)

Item in causa Abrahami Steinbachs zu Weissen/ Mens. Aug. A. 1629. (Verba sentent. Ist in dem Inventario derer Sachen/ so enigm gewesenen Kindlein David Caspar Wunschmann von seinem Vater gekommen/ ein Kindlicher Mantel zu besieden/ welcher von euch gefordert wird/ ic. Es seynd ihr solchen heraus zu geben/ oder der Werth das für zu erstatten schuldig/ ihr könnet dem beschleunigen und beibringen/ daß euch selber Mantel gesöhnen worden wäre/ dessen genösset ihr/ wennen David Caspar Wunschmann/ daß der Diebstahl durch eure Nachlässigkeit geschehen/ nicht beweisen kan/ auf solchen Fall billich/ B. R. W.)

Et in causa Francisci Pfells zu Magdeburg/Mens. Januar. Anno 1634.

It. in causa Johann Rähnens zu Brandenhausen/ M. Apr. A. 1634. (Verba sentent. Würdet ihr bescheinigen und beibringen/ daß obberührtes Silber euch nebenst andern euren Sachen von den Feinden gewaltsam Weise abgenommen worden/ so mödhetet ihr Klägern zu erstatten nicht gedrunen werden/ es könnte dann wie Recht erweisen/ daß solchen Schaden ihr durch eure Verantwortung und Fahrlässigkeit verursacht/ dessen genöss er auf solchen Fall billich/ B. R. W.)

## DEFINIT. XX.

Venditione perfecta, periculum Rei vendita statim ad Emptorem pertinet, licet ei res nondum sit tradita.

- 1 Perfecta Emptione-Venditione periculum Rei vendita statim ad emptorem pertinet, licet ei res nondum tradita sit, §. cum autem emptio. 3. Inst. de empt. vendit. l. id quod post. 7. necessario. 8. l. si vendita. II. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 35. §. si res. 4. ff. de contr. empt. l. 4. l. 5. C. de per. & commod. rei vend. † Ideoque si res vendita consumpta vel extincta fuerit, Emptor non modo ad id, quod intereat adversus venditorem agere nequit, sed & pretium, si nondum solvit, venditori praestare compellitur, si vero solverit, illud a venditore reperire non potest, d. §. cum autem emptio. 3. Inst. de Empt. vend. l. cum emptor. 5. §. ult. ff. de res. vendit. † Nec est, quod rigori juris contra aquitatem hanc in re aliquid indulsum fuisse concedamus Jac. Cujac. in tract. 8. ad African. in explicatione l. si fundus. 33. ff. locat. & in parat. C. de per. & com. rei vendit. † Cujus opinionem JCTO vere indignata assert Bachov. in not. ad Treutler. vol. 1. disp. 28. tb. 8. lit. D. Quis enim nescit, emptoris esse commodum, etiam ante factam traditionem? † Ut vel propterea ratione aquitatis ipsi etiam periculum & incommodum accrescere debeat, ut argumentatur Imp. Justinianus in dict. §. cum autem emptio. 3. Inst. de Empt. vendit. l. secundum naturam. 10. ff. de Reg. jur. † Ac certe emptio venditio utriusque contrahentium gratia celebratur, ac proinde aquilissime a venditore nil nisi dolus & culpa, non autem periculum & casus fortuitus praestatur. l. 2. §. 1. cum seqq. ff. de per. & comm. rei vendit. l. 23. ff. de Reg. jur. l. 2. §. 1. ff. commod. † prout contra Cujac. pluribus disputat Anton. Fab. lib. 2. conj. 4. Welsenbec. & Schneidew. in §. 3. Inst. de empt. vend. Covarr. lib. 1. var. resolut. cap. 15. n. 2. Gomez. tom. 2. var. resolut. c. 2. n. 32. Helf. Ulr. Hunn. in tract. de estim. rer. quest. 2. 8. † Illud solummodo negotium facere videatur, quod res unaquaque pereat suo Domino, l. pignus. 9. C. de pign. 9. act. adeoque Venditori, non Emptori, † qui ante factam traditionem Dominus est, §. vendite. 41. Inst. de cor. divis. §. 3. Inst. de empt. v. m. † Sed in Regula illa, quod res suo Domino pereat, opponitur Dominis iis, qui solum usum vel custodiam aut possessionem rei habent, non iis, qui ex conventione ejus, rem, quam docunque voluerint, avocandi & in se transferendi, 11. quæsitum tenent, ut est Emptor, † qui perfecta Emptione statim jus habet Dominii, quandocunque voleat, nanciscendi, ut proinde haberri debeat, ac si jam esset Dominus, cum non sit nisi per eum, arg. l. is qui actio nem. 15. & l. qui potest facere. 174. ff. de Reg. jur. Ant. 12. Fab. in Cadic. lib. 4. tit. 40. defin. 8. n. 9. † Porro & Regula illa, quæ Domino res dicitur periire, vera est, si Dominus non simul etiam sit ejusdem rei debitor, ut est 13. Venditor ante traditionem factam. † Quia casus fortuitus rei debitæ a nullo debitore praestatur, l. contractus 23. in fin. ff. de reg. jur.

Ita Domini in causa Reginæ, viduæ Johannis Jähnens zu Pößn. nly. M. Mayo, Anno 1633. (Verba sent. Hat euer Ehemann ehi Haus vor und um 550. fl. erkauft und an sich gebracht, darauf auch alberest ih. fl. baar Geld gehahlet. Und es ist solches Haus, nachdem die Käufertliche Soldaten die ganze Stadt in Brand gesetzt, zugleich mit verbrannt, und in die Asche gelegt worden. Ob nun wohl gedacht euer Ehemann berührtes Haus ulemahs in Posseß und Lehen bekommen, und also das Dominium daran noch zur Zeit nicht erlanget. Dieweil ihr aber dennoch nicht in Abrede seyn könnet, sondern gestehen müsset, dass der Kauf ehemahlich geschlossen worden / ic. So ist auch euer Ehemann und nunmehr desselben Erben den durch die Feuersbrunst entstandenen Schaden zu tragen, und des Verkäufers Erben die restirende Kauf Gelder abzuzahlen und zu bezahlen schuldig / B. R. W.)

Item in causa Felix Gravenus zu Rommelsch/ Mens. Mayo, Anno 1608.  
Et in causa Georgii Beckus zu Reichensbach / Mens. Mart. Anno 1633.

## DEFINIT. XXI.

In Venditione conditionali pendente conditione damnum ac ruina rei totalis non ad emptorem, sed ad venditorem pertinet.

Quum venditione perfecta, statim periculum rei venditæ ad emptorem spectet, etiam ante factam traditionem, Defin. præced. multum certè refert nosse, Quando Emptio-Venditio perfecta censeatur? † Et quidem certæ alius rei emptio sine scripturâ celebrata sola conventione de pretio perficitur, pr. Inst. de empt. vend. At cœlebrata venditio in scriptis, ante scripturam consummatam perfecta haud est, † ideoque tum rei periculum ad Venditorem pertinet, l. cum inter. 4. C. de per. & comm. rei vend. Joh. Schneidew. in §. cum autem. emptio. 3. n. 4. Inst. de empt. vendit. † Deinde & quoad perfectionem Emptionis-Venditionis bene distinguendum est, an pure vel sub conditione contracta fuerit. † Licet namque emptio pura statim perfecta sit, ac proinde periculum in emptorem transferat; Tamen Emptio-Venditio conditionalis, impletâ demutâ conditione, perficitur, l. bac venditio. 7. ff. de contr. empt. † Quare pendente adhuc conditione, quia tum emptio perfecta non est, universæ rei interitus seu periculum non ad emptorem, † sed ad venditorem pertinet, l. necessario. 8. ff. de peric. & com. rei vendit. l. pen. C. cod. tit. Joh. Schneidew. dict. §. cum autem. emptio. 3. n. 5. ubi & Joh. Harppr. n. 8. Inst. de empt. vendit.

Ita Domini in causa Ludolphi Godeckens zu Lübeck / M. Aug. Anno 1629. (Verba sentent. Ob wohl sonstigen vermeide der Rechte nach geschlossenen und volljogenen Kauf der Schadz / so zu dem verkausten Dinge/ ehe es tradiret wird/ ohne des Verkäufers Bewahrloßung geschicht / dem Käufer zu tragen oblieget. Dieweil aber dennoch der von euch geschlossene Kauf Contract auf eine gewisse Condition gerichtet worden/ und ehe und juvor diesebe adimpliret/ vor perfect und beschlossen nicht zu achten/ ic. So mag auch euer udkäufer/ wau auch gleich die Condition erfüllt würde/ den Schaden/ so durch die entlandene Feuersbrunst an eurem verkauften Hause geschehen/ über sich geben zu lassen/ und euch die Kauf Geldere zu entrichten/ mit Beplande nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

Et in causa Philippi Grelachs zu Döbeln / Mens. Mayo, Anno 1636. (Verba sent. Dieweil aber dennoch der Kauf auf eine gewisse Condition gerichtet / und dahero ehe und juvor sich solche Condition ereignet/ vor perfect und beschlossen nicht zu achten/ ic. So geht auch der Verlust der geraubten Lücher über den Verkäufer allein billich/ und es mag Käufer denselben tragen zu helfen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXII.

Damnum particulare Rei Vendite sub conditione, pendente etiam conditione ad emptorem spectat.

Atamen in venditione conditionali, pendente adhuc conditione, damnum solummodo totale seu interitus rei universæ ad venditorem pertinet, Def. præc. † Secus vero res se habet in damno particulari vel lassione & deterioratione rei, quæ pendente etiam conditione Emptorem gravat, non venditorem, l. necessario. 8. in pr. vers. sanè si exstet res ff. de peric. & comm. rei vendit. Joh. Schneidew. §. cum autem. emptio. 3. n. 5. ubi & Johann. Harppr. num. 8. Inst. de Empt. Vendit. Gothofr. in dict. l. 8. ff. de per. & comm. rei vendit. Fab. de Mont. de empt. q. 6. n. 47. † Rationem diversitatis si queras, habeas hanc: † Quod scilicet in venditione conditionali quoad deteriorationem rei seu damnum particulare, conditio retrahatur ad tempus contractus, adeoque fictione juris emptio perinde habeatur, ac si ab initio pure contracta fuisset.

† Quæ

**6** Quæ fictio in interitu alicujus rei totali locum obtinere  
nequit, † quia re-perempta non reperit, ubi fitat pe-  
dem, & huic scriptura. 15. ff. ad Leg. Aquil. Fab. de-  
**7** Mont. dict. loc. † Neque res, quæ periit, tradi amplius potest, ac proinde hoc casu emptio nunquam perfici potest, ut dicit Giphan. in dict. §. cum autem Emptio  
3. Inst. de empt. vend.

Ita Domini in causa Michael Hindessens und Hansen Panig-  
schens zu Euterlisch/ Meuse Decembr. Anno 1631. (Verba sent.  
Ob nun wohl ehe und juxor die Conditio sich ereignet/ und also  
der Kauf vollkommen gewesen/ gedachte Kriegs-Schaden er-  
folget/ welchen Inhalts der Rechte der Verkäufer zu tragen  
schuldig. Dieweil aber dennoch solches allein von dem totalen  
Schaden und gänglicher Ruin des verkauften Stücke Guts zu  
verstehen/ die Deterioration aber und Verringerung des Stücke  
Guts/ darunter gegenwärtiger Kriegs-Schaden zu ziehen/ auch  
in venditione conditionali vor der Tradition dem Käufer zu-  
wachsen thut/ sc. So hat sich mehrgedachte Wittib/ als Käuf-  
erin/ mit ihrem Färwenden nicht zu behelfen/ sondern sie ist den  
Schaden für sich zu tragen schuldig/ W. R. W.)

## DEFINIT. XXIII.

**Facta venditione vini degustati, aliarumque rerum,**  
que in pondere, numero, vel mensure consistunt, ante-  
quam ha numerata appensave fuerint, pericu-  
lum non ad emptorem, sed vendito-  
rem pertinet.

**P**orrò, ne earum rerum, quæ pondere, numero  
mensuravè constant, venditio alièr perfecta censem-  
tur, quam si adnumeratae, admensae, adpensave fuerint,  
† quasi contracta sub hac conditione, l. quod sepe. 35.  
§. in his. 5. ff. de contr. empt. l. 2. C. de per. & comm. rei  
vend. † ideoque in hisce periculum ac damnum non  
nisi post adnumerationem vel admissionem ad empto-  
rem pertinebit, Johan. Fab. in §. cum autem emplo. 3.  
ubi & Harppr. n. 11. Inst. de empt. vendit. Matth. We-  
senbec. in parat. ff. de contr. empt. n. 10. Trentacirq.  
4 lib. 3. var. resolut. 5. n. 3. & seqq. † At quid si vinum  
degustatum quidem sit, sed nondum admensum? Cer-  
tè alia causa est degustandi vini, alia metiendi: Gustus  
enim ad hoc solum proficit, ut improbare liceat,  
† mensura vero, ut appareat, quantum ematur, dict. l.  
si in emptione. 34. §. alia causa est. 5. ff. de contr. empt.  
† Proinde facta etiam degustatione, cum nondum  
perfecta sit emptio, periculum ad venditorem spectabit,  
Anton. Fabr. in Codic. lib. 4. tit. 32. defin. 1. numer. 6.  
7 † Aliud dicendum, si singulatum empta fuerint certæ  
vini amphoræ. Tum enim, quia plenissime venditum  
videtur vinum, statim atque fuit degustatum, l. 1. ff. de  
8 per. & comm. rei vendit. perfecta venditio est, † & ex  
eo tempore periculum ad Emptorem pertinet, Fabr.  
dict. defin. 1. n. 4.

Ita Domini in causa Daniel Rodachs zu Gruma/ M. Sept.  
Anno 1631. (Verba sentent. Habt ihr bey einem Weinschen-  
ken daselbst um drey Eymer seines Weins/ dessen er gar viel zu  
Zapfen geben lassen/ gehandelt/ welcher aber ihm von des Geh-  
des Volck abgenommen worden. Ob ihr nun wohl auss vorge-  
dachte drey Eymer Wein/ nachdem ihr den Wein gekostet/ albe-  
ret ein gewisses Kaufgeld gesetzt gehabt; dieweil aber dennoch  
euch noch zur Zeit selbige drey Eymer nicht zugemessen/ noch auch  
gewisse Fässer verkauft worden/ sc. So möget ihr auch den Scha-  
den des abgenommenen Weines über euch geben zu lassen/ oder ei-  
nige Zahlung dafür zu leisten wider euren Willen nicht gedrungen  
werden/ W. R. W.)

## DEFINIT. XXIV.

**Vendita rei periculum ad venditorem pertinet,**  
si ejusdem dolo, latè vel leviculpâ  
res perierit.

**P**erfecta Emptione-Venditione, periculum rei ven-  
ditæ non adeò generaliter ad emptorem spectat,

ut & venditoris dolum vel culpam p̄stare teneatur.  
† Nam in eo venditor demum securus est, quod sine  
dolo & culpâ ejus accidit, teste Imp. Justiniano in §.  
cum autem emptio. 3. Inst. de empt. vendit. † Ex quo  
sequitur, † ad venditorem pertinere periculum, quan-  
do ejusdem dolo, latè aut levi culpâ res vendita ante  
traditionem factam perierit, dict. §. 3. Inst. d. 1. ubi Joh-  
ann. Schneidewin. n. 8. † Idque ipsum est, quod ex  
sententiâ Jcti Africani in specie, l. 33. ff. locati. vendi-  
tor fundo publicato, pretium Emptori restituere tene-  
tur, scilicet, quod culpa venditoris intercessisset, ut  
fundus publicaretur. † Alioquin sane, si citra ejus  
culpam per injuriam judicis publicatio facta sit, ea po-  
tius penes venditorem, cui res ablata est, residere de-  
bet. † Veluti sic explicat dict. l. 33. ff. d. 1. Ant. Fab. 7  
lib. 2. conject. 4. Videatur quoq; Casp. Schiferdeg. lib. 2.  
truct. 18. qu. 3. cum seqq.

Ita Domini in causa Albrecht Sadler zu Pegau/ M. Nov. A.  
1629. (Verba sent. Ob nun wohl der Mahler in denen Gedanken  
steht/ daß weil der Kauf geschlossen/ und das Geld daraus aus-  
gezahlt worden/ er díssfalls den Schaden nicht gelten darfie;  
dieweil aber dennoch durch felce des Verkäufers Vertrörlösung  
das Bild/ als es noch nicht ausgehändigt gewesen/ verderbet wor-  
deu/ sc. So möget auch ihr als Käufer den Schaden über euch  
gehen zu lassen nicht gedrungen werden/ sondern es ist euch der  
Verkäufer das Kauf-Geld wieder auszuwerten schuldig/ W.  
R. W.)

## DEFINIT. XXV.

**Venditoris est periculum rei venditæ, quan-**  
do is fuerit in mora tra-  
dendo.

**V**enditione perfecta periculum rei venditæ ante  
traditionem factam propteræ ad Emptorem pér-  
tinet, quia jus habet dominii, quandocunque volet,  
nanciscendi, ac proinde haberi debet, ac si jam esset  
Dominus, cum non stet, nisi per eum, arg. l. is qui a-  
ctionem. 15. l. 174. ff. de Reg. jur. † Quam rationem  
haud parum invertit mora venditoris, traditionem  
retardantis ac dominium Emptoris impedientis. Qua-  
re si hæc intercesserit, ratione illa cessante, † merito à  
periculo rei venditæ emptor est immunis, illudque  
venditori accrescit, † quia per eum stetit, quod ini-  
nus traditio fieret, Johan. Schneidewin. in §. cum au-  
tem emplo. 3. n. 9. Inst. de empt. vendit. † Nam  
& alias ex pluribus moræ effectibus unus ille est, ut  
periculum Rei transferat in morosum l. 15. §. ult. ff.  
de R. V. l. 39. §. 1. l. 47. §. ult. l. 108. §. 11. ff. de legat. 1.  
l. 2. C. de usu & fruct. legat. Anton. Fabr. in Cod. lib.  
4. tit. 24. defin. 24. num. 3. † Nec refert, utrum  
res vendita eodem modo apud emptorem periisset,  
quod apud venditorem morosum. † Quia hoc in-  
ductum est in odium committentis moram, quæ pe-  
riculum ejus facti, quod alioquin non esset, l. 2. C.  
de per. & comm. rei vendit. l. 14. §. 1. ff. depos. l. 44.  
ff. ex quib. cauf. major. Anton. Fabr. in Codic. lib. 4.  
tit. 28. defin. 3. n. 3. Bartol. & Dd. in l. quod re s. ff. &  
cert. pet.

Ita Domini in causa Martini Schürgens zu Leipzg/ Mense  
Majo, Anno 1632. (Verba sentent. Ob wohl sonst vermöge der  
Rechte/ nach geschlossenem Kauf/ den Schaden des verkauften  
Guts der Käufer/ wenn auch gleich die Tradition und Übergabe  
noch nicht erfolget/ zu tragen schuldig. Da aber dennoch eure  
Verkäuferin euch das verkauftte Haus auss einer Ansichten in Re-  
hen zu geben sich geweigert/ und dergestalt in mora tradendi grä-  
wesen/ sc. So wäre sie auch den durch berührte Feuersbrunst ent-  
standenen Schaden zu tragen/ und euch das ausgezahlte Kauf-  
Geld wieder zu erstatten schuldig/ W. R. W.)

# CONSTITUTIO XXVII.

## PARTIS SECUNDÆ.

### Von übernächtigen und verstandenen Pfanden.

**S**trågt sich offtmahls zu/ daß aus zußläßigen und rechtmäßigen Ursachen wird gepfändet/ der aber/ so gepfändet ist/ will keinen Abtrag thun/ sondern läßt das Pfand muthwilliger Weise stehen. Ob wohl nun unsere Schöppen-Stühle/ über den Verstand des Sächsischen Rechts/ und ob daffalls nach gemeinen Rechten zu sprechen/ nicht einig gewesen: So werden wir doch berichtet/ daß es bisanhero in unsern Landen gebräuchlich gewesen / das übernächtige Pfand mit drey Schilling-Pfennig zu verbüßen. Wollen derwegen/ daß solchem Gebrauch nach auch nochmals gesprochen/ und neben dem gewöhnlichen Pfand-Schilling/ und des Schadens Abtrag/ dem Gerichts-Herrn von ieder Nacht/ so lange das Pfand ungelöst stehen blieben/ drey Schilling-Pfennige/ bis das Pfand ganz versteht/ sollen zufannt werden.

gnoris cum mulcta ex quo repeti id nequeat, adjudicare præcipimus.

Pignoratus si in redimendo pignore capto contumax fuerit.

**N**on rarum est, ut ubi ex justis & legitimis causis pignoratione quis utitur, adversarius eā neglectā satisfacere pignoranti nolit, sed pīg̃nus redimere contumaciter recuset. Etsi autem de intellectu Juris Saxonici non satis convenerit inter Scabinatus nostros, dubitantes, annōn jus commune potius hoc in casu servandum esset: quia tamen in Dictionibus nostris id hactenus observatum fuisse intelligimus, ut, ubi pīg̃nus captum, is, cuius illud fuit, redimere usque in sequentem diem sustulit, tribus solidis, quorum quilibet 16. nummis usitatis valet, multatus sit, morem illum nos probantes, præter consuetum solidum pignoranti numerandum & emendationem damni, Domino jurisdictionis, in singulas noctes, quibus pīg̃nus redemptum non fuit, tres, quod diximus, solidos, donec valore pi-

gnoris cum mulcta ex quo repeti id nequeat, adjudicare præcipimus.

### DEFINITIONES.

1. De Jure Saxonico pecudem quamvis alienam in agro suo repartam quis pignorare & includere potest.
2. Ad refusionem sumptuum tenetur Dominus pecorum pro alimentatione pecudis pignomte.
3. Pro conservanda etiam Jurisdictione, libertate, aliisq; juribus, pignoratio est permissa.
4. Russici ac subditi pignorari possunt in bonis ob non praefita servitia, donec ad debitam obedientiam reducantur.
5. Tria prestare debet pignoratus in foro Saxonico: Restitutionem damni, Emendam & pīnam pignoris contumaciter negletti.

**DEFINIT. I.**  
De Jure Saxonico pecudem quamvis alienam in agro suo repartam quis pignorare & includere potest.

1. Etsi de Jure Civili pecus alienum in suo agro vel fundo repertum atque damnum dans nemo pignorare & includere queat, l. Quintus Murius 39. §. quamvis alienum. 1. & l. seq. ff. ad Leg. Aquil. l. 14. §. ult. ff. decif. 41. num. 11. & seq. Matth. Coler. de process. exec. 3 part. 1. cap. 2. n. 228. & part. 1. decif. 136. n. 1. † De quo minus dubium est in foro Saxonico propter text. in art. 47. l. 2. Landr. & ibi Gloss. latin. ad textum Germanicum lit. E. ubi indifferenter omnia animalia & pecora, cujuscunque generis etiam sint, in agro no-
4. stro daimnum dantia pignorari & includi possunt, † donec de damno illato nobis satisfiat, Coler. dict. decif. 136. n. 2. Christ. Zobel. part. 2. diff. 36. n. 1. 45. Joh. Schneidew. ad §. ult. n. 5. Infist. d. L. Aquil., † usque adeò, ut si animalia quædam ferociora sint, quam ut capi & pignorari queant, veluti sunt sues, anseres, &c. canibus ea abigere licet, etiamsi ab ipsis interficiantur, art. 40.

6. Cessat luitio pignoris, quando pīna contumacie sine pignori negletti pretium rei pignorata adequat.
7. Pignore commiso, nil quicquam ulterius prestari debet ob contumaciam non redempti pignoris, etiam si bujus valorne quidem ad pīnam unius noctis ascendant.
8. Commisso pignore, nec emendam, den. Pfand-Schillingi pignoratus prestare tenetur.
9. Pignore licet amissio, nibilominus pignoratus tenetur ad restitutionem damni per Schultetum & Scabinos estimati.
10. Restitutio damni non tollit pīnam, quam meretur pīgnomus ob non praefita servitia.

in fin. lib. 2. Landr. Zobel. dict. loc. n. 6. Johan. Schneidew. dict. §. ult. n. 5. Col. dict. dec. 136. n. 39. † Neque 6. excipio hic boves & equos aratorios, aliave animalia ad agriculturam pertinentia, ut vult Dan. Moller. bie n. 3. † cui non modò observantia communis reclamat, 7 sed & textus in dict. art. 40. & 47. lib. 2. Landr. † Pla-8 nè, si damnum passus duos viros in testimonium damni dati adhibere malit, quam pecora pignorare, aut per canes abigere, dubium non est, quin & quædamnum ei resarciri debeat, ac si animalia verè essent pignorata, dict. art. 47. lib. 2. Landr. ubi Gloss. Ordin. n. 6. Matth. Coler. dict. decif. 136. n. 40.

Ita Domini in causa Apel Lits zu Stabis/Mense August. Anno 1589.

Item in causa Erasmi Wengels zu Eauenstein/ Mense Mayo, Anno 1577.

Et ad consultationem des Schößlers zu Meissen/ Mense Jan. Anno 1601.

**DEFINIT. II.**  
Ad refusionem sumptuum tenetur Dominus pecorum pro alimentatione pecudis pīgnorata.

PECORA tamen pignorata judici illius loci saltem jurisdictionem inferiorem habenti, presentari & tradi debeat. Vide supra Conſt. 7. Defin. 3. Joh. Köpp. decif. 41. 3.

41. num. 10. Matth. Coler. de process. execut. part. I. c. 3.  
 2 n. 66. n. 123. & 124. † adeò ut si hoc non fecerit pignorans, condamnetur viro pignorato ad emendam & iudicii ad mulctam, Coler. d. l. n. 127. † Nisi forsitan ipse met pignorans eo in loco, ubi facta est pignoratio, habeat jurisdictionem Inferiorem; Nam tūm pecora non tenetur alii judicii offerre, sed ea licet apud se retinere potest, donec redimantur, Matth. Berlich. part. 2. conclus. 34. n. 23. † At cuiusnam sumptibus pecora pignorata & inclusa alimentari debent? Sanè, non loquor de injustā pignoratione pecudis, quæ procul dubio onus alimentationis in pignorantem transfert.  
 5 † Qui & propterea injuriarum conveniri potest, juxta tradita Aut. Consult. Const. Saxon. tom. I. part. 5. cas. 19.  
 6 n. 2. † Sed si iure animalia capra & pignorata fuerint, vix dubium est, quin Dominus pecudis pignoratio ad refusione sumptuum pro alimentatione pecorum tenetur, † quippe qui causam pignorationi dedit, & cuius potissimum interest, animalia viva redimi, Autor. Conf. Const. Saxon. dict. cas. 19.

Ita Domini ad requisitionem Andreæ Crusii zu Leipzig/Mense Mart. An. 1518. (Verba sent. Und es seynd auss das abgesoderte Vieche etliche Unkosten wegen der Fütterung und Unterhaltung aufgewendet worden. Da nun solche Pfändung rechtmäßiger Weise vorgenommen wære/ce. So möchten die Bauten und Unterthanen denen das Viech juzständig und abgenommen worden/ solche Unkosten abzutragen und zu entrichten angehalten werden/ B. R. W.)

### DEFINIT. III.

*Pro conservanda etiam jurisdictione, libertate aliisque juribus, pignoratio est permitta.*

- 1 Duplicis pignorationis effectus est: Scilicet ut datum 2 datus restituatur; † Et præscriptio interrupitur, Matth. Coler. de process. execut. part. I. cap. 3. num. 129. & part. I. decis. 136. num. 13. Joh. Köpp. decis. 3. 41. num. 30. & seqq. † Siquidem pignorando inducit 4 dissensus, contradic̄tio, & disp̄atientia Domini, contra 5 quem præscribere voluntus, arg. I. invitum. 5. ff. de serv. urban. præd. ideoque non solum pro damno dato, 6 † sed & pro conservanda Jurisdictione, libertate, aliisque 7 juribus, ad avertendas servitutes & removendas perturbationes pignoratio permittitur, Matth. Coler. 8 dict. decis. 136. num. 14. † Eo ipso enim, dum pignorat, quasi in re præsentis testatur suam disp̄atientiam Dominus, quod nolit vicino suo servitutem in fundo suo, veluti 9 jus pascuandi, eundi, lignandi, &c. permittere, arg. I. de pupillis. 9. si quis forte. 4. ff. de nov. oper. nanc. Col. d. l. † Quin & pro conservanda servitute aliove jure, 7 licita est pignoratio. † Unde sit, quo dicitur, qui vias iniustas ambulando defraudant & gabellas, telonia, vel 8 veitigalia, pignorari possint, donec veitigalia solvant & cum Dominis acordent, art. 37. lib. 2. Landr. Köpp. dict. decis. 41. n. 16. & 17. seqq. Matth. Coler. de process. execut. dict. part. I. c. 3. n. 74. † Sic & pro Conservacione Juris laudem, si Emphyteuta in hujus solutione moram trahat, pignoratio permitta est, ac licet Dominus bona Emphyteutæ, putat: Boves, ovēs & similia propriæ etiam autoritate sine omni judicis licentia pignorare, art. 54. lib. 1. Landr. ubi Gloss. n. 3. Coler. dict. cap. 3. n. 156.

Ita Domini in causa Johannis Caspari à Lindenu in Grossfeld, Mense Aug. Anno 1628. (Verba sent. Habeat iste Jonas Manus Wittib/der wegen das sie in eurem Holze zur Ungebühr geholtet, und elite Servitum und Geschwe: um auf andere Gedanke bringen wollen/ mit Abneigung der Art pfänden lassen/welches Pfand über 13. Wochen unabgödet stehen blieben/ce. So ist solches abgenommene Pfand verstanden/ce.)

### DEFINIT. IV.

*Rustici ac subditi pignorari possunt in bonis ob non præfita servititia, donec ad debitam obedientiam reducantur.*

- 2 Quidammodum ob quodvis damnum in fundo vel agro alieno datum, res aliqua etiam minima pi-

gnoris loco auferri potest, putat si Eques vel Auriga per alienum agrum transcat proterendo segetes, art. 27. lib. 2. Landr. Joh. Köpp. decis. 41. n. 7. Matth. Coler. de proc. exec. part. I. c. 3. n. 67. † Vel si quis agros alienos atatro subigat, art. 20. I. 3. Landr. Köpp. dict. dec. 41. n. 9. † Aut etiam hortos depopulandi, futandi & standi causâ ingrediatur, Colef. dict. cap. 3. n. 67. Köpp. d. l. n. 8. † Ita & pro conservando quovis suo jure licita erit pignoratio. Hinc sit, † quod Rusticorum & Subditorum bōha, qui contumaciter debita servitia more majorum præstare detrectant, pignorari queant, & tamdiu detineri, donec ad debitam obedientiam reducantur, Aut. Consult. Const. Saxon. tom. I. part. 5. cas. 19. Matth. Berlich. part. 2. c. 34. num. 17. Andr. Gail lib. 1. obs. 17. n. 8. † Quod certè mirum nemini videri debet, quum & ob contumaciam in præstandis servitiis, subditū vel rustici personaliter capi & pro arbitrio judicis cæteratione vel relegatione puniri paſſint, † Ut in Eleotorali Saxon. Scabinatu læpius pronunciatum memini, Joh. Borch. vol. I. cons. 9. q. 7. † Quin & contra subditos non, solventes annuam pensionem debitam de bonis suis, locum habet pignoratio, Matth. Coler. dict. c. 3. n. 144.

Ita Domini in causa Dietersch's von Mühlhens und der Gemeinde zu Neustadt/M. Sept. A. 1593. (Verba sent. Das Räger seine Klage und Zusprüche wider Beklagte bis auf die Hälfte erstanden und erlanget hat, derwegen seyn Beklagte dem Räger nun mehr die libellirte Dienste zu leisten/auch die Pfande so lange sie die wuthwilliger Weise haben lassen stehen/ jede Nacht mit 3. Schilling Pfennigen/bis sie verstanden zu verblassen schuldig/ce.)

It. in causa Job. à Schönfeld zu Gründberg/M. Febr. A. 1606. Be in causa VVolfgangi à Leipzig/eiusque Subditorum, Mens. Jul. Anno 1593.

### DEFINIT. V.

*Tria præstare debet pignoratus in foro Saxonico; Restitutionem damni, Emendam & pœnam pignoris contumaciter neglegenti.*

N On loquor hic de pignoratione pro conservanda jurisdictione, aliisque juribus incorporealibus. † Quomodo enim hoc casu præcedendum sit, tradit Andr. Gail. in lib. sing. de pignor. ob serv. 13. 16. & 21. Matth. Col. de process. execut. part. I. c. 2. n. 291. seq. † Sed de sola pignoratione pro damnis datis facta hic quæstio est. Ubi notandum, † quod pignoratus sua pecora, aliasve res pignoratas non recipiat, priusquam eas legitime redemerit, & debitam præstationem exsolvet. Tria vero quivis pignoratus præstare tenuerit: Nempe (1.) † Restitutionem damni, quod vel ipse met vel familia, aut pecora ejus in agro alieno dedeunt, art. 24. & 47. lib. 2. Landr. art. 20. lib. 3. Landr. hac Const. verb. Und des Schadens Abtrag/ Coler. de proc. execut. part. I. cap. 3. num. 129. Joh. Köpp. decis. 41. num. 27. Christ. Zobel. part. 2. diff. 36. n. 4. (2.) † Emendam den Pfandschilling/ dict. art. 27. & 47. hac Const. verb. Needenst dem gewöhnlichen Pfandschilling. † Quæ quidem in terris Saxonici uniformis non est, & quandoque ad triginta vel quadraginta grossos extenditur, ut videtur est apud Coler. dict. cap. 3. n. 129. & 130. Köpp. dict. decis. 41. n. 29. † Attamen in Provinciis Electoratus Saxonici, pignoratus judicii loco emendæ, non plus quam unicum solidum, einen Schilling das seynd 16. Pf. exsolvit, teste Berlich. part. 2. conclus. 34. n. 52. (3.) † Ad pœnam quoque pignoratus obstringitur, si pecora vel alias res pignoratas contumaciter redimere neglexerit. † Tenuerit namque tūm judicii in pœnam contumaciam pro singulis noctibus, sive pro singulis 24. horis triinos solidos. h. e. quatuor grossos, drey Schilling oder 4. Groschen exsolvere dict. art. 47. hac Const. verb. Dem Gerichts-Herrn von jeder Nacht/ so lange das Pfand ungelöst stehen bleibet/ 3. Schilling Pfennige/ Col dict. c. 3. n. 133. & part. II. decis. 136. n. 23. Dan. Moll. hic yl. & lib. 1. semesbr. 42.

Ita Domini in causa Joh. Georg. Meusingers von Kellereich  
auf Wiese/Mense Febr. A. 1611. (Verba sent. Hat nun der Steuer-  
scher solch. & Pfand nicht abgeloest / sondern dasselbe bis dato in  
den Gerichten stehen lassen/ie. So ist solches übernächtige Pfand  
mit 3. Schilling Pfennigen/das seyn & gr. von jeder Nacht/ bis  
dasselbe ganz verstanden/ berechnet dem gewöhnlichen Pfand.  
Schillinge/das sey: id 16. Pf. zu verbüßen/ und auch wegen des ju-  
gesuchten Schadens Abtrag zu thun schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Cessat luitio pignoris, quando pena contumacia sive  
pignoris negligenti pretium rei pignorata  
adæquat.*

- 1 **P**œna contumacæ, quæ in trinis solidis, pro singulis  
noctibus consistit Defin. prec. in hunc potissimum  
finem moribus Saxonici fuit inducta, ut hæc pignora-  
to liceat redimere rem pignoratam. † Quæ tamen  
licentia certis limitibus circumscripta est, donec usque  
nimirum quantitas trium illorum solidorum singulis  
noctibus solvendorum non adæquet precium rerum  
3 pignori captarum. † Alioquin sane, si pignoratus  
pecora, alias pignori captas tamdiu penes judicem  
reliquerit, easque contumaciter redimere neglexerit,  
donec predicta contumacæ pena ad valorem & preci-  
um rei pignorata ascendat, ulterius lutioni ac redem-  
ptioni locus non est, hæc Const. in verb. fin. Bis das  
Pfand ganz verstehtet/ie. ubi Moller. num. 1. Col. de-  
proc. execut. part. 1. cap. 3. num. 133. † Ideoque tum  
cedit judici quasi ipsi venditum pro justo rei pretio, ex  
præsumpta voluntate Domini in venditionem tacite  
consentientis, ac ne ipsi ulterior negligentie venia-  
concedatur.

Ita Domini in causa Hans Caspari von Lindenau/Mense Au-  
gust. Anno 1628. (Verba sent. Und es ist dasselbe Pfand bis dato  
über 13. Wochen unabgelöst stehen blieben/ie. So ist solch  
abgenommen Pfand verstanden/ und nunmehr euer/ als des Ge-  
richtsherrns eigen worden/ und sie ist solches zu lösen ferner nicht  
besucht/ie.)

## DEFINIT. VII.

*Pignore commisso, nil quicquam ulterius præstari de-  
bet ob contumaciam non redempti pignoris, etiam si  
bujus valor ne quidem ad penam unius noctis  
ascendat.*

- 1 **C**essante autem lutione ac pignore commisso, nec  
judex pœnam contumacæ ulteriore exigere  
potest, etiamsi res pignorata sit vilissima, putæ pileas,  
culicellus, securis, ligula, &c. cuius valor ad pœnam  
2 contumacæ ne unius quidem noctis ascenda. † Id  
quod probat in hæc Const. 27. verb. final. (Bis das  
3 Pfand ganz verstehtet.) † Etenim vocula (Bis/ do-  
nec) limitativa temporis & inducit conditionem, Bar-  
tol. in l. servitutes. 3. n. 2 ff. de servit. Jason. in l. si quis  
4 heredem. 7. n. 1. C. de insit. & subsit. † Ut scilicet  
pœna contumacæ pro non redempto pignore, trino-  
rum scilicet solidorum, pro singulis noctibus tamdiu  
præstanda sit, quoque valorem pignoris adæquet,  
non ultra, Dan. Moller. bic num. 2. & lib. 1. semestr. 42.  
Berlich. p. 2. concl. 34. num. 57. Matth. Coler. de proc.  
5 exec. part. 1. c. 2. numer. 133. & seq. † Nec habet  
tunc judex, quod de minimo pignoris valore conque-  
ratur, siquidem non ob id permisæ sunt ejusmodi pi-  
gnorationes, ut judices & alii magistratus inde locuple-  
tentur, sed quò magis jus unusquisque suum legitimè  
tueri possit, Moll. dict. loc.

Ita Domini in causa VVolfgangi à Leipzg/ Mense Jul. Anno  
1593. (Verba sent. Aber die drei Schilling Pfennige/ davon in  
Churfl. Schöß. Constitution Meidung geschildert/ seyd Ihr fede  
Racht weiter nicht/ als bis so lange das Pfand verstanden/ zu so-  
dern besucht/ V. R. W.)

Et in causa D. I. C. B. à G. Mens. Febr. A. 1627. (Verba sent.  
So viel aber das abgenomme Pfand nemlich den Raderlücken  
auslangt/ weil derselbe längst verstanden/ und euer eigen worden/  
mag der Bauer ihn mit leichtwas ferner zu verbüßen nicht angehal-  
ten werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Commisso pignore, nec emendam, den Pfand: Schil-  
ling/pignoratus præstare tenetur.*

- 1 **P**ignore commisso, cessat quoque emenda seu satis-  
factione judici debita, der Pfand: Schilling/ neque  
hanc pignoratus tum solvere tenetur, Berlich. part. 2.  
concl. 34. num. 59. † Non solum quod pœna contu-  
macia trium solidorum in singulas noctes debitæ, ac  
emenda illa æquiparentur, ut vult probare Berl. dict. l.  
ex Gloss. lat. ad text. Germ. art. 27. lit. F. lib. 2. Landr.  
† Sed & quod pignoratus præsumatur ideo noluisse  
redimere pignus, ne illam emendam exsolvere cogatur:  
† Alioquin si voluisset solidum pignorationis sive e-  
mendam exsolvere, procul dubio pignus statim rede-  
misset, nec per unam quidem noctem illud apud judi-  
cem reliquistet, Berl. dict. loc.

Ita Domini in eadem causa D. I. C. B. à G. (Verba sent. Weil  
das Pfand längst verstanden und euer eigen worden/ so mag der  
gepfändete Bauer dasselbe mit leichtwas ferner zu verbüßen/ oder  
einigen Pfand: Schilling zu geben nicht angehalten werden/ V.  
R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Pignore licet amissio, nihilominus pignoratus tenetur  
ad restitutionem damni per Schultetum & Sea-  
binos estimati.*

- 1 **N**on tamen juvat pignoratum amissio pignoris  
haud redempti, quo minus damnum resarcire  
teneatur. † Sed licet pignoranti hoc casu agere ad re-  
stitutionem damni & interesse, ut maximè valor rei pi-  
gnoratae ad pœnam contumacæ ne quidem unius no-  
ctis ascendat, Dan. Moll. bic num. 2. † Haud quic-  
quam enim pignoratio commune habet cum restitu-  
tione damni, quam & is tenetur præstare, qui pignora-  
tus non est, si Dominus alio modo quam pignoratione  
damnum probet, art. 47. lib. 2. Landr. Gloss. Ord. in-  
art. 20. n. 4. lib. 3. Landr. † Nec damnosum esse de-  
bet Domino, quod damnum inferentem pignorare no-  
luerit, sed de alia probatione damni dati sibi prospexe-  
rit, Matth. Coler. p. 1. decif. 136. num. 40. † Solet au-  
tem damnum datum hodiè communiter estimari per  
Schultetum & Rusticos seu Scabinos, durch Richter  
und Schöppen/secundum taxationem temporis, quo  
damnum datum est, Col. de process. execut. part. 1. cap.  
3. num. 66. Christ. Zobel. p. 2. diff. 36. num. 7. † Quam-  
vis & ipsimet Domino liberum sit damnum estimare,  
ad hoc, ut pignoratus, qui damnum dedit, tenetur præ-  
cisè illam estimationem præstare, vel juramento suo  
deminuere art. 47. lib. 3. Landr. Ordin. nov. process.  
judic. Elect. Saxon. de An. 1622. tit. 31. in fin. Hart. Pist.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Aufsu Fall der ge-  
pfändete Bauer darüber/ daß sein Biech in eurem Getreydig  
Schaden gehan/ nichts erhebliches eingewenden hätte/ so wäre  
er wegen des Schadens/ ihmachen derselbe von Richter und  
Schöppen taxirt worden/ gebührlchen Abtrag zu thun schuldig/  
das Pfand aber/ weil es verstanden/ und euer eigen worden/ mag  
er ferner zu verbüßen nicht angehalten werden/ie.)

Et in causa VVolfgangi à Leipzg/ Mense Jul. Anno 1593.

## DEFINIT. X.

*Restitutio damni non tollit pœnam, quam mere-  
tur pignoratus ob non præstata  
servitia.*

- 1 **L**icit pignoratus ob non præstata servitia damnum  
datum restituerit, ac debito modo pignus redeme-  
rit, sive illud propter non factam legitimam relucio-  
nem amissum fuerit, † haud tamen à pœna contumacæ  
in non præstandis servitiis commissæ exemptus erit.  
† Etenim restitutio damni privatum læsa partis inter-  
esse concernit, quod vindictæ publicæ neutiquam præ-  
judicare potest, arg. l. ancilla. 12. C. de furt. l. 60. ff.  
de obligat. & aff. l. 2. §. 1. ff. de tutel. & rat. diffr.  
l. II.

4. l. i. 1. g. 2. ff. de serv. corrupt. + Nec tollit poena contumacia ob non factam pignoris relutionem, quæ est trium solidorum in singulas noctes, Defin. 5. poenam contumacia in non præstandis serviis commissæ, sed unaquæque contumacia ceu peculiare delictum suam meretur poenam, + debet enim poena correspondere delictis, l. sancimus. 22. C. de pen. c. sicut dignum. 6. ext. de homicid. c. ut Clericorum 13. extr. de Vit. 5.

honest. Cler. Prosp. Var. in prax. crim. lib. 1. tit. 2. qu. 17. n. 9.

Ita Domini in causa VVolfgangi à Leipzig/ Mense Jul. Anno 1593. (Verda sentent. So seind sic solchen Schaden zu erstatten schuldig/ und werden hierüber wegen ihres begangenen Ungehorsams in Verweigerung der schuldigen Dienste willkürlich entweder um eine ziemliche Geldbuße/ doch ein jeder seinem Vermögen nach/oder mit Gefängniß in Straffe genommen/ B. R. W.)

## C O N S T I T U T I O   X X V I I I . P A R T I S   S E C U N D Æ.

**Wann die Münze verändert/in welchem Werth die Bezahlung alsdann geschehen soll?**

**D**A der Valor und der Werth/ und bonitas extrinseca verändert/ das durch die Münze gesteigert oder fällt/ oder ganz abkommen/ soll der Werth/ wie er zur Zeit des Contracts gewesen/ bezahlet und erleget werden. Wo aber der Schuldener in mora gewesen/ und dem Gläubiger mit der Bezahlung auff bestimmte Zeit nicht zugehalten/ und es entstünde dem Gläubiger hieraus einiger Schade oder Abbruch an der Münze/ denselbigen soll ihm der Schuldmann auch ersetzen. Also auch/ wann Schrot und Korn/ und also bonitas intrinseca an der Münze verändert/ so soll die Bezahlung derer Münz/ die tempore contractus ganghaßtig gewesen/ oder da man die nicht haben kan/ nach derselbigen Werth und Aestimation geschehen/ welches sich unsere Verordnete also zu erkennen verglichen/ darbey wir es auch bewenden lassen.

**Monetâ mutatâ, in quâ facienda sit solutio?**



I mutatâ bonitate monetâ extrinsecâ valor ejus vel minuitur vel augetur, vel in totum etiam moneta aboletur, solutio fiet in eo valore, qui tempore contractus fuit. Quod si in morâ solvendi fuerit debitor, damnum quoque, si quod hinc senserit Creditor, illi præstabit. Similiter si bonitas monetâ intrinseca mutetur, eam monetam solvat debitor, quæ tempore contractus usitata fuit, vel si haberi ea non possit, valor & aestimatio ejus solvatur. Idque cum deputati nostri in judicando observandum existimârint, & nos probamus.

gewesen/ oder da man die nicht haben kan/ nach derselbigen Werth und Aestimation geschehen/ welches sich unsere Verordnete also zu erkennen verglichen/ darbey wir es auch bewenden lassen.

## D E F I N I T I O N E S .

1. *Valor moneta solvenda ex Edicto Principiis, non abusu commerciorum, estimandus est.*
2. *Non liberat debitorem depositio pecunie facta secundum valorem inductum commerciorum abusu, contra Principiū editū.*
3. *Debitor solvens pecuniam reprobata non liberatur, sed facienda est solutio in alia moneta secundum estimationem, qua fuit tempore contractus.*
4. *Mutatâ pecunia bonitate intrinsecâ, solutio fieri debet secundum estimationem & rationem antiqua moneta, qua fuit tempore contractus.*
5. *Extrinsecâ pecunia bonitate, qua in valore consistit, mutatâ, solutio secundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda est.*
6. *Ex causa emptionis fieri debet solutio pretii secundum valorem, qui fuerit tempore contractus, non etiam solutio permissa.*
7. *Post mortem patris liberi dotem aliave accepta conferre tenentur, secundum valorem moneta, qui fuerit tempore subsidii prestiti, dotiuvè data.*
8. *Solvendum est legatum in ea moneta bonitate, qua fuit tempore conditi testamenti, sive melior, sive deterior moneta facta fuerit.*
9. *In annuis etiam præstationibus circa mutationem moneta, tempus contractus inspici debet.*
10. *Nulla superest peritio augmenti monetarii, post solutionem sine protestatione acceptam.*
11. *Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem solvi potest.*
12. *Non potest solvi ante diem Creditori debitum, si dies fuerit adjecta in favorem Creditoris.*
13. *Invito Creditori particulariter solvi non potest.*
14. *Nec usurum præstatio admittitur, secundum alium moneta valorem, quam qui fuit tempore contractus.*
15. *Moram in solvendo contrubens, non ob id cogitur solvere in meliore moneta, quam qua fuerit tempore debit contracti.*
16. *Depositio pecunie absque præcedente oblatione & ob-signatione legitima, debitorem non liberat à periculo aut cursu usurarum.*
17. *In depositione necessaria, Requisita solennia oblationis & ob-signationis haud sunt observanda.*
18. *Tempore solutionis arbitrio debitoris commisso, defuncto eo, heredes statim solvere tenentur.*
19. *Quando terminus in obligatione instrumento solutionis præstitus non est, debitor ad interpellationem Creditoris solvere tenetur.*
20. *Quod ex errore juris solutum est, conditione indebet repeti nequit.*
21. *In debitum solutum confessione & quietatione acceptatio probatum, statim repeti potest.*
22. *Magistratus, penes quem pecunia fuit deposita, nil quicquam de ea detrahere licet, nisi aliud longevè consuetudine sit introductum.*
23. *Delegatio perinde atq. Solutio debitorem liberat ab ulteriori exactione.*

## DEFINIT. I.

*Valor moneta solvenda ex Edicto Principis, non  
ab abusu commerciorum, estiman-  
dus est.*

- Q**um abusus commerciorum hāc nostrā tempesta-  
te rem eō produxerit, ut nullus mercis minus cer-  
ta sit estimatio, quām pecunia, † quā tamē certam  
temporū ac perpetuam rationem habere deberet, /.  
3 nummis. 3. ff. de in lie. jur. † Quippe quod pecunia-  
res omnes ceteras estimare soleat, non à ceteris rebus  
estimari, l. si ita. 42. ff. de fidejuss. sēpissimē inde con-  
tingit, ut major communi hominum usu frequentetur  
valor, quām qui Principis edicto constitutus est, quā  
res in solutione facienda & estimatione nummorum  
ineunda amplam litium materiam præbet; † Certe, si  
Principe paciente, nec coērcente Magistratu, monetæ  
valor vulgo major sit, quām Edicti forma patiatur, pro-  
cul dubio non tam valor inspici debet, qui Edicto  
constitutus est, quām qui communi hominum usu &  
commercio frequentatur, Anton. Fabr. in Codic. lib. 8.  
tit. 29. defin. 11. † Ne scilicet damnum patiatur  
Creditor, cui soli æquum non est, nocere Edictum,  
quod ceteris Negotiatoribus haud nocet, Principe id  
ipsum patiente & ab Edicto tacitè recedente; † Qua-  
lis enim lex erit, si non observeretur & in desuetudinem  
beat l. de quibus. 32. in fin. ubi Dd. ff. de legib. † Alioquin Edicto Principis in vigore suo stante, si nihil  
minus abusus commerciorum, temporumque licentia  
moneta pluris estimetur, placuit, Creditorem, cui cer-  
tus florenorum numerus debetur, cogendum non esse,  
monetam sive argenteam, sive auream accipere supra  
eam estimationem, quā publicā autoritate esset consti-  
tuta; † Ex legibus siquidem judicandum est, non ex  
abusu, nec tam inspiciendum, quid Romæ fiat, quām  
quid fieri debeat, l. sed licet. 12. ff. de offic. presid.

Ita Domini in causa VVolffgangi Conradi ab Einsiedels zu  
Großköstern/ Mense Mart. Anno 1608. (Verba sentent. So mag  
der Gläubiger die grobe Münksorten an Ungarischen Ducaten/  
Dicken- und Reichs-Thalern / so ihr ihme geben wollet/ in dem  
Werth wie sich Igo von Handelsleuten und andern privat-Pe-  
sonen/ zuwider des H. Römischen Reichs/ so wohl auch Churf.  
Sächs. publicirten/ und noch zur Zeit durch andere öffentliche E-  
dicta nicht abgeschafften Münz-Ordnungen/ ausgegeben und ge-  
nossen worden/ von euch anzunehmen wider seines Willens nicht  
gedrungen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Non liberet debitorem depositio pecunia facta secun-  
dum valorem inductum commerciorum abusu, contra  
Principis edictum.*

- E**x conventione quidem certa Creditor monetam  
secundum valorem commerciorum abusu intro-  
ductum acceptare cogitur. † Nec iniqua aut prohi-  
bita est ejusmodi conventio, si præfertim is, qui se ad  
eam solutionis formam obligavit, acceptos à Credito-  
re nummos ad eum valorem expenderit, arg. l. i. & tot.  
3. tit. ff. quod quisque jur. † Idque ipsum etiam ad hunc  
casum extendit Ant. Fab. quo quis monetam & com-  
munem valorem solvere obligatus est, in Codic. lib. 8.  
tit. 29. defin. 4. Quod verum puto, si patientia Prin-  
cipis accederit. † Alioquin extra casum conventionis  
debitor offerens pecuniam in valore alio, quām  
qui publico Principis edicto constitutus est, audiri non  
debet, Defin. precep. † in tantum, ut nec valida si-  
depositio & ob-signatio sic facta, ad hoc ut debitorem  
liberare valeat. † Non enim potest rite factum vide-  
ri, quod factum est contra Leges l. non dubium. 5. C. de  
legib. † Quin & justa Creditori appellandi causa-  
datur ab eo iudice, qui depositionem illam rite ac legi-  
timē factam pronunciat arg. l. i. ff. que sent. fin. ap-  
pell. Ant. Fab. dict. tit. 29. defin. 39.

Ita Domini in causa Matth. i. Friedlers & Adami Gutschens ad  
consultationem Questoris zu Eugen/ Mensl. Jun. Anno 1612.  
(Verba sentent. Ob nun wohl das Geld benekter machen hinterle-  
get worden/ dieweil aber dennoch der Reichsthaler nemahls von  
der hohen Obrigkeit auf 10. fl noch der Engelthaler auf 5. fl. ta-  
xiaret und angeschlagen worden/ &c. Als mag auch der Creditor  
das hinterlegte Geld in so hohem Werth anzunehmen nicht ge-  
drungen werden/ sondern es ist der Debitor, des beschœfenen De-  
positi ungeachtet/ die Zahlung an teigigem Werth nochmals zu  
leisten schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Debitor solvens pecuniam reprobata non liberatur,  
sed facienda est solutio in alia moneta secundum  
estimationem, que fuit tempore  
contractus.*

- D**ebitorum in pecunia reprobata solvere non posse, 1  
Dd. communiter largiuntur: Attamen quidam  
ideò restringunt, quando pecunia ideò est reprobata,  
quod minoris ponderis facta & sic bonitas intrinseca  
etiam mutata fuerit; † concedentes interim, debitorum  
pecuniam reprobata solventem liberari, si aliam  
ob causam, non ex bonitate pecuniae intrinseca prove-  
nientem, pecunia sit reprobata, Hostiens. in cap. quan-  
do de jure. Martin. Laudens. in tract. de monet. n. 13.  
Dec. in l. quod te. s. n. 8. in fin. ff. si cert. petat, † Sed 3  
Creditorem nunquam teneri recipere solutionem in-  
pecunia reprobata, licet ei estimatio pecuniae reproba-  
ta, quā fuit tempore contractus, recte solvatur, arbit-  
ratu fuere Domini † per text. in l. eleganter. 24. §. qui 4  
reprobos. 1. ff. de pign. 45. c. olim causam. 20. c. cum ca-  
nonicis. 26. sub fin. ext. de censib. teste Hartman. Pistor.  
observat. 141. Bartol. in l. Paulus. 101. n. 6. ff. de solut.  
Nicol. Boët. decis. 327. n. 17. † Quamvis enī invi-  
to Creditori aliud pro alio solvi non possit, secus tam-  
en se res habet, † quando species debita amplius 6  
non reperitur, l. non dubium. 14. §. ult. ff. de legat. 3. l.  
23. l. 91. §. ult. ff. de verb. obligat. Andr. Gail. lib. 2. ob-  
serv. 73. n. 8. † Quod & placuit Serenissimo Saxo-  
niz Electorali, ita dilponenti b. Const. 28. in verb. final. 7  
Oder da man die nicht haben kan/ nach derselben  
Werth und Estimation geschehen/ &c. † Idemque  
juris obtinere vulgo existimant, si moneta antiqua qui-  
dem adhuc extet, sed rarior & difficillimè, ac non nisi  
magno & immenso sumptu comparari possit, Ernest.  
Cethman. vol. 1. consil. 34. n. 44. & 45. Frid. Pruckman.  
vol. 2. consil. 12. num. 17.

Ita Domini in causa Reichsfor Nadegostis zu Niemel/ Mensl.  
Dec. Anno 1625. (Verba sentent. Das der Gläubiger die nun  
mehr abgeschaffte und verbotene Münze von euch anzunehmen  
nicht gedrungen werden mag/ außn Fall ihr aber die Zahlung an  
guten Reichsthalera oder teigier gangbarer Münze jedoch dem  
Werth nach/ was dieselbe zur Zeit des Contracts gesotten/ leisten  
werdet/ lässt sich bemeldter Gläubiger davon billig begnügen/  
V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Mutata pecunia bonitate intrinseca, solutio fieri de-  
bet secundum estimationem & rationem antiqua  
monete, que fuit tempore con-  
tractus.*

- I**ntrinscam dico bonitatem monetæ, quā consistit  
in materia, pondere & forma, l. i. ff. de contr. empt.  
l. 2. C. de vet. numism. † Et mutatur bonitas intrin-  
seca, si pecunia magis ære contaminetur, quām hac-  
enus consueverat, wann Schrödt und Korn an der  
Münze gemindert wird. Ernest. Cothm. vol. 1. consil. 34.  
num. 14. & seqq. Régp. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 7.  
num. 152. Quo facto, † secundum estimationem &  
rationem antiqua monetæ, qualis tempore contractus  
fuit, solutionem fieri debere, ut commodum pariter,  
& incommodum sit debitoris, ita ut aucta monetæ de-  
bitor additamentum detrahere, cādes verò materiā  
de-

deminutâ, illud supplere teneatur, communis est opinio Dd. quos longo agmine allegat Berlich. part. 2. conclus. 35. num. 37. † Quam & disertè comprobavit Illustrissimus Elector Sax. hæc Constit. 28. §. Also auch wenn Schrödt und Korn ic. Non enim debet Creditor aut lucrum, aut damnum ullum sentire ex solutione sibi facta, † sed illud ipsum præcisè consequi, quod reverâ debetur, l. debitorem 99. ff. de solut. l. cum quid. 3. ubi Dd. ff. de Reb. cred. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 6. 29. defini. 25. num. 6. † At, dixerit quis, in mutuo tantum æstimatione credita censetur, arg. l. 3. ff. de reb. cred. adeoque non videbitur injuriam pati Creditor, si ei nummi ejusdem valoris, licet in materia deteriori, restituantur? † Quod ut maximè concedatur, Valorem nempe ex natura mutui, ubi corpora ipsa non restituantur, potissimum attendi, attamen negari nequit, † ipsius etiam materiæ rationem habendam esse, quia hæc est fundamentum & causa valoris, quia pro diversitate materiæ est diversus, siquidem in Republica bene constituta inter valorem & materiam, justam oportet esse proportionem, † prout eleganter & prolixè confirmat Anton. Fab. in special. tract. de var. debit. num. 10. solut. † Idque est, quod dicit Covarr. de vet. num. potest. cap. 7. numer. 5. materiam ita æstimandam esse, & tanti, quantum alijs valeret, publico charactere non percussa. † Eademque de causa, in moneta publica hæc duo quasi pro substantia nummorum requiruntur, videlicet: probitas materiæ, debitum pondus in l. i. C. de veter. numism. potest lib. 11. Ut ita solus valor sine materiæ bonitate & legitimo pondere substantiam pecuniae haud constituat, Matth. Coler. de proc. exec. p. 1. cap. 10. n. 8.

Ita Domini in causa Nicolai à Nossikens auf Niederfuhrwaldt Mens. Jan. Anno 1622. (Verba sent. Da ihr nun die erborgeten 1000. si entweder mit ebenmäßigen Ducaten und Münzen oder da dieselben geringer, mit so viel gangbarer Münze, daß hierdurch der innerliche Werth so zur Zeit des geschlossenen Contracts vorgedachter Münzen geachten / erschel werden/ ic. So hättet ihr hierdurch eurem Brief und Siegel eine Güte gehau/ und möchtet etwas ferners zu euerich/ leu nicht angehalten werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Extrinsicæ pecuniae bonitate, que in valorem consistit, mutata, solutio secundum valorem, qui fuit tempore contractus, facienda est.*

¶ Non ut olim, quo amplissimi erant fines Imperii, & jus cūdendæ monetæ penes solum Imperatorem, ita & hodiè uniformis ac constans in Imperio Romano-Germanico, est valor monetæ, † sed alius atque alius communis hominum usu & commercio frequentatur. † Id quod plerumque ab invitis Principibus & Magistratibus extorquet infelicitas temporum, atque necessitas commerciorum, quam promiscui usus utilitatem vocat Paulus in l. si quis mancipia 17. §. si impubes ff. de inst. act. † accidente præsertim insatiabili mercatorum avaritia; Quæ res circa solutionem justi valoris faciendam, inexplicabilem ferè difficultatem, & infinitam litium materiam præbet. † Ut vix ad certam aliquam regulam decisivam omnes factorum qualitates revocare liceat, sed quandoque edicta mutare, quandoque decisionem judicis arbitrio relinquere, tutissimum alicui videri possit, vitandi scilicet absurdum & incommodi gratiâ, quod vel privatis vel Reipublicæ exinde accedere solet, l. i. ff. Ad SCium Turpili. 4. ordine. 15. ff. ad municip. † Nihilominus inter varias Interpp. opiniones securissimam viam ambulare, puto, Illustrissimum Saxon. Electorem, simpliciter.

Carpz. Definit. Vol. I.

ter tempus contractus spectantem hæc Constitut. 28. in pr. † nempe ut bonitate monetæ extrinsecâ, quæ in valorem consistit, mutata, solutio fiat in eo valore, qui fuit tempore contractus. † Non ita, ut si acreverit, debitor deducere possit valorem vel incrementum, quod vereri æstimationi intra tempus solutionis accessit: † Vel si quantitas monetæ decreverit, debitor supplere teneatur valorem, qui tempore contractus cucurrit, ut vult Mynting. 4. observ. 1. Covarr. de vet. numism. potest. cap. 7. §. 1. num. 3. ex Molin. de conser. quest. 92. & seqq. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 36. numer. 5. Quod certè Illustrissimus Elector haud sensisse videtur; Sed † ut thaleri, aliaque monetarum species non pluris æstimentur, quam juxta valorem tempore contractus usitatum, putâ si tempore contractus Joachimicus valuerit 24. grossos, qui tamen hodiè æstimatur 30; Creditor Joachimicum, non nisi pro 24. grossis & sic uno thalero accipere cogatur, sicut contra deminuto valore thaleri Imperialis, qui tempore contractus æstimabatur 28. grossis, debitor unico Joachimico ultra thalerum adhuc 4. grossos solvere valeat. † Ut scilicet & hoc casu consideratio sit habenda intrinsecæ bonitatis, & ita secundum valorem Joachimici, in bonitate intrinseca haut mutari, minuta quoque moneta taxanda. † Quæ certè sententia omnium æquissima est, quippe quæ nec lucrum, nec damnum ullum Creditor sentit ex solutione sibi facta, sed illud ipsum præcisè consequitur, quod reverâ debetur, secundum l. 99. ff. de solut. l. cum quid. 3. ubi Dd. ff. de reb. cred. † Ecquis enim non videt, manente eadem bonitate Joachimici, aurei, aliarumque specierum majoris monetæ, aucto interim earundem valore, minuta monetam, quoad ipsam etiam bonitatem intrinsecam deteriore fieri, & adeoque vel ex dictis in Definit. preced. etiam ad intrinsecam bonitatem hoc casu respectus haberi debet, nisi quis cum communi Interpp. agmine errare velit haud absque insigni Creditoris injuria.

Ita Domini in causa Peter Werckens zu Leipzig/Mense Febr. Anno 1584. (Verba sentent. Ob nun gleich zur Zeit des Darlehens der Reichsthaler mehr nicht dann 30. Stieber gegolten/ und dasdeder dermaßen gezeigt worden/ daß er lego 42. Stieber gilt/ ic. So ist doch der Schuldener auch den Reichsthaler höher/ denn er zur Zeit des Darlehens gegolten/ anzuschlagen nicht besagt/B. R. W.)

Et in causa M. Ambrosii Sonnewaldis zu Leipzig/Mense Aug. Anno 1589. (Verba sentent. Hat Anno 1570. als der Contract aufgerichtet worden/ der Thaler 36. Stieber gegolten/ so ist der Schuldener die Abiegung mit Thaleru oder solchen Stiebern/ wie die tempore contractus gewesen/ zu thau/ oder da sie nicht mehr zu befohlenen wären/ den rechten Werth derselben zu erhalten verpflichtet/ und ihr sejd die legigen Stieber anders nicht als in ihrem rechten Werth anzunehmen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Ex causa emptionis fieri debet solutio pretii secundum valorem, qui fuit tempore contractus, non etiam solutionis prominere:*

¶ Non solum in mutuo, sed & in venditione aliisque contractibus, circa solutionem monetæ ejusque valorem ad tempus contractus, non destinata solutio nis est respiciendum, id quod ex generalitate hujus Constat. satis liquet. † De omni enim indifferenter solutione agit abique distinctione tituli vel causæ praecedentis. † Ae terre ratio hujus iuris non solum in mutuo locum habet, sed & ad alios contractus.

Ddd d

bca

- 4 bene accommodari potest, scilicet, † ne Creditor aut lucrum, aut damnum ullum sentiat ex solutione sibi facta, sed illud ipsum præcisè consequatur, quod revera debetur l. debitor. m. 99. ff. de solut. l. 3. ff. de reb. Credit.
- 5 Quare † si vendor rem venditam tradiderit, ac ita dominium transtulerit, solutione ad tempus certum dilata, Emptor audiri non debet, si valore pecunia æusto, neglecto contractus tempore, pretium secundum 6 valorem temporis præsentis solvere velit, † ne in odium venditoris retrahatur, quod in favorem emptoris de pretio fidem habuerit, l. quod vendidi. 19. ff. de contr. empt.

Ita Domini in causa Balthasari von Preußens/M. Aug. Anno 1607. (Verba sent. Et seyd ihr die hinterstelligen Kaufgeldere nach dem Werth/ wie sie zur Zeit des geschlossenen Kaufs gänge und gebe gewesen. Verkäufers Erben zu entrichten schuldig; und es mögen dieselbigen in dem Werth/ wie die Münze anliegt aus, geben wird/ desgleichen auch an denen Sorten/ so damals nicht ganghaftig gewesen/ die Zahlung wider ihren Willen anjunghen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Post mortem patris liberi dotem aliave accepta con- ferre tenentur, secundum valorem moneta, qui fuerit tempore subsidiæ præstiti, do- turè date.*

- 1 **H**aud raro parentes liberis tradunt pecuniam in subsídium rei familiaris, quæ tamen ipsis non ma- 2 gis ac dotem filiabus donare præsumuntur; cessat enim donationis præsumptio, ubi alia sumi potest conjectura, Salyceet. in l. filie cuius. 18 col. 4, vers. secundo igitur casu principalis. C. fam. ercisc. Menoch. de præsumpt. 3 lib. 3. præsumpt. 30. † Ideoque subsídium ejusmodi paternum, non minus ac dos ipsa, mortuo patre con- ferri debet, Modest. Pistor. p. 1. q. 10. in pr. non tamen 4 secundum præsentem pecuniaæ valorem, † sed juxta moneta æstimationem, quæ fuit tempore dotis datæ, & 5 subsidiæ præstiti, † quia hoc casu collatio in mutui contractum incidit, & liberi pecuniam videntur accepisse, tanquam ex ductuo & patre defuncto reddituri, arg. l. si paterno 15. juncl. Gloss. in verb. repetitur. C. 6 de negot. gest. Pistor. dicit. loc. † Et si aliter dicereatur, metuendum esset, ne inter liberos summa inducatur inæqualitas, cum tamen finis collationis in eo constat, quo per omnia æqualitas servetur l. illud. 20. ubi Bartol. C. de collat. Matth. Welenbec. in parat. ff. de collat. n. 7.

Ita Domini in causa David Breunings zu Hirschbach/ Mens. Aug. An. 1633. (Verba sentent. Und nachdem euer Schwäher Lodes versfahren/ haben die sämtlichen Erben auf die Collation gedrungen/ und daß vorgedachte Mütigkeit/ und Väterliche Hülfse in gemeine Theilung gebracht werden möchte/ begehet. Da Ihr nun berührtte Mütigkeit und Väterliche Hülfse an solchem Werth und Münze / was dieselbe zur Zeit des Empfangs öffentlichem Anschlag nach gegolten/ einbringen und conferieren würdet/ sc. So ließen sich die Erben daran bittlich begnügen/ und ih möchtest soiche Seidere iezigem Werth nach euch abfärzen zu lassen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Et in causa Jacob Sarens zu Hohndorff/Mense Mayo, A. 1632. (Verba sent. So werden obgedachte s 41. s. Väterliche Hülfse an Münze und Werth/ wie euer Vater ausgezahlet/ von euch billich conferiret/ und es seynd eure Geschwistere solche am izigem Gelde und Werth anzusehen/ und euch abzufürzen nicht besugt/ V. R. W.)

Item in causa Melchior Lannebergs zu Roskwein/ Mens. Jul. Anno 1633.

Item in causa Georg Rumpfers zu Leignigt/ Mens. Januar. Anno 1634.

Item in causa Hansen Leuchsens zu Schneberg/ Mens. Jan. Anno 1635.

## DEFINIT. VIII.

*Solvendum est Legatum in ea moneta bonitate, qua fuit tempore conditi testamenti, sive melior, sive deterior moneta facta fuerit.*

**E**xistimare equidem quis posset, in æstimanda moneta, cum de legato solvendo agitur, mortis tempus inspiciendum esse, cum non prius perfectum videatur legatum, quam testator decesserit, l. non videtur. 32. ff. de mort. caus. donat. † & mortis demum tempore dies legati cedit, l. si fundus. 28. ff. quando dies legator. l. 22. ff. de instr. vel instrum. legat. † nec robur & vires habet testamentum, nisi à morte testatoris, l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. omnium. 19. C. de testam. † Quamvis & Roman. putet, spectandum esse in legato tempus solutionis, nisi heres fuerit in mora, in singul. 519. Et consil. 123. † Quo videtur facere Mandatum moneta- rium Electorale Saxonum de Anno 1623. §. Da aber die Obligation. quod omnes solutiones in moneta ea, quæ est tempore solutionis usitata, fieri jubet. † At- tamen communiter tradunt Dd. si melior aut deterior fuerit moneta tempore testamenti, quam tempore mortis aut solutionis, tempus testamenti conditi spe- cificari, ac in ea monetæ bonitate, quæ tūm fuit, legatum exsolvi, † per l. si ita. 7. l. ult. ff. de aur. Et arg. leg. l. uxori. 7 33. in pr. Et §. 1. l. nomen. 34. §. 1. l. uxorem. 41. §. testamen- to pueros. 4. l. nuper. 85. bis verbis. 102. ff. de legat. 3. l. 18. §. quod adjicitur. 1. ff. de const. pecun. Oldrad. consil. 31. Gothofr. ad l. 3. in fin. verb. deteriore. ff. de reb. credit. Nic. Everhard. in consil. 105. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 15. Et 44. Et in tract. de var. numm. debit. solut. cap. 19. Molin. de Usur. num. 742. Natta vol. 1. consil. 156. n. 16. Et seqq. Andr. Gail. lib. 2. observat. 73. n. 4. Budel. de monet. lib. 2. cap. 18. n. 12. Et 18. Frid. Pruckman. vol. 2. consil. 12. num. 4. Mart. Lau- dens. de monet. num. 27. † Siquidem ex patrimonii 8 comparatione prudens testator legandi modum sumere & solet & debet, † futuræque mutationis ignarus, 9 non de alia moneta cogitare videri potest, quam de ea, quæ tūm in usu & commercio est, cum legat, licet non nisi à die mortis legatum deperi possit, l. un. §. in novisimo. 5. C. de caduc. tollend. † Nam retrotrahitur 10 tūm debitum ad tempus conditi testamenti, perinde ac donatio mortis causa ad id tempus, quo facta est, l. si mortis. 40. ff. de mort. caus. donat. Ant. Fab. decad. 46. de error. pragm. Error. 5. † Ex quo facile corrut ar- 11 gumentum ex morte testatoris, quæ vires demum dis- positioni ejus tribuit, desumptum, quod eo minus ob- stare videtur, quia de mente testatoris hoc casu satis li- quer, ut modo probavi. † Nec ullum porrò negotium 12 facit Mandatum Electorale Saxon. supra allegatum, quod tempus solutionis observari jubet. † Siquidem 13 mandatum illud solummodo agit de contractibus, ut ex litera manifestum est, vers. Und in allen andern verbriesten oder sonst erweislich abgehandelten Contracten. † Ergo ad testamentum haud debet 14 extendi, ne per id lædatur jus commune, nullibi expres- sè corréctum, arg. l. si quando. 35. C. de inoff. testam. c. causam. 18. extr. de rescript. † Idemque in donatio- 15 nibus mortis causa afferendum videtur, ut scilicet in æstimando monetæ augmento, cum de donationibus mortis causâ agitur, non mortis, sed donationis factæ tempus sit inspiciendum, Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 37. defin. 4. † Evenit tamen quandoque, ut exver- 16 bis aut voluntate testantis tempus mortis in solvendo legato attendi debeat, † ut in l. si fundus. 28. ff. quan- 17 do dies legat. l. Mela. 14. §. sed si alimenta. 2. ff. de alim. Et cibar. legat. l. pen. ff. de instr. legat. secundum Gloss. in l. si ita. 7. ff. de aur. Et arg. legat. Fabr. dict. defin. 15. n. 5. † Nun-

**I** 8† Nunquam enim a verborum vi & potestate est recessendum, si voluntas consentiat l. 69. junct. l. 25. §. 1. ff. de legat. 3.

Ita Domini in causa pupillorum M. Augusti Lystenii zu Weissenfels; Mensis Jun. Anno 1626. (Verba sentent. Ob sie nun wohl solches Vermächtniss an schwachem Geide, hinzuheben zur Zeit der Testirerin und Donat: sein Absterben und antezzo gangbar/ abgestattet haben wollen/ in Erweigung/ daß benteuert Vermächtniss allererst durch ihr Absterben seine Kraft erreicht. Dieweil über dennoch in dergleichen Fall Inhalts der Rechte vielmehr auf die Zeit der ausgerichteten Disposition und des Disponenten Willen und Meynung/ als auf das Tempus mortis zu sehn/ ic. Als wögen auch eure Mündlein/ als der Testirerin Erben/ obdrückegreges Legatum der 6000. fl. an schwerer Münze abzustatten nicht gedrungen werden; sondern manii sie dieselbe an Münze und Werth/ wie solche Zeit des gehanen Vermächtniss öffentl. them Anschlag nach gegolten/ entrichten/ lassen sich die Legatarii daran billich begnügen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

In annuis etiam prestationibus circa mutationem monetæ, tempus contractus inspicie debet.

**I** Quemadmodum quoad valorem mutatum in omnibus contractibus, † ita etiam in annuis redditibus contractus, & non solutionis tempus attenditur, Ren. Budel. de monet. Et re nummar. lib. 2. cap. 24. n. 12. Matth. Berlich. part. 2. concl. 3. n. 43. † Pensiones namque annuae ex comparatione principalis debiti, quale illud fuit ratione valoris, contractus tempore; certum justumque modum accipiunt, † qui citra Creditoris, aut potius Emotoris injuriam, diminui nulla ratione potest, arg. l. vero. 12. §. pen. ff. de solut. † At procul dubio minus solvit, qui in minore & deteriore monetâ solvit, l. cum quid. 3. ubi Dd. ff. de Reb. Credit. l. debitorem. 99. ubi Bartol. ff. de solut. † Planè hot neutiquam extendi debet ad servitium; Canonem scilicet annum, qui pro Emphyteuticario fundo pendi solet ut plurimum in pecunia, cuius augmentum debetri, negat Anton. Fab. in tract. de nummar. solut. † Quia non tam pro modo justi Reditus, quam in Recognitio nem & professionem directi dominii penditur, l. ult. cum ibi notat. C. de jur. Empyht. † Quin & plerumque tam exiguis est, ut de hujus augmento non absque risu tractari queat.

Ita Domini in causa Caspar Schelbings zu Gleina/ Mens: Apr: Anno 1623. (Verba sentent. Habt ihr von vielen Jahren her bey Georg Wittichen zu Alteben wiederholliche Zinsen alle Jahr zu fordern gehabt. Ob nun wohl dem Schuldener oder Veräußern dieselbe mit solcher Münze und Werth/ wie zur Zeit des geschlossenen Contracts und beschenen Kaufs gangbar gewesen/ Inhalt der Rechte ledesmahl abzustatten obgelegen/ ic.)

## DEFINIT. X.

Nulla superest petitio augmenti monetalis; post solutionem sine protestatione acceptam:

**I** Aud novitum esse potest, ut volenti & consentienti debitori solutio fiat in detiore monetâ, quia secundum vulgatam juris regulam † volenti & consentienti damnum & injuria non infertur, l. in diem. 9. §. 1. ff. de aq. Et aqu. pluv. arctend. l. nemo videtur fru- dare 145 ff. de Reg. jur. † Quare solutione in viliore moneta lubenter acceptata, augmenti petitio Creditori nulla superest, licet anteā ejusmodi solutionem accipere, haud cogi potuisse, l. debitorem. 99. ff. de solut: 4 † idemque de restituta dote, quæ alias favorabilis est; asserit Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 51. † Se- cures se habet, si Creditor cum protestatione solutio nem in moneta viliore acceperit: † Soler enim protestatio interveniens conservare jus protestantis, l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. et si quis. 14. §. ple- rig. 8. ff. de relig. Et sumpt. fut:

Carpz. Defin. Vol. I:

Ita Domini in eadem causa: (Verba sentent. Da er aber den noch so hies nicht in acht genommen/ vorher in die Zahlung ledesmahl an gänger und leichter Münze geleistet/ ihr auch solche ohne einige Protestation acceptiret hätte/ und damit friedlichen gewesen wäre/ es dafür nichts allenha. den ar schen luff. ic. So verbliebe es darüber billich/ und ihr wäre es mehr etwas ferners und den Abgang des rechten Werths, an der gezahlten Münze, beständt/ der Weise zu soder nicht besagt/ V. R. W.)

## DEFINIT. XI.

Debitum in diem invito Creditori etiam ante diem solvi potest.

**E**xpeditum ferè est inter Dd: quod invito Creditori ante diem solvi possit, per text. in l. quod certa. 70. l. qui res. 98. §. 4. ff. desolut. l. quod quis. 50. ff. de Obl. & action. l. post mortem. 12. C. de fideicom. Bartol. & Dd. in l. item illa. 18. ff. de const. pecun. Antoh. Hering. de fidejuss. cap. 22. n. 7. & 8. Anton Fab. lib. 1. conject. cap. 1. Hugo Donell. ad l. 41. num. 47. & seqq. ff. de verb. obligat. & lib. 15. comm. cap. 8. in fin. † Quia dies adjicitur regulariter favori debitoris, ne ante ad solutionem compelli possit, † Sed totum tempus intermedium sit liberum promissori, l. eum qui 41. §. 1. in fin. l. stipulatio. 38. §. inter 16. l. inter continuus. 137. §. 2. ff. de verb. obligat. † Ut non sine ratione quis miratur, quomodo Jacobo Cujacio in dict. l. 38. §. 16 ff. dt. aliud placere potuerit. † Nec objici potest, quod cum Creditor nequeat ante diem petere, l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ff. de verb. obligat. §: qui hoc anno: 25. ubi Dd. Inst. de inut. stipulat. haud a quum vi deatur, ut ante diem pecuniam invitus recipere teneatur: † Quoniam diversitatis ratio pessima est, scilicet, quod dies adjecta sit favori debitoris; † Et diserte Jctus in l. 137. §. 2. ff. de verb. obligat. possit ante diem solvi tradic. licet ante peti non possit. Vid. omnino Anton. Fabr. dict. cap. 1.

Ita Domini in causa Margaretha Ringens & Georgii Kirstens zu Dederdin/ Mens Febr. An. 1612. (Verba sentent. Ob nun wohl das Durchein auss 3. Jahr lang geschehen/ derowegen ihr vor jeder Zeit die Wiederzahlung nicht geweynet. Diebteil aber dennoch gedachte Zahlungs-fürst der Schuldnerin zum besten angezeigt/ und dahero vor solcher Frist ihr die Zahlung zu leisten und benommen/ ic. So wag auch mehrberührt Schuldnerin angezeigt Schuld bis zu Endung der 3. Jahren inne zu behalten nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd die Zahlung/ unangesehen daß die 3. Jahr noch nitthi verschlossen/ von ihr anzunehmen schuldig/ ic.)

## DEFINIT. XII.

Non potest solvi ante diem Creditori debitum; si dies fuerit adiecta in favorem Creditoris:

**N**on tamē semper, quod in diem debetur, ante diem invito Creditori solvi potest; † Quid enim si dies adiecta sit in favorem Creditoris, non debitoris, si ex testamento, sive ex contractu aliave justæ ex causâ debetur? † Utique tūm dies expectanda est, ne jus Creditoris minuatur, l. eum qui 15. ff. de ann. legat. l. si ista relatum: 43. §. pegafus. 2. ff. de legat. 2. l. 3. §. cum pollidius. 3. ff. de usur. Herm. Vultej. lib. 1. jurispr. Roman. c. 53. n. 124. Vivius lib. 2. opin. 515. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 14. Accursi. in l. 18. ff. de const. pecun. † Contra quem male disputat Jacob. Cujac. in l. 38. §. 16. de V. O. nec mentem Accursii intellexisse videtur; † dum exceptioni Accursianæ locum fore sit, si hæc regulæ cesset, quod invito Creditori ante diem solvi possit; † Etenim hanc regulam omnino statuunt Dd: ut patet ex defin: preced.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Es wäre denn/ daß tuch als dem Creditori zum besten die dreijährige Zahlungs-frist bestimmt und angezeigt würden/ auf solchen Fall möchte ich ihr vor Verfließung der Zeit die Zahlung anzunehmen wider euren Witzen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Dd & & 2

Di 25

## DEFINIT. XIII.

*Invito Creditori particulariter solvi  
non potest.*

- H**aud pauca habet incommoda solutio particularis, l. 3. ff. fam. erit. quibus affici Creditorem, iniquissimum certe esset, Johan. Schneidew. ad §. item 1. Inst. quib. mod. tollit. obligat. Anton. Fab. in Ration. ad l. 27. §. 5. ff. de pac. Jason. ad l. 2: num. 10. ubi & Duar. ff. de verb. oblig. Hugo Donell. ad l. 21. ff. sicut. petat. ubi & Welsenb. in parat. n. 12. Goedd. ad l. 32. ff. de 2 V. S. ¶ Hinc rescriptum in l. 9. C. de solut. totius debiti obsignatione contingere liberationem; ¶ Et in l. Julianus. 13. §. offerri. 8. ff. de aff. empt. oblatâ parte 4 tantum pretii, non esse actionem ex empto. ¶ Quo & facit textus in l. tutor. 41. §. Lucius. 1. ff. de usur. ubi quantumvis parte debiti obsignata, & deposita, nec usurarum cursus pro parte tollitur, nisi hoc expresse sit actum, ut liceat debitori particularem offerre solutionem. ¶ Neque negari potest, ex natura obligationis, jus quæsitum esse Creditori solidum persequandi, quod jus ei invito adimi & auferri nequit; ¶ Et ut ait Hortom. quest. illastr. 22. unius obligationis unam, tandemque indivisam solutionem esse oportet. ¶ Nihilominus contra communem hanc opinionem disputat Alciat. in d. l. 21. ff. sicut. petat. ¶ Cujus argumenta refutat Goedd. d. l.

Ita Domini in causa Hansen Köhlers & Osvvaldi Vogels ad requisitionem Praetoris & Scabinorum Annæbergensium, Mensi Jun. Anno 1631. (Verb. sent. So ist ihm auch zu des Schuldener's übrigem Vermögen und Gütern die Heftie zu suchen unbekommen/ und es mag der Creditor sich auf die Tagezeiten welsen zu lassen/ und particularem solutionem anzunehmen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B. R. B.)

## DEFINIT. XIV.

*Nec usurarum praefatio admittitur, secundum alium moneta valorem, quam qui fuit tempore contractus.*

- N**on minus usuræ ac ipsa sors solvi debent secundum monetæ bonitatem & valorem; qui fuit tempore contractus: Quia usuræ sunt accessio fortis & debiti principalis, ¶ etdemque jure censentur cap. accessorium. 42. de Reg. jur. in sexto. ¶ At nonne metuenda litium multiplicatio, si in singula tempora, & pene momenta, quibus usuræ deberi incipiunt, spectari oporteret, quis monetarum status & valor esset? ¶ Ita quidem putat Anton. Faber, ac proinde debitorem ac solutionem Usurarum in moneta currente condemnatum fuisse à Senatu Sabaudiae, refert in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 45. ¶ Sed propter litium materiam à tramite iustitiae haud statim aberrandum, quin potius laborandum, ut legitimè compescantur litites. ¶ Quod procul dubio facillime fiet, si respectus habeatur ad bonitatem thalerorum, aliasque monetæ grossioris, qualis ea fuit tempore contractus. ¶ Unde de valore & estimatione monetarum minutarum quovis tempore absque negotio judicare licebit. ¶ Alioqui certè facile eveniet, ut de semisibus usuris aut quincuncibus, sicut trientes vel sexcuncces, ¶ quo iniquum, quando usurarum stipulatio certam legem ab initio habuerit, l. verò. 12. §. pen. ff. de solut.

Ita Domini in causa Melchior Radegass in Riedeß/ Mehlse Dec. An. 1615. (Verba sent. Imassen ihr danu auch die jährliche Zinsen an solcher Münze und Werth/ wie dieselbe zur Zeit des Darlehens und geschlossenen Contracts gegotten/ ledesmahl zu entrichten und abgustatten schuldig seind/B. R. B.)

## DEFINIT. XV.

*Moram in solvendo contrahens, non ob id cogitur  
solvere in meliore moneta, quam qua fuerit  
tempore debiti con-  
tracti.*

- N**on facit mora, ut plus debeat, sed tantum, ut ejus, quod debetur, aut periculum aut accessio præstetur l. si ex legati. 23. & seq. l. si servum. 91. §. sequitur. 3. ff. de Verb. obligat. l. mora. 32. §. in bene fidei. 2. l. cum quidam 17. §. si pupillo. 3. ff. de Usur. ¶ Quod & in foro Saxonico satis expeditum est, propter textum in hac Const. 28. vers. Wo aber der Schuldener/ ic. Ex quo sequitur, ¶ contrahentem in solvendo moram haud obligari, ut debitum in meliore moneta solvat, quam quæ fuit tempore initæ conventionis, seu debiti contracti. ¶ Sufficit enim, ut reddatur debitum in eadem bonitate l. cum quid. 3. ubi Dd. ff. de reb. cred. l. debitorem. 99. ff. de solut. ¶ Quamvis aliter sentiat Bartol. in ditt. l. 3. num. 17. ff. de reb. cred. & in l. 10. ff. de aur. & arg. legat. ¶ Quin nec dotis favorem efficeret, ut ob moram contractam dos solvi debeat in monetâ meliore, quam quæ fuerit tempore dotis promissa, tradit Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 42.

Ita Domini in causa Reinhardi Schöffels ju Eichen/Mensl. Jan. Anno 1625. (Verba sent. Seyd Ihr vor ellschen Jahren einer Person/ von welcher eure Frage wendet/ sooo. si schuldig worden. Ob nun wohl traurteßt der König. Sorten Werth sich nicht wenig verändert und abgewuschen/ Ihr auch eine geraume Zeit her in mora solvendi gewesen. Da Ihr aber dennoch beydes das Capital und Zinsen an solcher Münze und Werth/ wie zur Zeit des Darlehens und geschlossenen Contracts gangbar gewesen/ erlegen würdet/ ic. So lasse sich der Creditor daran bisslich begründen/ ic.)

## DEFINIT. XVI.

*Depositio pecunie absque precedente oblatione &  
obsignatione legitima, debitorem non liberat  
à periculo aut cursu usu-  
narum.*

- S**i depositio per debitorem minus legitimè facta sit, haud parit liberationem, nec cogitur Creditor pecuniam accipere ex deposito, sed, ac si nulla depositio facta esset, condemnandus est, & ad solutionem urgendus debitor, salvâ tamen ei adversus depositarium pecunia depositæ repetitione; ¶ Nam paria sunt, quid factum non esse, & minus legitimè factum esse l. quoties. 6. ff. qui satiq. cog. l. 3. ff. de autor. tutor. ¶ Legitima autem dicitur depositio: Si præcesserit (1.) Oblatio justa l. si per te non stat. 9. l. acceptam. 19. C. de Usur. l. 10. l. ult. C. de pign. alt. ¶ scilicet, facta justo tempore, debito loco, crediti totalis, ac in moneta proba, qualis fuit tempore contractus. ¶ Nec enim alioqui videtur fuisse Creditor in mora accipendi l. 21. & seq. ff. de Usur. Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 2. num. 63. & seq. Ant. Fab. in Rational. ad l. si debitori. 21. ff. de judic. & in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 7. num. 1. & defin. 54. num. 1. & 2. (2) Oblationem sequi debet legitima obsignatio. Non enim sufficit sola oblatione, licet judicialis sit, absque obsignatione l. obsignatione. 9. C. de solut. l. 19. C. de usur. Ant. Fab. dict. tit. 29. defin. 6. & defin. 53. Zanger. dict. cap. 2. n. 79. ¶ Dicitur autem legitima obsignatio, si debitor Creditori ad videndum deponi citato pecuniam in præsentia judicis prius adnumeraverit. ¶ Non enim valebit Obsignatio, si nec numerata, nec ostensa pecunia sit, sed tantum in sacculo & folle, ut ajunt, deposita, dict. loc. 9. & dict. l. 19. C. de usur. Zanger. dict. cap. 2. n. 83. & Fab. dict. defin. 54. num. 5. Hæc ergo duo requisita, justa scilicet oblatione & legitima obsignatio, depositionem præcedere debent: ¶ Quorum alterutro omisso, haud justa.

10 & valida est depositio. † Ideoque si pecunia deposita surripiatur sine dolo depositarii, si Magistratus Imperio in aerarium referatur, aut in publicos usus convertatur, periculum non ad Creditorem pertinebit, sed ad debitorem, † qui nihilominus ad solutionem tam fortis quam usurarum est condemnandus; † Nam quae fortuitis casibus accidunt, semper spectant ad morosum, l. sex legati. 23. & seq. l. 91. §. sequitur. 3. ff. de Verbor. obligat. Zanger. d. l. Fab. dict. defin. 7.

Ita Domini in causa Sebastiani Reitners zu Leipzig/ M. Aug. A. 1616. (Verba sentent. Ob nun wohl der Glaubiger solche Geldere mit antego schwerem Gelde ausgewechselt haben will/ mit Fuerwenden/ das ihr die Requisita depositi nicht in acht genommen/ und weder an gebuhrendem Ort/ noch zu rechter Zeit/ das ganze Capital benebenist den Zinsen an dargeliehenen Werth und Münz/ Sorten offeriret/ noch auch aussvorgehende Citation seines/ als des Creditoris ad videndum depone, die depositis Geldere ihme Gerichtlichen zugezehet und nachmahlis versiegelt hättet/ allermaßen zu einem rechtmäßigen und beständigen Depo- fto solches nothwendig erforderet wird/ ic.)

## DEFINIT. XVII.

*In depositione necessaria, Requisita solennia oblationis & obsignationis haud sunt ob-servanda.*

1 **N**on tamen requisita illa depositionis, de quibus in Defin. praeceps. observanda sunt in depositione necessaria, putare quae apud sequestrem vel judicem fieri solet in favorem Creditorum domo sub hastâ vendita &c. † Quae depositio nec oblationem nec obsignationem requirit Joh. Zanger. de except. part. 3. cap. 2. num. 170. † Non solum, quod pecuniam deponens penes eum, cuius fides publicè electa & approbata est, videatur deponere in loco publico & in aede sacra, quae depositionis & obsignationis ratio semper tuior est, ut per l. 1. §. apud Julianum. 37. l. ei apud quem. 5. in fin. ff. deposit. l. si Reus paratus. 73. ff. de procur. docet Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 50. num. 25. † Sed & quod in concursu Creditorum offerri pecunia nequeat, propterea quod incertum sit ob contradictionem Creditorum, cui debeatur l. pecunie. 9. §. 1. ff. de Usur. 5 † Pariter nec obsignatione opus est, quia Iudex venditoris loco habetur, & pecuniam Creditoribus distribuit, † aut si vult, ut pecunia sit apud sequestrem, is eam quasi possidet l. licet. 17. §. 1. ff. deposit. quicquid de dolo & latâ culpâ tenetur, l. §. si quis servum. 9. l. quod Nerva. 32. ff. deposit. Zanger. dict. cap. 2. numer. 137. 7 † Cessante igitur oblatione & obsignatione, reliqua etiam solennitates, de quibus dictum defin. praeceps. in depositione necessaria omnino cessant.

Ita Domini in eadem causa: (Verba sentent. Diversi abeo dennoch in depositione necessaria die requisita solennia, so sonst zu einem Deposito die Rechte erfordern/ nicht in acht genommen werden dürfen/ ic. Als verblebet es auch bey dem beschenkten Deposito blößlich/ und es ist der Glaubiger das deponente Geld anzunehmen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Tempore solutionis arbitrio debitoris commisso, defuncto eo, heredes statim solvere tenentur.*

1 **N**on facile forsitan Creditor tempus solutionis arbitrio debitoris committit, cum semper metus 2 haud facienda solutionis subsit; † Nisi debitor sit donator, traditionem rei donatae ad arbitrium suum 3 restringens. † Quo facto ipsius heredes conventione hac tueri se non possunt, sed donatore defuncto, statim ad solutionem & traditionem rei donatae tenebuntur. † Ne forsitan donatio prorsus inutilis donatario existat, semper enim actus agentium aliquid operari debent l. si quando. 109. ff. de legat. 1. † Neque hoc pacto donator suis heredibus, sed sibi soli prospicere veluisse videtur, ut proinde conventione hac personam

& arbitrium debitoris neutquam egredi debeat, arg. 1. cum precario. 12. §. 1. l. interdictum. 1. 4. ff. de precar. l. 42. ff. de condit. & demonstr. l. 21. & si qd. ff. de usufr. † adeoque in persona heredum quasi pura est obligatio, quam statim actio sequitur l. cum qui. 41. §. quotiens. 1. ff. de Verb. obligat.

Ita Domini in causa Martin Helmets zu Roßlitz/ M. April. A. 1630. (Verba sentent. Ob nun wohl der Donator zur Auszahlung keine gewisse Zeit bestimmt/ sondern dieselbe seinem Gesellen nach zu leisten ihm vorbehalten/ diezeit aber dennoch wenn solcher Vorbehalt des Donatoris Erben gleichfalls zu statten kommen sollte/ die Donatio gerungen esse & und Wirkung haben würde/ ic. So haben sich auch mehr berührte Erben damit nicht zu beheissen/ sondern sie seyn die geschenkte Summam Geldes euch ohne fernern Verzug zu entrichteu schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Quando terminus in obligationis instrumento solutioni prefinitus non est, debitor ad interpellationem Creditoris solvere tenetur.*

**Q**uantum temporis intercedere debeat eo casu, quando instrumento obligationis certa dies adiecta non est, infra quam obligatus reddere promisit, quod accepit, ad hoc ut solutio exigi queat a debitore, nullibi definitum reperitur, † quare arbitrio & mode rationi discreti judicis id ipsum relinqunt Gloss in l. si pro ea. 10. C. mandat. & in l. Lucius Titius. 38. ff. eod. tit. Bartol. in l. si paenam. 68. n. 3. ff. de Verb. Obligat. Matth. Coler. de processi. exec. part. 3. cap. 3. num. 6. Guid. Pap. decis. 132. Jac. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 12. n. 4. † Crediderim tamen, non prohiberi Creditorem, hoc casu statim exigere debitum, & debitorem sola Creditoris interpellatione in mora constitui, † Notissimi namque juris est, quod in obligationibus puris, non habentibus appositum certum satisfactionis tempus praesenti die debeatur l. cum, qui Calendis. 41. in pr. & §. quoties. 1. ff. de verb. obligat. l. si dies. 21. ff. quando dies legat. ced. §. omnis. 2. Inst. de Verb. obligat. † Et quando pura est obligatio, praesens est actio, dict. l. 41. §. quotiens. 1. l. cedere diem. 213. ff. de Verb. signif.

Ita Domini in causa Caspari Fischeri & uxoris Stephani Schweigers zu Frankenhausen/ M. Sept. A. 1630.

## DEFINIT. XX.

*Quod ex errore juris solutum est, conditione indebiti repeti negavit.*

**Q**uemadmodum nuncio alterius nomine solvi potest, l. nihil 4. C. de solut. † modò de jure Saxonico nuncius ille speciale habeat mandatum ad recipiendam solutionem, art. 40. ubi Gloss Germ. n. 4. lib. 3. Landr. Matth. Coler. part. 1. decis. 32. ita & pro alio solutio facta valet. † At qui indebitum pro alio solvit, quod vel ipse ante solverat, vel non debeat, nec mandatis, nec negotiorum gestorum actionem adversus principalem, sed solum conditionem indebiti habet aduersus eum, qui solutionem accepit, l. indebitam. 47. ff. de condit. indeb. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 10. † Placit si error juris intervenerit, conditio omnino cessabit. † Quia tantummodo errore facti solutum, tanquam indebitum conditione repeti potest l. 6. l. 7. C. de condit. indeb. l. 9. C. ad Leg. Falci. l. pen. §. si quis. 5. ff. de jur. & fact. ignor. l. 10. C. eod. tit. † Quod tamen cum iniçia salis accipi velim secundum tradita infra p. 3. Const. Elect. 15. def. 42. in fin.

Ita Domini in causa Abrahami Gluckens zu Leipzig/ M. Febr. A. 1577.

Et in causa Jacobi Fischeri zu Wahlberg/ M. Jun. A. 1633.

## DEFINIT. XXI.

*In debitum solutum confessione & quittatione accipientis probatum, statim repeti potest.*

**U**t conditio indebiti competit, rem indebitam, oportet esse solutam; Nam per solutionem ali-

- 2 quid negotii gestum videtur inter contrahentes, † ex quo obligatio & actio oritur, l. 2. l. 93. ff. de condit. indeb.  
 3 † Non sufficit ergo solutionem indebiti allegari, sed quia hæc facti est, perinde ac ignorantia seu er-  
 4 ror probanda erit; † ideoque in conditione indebiti  
 duo externa actor probare debet, nempe solutionem &  
 ignorantiam sive errorem l. 25. in pr. ff. de probat.  
 5 † quamvis hic præsumatur, quia agitur de damno vi-  
 tando, Bald. in l. 2. n. 3. C. quod met. caus. quo nomine  
 & proprii facti ignorantia toleratur, ut in l. 22. §. 1. ff.  
 de cond. indeb. At quomodo solutio probabitur?  
 6 † Nulla efficacior erit probatio, quām per confessio-  
 nem seu quitationem Creditoris factam. † Quā ex-  
 hibita, si creditor eam elidere nequeat, quin statim con-  
 ditione tenetur, dubium non est. Siquidem nulla  
 8 unquam melior est probatio, quām, † quā fit per  
 partis confessionem sive extessam, sive tacitam, l. ge-  
 neraliter. 13. C. de non numer. pecun.

Ita Domini in causa Georgii Riddens zu Nößlin/M. Nov. 1616.

#### DEFINIT. XXII.

*Magistratui, penes quem pecunia fuit deposita, nil quic-  
 quam de ea detrahere licet, nisi aliud longevā con-  
 suetudine sit introductum.*

- 1 **N**escio quo jure Magistratus de pecuniā, penes se-  
 depositā, certam portionem ac communiter de-  
 singulis centum aliquot florenos, quasi mercedis aut  
 2 donatarii loco detrahere soleant: † Certè avaritiā potius quam juris autoritate id videtur introductum.  
 3 † Quare si longevā cujusque loci consuetudine mos iste non approbetur, † Magistratum ejusmodi detrac-  
 tionem prætententem audiendum non esse putave-  
 4 rim. † Ecquis enim nescit, custodiam in deposito  
 5 praestari gratis; † Nam si merces intervenierit, non  
 depositum, sed locatio erit, l. 1. §. si vestimenta. 8. & §.  
 seq. ff. deposit. §. ult. Inst. de mandat. Non tamen  
 nego, si deponenti liberalitatem exercere placuerit,  
 6 † Magistratum donarium sibi oblatum in remunerati-  
 onem præstiti beneficii accipere haud prohiberi, l. 2.  
 §. si in re depositā 24. ff. de vi honor. rapt. Joh. Harppr.  
 in §. prater. a. 3. n. 4. Inst. quib. mod. re contr. obligat.  
 7 † Sed à deponente invito, hoc extorquere non licet.

Ita Domini ad consultationem Quæstoris zu Liebenwerda/  
 M. Febr. A. 1634. (Verba sententia: So segd ihr von solchem

Deposito pro custodiā & labore einig Uffgeld zu fordern/und ihne zu behalten nicht berechtigt/ ledoch werden euch die beschle-  
 nigten Unkosten/ so ihr Amt halber zu dem Hin- und Wiedersüh-  
 ren des Geldes nothwendig aufgewendet/ hinwiederum erstattet. Es wäre dann im selbigen Amt durch eine beständige Ge-  
 wonheit eingeführet/ und über Rechts verwaiste Zeit ledesmahl  
 unverbrüchlichen also gehalten worden/das umeilich von den De-  
 positen-Geldern/ und von jedem hundert ein gewisses dem Amt  
 zum Uffgelle gelassen werden müssen/ auch solchen Fall hättet ihr  
 euch solcher Gewohnheit gleichfalls antezu zu gebrauchen wohl  
 Fug/W. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Delegatio perinde atq. Solutio debitorem liberat ab  
 ulteriori exactione.*

**S**trictè equidem & propriè loquendo, solutio dici-  
 tur præstatio realis pecunia ejus, quæ debetur, l. si  
 quis aliam. 46. l. solutam. 49. l. pecuniam. 79. ff. de solut.  
 Jac. Menoch. lib. 3. præsumpt. 151. numer. 1. † Attamen  
 in generali significatione, verbum solutionis omnem  
 liberationem quoquo modo factam comprehendit,  
 † adeoque & delegationem, l. quamvis. 8. §. 3. ff. ad 3  
 SCum Vellejan. Quis ergo dubitet, † per delega-  
 tionem extinguiri obligationem, & debitorem per eas  
 & quæ ac realem debiti exsolutionem liberari, l. delega-  
 re. 11. ff. de novat. l. qui libertinus. 37. §. sed si. 4. ff. de  
 oper. libert. † Aliter enim si diceremus, duò essent  
 Rei debendi, diversoque tempore constituti & in solidum  
 obligati, † quod neutquam asserendum est, Andr. 6  
 Gail. lib. 2. observat. 30. n. 7. Franc. Mantic. de tacit. &  
 amb. convent. tom. 2. lib. 17. tit. 8. n. 2. † Id tamen  
 non aliter accipi velim, quām si delegatus volens debitor  
 fiat, l. 1. n. 1. Joh. Sichard. num. 1. & seqq. C. de novat.  
 Gail. dict. observ. 30. n. 8. † Et creditor volentein de-  
 legatum admittat, l. inter causas. 26. §. abesse. 2. ff. man-  
 dat. l. 31. §. 1. ff. de novat. † Nec enim Creditoris pe-  
 nitio, ipso invito, immutari potest, 15. C. de pign. l. 25.  
 C. de paet.

Ita Domini in causa Christiani Müller. / contra Welt Zie-  
 gen zu Schwarzenberg / Mens. Febr. Anno 1618. (Verba sent.  
 Ob ihr wohl Welt Ziegen mit 200. fl. verhaftet gewesen/ dasen  
 ihr ihn aber dennoch an Martin Römerin / welcher euch gleich-  
 falls eine hohe Post Geldes schuldig/ verwiejen/ er auch solche An-  
 weisung acceptiret hätte/ und damit allerdings zufrieden gewe-  
 sen/ ic. so wäre durch solche Anweisung und Delegation Welt Zie-  
 gens Anforderung bey euch erloschen/ und ihr möchtet von ihne  
 fern nicht belangen werden/W. R. W.)

## CONSTITUTIO XXVIII. PARTIS SECUNDÆ.

**Die Wörter: Rheinische Gulden/  
 St. gute Gulden; Ob sie in den Verschreibungen  
 gen auff Gold/ oder auff Münze zu  
 verstehen?**

**N** vielen/ sonderlich aber in den alten  
 Verschreibungen stehen die Wörter/  
 Rheinische Gulden absolute, und  
 wird nicht ausgedrückt/ ob es Gold  
 oder Münze gewesen. Dieweil aber  
 vor Alters der Goldgulden auff einen Gulden  
 Münz geschlagen: So ist man hierinnen einig/  
 daß solche Wörter/ Rheinische Gulden/ da sie  
 bloß allein/ und ohne das Wort Gold gesetzt/ vor  
 einen Gulden Münz/ wie dieselbige damals  
 würdig gewesen/ zu verstehen/ dabej es dann bil-  
 lich bleibt/ es gäben dann die Umstände oder ebs-  
 liche zugesezte Wörter ein anders/ als da stünde/  
 voll-wichtige Rheinische Gulden. In diesen  
 und dergleichen Fällen wird es von Gold/ und  
 nicht von Münze verstanden/ also auch die Wör-  
 ter/



**N** multis, præsertim verò antiquis  
 obligationum instrumentis, ver-  
 ba hæc, flor. Rhenenses, absolute  
 posita reperiuntur, nec exprimi-  
 tur, de aurōne, an verò de alia  
 moneta senserint contrahentes. Cum autem  
 antiquitus nummi Rhenensis ex auro cusi val-  
 or 21. grossos, qui pro floreno numerari hodiè  
 solent, non excesserit, in id à nostris conven-  
 tum est, ut ubi floreni Rhenenses scripti reperi-  
 untur, sine adjectione, vocabuli (*aureis*) non de  
 nummis Rhenensisibus aureis, sed de floreno in  
 aliâ monetâ usitatâ, actum censeatur, nisi forte  
 ex circumstantiis aut aliis verbis cautionum a-  
 liud colligi possit, veluti si aurei Rhenensis justi  
 ponderis mentio fiat. Isto enim casu, & ejus-  
 modi

ter/ gute Gülden/ sollen nicht auff Gold/ sondern Münze gezogen werden.

Wann aber beyde Wörter zusammen gesetzt seyn/ nemlich gute Rheinische Gülden/ so versteht man sie zu dieser Zeit in neuen Verschreibungen/ und ihiger Art zu reden/ von keiner Münze/ sondern von Rheinischem Golde/ es thäten dann die Umstände der Zeit/ und andere so viel mitbringen/ daß sie auff die Münze/ und nicht auff Gold/ müsten verstanden werden/ dabey wir es auch bewenden lassen.

modi similibus de nummo aureo, non de alia monetā contrahentes sensisse intelliguntur, quemadmodum verba illa probi floreni, non de auro Rhenensi, sed alia moneta accipienda sunt. Ubi verò verba hæc simul posita reperiuntur, probi aurei Rhenenses, pro consuetudine loquendi in novis cautionibus, hodiè usitata de nummis aureis Rhenensisbus, illa non de minuta vel alia moneta accipienda, putant, nisi hic quoque circumstantia temporis aut aliæ contrarium ostendant, quod & nos probamus.

## DEFINITIONES.

1. *Auri vel argenti pondere licet promisso, pecunia tamen numerata solvi potest.*
2. *Pro aureis vel thaleris mutuo acceptis alia moneta numerata potest exsolvi.*
3. *Creditor in solutionem summe alicujus notabilis, diminutâ pecunia ultra 25. florenos accipere haud cogitur.*
4. *Promissa solutione in certâ specie moneta, putâ: thaleris, aureis, debitor eam præcisè solvere tenetur, nec solutione alterius moneta vel pecunia numerata liberatur.*
5. *Solutio est facienda in thaleris in specie vel aureis, licet de borum promissione, ex verbis solummodo contrahentium relativis apparent.*
6. *Aureis vel thaleris sub certâ estimatione mutuo dati, solutio in currente monetâ fieri potest, nisi usura per tempus longissimum fuerint soluta in integris thaleris.*
7. *Estimatio demonstrationis causâ adjecta non facit, ut solutio in aureis vel thaleris promissa fieri queat in monetâ currente.*
8. *Estimatio demonstrationis causâ videtur adjecta, si promissa fuerit solutio in thaleris, sive creverint, sive decreverint.*
9. *Solutione in thaleris promissa, thaleri integri solvi debent, etiam si sub estimatione mutuo fuerint dati.*
10. *Sub appellatione Sexagena in dubio intelligitur Sexagena antiqua, nisi aliud circumstantia suadant.*
11. *Solutio quandoq; probatur presumptionibus & conjecturis.*
12. *Solutio debiti per instrumentum penes debitorem representum non probatur, licet fuerit cancellatum.*
13. *Totius debiti solutio non probatur quittance Creditoris, si ad certam summam hæc presumtive refungi queat.*
14. *Debito incerta summa probato, super quantitate debiti statur juramento Creditoris.*
15. *Creditor amissi cibographo, debiti persecutionem & jus hypotheca non amittit, si aliunde constet, adhuc debiri.*
16. *Simpliciter factâ solutione, in quam causam videatur solutum.*
17. *Solutum prius in usuras, quam in sortem imputari debet, modò usura exigi potuerint.*
18. *Qui promisit solvere intra præfinitum tempus vel dare fidejussores, clauso termino præcisè cogi potest, ut solvat: Et quando in alternativis elecio sit Creditoris.*
19. *Exceptio non numerata pecunia adversus apoclam, non nisi intra triginta dies admittitur, postea vero Creditor non audiendus, etiam si onus probandi in se recipere velit.*
20. *Profundit pacâ alii, qui non pepigerunt multis in casibus, etiam ex verisimili pacientium conventione.*
21. *Successor in principatu, et si heres antecessoris defuncti non existat, attamen ex alienum pro regni utilitate factum & salario officialium exsolvere tenetur.*

### DEFINIT. I.

*Auri vel argenti pondere licet promisso, pecunia tamen numerata solvi potest.*

1. *Quamvis ab initio mutuum hac pactione contrahi nequeat, ut eandem, quam accepit, speciem debitor reddat, ex postfacto tamen & mutuo jam perfecto bene eadem res Creditori etiam invito reddi potest, si illius non intersit, l.2. ubi Dd. ff. scert. petat. Dan. Moll. lib.3. semestr. cap. 1. + Nec facilè Creditorem interesse quoddam prætendere posse dixeris, quippe in cuius favorem introductum, ut ejusdem bonitatis res restitui debeat, eademque monetæ forma. + Ex quo sequitur, quod obligatus ad solvendum certum pondus argenti, pecuniam numeratam solvendo haud liberetur, si credendum Dan. Moll. lib.5. semestr. 81. + Contra quem multis disputat Jac. Thoming. qu. 19. n. 8. & seqq. + Expeditum namque est, quod is, qui certum pondus auri vel argenti dare tenetur, opinionem habeat, utrum illud in rudi materia, an verò in estimatione, pecuniâve numeratâ solvere velit, per text. in l.1. v. cui certum. ff. de aur. & argent. legat. l. cum certum. 9. l. cum aurum. 19. in pr. §. proinde. 1 ff. eod. tit. + Quidni ergò obligatus ad auri vel argenti pondus, pecuniam*

numeratam solvendo liberabitur? præsertim + quam pondus non minus conveniat pecunia numerata, quam Marchæ argenti, quia & pecunia numerata justi ponderis esse debet, l.1. C. de vet. num. potest. lib. II. Hartm. Pist. obseru. 1. Thoming. dict. loc. ubi ad contraria responderet.

Ita Domini in causa Marci Gribels zu Freystadt / Mensis April. A. 1628. (Verba sentent. Siquidem David Sommern vor zweyen Jahren etliche Marc Silbers schuldig worden/ welche ihr bis dato nicht abgestattet. Da ihr nun dieselbe mit Reichsthalern und anderer guter Münze/ die so viel Marc austraget/ bezahlen wärdet/ so liesse sich bemeldeter Sommer damit billich befriedigen/ und ihr möchtet eben dergleichen Marc Silber hinwiederum zu entrichten nicht angehalten werden/ V. N. W.)

### DEFINIT. II.

*Pro aureis vel thaleris mutuo acceptis, alia moneta numerata potest exsolvi.*

1. *Alsa itaque est traditio Dd. quod mutui restitutio eandem pecunia mutuatæ formam necessariò requirat. + Etenim solutionem in aliâ monetâ, quam quæ mutuo data est, fieri posse, satis evincit Gloss. i. l.2. §. mutui. 1. vers. sed Hugo ff. scert. pet. ubi & Bartol.*

3. & Bald. † modo ejusdem bonitatis atque valoris sit moneta, ita ut Creditor ex solutione damnum non sit passurus, l. debitorem. 99. ff. de solut. l. i. §. 1. l. 35. ff. de aur. & arg. legat. l. 34. §. 5. ff. de legat. l. l. si quis argentum. 35. sub fin. pr. C. de donat. Joh. Zanger. de except. part. 3. c. 1. n. 160. & seq. Matth. Wesenb. in parte. ff. de reb. credit. n. 12. Donell. ad l. cum quid. 3. ff. de reb. credit. n. 12. † Nil ergo prohibet, pro aureis vel thaleris mutuò acceptis aliam monetam numeratam solvere. Nec enim tam ad ipsam materiam massam, quam ad pretium & valorem mutui respectus habetur, dict. l. 35. l. 9. ff. de aur. & arg. legat. † Nec in mutuo ipsa corpora, sed estimatio nummorum credita censetur, l. 49. §. 1. ff. de solut. l. 19. §. 2. l. 45. in fin. ff. de condit. indeb. l. 24. ff. deposit. l. 68. ff. ad SCtum Trebell. l. 65. §. 1. de verb. obligat. Donell. dict. loc. Hottom illustr. qu. 15. † Ex quo etiam pro argento recte solvitur aurum, l. i. C. de arg. pret. lib. 11.

Ita Domini in causa Nicolai Persmanns zu Grimma / Mense Febr. Anno 1612.

Ita in causa Andreä Wackens zu Magdeburg / Mens. April. Anno 1612.

It. in causa Matthaei Mævii zur Neustadt / Mense Februar. A. 1612.

Et in causa Petri Elbends zu Mecklenburg / M. Jan. A. 1612.

### DEFINIT. III.

Creditor in solutionem summa alicujus notabilis, de minutâ pecuniâ ultra 25. florenos accipere baud cogitur.

1. **A** Nergo debitor in minutâ etiam monetâ solutionem facere poterit, putâ in Nummis, Triobolaribus, Trinariis, & aliis bujus generis minutis monetis? ita dicendum † videtur ex traditis in Def. præc. Attamen ex solutione minutâ monetâ multum incommodi ad Creditorem resultat. † Quia non tantum in numerando & iterum expendendo multum consumitur temporis; sed & ponderosior est parva moneta, & plus loci occupat in vasis vel Cistis, † adeoque difficilis, majorique cum periculo transportatur de uno loco in aliud, Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. n. 9.
5. † Quin & minuta moneta minoris alibi, vel etiam nullius est valoris, teste Franc. Curt. in tract. de monet. num.
6. 24. Mart. Lauden. de monet. num. 3. 4. & 15. † taceo, quod nummorum minutorum eò difficilior sit resolutio in primam materiam, quo majorē ære reperiuntur contaminati, & plus additamenti de cupro participant;
7. & quæ alia incommoda concessit Coler. dict. loc. † Ex quibus concludere licet, Debitorum hujus generis minutam monetam offerentem audiendum non esse, cum Bartol. in l. 2. §. mutui datio. 1. n. 4. & ibi Jason. 8. n. 9. ac Salyc. n. 9. ff. si cert. petat. † Ne tamén usus minutâ pecuniâ propterea abrogetur, Imp. Ferdinandus I. in Ordinat. Monet. Anno 1559. Augustæ promulgata, temperamento quodam adhibito hanc quæstio-
9. nem decidit; † ut nemo cogatur in solutionem qualcumque summa alicujus notabilis, de minutâ pecuniâ ultra 25. florenos accipere, reliqua vero omnia, etiam si specialiter ea de re conventum nihil sit, in grossiore & usitata pecunia solvi debeant, Vid. Recess. Imp. de Anno 1559.

Ita Domini in causa Osvvaldi Ramlers zu Grondorf/ Mense Nov. Anno 1628. (Verb. sent. Ist euch euer Nachbar von welchem eure Frage meldet/ mit 366. fl. verhaftet/ welche er anlego zu bezahlen gemeint/ se. So ist er die Zahlung an guten gangbaren Münzen zu leisten schuldig/ und ihr möget über 25. fl. Dreher/ und Dreyheller sperrige von ihm annehmen nicht gedrungen werden/ W.R.W.)

### DEFINIT. IV.

Promissâ solutione in certâ specie moneta, putâ thaleris, aureis, debitor eam præcisè solvere tenetur, nec solutione alterius moneta vel pecunia numerata liberatur.

**Q** Uamvis alias solutio pecuniæ mutuatæ in aliâ monetâ, quam quæ mutuò data fuit, fieri possit, supra Defin. 2. Attamen notabilitè hoc limitandum, † si in certâ monetæ specie, putâ thaleris, Joachimicis, aureis &c. solutio promissa fuerit. † Præcisè namque tunc standum est conventione partium, nec solutionem in aliâ monetâ aut pecuniâ numeratâ Creditor acceptare tenebitur, Albert. Brun. in tract. de monet. augm. & demin. part. 3. n. 1. & seq. Jac. Cujac. in expos. Novell. 4. cap. 3. Matth. Berlich. part. 2. concl. 36. n. 25. † Multum siquidem interest, an Creditor pecuniâ mutuando de communib[us] nummis, an vero de corporibus cogitaverit, l. si is cui. 94. §. fin autem communes l. ff. de solut. l. sed et si non. 10. ff. de accept. l. si p[ro]p[ri]et. 19. §. si p[ro]p[ri]et. 3. ff. de condit. indeb. † Neque si de certis corporibus reddendis contrahentes convenient, Wann sie auf ganße Reichsthl. oder Goldgulden in specie, oder Stück vor Stück gehandelt/ sc. solutio in nummis communib[us] aut monetâ usuali fieri potest, † ne scilicet aliud pro alio invito Creditori solvatur, l. mutuum. 2. §. mutui datio. 1. sub fin. ff. de reb. Credit. † Quo & Illustrissimus Saxonie Elector in b[ea]t Constit. 29. respexisse videtur, ut si de mente contrahentium appareat pro aureis seu florenis Rhenensis, moneta seu pecunia numerata solvi nequeat, vers. Als so da stunde/ vollwichtige Rheinische Gülden/ sc.

Ita Domini in causa Matthæi Philippi zu Bobissen / M. Febr. Anno 1606. (Verba sentent. So ist der von Kötterig/ seiner Verpflichtung nachzukommen / und die erborgten 1600. fl. mit ganzen unverschlagenen Reichsth. leben zu 24. gr. abzutragen und zu erstatten schuldig/ und ihr möget die Bezahlung an anderer Währung annehmen wider euren Willen nicht gedrungen werden/ W.R.W.)

Item in causa Gottsrieden von Haugwigen/ Mens. Novemb. An. 1605.

Et in causa Joachim Gerkenbergers zu Buttstädt / M. Febr. A. 1615.

It. ad requisitionem David Hessens zu Bischlingen/M. Mart. Anno 1608.

### DEFINIT. V.

Solutio est facienda in thaleris in specie vel aureis, licet de horum promissione, ex verbis solummodo contrahentium relativis appareat.

**S** Emper inspiciendum est, quid senserint contrahentes, & ex tenore obligationis decidendum, num in aureis vel thaleris in specie solutio fieri debeat, nec ne, † idque si ex verbis instrumenti appareat, conjecturis & presumptionibus locus non datur l. continuus. 157. §. cum ita 2. ff. de Verb. Obligat. l. ille aut ille 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. l. ult. C. de indit. viduit. toll. b[ea]t Constit. 29. §. Wann aber beyde Wörter/ sc. † Satis clara autem sunt verba instrumenti ad inferendam promissionem certæ alicujus monetæ etiam relativa, † putâ: si debitor acceptâ pecuniâ mutuatâ in thaleris vel aureis solutionem in eodem monetæ genere se facturum promittat, (Er wolle die Zahlung thun an obgedachter Münze vel obgedachter machen/ sc.) Hisce namque verbis se obligat ad redditionem monetæ, quam accepit. † Debent enim verba relativa intelligi respectu substantiæ actus, & omnium ejus qualitatum, l. à filio. 15. §. testator. 1. ff. de alim. legat. l. Julianus 15. ubi Bartol. ff. de bered. inf. † ideoque ut relatio sit vera, & fiat quoad omnia, verba hæc necessariè inferunt re-

restitutionem pecuniae in simili moneta, ut eleganter tradit Aym. Cravett. consil. 47. num. 4.

Ita Domini in causa Marthæ von Kroßigk / Uxorii Georgii Friderici a Trothen / Mens. Nov. Anno 1620. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl angeregte 1500. Reichsthaler Stück vor Stück wieder zu erlegen mit klaren Worten nicht versprochen. Die weil aber dennoch aus der Beschreibung zu befinden / daß ihr solche Schuld eben in den Sorten/ wie oblichtet/ zu bezahlen euch verpflichtet/ daraus dann so viel erscheinet / daß Ihr euch in gleicher Zahlung Stück vor Stück verschreiben/ ic. So sendt ihr auch gestalten Sachen nach solcher eurer Verpflichtung nachzuholen/ und obangedeutete 1500. Reichsth. Krafft mehr berührter Beschreibung an solchen Sorten Stück vor Stück/ unangesehen das die Rthl. seither viel höher gestiegen/wieder zu erlegen schuldig/ B. R. W.)

Et in causa David Günthers zu Neßchka / Mens. Februar. Anno 1621.

#### DEFINIT. VI.

*Aureis vel thaleris sub certâ aestimatione mutuò datis, solutio in currente monetâ fieri potest, nisi usura per tempus longissimum fuerint solutæ in integris thaleris.*

**Q**uando aurei vel thaleri sub certâ aestimatione vel taxatione mutuò dati fuerint, ut quondam communiter fieri consueverit, non multum certè dubitandum est, quin solutio in moneta currente secundum aestimationem contractui adiectam fieri queat, Andr. Gail. lib. 2. obs. 73. num. 9. † Non solum, quia regulariter in monetis cursus est attendendus l. t. ff. de contr. empt. h. planè. 34. §. 2. ff. de legat. 1. l. 95. ff. de legat. 3. Fichard. vol. 2. consil. 47. n. 3. & 10. Hottom. qu. ill. 15. col. 3. † Sed & propter aestimationem conventam quæ rem ipsam qualificat, l. ult. C. de dot. promiss. & semper emptionem venditionem facit, donec contrarium probetur, l. cum dotem. 71. ff. de jur. dot. Accurs. in l. sinter 21. verb. estimate, ubi & Bartol. C. de jur. dot. † Attamen hoc verum est in dubio, si de alia mente contrahentium non appareat. Quid enim, si usuræ annuæ in thaleris integris & uncialibus qm hasten Reichsthälern solutæ fuerint? † Sanè tūm contrahentes à conventâ aestimatione discessisse videntur, ita ut & sortis solutio in thaleris integris fieri debeat; quia presumunt talis moneta mutuò data, qualem subsecutæ solutiones demonstrant, Ernest. Cothm. vol. i. resp. 34. num. 318. & 321. Berlich. part. 2. concl. 36. n. 42. † Quod tamen non aliter quam de longissimo tempore ad præscriptionem sufficiente intelligendum, si nempe triginta annis, anno & die adversus Laicum, quadraginta vero annis adversus Clericum, solutio usuratum in thaleris integris facta fuerit, Dd. in l. sicutis annis 28. C. de pæt. Cothm. d. l. n. 319. Jac Menoch. lib. 2. consil. 138. n. 21.

Ita Domini in causa Senatus zu Creuzburg / Mens. Jan. Anno 1621. (Verb. sent. Ob nun wohl die Errichtung der so. Reichsth. in specie von Anno 1597. hero geschehen/ danachher es das Ansehen gewinnen will/ als m̄chte ins künftige die gängliche Zahlung an Reichsthälern in specie geschehen. Dieweil aber dennoch in der Beschreibung ein gewisser Valor der Thaler benennt/ und fader zu 24. gr. angezeigt/ ihr auch die Zinsen noch nicht über 30. Jahr und Tag an 50 ganzen Reichsthälern in specie, erlegt/ welches gleichwohl nach gemeinem Wahn der Rechts. Gelehrten in diesem Fall erfodert wird/ ic. So möget ihr auch künftiger Zeit die Zahlung an ganzen Rthl. in specie zu thun wider euern Willen nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Aestatio demonstrationis causâ adiecta non facit, ut solutio in aureis vel thaleris promissa fieri queat in monetâ currente.*

**Q**uamvis in obligatione alternativâ, si nempe convenerit, ut aurei vel thaleri restituantur, aut eo sum certum aestimatio conventa solvatur, in potestate debitooris sit, vel thaleros sive aureos restituere, vel converti am aestimationem præstare, Fichard. vol. 1. consil. 30. Corpz. Definit. Vol. I.

Ernest. Cothm. vol. 1. Respons. 34. num. 329. † Attra. men hoc extendendum non est extra obligationem alternativam, ad eum nempe casum, quando aestimatio non taxationis, sed demonstrationis causâ adiecta fuit, Nicol. Boër. decif. 32. n. 3. Ren. Budel. in tr. de monet. lib. 2. c. 4. n. 13. & seqq. Joh. Cephal. lib. 1. consil. 31. n. 5. & seqq. † Ideoque, si in instrumento scriptum sit, solvi debere aureos vel thaleros mutuo datos facientes & valentes tot vel tot florenos; † Solutio non nisi in aureis vel thaleris integris est facienda. Et florenrum expressio pro non adiecta habetur, Cothm. de resp. 34. num. 330. Andr. Alciat. resp. 155. n. 1. & seqq. Budel. de monet. lib. 2. c. 4. num. 13. & seq.

Ita Domini in causa Senatus Halensis & Ambrosii Wagius gen/ ad requisitionem Christophori Beckers zu Dölligsh/ Mens. Mart. Anno 1621. (Verba sent. So seyn Rathmannne/ Meiste re der Innung und Gemeineheit der Stadt Halle die Wieder Ablösung angeregter wiederkauflichen Zinsen mit 3000. Rthlr. in specie, ohne Abziehung des Augmenti, gestalten Sachen nach/ weil aus der so viel Jahr lang erfolgten Errichtung der jährlichen Zinsen an ganzen Rthl. so viel abzunehmen/ daß der Valor der 24. gr. nicht taxationis sondern demonstrationis causa hinzu gesetzt/ zu thun schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Aestatio demonstrationis causâ videtur adiecta, si promissa fuerit solutio in thaleris, sive creverint, sive decreverint.*

**A**t unde dignosci poterit, an aestatio taxationis vel demonstrationis causâ adiecta fuerit? Multum existimo hic tribuendum esse conjecturis & praesumtionibus ex tenore obligationis seu instrumenti definitis, † unde de contrahentium mente & voluntate omnino licet judicare arg. hāc Const. 29. vers. Es gäben dann die Umstände/ oder etliche zugesetzte Wörter ein anders/ ic. † Veluti, si in civitate aut regione due vel plures sint monetæ ejusdem nominis, at diversi valoris, quarum una plus altera valet; † Nam tum aestatio, apposita monetæ mutuò datae, non taxationis sed demonstrationis causâ censetur adiecta, in eum nempe finem, ut una moneta ab aliâ secerri queat, ac ne tempore solutionis inter contrahentes disceptetur, de quoniam monetæ genere mutuum contractum sit, Ernest. Cothm. vol. 1. consil. 34. num. 333. Joh. Zang. de except. part. 3. cap. 1. num. 185. & seq. Nicol. Boër. decif. 327. num. 3. † Idemque dicendum, si promissa fuerit solutio in thaleris, sub certâ quidem aestimatione, apposita tamen hāc clausulâ (sive creverint, sive decreverint) † Quæ certè nihil operaretur, si taxationis causâ aestimatio fuisset adiecta, ac solutio in monetâ currente fieri posset, † At semper verba intelligi debent, ut aliquid operentur, l. si quando. 109. ff. de legat. 1. c. si pap. 10. de privileg. in sexto.

Ita Domini in causa Georgii Friderici à Wiegeln & Henrici à Germanus / Mens. April. Anno 1619. (Verba sent. Dieweil aber selue Verpflichtung ausdrücklich dahin gehet / das er euch angeregte 1000 fl wiederum mit eitel guten Reichsthälern/ iedem zu anderthalben Gülden gerechnet/ bezahlen wolle/ die mögten gleich steigen oder fallen/ ic. So ist auch der Debitor mehr be rahrte 1000. fl. an eitel guten Reichsthälern/ iedem Rthl. zu anderthalben Gülden gerechnet/ gestalten Sachen nach/weil gleichwohl die Wörter (die mögten steigen oder fallen) nicht vergeblich gesetzt seyn/ sondern eine Wirkung haben müssen/ euch hinweise der um auszuzahlen schuldig/ B. R. W.)

Ita in causa Johann. Ernesti zu Naumburg / Mens. Mart. Anno 1621.

Et in causa Johannis Henrici ab Heseler / Mens. Septembe. Anno 1621.

#### DEFINIT. IX.

*Solutio in thaleris promissa, thaleri integris soluti vi debent, etiam si sub aestimatione mutuò fuerint dati.*

**S**æpè accidit, ut debitor acceptis mutuò thaleris sub certâ aestimatione, solutionem in thaleris uncialibus

bus seu integris se facturum promittat, ubi solet dubitari, † annon débitor solvendo monetam currentem liberetur propter conventam aestimationem, quæ debitorum non nisi ad redditionem valoris obstringit, sed cunctum tradita supra Defin. 6. † Veluti docent Ernest. Cothm. vol. 1. respns. 34. num. 326. Albert. Brun. de monet. lim. 8. num. 4. At quod minus hisce assenserunt, † mover me rescriptum Iapp. Dioclet. & Maxim. in l. si inter virum & uxorem. 21. C. de jur. dot. ubi aestimatione, cuius mentio ab initio facta fuerat, non attendit, corpora ipsa reddi jubentur, † scilicet quia inter Creditorem & Debitorum convenerat, ut res ipsa restituerentur, Accurs. ibid. in verb. estimate. Ren. Budel. de monet. lib. 2. c. 4. n. 15. † Quæ certè ratio in casu quoque praesenti locum habet propter verba manifesta, quibus debitor solutionem in thaleris integris seu uncialibus promisit; † Totius namque obligatiovis & efficacia consistit in eo, ad quod se debitor obligavit, Alb. Brun. de monet. augm. & demin. p. 5. n. 4. † Ac licet prius circa acceptionem mutui mentione fuerit facta aestimationis, attamen quia in clausula posteriori thaleri integri seu unciales promittuntur, præcisè thaleri in specie solveadi sunt, † quia clausula posterior semper prævalet, tribuitque formam & modum solutionis l. si servus plurium. 50. ff. de legat. 1. Frider. Pruckm. vol. 1. cons. 8. num. 167. Ern. Cothm. vol. 1. resp. 34. n. 327.

Ita Domini in causa Domini Friderici Messchens zu Reichenbach/ Mense Jul. Anno 1621. (Verba sentent. So ist seyo gedacht von Röderich wehr berührt 1. o. s. si ihue an Reichs, Thalern als 4. Reichsthl. zu s. ante s. gerechnet / getheuen warden/ seiner Verschreibung nach/ darinnew er sich zu aangen Rthl. verpflichtet/ mit dergleichen ganzen Reichsthl. zu bezahlen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Sub appellatione Sexagene in dubio intelligitur Sexagena antiqua, nisi aliud circumstantia suadant.*

Dubium non est, quin sub appellatione monetæ iis in locis, ubi plures monetæ uno nomine continentur, veluti sunt aurei Ungarici & Rhenani, Sexagenæ novæ 60 grossorum & antiquæ 20 grossorum, &c. intelligatur moneta ea, † quæ ex consuetudine loci communiter frequentatur, quæque altera est usitator, l. licet Imperator. 74 in fin. l. si servus plurium. 50. ff. de legat. 1. † Nisi forsitan aliud inter contrahentes actum appareat; Id quod ex natura rei subjectæ, vel ex quantitate vel aliis conjecturis colligi potest, l. cum quid. 3. ubi Bartol. n. 8. si cert. pet. † Nam venditare magni precii pro sexagenis, in dubio res ipsa suadet, partes non de sexagenis antiquis sed novis egisse, Bartol. in dict. l. cum quid 3. ff. d. t. num. 2. † Aut, si moneta aliqua certa præcellit, palam inde sit, monetam eandem restituendam esse, Bald. in l. multum interest. 6. n. 2. C. si quis alteri vel sibi &c. Johan. Köpp. quest. 26. n. 5. † Quod si verò in loco contractus, vel ubi res sita est, & in loco ubi solutio facienda, diversæ sint monetæ, hoc casu moneta in loco contractus usitata attenditur, Bartol. in l. semper in stipulationibus, num. 5. ubi & Cagnol. num. 5. ff. de Reg. Jur. † At quid si ex subjectâ materiâ ejusq; qualitate, vel ex naturâ contractus, aut aliis circumstantiis de mente contractuum non appareat, nec loci consuetudo rationem decisionis præbeat? Tum certè in dubio pro moneta minori concludendum, ideoque partes de aureis Rhenanis, non Ungaricis, vel de sexagenis antiquis, non novis sensisse intelligitur dict. l. semper in stipulationibus. ff. de Reg. Jur. Joh. Köpp. dict. quest. 26. n. 9.

Ita Domini in causa Sempronii Hasers zu Dentschleben/ Mens. Octobr. Anno 1627. (Verba sentent. Das Simon Warwigt

ang eine Obligation wider euch gelagert/ darinne ihr ihm zu Schreck schuldig worden/se. Da nun aus andern Umständen und Verwüthungen nicht zu vernebmen/ auf was für Schreck ihr mit einander gehandelt hättest/ so würden im Zweifel zu alte Schreck verstanden/ und ihr möchtet ihm so viel neue Schreck zu zahlen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Solutio quandoq; probatur presumptionibus & conjecturis.*

Solutio quia facti est, non presumitur sed probari debet, l. in bello. 12. §. fatti. 2. ff. de capt. & postl. reuersi. l. 5. ff. de probat. Jac. Menoch. lib. 6. presumpt. 18. † Sufficit tamen ad solutionem demonstrandam probatio conjecturata seu presumpta, Joseph. Mascard. vol. 3. de probat. concl. 1318. num. 26. Menoch. lib. 3. pres. 15. num. 2. † Veluti, ex diurnitate atque silentio desumpta, quando scilicet Creditor distulit multos annos petere creditum; Nam tūm temporis cursu & prescriptione presumatur debitor soluisse; † Qui enim tempore liberatur, similis est ei, qui satisfacit, l. si pupillus. 45. §. ult. ff. de admin. tutor. † cum temporis cursus tollat actionem personalem & realem l. sicut 3. l. omnes. 4. C. de presc. 30. vel 40. annor. Et qui tamdiu tacet, † censetur juri suo renunciare l. si eo tempore. 6. C. de remiss. pign. junct. l. cum in plures 60. §. locator borrei 6. ff. locat. Menoch. dict. pres. 135. num. 3. Mascard. dict. concl. 1318. num. 27. † Eò quoque pertinet conjectura desumpta ex qualitate Creditoris & Debitoris, putà, si Creditor est persona cauta & administrator bonorum debitoris, unde sibi facile solvere potuisse, l. cum de indebito 25. ff. de probat. l. eleganter. 24. §. qui reprobos. 1. ff. de pign. act. Bartol. in l. si cum venderet. 13. §. ult. ff. de pignor. action. item: † Quando Creditor diu distulit petere extra judicium, vel in jus vocare ipsum debitorem, cum facilè ei fuerit petere & experiri contra eum, vel ejus filios & heredes, Afflict. dict. decif. 13. num. 21. † Aut, si Creditor diversæ summarum & quantitatis noluerit pro tenui summâ credere & fidem sequi ipsius debitoris, sed eam exigit. † Quo certè casu presumitur etiam factum pro summa majore. Afflict. dict. decif. 13. numer. 22. vel si Creditor mutuum sumserit à debitore. † Et quæ sunt aliae presumptions relatæ à Menoch. & Mascard. d. loc. Ubi tamen notandum, quod presumptionibus istis locus sit, quando agitur non de Credito recenti & novo; † Sed de antiquo, cuius probatio difficultis est, Afflict. 1. dict. decif. 13. n. 23. Menoch. dict. presumpt. 135. n. 22.

Ita Domini in causa Georgii & Martini der Breuningen zu Budissen/ Mense Februar. Anno 1625. (Verba sent. Dieweil aber dennoch Barthol Roland unumehr 12. Jahr nacheinander stell geschwiegen/ und unangesehen er ein dürfstiger Mann/ und des Geldes benötiget gewesen/ doch nichts weiters gefordert/ sondern auch um eiu Bülehen ersucht/ welches von ihm außer Zweifel nicht geschehen/ da er mit Recht etwas zu fordern gehabt hätte/ sc. So ist aus diesen und andern starken Vermuthungen, presumtive dafür zu halten/ das die Auszahlung vorgedachter Schuld von euch geschehen/ derowegen ihr ihm/ ehe gnd zuvor solche Vermuthungen beständiger Weise von ihm umgestossen/ etwas ferners abjstaaten nicht verpflichtet seyd/ B. R. W.)

In causa Nicolai Voigten & Martini Reinhardis ad requalificationem Quætoris zu Liebenwerda/ Mens. Augusto, Anno 1629.

Et in causa Johannis Georgii à Schönberg/ Mens. Majo, Anno 1633.

#### DEFINIT. XII.

*Solutio debiti per instrumentum penes debitorem repertum non probatur, licet fuerit cancellatum.*

Debitor exhibens chirographum pro liberato non habetur, nisi à Creditore sibi redditum probetur, factamve à se solutionem, l. 2. ubi Accurs. ff. de part. l. si chirographum. 24. ff. de probat. l. pecunie. 12. & seq. C. de solut. Aut. Fab. in Codic. lib. 8. tis. 29. defin. 1. numer.

- 2 mer. i. † Non enim ex sola Chirographi possessione induci potest tacitum pactum de non petendo, sed ex, à demum restitutione, quæ per ipsum Creditorē, aliumve mandantis Creditoris nomine facta probatur,
- 3 Fab. dict. loc. † Nihilominus pro debitore haud levius inde oritur præsumtio, si integræ sit existimationis,
- 4 quæ ipsi prodesse potest haec tenus, † ut vel in Creditorē onus probandi transferatur, dict. l. si chirographum 24. & l. seq. ff. de probat. † vel petenti debitori de solutionis veritate, aut Chirographi redditione juramentum in supplementum deferatur, arg. l. admonendi. 31. ff. de jurejur. l. in bone fidei. 3. C. de reb. cred.
- 5 & jurejur. † Quod ipsum tamen non semper verum est, sed in causa cognitione totum versatur, & pro personarum causarumque varietate judicantis arbitrio relinquendum. Vid. omnino Joseph. Mascard. de probat. vol. concl. 476. † Nam non majorem facit probationem solutionis instrumentum penes debitorem cancellatum repertum: Chirographo namque existente penes debitorem, quid interest, an sit cancellatum, nec ne, quum sit in potestate debitoris, ut cancelletur.
- 8 aut non? † ideoque quod dicitur, ex Chirographi cancellatione præsumi solutionem dict. l. si chirographum. 24 ff. de probat. sic accipendum videtur, si penes Creditorem cancellatum reperiatur, Ant. Fab. in Codic. dict. tit. 29. defin. 28. n. 12. † At si penes debitorem reperiatur Chirographum, sive sit cancellatum, sive non, nunquam inducenda ex eo est præsumtio solutionis aut liberationis, sed tantum convenienciae taciti partis de non petendo, † eo demum casu, quo probatur redditum à Creditore, ut in l. 2. ff. de paci. aut ab alio ex voluntate & mandato Creditoris, ut in l. Creditorē. 7. C. de remiss. pign.

Ita Domini in causa Rudolphi à Ponickau in Höjerswerda Mense Jun. Anno 1629. (Verba sent. Ob nun wohl eines Gläubiger's Schuld-Verschreibung bey euch vorhanden/ die weil ihr aber dennoch von ihm nicht quittiert worden/ und wie ihr solche Schuld-Verschreibung an euch gebracht/ nicht erweisen könnet/ So seind ihr auch der geschehenen Zahlung wegen hierdurch gnußsam nicht versichert/ sondern ihr könnet berührte Schuld noch einstien zu bezahlen wohl besprochen werden/ B. R. W.)

Et in causa Valentini Writsch zu Döbeln/ Mense Octobr. Anno 1636. (Verba sent. Wenn ihr nun gleich eure Obligation, so gerissen ist/ in Händen habet/ So ist doch dadurch die Zahlung nicht erwießen/ ic.)

### DEFINIT. XIII.

*Totius debiti solutio non probatur quittatione Creditoris, si ad certam summam hac præsumtive restringi queat.*

- 1 Inter modos probandi solutionem optimus ille videtur, qui fit per confessionem ipsius Creditoris, ejusve scripturam. † Etsi enim solutio per testes quoque probetur, Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 13. 8. n. 16. Attamen tutius agit Debitor probando solutionem, † per scripturam & quittationem Creditoris super solutione confessam, siquidem testibus non creditur, nisi etiam deponant & dicant, ex qua causa fuerit solutum, Mascard. dict. loc. † Quin & si conventionem inter partes, ut actus in scriptis celebretur, adeo quod sine scriptura partes non contraxissent, necessariò requiritur cum scriptura ad probandam solutionem, † cum eo vinculo, quo quid introductum est, illud etiam dissolvi debeat, l. nihil tam naturale 35. ff. de Reg. Jur. l. testium. 28. ubi Dd. C. de testib. † Planè in quittatione Creditoris non tam verbis quammenti ejus est inhaerendum: Quid enim si Creditor falsus fuerit, debitum sibi totaliter esse solutum, (Ex sey gar bezahlet.) ex tenore autem instrumenti apparatur, debitum fuisse divisum in certas summas ac portiones, ac super harum unā vel alterā solummodo scripturam quittationis fuisse confessam? † Utique cum Carpz. Defin. Vol. I.

confessio Creditoris ad illam tantummodo summam erit restringenda. † Faciens namque actum præsumit facere eo modo, quo sibi utilior esse potest, ut scribit Bart. in l. gerit. 28. num. 21. ff. de acq. hered. Jat. Menoch. lib. 3. præf. 136. num. 16. † Et verba generalia semper ex eo, quod verisimile est, recipiunt interpretationem, l. i. ubi Bald. ff. test. quæmad. aper. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 21. n. 9.

Ita Domini in causa Margarethen Ellensbachin in Weissen/ M. Sept. Anno 1600. (Verba sent. Ob ihr nun wohl in solcher Quittung befennet/ daß euch der Schenke gar bezahlet habe/ die weil aber dennoch darläunen fernier zu befindet/ daß ihr unterschiedene Posten von thine zu sodern gehabe/ von welcher Posten einer allein damals gehandelt worden/ ic. So seind auch vorerwähnte Wort daran allein zu verstehen/ und hi demnach der Schulden der die angejogene exceptionem solutionis anderer Geistait/ dann geschehen/ und wie Recht zu beweisen schuldig/ B. R. W.)

### DEFINIT. XIV.

*Debito incerto summa probato, super quantitate debiti statutur juramento Creditoris.*

Nil juvat Creditorem, probari debitum vel per confessionem ipsius debitoris, vel per testes, si non etiam quantitas debiti simul probetur, sine quo certe debitor condemnari nequit: † Nisi dixeris judicis officio incumbere, debitorem hoc casu in minimo denatio condemnare, argumento ejus, quod dicitur: Obligatum ad genus liberari tradendo muscam, l. legato generaliter & ubi Gloss. ff. de leg. at. 1. † Sed parum inde emolumenti Creditor habebit: *Annon ergo super quantitate debiti Creditori juramentum suppletivum deferre liceat?* † Evidem non placet hoc Bartol. in l. admonendi. 31. num. 10. v. quero, quid si testis deficiat. ff. de jurejur. ubi docet, † quod si duo testes depontant, te vidisse mutuare, sed non recordantur de quantitate, judex non poterit juramentum suppletivum deferre, nisi concurrentibus aliis conjecturis. † Nec, ut videtur, sine ratione: Daretur siquidem per id occasio jurandi in immensum, quod esset absurdum, à quo evitando argumentari licet, l. nam & absurdum: 7. junct. l. præcedenti. ff. de bon. libert. Nic. Everhard. in loc. legal. c. 8. † At hac ratione probatio debiti in genere, effectu prorsus destituetur: Hoc ne dicamus, relicta Bartoli opinione, sequamur potius communem Dd. sententiam: † Debito scilicet in genere probato, super quantitate debiti standum esse juramento Creditoris, ut tradit post Alex. Jalon. Dec. & Purpura Cravett. conf. 198. n. 9. Octav. Cacher. decis. 96. Hippol. singul. 322. † Quo & facit doctrina Caccialupi, quod confessio extrajudicialis sola sine causa sufficiat ad delationem juramenti suppletivi, in repet. l. admonendi. 31. num. 181. ff. de jurejur. † Nec movet quicquam, quod dicitur, dari occasionem jurandi in immensum; Quia judex haud prohibetur tūm refrenare talem summam habitā ratione personarum & subjectæ materiæ secundum tradita Octav. Cacher. dict. decis. 96 num. 5.

Ita Domini in causa Johannis Zehuers & heredum Johannis Delsners zu Leipzig/ Mensl. Nov. A. 1633, (Verba sententia: Daß Kläger die Schuld / damit ihm Beklagter vor erkäufstes Ledner ledes zu drey. Diertheli Reichthalter verhaftet / durch die vermittelst Endes abgehörte Zeugen zur Vorhabsurft erweiseñ und begebracht. Würde von Kläger auch die Anzahl berührt Ledner endlich erhalten/ lassen er zu ihm schuldig/ so wären Beklagte ihm dieselbe abgedachte Werth nach zu bezahlen pflichtig/ B. R. W.)

In causa heredum David Eguers contra Abrahamum Passavi Judicum Pragensem, M. Febr. A. 1633.

It. in causa Creditorum Johannis Georgii à Krosgk/ an die Fürstliche Anhaltische Regierung zu Bernst/ Mense Jun. Anno 1634.

Et in causa Zacharia Pleischens Gläubiger zu Dresden/ M. Dec. Anno 1635.

## DEFINIT. XV.

*Creditor amissō chirographo, debiti persecutionem  
& jus hypothecæ non amittit, si aliunde con-  
stet, adhuc deberi.*

- Q**uamvis Creditor confiteatur, instrumentum obligationis authenticâ & publicâ fide firmatum, se incendio aliove casu amisisse, haud tamen propter debito carebit; † Sed id nihilominus pristinâ actione persequi potest, si probet adhuc sibi deberi, secundum tradita Ant. Fab. 1. in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 23. 3 in pr. † Non enim tabulae debitum faciunt. Alioquin dicendum esset, intercidisse actionem, si debitor instrumentum penes se habeat illudque proferat cancellatum: † Quod quam falsum sit, appetet ex traditionis Dd. ad l. 2. ff. de pact. & l. si chirographum. 24. ff. de probat. Vid. supr. Defin. 12. † idemque afferendum puto de jure & actione hypothecæ, quæ amissō chirographo haudquaquam intercidit. † Actiones enim non nisi certis modis tolluntur, l. obligationum fere. 44. §. 1. vers. placet. ff. de O. & A. l. pen. ff. de solut. inter. 7 quos non est instrumenti amissio. † Quin potius, qui semel debuit sub jure constituta hypothecæ, adhuc debere censemur, nisi probet se liberatum, l. qui debito. 15. C. de solut. 16.

Ita Domini in causa Johannis Görsdorffs zu Magdeburg/ Mens. Jan. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun wohl Anno 1631. bei dem erbärmlichen Untergang und Verheerung der Stadt Magdeburg die Obligation und Schuld-Beschreibung mit verlorenen / da aber dennoch solche Schuld-Forderung / benedenst der erlauchten Hypothec, anderer Gestalt bejuhren und zu erweisen wäre/ sc. So hältet ihr euch derselben vor allen andern Creditoren/ so kein älter und besser Recht erlangt / billig zu ersuchen/ V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Simpliciter factâ solutione, in quam causam uti  
dearur solutum.*

- C**erti juris est, debitorem, in quam causam velit, solvere posse, ita ut ejus priores hâc in re sint partes l. i. in pr. ff. de solut. l. i. C. eod. tit. † Sin vero nil dicat, electio ad Creditorem convertitur, ejusdemque arbitrio relinquitur, cui potius debito id, quod solutum est, acceptum ferat, dict. l. i. ff. eod. † modo viri boni officium agat, inque id debitum imputet, id quod ipse, si deberet, esset soluturus, nimurum in cauam, duriorem l. i. l. 3. ff. eod. tit. ut pluribus explicant Hart. Pistor. part. 3. qu. 21. num. 7. & seqq. Jacob. Cujac. lib. 5. 4 obser. 34. Donell. 16. comm. 12. † Quod si neuter aliquid dixerit, pluraque sint nomina, ex horum qualitate dijudicandum est, quodnam debitum solutum censetur. † Cujus rei instructionem dat sufficientem. Jctus Papinianus in l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut. Ut nemp̄ probè attendatur, quo nomine fuerit solutum, quodnam debitum liquidum sit, vel purum, aut sub conditione debeatur; Quodnam antiquius; Ex quâ causâ debeatur; Cui debito solutum magis conveniat, cujusque quantitati proprius accedat, &c. † quæ omnia latius persequitur Jacob. Menoch. l. 3. presumt. 7 136. & Hartm. Pistor. dict. q. 25. num. 15. & seqq. † In primis vero in dubio semper id, quod solvit, in gravorem seu duriorem causam solutam videtur l. 5. ff. de solut. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 29. defin. 31. num. 6. 8 Dicitur autem gravior causa ratione famæ; † Unde potius in id, quod ex famosa causâ, quam ex non famosa debeatur, solutum censemur l. si quid ex famosa. 7. l. cum ex pluribus 97. ff. de solut. Menoch. dict. loc. 9 num. 1. Surdus decif. 186. num. 4. † Vel ratione personæ; Unde in eam potius causam, quæ personam continet, solutio facta videretur, dict. l. si quid ex famosa, & dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut. Hartm. Pistor. 10 dict. quest. 21. num. 17. † Quo & refero causam usu-

riam, ut in illa prius, quam in debitum sine usuris contractum intelligatur quis solvere, ut sentit Bartol. in dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. d. 1. Menoch. dict. loc. n. 4. † Quandoque etiam gravior dicitur causa rei specie satisdationis, ideoque id, quod sub hypothecâ, vel pignore, sive datis fiduciis oribus debetur, potius intelligitur solutum, eo quod sine satisdatione debetur, l. & magis 4. & d. l. cum ex pluribus. ff. de solut. Hart. Pistor. dict. quest. 21. num. 19. Menoch. dict. pref. 136. n. 6. & 7. Surd. cons. 290. n. 15. Hieron. Gabriel. vol. 2. consil. 43. in pr. † Ex quibus patet, multum hâc in re tribuendum esse arbitrio discreti judicis, quem tamen insistere oportet vestigiis Papiniani in dict. l. cum ex pluribus. 97. ff. de solut.

Ita Domini in causa Johannis Gableris und der Philippischen Erben ad requisitionem Laurentii Krebsens zu Leipzig / M. Jul. A. 1613. (Verba sentent. Und es hat bemeldter Gabler zu unterschiedenen mahlen in die 13000 fl. bezahlet und erlegel/ sc. So wird solche Bezahlung auf die in der Obligation benannte 20038. fl. gestalten Sachen nach/weil dieselbe Summa grösser und eine ver hypothecirte Schuld ist / auch weder der Debitor noch die Philippischen bey der Zahlung ein anders bedingt/billig gerechuet/ und davon ja erst abgekürzt/V. R. W.)

Et in causa Hereditum Michael Schwabens zu Leipzig / M. Jan. A. 1634.

## DEFINIT. XVII.

*Solutum prius in usuras, quam in sortem im-  
putari debet, modo usura exigi-  
poruerint.*

- S**ed obtinent predicta Definit. praeced. in debitis pluribus atque diversis. Quando vero de uno & eodem debito, quod partim sortem principalem, partim vero Usuras continet, queritur in quam causam facta solutio referenda sit? † Generaliter constitutum est, ut simpliciter soluta pecunia in Usuram potius, quam in sortis causam imputetur, l. 5. §. Imperator. 2. vers. quod generaliter constitutum. l. Titia. 48. ff. de solut. l. i. in fin. C. eod. tit. † Nimirum, quia Creditor particularem solutionem non recipere, neque adeò sortem absque usuris acceptare tenetur, l. tutor. 41. §. Lucius 1. ff. de usur. ut vult Salycet. in dict. l. i. C. de sol. † Aut quia usuræ, solutâ forte, amplius peti nequeunt l. 4. C. depos. † Quamvis neutra ratio placeat Hart. Pistor. lib. 3. q. 21. n. 25. ubi dicit hujus rei rationem manifestandari non posse, ideoque in juribus manifestis hic omnino acquiescendum esse. † At hoc certum est, iura predicta non nisi ad eas usuras pertinere, quæ & debentur & exigi possunt, scilicet, si dies venerit, exque certæ & taxata fuerint, Anton. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 29. defin. 31. num. 2. Hinc sit, † ut in usuras non cedat solutio, si hæ ex judicato debeantur, quarum tamen taxatione in judicati executionem dilata est, quia usuræ ante taxationem exigi non possunt, Fab. dict. tor. † idem erit, si Creditor sortis solutionem persecutus sit; Facta namque tum solutione, credendus est debitor in eam causam soluisse, ex qua magis urgebatur, arg. l. 5. l. 3. ff. de solut. † Pariter nec in concursu Creditorum solutione à debitore facta in usuras referenda est, quia ex Constit. Provinciali Torgensi. de Anno 1583. haud exigi possunt usuræ, priusquam omnium Creditorum fors fuerit soluta; † Nisi sortè solutio eo tempore facta esset, quo aliis Creditori nullum adhuc esset jus quæsumum, quod probè observandum, Hart. Pistor. dict. q. 21. n. 28.

Ita Domini in causa Johannis Friderici à Glich/ Mens. April. A. 1632. (Verba sentent. So verbleibet es bei solcher Vergleichung billig/und was in Kraft derselben ausgeahlet bekommen/ wird erstlich auf die von der abgeschuldeten Summen betragte und fällige Zinsen/und nachmahlis die Übermasse auf das Capital gerechnet/ sc.)

Et in causa Georgii Höbrens zu Marburg/ Mens. Jun. Anno 1636.

## DEFINIT. XVIII.

*Qui promisit solvere intra præfinitum tempus vel dare fideiussores, elapsso termino præcisè cogi potest, ut solvat: Et quando in alternativis electio sit Creditoris.*

- 1 **V**ulgata juris regula est; Quod in alternativis electio sit debitoris, l. plerumque. 10. §. fin. ff. de jur. dot. l. si heredi plures, s. ff. de condit. Inst. l. si ita distractatur. 25. l. si in emptione. 34. §. ult. ff. de contr. empt. l. 2. §. non utique 3. vers. & ideo eum qui Stichum ff. de eo quod cert. loc. l. 6. §. 1. ff. de jur. patron. l. 6. §. 1. ff. de re judic. l. 7. §. 51. ff. de donat int. vir. & uxor. Anton.
- 2 Fab. in Codic. lib. 4. tit. 24. def. 13. n. 1. & Quæ tamen regula officium suum perdit, quando alternativa ponitur inter duo, quorum unum tantum est in obligacione, alterum vero adjicitur ad cautelam vel in favorem Creditoris, ut docent Bart. in l. quamvis. 6. in pr. ff. de pign. atl. Salyc. in l. quod favore 6. C. de lb. Nic. Everh. in loc. & natur. alternativorum. num. 7. Dan. Moll. lib. 1. semestr. 27. n. 1. Hart. Pst. p. 3. qu. 4. num. 12. & Ex quo fit, ut is, qui solvere promisit intra præfinitum tempus, vel dare fideiussores, elapsso termino, præcisè cogi queat, ut solvat, si id velit Creditor, nec audiri debeat,
- 4 si offerat fideiussores, & quia unicum tantum hic est in obligatione, solutio nimis pecunia credita; alterum vero de dandis fideiussoribus adiectum est in favorem Creditoris, & ut proinde ipsi hoc casu dandas sit electio juxta predicta Moller. dict. c. 27. idem judicium est de aliis contractibus, & ut duobus exemplis, putat conductæ domus & oppignorati molendini, demonstrat elegantem Moller. loc. alleg. quem vid.
- 6 Ita Domini in causa Francisci Marraays zu Döbeln/M. Mart. A. 1618. (Verba sent. Hat euer Schuldener / so auch mit 500. Reichsthaler verhaftet/ aus einen gewissen Termin die Zahlung zu thun/ oder auch genugsame Bürgschaft deswegen zu bestellen versprochen/ den gesagten Termin aber vorüber lassen/ und die Zahlung nicht geleistet. Ob er nun wohl mit Bürgen Versicherung zu thun genueget/ ic. So möget ihr euch doch darmit abwesen zu lassen/ und ihme die Schuld länger zu gestunden wider euren Willen nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd auf baare Zahlung zu bringen und ihn deswegen gebührlichen zu belangen wohlt besugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Exceptio non numerata pecunia adversus apocham non nisi intra triginta dies admittitur, postea vero Creditor non audiendus, etiam si onus probandi in se recipere velit.*

- 1 **A**dversus apocham seu quietantiam, quæ pecuniam sibi solutam Creditor confiteretur, haud admittitur exceptio non numerata pecunia, & nisi intra triginta dies, quos in eam rem Imp. Justiniani constitutio præscriptis in l. in contractibus. 14. §. super ceteris 2. C. de non num. pecun. Zang. de except. p. 3. c. 14. n. 25. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 22. def. 7. n. 1. Harppr. ad tit. Inst. de liter. obligat. n. 56. & Non enim prælumit Lex, tam facile Creditorem atque Debitem, non facta numeratione, cautionem talam seu apocham scripturum, & quia tanta aviditas Creditoribus non est pecuniam suam recipiendi, quanta debitoris mutuum desiderantis & anhelantis, & ut sic propter minus periculum spatio 30 dierum Creditori satis provisum existimaverit Imp. Justinianus, Dd. in dict. l. 14. C. d. non num. pec. Zanger. & Harppr. dict. loc. At quid, si post tempus hoc elapsum Creditor intentionem suam per res probare velit? Tum Creditorem haud prohibendum, sed in annum usque trigesimum admittendum esse, docet Art. Fab. dict. def. 7. n. 4. Sed absque fundamento. & Quin potius tempore 30 dicatum præterlapsò Creditorem hanc exceptionem in tan-

tum amittere, ut oinimodò cautioni sua stare cogatur, nec ulterius de pecunia sibi non soluta querelam movere possit, & etiamsi onus probandi, pecuniam solutam non esse, in se recipere velit, satis probant verba generalia dict. l. 14. §. 2. C. de non num. pecun. & ea que communis est Dd. sententia, à quâ, præsertim ex liberationis favore, non recedendum, Salycet. & Dd. in dict. l. 14. §. 2. C. de non num. pecun. Joh. Zang d. l. n. 30. & 31. Welenb. vol. 1. Consil. 42. n. 28. & 29. Sichard. in d. l. 14. n. 5. Harppr. d. l. n. 59.

Ita Domini in causa Jacobi Burckards/ contra Euclachium Müllern/ ventilata in Praetorio Lipsiensi, Mense Novembr. Anno 1628.

Ei in causa Christiani von Heinig zu Altenfroitz/ Mense Apr. Anno 1635. (Verba sentent. So verbleibet bey solcher Abrechnung und Quittung nochwahls billich/ und es mag die Pacht. Grau mit der vorgeschüchten Exception des nicht entrichteten Pacht. Zinses/ nun mehr/ weil von dato der gegebenen Quittung etliche Monat albericht verschlossen/ nicht zugelassen noch gehöret werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XX.

*Prosum pacta alii, qui non pepigerunt multū in casibus, etiam ex verisimili pacientium conventione.*

- 1 **N**on magis regulariter pro alio pacisci, quam alteri stipulari licet, sed sunt pacta stricti juris, nec iis, qui non pepigerunt, nocent, aut prosunt, l. si actionem. 24. C. de pact. & etiamsi juramento confirmata, 2 Schurff. cent. 1. consil. 66. num. 19. Matth. Welenb. in paup. ff. de pact. num. 10. & scilicet, quia obligationes 3 inventae sunt, ut quisque agat, quod sua interest; Et sahē nihil in alium transferri per nos potest, nisi per aliquod legitimū & proportionatum medium, & quale certè haud esse potest pactum, per quod obligatio vel actio in alium transferatur, quoniam conventiones prorsus sufficiunt personas & in iis subsistunt, ut eleganter differit Reinh. Bacchov. in not. ad Treutl. vol. 2. dict. 27. tb. 2. lit. d. & Nihilominus plurimi dantur casus, 5 in quibus ex dispositione juris pacta etiam ad alium, qui non pepigit, derivantur, & ut si Notarius pro alio 6 paciscatur l. 2. 3. 4. ff. rem pupill. salv. fore. l. non aliter. 18. ff. de adopt. Nam per judicem vel Notarium cuiusvis acquiri obligationem tradit Dion. Gothofr. in l. 38. 5. aliter 17. ff. de V. O. & Ex stipulatione quoque 7 Procuratoris domino quandoque utilis actio accommodatur, veluti ex praetoriis stipulationibus l. 27. in fin. & l. seq. in pr. ff. de procur. & Si procurator ex re 8 domini (scilicet ipsi acquisita) fuerit stipulatus l. quod Procurator. 68. ff. de procur. & se presente domino stipulatus fuerit. l. 79. ff. de V. O. Bachov. dict. loc. & Nec 9 Procuratori absimilis est institutor, ex cuius contractibus interpretatione prudentum actio datur l. 1. in fin. & l. 2. ff. de Inst. atl. & Quin & quotiescumque per actum 10 naturalem obligatio constituitur, alteri actio utilis queritur, & ita nimis ex pacto deponentis vel comodantis alteri actio utilis datur l. 8. C. ad exhib. junct. l. 26. in pr. ff. deposit. & si quis meo nomine pecunia numeret, mihi condicione queritur l. 9. §. ult. ff. de reb. cred. l. 126. §. 2. vers. per liberum in fin. ff. de V. O. l. dominus. 53. ff. de condit. indeb. & Ex pacto etiam Creditoris rem pignoratam Vendentis & tradentis, actio in factum debitori datur l. si cum 13. in fin. ff. de pign. atl. licet verba hujus textus Tribonianus adscribat Ant. Fab. de error. pragm. decad. 22. Err. 9. & Ex pacto quoque, traditioni ex causâ donationis adjecto, alteri utilis actio competit l. quoties. 3. C. de don. que sub modo. & Pariter 15 ex affectione & coniunctione personarum pater filio vel filia etiam post mortem suam dari, potest pacisci ac stipulari, l. 45. §. 2. ff. de V. O. Et parentibus patri ac matri in causâ dotis hoc facere licet, ubi ex parentum.

pactionibus liberis actio queritur, l. pater. 7. Codic. de pact. convent. l. 26. C. de jur. dot. l. 25. in fin. ff. solut. mar. quem textum à Triboniano corruptum non sine causa suspicatur Anton. Fab. 13. conject. 5. Vide hosce, aliosque plures casus relatios ab Accurs. ad §. si quis a-  
16 lli. 4. Inst. de inut. stipul. † Quia non solum ex juris dispositione manifesta, sed etiam ex verisimili partium conventione pacta ad alium, quam qui pepigit, deriva-  
17 ri, tradit Matth. Wesenbec. dict. loc. num. 10. † Vi-  
delicet, cum hoc ejus interest, qui pactum fecit & veri-  
similiter eā de re actum videtur, Wesenb. dict. loc. ubi  
etiam exempla ponit. Multis itaque casibus ex paci-  
18 scientium conventione alteri obligatio acquiritur, † ut  
non male forsitan quis arbitrari possit cum Martino alle-  
gato ab Accurs. in §. si quis alii. 4. Inst. de inut. stipul.  
19 Semper ex alterius pacto dari utilem actionem, † in-  
quam sententiam etiam videtur inclinare Hottoman.  
4. observat. 8. Sed reprehenditur Martini opinio ab Accur-  
s. d. l. & Azon. in summ. C. de pact. num. 28.

Ita tractatum in causa Georgii Windlers & Hieronymi Krap-  
pens contra heredes Hansen Weinmanns / ventilata in Senatu  
Lipsiensi, M. Febr. A. 1635.

#### DEFINIT. XXI.

*Successor in principatu, et si heres antecessoris defun-  
ti non existat, attamen ex alienum pro regni utili-  
tate factum & salario officialium exsolve-  
re tenetur.*

1 Quando regnum successor jure hereditario à de-  
functo habet, procul dubio prædecessoris factum  
prætitare, instarque heredis, omne ex alienum exsolve-  
re tenetur, Dd. in cap. licet. 6. extr. de vot. & vot. re-  
2 dempe. † Secus vero si dignitatis solummodo sceptri-  
que fuerit successor: Qui cum causam ab antecessore  
3 non habeat, sed Regnum ei ex lege obveniat, † non  
magis, atque is, qui in administratione, dignitate, be-  
neficio, aut feudo successor existit, antecessorum pa-  
ctis, conventionis & patrimonialibus conventionibus ob-  
ligatur, Andr. Gail. lib. 2. observat. 154. num. 1. & 2.  
Christ. Besold. de success. regia lib. 3. dissert. 2. concl. 2.

Hent. Bocer. de invej. feud. cap. 3. num. 73. † quia debita hereditaria præstantur solummodo ab herede universali, l. ex facto 35. de hered. inf. l. quoties. 13. C. de cod. tit. l. 1. & 2. C. de hered. vel act. vendit. † Ex 5 quo Regem Bohemiæ antecessoris sui Matthias investituram de caducitate successionis confirmare haud obligatum fuisse, respondit Collegium Juridicum Lipsiense in Consilio, quod extat apud Hart. Pst. part. 2. quæst. 20. num. 44. † Sicut nec is, qui Ecclesiastico Magistratui, Præful in dignitate, officio succedit, ex prædecessoris sui investiture de caducitate successionis obligatur, c. sciendum. §. si dominus. tit. quib. mod. feud. const. cap. un. de cler. qui investit. † Sed hoc ita 7 in patrimonialibus conventionibus: Nam si ex natura & consuetudine officii Regii initæ fuerint obligations, † quales sunt promissiones salariorum factæ 8 officialibus Regiis, ex hisce omnino tenebitur successor etiam ex lege: Conveniri enim hic potest ab iis saltem Creditori, † qui pro regni necessitate & utilitate, pro illius scilicet defensione & incremento, aut in usus necessarios, utilesque alios, pecuniam mutuò dedere defuncto, arg. c. 1. extr. de solut. Andr. Tiraq. de primog. qu. 35. n. 19. Petr. Greg. Tholos. lib. 7. de Republ. c. 12. n. 1. Ant. Peregr. de jur. fisci lib. 2. fol. 109.

Ita Domini in causa Hansen Friederichs von Brettm/ M. Nov. A. 1635. (Verba sentent. Hat Herzog Heinrich Julius zu Braunschweig hochloblicher Gedächtnis, bis auf dessen Absterben euer Schwäher etlich 20. Jahr vor einem Rämer-Zucker und Kriegs-Hauptmann gedienet/ dahero Ihr Fürstl. Gnaden demselben Kraft ausgeantworteter schriftlichen Bestallung mit etlichen tausend Reichsthaler. verhaftet worden. Und es hat auch Dein Herr Sohn/ Herzog Johann Friederich Ulrich/ Christi wlder Gedächtnis/ nach Absterben des Herrn Vaters/ sich gegen eure Haushfrauen gütig erklärt/ wann sein Land wiederum zu friedlichem Stande gebracht werden möchte/ dasselbe zu bezahlen/ welcher aber nun mehr aus Lodes verfahren/ und das Herzogthum Braunschweig auf die Herzoge von Lüneburg gesessen. Wann nun gleich Dein Fürstl. Gn. nicht als Erben und jure hereditario succidit; dieweil aber dennoch die Bestallung vermutlich dem Fürstenthum und ganzen Lande Braunschweig zum besten geschehen und angeschen gewesen ist. Soseyn Ihr. Fürstl. Fürstl. Gn. das Fürstl. Brief und Siegel an sich zu ihren/ und eure Haushfrau/ so lange die Bejallung gewähret/ zu bestreden shuldig/ B. R. W.)

### CONSTITUTIO XXX. PARTIS SECUNDÆ.

Wie und auff was Meynung das  
Interesse post moram zu erkennen?

**D**e Schöppenstühle haben bis anhe-  
ro auff die Frage ungleich gespro-  
chen/ dann etliche seynd der Mey-  
nung gewesen/ wann ein Kauff-  
mann des ausgeliehenen Geldes o-  
der Wahren auff bestimmte Zeit nicht bezahlet/  
dass disfalls ob solam moram fünff Gulden in-  
teresse lucri cessantis, von hundert Gulden  
Haupt-Summa/ auff ein Jahr zu erkennen/ die-  
weil gemeiniglich ein Kauffmann zum wenigsten  
so viel erwerben könne/ der Richter sonst auch  
ex conjecturis das Interesse zu moderiren be-  
fugt/ und dass disfalls/ wann ein Kauffmann ob  
moram allein 5. Gulden von hundert Gulden  
fordert/ ganz keiner Liquidation nothig sey/ da  
er aber über fünff Gulden fordern thåte/ dass er  
alsdann das Interesse liquidiren müsse. Etil-  
che aber seynd der Opinion, dass ob wohl ob mo-  
ram Kaufleute/ und also personæ consuetæ ne-

Quomodo & quatenus interesse post  
moram parti adjudicandum?

**N**On eadem de hac quæstione Scabi-  
natuum hactenus fuit sententia.  
Quidam enim existimârunt, mer-  
catori, si tempore statuto non sol-  
veret debitor, ob solam moram,  
loco interesse lucri cessantis, in singula centena  
quincunces usuras annuas adjudicandas esse,  
cum mercatores tantum ad minimum lucrari  
consueverint, judici quoque ex conjecturis in-  
teresse moderari permisum sit, ideoque isto  
casu, ubi quincunces tantum usuras loco interesse  
peteret mercator, nec liquidatione qui-  
dem ejus illi opus esse putarunt; si quid verò  
amplius peteret, id probari oportere. Alii  
contra, eti mercatoribus & aliis negotiari  
consuetis, ob moram, non tantum interesse  
damni emergentis, sed & lucri cessantis deberi  
concesserint, liquidatione tamen aliquâ opus  
esse voluerunt, ex quâ perspici posset, merca-  
to-

gotiari der Anforderung nicht allein des Interesse damni emergentis, sondern auch interesse lucri cessantis, zu Recht befugt / so solte doch zuvorn/ ehe fünf oder mehr Gulden moderirt/ eine Liquidation geschehen/ daraus zu befinden / daß der Kauffmann fünf oder mehr Gulden gewinnen mögen / cum lucrum semper non sit certum, er auch so wohl verliehren als gewinnen könne/ und wann solche Liquidation geschehen/ daß nach Gelegenheit derselbigen/ das Interesse auff fünf oder mehr Gulden zu moderiren. Dazmit nun solches auch zur Gewißheit in unsern Landen gereiche/ so haben wir ihnen ausserlegen lassen/ forthin in unsern Hoff-Gerichten / Juristen-Facultäten und Schöppen-Stühlen zu sprechen/ daß in allen Fällen und Personen / Kauffleuten und andern/ ohne Unterschied/ das Interesse selbst/ und zum wenigsten per circumstantias & conjecturas probiret und liquidiret/ auch alsdann erst darauff die Moderation erkannt werden soll. Wann aber einer ein Gut eckauft/ und ihm ist dasselbige tradiret/ und er hat das Kauff-Geld nicht bezahlet/ sondern beyde das Gut und Geld behalten/ dieweil unsere Verordnete dßfalls dafür geachtet/ daß solch interesse pretii non soluti, welches sonst von der Nutzung des verkauften Guts zu nehmen/ und nach Gelegenheit aus Richterlichem Amt in diesem und verglichenen Fällen auff fünf Gulden von ein Hundert Gulden moderiret werden könne: So lassen wir uns auch gefallen/ daß in einem solchen Fall darauff erkannt werde/ sonderlich wann genugsam Bericht und Anleitung vorhanden/ daß das verkauftie Gut an Nutzung jährlich so viel extragen möge.

torem singulis centenis quinque vel amplius etiam lucrari potuisse, cum lucrum non semper sit certum, & fieri potuerit, ut etiam cum jacturā nonnullā negotiaretur mercator. Eiusmodi igitur liquidatione præmissā, tūm de mū loco interesse, quina in singula centena vel amplius etiam mercatori adjudicanda putarunt. Quò igitur hīc quoque certi quid habent subditi nostri, volumus, ut sive mercator sit sive alius quicunque, qui interesse petit, saltem per circumstantias vel conjecturas id probet, & tūm demum à judice aestimatum ei adjudicetur, quod & in judicando & respondendo judicia Curialia, Collegiaque Juridica & Scabinatus ut observent, mandavimus. Ubi verò fundo vendito & tradito emptor pretium non solvit, sed id unā cum fundo penes se retinuit, cum Deputati nostri existimant, hoc in casu & ejusmodi similibus interesse pretii non soluti, quod ex fructibus habere vendor poterat, judicem ex officio aestimare ita posse, ut quina in singula centena illi adjudicet, id judicando ita observari nobis placet, potissimum si constet, tantum fructuum ex fundo vendito quotannis percipi potuisse.

## DEFINITIONES.

1. *Usura quincunces bōdiē ordinaria ac consuetudinaria sunt, nec majores debentur, etiam si promisse fuerint.*
2. *Etiam inter mercatores usura ordinaria sunt bōdiē quincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduixerit.*
3. *Usura pupillares, quincuncibus majores, haud admittuntur.*
4. *Quod ultra quincunces usuras praestitum, id vel debitō restituendum, vel in sortem imputandum est.*
5. *Usura, ad certum tempus promisse, in perpetuum debentur, quamdiu sortis solutio facta haud fuerit.*
6. *Usura pretii non soluti, etiam citra conventionem, debentur Venditori, licet emtor ex re vendita nullos perceperit fructus.*
7. *Non liberat emtorem à prestatione usurarum alimentatio venditori, si facta est pars pretii.*
8. *Creditor loco interesse, absq; ullā ejusdem probatione, usuras quincunces petere potest.*
9. *Creditor, usurarum quincuncium quantitate non contentus, major interesse petere valet, si id probare audiat.*
10. *Promissis licet quincuncibus usuriis, majus tamen interesse, si probatum fuerit, Creditori prestari debet.*
11. *Creditor in probatione majoris interesse succumbens postea usuras quincunces loco interesse petere nequit.*
12. *Creditor solutionem sortis absq; protestatione accipiens, postea interesse, sive usuras ex mora petere nequit.*
13. *Sublatā licet per solutionem sortis petitione, superest tamen petitio usurarum, qua ex stipulatione aliave conventione debentur.*
14. *Pecuniam depositam sub praedita cauzione ad se reci-*

- piens, tenetur ad interesse, si condemnatus fuerit ad restitutionem pecunie.*
15. *Non valet patrum de stando simplici ac nudā Creditori assertione super interesse.*
16. *Licet fiducijsur sub gravioribus usuriis mutuam pecuniam acceperit, nihil tamen ultra quincunces usuras à debitore, ceu interesse, repetere valet.*
17. *Usura adjudicantur ex mero à die litis contestata, sive contestatio vera intercesserit, sive ficta, quae inducit ex contumacia.*
18. *Ratione pecunia indebitè soluta interesse, vel usura, ne quidem à tempore litis contestata, exigi possunt.*
19. *Filia, post mortem patris conferens dotum, ad præstationem usumrum non tenetur.*
20. *Usura & fructus legatorum debentur à die mora, seu facte petitionis.*
21. *Legati in diem relitti usura non ex lapsu diei, sed tantum ex die agniti & petiti legati debentur.*
22. *Usura legatorum debentur minori citra moram à die aditæ hereditatis.*
23. *Etiam in bona fidei contractibus ex solo diei lapsu, minori debentur usura, absq; precedente interpolatione.*
24. *Præceptum judicis de non exsolvendo debito, liberat debitorem ab usuris & interesse.*
25. *Debitor præter usuras, ne quidem ex conventione propriâ, ad Collectas de pecunia mutuò acceptâ Magistrati præstandas, firmiter obligatur.*
26. *Non solum in mutuò, sed & in reliquis contractibus usura, ex morâ debita, ultra alterum tantum exigi prohibentur.*
27. *Solute autem usura ultre alterum tantum condicione indebiti repetuntur, vel in sortem imputantur.*
28. *Quan-*

28. Quando usura ultra alterum tantum peti possint? Et quid si exigantur tanquam interesse, non ut usura?  
 29. Interesse alterius interesse, non minus ac usuras usurarum exigere prohibitum, etiam inter mercatores.  
 30. Usuras usurarum de pecunia pupillari solvit tutor solus, non etiam alius debitor extraneus.  
 31. Tutor usuras usurarum illarum, quas à debitore non accepit, neutquam præstare tenetur.  
 32. Nec usuras usurarum præstet tutor de pecunia pupillari, quam ipse, cu[m] mutuum, penes se habebat.  
 33. Non permittendum, ut usura redigantur in sortem, ad facilius admittendas usurarum usuras.  
 34. Nec inter Mercatores permittitur Anatocismus.  
 35. Cessio debiti seu actionis regulariter non valet, nisi ad concurrentem dati pretii quantitatem.  
 36. Ex Constitutione Anastasi, ne quidem venditio debiti particulariter in certos terminos solvendi valet, nisi ad concurrentem pretii quantitatem, imputatis tamen cuiusq[ue] termini usuris.  
 37. Annulata cessione debiti, ex Constitutione Anastasia, superfluum id, quod solutam quantitatem exceedit, regulariter ad cedentem pertinet.  
 38. In societate divisio in socios equaliter facienda est, secundum proportionem quotativam, non quantitativam.

## DEFINIT. I.

Usura quincunces hodiè ordinaria ac consuetudinaria sunt, nec majores debentur, etiam si promissa fuerint.

1. Nolo hīc disputare, an jure licitæ sint usuræ, vel non? Nec repeterē lubet ea, quæ à Dd. præsertim à Petr. Heig. p. 2. q. 1. & Matth. Col. de processu execut. p. 1. c. 10. num. 35. & mult. seqq. in hanc rem scripta fuere. † Sufficiat nosse, usuras moderatas hodiè non tam consuetudine generali, quam lege Imperii in Recess. Imp. de Anno 1500. 1539. 1548. 1577. sub tit. Von wucherlichen Contracten/ sc. in Recess. Wormatiens. de Anno 1586. Et in Electoratu Saxonie jure provinciali in Const. Mauriti. El. de An. 1550. tit. Von den Buchern. Const. Augusti Electoris de Anno 1555. tit. Von Wucher. b. Const. 30. in fin. de Anno 1572. & Ordin. Torg. de Anno 1585. tit. Von Wucher / wus 3. therlichen Contracten/ sc. tolerari. † Nec simpliciter jure divino usuræ censentur prohibitæ; Non certè ha[bit]at, quæ æquitate nituntur, Exod. 22. vers. 15. Levit. 25. 4. vers. 37. Deut. 23. vers. 19. Lut. 6. vers. 34. † Acjandum dudum à Jctis pariter atque Theologis præstantissimis decisum, atque rationibus ex jure divino & civili fitmissimis probatum fuit, posse principem usurarum, quantitatem in hac temporum necessitate definire, quam & moderatores tenere jure possint, & improbiorum excessere prohibeantur; † Ita tamen, ut semper charitatis proximo debitæ ratio habenda, ac pauperibus & indigentibus pecunia absque ullâ usurâ mutuanda sit, Martin. Chemnit. in loc. Philip. comm. Egid. Hunn. in Consil. Theolog. An liceat ultra sortem erogata pecunie accipere pensionem. D. J. Gerh. decad. 8. qu. Polit. 1. Molin. In tract. de usur. n. 86. Heig. & Col. d. L. Ernest. Cothm. vol. 2. Resp. 52. n. 34. & seqq. Ant. Teffaur. decis. 57. Ventur. de Valent. in part. litig. lib. 6. 2. c. 11. num. 27. † Quod nec beato Martino Lutheru displicuit, ut patet ex libr. singul. de usur. ad parochos. tom. 7. Jen. fol. 405. §. Aber wie, wenn der Fall für 7 me/ sc. Quamvis haud ignorem † quosdam adeò religiosos esse velle, ut sine peccato mortali usuras haud 8 accipi posse existiment; † Et Christianos fame potius perire, quam ulla, vel quantulascunque usuras accipere licere, cum quibusdam Pontificiis superstitione assentit, ac propterea Molin. aliud docentem, malum appell-

39. Valet quandoque pactum in societate, ut alteri semper pecunia sit salva, nec in ultimis sentiat damnum.  
 40. Valet Anticbris, nec renetur Creditor ad restitutionem fructum ex agro oppignorato perceptorum, ob modicum usurarum legitimarum excessum.  
 41. Fructus tamen ex agro percepti in actione anticbris sorti imputantur, quando legitimum usurarum modum nimium exuperant.  
 42. Fructus naturales ex hortis ac pratis jure anticbris sorti percepti, sorti semper imputantur, & quatenus usuras quincunces exuperant.  
 43. Emptio pignoris occasione mutui contracta non subsistit, quando constat de usurariâ pravitate.  
 44. Valet emptio pignoris sub patto de retrovendendo, si non constet de usurariâ pravitate.  
 45. Validè Iudeus actionem, ex contractu judiciali adversus Christianum sibi competentem, alii Christiano cedit.  
 46. Dilatione moratoriâ durante, non debentur usurae.  
 47. Exigi possunt usurae, etiam si in libello una cum sorte ante non petitæ, nec in sententia actori adjudicata fuerint.  
 48. Usura usurarum jure haut exigi possunt à novo debitore, in cuius persona sorte vicem obtinent.

litat Theologum Ant. Fab. in Cod. l. 4. tit. 24. def. 2. n. 5. † Admittit ramen, publicæ Societatis tuendæ gratia, & propter redundantem in vitâ humanâ perversitatem, usuras bene tolerari, dict. defin. 2. in fin. & de Error. pragmat. decad. 10. Error. 1. † Ecquis enim absque spe data lucri, necessitatibus suis facile mutuum reperiatur? Nam ita comparati sunt homines, ut circa aliquod commodum suum, alterius commoda promovere non possint; † ut verè dixerit Aug. Call. Usuram patriis legibus probatam damnare, hominis esse, communem hominum utilitatem societatemque non satis intelligentis, referente Christoph. Besold. lib. 2. polit. c. 4. §. 37. † Sint tamen usuræ moderatae & honestæ, nempe Quincunces, quæ meliorum fundorum redditibus justè correspondere censentur, ac vicesimo anno sortem æquant, Ant. Fab. dict. defin. 2. n. 4. † Quæ & leviores dicuntur in l. tutor. 7. §. que autem 10. in fin. ff. de admin. tur. Et modestæ à Persio Satyr. 15. † Quidbus in Electoratu Saxon. Recess. Provinc. de Anno 1628. Sextum florenum, collectæ nomine Magistratui solvendum, hodiè addunt. † Majores vero usuræ prorsus sunt prohibitæ nec debentur, etiam si promissæ fuerint, l. eos. 26. §. 1. vers. si quia autem aliquid. C. de usur. Recess. Francof. de Anno 1530. & 1548. tit. Von wucherlichen Contracten. Ordin. prov. Elect. Mauriti de Anno 1550. tit. Von Wucher. & Ordin. Torgens. August. Elect. de Anno 1583. tit. Von Wucher/wucherlichen Contracten/ sc. † Quin & usurarios hosce majores usuras exigentes sat graviter puniri, dixi in pract. crim. p. 2. q. 92. & seqq.

Ita Domini in causa Egidii Beckers zu Leipzig/ Mens. Nov. Anno 1591. (Verba sententia: Und ist die Debitorin von solchem Capital mehr nicht/dann die laudabiliens Zinsen/als 5. von 100. ungeachtet sie sich zu einem hiblern Zins gegen euch verschrieben/ zu entrichten schuldig/D. R. W.)

It. ad requisitionem Questoris Saltensis, Mense Sept. Anno 1620. (Verba sent. Das Beklagter den 6. Rthl. von 100. Zins/ ungeachtet er sich hierzu verschrieben/ zu zahlen nicht gedrungen werden mag/te.)

## DEFINIT. II.

Etiam inter mercatores usura ordinaria sunt hodiè quincunces, non majores, nisi consuetudo loci aliud introduixerit.

E Tiam cum inter mercatores agitur, non usuræ majores quincuncibus solent adjudicari; † Nec enim hor

- diè in Imperio Romano-Germanico & Electoratu Saxonie graviores usuræ admittuntur, quin potius severissimè prohibentur, tanquam modum honestiorem excedentes, Def. *preced.* Recess. Imp. Wormat. de Anno 1586. Ord. Elect. Saxon. Torg. de Anno 1583. tit. Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ sc. † At modus honestus in rebus omnibus etiam inter mercatores est servandus, non immoderata cujusque affectio subsequenda, l. ex damn. 40. in pr. ff. de damn. infest. Ant. 4 Fab. in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 2. n. 4. † A consuetudine tamen, quæ certis quibusdam locis, inter Mercatores besses usuras, h.e. octo pro centum, introduxit, non recedendum, l. *Cajus Sejus.* n. ibi: fuit autem consuetudo ff. de usur. † Quæ tanto facilius tollerari potest, quanto propriù ad sanctionem Imp. Justiniani l. eos qui 26. C. de Usur. accedit. † Perpenso & hoc, quod inter Mercatores usuræ interesse loco habentur, quod haud raro usuras quincunces superat, l. 3. & 4. ff. de in lit. jur. Ant. Fab. dict. defin. 2. n. 3.

Ita Domini in causa Adriani Jamsons & Johannis Wolfsbagens zu Brehmen/ Mens. Octob. Anno 1630. (Verba sententia: Dieweil aber dennoch Inhalts der Reichs-Abschiede dergleichen hoher Zins ohne Unterschied straflichen verboten/ und ein höherer Zins als 5. pro 100. darzunen nicht verstatet wird/ sc. So wird der zwischen euch beyden Kaufleuten getroffene Contract, gestalte Sachen nach/ so viel den übermäßigen Zins anlanget/ pro usurario billich gehalten/ und ist demnach Jamson einen höhern jährlichen Zins als 5. pro 100. zu zahlen nicht verpflichtet/ sc. Ihr könnet dann wie zu Recht darthun und erwiesen/ daß durch eine beständige Gewohnheit im Lande Hollstein und bey euch eingeführet/ und über Rechts-verwahre Zeit unverbrüchlichen unter den Kaufleuten 8. pro cento jährlichen Zinses verstatet/ gebilligt und zugelassen worden/ dessen genüsst ihr auf solchen Fall billich/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Usura pupillares, quincuncibus maiores, haud admittuntur.*

1. **A** Brogato propemodum jure Novellarum in Novell. 72. & in usum revocato veteri jure in l. tutor. 7. §. usura. 11. ff. de admin. & peric. tutor. l. tutores. 24. 2. C. cod. tit. hodiè rursum introductum esse videtur, † ut tutores licito lucro & foenori pecuniam pupillarem exponere vel in emptionem prædiorum collocare, † & si hoc neglexerint, usuras vel id, quod interest, pupillis refundere teneantur, juxta tradita Bartol. in l. tutor. quip reportium. 7. §. si post. 3. §. ff. de administr. & per. tutor. Andr. Rauchb. part. 2. quæst. 26. num. 6. Hartm. 4. Pist. lib. 1. quæst. 49. num. 24. cum seq. † Sive autem tutor ipsem vel alius quivis debitor pupillo obligatus sit, usuras quincuncibus maiores exigere haud licet. 5. † Nec enim pupillo concedendum, quod reliquis Creditoribus severissimè prohibitum est, Supr. Definit. I. 6. † Quin & sanctionem Justiniani Imper. in l. eos qui 26. C. de usur. usuras pupillares comprehendere, quis non animadvertis, posita ibidem dictione universalis, eaque 7. geminata, † quæ nihil excludit l. Juliano respondit. 68. ff. de legat. 3. l. à Procuratore. 13. C. mandat. Rauchb. dict. quæst. 26. num. 27.

Ita Domini in causa Tutorum Martini Denters & Gerdruda/ Uxor Johannis Greundt/ an die Wormundschaft/ Herren zu Leipzig/ Mens. April. Anno 1630. (Verba sent. Daraus so viel zu befinden/ daß Beklagte Haugenden Wormunden wegen ihrer Wündlein das hinterstellige Capital der xxx. fl. ii. gr. 5. pf. benötigen/ der rückständigen Land üblichen Zinsen, jedoch höher nicht/ als 5. pro 100. gerechnet/ vollständig zu zahlen schuldig/ sc.)

## DEFINIT. IV.

*Quod ultra quincunces Usuras præstitum, id vel debitori restituendum, vel in sortem imputandum est.*

1. **U** Suræ ultra legitimum modum promissæ, non modo solvi haud debent, sed & soluta repeti vel in sortem imputari possunt, l. 9. ff. de Usur. l. 20. C. cod. tit. l. 26. in pr. ff. de condit. indeb. † Annullato sequi-

*Carpz. Definit. Vol. I.*

dem & rescisso contractu usurario, Ordin. Provinc. de Anno 1555. tit. Von Wucher. & Ordin. Torgens. de Anno 1583. tit. Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ sc. §. Gehen/ ordnen/ vers. Damit allen Richtern gebietende. † Id quod ultra legitimum usurarum modum est præstitum, & pravitatem usurariam sapit, indebet solutum viderur, ac proinde conditione indebiti repetitur dict. loc. 26. ff. de condit. indeb. † Non obstante debitoris promissione aut instrumento obligationis, quod nullius momenti habetur. Nulla siquidem conventione, nulloque pacto ultra legitimum usurarum modum debitor sese firmiter obligare. Matth. Wesenb. p. 2. consil. 72. n. 13. & seqq. nec jus publicum privatorum pactis mutare potuit l. 38. ff. de patt. Herm. Lather. de cens. lib. 3. cap. 23. num. 92.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Imassen auch Beifrag der 6. fl. an denen siehevor gezahlten Zinsen conditione indebiti wieder zu foderu/ oder an der hinterstillingen Schuld abzulösen wohl befugt ist/ V. R. W.)

Irem in causa Johannis Wolfsbagens zu Brehmen/ M. Octob. Anno 1630. (Verba sententia. Imassen ihr auch die Übermasse des Zinses/ so über 5. pro 100. eingehoben/ wiederum heraus zu geben/ oder euch an dem rückständigen Capital abföhren zu lassen schuldig seyd/ sc.)

It. in causa heredum ac viduz D. W. zu Leipzig/ Mens. Junij. Anno 1627.

In causa Johannis Arnoldi zu Remplis/ Mens. Novembr. Anno 1627.

Et in causa Johannis Gledigs zu Dresden/ Mens. Februario, Anno 1630.

## DEFINIT. V.

*Usura, ad certum tempus promissa, in perpetuum debentur, quamdui sortis solutio facta haud fuerit.*

**Q** uamvis usuræ pecuniae foenebris citra stipulatio nem non debeantur l. 3. C. de Usur. l. Titius. 24. ff. de præsc. verb. † sufficit tamen, semel eas in stipulatio nem venisse, ad hoc, ut ex tacita contrahentium voluntate in posterum quoque exigi queant. † Igitur si quis pecuniam intra biennium solvere promisit, nec ad diem solvit, non eo minus easdem usuras debebit, quod conventionis, in quam deductæ fuerant, tempus præterierit, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 24. defin. 1. † id namque actum videtur, ut quamdui sors soluta non esset, exdem usuræ præstarentur, si de aliis nova convenatio nulla fieret l. Seja. 12. ff. de Usur. † Quod tantò magis verum est, si post decursum tempus, de quo convenierat, ad eundem modum prosequenter annis usuras solutas fuisse appareat; † Quia voluntas contrahentium colligitur ex eo, quod secutum est, l. nulla ribi adversus. 5. C. de solut. † Et sufficit usurarum præstatio per aliquot annos continuata ad inducendam in posterum tempus obligationem, l. cum de in rem verso. 6. ff. de usur. Ant. Fab. lib. 7. conject. 8. & 9.

Ita Domini in causa Johannis Wolfsbagens zu Brehmen/ M. Okt. Anno 1630. (Verba sent. Wann gleich der Schulvener das erlegte Capital nur allein auf 2. Jahr lang mit Vergütung aufgenommen/ und den Zins länger zu reichen sich ausdrücklich nicht erlässt. Dieweil er aber dennoch bis dato das Capital nicht abgetragen/ sc. So mag er sich auch/ unangeschen die zwey Jahr schon vorläufig verlossen/ der Zinsrechnung/ so lange er das Capital abstalle/ nicht entbrechen/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Usura pretiū non soluti, etiam cetera conventionem, debentur Venditoris, licet enator ex re vendita nullos perceperit fructus.*

**T**olerabiliores reliquis videntur usuræ, quæ ex natura & æquitate Negotii, quod geritur, debentur in vicem fructuum, † quos vicissim debitor ex re Creditoris percipiat, aut pro eo, quod revera Creditoris interest ratione damni emergentis, non lucri cessantis, l. non debet. 41. §. 1. ff. de reg. jur. † inde est, quod si marito des suo tempore soluta haud sit, ille usuræ per-

Fff f

- tere possit, quia certat de damno vitando, ferendo onera matrimonii, Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 8. n. 7. † Pariter & citra conventionem, evitandi danni causâ, usuræ pretii non soluti debentur Venditori, qui tem venditam tradidit, h. Const. 30. Wann aber einer ein Gut scilicet l. curabit. s. C. de act. empt. l. 2. C. de Usur. & mor. Dan. Moll. b. c. num. 5. Anton. Testaur. decif. 43. n. 4. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 17. n. 6. † Iniquum eam esset, ut Emptor ejusdem temporis & fructus fundi & pretii usuras retineret, l. Julianus. 13. §. veniunt autem 20. ff. de act. empt. Anton. Fab. dict. tit. 24. defin. 5. num. 11. † At licet emptor ex re vendita tot fructus non percepit, qui ad quantitatem usurarum quincuncium adseenderent, nihilominus venditori hasce præstandas esse, ex vocula (Sonderlich) b. Const. 30. §. ult. rectissimè colligit Moll. b. c., quem sequitur Berlich. part. 2. concl. 38. n. 14. † Quin licet emptor nullos omnino fructus percepit, vel percipere potuerit, ad usurarum tamen præstationem eum obligatum dixerim propter moram commissam, † ex quâ solâ usuras seu interesse deberi ex b. ipsa Const. 30. expeditum est. † Quanavis aliter sentiant Didac. Co-var. lib. 3. var. resol. cap. 4. n. 3. Fachin. 2. controvers. c. 32. quos sequitur Berlich. dict. concl. 38. n. 14.
- Ita Domini in causa Petri Raumanni zu Gashowtz/Mense Jan. Anno 1634. (Verba sentent. So seyd ihr nebeist dem restrenden Capital der Kauf. Gelder/ auch die von Zeit des Vertrags an ausgelaufene Landbüchliche Zinsen/ unangesehen daß ihr seibige Zeit hero das erkauffe Gut wenig oder gar nicht genützt und ge, nessens/ Verkäufers Erben zu zahlen und abzustatten schuldig/se)

## DEFINIT. VII.

*Non liberat emptorem à præstatione usurarum aliquam  
mentatio vendoris, si facta est  
pars pretii.*

- 1 Q Vum Emptor vendori per multos annos alimenta præstisset, sufficientem compensationis causam extare putabat, quò minus præstatione usurarum. 2 pro pretio non soluto gravandus esset. † Quin & ex parte Venditoris haud minima videbatur ingratitudo 3 vel tantillum quid usurarum loco exigere. † Attamen mortuo venditore, ejusdem heredes in contrarium urgebant, ultra premium in parata pecuniâ solvendum, emptorem vendori alimenta tanquam partem pretii promisisse. † Quo probato nullum porro dubium restabat, quin emptor non obstante alimentationis excepione ad præstationem usurarum teneretur: † Quippe que ex morâ non facta solutionis justo tempore, cum interesse emptori debentur hâc Const. 30. §. ult. 6 ac proinde æquissimum emptori easdem præstari. † Non enim ex solâ causâ damni emergentis, sed & ex lucro cessante id, quod interest, venit præstandum, l. si commissa. 13. ff. rat. rem. haber. l. 2. ff. de eo quod cert. loc. l. si fundus. 33. in fin. ff. locat. l. si mulier. 21. §. antep. ff. rev. amot. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 8. n. 4.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und ihr habt euch mit euren Einwenden/ daß ihr nemlich Verkäufern in die 17. Jahr lang nochdärfstig unterhalten/ weil solche alimentatio pars pretii, und über das Kaufgeld von euch versprochen worden/ beständiger Weise dawider nicht zu behelfen/ V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Creditor loco interesset, absq; ullâ ejusdem probatione,  
usuras quincunces petere potest.*

- 1 U Suræ vel ex conventione, vel solâ morâ officio jucidis debentur l. 3. l. 4. C. de Usur. l. 2. C. deposit. l. 17. C. locat. † Et quidem ex conventione, si in stricti juris judiciis per stipulationem, l. 31. l. 41. in fin. ff. de Usur. l. 10. §. 4. ff. mandat. † in bona fidei autem contractibus pacto in continentia adjecto promisso fuerint, dict. l. 3. & 4. C. de Usur. l. 13. C. de pact. l. 24. l. 26. §. 1. ff. deposit. † Ex morâ vero usuræ solummodo in bonâ fidei contractibus debentur, l. mora fieri. 32. §. l. 17.

§. 2. ff. de usur. l. usura. 2. C. cod. tit. l. 24. §. ult. ff. deposit. l. 17. C. de locat. † Sed in mutuo aliisque stricti juris judiciis, usuras non tanquam usuras, sed ut interesse lucri cessantis & damni emergentis, ex tempore moræ tunc demum exigi posse, si prius vel saltē circumstantias & conjecturas interesse quoddam liquidatum & probatum fuerit, quondam etiam in foro Saxonico placuit, hâc Const. 30. §. Damit nun solches auchi scilicet ubi Moller. n. 1. & 2. † Atqui difficultissima, 6 inquires, est probatio ejus quid interest, quippe quæ in facto non in jure consistit l. quatenus. 24. ff. de reg. jur. † ac metuendum, ne scrupulosam litem propterea instui, ac item ex lite moveri necesse sit, quod ne eveniat, bonus judex semper cavere debet l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expens. l. fratris. 10. C. de transact. † Nec 8 credendum, quod ratione pecuniae præstetur unquam id, quod reverâ interest, ne facile in infinitum excurrat, quia lucrum, quod ex indefinitâ negotiatione pecuniae sperari potest, infinitum est, Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. def. 7. n. 7. † quam ob causam nimurum solent credidores pecuniae stipulari usuras vel pœnam, ex consilio Jurisconsulti in l. ult. ff. de prator. stipulat. junct. l. stipulatio ista. 38. §. alteri 17. ff. de verb. obligat. † Verum id certe est, nec ulla justior taxatio interesse fieri potest, quam ad modum usurarum legitimatum, & quarum usus frequentior est, cuju:modi sunt usuræ quincunces. † Idque animadvertens Illustrissimus 11 Saxon. Elector Divus Augustus, immutata hâc Const. 30. Creditoribus ex tempore moræ, usuras quincunces loco interesse potentibus, eas absque ulla liquidatione & probatione adjudicari jussit, quantumvis inter partes de hoc conventum non fuerit, in Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ scilicet l. Als haben wir solcher ihrer Bitte/ scilicet und es wolste sich der Gläubiger/ scilicet. † Quæ sanctio non solum mercatoribus, qui frequenter negotiari consueverunt, sed etiam quibuslibet aliis Creditoribus, cuiuscunque status & conditionis sunt, succurrit, dict. §. Als haben wir/ vers. Und es wolste sich/ scilicet. Modest. Pist. p. 1. q. 47. & p. 3. q. 108. Matth. Col. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 99. & p. 2. decif. 227. Petr. Heig. p. 2. qu. 1. n. 104.

Ita Domini in causa Ägidii Beckers zu Leipzig/Mense Nov. Anno 1592. (Verba sent. Da nun die Debitrix versprachener massen mit der Zahlung nicht inne gehalten/ so wäre sie euch euer Interesse, so viel ihr dessen sole recht liquidiren und beschleichen würdet/ oder da ihr euch solcher Liquidation und Bescheinigung begeben wolstet/ die Landbüchlichen Zinsen als 5. pro 100. an statt des Interesse zu entrichten schuldig/V. R. W.)

Et in causa des Nachs zu Küren/ Mense April. Anno 1593. Verba sent. So werden euch nicht allein die Haupt-Zinsen/ sondern auch die davon verschogene Landbüchliche Zinsen/ weil ihr an statt des Interesse damit jüfrieben seyd/ von des Schuldners Gütern bislich bezahlet/V. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Creditor, usurarum quincuncium quantitate non contentu, major interesse petere valet, si id probare audeat.*

N Eutiquam Ordin. Elect. Saxon. Torgensi. de anno 1583. cuius beneficio Creditor loco interesse absque ulla probatione etiam in stricti juris contractibus à tempore moræ usuras quincuncies petere valet Defin. prac. ita accipi debet, ut quincuncibus illis usuris Creditor semper contentus esse cogatur. † Quid enim si probare velis, sua pluris, quam quinque loco usurarum interesse? Certè tūm audiendus erit, † ne Sanctio Electoralis in favorem Creditoris introducta, contra intentionem Illustr. Constituentis in ejusdem odium retorqueatur, † ipsomet D. Augusto ita se explicant te in sit. Von Wucher/wucherlichen Contracten/ scilicet s. Ali

§. Als haben wir verb. sonst aber und da der Gläubiger des Interesse halber sonderlichen Beweß für nehmen wolte / rc. Recell. Spirens. de An. 1600. §. So viel nun diesem nach vers. oder aber da dem Creditori &c. Petr. Heig. p. 2. q. 2. in pr. Matth. Berl. p. 2. concl. 38. n. 19.

Ita Domini in causa David Wincklers zu Mühlhausen/Mense Jul. Anno 1595. (Verba sentent. Da er nun anstatt des Interesse die Land-üblichen Zinsen als s. von 100. entrichten würde / So hesset ihr euch daran billich begnügen / ihr könnet dann wie recht erweisen und darthan/ daß ihr wegen seiner Nächthaltung einen viel höhern Schaden erlitten/ auf den Fall wäre er solches höhers Interesse zu ersätteln schuldig/B. R. W.)

It. in causa Petri Gloribz zu Leipzig/M. Jan. A. 1629.

#### DEFINIT. X.

*Promissis licet quincuncibus usuris, majus tamen interesse, si probatum fuerit, Creditori præstari debet.*

- ¶ **A** Deo favorabilis est probatio interesse, ut licet in contractu mutui de certis usuris, quincuncibus nempe, inter partes conventum fuerit, nihilominus tamen Creditor admitti debeat, si usurarum quincuncum quantitate non contentus longè majus interesse probare audeat, ex lucro nimirum cessante, † ex quo non minus atque ex damno emergente interesse venit aestimandum, l. si fundus. 33. in fin. ff. locat. l. si mulier. 21. §. antepen. ff. rer. amotar. l. 2. ff. de eo quod cert. loc. 3. l. 13. ff. mt. rem. hab. † ita ut in ejusdem arbitrio sit, eligere usuras conventas, vel aliud interesse post moram probare, Matth. Col. de proc. execut. p. 1. c. 10. n. 4. 101. † Sufficiunt tamen hoc casu ad probandum interesse conjecturales etiam & presumptivæ probationes, ut multorum Dd. autoritatibus firmat Col. dict. c. 10. num. 134.

Ita Domini in causa Johan. Wolffhagens & Adrian Jamsons zu Bremen/M. Mense Oct. Anno 1630. (Verba sentent. Ob wohl im H. Röm. Reich ein höher jährlicher Zins als s. pro 100. nicht genehmigt und zugelassen/ immassen ihr euch auch auf solchen Zins mit dem Debitor verglichen. Da ihr aber dennoch ein höheres Interesse, daß ihr nemlich das ausgeliehene Geld weit höher genommen können/ angeben/ und solches wie recht erweisen und beibringen würdet/rc. So wäre der Schuldener auch solches Interesse abzustatten verpflichtig/rc.)

#### DEFINIT. XI.

*Creditor in probatione majoris interesse succumbens posse a usuris quincuncis loco interesse petere nequit.*

- ¶ **Q**uid, si Creditor legitimarum usurarum quantitate non contentus, pluris suâ interesse, probare contum fuit, & in probatione illâ defecerit? † Nihilominus tûm ei, loco interesse usuras quincunces ex beneficio Ordin. Torg. Elect. Sax. de Anno 1583. tit. Von Wucher/ wucherlichen Contracten/ rc. §. Als haben wir solches vers. und es wolle sich rc. adjudicandas forsitan putaveris, † siquidem pluribus alii concilis remediis, ab uno ad aliud procedere haud est prohibitum, quando per prius intentatum agenti satisfactum non est, l. quoties. 41. ff. de O. & Aet. l. mater. 19. ff. de inoff. testam. Dd. in l. edita. 3. C. de edend. Bartol. in l. consentaneum. 8. in pen. q. C. quomodo & quando Iudex. 4. † Sed aliud videtur placuisse Illustrissimo Sax. Electori, in dict. Ordin. Torg. Creditorem ad probationem interesse accendentem buic Const. 30. jam antea promulgata insistere jubenti: † Ex quo, probatione interesse instituta, si nihil probatum, aut probationi actor diffusus sit, ad beneficium dicta Ordin. Novell. ei regressum haud haudquam competere, pronuncia tum fuit † tamen in judicio appellationis, quam à Jctis Wittebergensisibus, teste Petr. Heig. part. 2. qu. 2. n. 13. 7. † Nam quod semel placuit, amplius displicere non potest l. Pomponius. 9. ff. de negot. gest. c. mutare. 33. c. quod semel. 21. de Reg. jur. in sexto. † Et actore, probandi

Carpz. Defin. Vol. I.

viam ingresso, jam debitori jus inde quæsitum est, quod ei repugnantia auferri non licet, l. sicut. 5. C. de oblig. & act. † Nec tûm electo uno remedio datur regressus ad aliud, in præjudicium tertii, ut pluribus persequitur Heig. dict. loc. † Quin nec protestatio, si hâc forte Creditor probationem interesse suscipiens usus erit, efficiet, ut in probatione deficiens, usuras quincunces petere queat; † Quia vires non habet protestatio contra factum proprium, aut contra jus alteri quæsitum, vel saltem mox acquirendum facta, c. solicitudinem. 54. ext. de appell. c. ut quis duas. 25. de Eletz. in sexto. l. ubi pugnantia. 188. ff. de reg. jur. Bart. in l. non solum. 8. §. morte. 6. ff. de oper. nov. nuncias. † Planè, si creditor interesse probaverit sine certâ quantitate, judicem ex officio illud taxare & moderari posse non abnuerim, secundum tradita Heigii dict. q. 2. n. 33. & seqq.

Ita Domini in causa Berhard Solerns zu Lichtenberg/Mens. Jul. An. 1628. (Verba sentent. Dieweil eur. in Andeuten nach der Creditor mit den gewöhnlichen Zinsen anstatt des Interesse nicht zufrieden seyn wollen/ sondern ein höheres zu erweisen und bezubringen sich unterstanden/ rc. So ist er solchen Beweß zu vollführen schuldig/ und ihr möget/ ehe und zuvor derselbe von ihm gleich/vorgedachte Land-übliche Zinsen/als s. pro 100. wann auch gleich der Creditor nun mehr damit zufrieden seyn und vom Beweß abstehen wolte/ zu zahlen nicht angehalten werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

tulit, plus lucri attribuitur, † putà si ejusmodi con-  
ventionis facta esset causâ præclaræ alicujus artis, quâ  
alter Sociorum præditus est, vel expressæ donatio-  
nis, aut etiam pecuñiaris industriae causâ, §. 2. Inst.  
de societ. † Quâ ratione & ita pacifici licebit, ut  
pecunia alterius locii semper sit salva, isque nullum  
prorsus sentiat damnum, Hartm. Pistor. dict. quæst.  
7. 1. num. 31. † nimis rūm si is, qui nullam sentit partem  
damni, aliquid plus contulerit Societati, si non plus  
pecunia, attamen plus operæ, ut tanti hoc sit, quan-  
8 ti damnum est: † Plerumque enim tanta est indu-  
stria socii, ut plus Societati conferat, quam pecu-  
nia, veluti si solus naviget, si solus peregrinetur,  
pericula subeat solus, dict. l. si non fuerint. 29. §. 1.  
ff. pro soc. Gail. lib. 2. observ. 24. numer. 12. & 5.  
9 † Quâ in re multum judicis arbitrio est relinquendum, Hart. Pist. dict. quæst. 1. num. 31.

Ite Domini in endem causa. (Verba sent. Da ihr aber dennoch allein in Verwaltung der Gesellschaft Handelung die Müh und Arbeit verrichten müssen/damit aber der andere Gesellschaffter gänglich verschont werden/ic. so mögliche obangeregter Contract zu Recht wohl bestehen/ und euch dannenhero einiger Schade nicht zuwachsen/B. R. W.)

## DEFINIT. XL.

*Valeat Antichresis, nec tenetur Creditor ad restitu-  
tionem fructuum ex agro oppignorato percepe-  
rum, ob modicum usurarum legiti-  
marum excessum.*

TAcitè Antichresis contrahiri intelligitur, ubi pe-  
cuniâ gratuitò mutuò datâ, res, quæ fructus  
fert, pignori tradita est, † quod hoc ipso conventum  
censeatur, ut fructus loco usurarum & compensatio-  
nis cuiusdam liceat retinere juxta l. cum debitor. 8. ff.  
in quib. caus. pign. tacit. quam ita accipiunt Jacob.  
Cujac. lib. 8. observ. 17. Ant. Fab. de error. pragmat.  
decad. 9. error. 5. † Sæpiù tamen expresse contrahi-  
tur, ut Creditor ex fundo vel agro pignorato in vi-  
cem Usurarum fruges percipiat, l. si is qui u. §. si  
avt. 2. 1. ff. de pignor. † Quam conventionem  
non nisi ad legitimum usurarum inodum valere, vul-  
go existimant, eò quod proximè accedit ad eam con-  
tractus speciem, quæ fieri solet in fraudem legitima-  
rum usurarum, l. si ea pactione. 14. C. de usur. Anton.  
Fab. in Cod. lib. 2. tit. 23. defin. 3. n. 4. & lib. 4. tit.  
33. defin. 7. n. 3. † Ex quo porrò tradunt Creditore-  
rem ad ratiocinia oblitteratum esse, ac fructus ulera-  
usuras quincunes perceptos in sortem imputari L. 2.  
C. de pignor. l. i. C. de distr. pign. Henning. Göden.  
consil. ult. n. 26. cum mult. seqq. Köpp. decis. 22. n. 4.  
Modest. Pist. vol. 1. consil. 13. n. 10. in fin. † Quam-  
vis aliter sentiat Andr. Rauchb. part. 1. q. 20. inque-  
hac controversia absque Imperiali vel principali de-  
cisione nil certi statuendum existimet, ibid. num. 11.  
† Licet postea magis in affirmativam sententiam in-  
clinet, n. 14. & seqq. † Certè, si ager pactione Anti-  
chrescos oppignoratus fuerit, ob modicum Usura-  
rum legitimarum excessum, Creditorem ad restitu-  
tionem fructuum neutquam teneri, dixerim cum  
Andr. Rauchb. dict. q. 20. num. 38. Ant. Neguzant. in  
tract. de pign. in 5. memb. quint. part. princip. num. 13.  
† Tum per text. in l. si ea pactione. 14. C. de usur. † Tum 9  
propter incertum fructum proventum & pretii eo-  
rundem inconstantiam, ac mutabilitatem, l. 17. l. 23.  
C. de usur. † ob quam incertitudinem mutata sustinen-  
tur, quæ alias non subsisterent, prout in Emptio-  
nibus Retis & auncupii demonstrat JCtus in l. si ja-  
ctum. 12. in fin. cum l. seq. ff. de att. empt. ut fusi  
persequitur Rauchb. dict. loc. † Tum ob laborem  
notabilem impensum in cultura agrorum, Neguz.  
dict. loc. Accedit harum provinciarum cōfuetudo,  
pactionem antichrescos in medico excessu non im-  
probans, † quæ semper & in omnibus attendenda  
est, præfertim, ut valeat contractus, qui alioquin  
non valeret, l. i. §. ult ff. de insp. venter. l. si servus. 50.  
§. ult. ff. de legat. 1. l. quod si nolis. 31. §. quia affidua  
20. ff. de edil. edit. l. i. ff. de usur.

Ita Domini in causa Hieronymi Bennon à Ditskau/ Mens. Aug. Anno 1630. (Verba sent. So verbleibets bey solchem Contract nochmalis billich/ und es mag derselbe gestalten Sa-  
chen nach/ weil M. bestimmt die Acker durch seine eigene Arbeit  
beschicken lassen/ und darneben die Gefahr des Mißwachs tra-  
gen und erwarten müssen/ pro usurario contractu nicht gehal-  
ten/ noch der Creditor von dem eingehobenen Früchten Rech-  
nung zu thun/ und die Übermaße ihm an dem Capital abkürzen  
zu lassen/ angehalten werden/B. R. W.)

Et in causa Marten Leichmanns zu Leipzig/Mens. Septembr.  
Anno 1630.

An U. von Enden/Mens. Julio, Anno 1627.

It. ad requisitionem Senatus Quedlinburgensis, Mens Apr.  
Anno 1630.

Et in causa Petri Keils zu Nobitz/Mens. Jun. Anno 1635.

## DEFINIT. XLI.

*Fructus ramen, ex agro percepti, in pactione Antichre-  
ses sorti imputantur, quando legitimum usura-  
rum medium nimium exsuperant.*

Non

**N**ontamen semper & ubique in oppignoratione agrorum licita & usurariae pravitatis expers est pactio Antichrescos, sed ita tamen, si fructum emolumen vel legitimo usurarum modo par sit & respondeat, vel paulo plus, Defin. *præced.* † Alioquin, si nimium eum vincat & supereret Antichresis, ne quidem in agrorum oppignoratione jure sustineri potest, † sed fructus percepti ultra legitimas usuras, ob excessum immodicum sorti imputantur, Hottom. in l. 17. C. de Usur. & lib. 1. obs. 4. Andr. Rauchb. part. 1. q. 20. n. 38. † Ne scilicet fraus fiat manifesta legibus certum usuris modum imponentibus, *l. cum non frumentum. 16. vers. mensurarum additamentis &c.* *l. si ex actione 14. C. de Usur.* † Nec statim immensus vel immodicus excessus sustinetur exinde, quod modicus admittitur, quippe qui parum aut nihil obesse potest, arg. *l. scio. 4. ff. de in integr. rest. l. 9. in fin. ff. de dol. mal. Tiraq. in l. si unquam. 8. verb. largitus. n. 123. C. de revoc. donat.* † Et scilicet hic medium tenendum est, quod, ut Ethici de medio virtutis loquuntur, non consistit in puncto, sed aliquam habet latitudinem, ita ut si quantitas fructuum non multum & variatis vicibus excedat legitimum usurarum modum, sustineatur Antichresis *l. 17. C. de Usur.* Adeoque † quando in Antichresi fructum ex agro perceptorum accesio plus nimio legitimum usurarum modum exsuperare, creditoremque rationum redditioni obnoxium efficere dicatur, judicis arbitrio & moderamini committendum putaverim, cum Jac. Menoch. *de arbiter. jud. q. lib. 2. cent. 2. cas. 145. n. 2. & lib. 3. presumpt. 122. n. 8. & Rauchb. dict. q. 29. n. 42.*

Ita Domini in causa heredum Sebastiani Sellii zu Ballenstädt/Mens. Aug. Anno 1614. (Verba sent. So verbleibets bey solcher Vergleichung und Contract nochmals billich / ihr kontet dann beweisen und darthun/ daß die Gläubigerin obberührte Acker über das Ackerlohn weit höher/ als der gewöhnliche Zins ausgetragen/nuzen und gebrauchen/und also eine grosse Übermasse haben können ; auf solchen Fall wäre sie nicht allein Rechnung zu thun/sondern auch die Übermasse in sortem zu imputiren schuldig/B. R. W.)

Et in causa Petri Keils zu Nobitz/Mens. Jun. Anno 1635. (Verba sent. Es wäre dann mit solcher Übermasse euren Fürgaben nach dermassen beschaffen/dass dieselbe/ nach Abzug der Arbeit und des Ackerlohns/ allzu hoch über den gewöhnlichen Zins sich belieffe/ und der Creditor wohl zweymahl davon sein ausgeliehen Geld wieder fähig worden wäre/ ihr auch dasselbe wie Recht erweisen und beibringen möchten/ auf den Fall wäre mehr gedachter Creditor nicht allein von den eingehobenen Nutzungen Rechnung zu thun/sondern auch die Übermasse in sortem zu imputiren schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XLII.

*Fruitas naturales ex hortis ac pratis jure Antichrescos percepti sorti semper imputantur, quatenus usuras quincunces exsuperant.*

**F**acit incertus fructum proventus, nec non labor atque cultura, ut in agrorum oppignoratione pactio Antichrescos sustineatur, Defin. 40. † Ceterò quin, si certi ferè fundorum sint redditus, ut plerumque accidit in pratis atque hortis, non obstante pactione Antichresticâ, fructus naturales, modum legitimarum usurarum excedentes, sorti debent imputari, tanquam Antichresi in fraudem usurarum contracta? † Quod arguunt ipsa verba de incerto fructu um proventu in *l. 17. C. de Usur.* † Idque est, quod ex sententiâ Joh. in d. *l. 17. C. d. t. quem ibidem sequitur Salycet. ait Accurs. procedere dict. l. 17. C. d. t. si dubium sit, quantum fructum percipi possit, quod si indubitabiliter fructus excedant legitimum modum, pacta rescindi. † Quin & in culturâ hortorum & pratorum haud magnum horum laborem, vel planè nullum requiri, omnes norunt, † ut propterea fructus usuras legitimas exsuperantes sorti semper im-*

Carpz. *Definit. Vol. L*

putandas dixerim, cum Joh. Köpp. *decis. 22. num. 5.* † Quod & satis innuit Elector. Saxon. Illustrissimus in Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. Von wucher / wucherlichen Contracten. §. Als haben wir/ vers. und des rovogen da einer/rc.

Ita Domini in causa Vincenti Dostels zu Bornia/Mens. Octob. Anno 1600. (Verba sent. Er könnte dann wie Recht erwiesen uno darthun/dass ihr obberührten Schloß-Garten an gewissen jährlichen Abnützungen über den kaubüublichen Zins und die aufgewendete Unterkosten höher genossen/ auf den Fall wäre er solche Übermasse auch an der Hauptsumma abzukürzen wohl befugt/B. R. W.)

It. ad requisitionem Questoris zu Eckartsberg/Mens. Sept. Anno 1595.

Et in causa deren von Ende auf Pichan/Mens. Julio, Anno 1619.

#### DEFINIT. XLIII.

*Emprio pignoris, occasione mutui conerata, non subsistit, quando constat de usuraria pravitate.*

**P**actum Legis commissoriz, quod male sic appellatur, secundum tradita Ant. Fab. *decad. 21. de Error. pragmat.* hodie in pignoribus generaliter improbatum, quoties pretii loco datur ea ipsa quantitas, pro qua de pignore convenit: † quod ex ratione plerumque fraus legitimis usuris fieri soleat *l. 14. C. de pign. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 34. Modest. Pistor. part. 2. q. 100.* † in tantum ut nec jurejurando pactum hoc confirmari queat, Bartol. in *l. si quis pro eo. 56. num. 10. ff. de fidejus. Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 22. defin. 1. num. 11.* † Id quod pravitas usuraria efficit, quæ & emptionem annullare solet, cui causam dedit contractus mutui, propterea quod contractus hic usurarius presumatur, Hartm. Pistor. *obser. 219.* † Attamen ut presumtio hæc locum habeat, communiter Dd. tria conjunctim requirunt: Nempe, (1.) † Ut incipiat à mutuo Venditio, eaque aliæ facta non fuisset. (2.) † Ut vendor pignoris per hanc emptionem enormiter læsus ac deceptus sit. (3.) † Ut creditor aliæ fuerit solitus contractus usurarios exercere, Gloss. & Dd. in cap. illo 4. extr. de pignor. & in c. conquestus 8. extr. de usur. & in l. 2. ubi Cagnol. num. 13. C. de pign. inter Emp. & vendit. † Nec sufficere ajunt, ut bis tertè usuras quis accepterit, sed plures contractus foeneratios requiri, ut quis dicatur solitus foenerari, Hartm. Pistor. dict. obser. 219. n. 8. † Sanè, hæc in re multum judicis arbitrio relinquendum existimo, qui ex clausulis inconsuetis pravitatem usurariam deprehendens, contractum bene rescindere valet.

Ita Domini in causa David Gerhards zu Leipzig/Mens. Jun. Anno 1596. (Verba sent. Dieweil aber dennoch aus dem ganzen Inhalt mehr angeregten Contracts so viel zu vernehmen/ dass es ein wucherlicher Contract ist/ und dennoch zu rechte nicht bestehen kann/rc. So seyd ihr die erkauften Silber-Geschirr/ Ketten und Kleinodien erblich zu behalten nicht befugt/ sondern dieselbe dem Verkäufer gegen Erlegung euers ausgelegten Geldes und der Landüblichen Zinsen wiederum folgen zu lassen schuldig/B. R. W.)

Et in causa Martini Trübens zu Leipzig/Mens. April. Anno 1576.

#### DEFINIT. XLIV.

*Valet empr. pignoris sub pacto de Retrovendendo, si non constet de usuraria pravitate.*

**V**enditio ob causam mutui facta tūm demum censemur usuraria, si ex ratione contracta fuerit, ut mutuum veletur; † Solā vero mutui occasione celebrata venditio haud redditur suspecta, Hartm. Pistor. obser. 219. Neque fraus presumenda est, † quum quilibet contractus in dubio justus ac licitus censeatur, arg. *l. merito 51. ff. pro Socio.* † Hinc & venditionem pignoris valere dixerim sub pacto de retrovendendo,

Ggg g 2 ita

ita scilicet, ut venditori pignus intra certum tempus redimere licet, quo effluxo, facultas redimendi ipsi ulterius non competit: Quæ contractus species ho-  
5 diè frequens est, præsertim inter mercatores. † Vi- dentur namque sibi hoc medio prospicere, quod post ea absque strepitū judiciali exsolutionem facilius  
6 consequivaleant. † Alioquin si de usurariâ pravitate appareat, quin contractus ille usurarius haberi debet, ac propterea Emtor pignoris poenam in fo- neratores statutam incurrat, dubium vix esse potest.  
*Vid. practic. meam Crimin. p. 2. q. 92. num. 96. & seqq.*  
Ita Domini in causa C. V.V. zu Dresden / Mens. Nov. Anno 1625.

## DEFINIT. XLV.

*Validè Iudeus actionem ex contractu judiciali adver- sus Christianum sibi competentem, alii Christia- no cedit.*

1 A bsque dubio licitum est Christianis contrahere & distrahere cum Judæis & Saracenis, prout tra-  
dit Roman. conf. 489. & Marquard. de Susan. in tract.  
2 de Judeis c. 5. n. 1. † Quidni ergo cessione valebit actionis à Judæo facta Christiano adversus alium Christi-  
3 anum? Nihilominus verbis disertis hæc est prohibita in Recess. Imp. Aug. de Anno 1551. §. Diesen zu be- gegnen/et. in verb. Es soll kein Jude als Schuldgläubiger einem andern Christen seine Action und Forderung in etnigem Weg cediren / oder einiges Contractus-  
4 weise bei Verlust derselbigen Forderung. † Sed de contractibus solùm usurariis extrajudicialiter initis ibidem agitur, ut ex verbis præcedentibus & sequen-  
5 tibus diff. Recess. satis liquet; † Aliud igitur dicen- dum, si de usurariâ pravitate non constet, atque in-  
6 judicio contractus celebratus fuerit; † Ejusmodi namque contractum sive actionem inde resultantem Judæus Christiano cedere nullibi prohibitetur.

Ita Domini in causa Christophori Ulrichs zu Leipzig / Mens. Mayo , Anno 1626. (Verba sent. Ob nun wohl der Beklagten Kriegischer Vormund datider ethzumenden gemeynet/ daß in deme de Anno 1551. zu Augspurg auffgerichteten Reichs-Abschiede ausdrücklichen verordnet/ daß kein Christe hiführo et nem Juden seine Action und Forderung gegen einem andern Christen abkaufen/ oder ein Jude als Schuldgläubiger einem andern Christen solche Action und Forderung in etnigem Weg cediren/ oder einiges Contractus weise zustellen soll. Dieweil aber dennoch die angejogene Reichs-Constitution alleit von wücherlichen Contracten/ und denjenigen Handlungen/ so außer Gerichte geschehen/ zu verstehen/ kannassen solches aus vorgehendeu und nachfolgenden Worten mehrberührter Reichs-Constitution ausdrücklichen erscheinet/ vorgedachte Vergleichung aber gerichtlichen gehandelt worden/et. Als hat sich auch der Beklagten Curator mit seinem Einwenden nicht zu behelfen/ sondern es wird in nochmählicher Verweigerung gütlicher Befriedigung mit der Hülfe widet ihm gebührlichen verfahren/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLVI.

*Dilatione moratoria durante, non debentur usura.*

1 E x mora usura debentur, quando ea haud est pur- gata, quod quibus modis fiat, docet Hartm. Pi-  
2 stor. obseruat. 222. † Dilatione ergo moratoria, seu quinquennalibus induciis durantibus, usura curre- re videtur propter moram commissam, secundum tradita Salycer. in l. 2. C. de prec. Imp. offer. Petr. Heig. ad §. si quis debitor i. 3. num. 6. Inß. de legat. Ant. Fab.  
3 in Codic. lib. 1. tit. 9. defin. 8. † Præsertim cum Principeps seu Magistratus per rescriptum moratorium nec sortem nec usuras Creditoribus auferre præsumatur, arg. l. quoties. 2. l. universa. 4. Cod. de precib. Imper. offer. † quin nec id facere possit, nec Creditoribus Rescriptum hoc captiosum & injuriosum esse, iisque in jure jam quæsito præjudicare queat, l. 2. §. merito.  
10. & §. 16. ff. ne quid in loco publico, l. 8. ff. de stipul. præ-

tor. † veluti etiam in hanc sententiam Facultatem Ju- 5 ridicam Lipsensem H. B. zu Stettin Mens. April. An- no 1634. respondisse percepi. † Attamen dilatione 6 quinquennali ab Imperatore vel Principe impetrata, valde durum atque inhumanum esset, usuras ejus temporis à debitoribus exigi, † quum ejusmodi in- 7 ductio non Decoctoribus, sed illis tantum concedi soleant, qui absque suâ culpâ vel naufragio, vel in- 8 cendio, aut bello, aut alio quocunque casu eò redacti sunt, ut post elapsum dilationis tempus vix sortes Creditoribus solvere possint, † ut vel ex solâ æquita- 9 te debitoribus succurrentum videatur, cum Daniel. Moller. lib. 4. sentent. 7. Hering. de fidejuss. cap. 22. n. 39. & sequentib. & Boët. decis. 296. n. 5. † Sed nec ratione juris inspecta aliud dicendum existimatim, quia usura non nisi ex morâ debentur, l. mora, 32. ff. de usur. ast moram non committit is, cui Princeps dilationem per rescriptum moratorium conce- 10 dit, ipso vocis (Moratori) sono adstipulante. † Quod si vero per stipulationem usura promissa proponan- 11 tur, dico promissionem ad tempus quinquennalium induciarum, tanquam ad incogitata haud rite exten- 12 di, † quia stipulationi, ut & omnibus contractibus semper inest clausula (Rebus sic stantibus, l. cum quis. 38. ff. de solvit. Octav. Cacheran. decis. 19. n. 2. Jaçob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 4. quest. 149. n. 28. & sequentib. † Ex quo corruit objectio suprà 13 adducta, Principem scilicet quoad usuras Creditoribus præjudicare nec voluisse, nec potuisse: † Quia 14 ademptio Usuariorum non à Principiis voluntate, sed ex ratione iutis, quod non nisi à morosis usuras exi- 15 gi permittit, hoc casu provenit. † Planè, si debitor ad pinguiorem fortunam pervenerit, & duranti- 16 bus quinquennalibus induciis, pecunia Creditorum emolumento suo prospexitse probetur, tunc usuras quoq; sive interest ab ipso exigi posse, tantum abest, ma negare, et res ipsa æquitate svadente, ad exsolu- 17 tionem usuariorum eum condemnandum existimet, ne cum alterius jactura locupletari videatur, l. 14. ff. de condit. indebit. l. 205. ff. de Reg. jur. Sed aliud constitutum reperitur in Decis. nov. Elect. 30.

Ita Domini in causa Martini Ulrichs zu Lübeck / Mens. Maj. Anno 1627. (Verba sent. Seyd ihr wegen grossen Brandscha- dens/ ohne eure Vermarlosung und Nachlässigkeit/ in grosse Schulden gerathen/ deswegen euch von der hohen Obrigkeit die inducio quinquennales ertheilet worden/et. So möget ihr dientes wahren solchen inducien den Gläubigern die Capita- 18 lia zu verzinsen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XLVII.

*Exigi possunt usura, etiam si in libello una cum forte, anteas non petita, nec in sententiâ actori adju- dicate fuerint.*

P etieram à te centum, nullà prorsus usuarum fa- 1 stâ mentione. Condemnavit ergo te Judge ad solutionem debiti, & expensas litis, de usuris nihil dixit. † Petii postea, ut in usuras quoque conde- 2 mnarēris? Sanè obesse mihi haud potuit, quod in libello, super ipsa sorte confecto, usuras omiserim, quas propterea remisisse aut donasse non videor, † quum solutione sortis nondum factâ ipsa obligatio 3 extincta non sit, ac proinde etiamnum usurae debe- 4 antur, secundum tradita suprà defin. 12. & defin. 13. † Dicebas tamen, obstat mihi exceptionem rei judi- 5 catæ, propterea quod judge de usuris nihil pronun- ciaverat, & consequenter usuarum petitionem re- pulisse videbatur, arg. l. 3. C. de fructib. & lit. expens. † Sed mala profecto consequentia est: Judge non 6 condemnavit Reum ad usuras, Ergo eum ab usuris absolvit, ut disputat Cravet. cons. 320. n. 1. † Quippe 7 quarum petitio etiam in causa appellationis super- 8 est,

est, ut tradit eleganter Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 4. † Nec quicquam vetat, judicem appellationis pronunciare de usuris, de quibus primus Judex etiam imploratus non pronunciaverit, l. tutor. 41. in pr. ff. de usur. & mor. Fab. dict. lib. 4. tit. 24. defin. 6. n. 4. † Quidni ergo usuræ, ex conventione debitæ, denuò exigi poterunt? Planè aliud dicendum esset, si officio tantum judicis debitæ fuissent propter moram, & ex natura judicij bona fidei, quarum nomine post judicatum petitio nulla superesset l. 4. C. deposit. l. 49. §. 1 ff. de att. emt. Fab. dict. defin. 6. num. 8. † Nam pronunciata super principali negotio sententia, judex omni officio functus videtur, dict. l. 3. C. defruct. & lit. expens. l. 55. ff. de rejudic.

Ita Domini in causa Christiani VVurms zu Elzestadt/Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Ob nun wohl in dem Urtheil der Zinsen nicht gedacht / noch dieselbe im Klag-Libell gebeten/ dieweil ihr aber dennoch davon auch ausdrücklichen nicht los gezeichnet worden/ ic. So ist der Creditor bemeldte Zinsen nochmals zu fordern berechtigt / und ihr seyd ihme dieselbe zu bezahlen schuldig/V. R. W.)

## DEFINIT. XLIX.

Usuræ usurarum jure exigi possunt à novo debitore, in cuius persona sortis vicem obtinent.

**U**suras usurarum jure haud exigi, probatum dedi supr. Defin. 29. scilicet, † quia accessionis accessio praestanda haud est, l. ult. Codic. de usur. l. si non sortem. 26. in pr. ff. de condit. indeb. l. placuit. 29. ff. de usur. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 24. defin. 4. n. 1. † An ergo nullus dabitus casus in extraneo debitorē (tutorem enim usuras usurarum pupillarium quandoque praestare, dixi Supr. Defin. 30.) ubi usuras usurarum petere liceat? † Datur omnino, si nempe mutua debitoris personā Usura in sortem conversa fuerint. † Finge onus ex solutionis usurarum vel per cessionem, vel per executionem & adjudicationem bonorum sub hastatorum judiciale, in tertium quempiam translatum atque ita debitoris personam immutatam fuisse. † Etehim, quiā tunc Usuræ in novi debitoris persona vice sortis funguntur, quidni

usuræ, non quidem usurarum, quæ amplius nonsunt, † sed novæ saltem sortis nomine exigi possent? l. qui negotiationem 58. §. ex duobus in fin. & §. ult. in fin. ff. de admin. tutor. l. tutor. qui repertorium. 7. §. 3. 7. & 12. ff. eod. tit. Accurs. in l. ult. C. de usur. Joh. Zangér. de except. part. 3. cap. 25. n. 21. Carol. Molin. de usur. n. 602. Matth. Welenb. vol. 2. conf. 72. n. 12. † Perinde ut de tute dixi Supr. Defin. 31. At, inquires, hac ratione nullum erit privilegium Usurarum pupillarium, nec jus diversum harum aliarum que usurarum? † Est sane, quia tutor semper ut principalis pupilli debitor consideratur, qui non modo sortis, sed & usurarum indifferenter omnium rationem reddit, ex causa netpe administratæ tutela, quæ ipsum pupillo obstringit; † At novus debitor non nisi de Usuris in sortem acceptis responderet tenetur. † Et si esset omnino idem jus harum & usurarum pupillarium, nemo tamen id mirabitur, propter eandem rationem, † quæ hie subest, ac eandem Juri dispositionem facit, l. illud. que situm est. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. quedam. 9. §. 2. ff. de edendo. Hancque sententiam placuisse quoque Serenissimo Electori, patet ex rescripto in causa H. a S. contra O. a W. Mens. Jan. An. 1628. judicii infinitato, hujus tenoris: So viel nun den ersten streitigen Punct der geforderten Zinsen belange/ weil respectu der vorgegangenen cession die Schuld der 2120. fl. durch Veränderung der Person des debitoris zum Capital worden/ So werden davon die Zinsen à tempore more nicht unbilllich exigiret und angezeigt/ ic.

Ita Domini in causa Michaeli Findekellers zum Hayn / M. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wohl N. N. die Zinsen nicht paßten lassen will/mit fürwenden/dass nach Bevorstellung der Rechte Zinsen von Zinsen nicht gegeben werden dürfen/dieweil aber dennoch die vierzig Gulden Zinsen nicht ietziger Schuldener N. N. sondern P. P. wider den die execution geschehen/versessen/und als sie äuffiegt/Debitorn N. N. kommen/der Schuldener Person geändert worden / dadurch bemeldete Zinsen die Natur und Eigenschaft eines rechten Capitals erlanget/ ic. So hat sich auch N. N. der Landüblichen Zinsen von bemeldten 40. fl. nicht zu entbrechen/ sondern ist dieselbe zu bezahlen pflichtig/V. R. W.)

## CONSTITUTIO XXXI,

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob zu Sachsen-Recht in einem  
Stamm-Erbgut die Nähergeltung den  
Bluts-Freunden/oder den Kindern  
gebühre?

**D**ieses Gewohl ehliche der Meinung seynd / daß in Stamm-Gütern/ welche von den Ascendentibus bekommen/der Vorkauf und die Nähergeltung den nächsten Blutsverwandten nach Sachsen-Recht gebühre/ So seynd doch unsere Verordnete dessen einig/ daß solches die Sachsen-Rechte ausdrücklich nicht bewähren/und derowegen so viel die Bluts-Freundschaft betrifft/ nach gemeinen Rechten zu urtheilen sey. So viel aber die Kinder belangen/ denen soll in Stamm-Gütern die Freyheit gelassen werden/in die Räusse/che die Güter trairt und außgelassen / zu treten / und dieselbigen bei dem Geschlechte zu erhalten/ welches wir uns auch gnädigst gefallen lassen / iedoch daß unter den Stamm-Gütern diese verstanden werden/



Tu non desint, qui existimant,  
bonis avitis, quæ scilicet ab  
ascendentibus provenerunt, ven-  
ditis, Jure Saxonico jus retractus  
seu protimiseos proximis vendi-  
toris consanguineis competere; Deputati  
tamen nostri id jure illo expressè non pro-  
bari putant, ideoque quantum ad propin-  
quos attinet, secundum jus commune judi-  
candum;

Liberis vero permittendum esse, fundo vel  
prædio avito vendito, illud, si velint, ante fa-  
ctam in judicio traditionem restituto venditi-  
onis pretio ut redimant, & in familiâ conser-  
vent, quod & nos probamus, sed ita tamen, ut  
pro bonis avitis habeantur, non quæ à paren-  
tibus tantum, sed quæ à majoribus provene-  
runt,

die nicht von Eltern alleine / sondern von Groß-  
Eltern herkommen/ und daß andere Blutsfreun-  
de/Collaterales genannt/ solches Recht nicht ha-  
ben/ und darzu gar nicht gelassen werden sollen/  
darauf auch unsere Hofgerichte/Facultäten und  
Schöppenstühle erkennen und sprechen sollen.

runt, & collaterales ad illa retrahenda pror-  
sus non admittantur. Atque id judicia no-  
stra Curialia, Facultates item Juridicæ & Sca-  
binatus, in judicando & respondendo volu-  
mus, ut observent.

## DEFINITIONES.

1. *Jus primis locis generaliter sublatum est, nec restauratum in Imperio Romano-Germanico per Constitutionem Friderici Imperatoris.*
2. *Locum habet jus primis locis in locis, ubi consue-  
tudine vel statuto illud est introductum.*
3. *Jus congrui, ex divisione competens, (das Gesetzte)  
non nisi in Thuringia, aliisque locis, ubi hoc speci-  
aliter usum receptum est, obtinet.*
4. *Inter coheredes, communem hereditatem paternam  
possidentes, jus Retractus locum habet.*
5. *Possessor alicujus fundi competit jus primis locis in  
pretio, ex fundo distinctis terminis solvendo, in Es-  
tebe: oder Zagleit: Geldern/ ) si id pro parat à pecunia  
vendatur.*
6. *Sicut in feudis, ita & in bonis Empyrenicis, do-  
mino directo competit jus primis locis.*
7. *In allodialibus ac censiticis bonis non competit Do-  
mino jus Retractus, nisi justa sub sit causa renunci-  
di subditum.*
8. *In locatione pradiorum publicorum locum habet jus  
Retractus, non etiam in locatione pradiorum priva-  
torum.*
9. *Conceditur jus primis locis, si ex patre vel convoca-  
tione fuerit acquisitum.*
10. *In foro Saxonico liberis datur jus primis locis in bo-  
nis avitis; Et quid si plures liberi concurrant?*
11. *In Electoratu Saxonia jus primis locis in bonis avi-  
tis, solum liberis competit, non fratribus nec aliis  
collateralibus.*
12. *Nondum facta traditione, post annum etiam à  
tempore venditionis effluxum, bona vita à liberis  
revocari possunt.*
13. *Traditio bonorum avitorum non impedit jus pri-  
mis locis linearium, nisi praecesserit judicialis resigna-  
tio venditoris.*
14. *Bona vita juri primis locis subjecta dicuntur so-  
lummodo ea, qua à parentum avis, liberorumque  
proavis, & ulterioribus parentibus proveniente.*
15. *Parentes de bonis avitis restari jure primis locis  
non prohibentur.*
16. *Jus primis locis quoad bona vita locum non ha-  
bet in permutatione.*
17. *In sola venditione, non etiam in transactione alio-  
vè contractu, liberis bona vita jure primis locis  
redimere licet.*
18. *Venditis sub bastâ bonis avitis, nec dum facta ad-  
judicatione, liberis competit jus primis locis.*
19. *Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, ex-  
traneo cedi nequit.*
20. *Emtor alicujus fundi non potest revocare agrum  
vel pratum de fundo isto ante venditionem distra-  
ctum.*
21. *Agro vel prato absque onere collectarum vendico,  
emtor onere illo gravari non potest, nec agrum vel  
pratum novo possessori totius fundi retrovendere  
tengitur.*
22. *Communis & indivisa alicujus rei possessio non tri-  
buit jus primis locis.*

## DEFINIT. I.

*Jus primis locis generaliter sublatum est, nec  
restauratum in Imperio Romano-Germanico  
per Constitutionem Friderici Im-  
peratoris.*

1. *Quoniam de jure communi nemo bona sua titu-  
lo venditionis in extraneum poterat transferre,  
sed jure primis locis proximi cognati, aliique con-  
sortes ea semper revocare valebant, l. si in emptionem  
35. ff. de minor. † Quod postea Constit. Imp. Val-  
ent. Theod. & Arcad. fuit correctum, ita ut unus-  
quisque suo arbitratu querere possit emptorem et-  
iam penitus extraneum, in l. dudum. 14. C. de Contr.*
3. *Empt. † Adeoque sanctione hac Imperatoriā jus  
primis locis sive Retractus in Imperio prorsus abro-  
gatum est, Joh. Köppen: decis. 52. n. 10. Andr. Rauch-  
bar. part. 1. quest. 43. num. 22. & p. 2. quest. 22. num. 6.*
4. *Rol. à Vall. part. 1. confil. 21. n. 8. † Nec sine ratione,  
quum gravis sit injuria, ut homines de rebus suis fa-  
cere aliquid cogantur inviti, l. falsa. 3. C. de com. rer.  
alienat. l. 1. C. com. divid. l. nec. emere. 16. C. de jur. de-  
lib. l. vendor. 13. §. si constat. 1. ff. comm. predior.*
5. *† Negotium tamen facere videntur Constitutiones  
Romani Lacapeni in Oriente, & Friderici in Occi-  
dente Imp. quæ exstant apud Harmenopolum in  
epit. lib. 3. cap. 10. in Ptolemeo, ac in Constituti-  
one consuetudinum Feudalium Cujaciana, lib. 5. xii.  
13. & seq. & apud Matth. de Afflict. in tract. de jure  
primis locis. † Hisce jus primis locis antiquatum  
in usum fuisse revocatum, atque hodie in omnibus*

indifferenter casibus locum habere, docet Jacob. Cu-  
jac. lib. 2. de Feud. cap. 4. † Sed bene advertendum, 9  
prædictas Constitutiones Imp. Romani Lacapeni &  
Friderici inter Leges, quibus utimur, nunquam  
relatas fuisse, nec in corpore Juris inveniri, quomo-  
do ergo Constitutione Imp. Valent. Arcad. & Theod.  
in dict. l. dudum. 14. C. de constr. emt. derogare potie-  
rint? Concludendum igitur, jus Primis locis anti-  
quarum, ex Sanctionibus Imp. Lacapeni & Fride-  
rici, in usum neutram revocatum, sed Constituti-  
oni dict. l. 24. C. d. r. etiamnum hodiè regulariter  
standum esse in Imperio Rom. Germanico, Rauchb.  
dict. quest. 43. num. 24. Matth. Berlich. p. 2. concl.  
39. num. 12.

Ita Domini in causa D. Theodorici Baronis à Kittlitz, Men-  
se April. Anno 1601. ( Verba sent. Ob gleich das Gut Für-  
stenau über 150. Jahr beim Geschlecht ders von Seiditz ge-  
wesen/ic. So synd doch Ew. Gn. wegen ders Gemahlin als  
einer gebshnen von Seiditz/des Verkaufs an bemeldtem Gu-  
te Fürstenau/ungeacht was in ders uns übersandten Frage fer-  
ner hierzu angezogen worden / sich angemessen nicht besugt/  
W. R. W.)

DEFINIT. II.

*Locum habet jus primis locis in locis, ubi consue-  
tudine vel statuto illud est introductum.*

*A Nergo jus primis locis, hoc est, prælationis, seu  
Retractus sive Congrui, in venditione nunquam  
locum habebit, nec consanguineo, consorti, sociove vi-  
cino, facultas retrahendi venditionem dabitur? † Ni-  
mis equidem durum esset hoc assertere, quia jus illud  
ratione haud levi nititur, scilicet, ut res majorum in  
no-*

nostrà familiâ permaneant. † Triſte etenim & lugubre est, videre paternas & avitas domos, ac antiqua majorum prædia in extraneas manus transire, arg. l. in fundo. 38. ff. de rei vindic. l. si in emptionem, 35. ff. de minor. l. 22. vers. nec verò domum. C. de adm. tutor. † Nec solum jure Canonico in cap. constitutus 8. extr. de in integr. refit. † Sed & jure diuino ac lege Mosaicâ jus protimiseos firmatum est, Levit. cap. 24. vers. 25. Ruth. cap. 4. vers. 4. Jerem. 32. vers. 7. & 8. Johann. Köpp. decis. 52. num. 2. Johann. Harppr. in §. ult. n. 257. Inst. de empr. vendit. † Quare Imp. Valent. Theod. & Arcad. prohibitionem Juris protimiseos ad casus speciali jure exceptos extendere haud animus fuit, ut satis liquet ex verbis l. dudum. 14. C. de contr. empt. † At quinam sunt hi casus, dixeris, ubi jus protimiseos antiquatum etiamnum hodiè incorrectum viget? Ex pluribus, de quibus Dd. fusiūs hinc inde scripsere, accipe principaliores. † Ac PRIMÒ quidem jus protimiseos locum habet etiamnum hodiè iis in locis, ubi speciali Statuto vel consuetudine fuit introductum, Constit. Elect. 32. in pr. verb. Wo aus Statuten oder verwehrter Gewohnheit hergebracht. p. 2. † Ita namque jus Retractus ex generali quadam consuetudine, plerisque in locis Germaniæ, nec non in Gallia, Italia & Hispania, aliisque in Regionibus & Provinciis receptum ac comprobatum est, testa Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 19. in pr. Johann. Harppr. dict. §. ult. num. 257. Inst. de empt. vend. Joh. Köpp. dict. decis. 52. num. 15. Virg. Pington. quest. 36. in pr. Andr. Tiraquell. de retract. in prefat. n. 1. & 16. † qui de natura & qualitate hujus juris consuetudinarii multa scitu digna tractant, † Quodque consuetudines hæc & statuta valeant, tenent communiter Dd. quos allegant Tiraquell. dict. loc. & Rol. à Vall. part. 1. consil. 21. † Eaque circa jus protimiseos debere considerari, non verò Constit-Imp. Romani Lacapeni & Friderici, docet Joach. à Beust. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. numer. 872. Rauchb. p. 1. qu. 43. n. 24.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Weil aber dennoch aus einer Gn. Frage nicht zu befinden, daß es des Orts durch einen beständigen Brauch hergebracht, und über Rechtsverwahrte Zeit eingeführet, daß in vergleichenden Statuten & Gütern die Blutsfreunde den Vorkauf gehabt/ic. So haben sich auch E. Gn. dessen nicht anzunässen /V. N. W.)

Ita in causa Johanniss Bergers zu Merseburg / Mens. Mart. Anno 1601. (Verba sent. Ob nun wohl des Orts Gewohnheit und Gebrauch nach / der Vorkauf des Verkäufers nächst Freunden gebührt/ic.)

### DEFINIT. III.

Jus congrui, ex divisione competens, (das Gespielde) non nisi in Thuringia, aliisque locis, ubi hoc specialiter usū receptum est, obtinet.

SECUNDÒ Viget statutum in provinciis Thuringiæ, quod si de agro alias individuo pars ejus cum consenti superioris alienetur in Titium Emptorem, ut deinceps, si eandem partem ulteriori vendi contigerit, jus retractus competit ei, cuius prædio quoniam fuit unita. † Quod jus vulgo solet appellari jus Congrui (das Gespielde) cuius meminit Matth. Coler. p. 2. decis. 229. ubi dicit: † Si Titius hoc causa totum vendat suum patrimonium, retrahenti de negari Jus Retractus in parte, nisi illud pretium ob tutulerit pro toto patrimonio vendoris, quod extraneus dare paratus est. † At, jus hoc Congrui non nisi in Thuringia, aliisque in Provinciis, ubi specialiter id receptum est, obtinet. Ad alias vero Provincias & Regiones haud extendi debet. † Nec enim statutum constringit eos, qui subditii non sunt,

Bald. in l. cunctos populos 1. num. 3. & 8. C. de Summ. Trinit. & fide Carbol.

Ita Domini in causa Pertini & Hiobi Kochs zu Edersleben/ Mens. Dec. Anno 1615. (Verba sent. Ist eine halbe Hufse in zweien gleichen Acker zertheilet/ und das eine Viertel von den Röthen/das ander aber von den Opizzen bisher besessen worden/ und es seynd die Opizzen ihr Viertel nunmehr zu veräußern willens/ic. Ob ihr nun gleich in allen 3. Feldern das Gespielde habet/ und die Vereinigung zusammen geht/ und beide Viertel einerley Leben und Zinsen haben. So mögen doch die Opizzen euch ihr Viertel an berührter Hufse / weil eure Vorfahren die Röthe ihuen den Vorkauf nicht ausdrücklich vorbehalten/ vor einem andern häufiglich zu lassen / wider ihren Willen nicht gedrungen werden/V. N. W.)

### DEFINIT. IV.

Inter coheredes, communem hereditatem paternam possidentes, jus Retractus locum habet.

TERTIO; Si plures coheredes domum prædi- t umve aliud paternum commune possideant, illudque extraneo cuiquam vendant, certe si unus ex coheredibus se offerat, idemque pretium solvere paratus sit, † quin jure Retractus extraneo in emtione præferri debeat, dubitandum non est, arg. l. sancimus. 34. §. ne autem. 2. C. de donat. l. 12. ff. de evit. l. 38. ff. de donat. int. vir. & ux. † Quo & 3 facit l. un. C. Non licere habitatoribus metrocomia &c. lib. 11. ubi habitatoribus metrocomia vel convicanis datur jus protimiseos in bonis convicanorum, Cujac. in dict. l. un. C. d. t. Andr. Rauchb. p. 2. q. 22. n. 8. † Quidni ergo etiam heredi in bonis paternis communibus?

Ita Domini in causa Osvaldi Junghansens zu Freiburg/ Mens. April. Anno 1594. (Verba sentent. Ob nun wohl ihre vier von irgendgedachten Erben im Beyßen eure Pflegefrauen/ als der einen Miterbin/ vorberührtes Haus einem Fremden/ Paul Richter genannt/ verkauft/ da aber dennoch bemeldet eure Pflegefrau in solchen Kauf nicht gewilligt/ sondern darunter protestiert/ und mehrberührtes ihres Vaters Haus selbst um das Geld/ wie es ob bemeldtem Paul Richter verkauft worden/ annehmen sich erboten/ so würde ihr auch dasselbe billich gelassen/V. N. W.)

Et in causa Danielis Straubens zu Remplz / Mens. Jul. Anno 1602.

### DEFINIT. V.

Possessori alicujus fundi competit jus protimiseos in prelio ex fundo distinctis terminis solvendo:

In Erb-oder Tagzeitz-Geldern / si id pro parata pecunia vendatur.

QUARTO consuetudine æquisimâ introductum fuit hisce in Provinciis, ut si Creditor pecuniæ particulariter, sive distinctis terminis ex fundo aut domo aliqua sibi solvendam (Erb-oder Tagzeitz-Geldere) pro parata pecunia vendere velit, † possessor istius fundi sive domus, ceu debitor pecuniarum illarum, ad emptionem se offerens audiri atque extraneo jure protimiseos præferri debeat. † Quid namque æquius, debitorem liberari onere debiti, solvendo maiorem pecunia summam in pretio parato, quod creditor ab extraneo pro suo credito acceptare paratus est? arg. l. un. C. Non licere habitatoribus metrocomia &c. l. 1. † Ac si in venditione bonorum debitoris præfertur Creditor extraneo, quin & cognato, l. cum bona veneunt. 16. ff. de reb. autor. jud. posid. l. Imperator. 60. ff. de patt. Anton. Fab. lib. 5. conjett. 15. Bald. in l. dudum. 14. n. 1. C. de contr. empt. Joh. Köpp. decis. 52. n. 8. † Cur non & debitor in Credito, quod ipsem solvere tenetur? Vel ex natura correlatiorum, † quorum eadem est ratio ac dispositio, l. legem Julian. 3. in fine ubi Bartol. & Dd. C. de indict. vid. toll. Everh. in topic. loc. à correlat. n. 3.

Ita Domini in causa Andreæ Apitzchens zu Leipzig / Mens. Sept. Anno 1628. ( Verba sentent. Hat Erhard Pugels Wittib 176. s. Tagzeiten/so Jährlichen rati 12. s. abgestattet werden müssen/zu fodern. Ob sie nun wohl dieselbe George Welschen um 75. s. verkauft. Da ihr aber dennoch hierum keine Wissenschaft gehabt/und solches binnen Jahres Frist allererst erfahren hättest/ie. So wäret ihr in selbigem Kauf zu treten/und gegen Auszahlung der 75. s. die Tagzeiten selbst an euch zu handeln wohl besugt/und es ließe sich Georg Welsch an Weiterempfahrung seines ausgezahlten Kaufgeldes billich begründen/B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Sicuti in feudis, ita & in bonis Emphyteuticis Domino directo competit jus protimiseos.*

- 1 **Q**UINTO jus Protimisco seu Retractus in feudali bus bonis locum sibi vindicat, eoque Domini feudorum, filii & agnati vivo adhuc alienatore uti possunt, cap. un. §. Titius. 5. s. de feudo defuncti contentio &c. ubi Feudit. Hartm. Pist. lib. 2. quest. n. 5.
- 2 12. † Quin & in allodialibus bonis, si sint emphyteutica, in quibus jus protimiseos Domino Emphyteuseos speciali sanctione Imperiali fuit concessum, l. ult. vers. Sed ne bâc occasione &c. C. de jur. Emphyteut. Andr. Rauchb. part. i. quest. 43. n. 22. & p. 2. quest. 22. n. 8. Joh. Köpp. decif. 52. num. 4. Johann. Harppr. ad §. 3. num. 36. Inst. de locat. cond. † Id que procul dubio propter dominium directum, quod penes Dominum emphyteuseos manet, à quo jus suum ac dominium utile emphyteuta habet, † cuius consolidatio cum dominio directo est promovenda, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 59. num. 3. &
- 3 5 12. † Et si Creditori datur jus protimiseos in bonis debitoris l. 16. ff. de reb. auror. judic. poss. Anton. Fab. lib. 5. conjec. 15. Multo magis hoc tribuendum erit Domino emphyteuseos. † Quia plus quam Creditor est Dominus directus, arg. l. i. §. ult. ff. si & parent. quis manu. sit.
- 4 6

Ita Domini in causa Hansen Friederichs von Zweymer / M. Jan. Anno 1631. ( Verba sentent. Da aber dennoch die verkaufte Hufse Landes ein recht bonum Emphyteuticum und Erbzins-Gut wäre/und ihr als Lehn-Herr in den Kaufstretten/und die verkaufte Hufse Landes um eben die Kauf-Summa auf Tertius/viel Käufer vertrüglicher/selbst annehmen wollet/ie. So wäre bemeldeter Käufer von dem Kaufe wiederum abgetreten schuldig/und es würde euch die Hufse Landes um die bestimpte Kauf-Summe billich gelassen/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*In allodialibus ac censiticis bonis non competit Domino jus Retractus, nisi justa sub sit causa renuendi subditum.*

- 1 **S**EXTO: Existimare quis posset, ut in emphyteusi, ita & in bonis censiticis Domino competere jus
- 2 Retractus. † Cum in foro Saxonico bona censiti-
- 3 ca cum emphyteuticis haud raro confundantur: † At-
- 4 tamen de Emphyteusi solummodo loquitur l. ult. C. de jur. Empb. Adeoque quod ibidem de jure pro-
- 5 timiseos dispositum est, ad bona censitica neutiquam
- 6 extendi debet. † Neque hic ratio juris protimiseos subest, directum scilicet Dominium in persona Do-
- 7 minii, cui propterea jus retractus competere, dixi De-
- 8 fin. praece. † ut vel propterea in bonis allodialibus censiticis illud cessare debeat, Andr. Rauchb. p. 1.
- 9 quest. 43. n. 22. Sent. poss. Weichbild von dem Lehn-
- 10 Gut und Lebgedinge/it. Der Lehnsherr hat in den Gü-
- 11 tern/die von ihm zu Lehn röhren/ den Vorkauf/ vers.
- 12 Im andern Fall aber/ie. † Planè si bona censitica ejusmodi vendantur personæ, quam Dominus justa ex causa, puta propter difficultorem canonis & lau-
- 13 demiorum exactiōem, in numerum subditorum.
- 14 recipere recusat, † tum ipsemnet Dominus audiendus erit, si bona emere velit, arg. l. miles. 31. C. de locat.
- 15 Dan. Moll. lib. 2. semefr. cap. 13.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Da ihr aber dennoch Käufern aus erhablichen Ursachen zum Lehmann anzueignen nicht geeignet/ oder acht das verkaufte Gut kein schlecht Zins-Gut/sondern ein bonum Emphyteuticum wäre/ie. So wäre Käufer von dem Kauf wieder abzutreten schuldig/B. R. W.)

Erin causa Reichards von Tottleben / Mens. Mayo, Anno 1601. ( Verba sentent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß offgedachte Mühle ein recht Erbzins-Gut sei/ und nach Beurtheilung der Rechte im Zweifel allein vor ein schlechtes Zins-Gut zu achten: So habe ihr euch auch daran des Verkaufs nicht anzumessen/ ihr werdet dann den Käufer aus erheblichen Ursachen zum Lehmann und Unterthanen nicht annehmen/dessen genossen ihr auf den Fall billich/B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*In locatione prediorum publicorum locum habet jus Retractus, non etiam in locatione prediorum privatorum.*

**S**EPTIMÒ: In Conductionibus quoque prædiorum publicorum ratio habetur juris protimiseos, ita nempe, ut antiqui possellores præferantur extraneis, l. congruit. 4. l. prædia. 5. C. de locat. præd. Civ. lib. 11. Joh. Köpp. decif. 52. n. 64. Hart. Pist. obs. 162. n. 7. Vid. infr. Constit. 37. Defin. 8. † Sed de prædiis solummodo publicis prædicta l. loquuntur, ideoque sanctio ista ad prædia privata haud extendi debet, nec in horum locatione ratio habenda erit juris protimiseos. † Multò minus verò is, qui in venditione prædiorum privatorum jure Retractus gaudet, eo nomine locationem impedire poterit, quippe, quod nullà lege huic jus protimiseos detur in locatione, ac cuilibet liberum, cui velit, rem suam locare, l. dudum. 14. ff. de contr. emt. Hartm. Pistor. dict. obs. 162. in pr. † Quod autem lege non caret, in practicâ non habetur, ut ait Bald. in c. nibil. 44. n. 25. extr. de Elect. & Elect. potest. Jalon. in l. illam. 19. n. 8. C. de collas.

Ita Domini in causa Philippi Gerlachs & Vidua Johannis Ungers zu Rochlin/ Mens. Octob. Anno 1604. ( Verba sentent. Das Kläger an den streitigen Erb-Akers/ außen Fall dasselbe erblichen verkauft werden möchte/ der Vorsatz vor einem andern billich verstatet wird. An der Mietre aber hat sich Kläger des Vorzugs oder Nähergeltung nicht anzumessen/B. R. W.)

It. in causa Wolff Dietterichs und Aymus von Erdmannsdorff/Mens. Aug. Anno 1600. ( Verba sentent. Ob nun gleich die Brüder von Erdmannsdorff die gesamme Hand um obserbürten Gute Städela haben: So seyn sie doch vor angelegten Miet-Contract zu hinterziehen und in den Pacht zu treten nicht besugt/ B. R. W.)

It. in causa Caspari Wachsmuth zu Halle / Mens. August. Anno 1604.

Et in causa Zachariae Kestners zu Zwischau/ Mens. Febr. Anno 1635.

## DEFINIT. IX.

*Conceditur jus protimiseos, si ex pacto vel conventione fuerit acquistatum.*

**O**CTAVÒ: Quod dicitur, hodiè jus protimiseos locum non habere, id neutquam obtinet, si testator prohibuerit alienationem extra consortes vel familiam: † Tum enim si bona illa in alias personas transferantur, jure quodammodo protimiseos revocari possunt, non tam ex provisione legis, † quam dispositione hominis, l. cum pater. 77. §. 27. ff. de legat. 2. Bald. in l. dudum. 14. C. de contr. emt. num. 2. † In tantum, ut prohibitio alienationis, favore propinquorum facta, non ad propinquos in quartu gradu existentes, sed ad decimum usque, & quoscunque, ad successionem jure communi vocatos, extendatur; juxta tradita Hartsa. Pist. obs. 207. † Pariter & jus protimiseos ex dispositione hominis locum habet, quando partes expescere sibi jus protimiseos in contractu reservarunt, vel si ex pacto speciali, aliave conventione, illud alicui fuerit acquistatum,

b. qni

1. qui Roma 122. q. cōberedes 3. ff. de V. O. Andr. Rauchbar. part. i. quest. 43. num. 23. Gail. 2. obseruat. 19. n. 3. Joh. Köppen. decis. 52. n. 15. † Quò & facit Constit. Elect. 32. S. Wann aber ex pacto oder auff eine vorgehende Vereinigung der Vorkauff oder die Nähergestaltung iemandes gebühret / ic. part. 2. † Attamen hoc pactum juris protimiseos strictè accipi, & ad modum certum restrictum, ad alium casum extendi haud debet, juxta tradita Modest. Pst. part. 2. q. 93.

Ita Domini in causa Johannis VVeiners zu Bödern/ Mens. Mart. Anno 1615.

Et in causa Bartholomai Blumentz zu Sangerhausen / M. April. Anno 1594.

#### DEFINIT. X.

*In foro Saxonico liberis datur jus protimiseos in bonis avitis; Et quid si plures liberi concurrant?*

1 **N**ono: Denique & in foro Saxonico liberis competit jus Retractus seu protimiseos in bonis avitis. Etenim vendito fundo vel prædio avito, illud ante factam in judicio traditionem, restituto venditionis pretio, liberis redimere & in familia conservare licet, b. ac Constit. 31. vers. So viel über die Kinder belangen/ ic. ubi Dan. Moll. n. 2. Andr. Rauchb. p. i. quest. 43. n. 23. Joach. à Beust. in l. admonendi 31. ff. de jure jurando. n. 872. † Quod jus protimiseos in specie potest appellari jus Linearum seu consanguinitatis, secundum tradita Andr. Tiraquell. de retract. S. 3. Gloss. 9. in pr. At quid, si plures liberi concurrans? † Certè omnes conjunctum ad retrahendum erunt admittendi, arg. l. si plures 98. ff. de legat. 3. Tiraq. dict. Gloss. 9. n. 178. Matth. de Afflict. de jur. protimis. 4. S. 1. n. 60. † Quod forsitan minus dubium habet in rebus dividuis, quæ inter retrahentes dividi possunt. 5 † Si verò bona avita commodam divisionem non recipiant, illis liberis ea adjudicanda esse, à quotum majoribus provenerunt, tradit Dan. Moll. hic n. 5. 6 † Sed minus ritè decisio hæc potest accommodari ad casum præsentem, quippe non sunt bona avita, nisi quæ à majoribus provenerunt, in iisque solummodo jus retractus sibi locum vendicat. Vid. infr. Defin. 14. 7 † Existimârim itaque, si res dividi nequeat, tunc recte inter plures liberos præferri eum, qui prior provocat. † Et si simul omnes provocarunt, rēm sorte esse dirimendam cum Matth. de Afflict. dict. S. 1. n. 63. Andr. Tiraq. de retr. S. 11. gloss. 10. n. 4.

Ita Domini in causa Martini Nottlevens zu Döbeln/Mens. Febr. Anno 1628. ( Verba sent. Hat euer Vater sein Gut einem Freimann um eine gewisse Summa Geldes verkauft. Und demnach solches ein Stamm-Gut ist / seyd ihr euch des Vorkauffs oder Nähergestaltung daran zu gebrauchen vorhabens / ic. So werdet ihr und euer Geschwister billich zugelassen / und wann solches Gut füglichen nicht gehobert werden könne / noch unter den Geschwistern eines dem andern in der Nähergestaltung weichen wolte / würdet ihr durch das los billich entschieden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*In Electoratu Saxonico jus Protimiseos in bonis avitis solis liberis competit, non fratribus nec aliis Collateralibus.*

1 **E**x speciali ergò statuto in Provinciis Electoratus Saxonici, jus Protimiseos in bonis avitis, quod vulgo jus Linearum appellatur, liberis competit, b. Constit. 31. † At dixeris, nonne liberi factum patris tenentur præstare? l. cum à matre 14. ubi Bartol. & Dd. C. de R. V. Verum hoc est, si facto patris tanquam liberi ac heredes contravenire velint, admittantur autem ut proximi & cognati l. . . S. sed videndum. 11. ff. de success. edit. l. 2. in pr. ff. unde legit. Nic. col. Boer. decis. 12. n. 1. † Vel dici poterit, non ad. Carpz. Definit. Vol. I.

mitti liberos, si factum parentis in totum impugnare velint, quod certè non faciunt filii bona avita retrahentes, ac in locum emptoris se substitui postulantes, hunc in finem, ut bona in familia ipsius vñdatoris conserventur, b. Constit. 31. verb. Und dieselbigen bei dem Geschlechte zu erhalten. † Non solum vero liberis naturalibus & legitimis, sed & legitimatis, præsertim per subsequens matrimonium, jus hoc protimiseos competit, quippe per quos non minus bona in familia retinentur, honestasque & splendor familie conservatur, ac per alios legitime natos, Hartm. Pst. part. 2. quest. 41. num. 33. † Nec refert, an masculini vel foemini sexus sint liberi, quia filiae æquæ appellatione liberorum continentur, Andr. Tiraq. de retratt. S. 1. glas. 9. n. 179. † Subsistit tamen in liberis hoc jus linearium, nec ad fratres alios ve collaterales progeditur, quibus facultas bona familie alienata retrahendi haud est b. Constit. 31. vers. So viel über die Kinder/ ic. Et postea: und die andern Bluts-Freunde/ collaterales genannt/ solches nicht nicht haben/ und darzu nicht gelassen werden sollen. † Hocque primum est requisitum, quod circa jus Linearium hisce in Provinciis probè attendendum est. Ex quo sequitur vigore hujus Constitutionis, non nisi parentum venditiones à liberis impugnari, † excludi autem indifferenter alios, qui prætextu familie, bona à patruis, fratribus aliisque consanguineis collateralibus alienata, revocare velint. † Quia in Provinciis Electoratus Saxonici jus linearium libetorum solummodo favorem confernit, † Quod non modo b. ac Constit. 31. sed & Constit. 12. 1. S. Derowegen b. p. 2. satis expressum est; Dan. Moll. ad dict. Constit. 12. n. 4. in fin. Matth. Coler. p. 1. decis. 15. n. 43. Modest. Pst. vol. 1. Consil. 36. q. 6. n. 28.

Ita Domini in causa heredum Michaeli Holtens zu Zeig/ Mens. Jun. Anno 1632. ( Verba sent. Wann hun gleich solches Gut ein rechtes Stamm-Gut wäre / und dafür gehalten werden müste ; Dieweil aber dennoch die Nähergestaltung zu dem Stamm-Gütern allein den Kindern / nicht aber den Brüdern oder andern Vettern in linea collaterali zusteht/ ic. So haben sich auch eure Vettern der Nähergestaltung an vorgedachten Güte zu gebrauchen nicht fug/ V. R. W.)

It. in causa Martini Geißlers zu Durreweitschen/Mens. Jul. Anno 1632.

Et in causa heredum Urbani Schumanns zu Meissen/ Mens. Mayo, Anno 1626.

#### DEFINIT. XII.

*Nondum facta traditione, post annum etiam à tempore venditionis effluxum, bona avita à liberis revocari possunt.*

**A**literum juris Linearum requisitum est in Provinciis Electoratus Saxonici, ut liberi ante traditionem factam, restituto venditionis pretio, bona avita redimant. † Post traditionem namque jus Protimiseos prorsus exspirat, b. Constit. 31. vers. Ehe die Güter trahiret. † Sanctior enim liberis debet esse persona patris, quam ut alienationem ejus jam perfectam impugnare valeant. † Illud nihilominus relinquitur dubium: An effluxo anno, vel etiam alteriori temporis spacio à die venditionis, non tam subsecutā traditione, facultas retrahendi bona avita liberis competat? † Sanè retrahentem non nisi intra annum audiri, vult illustrissimus Elect. in Constit. 32. p. 2. † Effluxo igitur anni spacio, nec liberos ulterius admitti, arbitrii equidem quis posset, præsertim cum in revocatione donationis bortotum avitorum idem obtinere dixit supra Constit. 12. Defin. 10. † Verum non loquitur dict. Constit. 32. de jure Protimiseos competentे liberis in bonis avitis, in Provinciis Electoratus Saxonici: † Sed de alio jure retractus consuetudinario, ut ex verbis initialibus dict. Constitut. 32. satis ap-

- ¶ pareat. † Quod ergo ibidem dispositum est, ad casum praesentem & jus linearium, solis liberis specie liter competens, extendi haud debet, quia Constitutiones statutarum stricte sunt accipiendo, Andr. Tiraq. de lib. connub. gloss. 2 n. 23. † Nec admittit favor familie, tam brevi temporis spatio liberos a retractu excludi, praesertim cum alias jura & actiones in foro Saxonico non nisi tringinta annis, anno & die prescribantur, Landr. lib. 1. art. 29. Matth. Coler. ad 1 c. de quarta 4. n. 48. extr. de prescript. † Ac licet in donatione bonorum avitorum aliisque casibus juris Protomiseos, facultas revocandi non nisi per annum duret; Attamen in jure lineario aliud placuisse Saxon. Electori, exinde patet, † quod indefinite redemtionem bonorum avitorum liberis permiserit ante traditionem factam, b. Const. 31. vers. Ehe die Guter tradiret.

Ita Domini in causa Simonis Grobers zu Grossenzenhmen/ Mens. Nov. 1622. (Verba sentent. Da aber dennoch die Lehre berührtes Guts von eurem Vetter noch nicht aufgelassen worden / noch die tradition geschehen / solches Gut auch ein recht Stamm-Gut wäre/und von eures Vaters Groß-Eltern herührte/ic. So wäre obgedachter Käufer/ gegen Empfahrung des Kauf-Geldes/ berührtes Gut / unangesehen daß von Zeit des getragenen Kaufs allbereit zwey Jahr verflossen/euch hinwiederum abzutreten schuldig / V. R. W.)

Item in causa heredum Michaelis Goltens zu Beitz / Mens. Jan. Anno 1632.

Et in causa Blasii Bürgkauffs zu Müglen/Mens. Jun. Anno 1621.

### DEFINIT. XIII.

*Traditio bonorum avitorum non impedit jus protomiseos linearium, nisi præcesserit judicialis resignatio venditoris.*

- ¶ Quid dixi liberos bona avita jure Protomiseos edimentes, post factam traditionem ulterius non audiri, Defin. præced. id non aliter accipendum est, quam si resignatio venditoris præcesserit, parentesque venditoris possessioni bonorum judicialiter 2 resignaverint. † Ceteroquin sola traditio bonorum avitorum absque præcedente renunciatione ac resignatione possessionis non faciet, quo minus liberi ad redemtionem bonorum avitorum admittantur. † Id quod luculenter innuunt verba hujus Constit. 31. (Ehe die Guter tradiret und aufgelassen.) 4 † Neque enim in foro Saxonie traditione alienatio vere perficitur, ac rerum Dominia transferuntur, si non prius in judicio alienans possessioni sua renunciaverit, camque accipienti tradiderit, Gloss. art. 34. 5 lib. 1. art. 4. n. 7. lib. 3. Landr. † Nam quandocunq; quis per donationem, stipulationem vel venditionem, Dominium rei sua in alium transferre intendit, coram Judice jus suum in accipientem transportare debet, Gloss. lat. lit. E. ad text. germ. art. 9. lib. 1. Landr. 6 † adeoque non tantum traditione opus est, sed etiam abdicatione sui juris, daß er Verzicht und Auflassung thue/Matth. Coler. part. 1. decis. 16. n. 8. &c. 11.

Ita Domini in causa Eva Conjugis Nicolai Hennicens zu Goschelwitz/Mens. April. Anno 1621. (Verba sentent. Ob wohl euer Chemann Nickel Hennicke seine beiden Necker Elias Kirnissen läuflich übergeben und zugeschlagen. Da aber dennoch ob bei ührte Necker rechte Stamm-Guter wären/ auch die gerichtliche Auflassung derselbigen noch zur Zeit nicht geschehen/ic. So wäre euren Kindern in den von gedachtetem eurem Chemanne mit ihrem Vetter geschlossenen Kauf zu treten unbenommen/V. R. W.)

It. in causa Blasii Bürgkauffs zu Müglen/Mens. Jun. Anno 1621.

Et in causa Georgii Holtens zu Nagewitz/Mens. Febr. Anno 1622.

### DEFINIT. XIV.

*Bona avita juri protomiseos subjecta dicuntur solummodo ea, que à parentum avis, liberorumque proavis, & ulterioribus parentibus proveniunt.*

Tertium juris linearii requisitum est, ut bona, quæ liberi redimere intendent, sint avita, h. e. talia, quæ ab avo, proavo ac parentibus ulterioribus proveniunt, non solum paternæ, † sed & maternæ linea, cum & is, ex quo linea materna descendit, avus dicitur, l. JCins 10. §. secundo gradu. 13. ff. de grad. & affin. Dan. Moll. ad Const. Elec. 12. n. 2. p. 2. Matth. Berlich. p. 2. concl. 13. n. 9. † Et quænam propriè dicantur bona avita, dixi supra Const. 12. Defin. 1. 2. 3. 4. & 5. De eo solummodo hic dubitatur, † An sufficiat, bona à liberorum redimentum Avo provenire ad hoc, ut jus Protomiseos exerceri, & bona à patre alienata revocari queant? † Sanè indefinite loquitur b. Const. 5 31. eaque bona redimi à liberis permittit, quæ avus acquisivit: Quod ipsum de liberorum redimentum avo haud inepte explicari potest. † Sed hactenus verba hæc Domini Seabini de Avo venditoris libero-rumque Proavis interpretati fuere, ita, ut ea solummodo bona redimere valeant liberi, quæ ab ipsorum Proavis, parentum vero tanquam alienatorum Avis, ulterioribusque parentibus proveniunt, † veluti ipse met Elect. Illustrissimus bona avita describit in Const. 12. p. 2. in pr. verb. Welche der donator nicht selbst acquiriret/sondern die von seinen Vorföhren/ als Großvater und dergleichen genommen/ und von demselbigen ihren Ursprung haben/ic.

Ita Domini in causa liberorum Sebastiani Schwetckarts zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1622. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl an solchen Vorwerke/als an einem Stamm-Gut / die Nähergeltung zu haben vermeynet/ und solches gegen Erlegung der Kauf-Summen von Käufern wiederum zu lösen bedacht seyd. Dieweil aber dennoch Verkäufer euer Vater gedachtes Vorwerk nur allein von seinem Vater/und also nicht von Groß-Eltern erlanget und überkommen/ic. So ist auch berührtes Vorwerk für kein Stamm-Gut zu halten/derowegen ihr euch einiger Nähergeltung zu gebrauchen/ und Käufern abzutreiben nicht befugt seyd / V. R. W.)

Item in causa Georgii Börsners zu Leipzig/Mens. Sept. Anno 1622. (Verba sentent. Dieweil aber mehrerwebtes Gut Verkäufer allein von seinem Vater/und nicht von sein. n. Groß-Eltern überkommen / also daß dasselbe respectu des Verkäufers vor kein Stamm-Erb-Gut zu achten/ ic. So haben sich auch nach Gelegenheit dithfalls des Verkäufers Kinder der Nähergung solches Hauses nicht anzumassen/V. R. W.)

Et in causa Valentini Thals zu Weissensee/Mens. Jul. Anno 1622.

### DEFINIT. XV.

*Parentes de bonis avitis testari jure protomiseos non prohibentur.*

Licet parentes bona avita in præjudicium liberorum vendere ac distrahere prohibeantur in tantum, ut liberi jure Protomiseos alienata bona redimere valcent, b. Const. 31. † Attamen hæc prohibitio ad testamenti factionem haudquam extendi debet, nec dubitandum, quin parentes de bonis avitis liberè testari, eaque per ultimam voluntatem alienare queant; † Siquidem statutum, jus Protomiseos in venditione seu distractione permittens, admodum odiosum est, & contra jus commune introductum, Andr. Tiraq. de Retract. in prefat. n. 56. §. 1. gloss. 9. n. 188. Virg. Pingitz. quæst. Sax. 36. n. 15. & seqq. † Igitur non extendendum c. odia, s. de reg. jur. in 6to. † Quin & Illustrissimus Constituens hoc jus liberis eatenus saltem indulget, ut si velint restituto venditionis pretio, in locum emptoris substituantur, b. Const. 31. (in verb. in die Käuffe zu treten) † Quod certè non nisi in contractu venditionis accidere, adeoque minus ritè ad testamenti factionem accommodari potest,

† Quia

7 † Quia contractuum appellatione testamenta & ultimæ voluntates non continentur, L. 20. ff. de F. S. Everh. in loc. à contr. ad ult. vol. Modest. Pst. vol. 1. conf. i. n. 24. Rauchb. p. 2. q. 14. n. 15. † Pariter & bona avita absque heredum consensu, extraneo cui libet mortis causa donari posse, tradunt Dan. Moll. ad Conf. Elect. 12. n. 5. & seq. p. 2. Wesenb. in parat. ff. de donat. n. 6. Schneidew. ad §. alie. 2. n. 45. Instit. de donat. Ac quod minus de hoc in Provinciis Electoratus Saxonici dubitetur, disertis verbis testamenti factio[n]em in bonis avitis permittit Elector Illustrissimus in Conf. 12. §. Und alle obgesetzte Fälle/ic. part. 2.

Ita Domini in causa Martini Geishlers & Andreæ Reichenb. zu Durreweitschen/Mens. Julio, Anno 1632. (Verba sent. Ob ihr nun wohl in den Gedanken sehet / daß / weil selbiges Gut ein Väterlich Stamm-Gut ist / dasselbe euch durch Auffrichtung eines letzten Willens nicht entzogen werden mögen. Da aber dennoch berührtes Testament Gerichtlichen insinuirt worden/.) So wäre es zu Recht kräftig und beständig / und ihr hättet euch des verlassenen Stamm-Guts ferner anzumassen nicht Fug/ (V. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Jus protimiseos quoad bona avita locum non habet in permutatione.*

- 1 Non nego equidem, permutatione bona avita non minus ac venditione extra familiam alienari, unde arbitrari quis posset, liberos admitti, si jus Protimiseos adverius permutationem prætendere velint, quippe quod favor familiae hoc jus linearium introduxit, ut patet ex b. Conf. 31. verf. Vend. dem Geschlechte zu erhalten. † Attamen ex sola rationis identitate statutum contra jus commune introductum, ad alios casus extendi debere non existimat, i. e. i. 14. l. 16. ff. de legib. † Neque statuta de venditionibus concepta locum habent in permutationibus, secundum tradita Virg. Pingitz. quest. 36. num. 12. Fab. de Monte tract. de empt. vendit. quest. 2. princ. n. 6. Andr. Tiraq. de retr. §. 1. gloss. 14. n. 30.
- 2 † Aclicet permutatio sapiat vim & naturam venditionis, l. 1. C. de rer. perm. † Quin & dicatur species venditionis in l. sciendum. 19. §. deinde. 5. ff. de dil. edit. † In multis tamen ab eadem rursum illam differre demonstrat Pingitz. ditt. quest. 36. n. 21. & seqq. ubi concludit, jure Protimiseos circa venditionem introducto, permutationem impediri non posse. † Quod in terminis bujus Constit. 31. tanto certius est, quantò clarioribus verbis Elector Illustrissimus de solo contractu venditionis loquitur, in que locum emptoris liberos, bona avita redimere volentes, substitui permittit. † Quod certè ad permutationem minus aptè accommodari potest.

Ita Demio in causa Caspari Bobars von Döbeln / Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Hat euer Vater mit Martin Nebeln einen Tausch-Contract geschlossen/ und denselben sein Gut/ so er eine geraum Zeit besessen / abgetreten. Ob nun dasselbe ein alt Väterlich Stamm-Gut ist / daran euch / vermöge Churf. Sächs. Constitution, die Nähergeltung zusteht/ dieweil aber dennoch bemeldte Constitution allein in Kauff-Contracten statt hat/.) So habt ihr euch auch in gegenwärtigem Tausch-Contract einiges Rechtens der Nähergeltung nicht anzunlassen/V. R. W.)

Et in causa Pauli Marcks ad requisitionem Senatus zur Neustadt an der Orla/Mens. Sept. Anno 1607.

#### DEFINIT. XVII.

*In sola venditione, non etiam in transactione aliquo contractu, liberis bona avita jure protimiseos redimere licet.*

- 1 An ergo jus Protimiseos linearium in sola venditione obtinebit? Hoc certè voluisse videtur Illustrissimus Saxonæ Elector. b. Conf. 31. quæ disertis verbis de contractu venditionis loquitur (in die Käufze zu treten.) † Contra mentem igitur ac intentionem Corp. Definit. Vol. I.

Illustrissimi Constituentis jus Protimiseos linearium, ad alios contractus haudquam extendere licebit.

† Sunt enim ejusmodi statuta strictè & in terminis propriè ita loquentibus accipienda, Tusch. tom. 7. præct. conclus. lit. S. concl. 578. num. 22. † Quin nec

animus fuisse Electori Illustrissimo: omnem omnino alienationem bonorum avitorum prohibere, exinde satis patet, quod artic. 52. Von Vergebung der Stamm-Güter/lib. 1. Landr. ad donationem inter viros restringens reliquas alienationis species, absque consensu heredum diserte permiserit, in Conf. 12. §. Und alle abgesetzte Fälle. † Minus autem dubium habet, jus Protimiseos cessare in transactione, quippe quæ ut plurimum sit ex necessitate, in re dubiâ atque incertâ l. 1. ff. de transact. † Et alibi etiam in transactione jus protimiseos non habere locum, sive prædium avitum per transactionem transeat ad aliud extraneum, sive maneat penes possessorem, tradit Matth. de Afflict. in tr. de jur. Protim. §. licet enim 3. n. 33. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Dieweil auf dennoch bemeldte Churf. Sächsische Constitution von der Nähergeltung in den Stamm-Gütern allein in Kauff-Contracten statt hat / auff die Permutationes, Transactiones und andere Contracte aber kein es weges zu ziehen und zu deuten/.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Venditis sub hasta bonis avitis, nec dum facta adjudicatione, liberis competit jus Protimiseos.*

Negat Matth. Berlich. part. 2. concl. 39. n. 60. liberos in ditionibus Electoris Saxonæ ad jus Protimiseos admitti, si bona avita publicè sub hasta vendantur. † Quod quidem concesserim facta jam adjudicatione & addictione bonorum sub hasta vendarum, quia indifferenter liberi post factam traditionem à jure Protimiseos excluduntur, supr. Defin. 12. † At quid, si liberis statim post licitationem ab extraneo factam, ante bonorum adjudicationem, idem prestitum offerant ac bona avita redimere velint? Eos admitti dixerim, † generaliter namque in venditionibus bonorum avitorum concedit liberis jus protimiseos b. Conf. 31. ideoque & in venditione facta publicè sub hasta, † quæ non minus venditio est, ac quælibet alia inter partes contracta, Dan. Moller. lib. 3. Semestr. 12. num. 4. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 40. † Adeoque nil opus est, ut cum Mollerio b/c n. 6. configiam ad Ordin. Prov. Torg. de anno 1583. tit. 6. Von Heilbieten/Subbastation &c. §. Damit auch der Schuldnier hierdurch. † quæ ipsimet etiam debitori bona Creditori tradita intra anni spatium eodem pretio redimere permittit. † Neque enim juri Protimiseos facultas redimendi hoc easu erit adscribenda, ut rectè docet Berl. ditt. concl. 39. n. 60. † Quamvis & liberis debitoris predicta Ordin. Torgens. catenus sit commoda, ut post adjudicationem etiam bona avita redimere valeant, sed ex speciali Legis Provincialis beneficio, non jure Protimiseos, ut modò dixi.

Ita Domini in causa Ursulae viduæ Melchioris Wesers zu Leipzig/Mens. Octobr. Anno 1629. (Verba sent. Das auch auf den Fall/wann euers Vaters Stamm-Güter Schulden wegen sub hasta verkauft werden müsten/ ihr euch der Nähergeltung/ jedoch vor der adjudication zu gebrauchen wohl berechtigt sind/ V. R. W.)

Et in causa Friedrich Voigts zu Meissen/Mens. Nov. Anno 1601.

#### DEFINIT. XIX.

*Jus retractus, competens liberis in bonis avitis, extra neo cedi nequit.*

Satis expeditum est, in bonis avitis jus Protimiseos propterea liberis fuisse concessum, ne

bona illa è generē excant, sed in familiā conserventur, h. Confit. 31. verb. Ven dem Geschlechte zu erhalten/it. † Quæ certè ratio in extraneo sive alio, qui de familiā non est, verificari nequit; Ex quo se-quitur, † contra intentionem Illustrissimi Electoris, ius hoc Protomiseos extraneo cedi non posse; tanquam quod personale sit, † nec personam egrediatur, §. sed & quod principi. 6. vers. planè Institut. de jur. nat. gent. & Civil. ut rectè concludit Moller. ad Conf. Elect. 32. n. 58. p. 2. & post eum Berlich. p. 2. concl. 39. n. 47. † Quin & dum collaterales, qui tamen consanguinei sunt, ab hoc jure Protomiseos excluduntur, b. Const. 31. vers. Und daß andere Bluts-Greun-de. Satis inde apparet, † extraneos hujus beneficii ne quidem jure cessionis participes fieri posse, ne per indirectum concedatur extraneo, quod directè consanguineis denegatur, l. atatem. 3. §. ult. ff. de censib. l. 1. §. permititur. 41. ff. de aquâ quoad. & astiv. Virgil. Pingitz. quæst. 30. n. 9. & seqq. ubi ad contraria respondeat Andr. Tiraq. Retr. §. 26. Gloß. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Solche Nähergeltung aber/so auch in den Stamm-Gütern zuständig ist/seind ihr euers Gefallens nach einem andern/zuvor aus aber einem extraneo, zu cediren nicht befugt /V. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Emtor alicujus fundi non potest revocare agrum vel pratum de fundo isto ante venditionem distractam.*

1 **E**xinde, quod dixi *supra* Definit. 3. jus congrui in locis, ubi specialiter hoc introductum non fuit, neutquam obtinere, satis apparet, † fundi alicujus possessori nullum jus Protomiseos, compete-re in parte fundo vel prædio antea unita, si forsitan contingat partem illam à suo possessore vendi, pro-ut jamdudum responderunt Scabini Wilhelmo & Bes-ninge zu Weimar/Mens. April. Anno 1561. † Multo minus verò emtor prædii agrum vel pratum, antea de illo prædio alienatum, oblato pretio revocare poterit, si possessor agri illum vendere nolit; † Quippe quod hoc casu emtori nullum prorsus jus competit in agro vel prato ante venditionem prædii distracto. 5 † Neque quisquam cogi potest invitus rem suam vendere, ne quidem à Principe, l. nec quasi publicianam 70. ff. de Rei vindic. l. 9. ff. de act. rer. amot. l. id quod nostrum. II. ff. de Reg. Jur. l. 11. l. 13. l. 14. C. de contr. empt. l. nec emere 16. C. de jur. delib. l. nemo exterus. 9. C. de Judais:

Ita Domini in causa Johannis Weischens zu Leipzig/Mense Martio Anno 1604. (Verba sent. Ob gleich Johann Marcherodt gedachtes Jacob Breuniges Gut nunmehr Kauff-weise an sich bracht/und seines Vorfahren Acker und Wiesen/ gegen Erlegung des Kauff-Geldes/wiederum an sich zu lösen gemeynet/wit Fürrwendung/dass solche von dem Gut/so er nunmehr Kaufweise an sich bracht/nicht hätten sollen noch können alieniret werden. Dieweil aber dennoch/vermöge der Rechte/ gedachten seinen Vorfahren zu der Zeit/als er das Gut bensammen gehabt/damit als mit seinem Eigenthum umzugehen/und was er gewollt/davon zu veräußern/und davon zu verkauffen/gut Fug und Macht gehabt/it. So möges ihr ihme mehrheitliche Wiesen und Acker wider euren Willen abzutreten nicht gedrungen werden/V. R. W.)

Et in causa Andreae Bescheningkis zu Ptschirslau / Mens. Mayo , Anno 1604.

#### DEFINIT. XXI.

*Agro vel prato absque onere collectarum vendito, emtor onere illo gravari non potest, nec agrum vel pratum novo possessori totius fundi retro-vendere tenetur.*

**N**egari quidem nequit, prato vel agro absque one-re collectarum vendito, tantò gravari possesso-rem prædii, cui ager antea unitus erat, quanto inde emptor onere eximitur. † Attamen propterea ven-ditio semel perfecta haud rescindenda erit, postquam alienatori semel placuerit, incommodò suo empto-rem agri vel prati à collectis liberari argum. l. post mortem. 25. ff. de adopt. maximè si à Magistratu ven-ditio ista confirmata fuerit. † At neç prædio vendito, novo possessori agrum illum vel pratum revoca-di ullam facultatem competere dixerim, ne quidem pretio oblato, † quum sciens prædium novum quasi onere gravatum emerit, † namque factum cuique suum nocere debet, l. factum. 155. ff. de Reg. Jur. c. quod semel placuit. 21. de Reg. Jur. in sexto. Sed vix ista obtinent propter Decis. Elect. nov. 65.

Ita Domini in causa Brigitta viduæ Christophori Breihin zu Leipzig/Mens. Jul. Anno 1594. (Verba sent. Da euch aber dennoch solcher Acker ohne alle Beschwernd und Steuer verkauft worden/it. So möchte ich auch nunmehr selbigen Acker dem Besitzer des Guts wiederum abzutreten/oder obangezogene Beschwerung auf euch zu nehmen wider euren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Et in causa Matthiz Baris zu Dachwitz / Mens. Febr. Anno 1629. (Verba sent. Hat der vorige Besitzer eures Gütleins fünf Acker Art Feldes mit Einwilligung der Obrigkeit verkauft/ doch vergestalt/dass Verkäufer die Erbzinsen/ Landsteuer und andere Gefälle auf seinem/auzo aber euerem Gute behalte / it. So verbleibets dabey nochmals billich/und es mögen Käufers Wittib und Erben von selbigen s. Arten Feldes die Steuern zu entrichten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

Item in causa Michael Schiefners zu Wiesen / M. Febr. Anno 1633. (Verba sent. So seind ihr auch mehrerwehnte Beschwo-rungen ferner allein zu tragen schuldig/ und die Besitzer der Felder/so von eurem Gütlein verkauft worden/ mögen etwas zu tragen/odet auch die Felder/gegen Empfahung des Kaufgel-des/wiederum abzutreten wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Et in causa Christian Görtner zu Freyberg / Mens. Mayo , Anno 1629.

#### DEFINIT. XXII.

*Communis & indivisa alicujus rei possessio non tribuit jus protomiseos.*

**E**x pluribus possessoribus, qui domum coemptam per aliquot annos conjunctim retinuerant, unus partem suam tertio cuiquam vendiderat: Putabant reliqui, iure Protomiseos satis sibi prospectum esse, ut pretio oblato partem illam ab empore redimere possent, secundum tradita *suprà* Definit. 4. † Sed quod liberis, domum paternam iure hereditario conjunctim possidentibus, ibidem concessum, ad alios quosvis possessores haudquam extendi debet. † Nec ullibi possessoribus rei communis ac indivisa jus Protomiseos sive Retractus concessum in iure re-peritur. † Quo itaque prætextu emptorem repellere licebit, nisi forsitan communioni possessionis hunc effectum quisquam tribuere audeat. † Sed abs que juris autoritate, sine qua tamen nihil asserendum est, Jason. in l. illam. 19. n. 8. C. de collat. Bald, in cap. nibil. 44. n. 5. ext. de Elect. & Elect. potest.

Ita Domini in causa Johannis Euders zu Magdeburg/Mens. Mayo , Anno 1599. (Verba sent. Habt ihr und eure Beter ein Haus und Hof zu Magdeburg erkaufet/und in die eifl Jahr lang ingesamt besessen: Hat nun gedachter euer Beter seinen Antheil an bemeldtem Hause einem andern/ davon eure Frage meldet/verkauft und eingeräumet/it. So wird ictwehnter Käuffer bei solchem Kauff mehrerwehntes eures Beters Antheils billich gelassen/ und er ist euch denselben gegen Erstattung seines ausgezahlten Kauffgeldes einzuräumen und abzutreten nicht schuldig / V. R. W.)

## CONSTITUTIO XXXII.

## PARTIS SECUNDÆ.

In welcher Zeit der so den Vorkauff  
oder die Nähergeltung hat / sich solches  
Rechtes gebrauchen möge?

**S**iefalls seind allerley Opinionen/  
man hat sich aber dessen verglichen/  
wo aus Statuten oder verwehrter  
Gewohnheit herbracht/ daß Freun-  
den oder iemands anders der Vol-  
kauff zustehet; und der so das Gut verkauffen  
will/ läßt es demselbigen ankündigen/ er thut sich  
aber dessen verzeihen/ so mag denn das Gut ei-  
nem andern verkauft werden:

Wo aber solche denunciation nicht geschicht/  
oder der so die Nähergeltung hat / den Kauff  
gänzlich nicht abschlägt/ sondern Bedenk-Zeit  
nimmet/ ob er Geld könne auffbringen/ oder der-  
gleichen/ so soll er innerhalb Jahres-Frist noch-  
mals zulässlich seyn/ ob gleich das Gut verkauft/  
und einem andern tradirt/ den Kauff zu hinter-  
ziehen/ auch das Kauff-Geld und die Besserung/  
da die auffgewandt/ zu erstatten.

Wenn aber ex pacto, oder auff eine vorgehen-  
de Vereinigung der Vorkauff oder die Nähergel-  
tung iemandes gebühret/ die wird/ wann das  
Gut nicht verkauft/ durch Verjährung oder præ-  
scription nicht auffgehoben:

Aber da díßfalls contra pactum die Nähergel-  
tung nicht gehalten/ sondern das Gut einem  
andern verkauft würde/ so ist solcher Kauff be-  
ständig/ und kan ratione conventionis & pacti  
regulariter nicht rescindiret werden.

Derowegen ist auch der Käufer nicht anzu-  
sprechen/ aber der Verkäufer/ welcher die con-  
vention nicht gehalten/ ist ad interesse obli-  
giert:

Da aber das Gut vor die Nähergeltung ge-  
bührlich hypotheciret/ in diesen und dergle-  
ichen Fällen kan der Käufer angesprochen werden/ díßfalls aber hätte statt/ daß die Nähergeltung/  
die da conventionalis ist/ innerhalb dreißig Jahr/ Jahr und Tag præscribitur werden könne:  
Nach dieser distinction sollen auch unsere Gerichte sprechen und erkennen.

## DEFINITIONES:

- i. Cognatus proximus; si facta denunciatione renunciaret juri Protimiseos; aut dicat, se emere nolle, ad retrabendum ulterius non admittitur.
- 2: Jus Retractus non nisi initia annum; atamen & ultima die ac horâ exerceri potest.
- 3: Currere incipit annus ad retrabendum indulitus à tempore facta venditionis; traditione licet nondum subsecuta.
- 4: Sparium annale; jure Protimiseos in foro Saxonico prefinitum; ne anno Civili, non Saxonico accipi debet.
- 5: Spatio anni preterlapsò, mox purgatio non admittitur, nec retrahens ulterius auditur.
- 6: Tempus annale juri Protimiseos indulsum; non continuum, sed utile est, adeoque nec absenti, nec ignorantis currit.
7. Retrabens emptori una cum pretio; impensis meliorationis necessarias restituere tenetur, non etiam utilles nec modicas ad conservationem edificiorum factas ( Die Güter in Dach und Fach zu erhalten.)
- 8: Jus protimiseos conventionale non tribuit potestatem retrahendi bona; contra pactum vel conventionem alienata; datur tamen hoc casu adversus alienatorem actio ad interesse.
- 9: Neque is, cui jus protimiseos competit, ex dispositione testatoris bona alienata revocare; sed solummodo adversus heredem ad interesse agere potest.
- 10: Rescindit tamen jus protimiseos conventionale venditionem; si nondum traditio vel vendita subsecuta sit.
11. Hypotheca; super jure protimiseos conventionali ex-

Jure Retractus intra quod tempus  
sit utendum:

**A**riæ sunt de hac quæstione opinio-  
nes, sed in eam Deputati no-  
stri convenerunt; ut si quis fun-  
dum venditurus, ei, cui ex statu-  
to vel consuetudine jus hoc retractus compe-  
tit; id denunciet; is autem se emere nolle di-  
cat; tūm alteri vendi possit:

Hujusmodi autem denunciatione omissa;  
vel eo; qui jus Retractus habet, emptionem  
non præcisè abnuente, sed pecunia conqui-  
rendæ; vel aliâ ex causâ eam differente, anni  
spatium illi concedendum, ante quem finitum,  
bona, quamvis jam vendita & tradita;  
restituto pretio & impensis meliorationis; re-  
trahere liceat.

Ex pacto vero vel conventione retractus  
alicui competens per præscriptionem, si fun-  
dus venditus non sit, non tollitur.

Ubi vero contra pactum res alienatur, va-  
let venditio; nec ratione conventionis vel  
pacti regulariter rescinditur; neque actio ad-  
versus emptorem datur; sed vendor; qui  
pacto non stetit; ad interesse tantum obliga-  
tus est.

Quod si vero alter fundum pro securitate  
retractus jure pignoris etiam obligatum sibi  
habet; isto casu & ejusmodi similibus retrahere  
eum ab emptore potest, nisi præscriptio-  
ne triginta annorum, anni & diei, impedia-  
tur: Ea namque in retractu conventionali  
locum habet.

Secundum hanc igitur distinctionem no-  
stros & judicare deinceps & respondere ju-  
bemus.

Da aber das Gut vor die Nähergeltung ge-  
bührlich hypotheciret/ in diesen und dergle-  
ichen Fällen kan der Käufer angesprochen werden/ díßfalls aber hätte statt/ daß die Nähergeltung/  
die da conventionalis ist/ innerhalb dreißig Jahr/ Jahr und Tag præscribitur werden könne:  
Nach dieser distinction sollen auch unsere Gerichte sprechen und erkennen.

1. *præsè reservata, facit, ut bona alienata retrahantur.*
2. *Revocantur bona, contrajus protimiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit, fraudisque particeps fuerit.*
3. *Juri protimiseos conventionali non nisi trigesima annis, anno & die, in foro Saxonico prescribitur.*
4. *Jus retrahendi, in casum venditionis pacto speciali reservatum, locum non habet in permutatione.*
5. *Locum tamen habet jus retractus conventionale, si ab una parte cum re permutata simul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit.*
6. *Jus retractus, ex speciali conventione in casum venditionis reservatum, haud impedit alienationem, qua sit per testamentum, aliamvè ultimam voluntatem.*
17. *Cessat jus protimiseos conventionale in causa successionis ab intestato.*
18. *Jus protimiseos conventionale locum non habet in divisionibus.*
19. *Non impedit jus protimiseos conventionale, quod minus emperor liberis suis rem, juri retractus subjetam, vendere queat.*
20. *Cedi potest extraneo jus protimiseos conventionale.*
21. *Jus protimiseos conventionale cum persona contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transfit, tamen testamentarios, quam ab intestato.*
22. *Pacto juris protimiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio deferatur.*

## DEFINIT. I.

*Cognatus proximus, si facta denunciatione renunciet juri Protimiseos, aut dicat, se emere nolle, ad retrahendum alterius non admittitur.*

1. *Oncesserim sanè, si præsens sit conflangvineus venditioni tanquam testis vel Notarius, et si ei non contradicat, vel de jure suo protestetur, sibi tamen non præjudicare, quin jure Retractus, quod ex loci statuto vel consuetudine habet, etiamnum uti possit, † cum sciverit, illud sibi salvum manere l. scut. 8. §. non videtur. 15. ff. quib. mod. pign. & hypoth. solv. l. 39. ff. de pign. act. Andr. Tiraq. de contract. §. 1. gloss. 9. n. 14. & seq. & num. 148. † Multò magis admittendus erit, si denunciatio non præcesserit, vel si facta denunciatione, emptionem non præcisè abnuerit, sed pecunia conquirendæ gratiæ, aliave simili ex causâ, eam distulerit, b. Constit. 32. vers. 2. Wo aber 4. solche denunciatione nicht geschehe / ic. † Etenim cognatum jure Protimiseos tūm demūm excludi vult Constit. b. si facta denunciatione emtioni expressè renunciaverit, in verb. Et thut sich aber dessen verzeihen / ic. † At quid, si dixerit, se emere nolle? Verbis hisce Cognatum non penitus emptionem à se abdicare, nec propterea jure retractus uti prohiberi, existimat post Tiraq. dict. gloss. 9. num. 134. Matth. Berlich. part. 3. concl. 40. n. 48. † cōd. quod renunciaciones tanquam odiosæ & stricti juris non facilè præsumuntur, l. cum de indebito 25. ff. de probat. Quæ tam 7 men opinio admodum videtur periculosa. † Quis enim non videt, verbis illis, quando nimis cognatus respondet (se emere nolle) contractui emptionis renunciati? † Parum namque refert, an denunciatus emptionem abnuerit, an ei renunciaverit, siquidem utroque casu à jure suo recedit. † Quod & satis manifestè innuit Elector Illustrissimus bāc Constit. in verbis: Den Kauff gänglich nicht abschlägt / ic. Ex quo sequitur à contrario sensu, retrahentem non audiri, si emptionem abnuerit. † Ut sic planè opus non sit, in re tam clarâ cum Berlichio ad præsumptiones coxifugere, l. ille aut ille. 25. §. cum in verbis. 1. ff. de legat. 3. Jac. Menoch. lib. 3. præsumpt. 1145. n. 4. † Et jamdudum ita sensisse Wittebergenfes, testis est fide dignus Matth. Wesenb. in manus. ad b. Constit. allegat. à Dan. Moller. hic n. 17. ubi porrò 2 ex sententiâ Wesenb. addit: † Cognatum ad jus protimiseos semper admitti, modo expressè illi non renunciaverit, vel saltem dixerit, se emere nolle, ita ut horum alterum ad excludendum illum sufficiat. Quæ sententia menti Illustrissimi Electoris in h. Constit. planè convenit.*

*Ita Domini in causa Matthæi Gribbachs zu Grenberg / M. Decembr. Anno 1619. ( Verba sent. Hat euer Beter sein Wohnhaus daselbst / varan euch / selbigen Orts Gewohnheit*

*nach / der Vorkaufs / zuständig / einem extraneo um eine gewisse Summa Geldes verkauft. Da ihr nun der Nähergeltung euch ausdrücklich nicht begeben / noch auch aufs bestehene denunciation euch des Kaufs verweigert hättest / ic. So würdet ihr damit nochmals billich gehört und zugelassen / B. R. W.)*

## DEFINIT. II.

*Jus Retractus non nisi intra annum, attamen & ultimâ die ac horâ exerceri potest.*

- Q uod de Jure communi quondam valde controversum erat, intra quod sicilicet tempus, ex statuto vel consuetudine jus Protimiseos competens, exerceri queat, † ut videre est apud Andr. Tiraq. de Retract. §. 1. gloss. 10. n. 10. & seqq. & Matth. de Afflict. in tract. de jur. Protimis. §. ut intr. n. 2. & seq. † Id in foro Saxonico manifestis verbis est decisum b. Constit. 32. vers. So soll er innerhalb Jahres-Frist / ic. † Quod scilicet proximus cognatus jure Protimiseos intra annum uti debeat, postea vero non audiatur. † Nam & alias actus, in præjudicium alicujus factus, intra annum retractari debet, secundum regulam juris Saxonici, de qua videatur Henn. Göden. Constit. 4. num. 19. & Matth. Coler. part. 1. decis. 15. num. 46. † Et de jure etiam communi tempus simpliciter prolatum de annali spatio intelligitur, Tiraq. dict. gloss. 10. n. 7. † Attamen retrahens ultimâ quoque die ac horâ admittitur, Bern. Grav. lib. 2. concl. 19. considerar. 1. num. 3. † Quod innuit particula (intra, innerhalb) b. Constit. quæ est inclusiva. † At, si quis intra certum tempus debeat aliquid facere, sufficit illud ultima die ac hora determinati temporis actum fuisse, l. si quis sic dixerit. 133. ff. de V. S. Jason. in l. ex tribus 26. C. de inoff. testam. n. 1.

*Ita Domini ad requisitionem Johannis Bergers zu Merseburg / Mens. Mart. Anno 1601. ( Verba sentent. Wann nun gleich des Orts Gewohnheit und Gebrauch nach / der Vorkauf des Verkäufers nächsten Freunden gebühret. Da aber dennoch N. N. sich solches Vorkaufs an obverührtem Biertheil Landes innerhalb Jahres-Frist nicht angemessen / sondern dieselbe vollständig vorüber fließen lassen / ic. So möchte er nun mehr hierzu ferner nicht gelassen werden / B. R. W.)*

## DEFINIT. III.

*Currere incipit annus ad retrahendum indultus à tempore facta venditionis, traditione licet nondum subsecuta.*

- S ubsecutâ demūm traditione rei venditæ cursu anni, Juri Protimiseos indulti, incipere tradunt Andr. Gail. lib. 2. observ. 19. n. 17. Joh. Köppen. decis. 52. n. 27. ubi testantur de opinione communi, quos sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 40. n. 28. † ex eo potissimum fundamento, quod jus Retractus non competit nisi emptione - venditione perfecta: Ante traditionem autem factam venditionem plenè perfectam dici haud posse: † Sed concesserim prius, quod & menti būjus Constit. convenit, poste-

rius

rius certe nullibi in jure, neque textibus à Berlichio allegatis probatur. † Quin potius indubitati juris tist, emptionem venditionem solo consensu perfici, § pr. inst. de empt. vendit. † Nec quicquam dari necesse est ad hoc, ut substantiam capiat obligatio ex venditione, sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire pr. & §. i. inst. de obligat. ex consensu. † Corruuit ergo opinio communis tanquam fundamento juris destituta. † Rectius autem sentit Dan. Moll. bīc. n. 4. à die venditionis, traditione licet nondum subsecutā, annum tempus retractui destinatum cutrere: † Quod ipsissima Const. b. verba (Ob gleich das Gut verkauft und einem andern tradirt) luculent probant, ut demonstrat Moll. num. 10. † Nee infringitur hæc Mollerii assertio à Berlichio restrin gente verba prædicta ad liberos venditoris, qui ante traditionem solummodo ad jus Protomiseos admittuntur, Constit. preced. 31. Non enim animus fuit Illustrissimo Constituenti b. Constit. 32. de liberis quicquam disponere, † quibus peculiari Const. jam ante a jus protomiseos in bonis avitis concesserat, dict. 1. Const. 31. † Hisque post annum etiam redimendi bona avita competere dixi Const. preced. Defin. 12.

Ita Domini in causa Matthei Gribbachs zu Freyberg/Mens. Dec. Anno 1629. (Verba sent. Dass die Jahresfrist/binnen welcher die Nähergeltung statt hat / von einem gemeinsamen Jahr/so 52. Wochen in sich hält / und nicht die Anno Saxonico Jahr und Tag / das ist / von einem Jahr/ 6. Wochen und drei Tage zu verstehen/et c.)

## DEFINIT. IV.

*Spatium annale, jure Protomiseos in foro Saxonico præfinitum, de anno Civili, non Saxonico accipi debet.*

ETI in foro Saxonico Elector Illustrissimus Juri Retractus statutario vel consuetudinario tempus annale præfinierit, intra quod jus illud exerceri velit, b. Const. 32. nihilominus hoc dubium relinquitur, † de quonam Anno verba Constitutionis accipi debent, de anno civili, constante ex trecentis sexaginta quinque diebus, an vero de anno Saxonico, h. e. anno uno, sex septimanis atque tribus diebus (Jahr und Tag?) † Posterior placet Matth. Berlich. decis. 15. ubi in hujus rei confirmationem Responsum Facultatis Juridicæ Lipsiensis adducit, in quo hæc potissimum urgetur ratio, quod jus Saxonum non aliam agnoscat præscriptionem annalem, quamquam quæ est Anni & diei, h. e. sex septimanarum, ac trium dierum, juxta art. 38. in pr. lib. 1. Andr. cap. 25. Echne. art. 4. post. pr. Weichbild. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 24. n. 34. Berlich. dict. decis. 15. † Sed concesserim hoc de regularibus seu decretivis, & jure Saxonico ad inventis præscriptionibus; Certè ad prescriptiones juris Civilis speciales, etiam in foro Saxonico usitatas, id neutiquam extendi debet, † in quibus ne quidem in foro Saxonico quicquam immutatura, nec augmentum illud sex septimanarum ac trium dierum eis adjectum videtur, ut demonstravi supra Const. 3. Defin. 5. † Jam vero præscriptio hæc annalis in materia juris Protomiseos de jure etiam communis, jamdudum introducta fuit, ut appareat ex traditis Joh. Köpp. dec. 52. n. 27. & seq. Andr. Gail. lib. 2. obs. 19. Schurff. cent. 1. cons. 89. Mynt. cent. 3. observ. 51. n. 3. Ideoque in foro Saxonico non tam adinventa, quam solummodo confirmata est, ac proinde regulas Juris Saxonici ad hanc minus ritè accommodare licet. † Et sanè jus Protomiseos sive Retractus, quia contratum emptionis perfectum resolvit, admodum odiosum est, secundum tradita Matth. Welsenb. part. 3. cons. 29. num. 58: ut vel proptereà ad annum civilem testringi debeat, c. odia. 15. de Reg. jur. in sexto:

† prout de relutione prædii sub hasta Creditoribus venditi intra spatum annale ex Ordin. Torgens. de Anno 1583. tit. Von Heilbieten/ Subbassation und Verkauffung/et c. §. Damit auch der Schuldener/ facienda dixi, & observantiā Judicij Appellationis Dresdenis confirmavi supra p. 1. Const. Elect. 32. Defin. 52.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dass die Jahresfrist/binnen welcher die Nähergeltung statt hat / von einem gemeinsamen Jahr/so 52. Wochen in sich hält / und nicht die Anno Saxonico Jahr und Tag / das ist / von einem Jahr/ 6. Wochen und drei Tage zu verstehen/et c.)

## DEFINIT. V.

*Spatio annali præterlapsō more purgatio non admittitur, nec retrahens ulterius auditur.*

Circa moræ purgationem æquitatem potissimum inspectandam, atque judicis arbitrio ex aequo & bono rem committendam vulgo afferunt, per l. si servum 91. §. sequitur 3. ff. de V. O. l. si quis ita promiserit 135. §. Seja 2. ff. eod. tit. † Quum Regulis certis definiuntur nequeat, utrum mora commissa sit nec ne, l. mora. 32. ff. de usur. in quam sententiam videtur quoque inclinare Dan. Moll. bīc. n. 54. & Hartm. Pistor. obser. 222. n. 3. & seqq. † Attamen, ut moræ purgatio post lapsum termum non admittatur, tria potissimum requirunt, nimurum: Modicum tempus; quod actor tractet de oblervando jure jam quælitio, non autem de nova actione querenda: Et quod jus adversarii non sit factum deterius; Bartol. in l. si insulam. 84. n. 24. ff. de V. O. quem sequuntur ibidem omnes, teste Hart. Pistor. dict. loc. n. 2. Bald. in l. Celsus 23. §. 1. ff. de recept. qui arbitr. † Sed ut alias vera sit hæc Dd. assertio, fallit tamen pluribus in casibus, de quib. vid. omnino Hartm. Pistor. dict. obser. 222: ubi haud paucas assert limitaciones, easque rationibus & autoritatibus Dd. confirmat. † Imprimis vero haud admittenda est moræ purgatio in præscriptionibus, quibus quis ab omni actione competente præcisè excluditur, l. un. past. pr. vers. per biennium. C. de usurp. transform. l. 3. past. pr. & l. seq. C. de præsc. 30. vel 40. annor. † Maxime inde fit, nec retrahentem post annum juri Protomiseos præfinitum ulterius admitti, licet tertia vel quarta die post elapsum illud annale spatum, Tiraq. de jur. Retr. §. 1. gloss. 10. n. 90. Gail. l. 2. vbf. 19. n. 15. Berlich. part. 2. concl. 40. n. u. † Idque tantò verius est, quanto certius, annum esse de solennitate & forma juris Retractus, b. Constit. 32. † Forma autem ad unguem oblervanda est, adeo ut minima mutatio vel omissione totum vitiet actum, Bald. in l. ult. & l. 2. C. de suis & legitim. Dec. in c. prudentiam 21. in 4. notab. de off. & porest. Jud. deleg. Hart. Pistor. dict. obser. 222. num. 27.

Ita Domini in eadem causa, (Verba sent. Derowegen ist auch nach verflossener solcher Jahresfrist in der 53. Wochen zu vorgedachter Nähergeltung und Verkauff fernher nicht zugelassen/sondern es ist solche Gerechtigkeit nunmehr durch Verjährung gänzlich aufgehoben und verloren/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Tempus annale jure Protomiseos indultum; non continuum, sed utile est, adeoque nec absenti, nec ignorantie currit.*

AN ergo tempus annale jure Protomiseos indultum? Adeo præcisè observandum erit, ut elapsō eo retrahens planè nunquam admitti debeat? Non certè putto: † Quid enim, si statuto vel pacto contrahentium aliud expressum sit; † Ita namque tempus retractui præfinitum vel coartari vel prorogari posse, post Ferroni. ad consuetud. Burdigal. tit. 1. de retrat. §. 33. in pr. tradit Dan. Moll. bīc. n. 11. † Quid etiam, si venditio sit conditionalis, aut facta cum pacto legis com. injs.

5 missoriæ vel adjectioñis in diem? † Quid itidem, si  
inter contrahentes oriatur controverſia, quā duran-  
6 te ſpacium annale præterlabitur? † Quid ſi venditio  
alterius nomine facta à Domino nondum ratificata-  
ſit? Aut ſi ægritudo consanguinei, neceſtitas maris,  
incursus hoſtium, aliudve impedimentum legiti-  
7 mum interveniens, Retractum impediſerit? † Sanè  
tum retrahentem poſt annum etiam elapsum audiri,  
dixerim cum Andr. Tiraquell. de retr. §. 1. gloss. 10. n.  
36. & multis ſeqq. & Matth. Berlich. part. 2. concl. 40.  
8 n. 16. & ſeqq. ubi latiſſimè hæc tractant. † Pariter  
& ignorantia vel absentia consanguinei efficit, ut  
poſt annum admittatur, quia tempus hoc annale.  
9 non continuum, ſed utile eſt, † quod abſenti &  
ignoranti non currit, Moller. hic n. 11. Berlich. dict.  
concl. 40. n. 25. Matth. de Afflīct. de jure protim. §. ut  
10 in trīginta dies n. 3. & ſeqq. † Etiſi enim aliaſ  
præscriptio ignorantis currat, adeo ut contra eam  
non detur reſtitutio in integrum l. ult. circa fin. C. de  
11 præſc. long. temp. Conſt. Elect. 9. p. 2. ubi Moller. † At-  
tamen hoc in præscriptione annali vel etiam brevi-  
ri locum non habet; neque hæc ignorantis unquam  
currit, Vid. Supr. Conſt. 9. Defin. 1. Zobel. in gloss. ad  
art. 28. verb. Römihet aber niemand in Jahr und Lage  
lib. 1. Landr. Hartm. Pistor. lib. 2. queſt. 12. n. 25. Andr.  
12 Rauchb. part. 2. queſt. 15. n. 15. † Idque propterea,  
quod ſupina illa negligentia non petentis, ob quam  
præscriptio temporis longiſſimi principaliter fuit  
introducta, in hoc tām brevi unius anni ſpatio, jure  
ſuo ob facti ignorantiam non utenti imputari neque-  
at, Moller. hic n. 13.

Ita Domini in cauſa Andrex Apitzchens zu Leipzig/ M. Sept.  
Anno 1628. (Verba ſent. Ob nun wohl ſolcher Kauf allbereit  
vor ſieben Jahren geſchehen/da ihr aber dennoch davon keine  
Wiffenſchaft gehabt/und denselben binnen Jahres frift aller-  
erſt erfahren hätte/ ic. So wäret ihr in ſelbigen Kauf zu  
treten/ und euch der Rähergeltung nochmahlſ zu gebrauchen  
wohl befugt/ V. R. W.)

Et in cauſa M. Adami Adlers zu Adorff/ Mons. Sept. Anno  
1622. (Verba ſent. Hat euer Schwager ohngefehr vor einem  
Jahre und zweyen Monaten ſein Hauf/daran euch die Räher-  
geltung gebühret/Wolff Keffeln erblichen verkauft/ und nach-  
dem ihr unlängſt von Wittenberg/dafelbſt ihr eine Zeitlang  
ſtudiret/nach Hause gelanget/und des Kaufs gewahr worden/  
habt ihr ſolchen Kauf/ weil euer Schwager euch nichts davon  
wiffend gemacht/zu retractiren angefangen/ und dem Besitzer  
sein ausgezahltes Geld wiederum offerirte/ſo ist erwehnter Be-  
ſitzer/Wolff Keffel/ euch ſolches Hauf wiederum abzutreten  
und einzuräumen ſchuldig/V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Retrabens emtori unā cum pretio, impensas melioratio-  
nis necessarias reſtituere tenetur, non etiam utiles nec  
modicas ad conſervationem edificiorum factas,*  
die Güter in Dach und Fach zu erhalten.

1 **E**xpediſt juris eſt, Retrahentem bona alienata ju-  
re Protimiseos non admitti, niſi & preium ſolu-  
tum & impensas meliorationis emtori reſtituere  
paratus fit, bac Conſt. 32. verſ. Auch das Kauf-Geld  
und die Befſerung/da die aufgewandt/ zu erſtatten.  
2 † Sufficit tamen, ſolas impensas necessarias reſtitui,  
illias ſcilicet, quias & venditor ipſe vel consanguine-  
us retrahens facturus fuifet: † Nec enim utiles meli-  
orationis impensas emtori jure repetit, l. utilium g.  
ff. de impens. in res dot. fact. l. ſi ſervos pignoratos. 25.  
4. verſ. Sicut enim. ff. de pign. act. Moller. hic n. 24. † Adeo  
eoque ad varias lites evitandas, bene facit retrahens,  
emtori denunciando, ne ſumptus non necessarios  
in re empta faciat, Andr. Gail. lib. 2. obſ. 19. n. 10. Joh.  
9 Köpp. decif. 52. n. 26. † Planē nec necessarias meli-  
orationis impensas ſemper repeteſe licet, ut videre  
eſt apud Tiraq. de retr. p. 2. §. 7. gloss. 1. n. 4. & ſeqq.  
Nicol. Boer. decif. 47. Matth. de Afflīct. decif. 87. n. 8.

6 † Nec modicæ impensæ, quales ſunt, quæ ad conſer-  
vationem edificiorum pertinent, Die Güter in Dach  
und Fach zu erhalten/ reſtituenda ſunt, ſed cum fru-  
ctibus perceptis hæc compensantur, l. omnino 12. ff. de  
impens. in re dot. fact. l. 18. §. 2. ff. Commod. Mod. Pift.  
vol. 2. conf. 27. n. 123. Moll. hic n. 26. † ubi ſpecialiter. 7  
exprimit, quænam impensæ veniant hoc nomine,  
Dach und Fach zu erhalten/ ex Ordin. Eccleſiaſt. El.  
Saxon. tit. Vom Bau der Pfarren und Glöcknereyen,  
32. §. Nachdem aber/ ic.

Ita Domini in cauſa Marthzi Grisbachs zu Freyberg/ M.  
Dec. An. 1619. (Verba ſent. Aufn Fall gleich die Jahres-Friſt  
noch nicht verloſſen/und ihr euch dahero der Rähergeltung zu  
gebrauchen nochmahlſ befugt wäret/ſo möchte doch der Kauf-  
ſer/ ehe und zuvor ihm nebenſt dem ausgelegten Kaufgeldes/  
auch die nothwendige Befſerungs-Koſten hinwiederum entrich-  
tet/ das Hauf abzutreten nicht gedrungen werden/ aber die uci-  
les impensas, und was ſonſten ſolches Hauf in Dach und Fach  
zu erhalten aufgewendet worden/ ſeyt ihr ihm zu erſtatten  
nicht verbunden/V. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Jus protimiseos conventionale non tribuit potestatem  
retrabendi bona contra pactum vel conventionem  
alienata, datur tamen hoc caſu adverſus  
alienatorem actio ad intereſſe.*

**V**era ſunt haecne dicta in solo jure Retractus  
lineario ſeu consanguinitatis. † Aliter paulo  
reſſe habet in jure Retractus vel Protimiseos, quod  
alicui non favore familiæ, aut ex statuto vel conſe-  
tudine, ſed ex pacto v̄l conventione competit. † Et.  
3 ſi enim hoc æque obliget venditorem bonorum, ad  
denunciationem faciendam ei, cui jus Retractus ex  
pacto eſt acquisitum, an bona ea emere velit, nec ne:  
† Attamen ſi omissa denunciatione, venditor contra 4  
pactum bona tertio cuidam vendiderit & alienaverit,  
alienatio firma eſt, nec vigore pacti venditio reſci-  
di, ac bona alienata revocari aut vindicari poſſunt, b.  
Conſt. 32. §. Aber da diſſalls, contra pactum & ubi  
Moll. n. 39. Joach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. ff. de ju-  
rejur. n. 372. † Quod & à jure communi haud alie-  
num eſt: Nec enim pactio hæc juris Protimiseos  
ipſam rem afficit, nec ullum jus in re alicui tribuit,  
ſed tantummodo actionem personalem contra alie-  
natorem l. 2. C. de paſt. int. empt. & vendit. Ant. Fab.  
de error. pragmat. Decad. 24. Error. 1. Herm. Vult.  
in conf. Marpurg. 19. n. 92. & ſeqq. vol. 3. perinde, ut  
nec pactum de retrovendendo: de quo dixi Suprā  
Conſt. 1. Defin. 16. † Quomodo ergo adverſus tertii-  
um ex ſolo pacto agi, ab eoque bona alienata revoca-  
ri poſterunt, ſiquidem actio personalis non datur  
contra ſingularem ſuccesorem l. ult. §. fin. ff. de contr.  
empt. l. 1. §. ſi beres 16. ff. ad Sct. Trebell. † Ac cer-  
te iniquiſimum eſſet, pactum alterius nocere tertio,  
qui causam à venditore ſuo habet, Moller. dict. loc.

8 † Attamen ne pactum illud prorsus deſtituatur eſſe.  
Etu, placuit, venditorem ſeu alienatorem teneri hoc  
caſu, vigore pacti ſui, ad intereſſe ei, cui ex conven-  
tione jus protimiseos fuit acquisitum, b. Conſt. 32. §.  
Derowegen iſt auch der Kaufſer. † Etiſi enim conven-  
tio iſta non impedit alienationem quoad translati-  
onem Dominii l. nemo pacificendo. 61. ff. de paſt. † ef:  
10 ſicit tamen, ut facta alienatione in terrium quempa-  
am committatur obligatio ad intereſſe, vel ad po-  
nam, ſi adiecta fit, l. ult. C. de reb. alien. non alien. l. ſi  
ita quis. 135. §. ea lege. 3. ff. de V. O. Myſt. cent. 6. obſ. 69.

Ita Domini in cauſa Nicolai Mebus zu Laucha/ M. Mart. An.  
1576. (Verba ſent. Ob nun wohl euer Bruder an ſolchem Acker  
euch den Verkauf verſprochen und zugesagt: Da er aber den-  
noch dem zuwiderr/berührten Acker Georg Jobikern verkaufſt/  
und allbereit eingeräumet hätte/ ic. So wäret der Besitzer euch  
denselben wieder abzutreten nicht ſchuldig / ihr wäret aber  
gleichwohl euren Bruder/wegen der gebrächen Zusage/des inter-  
eſſe halben zu belangen wohl befugt/ V. R. W.)

*Et in causa Johannis Weinens & Johannis Höppfens zu Bodungen / Mens. Mart. Anno 1615. ( Verba sent. Ob nun wohl hernach angeregte Mühle/der euch versprochenen Nähergeltung zuwider/einem Fremden vor und um 1000. Dictr. käuflichen zugeschlagen worden/ so verbleibt es doch bey solchem Kaufe nochmals billich. Es ist euch aber der Verkäufer/so die Convention nicht gehalten/ ad interesse verobligret und verbunden/B. R. W.)*

*Iren in causa Johannis Harttigschens zu Gennstenberg / M. Mayo, Anno 1579.*

*Et in causa Esaiz Eulmans zu Leipzig / Mens. Octobr. Anno 1617.*

#### DEFINIT. IX.

*Nequeis, cui jus protimiseos competit ex dispositione testatoris bona alienata revocare, sed solummodo adversus heredem ad interesse agere potest.*

**N**on solum pacto vel conventione, sed & per testamentum, donationem mortis causa alienam & ultimam voluntatem jus protimiseos sive Retractus in re certa alicui potest acquiri: † Quid enim, si testator fundo, in testamento heredi relieto, alii jus Protimiseos attribuat, si forsitan continget, fundum eum ab herede vendi? † Tum jus retractus ex testamento & jure legati competere dicemus, l. cum pater. 77. & l. 27. ff. de legat. 2. Bald. in l. dudum. 14. C. de contr. empt. num. 2. † At nec tum legatarius facultatem habet revocandi bona contra dispositio- nem testatoris in tertium alienata, licet & hoc casu competat actio ad interesse aduersus heredem & do- narium, juxta tradita Defin. preced. † Non magis enim legatarius aduersus possessorem experiti potest actione reali, quae nulla ei competit l. si pupill. & s. videamus ult. ff. de negot. gest. † Sed nec actione personali, quae non nisi aduersus heredem datur ad interesse, ex quasi contractu, s. beres quo- que s. inst. de obligat. que ex quasi contr. nasc. l. si quis absentis s. s. beres. 2. ff. de obligat. & act. Joh. Harppr. ad dict. s. s. inst. de obl. que ex quasi contr. nasc. † Ad- eundo namque hereditatem videtur heres quasi con- trahere cum legatariis, quibus obligatur ad solven- da legata & implendam dispositionem testatoris, l. 3. ult. & l. seq. ff. quib. ex caus. in poss. rat.

Ita Domini in causa Georgii Olbrechts zu Ischopa / M. Febr. Anno 1623. ( Verba sent. Und als euer Bruder Lodes verfah- ren/ hat seine Wittib und Erbin/des Testatoris Anordnung zu- wider/euch solches Gut nicht angeboten/ sondern det euch zu- stehenden Nähergeltung ungeacht / dasselbe einem Fremden verkauft/ ic. So verbleibet den solchen Kaufe billich/ ihr seind aber gleichwohl berührte Wittib als Erbin ad interesse zu belangen wohl desfugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Rescindit tamen jus Protimiseos conventionale vendi- tionem, si nondum traditio rei vendita sub- secura sit.*

**N**olo tamen dispositionem Electoralem b. Const. 32. de non rescindenda venditione contra jus Protimiseos conventionale facta, tam generaliter ac- cipi, ut nullo in casu aliquem fallere queat: Primò † namque datur ex jure protimiseos conventionali facultas retrahendi venditionem, si traditio nondum subsecuta fuerit. † Non ignoro equidem, Illustris- simum Electorem generaliter prohibere rescissionem venditionis contra pactum facta, in verb. So ist solcher Kauf beständig/ und san ratione conveniens & pacti generaliter nicht rescindiret werden. Utide ar- bitrari quis posset, subsistere venditionem nec retrahi posse, etiam si traditio subsecuta haud sit, quippe quod venditio solo consensu perficiatur pr. & s. 1. inst. de obligat. ex consens. † Sed procul dubio verba Constituentis Illustrissimi de venditione, ipsa traditione consummata, accipi debent: Idque vel

exinde satis appareat, quod venditor hoc casu pra- stando interesse liberetur §. seq. Derowegen ist auch b. Const. 32. † Quod asserendum non esset, si ven- ditor rem possideret, atque facultatem tradendi ha- beret, l. 68. ff. de R. V. l. 25. §. 1. ff. de contr. empt. l. 75. §. ult. ff. de V. O. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Vid. supra Const. 1. Defin. 15. † Ac si in rationem bu- jus Coast. accuratius inquiremus, nulla allia de cau- sa videtur prohibita rescissio venditionis contra ven- ditionem facta, quam quod re aliqua duabus ven- dita semper preferatur is, cui prius tradita fuit, l. quoties 15. C. de Rei vindic. † quippe qui ex traditio- ne Dominium acquisivit, quod ad retrahentem ipso jure non revertitur, Moll. bic num. 38. † Aliter ergo res se habet in casu nondum facta traditio- nis. Etenim, quia tum possessio etiamnum penes venditorem est, quidni adversus cum ex jure proti- miseos conventionali ad complementum promis- sionis & venditionem facienda agi poterit, ex pa- sto, † quod hodie non minus atque contractus actio- nem parit, secundum tradita Bald. in l. legitima. 6. in pr. ff. de pact. Matth. Welenb. in parat. ff. de - pact. num. 9. vers. Quanquam autem bac de re. † Idque tantò magis, quanto certius hoc pactum est prius venditione posteriore facta extraneo. At- qui † prior in tempore est etiam potior in jure, c. qui est prior. 54. de reg. jur. in sexto l. posterior. 11. ff. qui pot. in in- pign.

Ita Domini in causa Caspari Wolfens zu Falckenstein / M. Jan. Anno 1605. ( Verba sentent. Ob nun gleich Nicol. Käp- fer mehrbemeltes Gut seiner Verwaltung zuwider einem fremden verkauft/ ic. So wird doch euch dasselbe für legoge- dachtem Käfffer/weil ihme bemeltes Gut noch nicht tradiret uno aufgelassen/billich eingekummet/ ihr seind aber dafür so viel/ als voriger Käfffer/gu geben schuldig/ B. R. W.)

Ec in causa Viduz atque heredum Paul Grossmanns zu Hochzitz/Mens. Mayo, Anno 1599. ( Verba sent. Ob nun wol Christoph Born verstorben/ so seind doch desselben Erben die versprochene Nähergeltung und Zusage nochmals zu halten/ und vorbemelten Acker/welchen sie dem Versprechen zuwider/ einer Wittben verkauft/wosfern dieselbe solchen Acker in wär- lichen Besitz und Gebrauch noch nicht bekommen/ euch um ob- bemelde Käfffer Summa zukommen zu lassen/ oder da sie selbie- gen Acker mehrerwehreit Wittben allbereit tradiret und einzige- räumet/euch das Interesse, so viel ihr des/wie recht/liquidieren sonnet/gu erstatzen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XL

*Hypotheca super jure Protimiseos conventionali expres- se reservata facit, ut bona alienata retrahenti- bi queant.*

**S**ecundo, ex jure protimiseos conventionali retrahenti- huntur bona tertio cuidam vendita, etiam post factam traditionem, si hypotheca judicialis super ju- re hoc fuerit reservata, b. Const. 32. §. ult. vers. Da aber das Gut. ubi Moller. n. 40. Joach. a Beust. ad l. admonendi. 31. ff. de jurejur. n. 872. Nicol. Boer. decisi- 49. n. 4. † Etenim Constitutione hypothecae bona- onere reali ita afficiuntur, ut si nulla facta denuncia- tione, tertio cuidam vendantur, actione hypothecaria reali bene retrahi & revocari queant, l. si Creditor. 7. §. ult. ff. de distr. pign. † Potior namque tum est ille, cui prius res fuit obligata; licet secundo sit tradi- ta, l. qui balneum. 9. l. posterior. 11. l. 12. §. ult. ff. qui pot. in pign. Hier. Maril. in repet. l. quoties. 15. C. de R. V. † Quod tamen tunc demum procedit, si expressis ver- bis super jure Protimiseos conventionali hypotheca specialis fuerit in judicio constituta, secundum tradi- ta Reinh. Rosa ad Moll. bic n. 40.

Ita Domini in causa Mariæ Uxoris Henrici Trautenfetters contra Valentiniū German zu Quedlinburg / Mens. Jul. Anno 1632. ( Verba sentent. Würde Käffgerin ihr Vorlauffs; Recht/und derohalben vorbehaltene gerichtliche Hypothec ge- bührlichen beschreiten/ immassen sie zu thun schuldig. So ist Beklagter derselben berührtes Gut/gegen Erstattung seiner

ausgezahlten Kaufgeldere und Abtrag der beweislichen Besse rung auf Erkältiss ehrlicher Wiederleute / wiederum abzutreten und einzuräumen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa Johannis Münchens zu Dresden/Mensl. Mart. Anno 1629.

### DEFINIT. XII.

*Revocantur bona, contra jus protimiseos conventionale alienata, si emptor pactum illud sciverit, fraudisque particeps fuerit.*

- 1 **T**ertiò: Bona contra jus protimiseos alii vendita & alienata revocari possunt, si emptor sciverit, bona illa ex pacto esse subiecta juri Retractus, atque sic doli fraudisve particeps fuerit, Bernh. Grav. lib. 2. concl. 16. n. 7. Cravet. conf. 2. num. 8. Didac. Covar. lib. 2. variar. refol. c. 19. n. 5. Petr. Nicol.
- 2 Motzz. de cont. tit. de empt. vendit. n. 33. † Non enim mala fides aut dolus patrocinari debet emptori; Nec is habet, de quo conqueri posuit, cum damnum hoc sua culpa sentiat, secundum vulgatam juris regulam.
- 3 † Et facit alias fraus emptoris, ut bona vendita ab eo per actionem Prætoriam competentem ad revocandum alienata in fraudem, queant revocari, per ea, quæ tradit Bald. in rubr. C. de revoc. iis que in fraud. credit. n. 1. Jason. in l. quoties 15. n. 26. C. de R. V.

Ita Domini in causa Valentini Pantzschens zu Eisleben/M. Mayo, Anno 1622. ( Verba sentent. Ob nun wohl gedachter Käufer sich der Wiederabtretung des Gutes dahero verweigert/dass der Kauf einmahl vollzogen / und ihme der Garten tradiret worden/dannenhero vermöge Chursl. Sächs. Constitution einiger Nähergeltung wegen/ der Kauf nicht wiederum hinterzogen werden mögen/beweiset aber dennoch wissentlich des vorbehalteten Vorkaufs/auch der beschreiten Protestation zuwider/berührten Garten an sich gekauft/ie. So hat er sich auch mit der von ihm angezogenen Chursl. Sächs. Constitution nicht zu behelfen/sondern er ist angeregten Garten/ gegen Empfahrung seines Kaufgeldes/euch hinwiederum abzutreten schuldig/V. R. W.)

Et in causa Henrici Weissens & Consortium litis zu Kindelbrück/Mensl. Febr. Anno 1626.

### DEFINIT. XIII.

*Juri protimiseos conventionali non nisi triginta annis, anno & die, in foro Saxonico prescribitur.*

- 1 **J**uli Retractus ex pacto alicui competenti quamdiu res non venditur, nullo unquam tempore præscribitur, b. Const. 32. §. Wann aber ex pacto, &c. † Idque rationem habet, quod non extet casus, unde currere possit præscriptio, ut notat Wesenb. add. Conf. allegatus à Moll. hic num. 59.
- 2 † At venditā re aliqua juri Protimiseos ex conventione subiectā, sive ad revocationem agatur, iis scilicet casibus, ubi hoc permisum est, Supr. Defin. 10. 11. 12. aut saltem ad interesse, Supr. Defin. 8. ad tempus annale, de quo supra Defin. 2. hoc casu actor astrictus quidem non est; † Attamen præscriptione triginta annorum, anni & diei, actio & jus protimiseos conventionalis permittitur, b. Const. 32. §. ult. vers. Diff. falls aber hätte statt/ie. † Quia hanc præscriptione in foro Saxonico omnis tollit actio, art. 29. lib. 1. Landr. Matth. Coler. ad c. de quarta. 4. n. 84. extr. de prescript. † perinde ac de jure Civili spatio 30. annorum, l. sicut. 3. l. ult. C. de prescript. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de Conf. pecun: Anton. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 4. n. 2.

Ita Domini in causa D. Caspari Reglers zu Dresden/Mense Mart. Anno 1612. (Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch selbst berichtet/dass vorgedachter Wittben hinterlassene Erben zuwider der Vergleichung die Nähergeltung nicht gehalten/ sondern berührtes Haus Georg München anderweit verkauft/ auch allbereit würcklichen tradit und eingeraumet/so mag auch solcher Kauf von euch wegen der versprochenen Nähergeltung nicht hinterzogen/ noch der legitime Käufer actione ssali von

euch beständiger Weise belangen werden. Es ist euch aber die Verkäuffere ad interesse zu belangen unbennomen / welche sich denn mit der in eurer Frage angedeuteten præscription, und daß ihr in Jahr n. Tag/von Zeit der Wissenschaft angerechnet/wie bei solchen Kauf nicht protestet/nicht zu behelfen/V.R.W.)

### DEFINIT. XIV.

*Jus retrabendi, in casum venditionis pacto speciali reservatum, locum non habet in permutatione.*

**N**on caret effectu jus Protimiseos conventionale, sed vel facultatem bona alienata retrahendi tribuit, vel agendi ad interesse adversus venditorem, Supr. Defin. 8. 10. 11. 12. Attamen aliter hoc verum non est, quam si bona juri retractus subiecta contra pactum conventum vendita fuerint. † Secus esse habet in permutatione, quæ venditionis appellatio ne propriè non comprehenditur, c. 1. ubi Panorm. extr. de his que sunt à Prelat. Salycet. in l. cum bi 8. §. sicut. 24. ff. de transact. Virgil. Pingitz. q. 36. n. 21. adeoque rebus permutatis ne quidem ad interesse agere licebit. † Nam imputet sibi venditor, jus Protimiseos in casum venditionis sibi reservans, quod legem contractus non dixerit generalius nec apertius, l. 39. ff. de pact. l. cum in lege 33. ff. de contr. empt. l. in contrabenda. 172. ff. de reg. jur. † Ac probè obser vandum est, quod hanc Constit. 32. de jure etiam protimiseos conventionali tractans, non tantum venditionis, sed & pretii aliquoties mentionem faciat, quod verbum secundum communem usum loquendi in vera & propria permutatione locum non habet, sed tantum in venditione l. ult. ubi Gloss. & Bartol. C. de pred. decur. lib. 10. Moll. hic n. 32. † ut sic vel solū contra mentem hujus Constit. jus protimiseos in casum venditionis reservatum ad permutationem extendere haud liceat.

Ita Domini in causa heredum Petri Resfelds zu Leipzig / M. Mart. Anno 1583. ( Verba sent. Und ihr habe euch an solchen Gute/dafern es innerhalb 12. Jahren verkauft würde / den Vorkauf vorbehalten. Ob nun gleich Käufer nach dreien Jahren dasselbe für ein andrer Gut vertauschet/ie. So habt ihr euch doch des Vorkaufs hieran nicht anzumassen/V. R. W.)

It. in causa Christophori Piezschens zu Roßthal/Mensl. Maij. Anno 1620. ( Verba sent. Daden ihr euch den Vorkauf ausdrücklichen vorbehalten: Es hat aber unlängst hemeldeis Käufer/euer Bruder/solches Gut zwar nicht verkauft/ jedoch dasselbe mit dem Hospital-Meister zu Dresden um sein Gut vertauschet / ie. So verbleibet bey solchem geschlossener Kaufe nochmals billich/ und ihr habt euch/ gestalteu Sachen nach / des juris retractus daran anzumassen nicht Fug/V. R. W.)

Et in causa Johannis Nißschens zu Meissen/Mensl. Oktobr. Anno 1621.

### DEFINIT. XV.

*Locum tamen habet jus retractus conventionali, si ab una parte cum re permutata simul pecunia, rei tamen prævalens, data fuerit.*

**N**ovum certè non est, ut contractus quandoque partim pro venditione, partim pro permutatione habeatur, propter similitudinem nimirum & affinitatem magnam, quam habet permutatione cum emptione, l. 2. C. de rer. perm. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 40. defin. 1. n. 4. † Quid enim, si ex una parte sola species detur, & altera parte species & pecunia, siue ut hodie frequenter contingit; Anne cum contractus pro emptione venditione habendus, ita ut jus Protimiseos conventionali obtinere debeat? Non etenim lo quor de eo casu, ubi constat, quid inter contrahentes principaliter actum fuerit. † Res enim tūm expedita est, non habita distinctione, an pecunia prævaleat rei nec ne l. tenetur. b. §. 1. ff. de abt. empt. c. ad questiones 6. extr. de rer. perm. At quando de mente contrahentium non constat, nec, quid principali-

- paliter actum sit, appareat, res dubio non caret. <sup>2</sup>  
 † Certè secundum communiorēm opinionem tūm  
 inspici debet, quid plus valeat: An pecunia, quæ ab  
 una parte solvitur, prævaleat Rei, quæ ab eadem  
 parte solvitur, & erit emptio; † An verò prævaleat  
 res pecunia, & erit permutatio, arg. l. queritur. 10.  
 ff. de stat. hom. Joh. Schneidew. in §. item pretium. 2.  
 7 n. 8. inf. de empt. vendit. † Quando verò utrumque  
 est æquale, intelligitur in dubio contractus permu-  
 tationis, Bart. in l. i. ff. de rer. perm. Schneidew. in-  
 dict. §. item pretium 2. n. 9. ubi & Joh. Harp. num.  
 8 7-8. † Ex quo sequitur, si pecunia prævaleat Rei,  
 locum dari juri Retractus conventionali, tanquam  
 in contracta venditione, Andr. Tiraq. de retr. §. i.  
 Gloss. 14. n. 29. Matth. de Afflict. in tract. de jur. pro-  
 tim. §. licet enim. num. 26.

Ita Domini in causa Jacobi Fischers zu Frankenhausen/ M.  
 Mart. Anno 1597. (Verba sent. Darben ihr euch den Vorkauff  
 ausdrücklich vorbehalter. Ob nun gleich bemeldter Kauf  
 her nach solche Behaftung einem andern vertrauschet / die-  
 weil er aber dennoch/ neben einem andern Hause/ noch 500. fl.  
 an Gelde zu bekommen/dahero dann angeregter Contract mehr  
 vor einen Kauf/ als vor einen Tausch zu achten / ic. So hat  
 auch die Nühergeltung in solchem Contract wohl Statt/  
 V. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Jus retractus ex speciali conventione in casum vendi-  
 tionis reservatum, haud impedit alienationem,  
 que fit per testamentum aliamve ultimam voluntatem:*

- 1 Neo consentiunt ferè omnes, si legè aut partium  
 conventione familiæ favore in extraneum aliena-  
 tio prohibetur, tam singularem quam universalem  
 alienationem, & sic quoque heredis extranei institu-  
 tionem prohibitam intelligi, Andr. Tiraquell. de Re-  
 tract. §. 26. Gloss. i. n. 3. Anton. Gabr. Roman. lib. 4.  
 de fideicom conclus. 10. Andr. Rauchb. p. 2. quest. 14.  
 n. 11. Duar. in l. si quis ita promiserit. 135. §. ealge 3 ff.  
 de Verb. obligat. † Nam alienationis verbum & her-  
 edis institutionem & legatum complectitur, l. si quis  
 prioris §. §. certum. 2. C. de secund. nupt. l. peto. 69. §.  
 3 fratre. 3. ff. de legat. 2. † Sed aliter res se habet, si ali-  
 enationis vocabulo, in genere prolato, verba quæ-  
 dam subjiciantur, ex quibus appearat, testatorem vel  
 contrahentes non de ultimis voluntatibus, sed de  
 alienationibus inter vivos vel contractibus sensisse;  
 4 Octav. Cacher. decif. 50. num. 10. † Minus ergò du-  
 bium est, alienationem per testamentum aliamve ultimam  
 voluntatem subsistere, jure retractus in solum  
 venditionis casum conventione speciali reservato, l.  
 pater filium 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3. Andr. Rauch-  
 bar. dict. quest. 4. num. 16. & seqq. † Contractuum  
 namque appellatione testamenta & ultimæ voluntate-  
 tes non continentur, l. verba contraxerunt 20. ff. de  
 V. S. l. ult. C. de leg. Nicol. Everhard. in loc. a contr.  
 adult. volunt. num. 10. Moller. lib. 5. semestr. 21. Mo-  
 dest. Pistor. vol. 1. conf. 1 num. 24. † Nec alienationis  
 inter vivos interdictio ad heredis institutionem,  
 vel testamenti factionem porrigitur, Signorol. de  
 Homod. in repet. l. peto. 69. §. fratre. 3. n. 3. & 3. in  
 fin. ff. de legat. 2. Rauchb. d. q. 14. n. 14. ubi pluribus  
 hanc definitionem firmat, & ad contraria respondet;

Ita Domini in causa Caspar. Schönens zu Mügeln/ Mensl.  
 Aug. Anno 1621. (Verba sent. Ob wohl euer Eheweib ihren  
 Geschwistern auf den Fall/ wann sie ihr Hause und Hof ver-  
 kaufen möchte/ den Vorkauff verwilliget und versprochen/ die-  
 weil sie aber dennoch berührtes Hause bey ihrem Leben nicht  
 verkauft/ sondern dasselbe euch in eurem letzten Willen ver-  
 macht/ ic. So haben sich auch bemeldte ihre Geschwister ei-  
 niges Vorkaufs nicht anzumassen/ sondern es wird dasselbe  
 vermöge angeregtes letzten Willens/ euch billich gelassen/  
 V. R. W.)

Carpz. Definit. Vol. I.

Item in causa Georgii Mendens zu Dresden/ Mensl. Nov.  
 Anno 1599. (Verba sent. Ob wohl euer Hause-Frau bey dem  
 Kauff/in welthem ihr ihres vorigen Mannes Behaftung von  
 ihrer Stieff-Kinder Vormunden um und vor 1600. fl. verkaufft  
 worden/ verwilliget und zugesagt / da solches Hause über kurz  
 oder lang wieder verkaufft werden möchte / das dasselbe ihoge-  
 dachten ihren Stieff-Kindern um ebenmäßigen Kauff angebo-  
 ten werden solte ; Dieweil aber dennoch bemeldte euer Haus-  
 Frau berührtes Hause bey ihrem Leben nicht verkaufft/ sondern  
 auf euch und ihren Sohn vorderer Ehe durch eine gerichtliche  
 Übergabe außn Todesfall gebracht und beerbet / ic. So ha-  
 ben sich auch vorgedachte ihre Stieff-Kinder des Vorkaufs dar-  
 an noch zur Zeit nicht anzumassen/ sondeen ihr werdet darben  
 billich gelassen/V. R. W.)

Item in causa heredum Georgii Reißgers zu Königsberg in  
 Schlesien/ Mensl. Decembr. Anno 1593.

In causa Georgii Sontags zu Seiffersdorff/ Mensl. Jun.  
 Anno 1595.

Et in causa Reginæ Viduz Johannis Nedels zu Halle/ Mensl  
 Febr. Anno 1601.

#### DEFINIT. XVII.

*Cessat jus protimiseos conventionale in causâ succes-  
 sionis ab intestato.*

A Lienationis vox, absolute posita, legitimam suc-  
 cessionem regulariter non comprehendit, nisi  
 hoc fiat ex speciali ratione, † odio scilicet quarun-  
 dam personarum exprimate nominatarum, l. Lucius 88.  
 §. matre. 16. ff. de legat. 2. l. si quis ita promiserit. 135. §.  
 ea lege 3. uvi Gloss. in verb. intestat. Lat. num. 14. Bar-  
 tol. num. 1. in fin. & n. 7. ff. de veru. obligat. † Quis 3  
 ergo existimaverit, jure Retractus conventionali  
 impediri successionem ab intestato: † Idque multo 4  
 minus, si in solum venditionis casum jus Protimile-  
 os alicui reservatum fuerit; Nec enim venditionis 5  
 prohibitiō ad successionem legalem ab intestato ex-  
 tendi debet; Andr. Rauchb. p. 2. quest. 14. num. 13.

Ita Domini in causa Bartholoni Glumans zu Sanger-  
 hausen/ Mensl. April. Anno 1594.

In causa Christopheri Frankens zu Leipzig/ Mensl. Jan. An-  
 no 1632.

Item in causa Andreæ Gärtners zu Leipzig/ Mensl. Jun. An-  
 no 1634.

#### DEFINIT. XVIII.

*Jus protimiseos conventionale locum non habet  
 in divisionibus.*

N Equē ad casum divisionis jus Retractus extendi  
 debet. Licet enim alicui ex pacto competat  
 jus Protimiseos, is tamen hoc jure uti non potest,  
 quando in divisione, à pluribus coheredibus facta,  
 uni ex ipsis bona adjudicata fuerint, secundum tra-  
 dita Molini. in consuet. Paris. §. 1. gloss. 9. num. 42.  
 Hartm. Pistor. obf. 138. n. 1. Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 14.  
 num. 76. † Quam tamen in ipsa etiam divisione haud  
 raro celebretur venditio, si nempe heres ultra por-  
 tionem suam, coheredum partes titulo emptionis  
 acquirat, & ita contractus venditionis in divisionem  
 incidat: † multum certè refert nosse, an contrahen-  
 tes a divisione incepissent, an vero à venditione atque  
 hoc ultimo casu jus Protimiseos locum ibi vindicare  
 putaverint; † prout in questione Laudemii distin-  
 guit Molini. in consuet. Paris. §. 33. gloss. 1. Hartm. Pi-  
 stor. dict. obf. 138. n. 4. † Considerandum namque 5  
 semper est principale propositum contrahentium l. si  
 quis nec causam 4. in pr. l. non omnis 19. ff. si cert. pet.  
 l. Arist. 18. ff. de donat:

Ita Domini in causa Wolfgangi Pestels zu Altenburg/ M.  
 Mart. Anno 1612.

Et in causa heredum Noe Bretschneiders zu Schwarzen-  
 burg/ Mensl. April. Anno 1612.

#### DEFINIT. XIX.

*Non impedit jus Protimiseos conventionale, quod mi-  
 nus emptor liberis suis rem juri Retractus subje-  
 citam vendere queat.*

- L**icet effectus juris Protomiseos conventionalis in eo potissimum consistat, ut emptor praeium hoc pacto acquisitum invito venditore, in tertium quempiam transferre nequeat, *supra Defin. 8.* Attamen hoc aliter verum non est, quam si emptor extraneo praeium vendere velit. † Alioquin, si cum filio aut liberis suis contraxerit, atque praeium vendiderit, nequit eum teneri dixerim. † Nec enim jus Retractus conventionale liberis contrahentium officit, quippe quos emptor a pacto illo Retractus excepisse, iisque potius prospexit videtur, *l. si p. etum 9. ff. de probat. l. tate pactum 40. §. 1. ff. de p. et.* Anton. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 36. defin. 21. n. 5. Jacob. Menoch. lib. 3. pres. 47. † Ut sic pactum hoc juris Retractus contra mentem emptoris, ad casum venditionis cum liberis inita haudquaquam trahere liceat: † Nec enim actus agentium ultra eorum intentionem quicquam operari debent, *l. non omnis 19. ff. de reb. Credit. l. quoties 9. ff. de hered. inst. l. multum interest 6. C. si quis alteri vel sibi. l. sive emancipa- tis 18. C. de donat.* † Nec habet vendor, quod de interpretatione sibi minus proficiunt conqueri possit: † Imputet enim sibi ipsi, quod legem contractui non dixerit apertius, verbisque disertis emptoris liberos pacto comprehendenter, *l. veteribus 39. ff. de p. et. c. contra cum 57. de reg. jur. in 6to.*

Ita Domini in causa Johannis Voigten zu Eiga / Mens. Octobr. Anno 1612. (Verba sentent. Hat euch Melchior von Schönenfeld vor sieben Jahren seine Mehli-Mühle um 350. fl. verkauft/und nachdem ihr solche Mühle antzo euren Sohne Jacob Voigten anderweit zu verkaufen bedacht / ist bentemter Schönenfeld in den Kauf zu treuen Vorhabens. Ob er nun wohl zu seinem Bechell einwendet / dass er bey Verkauffung selbiger Mühlen/auff den Fall/wann sie vor euch oder euren Erben hinwiederum verkaufft werden möchte / ihme den Vorkauff ausdrücklich vorbehalten. Dieweil aber dennoch solches nur allein von dem Fall/wenn die Mühle einem Fremden verkauft würde/zu verstehen/et. So hat auch berührtes von Schönenfeld Suchen wegen des Vorkauffs nach Gelegenheit ditsfalls nicht statt / sondern er wird damit billich abgewiesen / *V. R. W.*)

Ei in causa Paul Richters zu Jansbach / Mens. Novembr. Anno 1626.

#### DEFINIT. XX.

*Cedi potest extraneo jus protomiseos conventionale.*

- N**on certe video, cur prohiberi debeat cessio juris Retractus conventionalis; Evidem non ignoro, improbari cessionem juris Protomiseos a Dan. Moller. *bic n. 58.* † At loquitur ille de bonis avitis in familiā reservandis. † Et ipsem dixi *supr. Constit. 31. Defin. 19.* Jus illud linearium sive Protomiseos, quod liberis competit in bonis avitis, aut ex loci alicujus statuto consanguineis, extraneo cedi non posse: † Scilicet, quia jus linearium hunc in finem introductum est, ut bona in familiā conserventur, *Constit. 31. p. 2.* Quare ratio in extraneo, qui de familia non est, verificari nequit. † At cessat haec ratio in jure Protomiseos conventionali, quod vendor solo pacto sibi reservavit; Quidni ergo hoc ipsum extraneo quoque cedere poterit? † Nam omnis actio omneque jus, quod quis sibi ex speciali pacto acquisivit, in aliud per cessionem transfertur, *l. ult. C. de hered. vel act. vend. Andr. Tiraq. de Retr. §. 26. Gloss. 3. num. 1.*

Ita Domini in causa Elias Rebels zu Futterach / Mens. Aug. Anno 1627. (Verba sent. Habeat ihr euch bey Verkauffung eures Hauses den Vorkauff auf gewisse Massa vorbehalten / welches Käufchen auch also bestiebet / und mit euch solcher Gesetze

eins worden/So sendt ihr sdiches Vorkauffs-Recht einem andern und Fremden zu cediren und abzutreten wohl befugt/ *V. R. W.*)

#### DEFINIT. XXI.

*Jus protomiseos conventionale cum persona contrahentium non extinguitur, sed ad heredes transit, tam testamentarios, quam ab intestato.*

**N**on extinguitur cum persona contrahentium jus Protomiseos conventionale, sed defuncto eo, qui hoc pacto rem vendiderat, heredes ejus nihilominus hoc jure gaudent, † sicut & contra mortuo emptore, ejusdem heredes hoc pacto obstringuntur, *l. 2. C. de p. et. int. empt. & vendit. Dan. Moller. bic n. 33. & seqq. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 21. num. 1.* † Etenim pactum juris Protomiseos rem quidem ipsam non afficit, attamen actionem personalem producit, quae in heredes transit, *l. 1. §. si heres 16. ff. ad SCum Trebell. l. ult. §. fin. ff. de contr. empe. Bartol. in l. 1. ff. de donat. Anton. Gometz. tom. 2. var. resolut. c. 2. tit. ne empt. vendit. n. 29.* † Nam & alias pacta tam acti- ve quam passivæ ad heredes non solum ab intestato, sed & testamentarios transiunt, etiam si de illis nulla mentio facta fuerit *l. ex contractibus 49. ff. de O. & A. l. heredum 59. l. hereditas 62. l. quod ipsi 143. ff. de Reg. Jur. l. 1. C. de hered. act. l. heres 22. ff. de usu cap.*

Ita Domini in causa Hansen Ungers Eheweib zu Nöckig/ Mens. Sept. Anno 1603. (Verba sent. Dieweil sie aber dennoch von ermordetem ihrem Ehemanne zur Erbin aller seiner Verlassenschaft eingesezt/sich auch derselben angemahst/et. So ist sie als Erbin ihres Mannes Verpflichtung vachzukommen/ und wann sie überhaupten Acker verkauft/ mehrerwehrtem Gerlachen den Vorkauff daran zu verstatthen schuldig/ *V. R. W.*)

Item in causa Wolff Heinrich Preussers zu Leipzig / Mens. August. Anno 1630.

Ei in causa Jeremias Steinbocks zu Borna/Mens. Sept. Anno 1636.

#### DEFINIT. XXII.

*Pacto juris protomiseos non tenetur vidua, cui ex Statuto certa bonorum portio defertur.*

**L**icet pactum juris Protomiseos non solum perso- nam emptoris respiciat, sed & ejusdem heredes omnes complectatur, *Definit. preced.* † Attamen ad maritum aliamvè personam, cui ex statuto certa bonorum portio defertur, hoc trahi non debet, ut demonstrat Hartm. Pistor. *p. 1. qu. 3. num. 6. & seqq.* † Quare, si vidua defuncto marito ex ejusdem bonis fundum, Retractui conventionali subjectum, jure portionis statutarizæ assecuta fuerit, pacto illi juris protomiseos haudquaque est obstricta. † Sed pro lubitu, quando & cui voluerit, fundum vendere potest. † Nec enim jure hereditario vidua ex bonis prædefuncti mariti portionem capit, sed jure statutario, quare necheres mariti propriæ appellatur potest, *Modest. Pistor. p. 1. quest. 3. num. 12.* † pet- inde ut nec vice versa maritus, qui ex statuti dispositione certam partem ex bonis uxoris defunctæ lucratur, heredis instar obtinet, neque lucrum illud de hereditate uxoris esse dicitur, *Jason. in l. si arro- gator. 22. col. 8. de adopt. Hartm. Pistor. dist. q. 21. n. 8. Roll. à Vall. in tract. de lucr. dotis quest. 90.*

Ita Domini in causa Galle Richters zu Stammels / Mens. September. Anno 1582.

## CONSTITUTIO XXXIII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Was der / so den Vorkauf hat / vor  
ein Kaufgeld geben soll ?

**N**eben auch diese Frage disputiert worden / ob es gnug sey / dass falls das Kauff-Geld nach dem rechten Werth des Guts zu zahlen / oder ob so viel darum erlegt werden soll / als von einem andern licitatore auff solch Gut gesetzet wird ; So haben doch unsere Verordnete darauff geschlossen / dass der welchem der Vorkauf gebühret / nicht allein justum pretium, sondern so viel / als der Verkäufer von einem andern darum haben kan, zahlen und erlegen soll / Es wäre dann Sache / dass betrüglicher Weise einen umzuführen / oder von dem Vorkauf mit grossem Aufsatz abgeschrecken/ gehandelt / oder wäre durch vorgehende pacta verglichen / wasser Gestalt es guss solchen Fall erkauft; werden solte / dabey wir es auch bewenden lassen.

Premium, retrahere volens, quale solvere debeat ?



Uamvis & hæc quæstio dubio non caruerit, satisne esset, si retrahere volens justum rei pretium solveret, an verò tantum solvendum esset, quantum alias

licitator offerret: hoc posterius tamen Deputati nostri tenendum putarunt, nisi forte dolo licitatem illum agere, & animo alterum deterrendi tantum offerre appareret, vel quid aliud de pretio à retrahente numerando conventum esset, quam sententiam & nos probamus.

von dem Vorkauf mit grossem Aufsatz abgeschrecken/ gehandelt / oder wäre durch vorgehende pacta verglichen / wasser Gestalt es guss solchen Fall erkauft; werden solte / dabey wir es auch bewenden lassen.

## DEFINITIONES.

1. Retrabens majus premium, ab alio licitatore obtatum, solvere tenetur; & quodnam hoc sit?
2. Dolosus licitator majus quo premium offerendo, prejudicare nequit retrabenti, idque ne faciat, quandoque juramento suo purgare se debet.
3. In concursu Creditorum res subjecta retrahendi, quanti plurimi valet sub hasta vendi debet, licet de prelio certo in pacto retractus conventum fuerit.
4. Ad exercendum jus protimiseos nemo admittitur, antequam premium in parata pecunia solverit.
5. Retrabens bona vendita, illud ipsum premium, quod emitor re vera solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfecta jam venditioni accessit.
6. Retrabens premium restituere debet etiam quarto possessori, licet ex causa lucrativa rem teneat.
7. Redimens rem venditam jure protimiseos, iisdem gaudet dilationibus & induciis, quales emitori ante venditor indulserat.
8. Retrabens emitori laudemium, omneque id, quod emtionis causa erogatum est, restituere tenetur.
9. Quantum intersit, an venditio fiat ad mensuram; an verò ad corpus?
10. Venditio ad corpus contrahitur, si prius fiat mentis corporis, deinde mensurae ante fundi confines.
11. Intelligitur venditio facta ad mensuram; quando verbis praecisis ad mensuram est restricta.
12. Quando dicatur Emptio Venditio in scriptis celebrata?
13. Venditio semel perfecta, subsistit sine scriptis, etiam si postea de instrumento confiendo dictum fuerit.
14. Venditione perfecta, emtor invito venditore, ne quidem amissione arriba, ac solutione multe pænitentialis, (des Neukauffs) à contractu resistire potest.
15. Quando per traditionem instrumenti possesso transferatur?
16. Ex causa necessitatis, propter bonum publicum, ut subditus bona sua justo prelio vendat, benè cogi potest.
17. Per contractum posteriorum quando à priore recesum videatur.
18. Vendito fundo cum iuribus & pertinentiis, quando venditor tradere tenetur instrumenta authenticata?
19. Fundo vendito, censemur quoque venditum sterculinum, agri stercorandi causâ comparatum; secus vendendi causa factum.
20. Vendit à domo cum omnibus instructis (so genteled und Magelfest ist) quenam hoc nomine continetur?
21. Maritus, in venditione bonorum uxori sue prospiciens, an & posteriori conjugi secundi matrimonii prospexisse censemur.
22. Venditor, post diem, commissorie Legi preficitum partem prelii accipiens, Legi commissorie renunciasse censemur.
23. In permutatione ante traditionem factam pænitere licet.
24. Ex placito permutationis, etiam secundum traditione, nulla actio nascitur adversus tertium possessorum.
25. Conventio in favorem tertii facta, quando revocari possit?
26. Regulariter nemo alteri, nec mater filia, stipulari potest.
27. Subsistit quidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interficit, sed nulla inde actio terrore acquiretur:

## DEFINIT. I.

Retrabens majus premium, ab alio licitatore obtatum, solvere tenetur, & quodnam hoc sit?

<sup>1</sup> **E**T si alias juris expediti non sit, qualenam premium is, qui jure. Protimiseos utitur, solvere tenetur, ut videre est apud Jason. in l. qui Roma 122. §. 3. num. 23. ff. de V. O. Andr. Tiraquell. de Retract. §. 2. gloss. 18. Berlich. p. 2. concl. 4. n. 2. & seqq. † Atta-

men in foro Saxonico res ita est decisa, ut qui rem venditam retrahere cupit, non modò justum ejus premium, sed & majus, tantumque solvere debeat; quantum ab alio consequi venditor possit, b. Const. 33. vers. Nicht all. in justum premium, &c. ubi Möller. num. 1. † Majus tamen premium hoc in casu non estimatur ex sola quantitate, sed ex aliis etiam qualitatibus, putâ si minus premium, attamen in parata pecunia offeratur, quod prævalet majori summa, di-

- stinctis terminis atq; temporibus solvendæ, Berlich.  
**4** *dicit. concl. 41. n. 12.* † Aut si majorem pecuniam sumam offerens, pronus aut facilis non sit ad solutionem, cui videtur præferendus consanguineus offerens etiam minus pretium, si paratior sit ad solutionem, Bartol. in *I. si tempora 4. n. 4. C. de fid. & jur. b. ast. fisc. lib. 10.* † Planè, si bona jam vendita aut alienata fuerint, Retrahens in casu, quo alienatio jure reseindi potest, *supr. Const. 52. Definit. 10. 11. & 12.* illud ipsum pretium restituere debet, quod extraneus jam exsolvit, aut solvere promisit, Andr. Gail. *lib. 2. obs. 19. n. 7.*

Ita Domini in causa Andreæ Möckels zu Döberenz / Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Ist euch an Esaiä Schlegels Wohnhaus der Vorlauff zuständig/ da ihr euch nun dessen zu gebrauchen gemeynet/ so seyd ihr eben das Rauffgeld/ so albereit von izigem Käufer darauff ausgezahlet/ oder da der Kauf noch nicht gemacht/ so viel ein ander davor geben möchte/ abzustatten schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. II.

*Dolosus licitator majus equo pretium offerendo, præjudicare nequit retrabenti, idque ne faciat, quandocunque juramento suo purgare se debet.*

- 1** *Asque dubio Retrahens pretium, ab extraneo licitatore oblatum, tum demum solvere obstrictus est, quando sincerè res agitur: † Secùsi dolus interveniat, & vendor animosiorum submittat licitatem, in hunc finem, ut retrahentem ab emptione deterreret: † Nec enim fraus alterius retrahenti in jure Protimiseos quicquam præjudicare debet, b. Const. 33. vers. Es wäre dann Sache/ daß betrüglicher Weise/ ic. Joh. Köpp. decis. 52. n. 18. Matth. de Afflict. in tract. de jur. Protim. §. 4. n. 2. & seq.*

Ita Domini in causa Joachimi Müllers/ Quæstoris Zwickiensis, Mens. Julio, Anno 1599. (Verba sent. So wird Käufer von solchem Kauf billich abgewiesen/ und ist Rebener dem nach einen andern unverdächtigen Käufer/ welcher ohne Betrug ein gewis. Kauf-Geld aufs obberührtes Stück-Gut setzt/ vorzustellen/ und alsdenn euch den Vorlauff daran zu erstatten schuldig/B. R. W.)

- 4** *† Quo in casu fraus præsumptionibus & conjecturis probari potest, veluti si licitator plus offerens dicat, rem sibi pro parte esse venditam, & pro parte donatam, de quibus vid. Matth. de Afflict. dict. loc. & Nicol. Boët. decis. 143. † Existimaverim certè, ad fraudis suspicionem evitandam, Emptorem animosum majus pretium offerentem jurare teneri, se non dolosè ad excludendum consanguineum, aliumve, cui jus Protimiseos competit, majus pretium offerre, cum Matth. de Afflict. dict. §. 4. n. 4. Andr. Gail. lib. 2. observ. 19. n. 10.*

Ita Domini in causa Andreæ Möckels zu Doberenz / Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sent. Es wäre dann/ daß der angegebene Käufer zu dem Ende ein gar hohes Rauffgeld geboten/ daß er euch betrüglicher Weise um den Vorlauff bringen möchte/ solches könnte euch zu Nachtheil nicht gereichen/ und wäre auch wohlgedachter Käufer/wann Verdacht wider ihm verhanden/sich deswegen eydlichen zu purgiren schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. III.

*In concursu Creditorum res subjecta retractui, quanti plurimi valet, sub basta vendi debet, licet de pretio certo in pacto retractus convenutum fuerit.*

- 1** *Non tamen semper retrahens, etiamsi res sincerè agatur, pretium, quod ab alio consequi vendor posset, solvere tenebitur: Quid enim si pacto juris proximis certum pretium denominatum, de eo que conventionum fuerit? † Tum certè conventione standardum erit, nec majus pretium solvere Retrahens obstrictus est, b. Const. 33. vers. Oder wäre durch vorhergehende Pacts verglichen/ic. † Quod ipsum tamen*

non extendi velim ad casum, quo vendor obstratus existit, pluresque concurrent Creditores, ita ut bona debitoris publicè sub hastâ distrahendo veniant: † Etsi enim concesserim, in emptione Rei juri Protimiseos subjectæ, hoc etiam casu, præferendum esse aliis licitatoribus eum, cui ex pacto jus Retractus competit, ne prorsus hoc pactum inutile existat, l. pactsa conventiona 72. ff. de contr. empt. † per id tamen Creditoribus præjudicari non debet, quod certè fieret, si minus solveretur pretium, quam alius quispiam licitator offert. † Nec enim negari potest, Creditoribus bona debitoris aliquo modo esse obligata arg. l. 1. §. 1. & 2. ff. de separat. † ut vel propterea Retrahens de jure suo cum reliquis Creditoribus disceptare, seque concursui immiscere debeat, juxta tradita in casu simili ab Anton. Fab. in Codic. lib. 7. tit. 32. defin. 16. † Quo facto, bona tanti vendi deberi, quanti publicè distrahi possunt, quis inficias ibit? arg. l. ait. Prætor. 7. §. quæstum 8. ff. de minor.

Ita Domini in causa Pauli Voigten zu Eßchernitz / Mens. Jul. Anno 1630. (Verba sent. Ob er nun wohl solches Gut wiederum zu verkauffen gemeynet/ dannenhero ihr euch eures ausgedingten Vorlauff. Rechts um die Rauff-Summa zu gebrauchen vorhabens seyd. Dieweil aber dennoch euer Bruder die Zeit über/ als er gedachtes Gut besessen/ in ziemliche Schulden geraben/ also daß sich ein concursus Creditorum er-eignet/ und dieselbe/ wenn euch solches Gut um die gesetzte Rauff-Summa die 1600. fl. wieder gelassen werden müste/vollständig nicht befriediger werden könnte/ic. So mag euch auch/denen Gläubigern zum Nachtheil/mehrrewehnnes Gut um die 1600. fl. nicht überlassen werden/sondern wann ihr es an euch zu bringen gemeynet/send ihr dasjenige/so ein Fremder dafür zu geben erbötig/auch zu entrichten pflichtig/B. R. W.)

Et in causa Christophori Höfers zu Richteritz / Mens. Aug. Anno 1609.

Item in causa Pauli Voigten zu Hochweissenthal / Mens. Jan. Anno 1609.

Et in causa der Bretschneiderischen Erben zu Schwarzenberg/Mens. April. Anno 1612.

#### DEFINIT. IV.

*Ad exercendum jus protimiseos nemo admittitur, antequam pretium in parata pecunia solverit.*

**N**on sufficit de vero rei pretio constare, nisi & illud statim offeratur, adeò, ut Retrahens præcisè in pecuniâ parata id solvere necesse habeat, b. Const. 33. verb. Zahlen und erlegen soll/ ic. Nec sufficit dari pignora vel fidejussiores, quantumvis idoneos: † Sed omnino pecuniam, quam dedit emtor, retrahens restituere cogitur, arg. l. 4. §. ait. prætor. 3. ff. de rejudic. ubi condemnatus solvere non liberatur, dando idoneos expromissores, l. quod si non solvere 10. ff. de pign. alt. l. item liberatur 6. §. quia paratus 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. l. promissor. 21. §. ult. ff. de const. pecun. Andr. Tiraquell. de retract. §. 3. gloss. 3. num. 14. & scqq. Hart. Pist. part. 2. quest. 12. n. 6.

Ita Domini in causa Centur. à Miltitzens zu Siebeneichen / Mens. Aug. Anno 1603. (Verba sent. Habt ihr euch bey dem Käufer oberwehntes Gutes zur Nähergeltung desselben angegeben/ und zu Erstattung des Rauffgeldes gegen ihm anerboten/ solches aber würcklichen nicht ausgezahlet/noch Gerichtlichen hinterlegt/ ic. So ist solches blosses Erbieten d'falls nicht gnugsam/B. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Retrahens bona vendita, illud ipsum pretium, quod emtor reverâ solvit, restituere tenetur, non etiam supplementum, quod perfecta jam venditioni accessit.*

**E**tsi alioquin regulariter pretia rerum non ex affectione singulorum constituantur, l. pretiaria rum 63. ff. ad Leg. Falcid. l. si servum 33. ff. ad Leg. Aquil. † Sed potius communis estimatione, quantisci licet

licet res in loco publico vendi posset, c. ult. ext. de  
empt. vendit. b. Const. 33. † Attamen circa materi-  
am juris Protimiseos, venditione jam contracta, id  
solummodo consideratur pretium, quod emptor de-  
derit, vel saltem promiserit, idque retrahens, si bo-  
na vendita jure Protimiseos recuperare velit, resti-  
tuere tenetur, Vid. supr. Defin. 1. in fin. Hartm. Pistr.  
part. 2. quest. 12. num. 9. † Ex quo fit manifestum,  
si quis alicui rem subjectam juri Retractus vendide-  
rit centum, & id, quod pluris valet, ei donaverit.,  
Retrahentem non nisi ad refusionem pretii soluti,  
centum scilicet, obstrictum esse, Andr. Tiraquell. de  
Retr. §. 1. gloss. 18. num. 11. Nicol. Boer. decis. 143. n. 1.  
† Nisi forsan vendor verum rei venditae valorem  
exacte sciens, id, quod pluris est, tanquam partem  
pretii donaverit, † Quo certe casu Retrahens non  
admittitur, nisi simul donatum restituat, Tiraquell.  
diss. loc. num. 14. Matth. Berlich. part. 2. concl. 41. n.  
15. † Quid autem, si emptor post primum contra-  
ctum perfectum, pretium in ipsa venditione appo-  
situm atque solutum, tanquam id non satis justum  
fuisse, augeat & suppleat, num retrahens ad refusio-  
nem quoque supplementi obligatus erit? † Non certe;  
quia pretio soluto perfecta existit emtio, quae infecta  
fieri aut immutari nequit, ex additione supplemen-  
ti, l. si quam rem 2. sub fin. ff. de rescind. vendit. † Id-  
eoque quod contractui jam perfecto accedit, censem-  
tur cum eo esse diversa natura l. qui fundum 7. §. 1.  
ff. pro empt. Andr. Tiraquell. diss. gloss. 18. n. 50. &  
seqq. Dan. Moller. b. c. n. 3. † Quod ipsum tamen  
cum micâ salis accipi velim, nisi scilicet supplementum  
in continent, omnibus adhuc rebus integris ae  
pretio nondum soluto, fuerit adjectum; Tum nam-  
que à priori contractu recessum & nova emptio in-  
tervenisse videtur: Quare meritò retrahens illud ad-  
ditamentum pretii restituere debet, d. l. 2. ff. de re-  
scind. vendit. l. pacta conventa 72. pr. vers. an idem  
dici possit ff. de contr. empt. † Nam quæ in conti-  
nenti fiunt, ipso contractui inesse censemur, l. 7. §.  
quinto 5. & §. seq. ff. de pact. Tiraquell. diss. loc.  
Berlich. diss. concl. 41. n. 39.

Ita Domini in causa Matthäi Gribbachs zu Freyberg / M.  
Decembr. Anno 1629. ( Verba sentent. Inglichen was Käu-  
fer über die gesagte Kaufsumma / nachmals da der Contract  
schon geschlossen / und das Kaufgeld gezahlt gewesen / Verkäu-  
fern aus gutem Willen ferner erlegt / sendt ihr ihm zu erstatten  
nicht verbunden / V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

Retrahens pretium restituere debet etiam quarto pos-  
sessori, licet is ex causa lucrativâ rem  
teneat.

Reservata alicui hypothecâ super iuste Protimiseo-  
sos, dubium non est, quin is aduersus tertium &  
quartum etiam possessorem agere, ab eoque bona re-  
trahere queat, supr. Const. 32. Defin. 11. restituto ta-  
men pretio, † eo minime, quo primum, neglecto  
jure Retractus, res vendita fuit. Etenim, si emptor  
rem sibi venditam rursus alii, ac quarto possessori,  
sed longè pluris vendat, † Retrahens non protium  
illud majus secundæ venditionis, sed quod in primâ  
venditione solutum fuit, restituere tenebitur. † Nec  
datnum inde sentiet secundus emptor, quia actionem  
habet ex empte aduersus suum venditorem pro  
evictione & restitutione pretii, l. 19. §. si is qui emar.  
g. ff. de capt. & postl. revers. Andr. Tiraq. de Retr. §. 12.  
gloss. 1. n. 6. Berlich. part. 2. concl. 41. n. 23. † ubi n. 24:  
& 25: porro decidit, quid retrahens solvere debeat,  
si secundus emptor minoris emerit. † Quin & licet  
primus emptor rem ejusmodi alii ac quarto possesso-  
ri donaverit, nihilominus Retrahens pretium, quod

primus emptor dedit, donatario restituere tenetur :  
† Siquidem emptor jus atque commodum, quod in  
eâ re habuit, illi donasse censemur, juxta tradita Bald.  
in l. sive vel metu 3. C. de bis que vi met. caus. num. 6.  
Andr. Tiraq. diss. gloss. 1. n. 20. in med.

Ita Domini in causa Sebald Schneiders zu Quedlinburg / Mensis  
Majo, Anno 1627. ( Verba sentent. Hat Hans Feuerlohe seit  
Wohnhaus daselbst / daran euch vermöge einer soaderbaren  
Vergleichung und vorbehaltener hypothec, die Nähergeltung  
zuständig / Hansen Rammeln vor und um 600. fl. v. i. kaufft/  
welcher solches Haus hernach Jeremias Schwendern geschen-  
det und eingerückmet. Da ihr nun gedachtet Schwendern/  
als lezigen Besigern / das Kauf-Geld / so Hans Rammel dafür  
geben / entrichten würdet / immassen euch zu thun oblieget / so  
wäre Schwender euch solches Haus / vermöge eurer vorbehalt-  
enen Nähergeltung / abzutreten schuldig / V. R. W. )

#### DEFINIT. VII.

Redimens rem venditam jure protimiseos, iisdem gesta  
dilationibus & induciis, quales emptori an-  
teà vendor indulserat.

V Enditâ re aliquâ juri Protimileos subjectâ, si so-  
lutio pretii fuerit in diem aut distinctis termi-  
nis facta vel promissa, quiss. Lagezeiten / tūm retrahen-  
tem haud cogi solvere paratam pecuniam, † sed illi  
eadem dilationes ac conditiones, quas Emptor ha-  
buit, in exsolvendo pretio concedendas esse, multis  
argumentis probat Andr. Tiraq. de Retr. §. 1. gloss. 18.  
n. 34. † Quam sententiam etiam tuetur, ac Repon  
so Scabinorum Lipsiensium confirmat Hartm. Pistr.  
obser. 17. † Eamque ceu indubitatam prolixiore du-  
bitatione non egere, putat Matth. Welenb. const. 63.  
q. 5. num. 76. & seqq. Existimaverim certe, † hanc  
ipsum sententiam haud obscurè vel ex eo solum pro-  
bari, quod 4. Constit. 33. idem pretium, quod alias  
licitator offert, retrahentem solvere jubeat: † Cui  
consequens est, iisdem quoque induciis atque dilata-  
tionibus, quales emptor antea habuit, retrahentem  
gaudere, cum mora solvendi sit quasi deminutio  
quædam pretii, l. circa legem 66. ff. ad Leg. Falcid.

Ita Domini in causa Simon Rüdigers zu Würen / Mens. Aug.  
Anno 1628. ( Verba sentent. Ist von eurem Schwager ein Acker/  
daran ihr den Vorlauf habt / Melchior Langen für und um 120:  
fl. jedoch auf gewisse Tagezeiten zu bezahlen / verkauft worden/  
welchen Acker ihr / vermöge der euch zu zuschenden Nähergeltung/  
an euch zu lösen bedacht seyd. Da ihr nun in den gemachten  
Kauf treten / und die Kauf-Summa auf die bestimmte Tagezei-  
ten zahlen wollet / So wird euch vorbereiteter Acker darum  
billig eingerückmet / und ihr möchtet die Kauf-Gelder baar und  
in einer Summa zu zahlen nicht angehalten werden / V. R. W. )

#### DEFINIT. VIII.

Retrahens emptori laudemium, omneque id, quod em-  
tionis causâ erogatum est, restituere  
tenetur.

E Ts. Retrahens pro retractu ipso Domino ad præ-  
stationem laudemii obstrictus non sit, quippe  
quod exercendo jus Protimiseos novam venditionem  
non contrahat, sed in locum primi emptoris succe-  
dat, juxta tradita Hartm. Pistor. p. 1. quest. 50. num. 22:  
23. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 3. † Attamen emto-  
ri laudemium, quod pro confirmatione venditionis  
Domino dare necesse habuit, restituere tenetur; † Sic-  
ut & omne id, quod emtionis causâ erogatum est, l.  
debet autem recipere 27. ff. de edit. edit. l. in tantum  
18. §. ult. ff. de liber. caus. l. 39. §. ult. ff. de minor.  
Joh. Köpp. decis. 52. n. 24. Andr. Tiraq. de Retr. §. 6.  
gloss. 1. n. 3. & §. 29. gloss. 4. n. 1. Moller. lib. 4. Sem.  
4. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. obser. 19. num. 8. † Nec  
habet Retrahens, quod conqueri posit, siquidem  
in locum emptoris succedit, ideoque & onera  
ejusdem suscipiat necesse est, † cum & hac ipsâ  
de causâ impensas & meliorationes necessarias ab  
em.

emperatore factas refundere cogatur, *Constit. 32. p. 2. ubi vid. Defin. 7.* † Idque Tiraq. *dict. S. 29. gloss. 4. n. 5.* cō extendit, ut, licet emptori Laudemium a Domino donatum vel remissum fuerit, hoc nihilominus à retrahente peti queat; † quoniam nemo ex alterius beneficio sibi debet commodum querere: † *Quod & placet Matth. Berlich. part. 2. concl. 41. n. 34.* ubi & Retrahentem ad restitutionem sumptuum vini moderatorum des Etchekauſſ obligatum dicit *num. 33. ex sententia Gail. & Köpp. all. loc.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ihe seyd aber Räuffern die ausgezahlte Lehnwär / und was er sonst bei Schließung des Kaufs nothwendig aufzuwenden müssen / wieder zu erstatten schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Quantum interfit, an venditio fiat ad mensuram, an vero ad corpus?*

**V**enditionis ratio hodie ubique ferè locorum duplex habetur: Quandoque enim fit ad mensuram vel quantitatem, Nach dem Anſchlag/ quando taxationis causā mensura, numerus vel pondus ex- primitur; † Quandoque vero ad corpus, überhaupt/ durch den Bogen/oder im Pausch kauffen/ si certum corpus vel species vendat, licet demonstrationis causā adjecta fuerit mensura; † *Quod vulgo dicitur aversione vendere vel emere l. qui officii 62. S. ult. ff. de contr. empt. l. 4. S. 1. & 2. ff. de per. & comm. rei vendit.* Quæ distinctione summā nititur juris ratione. † Priore siquidem casu non prius perfecta venditio videtur, quam mensura facta & probata fuerit, l. quod sepe 35. S. in his quæ pondere. 5. & seq. ff. de contr. empt. l. 1. S. 1. ff. de per. & comm. rei vendit. l. 2. Cod. eod. tit. † Ideoque & periculum rei venditæ interim ad venditionem pertinebit, nisi facta sit mora per emptorem, *dict. l. 2. C. d. t. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 21. n. 4. & 5.* † Nec plus minusve venditum intelligitur, quam quod in mensura erit, licet confines plus minusve largiantur. † Unde vel pretium augendum vel diminuendum, aut id, quod mensuram excedit, venditori restituendum, aut quod deficit, emptori supplendum erit, l. qui fundum 40. S. 2. ff. de contr. empt. l. 13. S. 14. l. 42. ff. de act. empt. l. si vi- na 15. ff. de per. & comm. rei vendit. † Videtur enim hæc venditio facta sub conditione, quæ per modi & mensura probationem impletur, *dict. l. 1. S. 1. ff. de per. & comm. rei vendit. d. l. 35. S. in his 5. ff. de contr. empt.* Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 3. n. 4. **R**auchb. *dict. quest. 21. n. 3.* † Ac casu posteriori, non ex modo vel mensurā estimatur venditio, sed ex corpore certis confinibus demonstrato, l. clavibus 74. ff. de contr. empt. d. l. 15. ff. de per. & comm. rei vendit. † Ideoque ob minorem majoremve rei venditæ mensuram & numerum, pretium neque in commodum emptoris minuendum, neque in venditoris favorem augendum esse, sed utrobique sive quid deficit, sive quid abundet, in totum damno vel lucro emptoris cedere dixerim, cum Dd. quos allegat & sequitur Rauchb. *dict. q. 21. n. 9.* † per dict. l. 40. S. 2. ff. de contr. empt. l. qui fundum. 45. ff. de evit. l. si servum 4. S. si modus 1. l. 13. S. si Titius 14. l. 43. ff. de act. empt.

Ita Domini in causa Martini Redegastis zu Luca/Mens. Jul. Anno 1628.

#### DEFINIT. X.

*Venditio ad corpus contrabitur, si prius fiat mentio corporis, deinde mensura ante fundi confines.*

**I**llud difficilius est judicare, num ad corpus, an vero ad mensuram contracta sit venditio, quum & in venditione certi corporis quandoque mensura apponatur, † non quidem taxationis, sed demonstra-

tionis causa, Andr. Rauchb. p. 1. q. 21. n. 6. † Quæ de re post alios latissime scripterunt Pinell. in 3. part. l. 2. C. de res. vendit. cap. 2. & Didac. Covarr. cap. 3. præt. quæst. † Etsi verò tota res ab arbitrio prudentis jūdiciis dependeat, tæpissimè tamen decisio à modo in-eundi venditionem peti solet, † utrum scilicet hæc à corpore, vel à mensurā ceperit, † siquidem reguliter omnes contractus æstimandi sunt ex modo in-eundi, l. si Procuratorem 8. in princ. ff. mandat. l. si tantum 12. ff. de Sclo Macedon. † Hinc quando prius facta est venditio corporis, deinde mensuræ ante fundi confines judicatos, videtur venditio facta ad corpus, ac consequenter statim perfecta intelligitur; † Et quicquid intra confines est, pro eodem pretio venditum habetur, licet minor mensura fuerit expressa secundum tradita Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 3. n. 8.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Hat euch Melchior Wiesener einen Acker/ so drei Hussen Ländes in sich begreift/ zwischen der Sonnemannin und Hansen Reibekopffs Feldern inne gelegen/ vor und um 300. fl. verkauft: Wann nun gleich solcher Acker in die vierde halb Hussen Ländes in sich halten thät/ so möchte ich doch/ weil der Kauf durch den Bogen und im Pausch geschehen/ über das gesagte Kaufgeld der 300. fl. etwas mehrers zu zahlen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Intelligitur venditio facta ad mensuram, quando verbis precisis ad mensuram est restricta.*

**N**ontamen temper venditio ad corpus facta cœtur, etiam si a corpore ceperit; *Quid enim, si post demonstratum corpus venditum fuisse ait, quantum reperiatur in tali mensura.* † Vix namque cum mensura iolum demonstrationis causā erit appolita; Sunt enim verba hæc restrictiva seu limitativa, † quæ certe definitionem inducunt, & limitativum parunt effectum l. 16. ff. de acq. rer. Dom. † Adeoque verius est, contractam videri venditionem ad mensuram, licet verborum ordo corpus ipsum prius demonstraverit; † Ordo siquidem scriptura non potest mutare ordinem juris & voluntatis, l. cum pater 77. S. fidei tua 12. ff. de legat. 2. l. nec enim 6. ff. de jut. † Quare, si prius sic in mensurā, quam verbis expressum fuerit, pro modo ejus, quod excedit, pretium arbitrio boni viri supplendum erit, secundum traditam *supr. Defn. 9.* † Libi tamē probè notari velim: l. Modici excellius rationem habendam non elie, l. scio 4. ff. de in integr. restit. l. res bona fide 5. ff. de contr. empt. † maxime si mensura fuerit expressa cum adjectione hæc (circiter vel circa, obngefehr deyläufig): ut communiter fieri solet, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 4. n. 5. & 6. II. † Si in venditione ad mensuram factā, certa mensura haud designetur, eaque diversa sit ratione divisorum locorum, insipiendam esse mensuram, quæ habetur in loco contractus, ut polt Bartol. & alios in l. semper in stipulariibus 34. ff. de Reg. Jur. tenet Hartim. Palt. obf. 36. & Octav. Cacher. decif. 14. III. Notandum est illud, † quod in venditione ad mensuram factā, mensurandi facultas perpetua sit, nec ad spacium 60. dierum restringenda, ut contra Dd. disputat. Hart. Palt. obf. 210.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Es wäre denn/ daß selbiger Acker nach dem Anschlage/ und wie viel sich der Hussen in der Abmessung befinden würden/ jede Hussen zu 100. fl. angeschlagen/ verkauft worden/ auf solchen Fall wären ihr auch den hinterstelligen halben Acker mit 50. fl. zu bezahlen schuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Quando dicatur Empio Venditio in scriptis celebra?*

**N**otissimi juris est, quod contractus emptionis bifariam celebrari soleat: sine scriptis & in scriptis,

- ptis, pr. inst. de empt. vendit. Quando vero dicatur in scriptis celebrata venditio, haud expeditum? Nam ex eo sola, quod super contractu venditionis scriptura fuerit confecta, non videtur venditio celebrata in scriptis, + quum super plenisque hodiè contractibus conficiatur instrumentum, non ut obligatio in scriptis fiat, sed tantum ut eo facilius veritas rei geste per scripturam seu instrumentum probetur, l. contrahitur 4. ff. de pignor. L. 4 ff. de fid. instr. l. cum se 5. C. de transact. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 15. defin. 23. num. 2. Bartol. in l. contractus 17. num. 1. C. de fid. instrum. ubi & Salyct. n. 9. Joh. Fab. in §. 1. in pr. inst. de empt. vendit. Joh. Schneidew. in pr. inst. cod. tit. Afl. dec. 105. in fin. + Qui contractus propterea scriptus potius, quam in scriptis vocatur ex doctrina Bald. in d. l. contractus 17. C. de fid. instr. quem allegat. Anton. Fab. dict. defin. 23. num. 5. + In scriptis vero venditio tum dicitur contracta, quando inter partes in principio statim actum est, ut inde fieret scriptura, sive hoc additum sit, ut aliter contractus non valeat, sive non, dummodo appareat de mente contrahentium, + quod noluerint obligari, priusquam scriptura perficeretur, l. contractus 17. C. de fid. instrum. Fab. & Schneidew. dict. lpc. + Nam initium cuiusque contractus & conventionis spectandum est ad dignoscendam ejus naturam & qualitatem, l. 8. in princ. ff. mandat. l. 1. §. 19. ff. deposit. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 14. n. 5. + Sola ergo voluntas in scriptis contrahendi venditionem in scriptis facit, quæ perfecta non est, priusquam instrumentum omni ex parte confirmatum & subscriptione contrahentium confirmatum fuerit, dict. l. contractus 17. C. de fid. instr. Hartman. Pistor. part. 3. q. 27. num. 22. + perinde ut in casu, quo testator voluit de testamento suo confici instrumentum, ultima ejus voluntas minus perfecta sed suspensa intelligitur, donec instrumentum confirmatum fuerit, ut firmat Oldr. cons. 119. Paris. vol. 4. cons. 146. col. 2. Socin. jun. vol. 2. cons. 189. num. 9. & aliqui citati à Gabr. de testam. concl. 9. n. 3. + In voluntatem ergo contrahentium exactè erit inquirendum, in quem finem conclusio instrumenti bene attendi debet, + quia in conclusione Retractus perfectio consistit, ut est text. in l. si voluntate 8. C. de res. vendit. Bald. in dict. l. contractus 17. C. de fid. 2. instr. Hartman. Pistor. dict. quest. 27. num. 15. + In dubio autem, si non appareat, quid actum sit, credimus, ad probationem potius, quam ad validitatem contractus interpositam fuisse Scripturam, quia venditionis contractus talis est, qui sine scriptura potest subsistere, l. 4. ff. de fid. instr. l. 4. ff. de pign. Fab. dict. tit. 15. defin. 23. n. 8.

Ita Domini in causa Johannis Albini zu Querfurt/Mens. Febr. Anno 1617. (Verba sentent. Ob wohl euer Nachbar/Hans Werder/euch seinen Garten zu Kauff angeboten / darüber auch ein schriftlicher Contrat zu Papier bracht worden; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden / daß solcher schriftlicher Contrat von beiden Thellen vollzogen worden / und gleichwohl beider Contrahenten Meinung gewesen/einen schriftlichen Kauff euzurichten / und also in scriptis zu contrahiren/uc. So mag auch berührter Kauff vor vollzogen und geschlossen nicht geachtet werden/derowegen Beväller nochmals zu paenitiren wohl befugt ist/ V. R. W.)

### DEFINIT. XIII.

*Venditio semel perfecta sufficit sine scriptis, etiam postea de instrumento confiendo dictum fuerit.*

- Communis Interpp. sententia est, quando in contractu dictum fuit à contrahentibus, de eo conficiendum esse instrumentum, quod tum, priusquam id conficiatur, contractus pro perfecto non habeat, neque etiam ex eo agi possit, ut post plurimos

Carpe. Definit. Vol. I.

Dd. quos allegat, tradit Harm. Pistor. part. 3. quest. 27. n. 22. + Scilicet, quod tum contrahentes in scriptis contrahere voluisse presumantur, ut ita ante confirmationem instrumenti non videatur perfecta venditio, secundum tradita in Desin. praeceps. + Nec enim potest dici perfectum, quodammodo superest aliquid agendum, l. pen. C. de bis quib. ut indign. hered. aufer. l. si ita fuerit 4. ff. de man. rest. l. pen. C. de edend. Welenbec. cons. 11. n. 35. vol. 1. Bald. in l. nibil 2. C. de manumiss. vindict. + Attamen hoc aliter verum non est, quam si in ipso contractu de eo fuerit actum, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 16. defin. 14. n. 4. + Secus vero, quando post contractum consensu jam perfectum, de instrumento confiendo dictum fuerit, ut post Speculat. sentit Socinus senior vol. 4. consil. 120. n. 17. & Ant. Gomez. tom. 2. var. resolut. c. 2. n. 12. + Etenim, quam tum solo consensu jam plenè & perfectè consummata est venditio, scriptura nil validitatis ulterius addit, sed solum ad probationem veritatis de confiendo instrumento contrahentes cogitasse videntur, Hartm. Pistor. dict. quest. 27. n. 24. & seqq. Anton. Fab. dict. defin. 14. n. 7.

Ita Domini in causa Michaelis Kauffmanns zu Weissenfels/Mense Mart. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun wohl darbei abgredet worden/dass der Kauff extendiret und zu Papier bracht werden solte/so aber noch zur Zeit nicht geschehen/uc. Dieweil aber dennoch damahls der Kauff an sich selbst/nach allen seen requisitis mündl. then allbereit vollzogen gewesen/ so sendt ihr demselben allerding nachzukommen schuldig/ V. R. W.)

Ei in causa Andrex Oehlis & Mariä Vidua Michaelis Wachsmanns zu Leipzig/Mense Dec. Anno 1633.

### DEFINIT. XIV.

*Venditione perfectâ, emitor invito venditore ne quidem amissione arrbe, ac solutione, mulcta paenitentialis, (des Neukauffs) à contractu reflectre potest.*

Si arrhae intervererint, aut contrahentes de certa paenitentia mulcta pacti fuerint, illarum jacturâ, vel solutione hujus, à contractu venditionis perfecto, etiam alterutro invito, discedere licere, quidam post Gloss. ad pr. Inst. de empt. vendit. opinantur, inter quos etiam est Salyct. Joh. Sichard. & Odofred. in l. contractus 17. § illud C de fid. instrum. Zaf. lib. 2. singul. resp. c. 24. Anton. Gomez. tom. 2. variar. resolut. c. 2. n. 18. + Scilicet quia arrhis intercedentibus, vel mulcta paenitentia apposita, hoc tacite agi videtur, ut, qui vult eas perdere vel duplicas reddere, queat recedere à contractu, + quod & ex dict. l. 17. in fin. C. de fid. instr. & pr. Inst. de empt. vendit. probari videtur. + Sed vel propterea hæc opinio est erronea, quod absurdum sit, ut propter arrhas, quæ plerumque in re exigua consistunt, contractus super re pretiosa & magni valoris irritetur: + Sicut & absurdum est, ut actus contrahentium, præter ipsorum intentionem, contrarium operentur effectum, + siquidem arrhae probando & confirmando contractui dari & intervenire soleant, l. quod sape 35. in pr. ff. de contr. empt. + Ex quo corruit fundamentum de tacito pacto antea prolatum, quoniam conventiones tacita radicantur in præsumpta contrahentium voluntate, propter quam lex eas fovet, iisque assilit. + Et si absque arrhis perfecta emptione, ab ea, alterutro contrahentium invito, recedere non fas est, ne quidem Principis rescripto, l. de contractu 3. l. non est probabilis & l. 7. C. de rescind. vend. l. sicut 5. C. de oblig. & action. + Multò utique minus à perfecta emptione discedere integrum erit, si non tantum nudo consensu, sed & insuper arrhae datione & conventione mulcta paenitentialis firmata fuerit; + Nam quod ad corroborandum additum est, in illius confirmationem vergere non debet, erg. l. legata innutiliter 19. in pr. ff. de legat. l. kkk k l. 19.

- 1 l. 19. ff. de instr. & instrum. legat. † Veluti ita rectissime sentiunt Matt. Welenb. in parar. ff. de contr. empt. n. 6. Joh. Harppr. ad princ. Inst. cod. tit. n. 91. Cyn. in 2 l. 17. C. de fid. inst. † At inquires, quoniam effectus erit arbarum ac multa penitentia, des Neukauffs?
- 3 † Scilicet I. ut emptione nondum perfecta, emptor nolens adimplere & perficere, amittat arrhas iam datus, vel multam poenitentiae, den Neukauff/ solvere cogatur. † Ita nempe de contractu nondum perfecto exaudiendi sunt textus in dict. l. 17. C. de fid. instrum. & pr. Inst. de empt. vend. ut demonstrant Welenb. & Harppr ex ipsis textuum verbis. † Licet enim non videatur amittere arrhas vel solvere, den Neukauff/ qui tractationem institutam abrumpit, attamen nihil absurdum est, aliquando & hoc casu arrhas dari, & eas perdere, qui à pollicitatione, in quam 1 Galter nondum absolutè consensit, recedit, † quem causum in terminis ponit, Godofr. in l. 17. C. de contr. empt. Deinde habebit datio arrharum vel appositi mulctae poenitentialis, des Neukauffs / suum effectum,
- 4 l. 17. Vel eo solummodo in casu, quando pars altera ultrò lucro hujus mulctae vel arrharum contenta, actionem ex contractu omittit & remittit, † quod non obscurè sentit Bartol. in dict. l. 17. S. illud & expressius ibid. Cyn. n. 11. Cod. de fid. instrum.

Ita Domini in causa Andrex Kregschmars zu Ebenweda/ Mense Mayo, Anno 1622. (Verba sentent. Ob nun wohl in solcher Handlung 100. Gl. zum Neukauff verwilliget/der Kauf auch noch zur Zeit nicht gerichtlichen ratificaret worden. Dieweil aber dennoch solcher Kauf einmahl richtig geschlossen/ (in welchem Fall der bedingte Neukauff anderer Gestalt keine Würkung hat/ als wosfern einer oder der andre Contrahent mit Beliebung unEinwilligung des andern Theils poenitit/it. So bleibt es auch bey angeregtem Kaufe billich/und es mag derselbe vom Gegenheil wider euren Willen nicht hinterzogen werden/ V. R. W.)

It. in causa Annæ Conjugis Benedicti Müllers zu Adorff/ Mens. Mart. Anno 1622. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl des Neukauff/ als 10. gute Schöck/und der Gemeine ein Fäß Bier zu geben/und von dem einmahl geschlossenen Kauf wieder abzutrennen bedacht seyd/it. So mögen doch Verkäufere solches einzugehen/und von dem einmahl geschlossenen Contract abweichen wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

Item in causa Eliz Drechters zu Pausa/Mense Septemb. Anno 1630.

It. in causa M. Johannis Rhenii zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1632.

Et in causa Melchioris Rogens zu Dresden/Mens. Octobr. Anno 1612.

#### DEFINIT. XV.

*Quando per traditionem instrumenti possessio transferatur?*

- 1 R E una duobus ab eodem venditâ, potior est is, cui primo est tradita, l. quoties 15. ubi Dd. C. de Re vindicat. † Et Jason. ibid. n. 14. firmat, hoc etiam tûm procedere, quando possessio saltem per actum factum est translata, putâ per constitutum; quod & tenet Rol. à Vall. vol. 1. conf. 19. num. 25. † Quid autem si per instrumenti traditionem? Sane per hanc æque possessio ac Dominium transfertur l. 1. C. de donat. l. Mevia 49. ff. solut. matr. l. 44. S. cum qui 5. ff. de legat. i. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 3. defin. 6. n. 6. † Quidni ergo traditione instrumenti possessionem adeptus præferetur illi, qui postea realem possessiōnem nactus est? Hartm. Pistor. obs. 31. † Non tam indifferenter de cujusque instrumenti traditione hoc accipi velim, sicuti nec de instrumento contractus inter tradentem & eum, cui instrumentum traditur, celebrati. † Per hoc siquidem possessio non transfertur, nisi vel in ipso fundo vel in conspectu eius traditio fiat, l. pradia 48. ff. de acq. poss. l. 2. C. cod. tit. 7. † Sed tûm demum facta traditio efficax est ad translationem possessionis, quando traditur instru-

mentum continens jus vel titulum venditoris, illum nempe contractum, per quem ipse rem venditam acquisiverit ab autore suo, dict. l. 1. C. de donat. Hartm. Pistor. dict. obs. 31. n. 8.

Ita Domini in causa VValther Leonhards zu Amsterdam/ Mense Decembr. Anno 1623. (Verba sentent. Ob nun wohl als gedachter Coquell fallen worden/ etliche Kaufleute zu benannten Gute Arest gesucht/it. Dieweil aber dennoch bemeldete traditio des Instruments über den Kauf/dadurch der Schuldner solche Güter erlanget/noch für dem Fallment geschehen/ wodurch ihr alsbald solcher Güter Possessus und Eigenthum erlanget/it. Als mögen auch überwehnte Areste euch zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ sondern es werden euch vorbehaltete Güter/als euer Eigenthum/billich gelassen/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Ex causa necessitatis proper bonum publicum, ut subditus bona sua justo pretio vendat, bene cogi possit.*

L ibero ac mutuo contrahentium consensu Emplio-venditio perficitur, pr. & §. 1. Inst. de obligat. qua cons. perf. l. 9. in pr. ff. de contr. empt. † Cui conseqens est, neminem invitum cogi posse remvendere aut emere, ne quidem à Magistratu ac Principe, l. nec quasi publicianam 70. ff. de R. V. l. 9. ff. de act. rer. amotar. l. id quod nostrum 11. ff. de Reg. jur. l. invitum 11. l. in vendentis 13. l. dudum 14. C. de contr. empt. l. invitatos 11. C. de locat. l. nec emere 16. C. de jur. deliber. † Nec enim Principi subditorum jura inverttere aut lädere licet l. 2. §. merito 10. & §. si quis à Principe 16. ff. Ne quid in loc. publ. l. 4. C. de emanc. liber. Anton. Fab. in Codic. lib. 6. tit. 5. defin. 2. num. 21. Joh. Harppr. in pr. inst. de empt. vend. n. 109. & seqq. ubi hoc ipsum latius persegitur, & ad contraria respondet. † Excipitur tamen casus necessitatis & causa boni publici, quod tanti estimandum, ut subditus quivis illud potius promovere, quam lucrum querere debeat, Andr. Gail. lib. 2. obs. 56. n. 1. & seqq. † Quamvis & hoc non aliter accipi velim, quam si justum ei refundatur pretium. † Nam æquitatis, rationis & justitiae consentaneum est, ne subditus absque sua culpa pretio careat, l. venditor 13. S. si constat. 1. ff. comm. pred. l. 2. C. in quib. caus. serv. pro prem. libert. Felin. in cap. inter quatuor 8. n. 6. extr. de major. & obedient. Vasq. Illustr. conterop. lib. 1. cap. 5. n. 9. Andr. Gail. dict. obs. 56. n. 8. & seqq. Eneack. lib. 3. de privil. c. 6. num. 27. & seqq. Mynsing. cent. 5. obs. 27. Anton. Gomez. lib. 2. variar. resolut. cap. 2. num. 51. Petr. Gregor. Tholos. in Syntag. jur. lib. 36. cap. 30. n. 4. 10. & seqq. Fabian. de Mdn. in tract. de empt. vend. 3. q. princ. n. 40.

Ita Domini in causa Hansen Krauschwicens und des Reichs zu Reichenbach/M. Mart. A. 1629. (Verba sentent. So wåret ihr wegen gemeiner Stadt Wohlfarth/ Nutz und Nothwendigkeit des Mahlens/ die Wiesen/wosfern Hans Krauschwitz euer Unterthaner/ von ihm zu kaufen wohl befugt/ er auch dieselbe dem gemeinen Stadtwesen zum Besten/ damit gleichwohl des Mahlens nicht verhindert noch aufgehalten werde/ um ein rechtmäßiges Kaufgeld zu überlassen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XVII.

*Per contractum posteriorem quando à priore recesum videatur?*

R egulariter quidem pacta posteriora derogant prioribus, l. pacta novissima 12. ubi Dd. C. de pact. l. si unus. 27. §. pactus ne peteret 2. ff. cod. tit. l. 60. §. 6. ff. locat. † Attamen hoc verum est solummodo in contractibus invicem pugnantibus, qui simul subsistere nequeunt; † Secus vero in contractibus & pactis, quæ se mutuo compatiuntur, Dec. in l. in omnibus 90. ff. de reg. jur. Nam si ambo consistere possunt, tunc primæ conventioni nunquam easletur derogatum per pactum posterius, † nisi quatenus hoc

hoc expressum reperiatur, arg. l. ult. C. de novat. l. præ-

sum 32. C. de appellat. Hartm. Pistor. obser. 121. n. 9.

† Quin potius posterior conventio à priore inter-  
pretationem recipit, usque cōd., ut omnes qualitates  
primi contractus in secundo repetitæ censeantur, l.  
fin. ff. de rebus dub. l. Titia 134. S. idem respondit 2. l. qui  
sic stipulatur 47. ff. de V.O. l. 38. S. ult. ff. de act. empt.

6 † Idque maximè verum est, quando contrahentes in  
posteriore contractu sese ad priorem referunt, putā  
7 per verba (suxta tenorem nach Innhalt/ sc.) † quæ  
relatio certum præbet argumentum, præcedentem  
contractum non penitus esse sublatum, Bart. Jas. &  
Dd. in l. juris gentium 7. S. adeo 6. ff. de pass. Hartm.  
Pist. dict. obser. 121. n. 20.

In tractatum in causa Andreæ Oehls & Viduæ Michaelis  
Wachsmans zu Leipzig/Mense Decembr. Anno 1633.

### DEFINIT. XVIII.

*Vendito fundo cum juribus & pertinentiis, quando  
renditor tradere teneatur instrumenta au-  
thentica?*

- 1 Vendito fundo cum juribus ejus & pertinentiis,  
sapè dubitatur in uno vel alio casu, quidnam sub  
pertinentiis comprehendatur, horumque nomine  
2 venditum censeatur? † Ita enim de instrumentis li-  
terarum ad fundum pertinentibus disceptari solet:  
3 Eaque venditorem tradere non teneri. † Sed suffice-  
re emptori Authentica instrumenta, per quæ fundi  
jura declarantur, ostendi, eique copiam describendi il-  
la præstari, probat text. in l. Titius heres 48. ff. de act.  
empt. ubi Gloss. l. cetera itaq. 4. §. 3. vers. Nam & La-  
beo scribit ff. famil. hercif. l. instrumenta 24. in fin. C.  
de fideic. l. Creditor 52. ubi Bart. ff. de act. empt. Matth.  
Col. part. 2. decis. 224. n. 1. Joh. Schneidew. in h. actio-  
num 28. sub rubr. Inst. de act. ex emplo n. 39. Inst. de A-  
ction. † Quod ipsum tamen ad eum solummodo  
casum videtur restringendum, quo Venditoris inter-  
est, habere originalia, putā, quia tenetur de periculo  
5 Evictionis. † Alioquin, si causam retinendi instru-  
menta venditor non habeat, cogetur omnino trade-  
re instrumenta originalia cum ipso fundo: † Debent  
6 enim instrumenta esse apud eum, ad quem pertinent,  
l. si quis ex argentariis 6. S. 5. vers. pertinere ff. de edend.  
maximè quia fundus fuit venditus cum pertinentiis,  
Salyct. in d. l. instrumenta 24. ubi & Bart. n. 1. C. de  
fideicom.

Ita Domini in causa Caspari Klebers zu Hollstädt/ Mense  
Octobr. Anno 1629. ( Verba sentent. Habt ihr Hansen Erba-  
chen euer Gut daselbst/ mit allen Gerechtigkeiten und Zuge-  
hörungen/ mit einer gewissen Summa Geldes häufiglich zuge-  
schlagen/ sc. So seyß ihr ihm auch die instrumenta Originalia  
und briefliche Urkunden/ so dazu gehören/ auszuantworten  
schuldig/ Es wäre denn/ daß ihr der Gewehr halben verbunden/  
und dannenhero bemeldet/ Urkunden nochmals benötiget  
wären/ auf solchen Fall stelle sich Käufer an derselben Abschriften  
und Copien billich begnügen/ V. R. W.)

### DEFINIT. XIX.

*Fundo vendito, censeatur quoque venditum sterculinum,  
agri stercorandi causa comparatum, secus ven-  
dendi causa factum.*

- 1 D E sterquilinio etiam sapientius dubitari solet, an  
prædio rustico vendito, illud simul venditum  
censeatur? At clara est decisio Trebatii ita distin-  
guentis: † Ut si quidem stercorandi agri causa comparatum sit, sterculinum illud emptorem sequatur:  
3 Si vendendi, venditorem: † Nisi aliud actum sit; Nec  
interessit, in stabulo jaceat sterquilinium, an acervus sit.  
4 † Quam decisionem probat JCtus Ulpian. in l. fundi  
nibile 17. S. fundo vendito 2. ff. de act. empt. Barth.  
Capoll. de serv. arb. præd. cap. 78. n. 4.

Carpz. Defin. Vol. I.

Ita Domini in causa Matthæi Hoffmanns zu Sachsenburg/  
Mense Mart. Anno 1593. ( Verba sentent. So ist solcher Kauf  
zu Recht trüffig/ und verbleiber igo gemeldtes Gut / nebenst  
dem darinuen befundenen Danger oder Misere/ zu Bestellung  
der Hecker/ der Käufersin billich/ V. R. W.)

Et in causa Abrahami Rittinge zu Leipzig/ Mense Junio,  
Anno 1586.

### DEFINIT. XX.

*Venditæ domo cum omnibus instrutis, ( so geniedet  
und Nagelfest ist ) quanam hoc nomine con-  
sineantur?*

I N ædium venditione instrumento contractus ple-  
rumque inseritur clausula, ( Mit allem/ so genie-  
det und Nagel-fest ist; Vel: Was Erd-Wied- und  
Nagel-fest ist: ) † Quibus verbis ea continentur,  
quæ terra, parietibus ac muris sunt affixa, instructa  
& injecta; † Quæ propterea emptori cedunt, quia  
membra ædium videntur, arg. l. nave 36. l. Scabam.  
44. ff. de evit. † At quæ ita non sunt terre affixa, li-  
cet in ædibus habeantur, alterius usus causâ veniunt,  
ac propterea emptori non acquiruntur, l. fundi 17. ff.  
de act. empt. l. in vendendo 66. S. ult. ff. de contr. empt.  
† Unde nec imagines venditis ædibus cedunt, Joh. 5  
Goedd. in l. 24. n. 2. ff. de verb. sign. † Quin, & omis-  
sa licet hæc clausula in instrumento venditionis, ni-  
hilominus ædibus venditis cedit Alles/ was Erd-  
und Nagel-fest ist / was gemauert und genagelt/  
Band und Nagel hat. † Nisi nominatim quid exci-  
piatur, Joh. Sichard. in l. 1. num. 8. C. de oper. liberte. Paul.  
Matth. Wehner. in prat. obser. in verb. Nagel-fest.

Ita Domini in causa D. Andreæ Scheffers zu Leipzig/ M.  
Jul. Anno 1600. ( Verba sentent. Habe ich die Helferischen  
Erben ihrer Mutter hinterlassene Behausung/ samt alle dem/  
so darinne Wied-Erd- und Nagel-fest ist/ verkauft/ ic. So seynd  
sie auch die Misingen Leuchter/ so an die Wand geschraubet/  
nebenst andern/ was angeschraubet/ genagelt/ gemauert und  
sousten befestiget/ darinne zu lassen schuldig. Was aber die  
Leuchter mit Gewichten/ und alles/ so an Schrauben und Haken  
hanget/ und davon unverschret abgenommen werden kan/ an-  
langet/ dasselbe bleibt dem Verkäufer billich/ und mag in dem  
Kauf nicht mit gezogen werden/ V. R. W.)

### DEFINIT. XXI.

*Marias, in venditione bonorum uxori sua proficiens,  
an & posteriori conjugi secundi matrimonii pro-  
pœxisse censeatur.*

Q UUM maritus quidam, vendens suadum, in in-  
strumento venditionis uxori sua ad vitam cer-  
tos quosdam proventus annuos reservaverat, ac post-  
ea morte conjugis matrimonio dissoluto, aliam du-  
ixerat uxorem, defuncto eo fuit quæsitum, † an præ-  
dicti proventus anni posteriori cederent uxori?  
Videbatur decisio hujus quæstitutionis petenda. † ex  
traditis Alex. in cons. 171. vol. 2. quod nempe legatum  
alimentorum relictum alicujus uxori, non solum  
prima, sed etiam posteriori relictum censeatur,  
† perinde ac institutio posthumus facta simpliciter fa-  
vore testamenti porrigitur ad omnes posthumos, et  
iam nascituros ex posteriore uxore, l. placet 4. cum l.  
seq. ff. de lib. & postb. † Cui tamen contradicit Bald. 5  
in l. ult. n. 7. C. de ind. vid. coll. afferens, legatum vi-  
deri relictum prima uxori, non etiam posteriori, per  
l. si quid earum 47. S. ult. ff. de legat. 3. † Cum præsu-  
matur sub nomine uxoris de prima, non etiam poste-  
riori conjugi fuisse cogitatum, arg. l. bover 89. S. 1.  
ff. de V.S. † Quam sententiam etiam probat Jas. in  
l. 7. S. quod in anno 6. num. 20. ff. solat. matr. Didac.  
Covarr. in c. requisiti 15. num. 3. extr. de restam. & Dec.  
in c. quoniam Abbas 14. num. 16. extr. de off. & postb.  
jud. delegat. † Sed rectius eam restringit Felin. ad  
casum illum, quando testator non habuit uxorem  
tempore facti testamenti, in cap. innovamus 2. num.  
n. extr. de iure & pace. † Nimurum, quod tum  
9

Kkk k 2

reli-

relicum intelligatur legatum ex sola affectione maritali, quæ quidem generaliter in quacunque uxore locum habet, secundum tradita Didac. Covarr. in d. 1. cap. requisisti 15. n. 3. extr. de testam. † Eademque voluntatis conjectura contrarium infert, quando testator ex singulari affectione præsentis uxoris ei alii quid legaverit, Felin. dict. loc. † Secundum quæ omnino videbatur dicendum, maritum vendentem bona sua, cum jam habuisset uxorem, non nisi ei prospexisse, nec de conjugio posteriore tūm temporis cogitasse: † Utque Domini hoc in casu contra posterorem conjugem responderent, eò magis commovebantur, quod primæ conjugis merita quædam peculia ria erga maritum extabant, quibus inductus maritus præsenti tantummodo uxori, non etiam futuræ propicere voluisse putabatur, juxta l. cum alienam 10. C. de legat. l. nec. adject. 9. ff. pro soc.

Ita Domini in causa Magdalena/ Viduz Johannis Windlers/ contra Martinum Franken zu Beckendorff ad requisitionem Questoris in Nossen/ Mens. Mayo, Anno 1627.

#### DEFINIT. XXII.

*Venditor post diem commissoria Legi præstitutum, par tem pretii accipiens, Legi commissoria renun ciasse censetur.*

1. Frequentissima est in Emptionibus Lex Commissoria, si scilicet quid ita venierit, ut, nisi intra certum diem pretium exsolvatur, sit inemptum l. 2. & 2. tor. tit. ff. de Leg. comm. † Cujus partii hic est effe ctus, ut potestate sua resolvat venditionem, & Dominum rei ipso jure redire faciat ad venditorem, 3. † quod à contrario sensu probat l. ult. ff. codem tit. & apertius l. 5. ff. cod. tit. & l. 4. C. de paci. int. empt. & 4. vend. † quā in re labitur Vasquius dislentiens, c. 69. illustr. contr. refutatus propterea à Bachov. in not. ad 5. Trentl. vol. i. disp. 28. tb. 9. lit. d. † Venditus tamen fundus contra pactum legis commissoriaz atque simul traditus, ab emptore, ceu tertio, neutquam revocari potest, l. quories 15. C. de R. V. Modest. Pistor. p. 4. q. 161. 6. † Protinus autem lex commissa est, si emptor die præ fixo non solverit, etiam si interpellatus non fuerit, quia offerre debet, si vult se legis commissoriaz potestate solvere, l. si fundus 4. S. ult. ff. de leg. commiss. † At tamen si venditor post diem commissoriaz legi præstitutum pretium accipiat, vel saltem petat, censetur renunciasse legi commissoriaz, nec postea ad hanc redire potest, dict. l. si fundus 4. S. eleganter 2. l. de lege 6. S. ult. & l. seq. ff. cod. tit.

Ita Domini in causa Simonis Lehmanns zu Lichtenstein/ Mens. Novembr. Anno 1610. (Verba sentent. Bey welchem Rauff dieses abgeredet worden/dass/wann Räuffer den 17. Augusti die vollständige Rauffgelder nicht erlegen würde/ er das erkaufte Gut wiederum abtreten solle. Ob nun wohl Räuffer den 17. Augusti versießen lassen/ und allererst den 19. Augusti, tedoch nur etwas vom Rauffgeld/ als 15. neue Schock entrichtet/ und also seiner Zusage keine Genüge gehan/ die weil ihr aber dennoch berührte 15. neue Schock von thme ange nommen/ und damit zufrieden gewesen/se. So sendt ihr auch nun mehr/gestalten Sachen nach/ ihn von erkaufstem Gute wieder abzutreiben nicht besugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*In permutatione ante traditionem factam penitere licet.*

1. N uldo consensu & voluntate perficitur emptione venditio pr. Inst. de empt. vend. ideoque & consummationem accipit, non tantum verbis consensum 2. indicantibus, † Sed & factis signisque, quibus consensus declaratur, juxta tradita Ludov. Rom. conf. 291. num. 3. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 130. n. 95. † Omnemque poenitentiam excludit tanquam re non amplius integrā, Moller. lib. 4. semebr. 9. n. 1. † Utrumque vero aliter se habet in per-

mutatione: Hec enim ex re tradita demum initium obligationi præbet, & mutuam traditionem ac Dominii translationem requirit, l. i. §. i. vers. ideoq. ff. de rer. perm. Anton. Fab. 6. conjct. 9. † Igitur & ante traditionem factam tanquam re adhuc integra posnitere licebit, Hartm. Pistor. observ. 167. Qui ergo ab alio rena ex permutatione acceperit, si ex parte sua contractum implere nolit, non utique cogi potest, ut rem suam tradat. † Sed condemnandus est, ut acceptam restituat, & præterea præstet, si quid alterius intersit, nimis ratione doli, d. l. i. §. ult. l. i. l. ult. C. cod. tit. † Multo magis admitteretur poenitentia, si à neutro contrahentium traditio facta sit; ita enim in contractibus innominatis locus est poenitentiae, quo usque contractus impleatur ex utraque parte, l. si pecuniam s. ubi Bartol. ff. de condit. caus. dar. † Excludit tamen poenitentiam in permutatione interveniens stipulatio l. 3. Codic. de rer. perm. † Quo casu non tam permutatione contracta est, quam stipulatio ex causa permutationis, l. si ita 6. §. i. l. seq. ff. de novas. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 20. defin. i. n. 3.

Ita Domini in causa Melchioris Heymens & Andreae Glasbachens ad Confutationem Senatus in Mücheln/ Mens. Sept. Anno 1595. (Verb. sent. Ob sie nun wohl allbereit sich solches Tausches verglichen haben. Dieweil aber dennoch von keinem Theil die wärdliche tradition und Einräumung der ver tauschten Häuser erfolget/ ic. So mag auch Glasbach zu Vollziehung berührtes Tausches/ und Einräumung seines Hauses/ wider seinen Willen nicht gebrungen werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Ex placito permutationis, etiam secutâ traditione, nulla actio nascitur adversus tertium possessorum.*

1. EX placito permutationis, secutâ ex parte una traditione, actio nascitur, præscriptis verbis ad hoc, ut vel placitis stetur, vel quod acceptum est, restituatur, l. i. §. ult. ff. de rer. perm. † Quæ actio competit etiam adversus heredem aliumvè quemlibet successorem universalem, qui heredis loco est, l. ult. C. de bered. act. l. i. C. si cert. petat. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 40. defin. 9. n. 4. † Alia ratio est successoris singularis, re mea post traditionem, antequam rem aliam acciperem, tertio venditâ; † Etenim, quia hoc casu emptor habet causam à vero Domino, nulla mihi actio adversus ipsum competere potest; † Non in personam, quia obligatio personalis non transit in singularem successorem, l. ult. in fin. ff. de contr. empt. l. i. §. si beres 16. ff. ad SCiam Trebell. † Neque in rem, quia Dominus per traditionem factus est emptor, l. i. ff. de rer. perm. † Atqui non tenetur actione reali aliis, quam qui possidet rem vel alienam, vel obligatam, §. i. Inst. de Alt. l. pignoris 17. ff. de pignor.

Ita Domini in causa Gottfried Schneider zu Lampers walde/ Mens. Jan. Anno 1614. (Verba sent. Ob ihr nun gleich von Peter Beidlern díhfalls hintergangen worden/ ic. So seyd ihr doch euer vertausches Pferd von dem Bürger zu Suhla/ dem es Beidler (mit welchem ihr getauscht) hinwiederum ver handelt/ zu fordern nicht besuge/ sondern euch deswegen an Beidler zu halten schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXV.

*Convenio in favorem tertii facta quando recuperari possit.*

1. V adiderat pater filio natu majori domum suam ad certos annos, cù conditione, ut filio juniori, post adimplentam majorenitatem, restituto pretio fratri majori, eandem domum redimere liberum esset: † At tempore venditionis finito, poenitentia ductus ipse domum remeere volebat, cui filius junior jam major factus contradicebat, † quarebatur: 3. An

- An patrie relutionem impedire posset?** Satis certe constabat de conventione patris in favorem filii facta: Ex quâ licet filio actio competisset, secundum tradita Bartol. & Dd. in l. qui Roma 122. §. Flavius 2.

**ff. de Verb. Obligat.** Attamen, quin re adhuc integrâ conventio illa à patre immutari & revocari potuerit, ambigendum non est, ut post Bartol. & Dd. ibid. in terminis docet Moller. lib. 4. sem. 9. ubi porrò tradit, ejusmodi conventiones præsertim inter rusticos usitatas sapere naturam ultimæ voluntatis, ac proinde ambulatorias esse ac mutabiles usque ad supremum vitæ exitum, l. 4. ff. de adim. legat. I. cum bīc status 32. S. penitentiam 3. ff. de donat. ine. vir. & uxor.

Ita Domini in causa Andrex Modrachs zu Lubbenitz/Mens.  
Nov. Anno 1627. (Verba sent. Habt ihr hiebevor euer Bauer-  
Gut euerm ältesten Sohne auff 13. Jahr lang käuflichen hin-  
gelassen/ jedoch mit der Bedingung/ da nach verflossener Zeit  
euer jüngster Sohn dasselbe annehmen wolle/ Käuffer solches  
thm abzutreten schuldig seyn sollte/ und als nuamehr die Zeit  
verflossen/ sond ihr solches Gut selbsten wiederum anzuneh-  
men und zu kauffen bedachte/ ic. So ist bemeldter euer ältester  
Sohn/wenn er sein Kauffgeld wieder erlanget/ berührtes Gut  
euch abzutreten schuldig/ und es ist euer jüngster Sohn euch  
hierinn Eintrag zu thun nicht befugt/B. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Regulariter nemo alteri, nec mater filie stipulari potest.*

- 1** **R**egulariter nemo alteri stipulari potest, *s. si quis  
alii q. Inst. de inut. stipul.* † Quia inventa est stipulatio ad hoc, ut unusquisque acquirat sibi, quod suā interest, sed ut alii detur, nihil interest stipulatoris, *s. 18. Inst. cod. tit. l. stipulatio ista 38. §. 17. ff. de V. O.*

**3** † Nec ea, quæ sunt juris civilis, ut est obligatio, ex stipulatione alteri acquiruntur, *l. ea que civiliter 53. ff.*

**4** *de acq. rer domin.* † Aliud tamen dicendum, quoties quis sibi alterius nomine stipulatur, ut sentit Bartol. *in l. stipulatio ista 38. §. alteri 17. n. 1. ff. de V. O. ubi et*

**5** Jason. n. 11. † Quæ limitatio licet minus videatur, convenire juris rationibus, ac etiam repugnare tex-*tui, in l. si ita stipulatus 97. §. possum i. ff. cod. tir.* † At-tamen communiter recepta est, teste Hart. *Pist. obs. 3.*

**7** *n. 4. nec æquitate destituitur, † ne videlicet contra-hentes ignari subtilitatum juris in contrahendo de-cipientur.* Porro & pater filio rectè stipulatur, *dicit.*

**S.** si quis alii 4. Inst. de inut. stip. † Non solum, quia 8  
vox patris vox filii est, ut inquit ibidem Justin. Imp.  
cum pater & filius pro una eademque persona habe-  
antur, l. ult. C. de impub. & alios subft. † Sed & quia per 9  
filium patri acquiritur, ejusque conditio melior red-  
ditur, arg. l. melior. 133. ff. de R. jur. † Alia est ratio ma- 10  
tris, quæ filium in potestate non habet, ergo nec ei sti-  
pulari potest, perinde sicut † nec pater filio emanci- 11  
pato stipulatur, l. 26. ubi Goth. & Dd. C. de jur. doe.  
Harppr. in dict. S. si quis alii 4.n.10. Inst. de inut. stipul.

Ita Domini in causa Aonc Stulpnerin zu Lüzen/ Meus. Jvl.  
Anno 1634. ( Verba sentent. Diemel ihr aber dennoch euer  
Töchtern nicht stipuliren können/ dahero auch euer Ehemann  
durch seine Zusage ihnen den Töchtern beständiger Weise nicht  
verobligtret worden/ ic.)

## DEFINIT. XXVII.

*Subsistit quidem stipulatio alteri facta, si ipsius stipulatoris interstit, sed nulla inde actio tertio acquiritur.*

**V**ALET Tamen quis alteri stipulari, si ipsius stipulatoris intersit, promissionem factam adimpleri, §. sed & si quis 19. Inst. de iusut. stipul. + Quia tunc ipsius stipulantis persona implicita esse videtur, propter quod non tertius ille actionem habet, sed ipse stipulans, + qui per consequentiam sibi stipulatus intelligitur, quod eo nomine alias alteri tenebatur, Accurs. in dict. §. 19. Inst. d. t. Idque exempla in dict. §. 19. Inst. d. t. ab imperatore Justiniano allata ostendunt, + veluti, si contutor, qui tenteretur pupillo, à contatore, cui administrationem cessit, stipuletur, rem pupilli salvam fore, + vel si quis Creditori suo, cui sub pena debebat pecuniam, hanc solvi, fuerit stipulatus, quò penam evitare; + Aut si quis procuratori suo, cui actione mandati tenetur, stipulatur, dict. §. 19. Inst. d. t. l. 38. §. 20. & §. 23. ff. de V. O.

Ita Domini in causa Hansen Engelhardis zu Colditz/ Mense  
Majo, An. 1629. (Verba sentent. Hat Mævius euch verspro-  
chen und zugesagt/eurentwegen dem Sempronio 100. Reichst. ch.  
zu zahlen/und dadurch euer Brief un Siegel wiederum zu lösen/  
welches er aber nicht gethan/itc. So ist solche des Mævii euch ge-  
thane Zusage zu Recht so ferne verbündlich / daß ihr ihn zu Er-  
füllung deselbigen zu belangen wol befuge/der Sempronius aber  
hat dañenhers wider ihn keine Klage und Zusprüche/B.R.W.)

## **CONSTITUTIO XXXIV.**

# PARTIS SECUNDÆ.

# Ob Verträge von wegen hoher Ver- lezung zu Recht ultra dimidium genannt / ge- nichtiget und hinterzogen werden mögen?

**S**icere Schöppenstüle seynd bisher  
dessen einig gewesen/ daß die dispositio  
L. 2. C. de resc. vend. auch in  
transactione statt haben soll/ unge-  
acht/was etliche der Doctoren weit-  
läufig hiervon disputiren; Aber disß ist etwan  
bedenklich gewesen/ ob juxta distinctionem Bar-  
tol. zu sprechen/ qui facit respectum ad even-  
tum litis.

Wann aber der Beweis daffalls sehr schwer/ und auch fast unmöglich ist/ so haben sich unsere Verordnete hierinnen verglichen/ auf die lähn vor sich selbst/ und nicht ad litis eventum zu sprechen/ ungefähr in dieser oder dergleichen Form:  
Spre-

**Beneficium L. 2. C. de rescind. vend.  
num in transactionibus locum  
habeat?**

**I**ntra Scabinatus nostros hactenus  
convenit, dispositioni L. 2. C. de  
resc. vend. etiam in transactione  
locum esse, quicquid nonnullis  
contrà disputent; Illud autem controversum  
fuit, num juxta distinctionem Bartoli, even-  
tum litis considerantis, judicandum esset.  
Cum autem probatio hoc in casu difficilis,  
imò potius impossibilis sit, existimârunt, lœsi-  
nem ipsam in judicando, non eventum litis  
attendendum, ideoque sententias in hunc fer-  
mè modum vel similem concipiendas esse:  
Respondemus de jure, si probare possis, tibi  
tempore factæ transactionis plus duplo ejus,

Sprechen wir vor Recht/da ihr wie Recht erweisen würdet/dass euch zur Zeit des auffgerichteten Vertrags/mehr dann noch so viel/als euch darin gehandelt/gebühret hätte/ und dass ihr also über die Hälfte eurer Gebühren verkürget wören/so wäret ihr auch befugt zu suchen/dass solcher Vertrag aufgehoben/oder aber der Mangel nochmals erfüllt würde/es wäre dann/ dass auch super lassione ipsa wissentlich transigiret/ In welchem Fall solches remedium nicht statt haben soll/welches wir uns auch also gefallen lassen.

## DEFINITIONES.

1. Non solum in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra Electoratum beneficium L. 2. C. de rescind. vendit. in transactione locum habet.
2. Cessat beneficium L. 2. C. de resc. vendit. quando ei specialiter à contrabentibus fuerit renunciatum.
3. Nec locus est beneficio rescissionis in remissione alicuius rei, seu juris totali.
4. Non rescinditur ex causa lesionis ultra dimidium transactionis judicialis, vel saltem judicialiter confirmata.
5. Ordinaria est causa rescissionis ex L. 2. C. de resc. vendit. ideoq; in processu ordinario, non summario ventiliari debet.
6. Lesio ultra dimidium probanda est per testes, inspeccio tempore contrahitus.
7. In rescissione contractus ex causa lesionis ultra dimidium Reo datur electio, an justum premium supplere, vel rem restituere velis.
8. Non solum in venditore, sed etiam in emptoris persona locum habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit.
9. Dolo inductus, ut minoris, vel majoris emeret, aut venderet, agere potest ad resarcendum in pecunia id, quod ejus intererit.
10. Beneficium L. 2. C. de resc. vendit. etiam in locazione-conduktione obtinet.
11. Contra divisionem etiam hereditatis daetur remedium L. 2. C. de resc. vendit.
12. In solutionibus quoq; & Quietantiss locus est remedio L. 2. C. de resc. vendit.
13. Etiam Venditiones judiciales ac publicae, sub bastâ fata, rescinduntur ex causa lesionis ultra dimidium.
14. Locum quoq; habet beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in Constitutione dotis ac dotaliti.
15. Vendens animal, quod postea mortuum deprehenditur morbidum aut viciosum, cogitur emptori restituere premium.
16. Emptor animalis vicius, aut morbi, non potest repetere premium, si morbus fuerit patens ac visibilis.
17. In foro Saxonico Venditor equi non nisi de tribus viuis tenetur.
18. Non rescindenda est venditio, si vitium aut morbus venditi pecoris non statim apparuerit.
19. Ob nove collecte, novi servitii onus fundo vendito impositum, Venditor ad evictionem non est devincitus emptori.
20. Nec de collectis usitatis & consuetatis, fundo inbarentibus, Venditor ad evictionem prestationem est obstrictus.
21. Propter hypothecam in fundo occulatam non rescindenda est venditio, sed tenetur Venditor de evictione & ad interesse.
22. Resciso tamen venditionis contractu, Venditor ad restitutionem prejus est obligatus, quando evictionem prestatne nequit.
23. Donator quando teneatur de evictione?
24. Facta donatione remuneratoriâ seu reciproca, donator de evictione tenebitur.
25. Emens scienter rem alienam, adversus venditorem de evictione agere nequit, nec premium repetrere.
26. Cedens nomen non tenetur de evictione aut prestatre idoneum ac locupletem debitorem.
27. Tenetur tamen cedens prestatre verum debitorem Cessionario.
28. Evictio locum habet in transactione, quando bujus nomine aliquid datum est.
29. Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de evictione tenentur.
30. Evictionis nomine satisfatio prestantia non est, nisi ea consuetudine alicuius loci recepta, vel in ipso venditionis contractu promissa fuerit.
31. Evictione in limine contractus imminent, emptor premium tandem retinere potest, donec venditor hoc nomine satisdederit.
32. Emptor facultatem retainendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lite nondum mota.
33. Satisfatio exigi nequit, si per calumniam moveatur controversia.
34. Ob litem, ex jure conditionalis motam, Emptori Venditor ad cautionem prestantam obstrictus non est.
35. Venditor locuples quando relevetur à satisfando ob evictionem imminentem?
36. Cautio evictionis nomine qualiter sit prestanta?
37. Prestita satisfactione Emptor evictionis nomine premium ulterius retinere nequit, si jus evincientis non dum certum ac notorium sit.
38. Emptor propter imminentem evictionem premium retainingens, postea una cum sorte etiam usuras solvere tenetur.
39. Venditor ob non prestatam evictionem rei vendite premium restituens, una quoque interesse emptori solvere obstrictus est.
40. Facta denunciatione evictionis, Venditor emptori liganti precise affistere tenetur.
41. Venditor non tenetur de evictione proventuum annorum crescentium ac decrescentium.

### DEFINIT. I.

Non solum in terris Electoratus Saxonici, sed etiam extra Electoratum beneficium L. 2. C. de resc. vendit. in transactione locum habet.

**A** Nceps satis questio existit: An dispositio L. e. C. de resc. vendit. in transactione obtineat, ita ut transfigens ultra dimidiam deceptas rescissionem transactionis petere vel ad supplementum iusti prejus agere,

quod per illam consecutus es, debitum fuisse, & sic ultra dimidium ejus te laesum esse, petere tibi licere, ut vel rescindatur transactio, vel id, quod quantitatē debitā deest, suppleatur; Nisi tamen de ipsa quoque lassione sciens & prudens quis transegerit; Ei namque remedium illud non dandum putarunt, quæ sententia & nobis probatur.

In welchem Fall solches remedium nicht statt haben soll, welches wir uns auch also gefallen lassen.

- posse? † Quam in utramque partem agitamat reperties apud Dd. quorum ingentem Catalogum recensuere Anton. Gabr. lib. sent. 3. sic de empt. vendit. concl. 1. n. 68. Arius Pinell. in l. 1. C. de resc. vend. p. 1. cap. 4. n. 13. Ernest Cothmann. conf. 30. n. 264. Joh. Harp. in §. ult. n. 162. & 163. Inst. de empt. vendit. Bernh. Grav. lib. 2. concl. 70. † Nec rationes & argumenta affirmantibus pariter & negantibus deficiunt, que hic referre & re-

4 & repetere extra necessitatis jugum censeo. † Etsi enim sententia Bartol. in l. si quis eum aliter. 36. ff. de V.O. affirmativa, utpote ab æquitate commendata in summis Hispaniae & Galliae, aliorumque locorum Curriis pronunciando comprobata & recepta fuerit, teste 5 Pinell. dict. loc. n. 15. † Hac tamen nihil posse dici absurdius, nec toti Reipubl. perniciosus, afferit Anton. 6 Fab. 8. Error. pragm. 10. † Ac contrariam negativam sententiam ceu veriorem fuisse fecutam Cameram Imperialem, testatur Andr. Gail. lib. 2. observ. 70. 7 quam & rationibus ibidem propugnat. † Alii tamen medianam viam ingressi, transactionem rescindi posse autumant, si læsio ultra dimidium latius excurrat in qualitate notabili, secus si transfigens ultra dimidium justæ estimationis in modico læsum reperitur, Philipp. Corn. vol. 1. conf. 160. & 189. Dec. Cagnol. 8 aliig. allegati à Pinell. dict. loc. n. 26. † Veluti etiam secundum hanc distinctionem, Anno 1596. die 8. Maji extra hanc provinciam pronunciatum testatur Petr. 9 Heig. p. 2. q. 9. n. 29. † Ita nimurum dubia est hæc quæstio, ut decisione Imperioriā indigere videatur, 10 secundum Matth. Col. conf. 8. n. 6. † Attamen in Electoratu Saxon. à D. Augusto Elect. Bartoli sententia fuit probata b. Const. 34. ita nempe, ut si quis probare possit, se transfigendo ultra dimidiam partem ejus, quod consequi probabiliter potuerit, læsum esse ei remedio l. 2. C. de resc. vend. succurri debeat. † Etenim cum remedium diet. l. 2. in contractibus communis tativis absque controversiâ locum habeat: † Cur non & ad transactionem accommodaretur, l. si super- 11 stite. 5. C. de dolo malo. † iniquissimum sanè esset, nullam hic læsionis considerationem admitti, quâ nullis verborum etiam amplissimorum clausulis ex- 12 cludi Interpp. concedunt, Heig. dict. q. 9. n. 18. † Quâ de causâ etiam secundum hanc Bartoli sententiam, extra Saxonie Electoratum pronunciare non dubi- 13 tavere Scabini. † Illud tamen displicet, quod Bartolus læsionem ad dubium litis eventum refert, quo sanè modo nunquam probatio læsionis concludens esse poterit, secundum tradita Pinell. d. c. 4. num. 12. 14 † Ideoque Illustris. Elect. probationem læsionis ad id, quod reverâ tempore transactionis competislet, institui jubet b. Const. 34. vers. Wann aber der 15 Beweis? &c. † Nam prius certa omnino quantitas exprimenda & probanda est, ut inde de dimidia judicium facilius fieri queat, Petr. Heig. dict. quest. 9. n. 33. 16 † Quamvis & secundum mentem D. Electoris, proba- 17 tio læsionis difficillima sit, † de qua etiam conqueritur Heig. ibid. num. 27. inquiens, sibi annos duodecim continuos cognitioni causarum in Curia supremâ & intermediis judiciis vacanti nondum videre contigisse exemplum ullum, quo quis se ultra dimidium in transactione læsum esse, liquido comprobasset.

Ita Domini in causa Johannis Ohmens zu Neveln in Liefßland. (Verba sent. So wâret ihr/dâß bemeldte transactio ex beneficio l. 2. C. de resc. vendit. (wofern ihr demselbigen nicht ausdrücklichen renunciiret) aufgehoben/ oder aber der Mangel euch nochmâls erfüllt würde/zu suchen wohl befugt/ B. R. W.)

Et in causa Catharina Vidua D. Balthasaris Reils & Johannis Rulands zu Frankfurt/ad requisitionem Theophilii Ludovici zu Leipzig/ Mensis Mayo, Anno 1632. (Verba sent. Dâß das beneficium l. 2. C. de resc. vend. auch in transactione unquam gütlichen Vergleichungen statt habe/ und zulässlich seyn/ B. R. W.)

### DEFINIT. II.

Cessat beneficium l. 2. C. de Rescind. Vendit. quando ei specialiter à contrahentibus fuerit renun- ciatum.

**I**n transactione itaque locum habet beneficium rescissionis, ex l. 2. C. de resc. vend. ob causam læsionis ultra dimidium: † Idque sive læsio jure actionis si ve jure exceptionis, vel Replica veniat opponenda, Matth. Wesenb. conf. 42. n. 73. & conf. 70. n. 17. † Non enim denegatur exceptio ei, qui ratione alicujus juris actionem habet, l. creditori. s. in fin. C. de paet. l. 1. §. 1. ff. de superfic. † Quin etsi transactum sit super lite judiciali beneficium rescissionis obtinet, l. 2. C. de trans. Wesenb. conf. 38. n. 19. Joh. Köpp. decis. 58. n. 15. Cessat tamen quandoque hoc beneficium in transactione: Ac PRIMO † quidem, si ei renunciatum fuerit in specie. † Generalis etenim renunciatio obesse nequit renuncianti l. ult. §. 3. ff. de condic. indeb. l. si libertus. 27. ff. de oper. libert. l. hac adjectio. 192. ff. de verb. sign. ex quibus colligitur, verba generalia ad modicam læsionem, non verò ad magnam esse referenda. † Nec generalis renunciatio extendi debet ad ea, de quibus verisimiliter cogitatum non est, arg. l. mater decedens. 19. vers. ceterum. ff. de inoff. test. l. 41. §. Lucius 1. ff. de paet. † At speciale renunciacionem nocere renuncianti, manifestum evadit ex Regula juris, quâ dicitur: Quemlibet posse resilire ab eo jure, quod pro se introductum est, favorique suo renunciare, l. penult. C. de paet. l. paetum. 46. ff. eod. tit. † Nec renuncianti amplius esse dandum regressum, l. queritur. 14. §. 6. ff. de adil. edit. Unde inferendum, ne quidem in contractu empt. venditionis locum esse beneficium l. 2. C. de resc. vend. † si ei à contrahentibus renunciatum fuerit, Didac. Covarr. l. 2. variar. resolut. cap. 4. Ant. Gabr. comm. concl. tit. de empt. vend. concl. i. num. 92. Johann. Harppr. ad §. ult. num. 24. Inflit. de empt. vendit. † Quamvis aliter sentiat Anton. Fab. p. 1. de error. pragm. decad. 7. Error. 8. Donell. ad l. 2. C. de rescind. vendit. n. 14. † Multo minus pro- desse poterit hoc beneficium in transactione, si transfigentes ei renunciaverint. † Quod certè minus du- bium habet in foro Saxonico propter claram sanctio- nem Illustrissimi Electoris in b. Const. 34. verb. fin. Es wäre dann/ daß auch super lesionem ipsâ wissenschaftlich transfigiret: In welchem Fall solches remedium nicht statt haben soll/ rc.

Ita Domini in eadem causa Hansen Ohmens zu Neveln in Liefßland. (Verba sent. So wâret ihr/dâß bemeldte transactio ex beneficio l. 2. C. de resc. vendit. (wofern ihr demselbigen nicht ausdrücklichen renunciiret) aufgehoben/ oder aber der Mangel euch nochmâls erfüllt würde/zu suchen wohl befugt/ B. R. W.)

### DEFINIT. III.

Nec locus est beneficium rescissionis in remissione alicujus rei, seu juris totali.

**S**ECONDUM: Non dubitandum est, quin cesset be- neficium l. 2. Cod. de resc. vend. in remissione alicujus juris totali, quando scilicet transfigens jura si- ve actiones sibi competentes scienter remittit, iisque renunciat, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 8. num. 1. 2. † Quippe quod hæc transactio similis sit donationi, quæ semel perfecta revocari nequit prætextu læsionis, l. cum ancillam 6. & l. seq. C. de condic. ob caus. dator. Joh. Harppr. ad §. ult. n. 186. Inflit. de empt. vend. † Qui enim donat, non potest conqueri se læsum, siquidem donare nihil aliud est, quâ ulro perdere, l. filius fam. 7. ff. de donat. Fab. dict. l. † Nec etiam datur beneficium rescissionis ei, qui scivit læsionem ultra dimidium vel magnam aut maximam fore, Joh. Köpp. decis. 58. n. 17. Joh. Harppr. dict. loc. num. 127. † quia scienti ac volenti non inferatur iniuria, l. 1. §. usque adeo. s. ff. de injur. l. 145. ff. de reg. jur. † Ex quo porto inferunt Dd. remedium dict. l. 2. Cod. de resc. vend. non procedere in transactione ex inter- vallo

- vallor ratificata, Aymon Cravetta cons. 114. n. 18. Rol.  
 à Vall part. i. cons. 59. n. 31. & 33. † Nempe, quod gemitatio tollat errorem, & inducat scientiam lesionis,  
 Joh. Köpp. dict. decisi. 58. n. 25. † Et in genere, ubi quis donare censetur, ex sententia Dd. communis actus retractari nequit, Gloss. in Autb. Sacra menta puberum; verb. in contractibus. C. si adv. vendit.

Ita Domini in causa Jeremias Zachers/Pastoris in Mersdorff bey Görlitz/ Mense Jun. Anno 1632.

#### DEFINIT. IV.

*Non rescinditur ex causa lesionis ultra dimidium transactio judicialis, vel saltem judicialiter confirmata.*

- 1 TERTIO: Cessat quoque beneficium rescissio-  
 nis ex L. 2. C. de resc. vend. in transactione judi-  
 ciali, vel judicialiter saltem à Principe aut Magistratu  
 confirmatà, secundum tradita Bartol. in l. si expressim  
 19. num. 17. de appell. Andr. Gail. l. 2. obseruat. 1. n. 9.  
 2 Joh. Köpp. decisi. 58. n. 20. † Horum namque præ-  
 sentia plus roboris tribuit transactioni, omnemque  
 defectum supplet, l. omnium. 19. C. de testam. c. 1. de-  
 3 transact. † Et judicis autoritas omnem fraudis ac  
 lesionis præsumptionem excludit, c. in presentia. 6.  
 ext. de renunciat. cap. sicut nobis. 16. §. ult. extr. de-  
 sent. & rejudic. l. t. C. de præd. & al. reb. minor. l. pacta  
 4 noviss. 12. C. de paet. † Omniaque, quæ à judice acta  
 sunt, præsumuntur rite celebrata, cap. bone memo-  
 5 ria 23. §. porrò extr. de elect. † Unde fit, quod nulli-  
 tatis exceptionem judicis confirmatio excludat, Bar-  
 6 tol. dict. loc. Gail. dict. obs. 1. n. 10. † Neque sententia  
 judicis prætextu lesionis retractatur, l. sub specie. 4. C.  
 de rejudic. l. peremptorias. 2. C. sent. rescind. non pos. l.  
 2. in fin. C. quando provoc. non est necess. Andr. Gail.  
 7 lib. 2. obs. 70. num. 9. † Quamvis me non lateat, Joh.  
 Köppen. dict. loc. n. 22. hanc sententiam ita restrin-  
 gere, ut si de lesionе aperto constet contra judicia-  
 lem transactionem, competit beneficium restitutio-  
 nis in integrum, per l. t. in pr. l. magis puto. 5. §. pen. ff.  
 8 de reb. cor. arg. l. meminerint. 6. C. Unde V. † De quo  
 tamen dubito.

Ita Domini in causa Valentini Kirsens zu Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1632. ( Verba sentent. Ob ihr nun wohl in der aufgerichteten transaction weit über die Helfste benachtheiligt worden seyd; Dieweil aber dennoch selbige transaction für deuen Churfl. Sächs. hierzu verordneten Commissariis, und abso gerichtlichen geschehen/ in welchem Fall die rescissio ex beneficio L. 2. C. de resc. vend. nicht statt hat/ ic. So seyd ihr auch dannenhero wegen angeführter lesion, von der einmahl getroffenen Vergleichung abzustehen / und dosß selche wiederum aufgehoben werden möge/ zu suchen nicht besuht/ V. R. W.)

It. in causa Abrahami ab Haugwitzens in Alt-Seydenberg/ Mense Jun. An. 1619. ( Verba sentent. So wäre er / daß solcher Vertrag (wofern derselbe nicht Gerichtlichen geschaffen/ oder von der Obrigkeit ratificirt worden) ex beneficio l. 2. C. de resc. vend. aufgehoben/ oder ihm der Mangel nochmals erfüllt würde/ zu suchen wohl besuht/ V. R. W.)

It. in causa Henrici Leisnigers zu Merseburg/ Mense Dec. Anno 1598.

In causa Johannis Junghansens zu Leipzig/ Mense Martio, Anno 1626.

It. in causa Hansen Schneiders Tochter zu Plauen/ Mense Febr. Anno 1629.

In causa liberorum Nicolai Thoms zu Leipzig/ Mens. Mart. Anno 1630.

Nec non in causa Elisabethen Steffens zu Breslau / Mens. Dec. Anno 1631.

#### DEFINIT. V.

*Ordinaria est causa rescissionis ex L. 2. C. de resc. vend. ideoq; in processu ordinario, non summario ven-tilari debet.*

- 1 Non audiendus, qui in processu summario, vel  
 2 executivo beneficium Rescissionis ex l. 2. C. de-  
 resc. vendit. implorat. † Siquidem causa hæc ordina-  
 ria est & plenissimam cognitionem requirit, idque

vel exinde manifestum evadit, † quod probatio la-  
 sonis ultra dimidium omnium difficillima sit secun-  
 dum tradita Pinell. in l. 2. C. de resc. vend. pert. 1. c. 4.  
 num. 12. Petr. Heig. part. 2. q. 9. num. 27. † Ergo ple-  
 nissimè tractanda, in processu nimis ordinario,  
 non summario, † ubi de plano & sine strepitu, abs-  
 que figura judicij & sine longo sufflamine litis, sola  
 facti veritate inspecta proceditur, Joh. Zanger. de ex-  
 cept. pert. 1. cap. 1. n. 57. Vid. Myntung. cent. 1. obs. 33. 65.  
 cent. 2. obs. 42. † ubi de formatione libelli ex reme-  
 dio dict. l. 2. agit.

Ita ad requisitionem Theopili Ludovici zu Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1632. ( Verba sentent. Und demnach er durch berührten Vertrag über die Helfste seiner Gebühren verfürgt worden/ ist er denselben ex l. 2. C. de resc. vend. zu hinterziehen gezwungen/ ic. So ist er solches im ordentlichen Proces auszuführen schuldig/ und Belagter mag sich auf eine summiatische Klage einzulassen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Læsio ultra dimidium probanda est per testes, inspecto tempore contractus.*

ENormis læsio, quæ causam dat rescissioni ex  
 1 El. 2. C. de resc. vend. in venditionibus aliisve  
 contractibus, non aliter intervenisse creditur quam  
 si dimidium justi, hoc est, veri pretii excedat dict. l. 2.  
 l. si voluntate. 8. C. de resc. vendit. † Quæ læsio, cum  
 2 facti sit incerti, per instrumenta vix probabitur, l.  
 prædia 48. ff. de acq. poss. l. prædia. 63. ff. ad leg. Falcid.  
 † At per testes probatio commodè potest fieri, non  
 3 solum si de annuo reditu testificantur, ex cujus com-  
 paratione justus ac verus rei alicuius valor dignoscitur,  
 Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 30. defin. 2. n. 4. † Sed  
 & si ex circumstantiis loci aut temporis rationes de-  
 4 promtas afferant, cum & prædia minoris reditus pro-  
 ratione circumstantiarum pretiosiora existimari  
 queant, d. l. 63. ff. ad Leg. Falc. l. 1. §. 10. & alias vi-  
 deamus. 15. ff. si quid in fraud. patr. † Planè, in  
 5 probatione lesionis ad tempus contractus erit respi-  
 ciendum, & istuc probatio dirigenda, non ad id,  
 quod postea accidit, dict. l. si voluntate. 8. in fin. C.  
 de resc. vend. l. 3. §. Divi 5 ff. de jur. fisc. c. cum dilecti.  
 3. ext. de empt. & vend. Joseph. Malcard. de probat.  
 lib. 2. concl. 962. n. 4. & seqq. Petr. Heig. p. 2. quest. 9.  
 num. 25. Cravett. cons. 151. n. 7. † Nec ad singulo-  
 6 rum testimoniū opinionem, sed ad communem homi-  
 num proborum existimationem rei valor & estimatio-  
 nis referri debet, dict. l. 63. l. 33. ff. ad Leg. Falcid. Fab.  
 dict. def. 2. n. 6. † Quod si duæ ejusdem rei yenditio-  
 7 nes diversis quidem sed æquè proximis temporum  
 intervallis factæ proponantur, una publicè, privatim  
 altera, procul dubio ex illa potius, quæ publica, quæ  
 8 privata fuerit, justi valoris probatio sumetur,  
 Anton. Fab. dict. tit. 30. def. 19. & 20. † ubi de proba-  
 tione lesionis eleganter differit.

Ita Domini in causa Petri Giebelhausens zu Döbeln/Mes. Jun. Anno 1599. ( Verba sentent. So verbleibets bey solchem Kauff billich/ ihr führet denn mit Recht beweisen und darthun/ das berührete halbe Huefze Landes zur selben Zeit/ als der Kauff geschlossen worden / mehr als noch eins so viel werth gewesen/ und ihr also in solchem Kauff über die Helfste des rechten Werths verfürgt und benachtheiligt worden/ ic.)

#### DEFINIT. VII.

*In rescissione contractus ex causa lesionis ultra dimidium Reo datur electio, an justum premium supple-  
 re, vel rem restituere velit.*

IN enormous quidem & dolosa lesionē ita re-  
 scinditur contractus, ut Reo, putâ emptori, elec-  
 tio nota relinquatur, an supplere justum premium  
 malit, remque retinere, Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 30.  
 defin. 3. num. 1. † Scilicet, quia contractus ipso jure  
 nullus

nullus est, tanquam cui dolus causam dedit, in l. 15 eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo. Bartol. in l. sub praetextu. 29. C. de transact. Andr. Gail. lib. 2. obſervat. 2. num. 10. Cels. Bargal. in tract. de dolo. lib. 2. cap. 9. & 10. Fab. de Anna conf. 24. n. 10. † atque perinde Reus maleſidei poffessor censendus, perinde ac ſi poſſeſſionis ſuę titulum nullum haberet, cum † parum referat, an quis habeat titulum nullum an vitioſum, l. quoties. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 2. ff. de aut. tutor. † Condemnandus ergo, ut rem ipam praeſcē restituat, tanquam nullo titulo poſſidens, dict. l. & eleganter. 6. ff. de dolo l. 24. C. de R. V. † niſi pars laſia malit contractum robur ſuum obtinere, & ad ſupplementum ejus, in quo laſia eſt agere, Hartman. Pift. part. 1. queſt. 23. num. 3. Cagnol. in l. 2. C. de refc. vend. num. 17. † Aliter vero ſe res habet, quando alter contrahentium re ipsa ſine dolo alterius fuit laſus ultra dimidium; Nam tunc contractus quidem ipſo jure ſubſiſtit, attamen reſcinditur ex beneficio, l. 2. C. de refc. vend. † Quod concedit laedenti opinione, utrum velit totam rem reſtituere, an vero laſionem reſarcire, d. l. 2. verb. Vel ſi empator elegerit. ubi Gothofr. lit. d. C. d. t. Hartm. Pift. d. queſt. 23. num. 1. † Ex quo porrò clarum eſt, ſi eligat ſupplementum pretii, illud refundendum eſſe, non eo uſque, ne amplius ſit laſio ultra dimidium, ſed totum juſtum pretium, quia alternativa ſemper poni ſoleat inter duo æqualia, vel non multum diſtantia, ut notat Eyerh. in loc. ab alternat. † Nec aliás ullus empator ita fatuus eſſet, qui non ſupplere defectum illum, quam rem reſtituere malleat: Quæ & Dd. communiflma ſententia eſt.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Auf den Fall wäre obgedachter Käuſer/oder nunmehr ſeine Witwe und Erben/euch vorberührte halbe Huesſe Landes gegen Erſtattung oſſebemeldtes Kaufgeldes wieder abzutreten/oder dem Mangel des rechten Werths zu erſtatten ſchuldig/V. N. W.)

Item in cauſa Barthel Pufers zu langen Eichſtadt/ Menge Apr. Anno 1595.

In cauſa Georgii Grubers zu Merſenburg/ Menge April. Anno 1601.

Et in cauſa VVolfgangi Hessens zu Peterwein/ Menge Jul. Anno 1604.

#### DEFINIT. VIII.

*Non ſolū in venditore, ſed etiam in empotoris perſona locum habet beneficium L. 2. C. de Refc.*

*Vendit.*

**E**X humanitate quia profluxit beneficium l. 2. C. de refc. vend. dict. l. 2. ibi humanum eſt, &c. favoreabile illud habetur, & non ſolū in bonis immobilibus, ſed & in mobilibus procedit, arg. l. rei appellatio 5. cum l. seq. l. 23. ff. de V.S. Joh. Harppr. in S. ult. n. 117. Inst. de empt. vendit. Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 2. n. 17. † Nec ſolū venditoris perſonæ, ſed & ejusdem heredibus prodeſt, d. l. 2. ibi ſi tu, vel pater tuus. Andr. Rauchb. p. 1. queſt. 43. n. 48. † quamvis in ſuccellore ſingulari aliter res ſe habeat, arg. l. aris alieni. 15. C. de donat. l. 1. & 3. C. ſi vendit. pignor. agat. Harppr. dict. loc. n. 208. † At quid de empatore diceamus? Ad hujus perſonam beneficium dict. l. 2. non eſſe porrigendum, ajunt Jac. Cuijac. lib. 16. obſ. 18. & lib. 23. obſ. 32. & poſt eum Ant. Fab. part. 1. de error. pragmat. decad. 8. Error. 7. † Sed contra Regulam vulgaritatem, quæ in correlativis idem jus ſtatui jubet, arg. l. 41. ff. de Reg. jur. l. 22. §. pen. ff. de recept. arbitr. 7. † Etenim ſi empotorem in pretio quoque circumvenire jura permittunt l. 16. §. pen. ff. de minor. l. 22. §. ult. 8. ff. loc. † Cur non & ratione circumſcriptionis & laſionis ultra dimidium empotori hoc beneficio ſuccurrendum erit, l. Julianus. 13. §. 4. & seqq. ff. de att. empt. 9. l. alioquin. 11. ff. de contr. empt. † Quin & longe

*Carpz. Definit. Vol. I.*

humanius eſt huic ſubveniri, quam venditori: Quia venditor circumventus habet, quod ſibi imputet, cur tam viſi prelio rem ſuam diſtraxerit, cum iſtius juſtum valorem noſſe præſumatur, l. quisquis. 15. C. de refc. vendit. † Quæ ratio in emtore cellat, quippe quod non ſcientia ſed ignorantia in factis rebusque alienis præſumatur, l. ult. in fin. ff. pro ſuo. l. 2. & l. seqq. ff. de jur. & fact. ignor. † Ut proinde Emtori multo magis sit indulgendum, veluti rectiſſime poſt Bartol. Bald. Salycket. tradit. Pinel. ad dict. l. 2. part. 1. cap. 2. & ibidem Joh. Sichard. n. 4. ac Hugo Donell. n. 48. cum seqq.

Ita Domini, in cauſa Georgii Schauers zu Iſchacken/ Menge Nov. Anno 1633. (Verba ſentent. So verbleibets bey ſolchem Kauf billich/ Ihr könnet denn wie Recht erweisen und beibringen/dass berührtes Gut zur Zeit des geschloſſenen Kaufs nicht den halben Theil der bewilligten Kauf-Gelder werth gewesen/ und ihr also mehr denn noch einſten ſo viel über den rechten Werth daſſt zu geben jugesagt / auf den Fall wäre der Verkäuſfer euch die ausgezahlten Gelder und Befſerung zu erſtatten/ und das Gut wiederum anzunehmen/ oder was ihr über den rechten Werth davor zu geben anheſig worden/ihme an der bewilligten Kauf. Summa abkürzen zu lassen verpflichtet/ V. N. W.)

In cauſa Andrex Weissens zu Schönberg/M. Sept. An. 1629.

#### DEFINIT. IX.

*Dolo inductus, ut minoris vel majoris emeret, aut venderet, agere potest ad reſarciendum in pecunia id, quod ejus intererit.*

**I**N emtionis & venditionis prelio naturaliter licet contrahecentibus ſe circumvenire, l. in caufe. 13. vers. idem Pomponius. ff. de minor. l. item 22. §. quemadmodum. 3. ff. locati. non locum habet reſcilio contratus, niſi ultra dimidium juſti pretii quis fuerit laſus l. 2. C. de refc. vendit. † Sed hoc ita, ſi dolus non intervenerit, Bartol. & Dd. in dict. l. in caufe. 13. ff. de min. At quando dolo alterius contrahentium factum eſt, ut alter laedatur, tum, ſi quidem dolus cauſam de-derit contractui, † venditio ipſo jure nulla reddi-tur, l. & eleganter. 7. §. 1. ff. de dolo. Joh. Schneidew. in pr. Inst. de action. num. 25. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 2. num. 6. Hartm. Pift. p. 1. queſt. 23. num. 3. Cævallos. in comm. opin. queſt. 226. Fab. de Anna conf. 24. n. 10. † ita tamen ut parti laſia competit electio, utrum malit ad ſupplementum agere & contractum ſerva-re, Aug. Morla. in Empor. jur. tit. 3. in premiff. n. 39. † Quod ſi vero dolus non dederit cauſam contractui, ſed aliás quoque contracturus dolo alterius inductus fuerit, ut minoris vel majoris emeret aut venderet, contractus tunc quidem ipſo jure ſubſiſtit, † atta-men competit actio ad reſarciendum in pecunia id, quod ejus intererit, qui deceptus eſt. † Nec refert hoc caſu, utrum in parvâ vel magnâ quantitate, quiſ ſit deceptus, per text. in l. Julianus 13. §. ſi venditor. 4. ff. de att. empt. Didac. Covarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 4. n. 11. Hartm. Pift. dict. queſt. 23. n. 4. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 2. n. 12. C. de refcind. vendit.

Ita Domini in cauſa Thielo von Sebach/ Menge Martio, An. 1635. (Verba ſentent. So verbleibets bey dem geschloſſenen Kauf billich/ Ihr könnet denn beſcheinigen und beibringen/ dass euer Vater durch Gräßlichen hohen Aufſchlag das Gut Moleldorf um eine ſo hohe Summe Geldes zu erkaufen bewogen und angebracht worden/da erfonſen/ wann es auſſer ſolchem Aufſchlag geweſen/ ein ſo hohes Geld daſſt nicht würde bezahlet/noch es höher/als der Herr Graf/erkan/ſi haben/ auf den Fall wäret ihr ſolche Übermaſſe an den hinterſtelligen Kaufgeldern innen zu behalten wohl befugt/ V. N. W.)

#### DEFINIT. X.

*Beneficium L. 2. C. de refc. vendit. etiam in locatione-conduktione obtinet.*

**E**rrant omnino, qui beneficium L. 2. C. de refc. vendit. ad ſolum emtionis-venditionis contra-

- Etum restringunt cum Ant. Fab. part. 1. de Error. pragmat. decad. 8. Err. 8. cum seq. & Jacob. Cujac. in mercat. lib. 2. cap. 14. & lib. 16. obs. 18. ¶ Autumant equidem dict. l. 2. novam esse & correctoram, adeoque cum de venditione loquatur, ad alias contractus ne quidem ex identitate rationis trahendam arg. l. quod verò contra 14. ff. de legib. ¶ Sed non concedit communis Dd. schola, legem illam planè novam esse, e-jusque sanctionem jam olim receptam, in dict. l. 2. verò apertiùs solummodo confirmatam fuisse, ¶ probatur ex l. si quis cum aliter 36. ff. de V. O. l. res bona 54. ff. de contr. empt. l. 6. § 2. l. si res estimata. 12. § 1. ff. de jur. dot. l. si duos servos. 47. ff. de evict. l. 2. ff. deposit. l. in contractibus. 3. C. quib. ex causa major. in integ. l. majoribus. 3. C. comm. utriusque judic. ¶ Quidni ergò ex similitudine ac identitate rationis sanctio illa ad alias similes contractus extendenda erit? arg. illud questum. 32. ff. ad Leg. Aquil. l. non possum. 12. & l. seq. ff. de ll. ¶ Sanè quin locum ea habeat in locatione-conductione, minus forsitan dubii est, quum hæc iisdem Regulis juris contineatur, quibus emtio-venditio l. 2. in pr. ff. locat. l. 19. & l. seq. ff. de act. empt. ¶ Quod & facit l. si olei. 21. C. de locat. l. si merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. l. 1. §. si quis in fraudem. 12. & §. seqq. ff. si quid in fraud. patroni. ¶ Nec obstat, quod locatio fiat ad tempus: Quia tempus ad excludendam lesionem immodicam nil habet momenti, Et aliàs non nisi in venditione rerum majoris pretii huic remedio locum esse sequeretur. ¶ Reliquæ Anton. Fabr. rationes non videntur magni momenti, & à Dd. communiter refelluntur.

Ita Domini in causa VVolffgangi Caspari & Georgii Hauboldi frarum à Berbisdorff zu Melis/ Mens. Aug. Anno 1622. (Verba sentent. Da ihr nun wie Recht erweisen und dorthin würdet/dass berührtes Gut zur Zeit des geschlossenen Pachts mehr denn noch eines so hoch genützt werden können/ und ihr also in solchem Pacht über die Helfste euers Gebührenß verkürzet worden/ic. So wäret ihr/dass solcher Pacht aufgehoben/ oder aber die Mängel des rechten Pachtgeldes nochmals ersehen würden/zu suchen wohl befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Contra divisionem etiam hereditatis datur Remedium l. 2. C. de Resc. Vendit.*

- Non minus itaque in divisione hereditatis atque in contractu emtionis locum habebit Remedium rescissionis per text. in l. 3. ubi Dd. C. comm. utriusque judic. Dan. Moller. lib. 2. senefr. c. 28. numer. 1. ¶ Quamvis dissentiat Anton. Fab. decad. 8. Error. & seq. Contra quem vel præcipue specialis natura & qualitas hujus rei militat, quæ vel maximè spectat æqualitatem, & in qua minimè licere debet, alteri alterum circumvenire, ut tantò magis remedio l. 2. C. de resc. vend. locus sit. ¶ Et maximè dict. l. 3. C. comm. utriusque judic. in casu nondum impletæ divisionis loquatur, inde tamen impletæ è ex causa enormis lesionis nullum superesse remedium, minus ritè infertur, ut ipsem animadvertisit Ant. Fab. à se ipso dissentiens in Codic. lib. 3. tit. 27. defin. 3. & 8. ¶ Stante hac sententiâ, quis dubitabit, competere beneficium d. l. 2. si facta divisione secundum Const. Elect. 15. part. 3. major frater in dividendo, vel minor in eligendo ultra dimidium se lèsum probet, Dan. Moller. dict. cap. 28. ¶ ubi rectissimè idipsum limitat, in casu quo fratres valorem bonorum scientes, nihilominus inquam fecerint divisionem, Vid. infr. part. 3. Const. Elect. 15. Defin. 19. & 20. ¶ Sicut nec divisio per judicem facta ob enormem lesionem rescindi debet, Bald. in dict. l. majoribus 3. C. comm. utriusque judic. n. 3. Vid. Supr. Defin. 4.

Ita Domini in causa Hansen Eungens Wittwen zu Leipzig/ Mens. Jun. Anno 1608. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch

eure Schwieger-Muster wider solche Erbheilung eine mercliche lèson und Verfürzung ultra dimidium angezogen/welche ihr zu beweisen außerlegt/ So wird sie damit nochmals billich gehöret/ic.)

Et in causa Zacharia Nobels/ Mens. Septembr. Anno 1596. (Verba sent. Ob nun gleich das Gut Buche euch durchs losz zugefallen/ ihr auch so wohl als die andern Erben/ mit Hand und Mund bey euren Adelichen Ehren/ Treuen und wahren Worten solche Erbheilung zu ewigen Zeiten nicht zu wieder-rufen jugesagt: Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß ihr euch des Remedi L. a. C. de resc. vend. ausdrücklichen verzeihen und begeben. So seyd ihr auch dasselbige gebührlich zu gebrauchen wohl befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*In solutionibus quoq. & quietantiis locus est Remedio l. 2. C. de Resc. Vendit.*

A T, num etiam in liberationibus & quietationibus 1 locus erit buic remedio l. 2. C. de Resc. vend. Sanè ¶ in renunciationibus, si de lèsione ultra dimidium justi pretii agatur, remedio dict. l. 2. locum esse, tenent communiter Dd. in Autb. Sacramenta puberum. C. si advers. vendit. test. Matth. Wesenb. part. 1. conf. 23. n. 20. ¶ Quidni ergò etiam in liberationibus & quietantiis super facta solutione? Quippe in quibus æque ratio lèsionis militat, ac in renunciationibus, aliisve contractibus, ¶ ut proinde vel ex 4 solà identitatis ratione ad liberationes inferre liceat, arg. l. illud questum 32. ff. ad Leg. Aquil. ¶ Quod & 5 facit textus in l. si superflite. 3. C. de dolo. ex quo sententia hæc haud obscurè probatur, quam & tuentur Cravetta conf. 11. n. 10. & Joh. Köpp. decis. 58. n. 30.

Ita Domini in causâ Johannis Landgrafs, zu Stadt-Jümen/ ad requisitionem Consiliariorum Schwartzburgensium, Mens. Febr. Anno 1623. (Verba sentent. Es könnte denn Jo-hann Landgraf wie recht dorthin und erweise/ daß ihme zu der Zeit/als die debitores solche Schulden abgetragen/ nun darüber quietaret/ noch einst so viel/als er von ihnen empfan-gen/ gebühret/ und er also über die Helfste seines Gebührenß verfüget worden wäre/ auf den Fall wären obgedachte debitores den Mangel desselben Gebührenß nochmals zu erzeigen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Etiam Venditiones judiciales ac publica sub hasta facta rescinduntur, ex causa lesionis ultra dimidium.*

M Ultùm controvertitur ab Interpp. an locus sit 1 beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. si venditio, præcedente publica subhastatione, facta sit. ¶ Affirmantibus quibusdam idipsum, reliquis negantibus, aliis vero distinguenteribus, quorum argumentum latè tractat Matth. Berlich. decis. 126. ubi cum Dan. Moller. ad Constat. Elect. 32. p. 1. n. 21. & lib. 3. senefr. 12. aliisque ab ipso allegatis, ¶ in sententiam negativam 3 inclinat, quæ & probabili ratione haud destituta videtur. ¶ Publicè siquidem interest, venditiones, quæ 4 sub hasta fiunt, ex causa lesionis non facile irritas fieri, l. 7. §. questum 8. l. quod si minor. 24. §. non semper. 1. ff. de minor. ¶ non solum quod aliquin futurum. 5 sit, ut difficilius reperiantur, qui ad ejusmodi emptiones accedere velint, cum nulla hoc casu de evictione existat obligatio, l. 1. & tot. tit. C. Credit. evict. pign. non deb. ¶ Sed etiam quia vix sciri possit, quodnam 6 justum sit pretium, nisi illud, quod publicè facta venditione constitutum reperitur, justum habeatur, dict. & l. 7. §. questum 8. l. pupillus. §. 2. vers. sanè ff. de autor. tutor. ¶ Attamen, ne sub nomine subhastationis publicæ locus relinquatur fraudibus ac malitia licitorum, æquissimum sanè est, ut si lèso ultra dimidium intervenerit, perinde publica ac privata venditio rescindi possit ex l. si quos. 16. C. de resc. vendit. l. fundus. 9. ff. eod. tit. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 30. defin. 4. Joh. Harppr. in S. ult. n. 240. Inst. de empt. vendit. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 40. in fin. + Idque

- 8 † Idque tantò minus dubium habet in terris Electoratus Saxonici, quantò clarius dispositum, ut si debitor vel ejus Creditores etiam per judicialem præcedentem estimationem se lœsos existiment, aliorum estimatorum judicium ac decisionem petere ipsis liceat, Constit. Elector. 32. §. Würde sich aber & part. i.  
 9 † Nec quicquam in contrarium movent dicta Supr. Defin. 4. Etenim quæ ibidem de transactione judiciale ob dubium causæ eventum & ad lites compescendas non retractandæ dicta fuere, † neutiquam ad venditionem sub hastâ factam, ad quam vendor in concursu creditorum coactus & invitus accedit, extendi velim.

Ita Domini in causa Christophori Arpers zu Leipzig/Mens. Jan. Anno 1585. (Verba sentent. Dieweil M. Ludovicus Trübbe auff vorhergehende gerichtliche substauration, und erfolgte licitation, sein Kaufrecht erstanden/ und das Haus käuflich an sich gebracht/ So wird er darbey billich gelassen/ ihr möchte denn wie Recht erweisen/ daß ihr über die Helfste des rechten Werths in selbigem Kauf verleget worden/auff solchen Fall wäre Käufer den rechten Werth nochmals zu erfüllen/ oder aber gegen Erfüllung seiner ausgezahlten Kaufgelder/ und eingewandten scheinbarlichen Besserung/euch das Haus wieder abzutreten schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIV.

*Locum quoq; habet beneficium L.2. C. de resc. vendit. in Constitutione dotis ac dotalitii.*

- 1 Non potest agere mulier ex beneficio l. 2. C. de resc. vend. si defuncto marito dicat in pacto dotali se lœsam ultra dimidium ejus, quod vel ex Statuto loci aut consuetudine sibi debetur è bonis mariti, † propter dubium scilicet eventum mortis conjugum, qui facit, ut lœsio aliqua tempore pacti dotalis initi considerari nequeat, Dan. Moller. ad Conf. Elect. 20. p. 3. n. 11. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 20. n. 17.  
 3 † Audienda tamen est, si ipsam dotis constitutionem ex capite lœsionis ultra dimidium impugnare velit, Gloss. in l. si ex causa. 9. §. 1. ff. de minor. Jason. in l. si quis cum aliter. 36. n. 18. ff. de V.O. Cagnol. in l. 2. n. 63. C. de restind. vendit. † Non quidem ut ipsi integrum sit, alternativè petere vel rescissionem contractus, vel reductionem dotis ad justam quantitatem, 5 prout alias in Remedio diet. l. 2. peti potest; † Quia ut matrimonium ipsum semel contractum rescindi non potest; ita nec dotis constitutio, quæ oneribus matrimonii servit, l. pro onerib. 20. C. de jur. dor. † Sed quod tantum agere possit, ut dos ad justam quantitatem reducatur, ac superfluum sibi restituatur, Cagnol. 7 diet. loc. Hartm. Pistor. obs. 104. † Pariter & remedium hoc l. 2. C. de resc. vend. in dotalitio locum sibi vendicat. † Quo tamen casu, vidua alternativa petitio, ut vel superfluum dotem, quæ pensiones dotalitias excedit, firmo interim permanente contractu dotalitii, vel pro lubitu dotem integrum, rescissio contractu, repeat, vix deneganda erit, ut demonstrat Hart. Pist. diet. obs. 104. n. 10. & seqq.

Ita tractatum in causa Sabine Viduæ Melchioris à Ragevitz contra ejusdem Aguatas, Mens. Aug. Anno 1611.

## DEFINIT. XV.

*Vendens animal, quod postea mactatum deprebenditur morbidum aut vitiosum, cogitur emptori restituere pretium.*

- 1 Illud quidem expeditum est, quod vendor pecoris sive animalis, quod postea mactatum & dissestum, reperitur morbidum ac vitiosum, ita ut ejus caro sine periculo comediri nequeat, pretium exigere non possit, † quin & solutum emptori restituere tenetur, si vitium aut morbum sciverit, Matth. Coler. part. 2. decif. 228. n. 2. † At quid, si morbus aut vitium venditori fuerit incognitum? Certè, nec tum 5 ipsi pretium exigere licebit: Quia vendor tenetur

redhibitorie, non tantum in casu scientiae vitii; † Sed etiam quando ignoravit ea, quæ ædiles jubent 4 præstari l. 1. §. causa hujus editi. 2. ff. de adil. edit. † Sicut autem morbus vel vitium hominis, quod usum ministeriumve ejus impedit, redhibitioni locum facit diet. l. 1. §. 5. p. proinde si quid tale. ff. d.s. † Ita & jumentum sanum præstari oportet, morbidum autem & vitiosum redhiberi valet, l. adiles. 38. §. loquuntur. 5 §. 3. vers. quicquid igitur. & §. jumentorum 4. ff. de adil. edit. Coler. diet. loc. n. 6.

Ita Domini ad consultationem des Raths zu Ecouche / Mense Dec. Anno 1594. (Verba sentent. Hat einer dem andern ein Kind um zehnthalb Alte. Schock abgekauft / Ob nun wohl darbey der Gewehr halben nichts gedacht werden / da aber dennoch das verkauftes Kind als es geschlachtet und besichtigt worden/ unrichtig gewesen. So wäre der Käufer dasselbe Verkäufern zu bezahlen nicht schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. XVI.

*Emptor animalis vitiosi, aut morbidi, non potest reperire pretium, si morbus fuerit patens ac visibilis.*

Sive ergo sciens, sive ignorans vendor pecus viviosum vendiderit, pretium petere non poterit; sed solutum emptori restituere tenebitur, Defin. præced. † At in casu utroque vendor pretium lucrat, si vitium aut morbus pecoris fuerit patens atque visibilis, Matth. Coler. part. 2. decif. 228. n. 8. † De vi- 2 tio enim patente, quamvis hoc nomine emptor non fuerit admonitus, vendor nullatenus tenetur, Bald. in l. 1. n. 5. & 6. C. de adil. edit. † Sed imputet sibi emptor, quod non viderit vitium exterius, aut tamen videre debuerit, ac nihilominus pecus emerit; † Non 3 est enim necessaria demonstratio aut admonitio in rebus visibilibus, l. 1. §. 1. ff. de adil. edit. l. si ut certo. 5. §. custodiā. 5. ff. commoda. † Quid & faciunt verba manifesta Gloss. in art. 97. Weichbild. Und dis ist zu vernehmen von verborgen Wandel/der unschaulich wäre oder unsichtig. † Ex quo infert Coler. si por- 4 cūs venditus laniis habeat die Finnen/ quas artifices ex apertione palati & inspectione linguae facile deprehendere possunt, locum non esse redhibitioni, nec 5 venditorem pretium restituere teneri, sed emptorem sibi imputare debere, quod oculari inspectione uti. no- luerit. † Et ita M. Jan. An. 1580. à Jenensibus pro- 6 nunciatum refert diet. decif. 228. n. 9.

Ita Domini in causa Eliz Friedels zu Ecommatsch/ M. Mayo, Anno 1637. (Verba sentent. Ob wohl sonst diejenigen/ so eins unrichtig Viehe erkaufft/ Käuffern das Kaufgeld wieder heraus zu geben verbunden; dieweil ihr aber dennoch selbst berichtet/das man an dem Schweine/ so von Melchior Dumelein erkaufft/ die Finnen sehen und spären kan/ und ihr gleich wohl bei Erkäuffung dessen darauf nicht Achtung gehabt. So habt ihr euch selbsten die Schuld billich zu zuzumessen/ und seyd demnach das Kaufgeld von Verkäuffern wieder zu fordern nicht berechtigt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XVII.

*In foro Saxonico Venditor equi non nisi de tribus vitiis tenetur.*

D E jure quidem communi, quoad redhibitio- 1 nem eadem est ratio Equorum, ac reliquorum animalium vendorum. † Nempe quod emptor 2 pro omnibus vitiis equorum internis & non appa- rentibus experiri ac pretium repetrere queat, sive sit lunaticus tollerend/ l. 1. ff. de adil. edit. † Sive re- 3 trogradus stetig/ aut habeat superosla vel gallas, Specul. tit. de resc. vend. §. nunc dicendum. n. 2. † Sive 4 sit pavidus scheu/ l. bovem 43. pr. vers. ea quoque ju- menta. ff. cod. tit. † Aut si transjungi nequeat, ladi- 5 les ajunt. 38. §. questum. 8. ff. cod. tit. † Vel etiam si 6 sit calcitrosus, h. e. pedibus feriens, diet. l. bovem. 43. in pr. junct. Gloss. in l. ob que 4. §. 3. vers. animi autem

verb. dixerunt. ff. de adil. edit. Matth. Coler. de pro-  
cess. execut. part. 2. cap. 2. num. 81. † At de jure Saxonico venditor equi non tenetur, nisi de tribus vitiis,  
puta: 1. Quod non sit Retrogradus, daß es nicht ste-  
tig sey. 2. Nec cœcitate latente vel invisibili labore, daß es nicht Starr-blind sey. 3. Et quod non sit sca-  
biösus, daß es nicht Haar-schlechtig sey/ Weichbild/  
art. 97. Matth. Coler. dict. cap. 1. n. 82. & part. 2. de-  
cis. 228. n. 7. Reinhard. part. 6. diff. 56. † Quidam  
addunt quartum scilicet, daß es nicht rosig sey.  
† Sed ultimum hoc in textu juris Saxonici non ha-  
betur, adeoque in foro Saxonico venditor de eo non  
tenebitur, usu id probante, Coler. dict. dec. 228.  
num. 7.  
Ita Domini in causa Lucae Beuchels zu Meissen/M. Mart.  
Anno 1622. (Verba sentent. Ob nun wohl das Pferd alsbald  
gestorben/und in der Bestichtigung an Lung und Leber anbrü-  
chig befunden worden/ic. Dieweil sich aber defioch daran kei-  
ner aus den dreyen Mängeln / welche die Sächsischen Rechte  
hierinnen/wann der Verkäufer den Schaden gelten soll/sezen/  
sich ereignet/ic. So ist auch Käufer die versprochene so. Thlr.  
Kauffelds euch nochmahl zu erlegen und zu bezahlen schul-  
dig/B. R. W.)  
Et ad requisitionem der Gerichte zu Leipzig/ Mense Martio,  
Anno 1633.

## DEFINIT. XVIII.

*Non rescindenda est venditio, si vitium aut morbus  
venditi pecoris non statim apparuerit.*

- 1 **S**ive equum, sive aliud quoddam pecus ad ma-  
standum quis emerit, nunquam rescinditur yen-  
ditio, prepter morbum aut vitium superveniens.  
2 † Voluerunt namque ædiles succurrere tantummo-  
dò empori decepto, ex venditione morbosi animalis  
damnum sentienti, l. s. causa. bujus edit. 2. ff. de ex-  
3 dil. dict. † Non ergò tenebitur venditor, si quid  
post venditionem traditionemque culpâ forsan em-  
poris ejusve familiæ deterius factum fuerit, l. 25. l. 58.  
S. ult. ff. cod. rit. Matth. Wesenbec. in parat. ff. cod.  
4 tit. num. 3. † Præsumitur autem morbus vel vitium  
post venditionem supervenisse, si factâ jam traditio-  
ne, post tempus aliquod elapsum illud demum appa-  
reat; † Imputet namque sibi tûm empor, quod  
non diligentius in empti animalis vitia inquisiverit,  
6 deque his statim conquestus fuerit, † quum da-  
maum sentire non videatur, qui suâ culpâ id sentit,  
*ex vulgarâ juris Regulâ.*

Ita Domini in causa Jobst Geissarts zu Anneberg / Mense April. Anno 1612. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch an  
dem erkaufsten Pferd einige Krankheit anfänglich nicht verspü-  
ret worden/Käufer auch dasselbe eine Zeitlang gehabt und ge-  
braucht/ic. So ist er das hinterstellige Kauffeld/ seines Vor-  
wendens ungeacht/vollständig zu bezahlen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Ob nova collectæ novi servitii onus fundo vendito  
impositum, Venditor de evictione non est dovin-  
itus empori.*

- 1 **D**e evictione venditor aliter non tenetur, quam  
ut rem emptam absque oneribus liberam præ-  
stet, talem scilicet, qualē vendidit, Matth. Wesenb.  
2 in parat. ff. de evit. † Non ergò devinctus erit em-  
ptori de eo, quod noviter accesserit, † quia de casis  
3 futuris venditor nunquam tenetur l. Lucius. ii. in  
4 pr. ff. de eviction. † Multò minus de onere servitio-  
rum aut collectæ alicujus, quod fundo vendito de-  
novo imponitur, de quo nec cogitâsse præsumuntur  
5 contrahentes. † Conventiones autem ad incogitata  
porrigendæ non sunt, l. 4. l. qui cum tutoribus g. §. i. &  
6 §. ult. ff. de transaction. † Quin nec in potestate ven-  
ditoris est, emporum ab oneribus novis liberare, quia  
solo Domini vel Magistratus imperio &, voluntate  
pro necessitate Republicæ, & fortunis subditorum  
imponuntur, interque eos prudenti judicis arbitrio

distribuuntur, Bartol. in l. i. C. de mulier. & in quo loc.  
lib. 10. Andr. Gail. lib. 2. obf. 52. n. 10. Petr. Heig. p. 1.  
qwest. 17. n. 30.

Ita Domini in causa Annae, Vidue Johannis Taubers zu  
Leipzig/ Mense Mayo, Anno 1590. (Verba sentent. Ob nun  
gleich der Erbherr euch mit neuen Diensten und Steuern zu be-  
schweren Vorhabens; Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/  
daß sich der Verkäufer deswegen gegen euch zu etwas verpflich-  
tet: So ist er auch derowegen euch gegen den Erbherrn zu ver-  
treten nicht schuldig/B. R. W.)

Et in causa Georg. Mercels zu Neumarkt/M. Apr. A. 1632.

## DEFINIT. XX.

*Nec de collectis usitatis & consuetis, fundo inheren-  
tibus, Venditor ad evictionis prestationem est  
obstrictus.*

**S**ed quid juris in collectis fundo jam inherentibus. 1  
& lege publica impositis? † Neutquam audiendū  
putaverim emporem, si harum nomine ad præ-  
stationem evictionis convenire velit venditorem, ut  
maximè earum mentio in venditione facta haud fue-  
rit, † quia præstatio evictionis non nisi pro oneribus 3  
ignotis & occultis venditori injungitur, arg. l. si  
fundum. 27. C. de evit. Salyc. in l. non dubitatur. 6. C.  
de evit. Hartm. Pift. obf. 212. n. 32. † iisque, de quibus 4  
contrahentes haud cogitâsse videntur, arg. l. g. §. i. &  
ult. ff. de transact. At ignotæ nunquam possunt esse  
emporti collectæ publicâ lege decretæ & impositæ.  
† Quin potius sibi imputet creditor, quod hasce peni-  
tus non exploraverit, nec cautius fuerit negotiatus,  
l. qui cum alio 19. ff. de reg. jur. l. 2. C. de furt. & serv.  
corrupt. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 8. n. 10.

Ita Domini in causa Georgii Christophori à Rauschau/M.  
April. Anno 1636.

## DEFINIT. XXI.

*Propter hypothecam in fundo vendito occultatam non  
rescindenda est venditio, sed tenetur Venditor de  
evictione & ad interesse.*

**A** Venditore semel perfectâ non licet recedere 1  
in invito alterutro, ne quidem ex Principiis re-  
scripto, l. de contractu 3. C. de res. vendit. l. sicut s. C. de  
O. & A. † Etiam si fundus venditus alteri hypothe-  
catus reperiatur, de quo tamen empor antea nil sci-  
verit. † Remedio siquidem evictionis præstandæ 3  
tum satis prospetum est emtori, l. ex empto. 11. ff. de  
act. empt. l. non dubitatur 6. C. de evit. † Quin & 4  
antequam fundus evincatur, Emptor in id, quanti suâ  
interest, rem suam factam, aut alteri obligatam nou-  
esse, adversus Venditorem ex empto agere potest,  
Bald. & Gloss. in l. servus quem de me. 30. §. ult. ff. de act.  
empt. Ant. Gomez. tom. 2. variar. resolut. c. 2. de empt.  
vend. num. 39. † ita namque ante rem evictam ex 5  
empto agere licet, ut res libera tradatur, l. ex empto.  
11. ubi Gloss. & Dd. ff. de act. empt. † vel tantò mi-  
noris æstimetur res empta, quanto minus valet pro-  
pter evictionis periculum, Bartol. in l. si rem meam.  
20. ff. de solut. Octav. Cacheran. decis. 24. n. 5. Hart.  
Piftor. p. 3. q. 5. n. 20.

Ita Domini in causa Martini Klugens zu Görlitz/ M. Mart.  
Anno 1663. (Verba sent. So seyn Verkäffere das verkauft-  
te Haus von der verschwiegenen hypothec euch nochmahl zu  
befreien/und dasselbe unbeschwert zu gewehren schuldig/ das  
Haus aber wieder anzunehmen mögen Verkäufer wider ihren  
Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

Et in causa Nicolai Gräßners zu Leipzig/ Mense Jan. An-  
no 1589.

## DEFINIT. XXII.

*Resciso tamen venditionis contractu, Venditor ad re-  
stitutionem pretii est obligatus, quando evictionem  
præstare nequit.*

**S**empre quidem venditor de evictione tenetur, &  
Sut rem venditam ab obligatione liberam empori  
præstet,

1 præstet, conveniri potest, l. non dubitatur. 6. C. de e-  
 2 dict. † At quid si expressè alijum fuerit, ne de evictio-  
 ne agatur? Aut si venditor adeo inops sit, aliave de-  
 3 causa impediatur, quò minus rem venditam ab oneri-  
 bus liberam tradere & prestare queat? † Utroque in  
 casu, rescisso venditionis contractu, tenebitur vendi-  
 tor ad pretii restitutionem, Joh. Schneidew. in §. a-  
 4 ctionum. 28. sub Rubr. de act. ex empto. n. 43. Inst. de a-  
 ction. † Nec enim bona fidei contractus hanc pa-  
 titur conventionem, ut emtor rem amittat, & pre-  
 5 prium venditor retineat, dicente J. Cto in l. ex empto n.  
 §. ult. vers. ibidem ait. ff. de act. empt. † quem tex-  
 tum notandum dicit Bald. in l. l. C. de per. & comm. rei  
 vend. Jason. in l. stipulatio ista 38. col. pen. vers. Et ad-  
 verte. ff. de V. O. Salycet. in l. si rem. 29. §. quolibet tem-  
 pore 2. ff. de evict. Hartman. Pist. lib. 2. quest. 10. n. 21.  
 6 † Attamen si expressè conventum esset etiam de pre-  
 7 tio non restituendo, valebit conventio, nec resultat  
 hoc casu aliqua iniquitas, quia tūm emptor videtur  
 emere dubium eventum, spem & fortunam, ut est in  
 eo, † qui jactum retis emit à pescatore, qui tenetur,  
 pescatori solvere premium, licet nihil ceperit, dict. l.  
 ex emplo n. §. fin. l. si jactum retis. 21. ff. de act. empt.  
 Schneidew. dict. loc.

Ita Domini in causa VVilhelmi Walpurgens zu Leipzig/M.  
 Jan. Anno 1587. (Verba sentent. Es ist euch aber Verkäufer  
 das Haus vor seiner Mutter Ansprüchen zu gewehren/oder da  
 er euch dasselbe nicht gewehren könnte/euer Kaufgeld samt dem  
 Interesse, so viel ihr dessen liquidiren könnet/zu erstatten schul-  
 dig/V. R. W.)

Et in causa Johannis Trautmans zu Leipzig/ Mense Febr.  
 Anno 1586.

### DEFINIT. XXIII.

#### Donator quando teneatur de evictione?

1 **R**egulariter donator non tenetur de evictione, si  
 2 traditione donatio perficiatur, l. Arist. 18. §. ult.  
 ubi Gloss. de donat. † Nisi forsitan dolus intervenisset,  
 quo casu locus est actioni de dolo, gloss. fin. circa med.  
 d. l. Arist. 18. ff. d. t. † Alioquin, si incipiat à promis-  
 sione donatio nondum facta traditione, donator te-  
 netur actione ad complendum missa, l. qui concu-  
 binam. 29. §. si beres. 3. ff. de legat. 3. l. Jul. 131. §. 1. ff. de  
 V. O. l. qui decim. 72. §. 1. ff. de solut. Bartol. Salycet. &  
 4 Dd. in l. 2. C. de evict. † in foro tam Saxonico vi-  
 detur dubium facere art. 4. lib. 3. Landrecht/ ubi di-  
 citur: Kein Mann den Schenker zur Gewehr-  
 schafft bringen kan/ er hat thine denn das zu geweh-  
 ren gelobet/nc. † Unde existimare quis posset, de ju-  
 re Saxonico donatorem indistincte eximi à periculo  
 evictionis, nisi de ea specialiter inter contrahentes a-  
 ctum fuisset, ut sentit Reinhard. part. 1. differ. 5.  
 6 Matth. Wesenb. in parat. ff. de donat. n. 7. † Sed lo-  
 quitur ille textus verbis disertis de rebus donatis, do-  
 natario traditis & ex manibus ipsius evictis; Adeo-  
 que, dotali donatione, quæ incipit à traditione, Matt.  
 Coler. part. 1. decif. 14. num. 6. † Nulla ergo circa evi-  
 ctionem in materia donationis existit differentia in-  
 ter jus Saxonicum & jus commune, sed donator, qui  
 rem donare promisit, si hoc non fecerit, bene conve-  
 niri potest ad interesse, hoc est, ad præstationem æcti-  
 nationis: idque in Provinciis Saxonici ita obser-  
 va, testatur Coler. dict. decif. 14. n. 10.

Ita Domini in causa Melchior Weidemanns zu Dona/M.  
 Octob. Ann. 1618. (Verba sentent. Ist euch Paul Nlemmer  
 sein Pferd/darauff er täglich geritten/ zu schenken anheischig  
 worden/l. So ist er, solches nochmals zu Werke zu richten/  
 aber da er nun mehr dasselbe nicht præstieren kan/ euch deswe-  
 gen ad interesse verpflichtet/V. R. W.)

Et in causa Johannis Billighraths zu Rudelsstadt/Mens. Jul.  
 Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun wohl sonst der dona-  
 tor zur Gewehr eingegeschickten Guts nicht verbunden; die-  
 weil aber dennoch nicht zu besindern/ daß in gegenwärtigen

Fall dem donatario das geschenkte Haus so bald eingeraumt/und darbei eigenthümlichen tradirei worden/nc. So sehn auch des donatoris Erben die versprochene donation zu gewehren/und dem donatario das Haus nochmals einzuräumen/ oder den Werth dafür zu entrichten pflichtig/V. R. W.)

### DEFINIT. XXIV.

#### Facta donatione remuneratoria seu reciproca, donator de evictione tenebitur.

**Q**uod vulgo dicitur, donatorem non teneri de e-  
 victione l. Arist. 18. §. ult. ubi Gloss. ff. de donat.  
 Nempe si traditione donatio perfecta fuerit,  
 Defin. præced. † procul dubio fallit in donatione  
 remuneratoria sive reciproca, ubi donator subsecutā  
 etiam traditione de evictione tenebitur. † Quia scilicet  
 donatio hæc impropriè donatio est, nec regulis  
 donationis continetur, l. l. ff. de donat. Jul. Clar. in §.  
 donatio. quest. 3. & qu. 21. n. 4. Ant. Fab. in Codic. lib. 8.  
 tit. 36. defin. 3. n. 2. Ita Domini in eadem causa Joh. Billighraths zu Rudel-  
 stadt/ Mense Jul. Anno 1634.

### DEFINIT. XXV.

#### Emens scienter rem alienam, adversus venditorem de evictione agere nequit, nec premium re- petere.

**N**eque in contractu Emptionis-Venditionis de  
 evictione venditor semper conveniri potest,  
 Non certè, quando per violentiam ab emptore au-  
 fertur res empta; Quia venditor non tenetur de-  
 fendere emptorem de violentiā l. ult. C. de act. empt.  
 † Unde illud Germanicum dictum: Für Ge-  
 walt ist man zu gewehren nicht schuldig, † Eitque ra-  
 tio, quod injuria, quæ fit emptori, non debeat contin-  
 gere autem, l. si per imprudentiam si. in fin. pr. ff.  
 de evict. † Nec venditor tenetur de casibus futuris,  
 l. Lucius. 11. in pr. ff. de evict. † Porro, nec tūm Emptor  
 de evictione agere poterit, quando scienter rem alie-  
 nam aliive obligatam emit, nisi expressè de evictione  
 fuerit stipulatus, l. si fundum. 27. C. de evict. Johann.  
 Schneidew. in §. actionum. 28. sub rubr. de act. ex empt.  
 n. 61. Hartm. Pist. part. 2. quest. 10. n. 21. & obser. 212.  
 n. 32. Salycet. in l. non dubitatur. 6. C. de evict. † Quin  
 nec premium hoc casu emptor repeteret valer dict. l. si  
 fundum. 27. ubi Bartol. & Salycet. C. de evict. † Nec  
 movet in contrarium quicquam l. 3. §. ult. C. comm.  
 de legat. ubi emtor sciens rei gravamen, premium re-  
 petit: agitur enim ibidem de alienatione tei fidei-  
 commissio conditionali, vel sub incerto die gravatae,  
 ubijs vendendi pendente conditione, quæ deficer-  
 potest, gravatus habet.

Ita Domini in causa Christophori Denharts zu Oberop-  
 stadt/ Mense Sept. Anno 1601.

Et in causa Johannis Billighraths zu Rudelsstadt/Mens. Augs.  
 An. 1634. (Verba sentent. Da aber dennoch Käufer/ daß solches  
 Haus streitig gewesen/ gute Wissenschafte gehabt hätte/ daß für  
 sich aus eurer Frage ansehen laßt/nc. So wären Verkäufers  
 Erben zu einiger Gewehr nicht verbunden/V. R. W.)

### DEFINIT. XXVI.

#### Cedens nomen non tenetur de evictione aut præsta- re idoneum ac locupletem debi- torem.

**Q**ui nomen cedit aut vendit, non tenetur præ-  
 stare locupletem sive idoneum debitorem, l. si  
 nomen 4. ff. de hered. vel act. ver. dit. Molin. conf. 49.  
 n. 9. Hartm. Pist. obser. 2. 2. 1. Paul. de Castr. volum.  
 2. conf. 170. n. 3. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 29. defin.  
 15. num. 8. Neque ignorantia cessionarius vel empfor  
 se tueri potest, nisi hanc probaverit, quia in dubio  
 presumitur scivisse, † debitorem non esse solvendox. 2  
 sum sit, quod imputatur ei, eur admiserit debitorem,  
 l. 11. 1. 3. prius-

- priusquam conditionem ejus penitus exploraverit, l.  
qui cum alio. 19. ff. de Reg. jur. Dec. in l. 2. n. 10. in fin.  
3 C. de p. 2. † Quod tamen videtur limitandum, in ca-  
su quo expresse fuerit actum, ut vendor idoneum  
debitorem præstare debeat, Hartm. Pistor. dict. obf. 212.  
4 num. 9. † Quamvis & tūm sufficiat, debitorem ven-  
ditionis tempore fuisse idoneum, licet postea factus  
5 fuerit non solvendo: † Transit siquidem nominis  
periculum in emptorem, l. pupilli 96. S. sror. 2. ff. de  
6 solv. Surd. conf. 22. n. 33. † Porro nec tunc vendor  
ab evictione prorsus liberatus est, quando seduxit em-  
ptorem vel cessionarium, afferens, debitorem suum es-  
se idoneum, per l. quis faciendare. 3. ubi Dd. ff. de fidejuss.

Ita Domini in causa Melchioris Wedemachers zu Leipzig/  
Mense Jun. Anno 1586. (Verba sentent. Wann nun gleich ge-  
dachte Cessionarii solcher Schuld vollständig nicht befriedigt  
werden können. Da aber dennoch berührte Schuld unstreitig wäre/dieselbe auch die Cessionarii ohne Vorbehalt ange-  
nommen hätten/ie. So würde ihr von ihnen billich quittiert/  
und wäre zu etwas ferners nicht verbunden/ V. R. W.)

In causa Martini Wendelchs zu Barnborn / M. Octobr.  
Anno 1624.

Et in causa Joh. Föhrens wider die Sturmische Hande-  
lung zu Cölln an der Spree / M. Mart. An. 1636.

#### DEFINIT. XXVII.

*Tenetur tamen cedens præstare verum debitorem.  
Cessionario.*

- 1 Q uicquid juris quis alteri cesserit, accepto pretio,  
aliave re quālibet, Cedens vendoris loco est, l.  
naturalis. 5. S. 1. ff. de præsc. verb. junct. l. pacia conven-  
ta. 72. vers. an idem. ff. de contr. empt. † Igitur si  
cessionario ex causa aliquā prorsus inutilis sit cesso-  
& infructuosa, putā, si debitum non est liquidum ac  
certum, aut solutione sublatum, tenetur cedens de-  
evictione, vel ad restitutionem pretii eorumque o-  
mnium, quā accipit, l. si nomen. 4. ff. de hered. vel act.  
vendit. Ant. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 29. defin. 15. num. 3.  
3 † Etsi enim non teneatur cedens facere bonum no-  
men Defin. preced. † tenetur tamen facere verum,  
id est, præstare se creditorem, licet non locupletem  
debitorem, dict. l. si nomen. 4. ff. de her. vel act. vend.  
Hartm. Pistor. obf. 212. n. 1. Atque ita accipi debet.  
5 promissio de nominis evictione, † ut scilicet verus  
præstetur debitor, etiam si minus idoneus habeatur,  
Paul. de Castr. vol. 2. conf. 170. n. 3. Hartm. Pistor. dict.  
6 obf. 212. n. 3. † Planè, si emptor vel cessionarius scive-  
rit debitori exceptionem competere, vel alias debi-  
tum non esse liquidum, & nihilominus istud emerit,  
vel acceperit, tūm nulla ei contra Venditorem com-  
petit actio, † quemadmodum nec illi, qui sciens rem  
alienam emit, l. si fundum 27. C. de evict. Salycet. in  
l. 6. cod. tit. Vid. Supr. defin. 25.

Ita Domini in causa Hansen Fabians von Geilisch/ Mens.  
Jun. Anno 1622. (Verba sent. Hat euch Joachim von Neid-  
berg eure Schuld aus dem Ritter-Gut Tepew cediret und abge-  
treten/und nachdem ihr euch solcher Forderung angemessen/hat  
sichs befunden/ daß keine Schuld vorhanden / die deme von  
Neidberg gebühret hätte/ie. So ist berührter Neidberg euch  
solche übergebene Schuld-Post nochmals zu gewehren/ oder  
die von euch empfangene 550. fl. wieder auszuantworten schub-  
dig/ V. R. W.)

It. in causa Oswald Vogels von Annaberg/ Mense Martio,  
Anno 1633. (Verba sent. So seyn berührte eure Bräder die  
zu Behauptung der cedirten Schuld gehörigen Urkunden euch  
auszuhändigen/ oder da derer keine mehr verhanden / daß sic  
vergleichen Schuld an gedachten Ort beständigter Weise zu fo-  
deren befugt/gnugsam zu beschreiten/ oder in Mangelung des  
Beweises euch die cedirte Schuld zu gewehren pflichtig/  
V. R. W.)

Ex in causa heredum Christophori Krafftis zu Gerau / M.  
Jun. Anno 1632.

#### DEFINIT. XXIX.

*Evictio locum habet in transactione, quando bujus no-  
mine aliquid dasam est.*

**E**x quolibet regulariter contractu, in quo aliquid  
darur ex causā onerosā, Evictio deberet, etiam si  
de cā nihil dictum fuerit, l. exempto. 11. in pr. ff. de  
act. empt. l. non dubitatur. 6. C. de evict. qui textus li-  
cet de emptione tantummodo loquantur, † idem  
tamen in aliis quoque contractibus obtinere, proba-  
tur per text. in l. si permutationes. 29. C. de evict. l. 1.  
ff. de rer. perm. l. ult. ff. de condit. caus. dat. l. si quis  
domum 9. ff. de locat. Caballin. de evict. 9. 4. † Id ve-  
rò quod ex transactionis causa datur, titulo oneroso  
percipi, nemini obscurum esse existimo, & firmat hoc  
Berous vol. 2. conf. 169. n. 19. † Quidni ergo in trans-  
actione etiam, perinde ac aliis in contractibus evictia  
locum haberet? Quod & disertè probatur, † in l. si  
pro fundo. 33. C. de transact. ut demonstrat pluribus  
Hartm. Pistor. obferv. 227. n. 36. & seqq. † Etsi enim Ful-  
gosius ab Hartm. Pistor. ibid. allegatus dict. l. si profun-  
do. 33. C. d. t. ad eum restringat casum, quo res alia,  
quā quā controversa fuit, datur, attamen inter-  
pretatio hæc ab Interpp. communiter rejicitur, con-  
cludentibus: Quotiescumque ex transactione ali-  
quid datur, idque deinceps evincitur, de evictione  
dantem teneri, quod & textui d. l. si profundo. 33. C.  
d. t. convenire videtur, ut latius deducit Hartm. Pistor.  
dict. obf. 227. n. 36. & 55. † Aliud tamen dicendum  
arbitror, cum nomine transactionis nil datum, sed à  
lite tantummodo discessum, resque controversa pos-  
sessori relicta fuerit. † Ita namque casum, quo trans-  
actionis nomine aliquid datum, & quo aliquid dimis-  
sum est, Dd. distingunt, afferentes, quod licet is, qui  
transactionis causā aliquid dimittit, de evictione  
non teneatur, † tamen quoties ex transactione da-  
tur aliquid, idque evincitur, tūm evictionis nomine  
agi possit, Bart. Bald. Salycet. Jason. & comm. Dd. in-  
dict. l. si profundo. 33. C. de transact. Fab. de Anna  
conf. 51. n. 29. Hartm. Pistor. dict. obf. 127. n. 38. Socin. Jun.  
vol. 2. conf. 98. n. 16.

Ita Domini in causa Andreae Redels zu Auma / Mense Jul.  
Anno 1620. (Verb. sent. Habt ihr Melchior Löbeln/Vermöge  
einer aufgerichteten Vergleichung und transaction eine Hand-  
schrift über 300. Gläubergeben/und ihme solche Schuld cediret  
und abgetreten/und es wird fürgegeben/dass solche Schuld all-  
bereit einmal gezahlt worden/ie. So seyd ihr ihm vorberührte  
Schuld und Handschrift zu gewehren schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Venditores rei unius pro indiviso, & in solidum de-  
evictione tenentur.*

**V**enditionis natura quia individua est, in solidum  
etiam defendi debet, l. cum ex causa. 139. l. 2. vers.  
ex his. ff. de V. O. † Ideoque ex natura hujus contra-  
ctus, venditores in solidum de evictione tenebantur,  
Andr. Gail. lib. 2. obf. 14. n. 1. † ipsi autem vicissim in  
vicem de indemnitate obligantur, familia nimicum  
erciscundæ judicio, l. rem hereditariam. 65. circa fin.  
ff. de evict. dict. l. cum ex causa. 139. ff. de V. O. Ne uni  
vel alteri inde fiat injuria, † perinde ut in pluribus  
Venditoris hereditibus est receptum, qui in solidum  
etiam de evictione tenentur † Etsi enim unicuique pro  
parte hereditariæ præstatio injungatur, defensio ta-  
men non dividitur, sed interesse, l. si rem. 62. S. si ei qui  
mibi. 1. ff. de evict. l. in executione. 85. S. in solidum. 5. ff.  
de V. O. † Sic & plures mandatarii in solidum tenen-  
tur, sed latè sententiæ condemnatoriæ, pro partibus  
virilibus conveniri debent, l. si mandatum. 59. S. Pau-  
lus respondit. 3. ff. mandat. Gail. dict. loc. n. 5.

Ita Domini in causa Andreae Bierschrots zu Denstadt / M.  
Jan. Anno 1634. Verba sent. So seyd ihr einen oder den an-  
deren unter beniensten Vorläufers/weil sie im solidum verhaftet/  
der Gewehr halben zu belangen wohl befugt / und ihr mö-  
gliche euch an die Vorläufer insgesamt verweisen zu lassen nicht  
gedenken werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Evictionis nomine satisdatio præstanda non est, nisi ea confuetudine alicujus loci recepta, vel in ipso venditionis contractu promissa fuerit.*

- 1 **V**endor quivis empori suo ex ipsa natura contractus ad evictionem obligatus est, etiamsi venditionis tempore de hac nihil dictum fuerit, *i.e.* non dubitatur. *6. C. de evict. l. evicta. 70. ff. cod. tit. l. exemptio. 11. ff. de act. empt.* Petr. Aug. Morla. in *Emper. jur. tit. 9. n. 36.* Petr. Heig. p. 1. q. 36. n. 1. † Quin & hoc nomine repromittere tenetur, in tantum, ut licet in venditione nulla evictionis facta fuerit mentio, nihilominus empor quocunque tempore actione exempto instituta adire queat venditorem, ut de evictione repromittendo caveat, *dicit. l. ex emplo. 11. §. 18. vers. ex emplo. l. si duo 13. §. si quisjuraverit. 3. ff. de jurejur.* Heig. dict. q. 36. n. 2. † Quæ tamen cautio peculiarem satisdationem non requirit, sed repromissione & instrumento venditorem caville sufficit, *l. 1. §. stipulatio dupla. 8. ff. de prætor. stipul. l. illud queritur. 4. ff. de evict. l. non idcirco. 12. C. de contr. empt.* Hartm. Pistor. part. 3. quest. 5. n. 4. † Nam & alias qui ad dandum vel faciendum aliquid tenetur, hoc nomine solum instrumento cavere debet Creditori, *l. plures Apochis. 19. C. de fid. instrum.* Bartol. in *l. 3. ff. de cond. ob caus.* † Quandoque tamen vendor compelli potest, ut de evictionis nomine fidejussionibus vel pignoribus satisdationem præstet: Scilicet, si † consuetudo alicujus loci invaluerit, ut evictionis gratia satisdetur, cui omnino inhærendum est, *l. si fundus. 6. ff. de evict.* † Nam in quovis contractu, de eo, quod communiter fieri solet, actum videtur, *l. quod si nolit. 31. §. quia assidua 20. ff. de adil. editi. l. semper 34. ff. de Reg. jur.* † Aut si in ipso venditionis contractu de satisdatione evictionis nomine conventum fuerit, *d. l. illud queritur. 4. l. emperio. 37. ff. de evict. 9. dict. l. 1. §. stipulatio dupla. 8. ff. de prætor. stip. + Quia ex conventione contractus legem accipit l. pacta convenia. 72. ff. de contr. empt. l. contractus 23. ff. de Reg. jur.* Hartm. Pistor. dict. quest. 5. n. 6.

Ita Domini in causa Dn. Adami Comitis à Schwarzenberg & Nicolai à Maxen zu Sorau/ Mense Apr. Anno 1633. (Verba sententia. Ob nun wohl Verkäufer/ Vermöge gemeiner Rechte/ der Gewehr halben weiter nicht/ als ad simplicem judicialem præmissionem verbunden zu seyn vermeynet; Dieweil er aber dennoch über die Landesübliche Gewehr auch eine Versicherung d. Eviction halben zu leisten versprochen / So ist er solchem Versprechen nachzuhören/ und eine würtliche Versicherung durch Bürgen oder Pfände zu bestellen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXI.

*Evictione in limine contractus imminentis, Emptor premium tamdiu retinere potest, donec vendor hoc nomine satisdederit.*

- 1 **A**lius porro casus existit, quo vendor de evictione satisdare cogitur, quando scilicet evictione in limine contractus imminent: Nam tū empor premium tamdiu retinere potest, donec Venditor evictionis nomine satisdederit, *l. si post perfectam. 24. C. de evict. l. habitationem. 18. §. ult. ff. de per. & comm. rei vendit.* Fabian. de Mont. in tratt. de empt. p. 6. n. 51. Petr. Heig. part. 1. quest. 36. n. 4. Hartm. Pistor. part. 3. qu. 5. n. 15. Ubi notandum † 1. Evictionem in limine contractus tū dici imminere, quando, priusquam totum premium solutum fuerit, lis vel quæstio movetur, quantumvis hoc contractu jam perfecto, ac longo post intervallo contingat, Heig. dict. q. 36. n. 7. 3 Surd. decif. 295. n. 7. Pacian. confil. 14. n. 25. † 2. Nec iure actionis hoc casu cum venditore Emptor contendit, sibi idonee satisdari, sed exceptivē tantum populare potest, ut sibi caveatur & ad hoc retentio ne pretii nondum soluti uti. † Ideoque pretio so-

luto locus huic remedio amplius non est, quia tum nullam venditor agendi causam habet; Ergo nec Emptor facultatem excipiendi, Glos. in dict. l. si post perfectam. 24. verb. Non compelli. C. de evict. Heig. d. l. Hart. Pistor. part. 3. q. 6. n. 1. Pacian. dict. conf. 14. num. 26. † 3. Non tamen refert, an super ipso rei venditæ dominio, an super obligatione faltem, putâ, quod res vendita uxori pro dote, aliâve ex causâ alii sit obnoxia, controversia moveatur; utroque namque casu empor premium retinere potest, donec vendor satisdederit, ut post Saly. Albert. & alios quos allegat, docet Heig. dict. q. 36. n. 54. † 4. Idque verum, et si conventum fuerit, ne de evictione teneretur vendor; † Sicuti namque ejusmodi conventio non impedit, quod minus re evictâ premium repeti queat, *l. ex emplo. 11. §. ult. ff. de act. empt.* ita nec obstaculo esse debet, quod minus imminentे evictione ratione pretii caveatur, veluti post Surdum conf. 36. num. 25. assertit Hartman. Pistor. dict. q. 6. n. 7. † 5. Et hoc scitu dignum est, quod ob imminentē periculum evictionis in limine contractus, satisdatio non tantum ratione litis, quæ tum mota fuit, sed generaliter de evictione, & adversus omnes ejus causas præstari debeat, per text. in l. ult. §. fin. ff. de resc. vend. Bart. Saly. in dict. l. si post perfectam. 24. C. de evict. Hart. Pistor. d. q. 6. n. 5. Caball. de evict. §. 11. n. 12. Surd. dict. decif. 295. n. 9. Heig. dict. q. 36. n. 58.

Ita Domini in causa Caipari Zobels zu Harsleben/ Mens. Novemb. Anno 1615. (Verba sententia. Dieweil ihr selbsten berithet, daß das verkaufte Haus/ wegen der drauff hoffenden und Käuffern verschwiegene Gerechtigkeit/ streitig gemacht werden/ ic. So mag auch Käuffer/gestalten Sachen nach/ ob imminentē periculum evictionis in limine contractus, ehe und zuvor ihr thme der Gewehr halben genugsame Versicherung macht / die hinterstellige Kaufgelder auszuzahlen nicht angehalten werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XXXII.

*Emptor facultatem retinendi pecuniam ob periculum evictionis imminentis non habet, lite nondum mota.*

**N**on tamen semper empor exceptione evictionis in limine contractus imminentis, adversus venditorem se tueri, ac pro libitu vel solo prætextu alicujus periculi premium retinere potest, † sed Emptor evictionis periculum præsens sit necesse est ad hoc, ut remedio *l. si post perfectam. 24. C. de evict.* ut licet. Hinc † PRIMO non sufficit, quod empor comperiat, rem esse alienam, nisi revera lis ab alio moveatur, Petr. Heig. part. 1. qu. 36. num. 10. † Sicuti namque regulariter de evictione actio non competit, priusquam res per sententiam judicis fuerit evicta, *l. qui rem. 3. C. de evict.* Bartol. in *l. ex emplo. 11. in pr. ff. de act. empt.* Hartm. Pistor. obs. 228. n. 1. † ita nec exceptione evictionis empor se tueri, & ex beneficio *d. l. si post perfectam. 24. C. de evict.* premium retinere potest, nisi lite jam cum effectu mota, & judicio contra ipsum instituto, *d. l. si post. 24. C. d. s. l. habitationem. 18. §. ult. ff. de per. & com. rei vendit.* Natt. conf. 267. num. 2. † Non ergo sufficit interpellatio extrajudicialis; aut vox iactabundi actoris, ante item serio motam, cum aliud sit agere, aliud agere velle, *l. amplius. 15. ff. rem. rat. hab.* Heig. dict. loc. num. 12. † At dixeris, nonne hac ratione omne remedium periculum avertendi erit ademptum empori, cui non nisi exceptionem competere dixi? Defin. 31. n. 3. Non certe periclitabitur conditio emporis, sed alio remedio sibi prospicere potest, † agendo scilicet actionem, & libertam rem emptam ab obligatione, Vid. Hartm. Pistor. p. 3. quest. 5. n. 20. & Supr. defin. 21. num. 5.

Ita Domini in causa M. Christophori Benningkings zu Freyberg/ Mense Jan. Anno 1633. (Verba sent. Das Kaufgeld aber seyd ihr gestalten nach/weil ihr Gerichtlichen noch zur Zeit nicht belangen worden/ex causa evictionis in limine contractus imminentis, inne zu behalten nicht befugt/ V. R. W.)

Et in causa Eliz Thams zu Leipzig/Mense Nov. Anno 1634. (Verba sent. Dieweil aber dennoch sich noch zur Zeit der Gewehr haben keine Fahr ereignet/ic. So ist Käufer überwehnige Gelder euch vorzuhalten nicht befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIII.

*Satisfatio exigitur, si per calumniam moveatur controversia.*

- 1 **Ecundò:** Exigitur satisdatio, cum per calumniam, subornato forte ab emtore ipso aliquo contradicente, moveatur controversia ad hoc, ut interim Emptor majorem solvendi pretii dilationem habeat, Bald. in l. non idcirco. 12. C. de contr. empt. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 6. num. 12. Petr. Heig. part. 1. 2 quest. 36. n. 14. † Solent enim emptores quandoque alios subornare, qui litem temere moveant, ut inde 3 retinendi pretii occasionem naescantur: † Quare ut haec calumnia detegatur, liberum est venditori juramentum deferre emptori, aut ei, qui litem moveret, ut post Bart. in l. si post perfectam. 24. C. de evict. & Jacob. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. centur. 3. 4 cas. 224. n. 5. docet Hartm. Pistor. dict. quest. 6. n. 12. † Vel præsumptionibus saltem ac conjecturis hanc emptoris calumniam probare, arg. l. quia autem 6. §. non simpliciter. 2. ff. de prætor. si p. Heig. dict. quest. 36. n. 18. Menoch. dict. loc. Surd. 36. n. 14.

Ita Domini in causa Johannis Mausens zu Gendorf/M. April. Anno 1633. (Verba sent. So sendt ihr ihme der Gewehr halben cautio zu bestellen schuldig/ Es war denn/dass Käufer über rechtsverwahrete Zeit solches Hauss gebührlichen besessen/ und also per calumniam und fraudulenter Streitigkeit erregen liess/ allein zu dem Ende/damit er die Tagezeiten noch länger inne behalten möchte/auff solchem Fall wäret ihr ihm zu fernern Gewehr und caution nicht verbunden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIV.

*Ob litem ex jure conditionali motam, Emptori Venditor ad caucionem prestandam obstrictus non est.*

- 1 **Erstid:** Cessat quoque beneficium l. si post perfectam. 24. C. de evict. nec emtor adversus venditorem premium exigentem sese tueri, ac cautio nem petere potest, ob litem ex jure conditionali motam, † si nempe is, qui movit litem, habeat jus conditionale, Dd. & Jason. in l. à Divo Pio. 15. §. si post. 6. n. 2. ff. de re iudic. Petr. Heig. part. 1. qu. 36. num. 19. 3 † Conditione enim nondum existente, nec præsens 4 evictionis periculum imminet, † in quo solummodo casu remedium d. l. si post perfectam. 24. C. de evict. locum habere dixi Supr. Defin. 32. † nec habet Emotor, quod de evictione futurâ conqueri possit, 6 Vid. dict. Defin. 32. in fin. † Quamvis Doctores hoc ipsius limitent, si probabilis suspicionis metus subsist, Bart. in l. questum. 14 ff. de pignor. Heig. dict. q. 36. n. 20.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Oder aber demjenigen/ so anigo solches Haus in Anspruch zu nehmen vermeynet/noch zur Zeit/conditione nondum existente, keine richtige actio juständig wäre; auff den Fall wäret ihr Käufern zu ferner Wehr und caution nicht verbunden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXV.

*Venditor locuples quando relevetur à satisdando ob evictionem imminentem?*

- 1 **Quartò:** Denique calumniosè videtur Emotor exigere satisdationem ob periculum evictionis imminentis, quando venditor idoneus facultatis reperitur & locuples, ut satis cautum sit ei in omnem eventum, si rem evinci contigerit. Jacob. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 3. cas. 224. n. 4.

Caball. de evitt. §. 2. n. 18. Petr. Heig. part. 1. quest. 36. n. 23. Natta lib. 2. consil. 267. num. 4. † Nam & aliás 2 traditum est, ubiunque à lege vel statuto satisdatio vel cautio idonea requiritur, sufficere, si quis bona æquivalenta possideat, Jason. in l. 1. n. 18. ff. qui satisd. cog. † Causa siquidem finalis satisdationis in 3 hoc consistit, ut cautum sit adversario: Quæcum per possessionem bonorum sufficientium satis impleatur, † quippe quod securius sit, bonis, quam personis incumbere, nemini sanè absurdum videbitur, si locuples à satisdando relevetur, † quia causâ cœsante, cessat etiam effectus, l. 1. ff. qui satisd. cog. l. adi. 6. §. 1. ff. de jur. patron. † Quod tamen ita restringendum, si venditor paratus sit bona sua obligare, prout disputat Hartm. Pistor. part. 3. quest. 6. n. 9. & seqq. † Quia regulariter is, cui satisdatio ideo remittitur, quia locuples & idoneus est, cum hypotheca bonorum cavere tenetur, ut notant Dd. in dict. l. 1. qui satisd. cog. ubi Jason. n. 20. Heig. dict. quest. 36. n. 51.

Ita Domini in causa M. Christophori Benningks zu Freyberg/ Mense Jan. Anno 1632. (Verba sent. Das Kaufgeld aber seyd ihr gestalten nach/weil ihr gerichtlich noch zur Zeit nicht belangen worden/ Verkäufer aber mit Gütern gnugsam gesessen/ und solche unterpfändlich in Gerichten verschrieben zu lassen erbotig ist/ ex causa evictionis in limine contractus imminentis inne zu behalten nicht befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVI.

*Cautio evictionis nomine qualiter sit praestanda?*

**S**i in ipso venditionis contractu de satisdatione evictionis conventum ejusque modus expressus fuerit, procul dubio tum pacto standum erit, quia ex conventione contractus legem accipiunt, l. part. 2. 1. 2. ff. de contr. empt. † At si de eo nihil dictum, sed satisdatio generaliter promissa fuerit, vel alias periculum evictionis in limine contractus imminenter † ex consuetudine ejus Regionis, in qua gestum negotium, aut venditio celebrata est, cautio prestari debet, l. si fundus. 6. ff. de evict. Hartm. Pistor. part. 3. quest. 5. num. 6. & quest. 6. num. 8. † Sin vero consuetudo nihil certi definiat, tum, utrum pignoribus vel fidejussionibus caveatur, nihil refert, attamen si de quanto satisdationis partes convenire nequeant, † judicis desuper implorandum est arbitrium, l. 1. §. 5. 9. verf. an pignoribus. ff. de collat. bonor. l. babere. 183. §. 1. ff. de V. S. Natt. consil. 267. in fin. Hartm. Pistor. dict. quest. 5. num. 6. ubi num. 7. & seqq. disputat, an in casu satisdationis pro evictione admitti debeat fidejussion, qui jurisdictioni, cui subest emptor, baud est suppositus? Idque negat: † Sed eatenus, ut sufficere existimet, fidejussionem eo in loco bona tantum possidente, licet alias sit forensis & alibi domicilium habeat, n. 11. & 12.

Ita Domini ad requisitionem Domini Sigismundi Siegfrieds Baronis à Promnitz/ic. zu Gorau/M. April. A. 1633. (Verba sent. So ist er solcher Versicherung entweder durch Bürgen/ oder würdliche Beipfändung seiner Güter/ so auff Fall zwischen den Parteien des quanti halben Streit entsteht / vom Euer Gnaden/ nach Beschaffenheit der Sachen / Amts wegen billisch moderaret wird/ zu Werke zu stellen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVII.

*Prestitâ satisdatione, Emptor evictionis nomine premium ulterius retinere nequit, si jus evincens non dum certum ac notorium sit.*

**N**egotium videtur facere Gloss. in §. novissime. 12. Inst. de suspect. iudic. quæ vult, emptorem cogendum non esse, ut fragilitati cautionis se committat; † Sed concesserim hoc in casu, quo certum, evidens & notorium est jus evincens, vel controversiam super Dominio, aut hypothecâ moventis; † Nam

3. † Nam tūm ex ſententiā Dd. emtor bene potest retenere preium, nec id ſolvere cogitur ſub cautione, Vincent. Caroc. decif. 96. num. 1. Caballin. de evit. §. 2. num. 13. Surd. conf. 36. num. 13. Petr. Heig. part. 1. queſt. 36. num. 56. Menoch. de arbūr. judic. queſt. lib. 2. cas. 4. 224. num. 3. † Quis namque in maniſto evictionis periculo cautionis fragilitati ſe committeret? l. qui iuxta 66. S. 1. ff. ad SCum Trebell. cum poſſit prius de-damno, quām de periculo dāmni conſtarē, l. ſi iſ ē quo. 3. ff. ut in poſſeff. legat. † Multō minus vero, quando res evicta jam eſt emptori, propter ſatisfactionem prästitam, preium ſolvere tenebitur, l. vindict. cantem. 17. ff. de evit. † Tantum enim abeſt ſatisfactionem prästitam impedimento eſſe poſſe, quo minus re evicta preium retineat emptor, ut vel ob hoc ipſum illa prästari ſoleat, quād facilius preium recuperet, l. dolo facit. 8. ff. de dol. mal. exc. Hartm. Pift. 7. part. 3. queſt. 6. num. 13. † Aliud vero dicendum, ſi ius evincētis certum ac notorium non eſt, ſed adhuc aliqua ſubſit dubitatio, & res altiore ſequatūr in dīgāinem. Nam tūm prästitā ſatisfactione, preium omnino ſolvere tenebitur emptor, nec ulteriori exceptione ſe tueri poterit, ut post Bald. in l. ſi rem quam 29. ff. de evit. docet Hartm. Pift. dict. queſt. 6. n. 13.

Ita Domini in cauſa Francisci Delhaefens zu Leipzig / Mense Dec. Anno 1583. (Verba ſent. Und ihr habt Räuſſern der, Ge-wehr halben durch Bürgen Verſicherung gemacht/ie. So läſſet er ſich daran hillich genügen / und iſt euch ſerner das Kaufgeld vorzuenthalten und zu hemmen/oder auch neue Gewehrs-Verſicherung von euch zu fordern nicht befugt/ B. R. W.)

Et in cauſa Eliæ Thams zu Leipzig / M. Nov. Anno 1634. (Verba ſent. Dieweil aber dennoch ſich noch zur Zeit / der Ge-wehr halber keine Gefahr ereignet/ihre auch deßwegen gewißdine Verſicherung/dass ſich Räuſſer etätigt Geſchyr nicht zu beſorgen ha- ben ſoll/zu machen erbötigſe. So iſt Räuſſer euch vorertheilte Gelder vorzuenthalten nicht befuge / ſondern gegen Beſtellung der anerbotenen caution abſolgen zu laſſen ſchuldig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXVIII.

*Emtor propter imminentem evictionem preium retinens, poſtea una cum forte etiam uſuras ſolvere tenetur.*

1. Non ſibi conſtat hac in re Bald. uſuras non cur- rere existimans, ſi emtor propter evictionis imminentis periculum preium retinuerit in l. 1. C. de bon. matern. † quod & placet Afflīct. decif. 20. n. 4. & 3. Mynſing. cent. 4. obſerv. 58. † At contrā, & rectius, opinor, docuit idem Bald. uſuras una cum forte prä-standas eſſe, poſtquam Venditor ſatisdederit, aut peri- culum evictionis aliās ceſſaverit, in l. 2. C. de uſur. 4. † Non quidem ratione morae, quippe que ante prä-ſtitam ſatisfactionem haud eſt commiſſa, ut demon- strat Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 23. defin. 6. num. 4. & 5. † Sed ex equitate quādam in compensationem fructuum. Que ſententia quoque placet Hartman. 6. Pift. part. 3. queſt. 6. num. 14. & ab † Interppr. com- muniter reſcepta & comprobata eſt, teſte Cagnol. in l. curabit. 5. num. 32. C. de aſt. empr. & vend. Andr. Fach. lib. 2. contr. 32. Didac. Covarr. lib. 3. variar. refol. cap. 4. n. 6. Cavalc. decif. 4. n. 5.

Ita Domini in cauſa Johannis Maufers zu Seidewig/Mens. April. Anno 1633. (Verba ſentent. Daß Räuſſer nebenſt den hinterſtilligen Kaufgeldern/ſo er bisher zu beſtellter Ge-wehr-Verſicherung inne behalten/zugleich auch die intereſſe davon zu zahlen ſchuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIX.

*Venditor ob non präſtitam evictionem rei vendita preium reſtituens, una quoque intereſſe emtori ſolvere obſtrictus eſt.*

1. Vēndidi tibi domum meam, quā poſtea evicta, 2. repetis preium mihi ſolutum, ac ſimul cum for-te uſuras. † Harum exactio licet propter compenſationem. Definit. Vol. I.

ſationem fructuum, quoſ ex ædibus emtiſ percipere potuiffes, iniqua videatur, arg. l. ſi fundum per fidei-commiſſam. 92. ff. de legat. 1. l. ſi fundus. 13. ff. de reb. eor. qui ſub tutela. † attamen vel à die ſaltem evi-ctionis & reſtitutæ domus jure illas exigi dicis. Cui opponere poſſem, preium tanquam indebito ſolu-tum jam repeti, † cujuſ uſuras haud debeti manifeſtum eſt ex reſcripto Imp. Antonin. l. 1. vers. uſuras autem. C. de condit. indeb. Sup. Conſtit. 30. Deſin. 18. † Sed animadverſendum, non tam principaliter uſuras à te peti, quām ad præſtationem ejus, quod inter-eſt tuā, domum haud evictam fuiffe, ex emto agi ſe-cundum tradita Glosſ. & Bald. in l. ſervus quem de-me. 30. S. ult. ff. de aſt. empr. Anton. Gomez. tom. 2. variar. refol. cap. 2. ff. de empr. vendit. numer. 39. † Quo ſane juſicio venditor coauentus, ad intereſſe etiam pretii accepti juſe condemnatibit, l. Julia-nus. 13. in pr. ff. de aſt. empr. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 33. defin. 1. num. 8.

Ita Domini in cauſa Christiani Wurmbs zu Eleſtadt / M. Mart. Anno 1634. (Verba ſent. So ſeyn ſie auch von denen Kaufgeldern/ſo ihr ihnen wegen nicht geliebter Ge-wehr des verkaufften Guts hinwiederum heraus geben müſſet / zugleich das landübliche Interesse zu ſoden berechtiget/welches ihr ihnen zu zahlen ſchuldig ſind/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XL.

*Facta denunciatione evictionis, Venditor Em-ptori litiganti praecise affiſſere te-nerit.*

De evictione regulariter actio non competit, pri-musquam res per ſententiam judicis evicta, l. qui rem. 3. C. de evit. Bartol. in l. ex empto. 11. in pr. ff. de aſt. empr. Litisque denunciatio venditori facta fu-erit. † Ad hoc enim, ut de evictione agi poſſit, neceſſe eſt, denunciari item auctori; Alioquin hoc no-minē autor non tenebitur, l. 1. C. de per. & comm. rei vend. l. empre. 8. C. de evit. † Quin & auctoſ in-specie requirendus eſt, ut aliiſſat & defendat, d. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. l. ſi rem. 29. S. ult. ff. de evit. cap. ult. extr. de empt. & vendit. Caball. de evit. §. 3. num. 21. Didac. Covarr. lib. 3. var. refol. cap. 17. numer. 18. † Quo facto, venditor emtori tam agenti, quām conuento affiſſere, eumque deſen-dere obſtrictus eſt, l. ſi plus vel minus 74. S. mota. 2. ff. de evit. Bartol. in l. qui absentem. 75. ff. de procur. Hartm. Pift. obſ. 228. num. 14. Jac. Schult. præt. queſt. 56. † Neque liberabitur venditor ab aliiſſentia, ſi, re per ſententiam evicta, intereſſe präſtare velicet. Etiſi enim conſerbitur, venditorem präſtando intereſſe audiri: Quia in facti obligationibus nemo ad faciendum präcise tenetur, ſed präſtando intereſſe liberatur, l. ſi quis aī alto 13. S. 1. ff. de re jud. l. ſtipulationes non dividuntur 72. in pr. ff. de V. O. † Attamen quando in juſticio aliiſſentia petitur, präcise ea auctori injungi deberit, cum ſententia in-bello conformis eſſe debeat, l. ſi voluntate. 4. C. de fideicommiss. libert. † perinde ut in aliis quoque facti obligationibus, juſdex ad ipsum factum ſollet. Reum condemnare, etiſi hic präcise facere quid non teneatur, ſed präſtando intereſſe liberetur, Bartol. in diſt. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. ff. de V. O. Hartman. Piftor. diſt. obſervat. 228. num. 46. † Por-ro & hoc caſu venditor comparere tenetur coram juſdice cauſe principalis, utcunque aliā fori prä-ſcriptione tutus ſit. l. venditor. 49. ff. de judic. Hartm. Piftor. diſt. loc. n. 51. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. 37. n. 7. Fr. Viv. decif. 372.

Ita tractatum in cauſa Andreæ Dierschrots zu Denftadt/ Mense Jan. Anno 1634.

## DEFINIT. XLI.

*Vendor non tenetur de evictione proventuum annuorum crescentium ac decrescentium.*

- 1 **V**endiderant DD. Comites Schwartzburgenses fundum, exhibita prius designatione annuorum proventuum annis præteritis perceptorum; 2 Quà emptor innixus pretium promiserat; † At cum uno atque altero anno sequenti tot proventus non perceperat, illos sibi præstari, vel partem pretii restituere tui petebat? † Sanè, si fuisset seductus à venditoribus, certos proventus annuos promittentibus, haud iniquum ejus postulatum quis dixerit, l. Julianus. 13. §. si vendor. 3. ff. de alt. empt. Hartm. Pistor. part. 1. quæfio. 23. num. 4. Pinell. in l. 2 p. 2 cap. 2 num. 12. C. 5 de rescind. vendit. † Sed cum de hoc non constabat, ipsum neutquam audiendum putaverunt Domini, siquidem fundus principaliter fuerat venditus, quo tradito non habebat emptor, quod jure de sterilitate

conqueri, eoque nomine ad evictionem adigere potuisse venditores, quin potius sibi debuisset imputare, † quod conditionem fundi penitus non exploraverit, nec cautius fuerit negotiatus, l. qui cum alio 19. ff. de reg. jur. l. 2. C. de furt. & serv. corrupe. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 28. defin. 8. n. 10. Hartm. Pistor. observat. 212. num. 6. † Nec unquam proventuum annuorum æqualitas tanta existit, ut non uno anno pinguiores ac majores, quàm altero anno percipiatur, † quo in casu, periculum ad emptorem pertinere, ecquis negaverit, arg. l. pupilli 96. §. soror. 2. ubi Paul. de Castro ff. de solut.

Ita Domini in causa Thilo von Seebach / Mense Martio, Anno 1635. (Verba sententia: Ob nun wohl die jährliche Nutzungen von dem Herrn Grafen in etwas hoch angesezt. Dies weil aber dennoch euer Vater frey gestanden/ darauf Handlung mit Ihr. Gräffl. Gn. einzugehen. So seyn Ihre Gräffl. Gnaden/wie es steigende und fallende Nutzungen seyn/dieselbe/wie sie in Anschlag gebracht/præcisè zu gewehren nicht verpflichtet/ B.R.W.)

## CONSTITUTIO XXXV.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob endliche Verzicht oder Verträge/ darinn die Part enormissimè, und weit über den halben Werth verkürzet/wegen solcher grossen læsion und Verlehung zu hinterziehen seyn?

**M**ewohl vortreffliche Rechts-Lehre der Meynung seyn/ wann eine Tochter eydlich Verzicht gethan/ oder da Verträge oder Handlungen eydlich befestiget worden/ darinnen der oder die/ so geschworen/ enormissimè und weit über die Helfste vernachtheiligt/ daß solcher beschweerte Theil von dem Ende zu absolviren/ und ihme alsdann der Abgang auff angestellte rechtliche Forderung zu ersehen sey. So haben doch des Eydes und des Gewissens halben/ unsere Råthe/ Juristen-Facultäten und Schöppenstüle dahin geschlossen/ sollen auch also sprechen und erkennen/ daß disfalls die geschworene Verzicht/ Verträge oder Handlung gehalten/ und wegen obgedachter læsion nicht hinterzogen werden sollen/ Es wäre dann wegen der Jugend/ vorseßliches Betruhs/ oder anderer wichtigen Umstände/ die absoluo Juramenti zuzulassen/ welches in guter vernünftiger Bescheidenheit stehet/ und wie wohl etliche darzu eine limitation oder exception zu sehen pflegen/ nemlich wann ein Vater eine Tochter aussteuert/ die gegen ihrer Mitgiff eydlich Verzicht gethan/ und der Vater wäre darnach reicher worden/denn er zur Zeit der Aussteurung gewesen/ daß die Tochter/ unangesehen der eydlichen Verzicht/ alsdenn ex augmento ferner Anforderung haben solte.

Dieweil aber aus vieler bewährter Rechtsverständiger Meynung dawider geschlossen wird/ welche den Eyd der læsion vorziehen/ so sollen sich unsere Hoff-Gerichte/ Juristen-Facultäten und Schöppenstüle dessen auch also halten.

Num in renunciationibus seu pactis juratis Beneficium L. 2. C. de Resc. Vendit. locum habeat?



Tu intelligimus, magnæ autoritatis jurisconsultos in ea esse opinionem, ut existiment, filiam, quæ cum juramento renunciat, vel eum, qui pactum seu transactionem se servaturum juravit, si enormissimè & longè ultra dimidium læsi sint, à juramento absolvendos, tumque quod illis agentibus esse probatur, supplendum: Consiliarii tamen nostri cum Facultatibus Juridicis & Scabinatibus juramenti & conscientiæ rationem habentes, unanimiter concluserunt, idque in judicando & respondendo servari ab ipsis volumus, renunciationes juratas, pacta item & transactiones servandas esse, nec prætextu læsionis rescindendas, nisi vel minor ætas, vel dolus malus, aliæve graves quæpiam causæ absolutionem à juramento suadeant, quæ in circumspecti judicis cognitione consistunt. Sed etsi nonnulli id limitantes locum habere nolint, si post filiam elocatam patris facultates auctæ fuerint, sed tūm filiam augmentum dotis petentem, renunciatione quantumvis jurata non obstante, audiri velint: Quia tamen multis juris interpretibus, juramentum læsioni præferentibus, contrarium placere animadvertisimus, illorum opinionem judiciorum & Collegia juridica volumus, ut sequantur.

## DEFINITIONES.

1. Transactiones juratae in foro Saxonico, ne quidem ob enormissimam lesionem rescinduntur.
2. Rescinduntur tamen transactiones & renunciations juratae ex capite minoris etatis, dolii, metus, alteriusve justa causa.
3. A jurata renunciatione secedere haud licet, impetrata nondum absolucione à juramento.
4. Filia, donec accepta, cum juramento hereditati paterna renuncians, non potest rescindere renunciationem ob lesionem enormissimam, etiam si facultates patris postea ante proponantur.
5. Rescinditur jurata renunciatione filiae, si dos congrua haud data fuerit.
6. In terris Electoratus Saxonici, filia non nisi cum juramento paterna hereditati firmiter renunciat, licet de jure communi Saxonico valida sit renunciatione simplex, absq; juramento facta.
7. Nec liberorum aut fraterno hereditati fœmina in terris Electoratus Saxonici absq; juramento valide renunciat.
8. Filius tamen absq; juramento etiam in terris Electoratus Saxonici paterna hereditati firmiter renunciare potest.
9. Non potest filius minorenne validè renunciare paterna hereditati.
10. Renunciatione facta alii de patris hereditate, eo non consentiente, haud valida est.
11. Renunciatione jurata matris vel patris non nocet Ne- potibus, parentibus defunctis, avo ex propriâ persona succedentibus.
12. Nec renunciatione pro se suisque heredibus facta excludit Nepotes ex propriâ persona avo succedentes.
13. Neque hoc casu Nepotes non facti heredes parentum, in hereditatem avi conferre tementur acceptos parentum.
14. Nocet tamen renunciatione parentum iurum liberis, defunctis demum post avum parentibus.
15. Filius filiarum renuncians hereditati paterna fratris succedit, dicet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur.
16. Renunciatione jurata filiam à successione ita excludit, ut nec supplementum legitimâ petere queat.
17. Quamvis non valeant pacta futura successionis, licet tamen pacisci in genere de alicujus incerti hominis hereditate.
18. In casum mortis alicujus tertii licet pacisci, si in bonis ejus pacienti jus aliquod competat.
19. Valeat pactum de hereditate tertii, si is consentias, & in eâ voluntate, ad extremum vita exitum per severet.
20. Valeat pactum de succedendo inter milites.
21. Valeat pactum, ut post mortem alicujus bona sua vobis obligationis, non jure successionis ad alium perveniant.
22. Pacta de conservanda futurâ successione, quatenus valeant inter parentes, liberos & cognatos.
23. Omnes actus, renunciations ac transactiones intelliguntur cum hac clausula (Rebus sic stantibus.)
24. Ob causam datum repeti nequit, casu fortuito implementationem causa impidente.
25. Quatenus valeant Confraternitates, seu pacta de mutuâ successione familiarum Illustrium.

## DEFINIT. I.

*Transactiones juratae in foro Saxonico, ne quidem ob enormissimam lesionem rescinduntur.*

1. **E**T si in ore ferè sit omnium: Eam semper tenendum esse opinionem, quæ juramenti religio- nem integrum conservat & conscientiis rectius consu- lit, ut notant Interpp. in Auth. *Sacramenta puberum.*
2. **C.** si advers. vendit. † Nihilominus haud pauci, inter quos etiam est Andr. Gail. lib. 2. obs. 147. Myns. cent. 5. obs. 59. Andr. Rauchb. p. 1. q. 34. n. 80. Joh. Zang. de except. p. 3. cap. 11. n. 165. aliique, quos longo agmine, allegat Berl. p. 2. concl. 43. n. 21. eò inclinant, & quod tanta lesionis ratio in renunciatione ac transactione haberri possit, ut propterea juramenti religionem negligere liceat: De qua opinione, ejusque veritate, disputatione alii. & Nobis sanè in foro Saxonico hac de re minus laborandum erit, quoniam hac Constit. 35. disertè sancitum est, quod à transactione, renunciatione, vel contractu jurato ob lesionem etiam enormissimam, recedere non liceat, §. So haben doch. vers. daß dßfalls die geschworne Verzicht/ Verträge oder Handelungen gehalten/ und wegen obgedachter lesion nicht hinterzogen werden sollen: c. & Ex quo satis manifestum, in contractibus & transactionibus juratis beneficium L. 2. C. de resc. vendit. sibi haud quaquam locum vindicare, & sed quemadmodum adversus contractus & transactiones non juratas, ultra dimidium lesionis succurri voluit Elector Illustrissimus, Const. preced. & Ita adversus transactiones juratas beneficium L. 2. C. de resc. vendit. petentibus etiam ob lesionem enormissimam denegavit Dan. Moll. bic in pr. Hartm. Pistor. p. 4. quest. 6. n. 73.
3. **I**ta Domini in causa Valentini Kirstens zu Lehnigk/Mens. Mayo, An. 1632. (Verba sent. In welchem Fall/ so wohl als wann die Vergleichung und transaction vermittelst Endes geschehen/die Restitutio ex beneficio L. 2. C. de resc. vendit. keineswegs/auch nicht ob lesionem enormissimam statt hat/xc.)

*Carpe. Definit. Vol. I.*

## DEFINIT. II.

*Rescinduntur tamen transactiones & renunciations juratae ex capite minoris etatis, dolii, metus, alteriusve justa causa.*

**N**ON sunt obligatoria juramenta, quæ sunt contra bonos mores, c. non est obligatorium. 58. de Reg. jur. in 6to. quæve vinculum iniquitatis aut criminis continent, c. quanto 18. extr. de jurejur. † aut quæ tribus istis comitibus destituuntur, de quibus Jerem. c. 4. vers. 2. Veritate scilicet, judicio & justitia, c. et si Christus 26. de jurejur. † Licet ergo propter lesionem etiam enormissimam, juramenti religio negligenda non sit, Defin. preced. attamen jurata transactio haud firma erit, & si impietas aliqua huic causam dederit, putat, si dolus intervenerit, b. Constit. 35. vers. Et wäre dann ibi vorsätzliche Betrugshc. ubi Moll. num. 1. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 6. num. 70. † Nam & in aliis actibus dolus semper exceptus intelligitur, quia consensus excludit ab eâ dispositione, ad quam quis dolo fuit inductus, l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo. c. quamvis. 2. de pact. in 6to. c. cum contingat. 28. ext. de jurejur. † Quod & tamen solum de dolo ex proposito interveniente, accipendum, ut patet ex verbo b. Constit. (vorsätzlich) Ex quo sequitur, & haud rescindendam esse juratam transactionem ex dolo, qui re ipsa absque malâ intentione partis intervenerit, Moll. bic n. 3. † quamvis alijs de jure civili hæc distinctio non attendatur, l. palam. 2. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except. l. si quis cum aliser. 36. ff. de V. O. Hartm. Pistor. dict. quest. 6. n. 71. ubi multos allegat. & Idemque asserendum de renunciatione vel transactione per errorem, vim, metum initâ, & juramento confirmatâ dict. c. quamvis. 2. de pact. in 6to. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 4. † Non minus rescindenda est jurata transactio propter favorem etatis minorennes, ut clarissimum

Mmm m 2

mum

num ex verbis b. Constit. (Es wäre dann wegen  
1 der Jugend/ sc.) † Non enim jusjurandum supplet  
defectum etatis nec consilii imbecillitatem corrigit,  
facitque, ut ob id solum, quod juravit, prudentior &  
consultior effectus videatur, arg. l. ult. ff. de manu.  
vindi& Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 1. n. 12.  
† Nec non alias ob causas rescissio admittitur, quas ar-  
bitrio boni & circumspecti judicis committit Elector  
Illustrissimus, b. Constit. in verb. (oder anderer wichti-  
ger Umstände / so in guter vernünftiger Beschei-  
denheit stehen/ sc.) de quibus vid. Berlich. part. 2.  
conclus. 43. num. 33. & seqq.

Ita Domini in causa Caspari Gärtners und Martini Rol-  
dus zu Arnshausen Meuse April. Anno 1624. (Verba sent.  
Daraus so viel zu befinden/dass Kläger den angejogenen do-  
lum, dadurch er zur endlichen Verzicht bewogen worden / zur  
Notwendigkeit befbracht/derowegen solche Verzicht billich rese-  
diret wird/ sc.)

## DEFINIT. III.

A jurata renunciatione secedere haud licet, impetrata  
nondum absolutione à juramento.

**I**llud potissimum controvertitur, an juramentum  
1 vi, metu, vel dolo extortum, ipso jure nullum ha-  
beatur, ita ut rescissione opus non sit, cum frustre se  
absolvi desideret, qui scit, se nullatenus esse obliga-  
2 tum, c. cui est illata. 3. caus. 1. quest. 3. † Et vulgo ex-  
istimant, jure quidem Canonico ejusmodi juramen-  
3 tum valere & tamdiu obligare, donec absolutio fuc-  
rit impetrata, Didac. Covar. in c. quamvis 2. p. 3. §. 4.  
3 n. 2. de pact. in 6to. † De jure autem civili, id nul-  
4 lum esse, neque adeò opus absolutione aut relaxati-  
one, quod probari videtur Autb. Sacra menta pub-  
5 rum. C. si advers. vendit. † Sed hanc sententiam vix  
ratio juris admittit, quæ & in juramento aut obliga-  
tione dolo vel metu facta voluntatem prorsus non  
respuit, ut multis rationibus comprobatur Arist. 3 Esbit.  
5 1. Et docet l. 21. §. pen. ff. quod. met. caus. † Nec magnopè  
6 movet Constitutio Imp. in d. Autb. Sacra menta  
puberum. C. si advers. vend. † Nam commode re-  
spondi potest, nullius momenti juramentum ibi-  
dem dici oppositivè ad juramentum liberè præstum,  
quod in pr. d. Autb. inviolabiliter circa ullam  
7 retractationem Imp. vult observari, † quo respectu,  
quæ beneficio Restitutionis rescinduntur, non absur-  
8 dè nullius momenti esse dicuntur. † Quicquid sit,  
in foro Saxonico rescissione & absolutione à juram-  
9 ento opus esse, disertè probat b. Const. 35. in verb.  
(Die absolutio juramenti zu zulassen) Moll. hic num. 8.  
Hartm. Pist part. 4. quest. 6. n. 79. Quod nec ratio-  
ne caret: † Nam duplice de causâ absolutione opus  
est, scilicet: Ne jurans facere cogatur, quod promis-  
tit; Et ut tollatur peccatum, quod committitur ipsa  
rei turpis promissione, licet vel vi vel metu extorta,  
10 † quoniam metus & dolus non excludit consensum,  
& quæ ex se turpia sunt, ut ea faciamus, nullà violen-  
tiā induci debemus.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Derowegen  
solche Verzicht billich relaxaret wird/und ist daher Kläger von  
dem geleisteten Ende zu absolviren/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

Filia, dote accepta, cum juramento hereditati paterna  
renuncians, non potest rescindere renunciationem ob la-  
sonem enor missimam, etiam si facultates patris  
postea auctæ proponantur.

**N**on magis indulgendum videtur filiabus jura-  
mento hereditati paternæ renunciantibus, ac a-  
liis quibuscumque jurato transgentibus, ob religio-  
nem scilicet præstiti juramenti: Ut maximè ergo

hae fæse enor missimæ lœfas dicant, † Attamen si ex-  
ceptionem doli, metus vel minorenitatis opponere  
nequeant, renunciationi juratae haudquaquam con-  
travenire poterunt, b. Const. 35. in pr. vers. Wenn  
eine Tochter endlichen Verzicht gethan/ ubi Moll.  
num. 1. Andr. Rauchb. part. 1. q. 34. n. 80. † Quod us-  
que adeò verum est, ut licet post renunciationem fa-  
ctam, facultates patris auctæ dicantur, attamen filia  
de lœfione conqueri & retractationem juratae renun-  
ciationis postulare, vel supplementum aliquod pe-  
tere non possit b. Const. 35. §. und wiewohl esliche  
darzu eine limitation &c. Auth. Consult. Const. Sax.  
part. 1. quest. 4. num. 9. tom. 1. & part. 1. quest. 4. n. 4.  
tom. 2. † Quemadmodum enim, si post factam re-  
nunciationem, facultatibus labatur pater, nihil o-  
mnino ejus, quod dotis nomine, cum elocaretur, ac-  
cepit, filia restitutura esset, l. ult. ff. de dot. collat. 1. 4.  
C. de collat. ita profecto † ubi contrarium ejus eve-  
nit, de lœfione conquerens filia audiri non debet, l.  
pen. C. de donat. 1. ad res donatas. 62. ff. de adil. edit. 5  
Moll. hic n. 12. † Secundum quæ ex naturâ contra-  
riorum porrò inferendum, nec patrem, si post factam  
renunciationem ad inopiam vergat, id, quod filia dotis  
nomine dedit, repeterere posse, Nicol. Boër. decis. 62.  
n. 10. Moll. hic num. 14.

Ita Domini in causa Mariz à Follerod, Mense Aug. Anno  
1619. (Verba sententia. Habe ihr/nachdem ihr von eurem Va-  
ter/ Adelchem Gebrauch nach/ ausgestattet worden / der vaterlichen  
Erb schafft endlichen Verzicht gethan ; wann nun  
gleich bemeldet euer Vater hernach an Gütern und Vermö-  
gen durch Gott's Segen derselben zugenummen / dass ihr  
nu mehr durch vorgedachte renunciatione enor missimæ benach-  
theilig zu seyn vermeynet/ So verblebet es doch bey sol-  
cher endlichen Verzicht nochmals billich/ und ihr seyd diesel-  
be zu hinterziehen/ und aus euers Vaters Erbschafft etwas fer-  
ners zu foderen nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. V.

Rescinditur jurata renunciatione filie, si dote congrua-  
i ipsi data haud fuerit.

**T**ransactiones juratas ex capite minorenitatis, 1  
doli, alijsve causæ probabilis rescindi, dictum  
Defin. 2. † Quin ergo filia, quæ dote accepta heredi-  
tati paternæ cum juramento renunciavit, eodem ju-  
re gaudeat, ac propter ea rescissionem suæ renun-  
ciationis postulare queat, dubium non est, quod & di-  
sertè probatus b. Const. 35. Inter causas vero ad re-  
scissionem sufficienes, & hanc referendam censeo,  
† si dotem congruam non acceperit, pro facultate  
scilicet patrimonii, quod tempore elocationis &  
renunciationis pater habuit, proque dignitate personæ  
& consuetudine loci, Hartm. Pist. part. 4. quest. 6.  
num. 76. & seqq. Moll. hic n. 15. Nicol. Boër. decis. 62.  
num. 14. † Non enim sufficit, quod pater maritum  
querat filia, nisi & eam dote competit pro mo-  
do facultatum, l. cognovimus. 19. C. de hered. Novell.  
115. cap. 3. §. si alicui. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 9.  
defin. 5. num. 4. † Et sanè, an congrue dotata sit filia,  
nec ne, in dubio judicis arbitrio committendum es-  
se, ex verbis b. Const. 35. (ibi: Welches in guter  
vernünftiger Bescheidenheit steht) manifestum est,  
quod & docuerunt Jacob. Menoch. de arbitr. jud.  
quest. lib. 2. cent. 2. cas. 149. n. 34. & seqq. Moller. hic  
n. 16. Affidit. decis. 337. n. 9.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: So ver-  
blebet es doch bey solcher endlichen Verzicht nochmals bil-  
lich/ und ihr seyd dieselbe/ wofür ihr mit einer gebührenden/  
und euers Vaters Stand und Vermögen gemessenen Menge  
verschenken werden/ zu hinterziehen / und an euers Vaters Erb-  
schafft etwas ferner zu foderen nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*In terris Electoratus Saxonici filia non nisi cum jura-  
mento paterna hereditati firmiter renunciat, licet de ju-  
re communī Saxonico valida sit renunciatio sim-  
plex, absq; juramento facta.*

- 1 **E**xpeditum verè eit, quod de jure Civili pacta a-  
mittendæ successionis non valeant, ut disertè  
probatur in *l. fin. ff. de suis & legit. bered. l. pactum do-*  
*tat. 3. C. de collat.* † quia successio juris publici est, ac  
proinde pactis privatorum haud immutari potest, *l.*  
*jus publicum. 38. ff. de pact. l. 7. §. se pacifcar. 13. ff. eod. l.*  
*quod bonis. 15. §. 1. ff. ad Leg. Falcid.* Hart. Pistor. part. i.  
3 quest. 5. n. 1. & 2. † Unde liquet, filiam renunciantem  
paternæ hereditati, defuncto patre à successione non  
removeri, ut pluribus demonstrat Harm. Pistor. dict.  
4 quest. 5. Dan. Moll. lib. 2. semestr. 9. † Nisi juramen-  
tum accesserit, cuius relgio tanta est, ut de jure Ca-  
nonico ab eusmodi renunciatione recedere haud li-  
ceat, *c. quamvis. 2. de pact. in 6to.* Andr. Gail. lib. 2. obf.  
39. n. 23. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. g. n. 7. Hart. Pistor.  
5 part. 4. q. 6. † Quamvis de jure Civili, ne quidem ju-  
rata renunciatio firma atque valida habeatur, propter  
textum in *l. non dubium. 5. C. de LL.* Bartol. Salyc. &  
Jason. in *dicit. l. pactum dotal. 3. C. de collat.* Hartman.  
Pistor. dict. qu. 6. n. 15. Hæcque de jure civili ita se ha-  
bent, † in foro autem Saxonico aliud constitutum  
est, & valet hoc jure renunciatio hereditatis, etiamsi  
7 non accesserit juramentum, † dummodo ea coram  
judice aut testibus fuerit facta per text. in art. 13. vers.  
Hätten sie auch ihre Erbtheilung daran verlobet/der  
sollen sie entbehren/ic. lib. 1. Landr. ubi Gloss. Latin.  
lit. F. Matth. Coler. part. 1. decis. 38. Christoph. Zobel.  
8 part. 2. differ. 29. n. 1. Vid. in fr. Defin. 8. † Sed Elector  
Saxonie Illustrissimus, abrogatà hâc in re dispositio-  
ne juris Saxonici, in terris sui Electoratus jus civile in  
usum revocavit, filiaeque renunciationem valere no-  
9 luit; † eatenus tamen ut secundum jus Canonicum  
in d. c. quamvis. 2. de pact. in 6to. juramento corro-  
boretur, b. Constit. 35. Moller. dict. cap. 9. Berlich. part.  
2. concl. 43. num. 5.

Ita Domini in causa Catharinae, uxoris Pauli Höwers zu  
Voigtsberg/ Mense Aug. Anno 1621. ( Verba sentent. Ob nun  
wohl die Tochter Catharina mit solcher Ausmachung zu Frieden  
zu seyn verwilligt/ und in Ewigkeit aus ihrer väterlichen Erb-  
schaffe nichts weiter zu fordern/ sich verpflichtet; Dieweil aber  
dennoch solches vermittelst Eydies nicht geschehen/ ic. So ist  
auch solche Verzicht/gestalten Sachen nach/ zu Rechte nicht  
kräftig noch beständig/ V. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Nec liberorum aut fraterne hereditati fœmina in ter-  
ris Electoratus Saxonici absq; juramento validè  
renunciat.*

- 1 **N**on solum circa hereditatem parentum filiabus  
indulgendum est, scilicet, ut non obstante sim-  
plici renunciatione ad successionem admittantur;  
2 † Sed idem quoque in fratrū liberorumque suc-  
cessionē alterendum videtur, ab eorumque successionē  
sororem aut matrem non removeri crediderim, ob  
factam renunciationem, cui juramentum non acces-  
rit, b. sc. Constit. 35. † quæ licet de filiabus verbis ex-  
pressis loquatur, haud obscurè tamen de sorore aut  
matre, fratrū liberorumque hereditati renunciante,  
idem disponere voluisse Illustrissimum Constituen-  
tem, vel exinde patet, quod sexū muliebris imbe-  
cillitas non ministrat huic sanctioni causam dederit.  
4 † Quæ extensio hoc in casu tanto magis admittenda  
videtur, quanto certius, nullam omnino hereditatis  
renunciationem de jure Civili (ad quod procul dubio  
Elector Serenissimus b. Constit. respexit) validam ha-  
beri, *l. pactum dotali. 3. C. de Collat. l. ult. ff. de suis & lo-*

*git. bered. Nicol. Reusn. lib. 1. decis. g. n. 5. Virg. Pingitz.  
q. 31. n. 13. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 5.*

Ita Domini in causa M. Petri Pruckneri zu Leipzig/ Mense  
Dec. An. 1578. ( Verba sentent. Ob nun gleich die Mutter ihrer  
Kinder Verlossenheit sich Gerichtlich verzeichen; So wird  
sie doch/wofern dasselbe nicht endlich geschehen/ zu solcher ih-  
rer Kinder Erbschaft nochmals billig zugelassen/ V. R. W.)  
Et in causa Johannis Meinarts zu Greußen/ Mense Jun.  
Anno 1596.

## DEFINIT. VIII.

*Filius tamen absq; juramento etiam in terris Electora-  
tus Saxonici paterna hereditati firmiter renun-  
ciare potest.*

**S**tatuto vel consuetudine quia pacta amittendæ &  
successionis sine juramento rata fieri possunt, ut  
firmat Hart. Pistor. part. 4. q. 5. n. 8. Bald. in *l. pactum do-*  
*tali. 3. & ibi. Jaf. n. 4. Cod. de collat.* Rauchb. p. 2.  
q. 2. n. 105. Welenb. in *l. pactum. 15. n. 7. C. de pact.* mi-  
nus forsitan dubium alicui videti poterit, † Renuncia-  
tiones ejusmodi successionum jure Saxonico etiam  
sine juramento valere propter text. *l. in art. 13. v. hüt-*  
*ten sie auch/ ic. l. 1. Landr. Supr. Def. 6.* † Nisi quis  
dicere ausit, textum allegatum juris Saxonici in *ditt.*  
*art. 13.* simpliciter loqui de renunciatione facta, quo-  
modo vero renunciatio ea facienda sit, non dispone-  
re, ideoque secundum jus commune de renunciatio-  
ne juratā intelligendum esse, cum Hartm. Pistor. dict. q.  
5. n. 3. ubi multis dispositionem hanc Saxoniam e-  
vertere conatur. † Sed memor esse debuisse Hartm.  
Pistor. ejus, quod dicit *part. 2. quest. 25. n. 35. & quest.*  
*26. n. 18.* & alibi multoties inculcat, autoritatem nem-  
pe & intellectum juris Saxonici in solo usu ac obser-  
vantia fori considerare. † Atqui renunciationem  
successionis absque juramento etiam factam, in foro  
Saxonico validam haberi, jamdudum docuit ob-  
servantia fori Saxonici, de quæ testatur Zobel. *juris*  
*Saxonici peritissimus*, Glöss. latin. *ad dict. art. 13. lit. F.*  
Andr. Rauchbär. p. 2. quest. 2. n. 104. Ambros. Schür.  
de succ. tit. 9. de special. sive pecul. circa desc. success.  
in fin. fol. 155. & Matth. Coler. part. 1. decis. 28. n. 6.  
ubi sententiam Scabinorum Lipsiensium adducit.,  
† quodrum Responia consuetudinem facere in foro  
Saxonico, tradit post Henn. Goeden. *conf. 74. num. 5.*  
Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pittor. part. 3.  
quest. 122. num. 95. † ut proinde de recepta hæc ob-  
servantia in foro Saxonico non ambigendum, nec de  
intellectu juris Saxonici ulterius disputandum sit.  
† Quo stante, nemo porrò dubitavit, quin filius pa-  
ternæ hereditati, absque juramento etiam, firmiter  
renunciare queat, propter text. in *ditt. art. 13.* † qui  
generaliter loquitur, adeoque de filio non minus ac  
de filiâ accipi debet *l. de prelio. 8. ff. de publ. in rem. art.*  
*l. 1. §. generaliter. 1. ff. de legat. pref.* † Quin & in  
filio facilius quis forsitan hoc concillerit, propter judi-  
cii acumen perfectius, & fraudulentæ lascioni minus  
subjectum. † Quod nec in provinciis Electoratus &  
Saxonici correctum existimat b. Constitut. 35.  
† Quippe quæ solis mulieribus & filiabus, ob favo-  
rem sexus, speciale quid indulget, easque non obstan-  
te simplici & non juratā renunciatione, ad successio-  
nes admittit: † Quis ergo sanctionem hanc contra-  
mentem ac intentionem Domini Electoris, ad filios  
& masculos extendere ausit? † maximè quia Consti-  
tutiones statutaræ strictè accipi debent, ita ut quan-  
tum fieri potest, minus jus commune Saxonum cor-  
rigatur, & sufficit, si in aliquo minimo quid possint  
operari secundum tradita Andr. Tiraquell. *de LL.*  
*connub. glōss. 2. n. 23.* Jacob. Schult. *in pratt. quest. 65.*  
*num. 52. & seqq. lib. 2.*

Ita Domini in causa VVolfgangi & Bartholomai fratum der Petersen zu Reichenbach/ Mense August. Anno 1622. ( Verba sentent. Dieweil aber dennoch euer Vater sich seiner väterlichen Erbschaft gerichtlichen verzichen/ ic. So verbleibet auch bei solcher Verzicht/ ungeachtet dieselbe nicht vermittelst Endes geschchen/ billich/ B. R. W.)

Et in causa Augusti Strebens an Reich zu Plauen/ Mense Jun. Anno 1634.

DEFINIT. IX.

*Nec potest filius minorenis validè renunciare paternæ hereditati.*

- 1 **A**bsque juramento igitur etiam in terris Electoratus Saxonici, filius hereditati paternæ renunciare poterit, Defin. praeced. modò fuerit maiorenis: † Alioquin, si minor ætas interveniat, magis est, ut ipsa renunciatio invalida habeatur, quam quod lato postea restitutio in integrum sit concedenda; † Renunciatio siquidem species donationis est, quæ à minore ne quidem cum decreto facta vallet, l. ult. C. s. maj. fact. rem rat. bab. † Et alias privilegium aliquod ætas habere debet, l. sires estimata. 12. §. 1. in fin. de jur. dot. l. præses. 42. ff. de minor. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 8. n. 5. † Quod & facit, quod filiæ minori contra renunciationem juratam succurratur, b. Const. 35. vers. Es wäre dann wegen der Jugend/ ic. † Quidni ergò filio etiam minori adversus renunciationem hereditatis simplicem absque juramento factam? cum fortius sit juramentum simplici promissione, tantumque præstet, quantum auroritas Curatoris, secundum Dd. in Autb. sacramenta puberum. C. si advers. vendit.
- 7 † Quin & haec jurisjurandi potestas creditur ex celeberrimâ Imp. Friderici Constitutione in d. Autb. Sacramenta puberum. ut eum, qui revera minor est, efficiat majorem, ut tradunt ibid. Dd. † Quod tamen certo modo limitat Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 9. defin. 1. circa sis.

Ita Domini in causa Benedicti Kochens zu Leipzig/ Mense Febr. An. 1593. ( Verba sentent. Da ihr der Zeit/ als ihr der väterlichen Erbschaft Verzicht gethan/ das 19. Jahr eures Alters nicht erreicht/ noch auch iho im 20. Jahre eures Alters wäret/ ic. So möchte solche Verzicht euch zu Nachtheil nicht gereichen/ sondern es wäre euch dasjenige/ das euch aus eurem Vater Erbschaft gebühret/ solcher Verzicht ungeachtet/ zu so dem unbenommen/ B. R. W.)

DEFINIT. X.

*Renunciatio facta alii de patris hereditate, eo non consentiente, haud valida est.*

- 1 **S**ive cum juramento filia, sive absque juramento filius hereditati paternæ renunciaverit, aliter tamen firma ac valida non est renunciatio, quam si facta sit ipso patri, de cuius successione agitur. † Secundùs quando est facta fratribus vel sororibus, aliisve extrancis absente vel non consentiente patre, Hartmann. Pilst. part. 4. quest. 6. n. 40. † Nam cùm hoc casu liberi inter se paciscantur de hereditate patris, utpote tertii adhuc viventis, pactum hoc turpe captandæ mortis votum continere censemur, † ac proinde contra bonos mores initum nec subsistit, nec juramento confirmari potest, l. ult. C. de past. Hartm. Pilst. dict. loc. 5 ubi id latius persequitur. † Hinc & fit, si filius renunciaverit erga patrem non solum hereditati paternæ, sed & maternæ & fraternæ, quod etsi renunciatio ista quoad patris hereditatem subsistat, tamen quoad materna & fraterna bona, matre & fratribus non consentientibus, haud valeat, Cagnol. in l. fin. C. de past. n. 95. Cravett. conf. 127. n. 5. Pruckm. conf. 48. n. 226.

Ita Domini ad Consultationem Senatus Plaviensis, Mense Jun. An. 1634. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch nicht zu befinden/ daß bemeldte Verzicht/ wegen der mütterlichen Erbschaft der Mutter selbst/ sondern allein gegen den Steff-Bauer/ und also de hereditate tertiz persona geschehen/ so in Recht ungültig/ und unkräftig ist/ ic.)

DEFINIT. XI.

*Renunciatio jurata matris vel patris non nocet Nepotibus, parentibus defunctis, apo ex propriâ persona succendentibus.*

- 1 **R**enunciatio filii filiæ, quæ à patre dotem licet congruam acceperit, non nocet liberis ex parentibus præmortuis susceptis & superstribus ad avi successionem venientibus, ex communissimâ Dd. sententiâ, † quam præ aliis latissimè pro more suo ampliationibus & limitationibus exornat Hartman. Pilst. part. 4. quest. 7. Schurff. cent. 1. confil. 74. Anton. Fab. de Error. pragm. decad. 28. Error. 6. 65 in Codic. l. 6. tit. 32. defin. 1. & l. 2. tit. 3. defin. 1. Johann. Dauth. in cap. quāpvis. 2. n. 44. de past. in 6to. Franc. Viv. dec. 211. Virgil. Pingitz. q. 31. n. 17. & seqq. † Est enim ea renunciatio personalis, nec magis personam renunciantis egreditur, quam jusjurandum, quod ad eam confirmandam adhiberi solet, l. ait prætor. 3. §. penult. ff. de jure jur. l. 1. ff. si mul. ventr. nom. in possess. † Habet que renunciatio illa tacitam hanc conditionem, si hereditas deferatur; Cum prius sit, ut acquiri possit hereditas, & consequenter ut sit delata, quam ut ei utiliter renunciari possit, l. 1. ff. de hered. vel. att. vendit. l. s. 1. ff. 45. §. si sub conditione 1. ff. de legat. 2. l. qui potest. 174. §. 1. ff. de reg. jur. Anton. Fab. dict. tit. 3. defin. 1. n. 9. Hartm. Pilst. dict. q. 7. n. 2. † At parentibus renunciantibus, vivo adhuc avo demortuis nunquam fuit delata hereditas, l. 1. ff. de hered. vel. att. vendit. l. hereditas. 5. Codic. de past. conuent. junct. l. 1. ff. qui rem fac. poss. Ergò perindè est hoc casu, ac si nulla unquam facta fuisset renunciatio. † Et consequenter non nocebit liberis, ex proprio capite avo succendentibus, etiamsi matris heredes proponantur, Anton. Fab. dict. tit. 3. defin. 14. n. 10. † Ast inquires, quomodo fieri poterit, ut nepotes ex filio filiæ succedant ex proprio capite, non ex personâ parentum, cum succedant in stirpes, §. cum filius. 6. Instit. de hered. que ab intest. defer. Nov. 118. cap. 3. † qui alioquin succedere in capita deberent, si non succederent per representationem, l. 2. §. bac hereditas 2. ff. de suis & legit. l. 1. §. ult. ff. si pars hered. petat. † Sed respondetur, succedere quidem Nepotes per representationem, indeque fieri, ut succedant in stirpes, non in capita. † At-tamen representare gradum, non personam parentum; Ex quo sit, quod renunciatio, quæ personalis est, nocere nequeat Nepotibus proprio jure venientibus, l. Seja. 73. ff. de evict. l. an vitium. 5. §. 1. ff. de divers. tempor. prescripte.

Ita Domini in causa Margaretha Vidua Petri Knorrers zu Leipzig/ Mense Febr. Anno 1599 ( Verba sentent. Wann nur gleich solche euers Sohnes Verzicht wegen seiner väterlichen und mütterlichen Erbschaft/ vermittelst Endes/ geschehen/ ic. So könnte demnach dieselbe/ auf Fall er vor euch Todes abgehen würde/ seinen Kindern zu Nachtheil nicht gereichen/ B. R. W.)  
Et in causa Josephi à Reichensteins/ Mens. Sept. An. 1601.

DEFINIT. XII.

*Nec renunciatio pro se suisque heredibus facta excludit Nepotes ex propriâ personâ avo succedentes.*

- 1 **A**t quid, si pater vel mater pro se suisq. heredibus, aut fieri solet, renunciaverint? † Nec tūm Nepotes ex propriâ personâ avo succedentes excludi hereditate, dixerim cum Ant. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 3. defin. 1. n. 13. & defin. 14. num. 12. Pistor. part. 4. q. 7. n. 7. † in eum ipsum siquidem casum, in quem pater vel mater pro se renunciavit, videtur quoque renunciasse pro liberis, non in alium, arg. l. cum pater. 11. l. ob res 20. §. si convenerit 2. ff. de past. dot. † Ergò & sub eadem illâ conditione: Si scilicet patri vel matri superflua hereditas delata fuerit, Defin. præced. † Hac itaque

itaque conditione per mortem parentum deficiente, etiam heredum obligatio penitus corruet, neque ad ex renunciatione ita amplius devincti esse poterunt, l. pecuniam. 6. ff. si cert. petat. l. necessariò 8. 6. pr. vers. quod si ff. de peric. & comm. rei vendit. + Vid. 7. plura apud Hartm. Pistor. dict. loc. + Aliud dicendum existimat Fab. dict. defin. n. 24. Si parentes liborum jus nominativum in stipulatum de luxerint & remiserint, id est, caverint, nihil unquam suos liberos in successione petituros, quia tunc liberi, si facti 8. sint parentum heredes, eorum factum + praestare debeant, cum & de bonis heredis sui, perinde ac de suis, disponere quilibet possit, l. 67. 6. si rem tuam. 8. ff. de legat. 2. l. cum à matre. 4. Cod. de R. V.

Ita Domini ad Requisitionem Senatus Plaviensis, Mense Jun. Anno 1634. (Verba sentent. Ob nun gleich berührter Wolff Strobel für sich und seine Erben der mütterlichen Erbschaft renunciret/it. Dieweil er aber dennoch für seiner Mutter Todes Verfahren/ und also nunmehr dessen Sohne/ welcher als Nepos für sich selbsten der Groß-Mutter succedit/ vorberührte renunciation nicht schäflich sehn kan/it. So mag er auch dannenhero von der Groß-Mütterlichen Erbschafft nicht ausgeschlossen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIII.

*Neque hoc casu Nepotes non facti heredes parentum, in hereditatem avi conferre tenentur accepta parentum.*

**A**Quissimum tamen est & juris rationi omnino consentaneum, ut, quod parentes facta renunciatione, proportione hereditaria acceperunt, nepotes ex personā propriā succedentes avo in communem hereditatem conferant, l. quoniam. 29. C. de inq. testam. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 7. num. 6. + Ne alioquin inter eos, qui pari sunt gradu succendi, successionis inæqualitas inducatur, l. maximum vitium. 4. C. de liber. prater. + Idque indubitate sit, si nepotes isti ex præmortuis parentibus, eorum heredes proponantur, Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 3. defin. 16. num. 6. Vide plures allegatos ab Hartman. Pistor. dict. loc. + Aliud dicendum, si Nepotes hereditatem parentum repudiaverint: Nec enim fieri potest, ut conferant id, quod non habent, l. 2. §. de illis. 2. ff. de collat. bonor. l. 1. §. confertur. 23. 5. ff. de cod. tit. + Et absurdum pariter ac iniquum videretur, minus Nepotes percipere ex hereditate ob id solum, quod parentes ipsorum quipiam acciperint, + cum neque ex personā parentum veniant ad successionem, sed ex propriā, Novell. 118. cap. cum filius 1. & cap. si igitur defunctus. 2. + Neque ex fato parentum lucrum sentiant, quorum non sunt successores, ut proinde nec factum eorum praestare teneantur, arg. l. ex quā personā 149. ff. de Reg. jur. Anton. Fab. in Codic. dict. tit. 3. defin. 17. n. 7. + Quod tamen cum grano salis & subdistinctione accipi velim, secundum tradita infr. part. 3. Const. Elect. II. Defin. 32. & 33.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So mag dannenhero Augustin Strobel von der mütterlichen Erbschafft nicht ausgeschlossen werden/ sondern es wird dieselbe unter ihn/ und die andere Mit-Erben zugleich nach den Stämmen blich vertheiler; Innmassen er dann auch dasjenige/ so sein Vater zu seiner Abfindung überkommen/ gestalten Sachen nach/ weil er gedachtes seines Vaters Erbe nicht worden/ in gemeine Theilung zu conferiren nicht gedungen werden mag/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIV.

*Nocet tamen renunciatione parentum jurata liberis, defunctis demum post avum parentibus.*

**A**N ergo dicendum erit, parentum prædefunctorum liberos in bonis avitis plus juris habere,

quām habituri essent parentes ipsimes si ricerent? Utique; Quoniam non ex parentum sed ex propria personā succedunt avo, Definit. II. Novell. 118. cap. 3. + Idque vel ex eo appetat, quod, etiamsi fuerint à parentibus prædefunctis exhereditati, avo tamen succedant, Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 3. d. fin. 2. num. 3. + Aliud ergo dicendum quivis concesserit, si defuncto avo, parentes adhuc vivant, qui per renunciationem propriam ita excluduntur, ut nec eorundem liberi ad successionem avi admitti debeant, Gloss. in c. quamvis 2. verb. detimento: de pactis in sexto. ubi Didac. Covarr. 3. part. § 3. n. 9. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 6. num. 31. + Nocet enim tunc liberis renunciatione parentum personalis, non quidem principaliter, sed secundariò & in quandam consequentiā, tanquam heredibus, Hartm. Pistor. dict. quest. 6. num. 80. + Nec enim liberi, quamdiu parentes renunciantes vivunt, in successionē avi, qui jam moritur, ullum jus habent, cum eos parentes præcedant. + Unde vide mus, quod exhereditatio etiam noceat Nepotibus, si avus ante filium exhereditatum moriatur, l. sex patrois. 10. §. ult. ff. de bon. libert. l. si quis filio exhereditato. 6. ff. de injust. rupt.

Ita Domini in causa Dorothea, uxoris VV Wolfgangi Georgii à Tettau, Mense Mayo, Anno 1600.

Ex in causa VV Wolfgangi & Bartholomei Petersen zu Reichenbach, Mense Aug. Anno 1622. (Verba sentent. So verbleibst auch dabei blich/ und ihr seyd euch/ solcher euers Vaters Verzicht zuwider/ der Väterlichen Erbschafft anzumassen nicht befugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. XV.

*Filius filiavè renuncians hereditati paterna fratri succedit, licet in ejus hereditate non nisi bona paterna inveniantur.*

**M**Ultum prodest renunciatione hereditatis paternæ ab uno ex filiis facta reliquis coheredibus, quippe quibus portio renunciantis accrescit, si non alio intuitu, inque alterius favorem processerit renunciatione, ut pluribus disputat & demonstrat Hartm. Pistor. part. 4. quest. 8. + Ideoque coheredes eō communiter intendunt, ut renunciatione ad alia quoque bona extendatur: sed frustra. + Est enim Renunciatione odiosa, & strictissime accipienda, Hartm. Pistor. part. 4. quest. 6. num. 44. adeoque restringi debet ad causam & personam, ob quam facta est, l. jubemus. 21. C. ad SCrum Vellejan. l. age. 3. C. de transatt. + Fit inde, ut renunciants hereditati paternæ, per hoc fratri hereditati non censeatur renunciasse, Andr. Gail. lib. 2. observ. 148. n. 12. Dauth. ad cap. quamvis. 2. de pact. in 610. num. 123. Ant. Tessaur. decif. 62. + Licet nulla alia bona in fratri hereditate inveniantur, quām quā ex successione paternā ad eum pervenirent, Hartm. Pistor. dict. question. 6. num. 63. + Non solum quia hereditas à patre relata, post obitum fratri potius hereditas fraterna & proprium ejus patrimonium, quām paterna hereditas esse censetur, §. 1. inst. de hered. qual. & differ. l. sed si plures. 10. §. filio impuberi. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. + Sed etiam, quia renunciatione quantumvis generalis nunquam comprehendit jus, quod ex novā causā supervenit, l. si patronus non aluerit. 33. ff. de bon. libert. cap. cum inter. 2. ext. de renanc. Andr. Tiraquell. de Retract. §. 1. Gloss. p. n. 44. Pistor. dict. loc. Gail. dict. obs. 148. n. 11.

Ita Domini in eadem causa der Petersen zu Reichenbach/M. Augusto, Anno 1622. Verba sentent. Euers Vaters Brüder Erbschafft aber/ unangesehen er solche von bemeldtem euerer Groß-Vater/ dessen Verlassenschaft wegen euer Vater Verzicht gethan/ erlanget/ ist auss bemeldten eueren Vatern/ und nach dessen Absterben auss euch gebracht und verfallen worden/ V.R.W.)

## DEFINIT. XVI.

*Renunciatio jurata filiam à successione ita excludit,  
ut nec supplementum legitima petere  
queat.*

- 1 **D**ubium non est, quin filia hereditati paternæ jure ratò renuncians, si legitimæ mentionem expressam fecerit, à petitione supplementi removeatur, etiamsi lœsionem in legitimā probet, per text. in l. si quando. 35. §. & generaliter. 2. C. de inoff. testam. Joh. 2. Cephal. lib. 4. Conf. 467. num. 44. † At quid, si filia, hereditati paterna generaliter renunciaverit, non faciat? Etā mentione speciali legitimā? Nec tūm filiam ad supplementi petitionem admitti, existimaverim cum Hartm. Pistor. part. 4. quest. 6. n. 15. aliisque ab ipso allegatis, per text. in cap. quamvis. 2. de pæct. in 6to. quod verbis generalibus filiam renunciantem ab omni successione cedendi jure excludit: † Adeoque & à petitione legitimæ, quoniam regulariter omnes illi, qui à successione exclusi sunt, legitimam petere non possunt, l. postbumus 6. §. si quis ex bis. 1. ff. de inoff. testam. l. cum queritur. 6. l. parentibus. 8. C. cod. tit. l. maximum vitium. C. de lib. præter. † Nec sūnē mirum, cum legitima portio dicatur ejus, in quo quis successurus est ab intestato l. Papiniānus. 8. §. quoniam 8. ff. de inoff. testam. dict. l. parentibus. 8. C. cod.
- 6 † Non magis ergo renuncians legitimam petere potest, ac is, qui hereditatem proorsus repudiat, qui certè ad petitionem legitimæ haud admittendus, secundum tradita Bartol. in l. quia poterat. 4. ff. ad SCtum
- 7 Trebell. † Quin & generalitas b. Constit. 35. ne quidem ob enormissimam lœsionem jurata renunciationis rescissionem probat, sed eam firmiter valere jubet; † At quomodo quæso renunciatio firma ac valida erit, si renuncianti supplementum legitimæ petere concedatur, arg. dict. l. postbumus. 6. §. si quis ex bis. 1. ff. de inoff. testam.

Ita Domini in causa Catharinae Uxoris Pauli Hoyers zu Voigtsberg/ Mense Augusti An. 1621. ( Verba sentent. So ist solche Verzicht zu Recht nicht kräftig/derowegen ist gedachte Catharina Hoyerin/wofern sie an ihrer Väterlichen legitimem benachtheiligt wäre/ solches zu suchen wohl befugt/ Im wüdrigen Fall aber/und da solche Verzicht eydlichen geschehen/und also beständig wäre/möchte sie ad supplementum legitimæ zuwirken nicht zugelassen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Quamvis non valeant pæcta futura successionis, licet tamen pacisci in genere de alicujus incerti bonis bereditate.*

- 1 **I**mprobantur regulariter pæcta futura successionis, l. ult. ff. de suis & legit. bered. l. stipulatio hoc modo. 6. ff. de V. O. l. pæctum, quod dotalis. 1. ult. C. de pæct. 2. l. bereditas. 5. C. de pæct. convent. † Rationem si queras: variant admodum Doctores, nec facile adæquata rationem dari posse, inquit Joh. Ramatus in cap. quamvis 2. de pæct. in pr. n. 2. Verissima videtur hæc,
- 3 † quod ut certi sunt jure nostro acquirendæ obligations & dominii modi, ita quoque consequendæ hereditatis, scilicet Lex & testamentum, l. pæctum. 3. C. de collat. l. q. C. de inut. stipul. l. cum donationis. 34. C. de transact. † Idque est quod vulgo dici solet, Cautiones privatorum Legis autoritate non censeri, dict. l. ult. ff. de suis & legit. Hartm. Pistor. part. 4. quest. 1. n. 2. Petr. Heig. part. 1. quest. 23. n. 8. 9. † Et sane notissimos hæc res excedit pæctionum & conventionum terminos, quibus de dando aut faciendo tractatur.
- 6 † Neque ex ratione juris nostri quisquam pacto ad præstandam hereditatem obligari potest: Nec solum successiones ab intestato, † Sed etiam testamentaria Lege quodammodo deferuntur, l. 29. ff. de reg. jur. Attamen in hæc magis acquiescent Dd. ratione,

† quod pacta ejusmodi contineant votum captandæ mortis, adeoque plena sint tristissimi & periculostissimi eventus, l. ult. C. de pæct. Hartm. Pistor. dict. quest. 1. n. 2. Heig. dict. quest. 23. n. 4. Ex quo porrò infertur, † de hereditate tertii viventis pacisci non licere, dict. l. ult. ff. de suis & legit. bered. ita, ut si duo plures verde hereditate tertii, cui alteruter successorus esset, inscio eo, invicem convenient, pactum istud ipso jure sit nullum, d. l. ult. ff. d. t. l. 29. §. ult. ff. de donat. l. 2. §. interdum. 2. ff. de vulg. & pupill. subst. l. si quis mibi. 25. §. sed utrum. 5. ff. de acq. vel amitt. bered. † usque eo, ut pacifcenti tanquam indigno auferantur bona, quæ alioquin ex successione ad eum perventura essent, l. 2. ff. de bis quib. ut indig.

Prout responderunt Domini in causa Abrahami Eungens zu Leisnig/Mensl. Jun. Anno 1634. ( Verba sentent. Die well aber dennoch dergleichen pæcta und Vergleichung de hereditate tertii in Rechten ungültisch und ungültig seyn/ic.

† Idque latius persequitur Hartman. Pistor. dict. loc. 1 pluribus adductis ad hanc rem ampliationibus & limitationibus, inter quas principalior hæc est limitatio, † Si non de alicujus certi hominis, sed in genero tantum de viventis hereditate tractatum fuerit; Ut cum quis societatem contraxit, si qua hereditas ei obvenerit: † Quod pactum omnino valet per text. in l. 3. §. de illo. 2. ff. pro socio. Joh. Dauth. in l. ult. n. 116. C. de pæct. Modest. Pistor. vol. 1. confit. 8. num. 17. 18. † Cessat enim hoc casu ratio prohibitionis, quoniam propter incertitudinem de nullius morte spes præmatura bonis moribus repugnans concipiatur, Hart. Pistor. dict. loc. num. 22.

Ita Domini in causa Martini Bschauens zu Quets/ Mense Mart. An. 1626. ( Verba sent. Habe ihr Walten Mebusen versprochen und zugesagt/ die erste Erbschaft / damit ihr befällt werden möchtest/ mit ihm zugleich zu heilen/ ic. So ist solche Zusage/ gestalten Sachen nach/ zu Recht kräftig und verbündlich/ und mag daher/dass die pæcta successoria in gemein ungültig seyn/nicht hinterzogen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*In casum mortis alicujus tertii licet pacisci, si iam bonis ejus pacifcenti jus aliquod competit.*

**V**identur equidem aliqua jure promissa, quæ votum captandæ mortis aliquo modo implicare possunt, puta, substitutio pupillaris, §. 4. Inst. de pæct. subst. † Donatio omnium bonorum retento usufructu, l. 35. §. 5. C. de donat. † Imo quævis donatio mortis causæ; Et ex jure feudal. † investitura de feudo vasalli adhuc viventis, cap. 1. §. moribus. 2. si de feudo defuncti. † Sed lege permittente hæc ita fiunt, quæ concessiones ejusmodi à turpitudine & votu captandæ mortis liberat, Hartm. Pistor. part. 4. quest. 1. num. 26. † Eoque defenditur, ut pæctis hereditas detur, Statuto & Lege confirmari posse: Ita videmus hodiè, † pæctis dotalibus super rebus hereditariis per modum contractus invicem disponi, ita quidem, ut altera parte invitâ mutari & revocari non possint, infr. Const. 34. p. 2. secùs, quæm existimat Joh. Schard. in l. 3. C. de collat. num. 6. † Porro, nec in casum mortis alicujus tertii pacisci prohibitum est, si pacifcenti in ejus bonis aliquod jus competit, † veluti ita fideicommissarius, vivo etiam herede gravato, de re fideicommisso sibi relicta pacisci potest, Dd. in l. 1. ubi & Jason. n. 18. C. de pæct. † Si quidem spem probabilem ex testamento defuncti jam nactus est fideicommissarius, ut notat Bartol. in l. is potest. 18. num. 11. ff. de acq. bered. † Eoque pertinet, quod de proprietario traditum est, eum de usufructu penes alium existente pacisci posse in casum, quo defuncto illo, usufructus ad se reversus fuerit, arg. l. ut beredibus. 50. ff. de legat. 2. Hartm. Pistor. dict. quest. 1. n. 25. Joh. Dauth. in l. ult. n. 95. C. de pæct.

Ita Domini in causa Joachimi Mörlers zu Auligk/ Mens. Jul. Anno 1619 (Verba sentent. Habt ihr Peter Biemern euer Haush/ daran Hans Helbigen die Fruchtneſſung zugehet/ auff seinen Todesfall um ein gewiſſes zu verpachten versprochen. Ob nun wohl ſonſten dergleichen pacta, so auff einer andern Tod oder Erbschaffte zielten/ ungültig ſeyn; dieweil aber dennoch in gegenwärtigem Fall es dieſe Weſchaffenheit hat/ daß auch an Hansen Helbigens Haufe allbereit tezo das Eigenthum zugehet/ und auch davon zu disponiren unbenommen/ ic. So mag auch nach Gelegenheit diſſfalls berührte conveſtio vor unfröſtig nicht gehalten/ noch hinterzogen werden/ V.N.W.)

**D E F I N I T . X I X .**  
Valet pactio de hereditate tertii, si is consentiat, &  
in ea voluntate ad extreum vita exitum  
perveret.

- 1 **P**actum de viventis inſcribendis hereditate licet ab initio non valeat, Defin. preced. tamen conſirma-  
tur, si poſtea † is, de cuius hereditate actum est,  
reſciverit & conſenserit expreſſe, in eaque voluntate  
perveraverit, l. ult. C. de paſt. Anton. Fab. in Codic.  
lib. 2. iſ. 3. defin. 10. num. 1. Hartm. Piſt. part. 4. queſt.  
3. 1. num. 29. † Cessat enīa propter conſenſum viven-  
tis ſinistra ſuſpicio, quæ ex turpitudine eſt deſumpta,  
& ratio acerbissimæ ſpeſi, atque adeo votum captan-  
dæ mortis, dict. l. ult. C. de paſt. ut pluribus demon-  
ſtrat Hartm. Piſt. dict. loc. † Requiritur autem, ut  
ab utroque ex contrahentibus certior factus sit is, de  
cuius hereditate actum eſt, quo pacto & contractui  
inter duos inito conſenſisse existimetur, Anton. Fab.  
dict. loc. n. 2. † At quo tempore conſenſus interve-  
nerit, parum refert? Non enim probabilis eſt ſen-  
tentia exiſtimantium, in ipſo instanti, quo contra-  
hitur, conſenſum intervenire debere, ſecundum tra-  
dita Bartol. in l. Theopompus. 14. ff. de dot. prolog. Bald.  
in l. iuriſjurandi. 9. Cod. de teſt.
- 2 Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Et Hans Helbig  
auch in folche Vergleichung gewilligt/ und daſt wohl zu friden  
geweſen/ ic. So mag auch nach Gelegenheit diſſfalls be-  
rührte conveſtio vor unfröſtig nicht gehalten/ noch hinterzo-  
gen werden/ V.N.W.)

**D E F I N I T . X X .**

Valet paſtum de ſuccedendo inter milites.

- 1 **N**on minus de propriâ pacifcentium hereditate,  
Nac de ſucceſſione in bona alicuius tertii conve-  
nire ac pacifici prohibitum eſt l. ult. ff. de ſuis & legiſ.  
l. ſipulario hoc modo. 61. ff. de V. O. l. paſtum doctri-  
2 C. de collat. l. 15. C. de paſt. Non quidem † ob ſin-  
iſtram ſuſpicionem captandæ mortis, quæ ratio huc  
neutiquam accommodari potest, ſecundum Hartm.  
3 Piſtor. part. 4. queſt. 2. num. 1. † Sed quia hereditas  
& ſucceſſio à jure publico dependens non pactis, ſed  
legibus datur, l. paſtum. 15. C. de paſt. l. hereditas. 5.  
4 C. de paſt. conveſt. † Et quia ejusmodi pacta libe-  
ram teſtandi facultatem impediunt, dict. l. paſtum.  
15. C. de paſt. & l. 52. §. idem reſpondit. 9. ff. pro Socio.  
Hartm. Piſtor. dict. queſt. 2. ubi hanc doctrinam  
5 miltis ampliationibus illuſtrat. † Specialiter tam-  
en militibus de ſuccedendo pacifici jura indulgent  
6 l. licet. 19. C. de paſt. † Nam cum voluntas militum  
quoquo modo contemplatione mortis in Scriptu-  
ram redacta, vim poſtremi judicii obtineat, hinc et-  
iam illis indultum eſt, ut pacta de ſucceſſione ab eis  
inita non quidem in vim pacti valeant, ſed ultimæ  
voluntatis vim obtineant, etiamſi paſtum reciprocum  
non eſſet, dict. l. licet. 19. C. de paſt. Hartman. Pi-  
7 stor. dict. queſt. 2. num. 36. † Ex quo ſequitur, pacta  
ejusmodi ad instar ultimæ voluntatis eſſe reyo-  
cabitur dict. l. licet. 19. C. d. 1. † Planè, non ſemper milites  
hoc privilegio gaudent, ſed ſolū, ſi in caſtris  
degant, licet non ipſo actu in pugna periculo verfen-  
tur, l. milites. 15. l. pen. C. de teſtam. milit. §. ſed ba-  
Carpz. Definit. Vol. I.

Item 3. Inſtit. de militar. teſtam. Cacher. deciſ. 100.  
num. 46. † Ad nobiles itaque privilegium iſtud ju-  
re extendi haud poſſe, clarissimum eſt, Hartm. Piſt.  
dict. q. 2. n. 37.

Ita Domini in cauſa Mauritii Lobens zu Helmigſgrün/ M.  
Jun. Anno 1630. (Verba ſent. Ob wohl ſonſten die pacta ſuc-  
cessoria zu Recht nicht verbändlichen/ dieweil aber dennoch ge-  
genwärtige Erb-Vergleichung/ davon eure Frage melden/ unter  
zweyen Soldaten/ ſo ſich beyde ſchreiben laſſen/ und dem  
Kriegs-Wesen nachgezogen/aufgerichtet werden/ ic. So mag  
ſie auch/ geſtaſen Sachen nach/ mit Beſtande nicht hinterzo-  
gen werden/V. N. W.)

**D E F I N I T . X X I .**Valet paſtum, ut poſt mortem alicuius, bona ſua vi  
obligationis, non jure ſucceſſionis ad alium  
perveniant.

**A**n ergo nunquam pacta bona hereditaria alteri  
deferriri poterunt? † Sanc hoc ſimpliciter alle-  
rere admodum periculofum videtur, & contr. l. in-  
re mandata. 21. C. mandat. ubi cuilibet datur potestas  
libera de rebus ſuis diſponendi: † Quin & jura per-  
mittunt ita contrahere, ut obligationis effectus poſt  
mortem promittentis conſeretur, & ab herede ejus  
deinde incipiat, l. i. Cod. ut action. ab hered. & conir.  
bered. † Quidni ergo aliquis rem ſuam alteri poſt  
mortem promittere valet? Bartol. & Dd. in l. ult.  
C. de paſt: † Adeoque, quod dictum, pacta ſuper  
hereditate acquirendā jure improbari, Defin. pre-  
ced. id aliter verum non eſt, quām ſi de ſuccedendo  
conuentum fuerit: † Secus verò quando facta nu-  
lla ſucceſſionis mentione, quis bona ſua per paſtum  
ſive alium contractum ita alteri concedit, ut illa ex  
vi obligationis contractæ poſt mortem obtineat ab  
herede, † quod paſtum nec proptiè de ſuccedendo  
appellari potest, Hartm. Piſtor. part. 4. queſt. 2. num.  
45. Dd. in l. ſipulario hoc modo 61. ff. de V. O. Andr.  
Fach. lib. 5. controv. 85. Dauth. in l. ult. num. 120. C. de  
paſt. † Illud verò dubium ſupererit, quando paſtum  
de ſuccedendo initum, & quando contractus de bonis a-  
licijs poſt mortem alteri dandis celebratus dicatur?  
† Ex verbis contrahentium, aliisque circumſtantiaſis  
hoc diſjudicandum, multis firmat & latius declarat  
Hartm. Piſtor. part. 4. queſt. 3. per ſor. imprimis ve-  
ro videntur in dubio bona per viam contractus con-  
ceſſa, † quando verba ita ſunt concepta, ut obliga-  
tio quidem in perſonā promittentis fundata, ſed in  
mortis eventum collata in heredis perſonā effectum  
capiat, atque adeo alter ex obligatione iſtā ab her-  
ede promittentis, ſine ullo ſuccedendi jure bona  
promissa conſequatur. † Putā, ſi quis alicui promi-  
ſerit ſimpliciter bona ſua poſt mortem: † At verba iſtā  
concepta, ut obligationis effectus non ab her-  
ede incipere, ſed bona poſt obitum ſine aliquo her-  
edis facto ad alium devolvi debeant, ſucceſſionem  
videntur continere, ac proindē paſtum illud non va-  
lebit, ut pluribus demonstrat Piſtor. dict. queſt. 3. n. 7.  
8. & 18.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſent. Über diſſ in bemelde-  
ter Vergleichung feiner ſucceſſion oder Erbschafft gedachte/ ſon-  
deru per modum contractus einem ein gewiſſes Stück Gute/  
tedoch allererſt nach des andern Abſterben zu erlangen jugeig-  
net wird. So mag auch ſolche Vergleichung/geſtaſen Sachen  
nach mit Beſtande nicht hinterzo-  
gen werden/V. N. W.)

Et in cauſa Wolfgangi Christopheri à Leipzig zu Zwehra/  
Mense Sept. Anno 1635.

**D E F I N I T . X X I I .**Pacta de conſervandā futurā ſucceſſionē, quatenus  
valeant inter parentes, liberos & Co-  
gnatos.

**Q**uamvis pacta de acquirendā futurā ſucceſſione i  
irrita habeantur, Supr. Defin. 17. Attamen de-

Non n

con-

- conservandâ futurâ successione inter parentes & liberos, itemque agnatos & Cognatos, ad quos alioquin hereditas pertineret, pacisci licere, vulgo adstruunt ex §. ult. Inst. de legit. agnat. success. l. ff. ab eo. 11. C. de legit. hered. l. ult. C. de emancip. liber. l. 4. C. de legit. 2. **tumor.** † Eamque opinionem tam altè radices egille, ut nemini auctor ab ea dissentendi esse velit, ait Petr. 3. **Heig. part. 1. quest. 23. numer. 15.** † Et comprobant etiama hæc pacta Bartol. in l. stipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O. & Zasius ibidem numer. 19. 20. ubi in pactis dotalibus reservationem successionis in favorem agnatorum & liberorum factam valere, tradit Joh. Coras. lib. 6. miscellan. cap. 9. Matth. Wesenb. in l. ult. num. 4. 12. C. de pact. † Nec obstat l. passum. 15. C. de pact. Etenim non æqualitas ibi, sed inæqualitas inducitur, quum filia præcipuam habere dotem absque collatione jubeatur, & sic plus ei acquiratur de novo, quam 5. alioqui deberetur: † At ita demum valere volunt prædicti Dd. pacta de conservandâ hereditate, si iis æqualitas successionis conservetur, Wesenb. dict. loc. 6. n. 12. Heig dict. quest. 23. n. 18. † Alio modo aliisque conditionibus pacta ejusmodi de conservandâ successione admittit Hartm. Pistor. part. 4. quest. 4. ubi fuisse de hac re agit.

Ita Domini in causa VVilhelmi à VViesen & Marie Eßertin/  
Mens. Jan. Anno 1615.

### DEFINIT. XXIII.

*Omnis actus, renunciationes ac transactiones intelliguntur cum hæc clausula (Rebus sic stantibus.)*

1. **G**eneralis est Dd. Theorica: Quod omnibus a-  
ctibus ac dispositionibus insit clausula (Rebus sic stantibus) l. cum qui. 38. ff. de solut. Jason. in l. quod Servius. 8. ff. de condic. caus. dat. caus. non fecit. num. 18. Octav. Cacheran. dict. g. num. 2. Andr. Tiraquell. in l. unquam. 8. in prefat. n. 130. & 167. C. de revoc. do-  
2. nat. † Nec quicquam adeò firmum constet, adeo-  
que immobile aut præcium sit, quin semper cum  
3. ista clausula (Rebus sic stantibus) intelligatur, Ti-  
raquell. dict. loc. n. 169. † Cujus rei ratio potissimum  
in eo constat, quod in novo statu seu causa meas &  
intentio disponentium cestet, Alciat. de presump.  
4. reg. 2. pref. 16. n. 6. † Ac ubi mens disponentium  
abest, ibi nec dispositio locum habete potest, Jason.  
5. in l. si quis filium. 3. num. 3. 1. C. de lib. prescrit. † Huic  
consequens est, à contractu toto recedi, ob causam  
6. aliquam noviter obortam, † idque etiam altero con-  
trahente invito, l. quaro. 54. §. inter locatorum. 1. ff.  
locat. 8. ff. de condic. caus. dat. l. 14. in fin. ff. pro Soc.  
l. cum 38. in pr. ff. de solut. l. tale passum. 40. §. pater. 3.  
ff. de pact. l. qui servum. 96. ff. de V. O. Alciat. dict. loc.  
7. † Idque exemplis declarat Jacob. Schult. in addic. ad  
Modest. Pist. part. 4. quest. 149. n. 28. ubi hæc latissi-  
mè tractat, illamque Theoricam non modò in con-  
8. tractibus, transactionibus & renunciationibus, † sed  
in omnibus indifferenter dispositionibus, juramen-  
tis, statutis, legibus, ultimis voluntatibus, privilegiis &c. procedere ait, multisque rationibus confir-  
9. mat. † Planè, locum non habet hæc regula, quan-  
do in contractu vel dispositione aliqua cogitatum,  
quoque est de futuris causis; Nam tūm nova causa  
eius momenti non est, ut propter eam à veteri dispo-  
sitione divertere liceat, Cacher. dict. decis. 91. num. 14.  
10. Jacob. Schult. dict. loc. n. 80. † Pariter & in disposi-  
tionibus, quæ universales sunt, atque ita se habent,  
ut accessionem admittant, jamque commodo, jam in-  
commodo sint, semper res in eodem statu permanere  
dicitur, quo erat initio, quamvis postea quædama in-

citat rerum commutatio; † Idcirco nec ob causam 11  
aliquam novam ab hisce recedere permisum est, O-  
ctav. Cacher. dict. decis. 91. n. 17,

Ita Domini in causa Leonhardi Rosens & Caspari Kunzlebens  
zu Leipzig/ Mens. Mayo, Anno 1599. (Verba sent. Ob nun wohl  
solcher Vertrag allenfalls also beschlossen / bewilligt und  
vollzogen worden; Da aber dennoch das Vergnugd hernach  
in ein solches Abnehmen kommen/dass der Überschuss/devon sie  
von Jahren zu Jahren ihre Bezahlung erlangen sollen/so viel  
nicht getragen/dass sie ihrer Forderung befriediget werden kön-  
nen/et. So waret ihr an solchen Vertrag/ der Zinsen halben/  
ferner nicht verbunden/V.R.W.)

### DEFINIT. XXIV.

*Ob transam datum repeti nequit, casu fortuito imple-  
tionem causa impediens.*

**S**i casus fortuitus impedit causam impleri, cessa-  
re conditionem ajunt Impp. Dioclet. & Maxim.  
in l. pen. C. de condic. ob caus. l. 8. C. cod. tit. l. 5. in pr.  
ff. cod. tit. † Aliud tamen dispositum videtur in l. 2  
ult. ff. de condic. ob caus. dat. quæ conditionem pe-  
cuniae datæ, ut Stichus daretur, mortuo Sticho con-  
cedit, † Et in l. 5. §. p. ff. cod. tit. ubi conditioni lo-  
cus est, si servus fugerit, ob quem manumittendum  
pecunia fuit accepta, † atque in l. 1. & 5. C. de cor-  
dict. ob caus. l. 15. §. item cum 6. ff. locat. Dedit hæc res  
ansam variis distinctionibus, † ut videre est apud  
Donell. 14. comm. 21. Gloss. & Cyn. in dict. l. 5. ff. de  
condic. caus. dat. ubi & Bartol. ac Bald. † Nimirum,  
an casus fortuitus contingat in personâ dantis, an in  
personâ accipientis: Vel an causa, ob quam datum  
est, in facto consistat, an in dando, aut etiam in tali  
facto, quod commodum dantis principaliter respi-  
ciat: Aut verò an casus fortuitus sit absolute talis,  
an tantum in personâ accipientis: † Quæ organia la-  
tius repetit & explicat Reinhard. Bachov. id animad.  
ad Treutl. vol. 1. disp. 22. tb. 2. lit. a. Non ineptè forsan  
quis dixerit cum eodem Bachov. ibid. † propter di-  
versitatem factorum & casuum, vix posse hoc certâ  
regulâ definiri. Et ideo rem hanc plerumque ex-  
equitate decideritdam esse, † quod & JCtos fecisse, ar-  
guit l. 5. in pr. & 5. ult. ff. de cond. ob caus. dat. † Utio  
scilicet consideretur, utrius causa potior sit, ut ne-  
morari debeat in damno. † Attamen in dubio regu-  
la generali standum existimaverim, quod casus for-  
tuitus impletionem impediens, faciat cessare condi-  
tionem, dict. l. pen. C. de cond. ob caus.

Ita Domini in causa Barbara, Ixoris Georgii Ritschens ys  
Leipzig/ Mens. August. Anno 1615.

### DEFINIT. XXV.

*Quatenus valent confraternitates, seu pacta de  
mutua successione familiarum Illu-  
stris.*

**Q**uicquid dicant & proferant Dd. ad impugna-  
tionem confraternitatum & pactorum de mu-  
tuâ successione, quod scilicet non expeditat Reipu-  
blicæ, † jura successioneum, quæ communia omni-  
bus esse debent, subditorum arbitrio promiscue sub-  
jici, l. ius publicum. 38. ff. de pact. l. quod bonis. 15. ff. ad  
Leg. Falci. Herman. Vult. de feud. cap. 9. n. 48. Petr.  
Heig. part. 1. question. 23. n. 41. negari certe nequit,  
† in familiis Illustribus ejusmodi pacta adeo frequen-  
tari, ut nimis sero contra hæc disputare quis videa-  
tur: † Probat id ipsum pactum successorum inter-  
Marchiones Brandenburgenses & Duces Pomeraniz  
Anno 1323. initum, de quo Chytr. in Cbron. lib. 5. fol.  
156. & fol. 365. † Pactum itidem Ducum Bavariae &  
Principum Palatinorum, Bödin. lib. 1. de Republ. cap.  
2. numer. 13. Christ. Besold. de Elec. & success. Reg.  
lib. 1. dissert. 13. numer. 3. Schönborn. 2. polit. 13. †  
Johannis Friderici II. Johannis Wilhelmi & Johan-  
nis

nis Friderici III. Ducum Saxonie cum Wilhelmo, Georgio Ernesto & Poppone, Principibus Hennebergicis Anno 1554. Mens. Septembris contractum,  
 7 Reußner. vol. I. confil. 3. † Et pactum confraternitatis inter Serenissimos ac Illustrissimos Duceſ Saxonie & Landgravios Hassiae Anno 1262. secundum Fabric. lib. 6. Orig. Saxon. initum, postea Anno 1372. L. 43. Anno 1555. 10. Martii, Anno 1587. 8. Julii, à Christiano I. Electore, Friderico Wilhelmo, Johanne, Johanne Casimiro, Johanne Ernesto, Ducibus Saxonie & Wilhelmo, Ludovico, Georgio & Mauricio Hassiae Landgraviis, teste Christ. Besold. I. disput. nonnicopol. 13. num. 3. ac demum Anno 1614. Mens. Mart. 8 confirmatum; † Aliaque plurima pacta relata ab Hottom. conf. 32. num. 37. & Warem. ab Eremb. lib. 1. de fæder. c. 2. num. 35. Ecquis enim tantorum Principium facta improbare vellet? † Nec est, quod propter sinistram suspicionem & votum captandæ mortis hasce pactiones quis illegitimas dicere ausit:  
 10 Eximia namque familiarum Illustrium dignitas omnem suspicionem removet: Dabero die Thür- und Fürsten des Reichs als persone publice, den privat-Gesetzen keines Weges unterworffen/ uti respon- dit domus Saxonica in der Apologia und Rettung der zwö Schriften/ so Anno 1609. von des Thür- und Fürstlichen Hauses Sachsen an den verledigten Gü-  
 11 lischen Herrschafften Rechten ausgangen/ fol. 8. † Quin & militibus pacta ejusmodi successoria inire expresse conceditur in l. 19. C. de pact. jam verò Prin-

cipes Imperii Imperatori semper militare dicuntur:  
 † Unde pactis illis hæc verba reperiuntur inserta: 12  
 Thun auch die Auff- und Übergebung gegen einander gegenwärtiglich / in und mit Kraft dieses Briefes in der allerbeständigen Form/ Weise und Maß/ als solches jure publico militari, und sonst zu Recht geschehen kan und mag/ ic. prout formula habet pacti Du-  
 cum Saxonie & Hassi. Landgrav. Anno 1555. † Maxi- 13  
 mè verò pacta hæc fraternitatis de mutua successio- ne valida sunt, quia ab Imperatore fuere confirmata, ut Ducum Saxon. & Hassi. Landgrav. à Carolo IV.  
 Anno 1373. Et à Rudolpho II. Anno 1597. † quæ 14  
 confirmatio omnes machinationes & fraudes cessare  
 facit, l. ult. C. de vend. reb. civit. l. 1. & ibi Dd. C. de his  
 qui propt. metum jud. non app. Andr. Gail. lib. 2. ob-  
 serv. 127. num. 8. † Proinde in hujusmodi pactis fa- 15  
 miliaribus consensum Imperatoris aut Principis, à quo alioquin bona conferuntur, adhibere, consultissimum dicit Petr. Heig. dict. qu. 23 n. 42. † nec abs 16  
 que confirmatione hæc pacta valere, inquit Gail. dict.  
 loc. Fichard. lib. I. confil. II. num. 7. 8. † Quamvis & 17  
 consuetudo certæ alicujus familie inveterata & me-  
 moriam hominum excedens pactis illis multum ro-  
 boris tribuat, secundum tradita Petr. Heig. dict. qu.  
 num. 42. † Planè in familiis jurisdictione carenti- 18  
 bus, nulla ratione ejusmodi pacta sustineri posse, re-  
 cte asserit Heig. dict. loc. n. 41.

Ita tractatum in causa VWilhelmi à Wiesen & Marie Löserin/  
 Mens. Jan. Anno 1625.

## CONSTITUTIO XXXVI.

### PARTIS SECUNDÆ.

Wann aus beweglichen Ursachen ein End zu relaxiren/ wie und wasser Gestalt verwegen er- kann werden/ und solche relaxation oder Erlässung des Endes geschehen soll?

**E**t weil die Rechtslehrer ins gemein da- hin schliessen/ daß keine Weltliche Obrigkeit Macht habe/ über geschworen- nen End zu erkennen/ sondern daß solche Erkänntniß der Kirchen-Gewalt zustehe/ So haben es auch unsere Räthe/ Juristen-Facultäten und Schöppenstühle dafür geacht/ daß in den Facultäten und Schöppenstühlen erstlich erkannt werden soll/ in was Fällen/ und wie weit die relaxation des Endes statt habe/ und daß alsdann die Verordnung der relaxation, auch wasser Maſſen solche vorzunehmen/ uns heimgestellet und zugewiesen/ wann auch dieselbe erfolget/ für den Richter erster instantz in der Hauptſache pro- cedet und verfahren werden soll/ darbey wir es bleiben lassen.

### DEFINITIONES.

1. Relaxatio juramenti ad Principalem & Magistratum Politicum spectat.
2. Non nisi justâ ex causâ & præviâ cognitione juramentum relaxari debet.
3. Relaxatio Urphæde seu juramenti ad effectum agendi, fieri potest parte etiam adversâ non citata nec auditâ.
4. Denegatur absolutione à juramento, quando petenti relaxationem nulla competit actio.
5. Reus, si tantum juraverit non vindicare carceres,

Carpe. Definit. Vol. I.

**C**um ex communi juris Interpretum sententia, magistratus secularis de juramentis servandis vel non, cognoscere non possit, sed ad Ecclesiasticam jurisdictionem id pertineat: Igitur Deputati nostri existimârunt, Collegiorum Juri- dicorum & Scabinatum sententias de eo requireendas, an & quatenus relaxatio Juramenti locum habeat, tūmque ipsam relaxationem & modum seu formam ejus nobis committendam. Ea autem impetratâ coram Judice primæ instantiæ in principali causâ procedendum esse, quod ipsum & nos probamus.

- absque relaxatione Urphæda, viâ juris experiri potest adversus judicem.
6. Non indiger jurans relaxatione juramenti, si is, in cuius favorem juratum est, obligationem remittat.
7. Heres experiri volens contra juratum defuncti contractum, non tenetur petere absolutionem à juramento per defunctum prestito.
8. Cessat relaxatione juramenti in contractu confirmato sub verbo veritatis (Beyn Wort der Wahrheit.)

9. Promissio facta sub dignitatis splendore (Vey Fürst, Gräflichen oder Adelichen Ehren/ Treu und Glauben) quando equipolleat juramento?

DEFINIT. I.  
Relaxatio juramenti ad Principem & Magistratum, Politicum spectat.

- 1 **Q**uâcunque ex causâ contra præstum juramentum agere & experiri quis velit, non admittitur, antequam ab eo fuerit absolutus, *Supr. Const. 35. in verb.* (die *absolutia juramenti jugulasse*). *& ibi 2 Defin. 3.* † Nam propter periculum perjurii absolutio à vinculo jurisjurandi omnimodo necessaria est, *Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 15. defin. 1. num. 11.* Sed à quoniam *Magistratu, Ecclesiastico vel Politico relaxatio impetranda erit?* † Mifificè his variant Interpp. quorum opiniones & argumenta refert Matth. Berlich. part. 2. *concl. 44. n. 3. & seqq.* Sanè non disputatur de viribus juramenti, utrum licitum sit vel illicitum: † Sed tantum de ejus observantian ser vandum sit, nec ne? *Andr. Gail. lib. 1. obs. 25. num. 5. 4.* † Adeoque de executione juramenti, quæ anti quis temporibus ad Magistratum Politicum spectabat, & ita à judice temporali absolutio erat impetranda, *l. adigere. 6. S. ult. ff. de jur. patron. l. ult. ff. quis satis d. cog. l. Imperatores. 38. ff. administr. Hartm. Pistor. lib. 2. tit. de juram. 25. obs. 5. Bernh. Grav. lib. 1. præt. concl. 25.* † Postquam verò Pontifices in Ecclesiâ regnare cœperunt, conniventibus Imperatoribus & Principibus secularibus, potestatem jura menta relaxandi ad se arripuerunt, sibique solis attribuerunt, *cap. noluit. 13. extr. de judic. cap. venerabilem. 34. extr. de elett. cap. cum contingat. 28. extr. de jurejur. Paul. de Castr. in Actib. Sacramenta paberunt. C. si advers. vendit. numer. h. Andr. Fach. lib. 3. cont. 7. 13.* † At temporis tractu res ferè ad pristinum statum & jus antiquum rediit, dum Cameræ Imperiali potestatem absolvendi à juramento ad effectum agendi concessam videmus in Ordin. Cam. p. 2. tit. 24. *Andr. Gail. lib. 1. observ. 1. numer. 23. & observ. 25. numer. 2.*
- 8 **J**ohan. Zanger. *de except. part. 2. cap. 1. numer. 427.* † Quidni ergo aliis etiam reformatarum Ecclesiarum Principibus & Magistratibus secularibus eandem potestatem attribueremus? cum Zanger. *dicit. cap. 1. num. 428. Andr. Gail. dicit. num. 2. circa med.* † Quod certè minus dubium habet in foro Saxonico, propter *b. Const. 36. in verb. fin.* (Und duß also dann die Verordnung der relaxation, auch waßter massen solche vor zunehmen/ uns heilungssiellet und zugewiesen/ sc.) ubi Mollet. *num. 4.*

Ita Domini in causa Simonis Grenlichs zu Königswalde/ Mens. April. Anno 1595 (Verba sententia. So würde euch solcher End von der Obri. fris/ darunter der Herr Graff gesessen/ auff euer gebührliches Ansuchen/ hlich relaxaret/ V.R.W.)

Et in causa Nicola: Urichs zu Northausen/Mens. Julio, Anno 1593. (Verba sententia. So würde euch solcher End von der Obigkeit/ darunter N. M. gesessen/auff euer gebührlich Ansuchen hlich relaxaret/ V.R.W.)

DEFINIT. II.

*Non nisi justa ex causa & præviâ cognitione juramentum relaxari debet.*

- 1 **N**on statim ad instantiam & petitionem partis juramentum relaxari debet, sed petens absolu tionem à juramento, justam causam exprimere & probare tenetur, † putâ, quod per dolum, metum, vim, minas, mendacium ad jurandum fuerit inductus, vel quod minor ætas, læsio enormissima, alia que cœla subdit, de quibus *Vid. Domin. Card. Tusch. com. 1. præt. concl. lit. A. concl. 59. numer. 4. & seqq.*
- 3 **C**ravett. *confil. 7. num. 3. & seqq.* † Idque ipsum est,

10. *Contraveniens promissione sub fide Principis aut nobilis viri facta, relaxatione juramenti opus non habet.*

quod Illustrissimus Elector Saxoniae Scabios: et liosque Judices inferiores super relaxatione juramenti, an & quatenus ea locum habeat, ante omnium pronunciare jubet *b. Const. 36. vers.* Das in den Ex cultatén und Schöppenstülen erstlich eftannit werden soll, in was Fällen, und wie weit die relaxation des Endes statt habe/ac, ubi Mollet. *hunc.* † Quo ipso 4 satis innuit, causæ cognitionem praecedere debet; antequam absolutio concedatur. † Sufficit tamen 5 hoc casu cognitione summaria sine longo summatione litis & solenni ordine judicaria, prout scire tradita Andr. Gail. *lib. 1. obs. 23. numer. 4. post Marant. parti 4. dist. 9. & Bartol. in extravagante. ad reprimendum, in verb. summaria. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariae 10. numer. 12. extr. de Const.* † Planè, per Procurato rem etiam absolutio à juramento obtineri, potest, ut notat Felin. *in cap. cum desideres. 15. num. 3. de fene. exponit. Andr. Gail. dist. obs. 23. num. 4.* † Nec impedit absolutionem, quod quis juraverit, non petere relaxationem juramenti; Non obstante siquidem hanc jurata promissione, relaxatio recte petitur, si justa causa subdit, Felin. *in c. præterea. 2. extr. de Sponsal. num. 19. & incap. debitores. 6. extr. de jurejur. num. 9.*

Ita Domini in causa Marci Giedwendens zu Staden/Mens. Febr. Anno 1595. (Verba sententia. So erscheinet daraus so viel/ daß solcher End/ so weit ihr das Recht darinnen verschworen/ zu Recht unkräftig ist/ dorowegen ihr dessen ungeachtet iedoch ganz des selben vorgehende relaxation, welche euch von der hohen Obrigkeit des Orts auf euer gebührliches Ansuchen billich mitgeheilet wird/ vorbemelste Orffsen des angelegten unbefugten Gefängniß/ und derer euch dadurch zugezogenen Injurien halben/ Rechtlichen zu belangen wohl besugt/ mögget euch derobälben vor meinhändig nicht geschädten werden/ V. R. W.)

DEFINIT. III.

*Relaxatio Urpheda seu juramenti ad effectum agendi, fieri potest parte etiam adversâ non citata nec auditâ.*

**N**on solent Nobiles, aliè Magistratus subditos 1 carceribus constrictos dimittere, priusquam juramentum de non vindicando carcere (vulgò Urphedam) præstiterint. † Quin & sapè Magistratus 2 in-hanc perveniunt temeritatem, ut Reis viam juris 3 præcludere audeant, eosque de non vindicando carcere etiam judicio legitimo jurare cogant: † Quo certò casu, Rei aduersus Magistratum experiti nequeunt, antequam absolutionem à juramento ad effectum agendi obtinerint. † Quæ tanto facilitius 4 ipsis concedenda, quanto certius, ejusmodi Urphedam ipso jure nullam ac prorsus invalidam haberi, ut ad consultationem Illustrissimi Principis Dn. Johannis Ernesti Ducis Saxon. Mens. Mart. Anno 1596. à Dominis Scabiosis pronuntiatum percepit. † Ac 5 licet relaxatio juramenti, contractum alias invalidum validantis, vel super usuris, quando scilicet per totum tollitur obligatio, cognitionem causâ requirat, quo casu partem adversam quoque citari debere, non absurdè forsitan quis existimaverit, cum Andr. Gail. lib. 1. observ. 22. num. 3. & 7. † Attamen in 6 absolutione à juramento ad solum effectum agendi, per quam obligatio in totum non tollitur, sed solum via ad agendum aperitur & habilitatur persona, quæ gravit nullo modo contravenire, ut possit experti de injusto carcere, pravitate usurariâ, enormi læsione, &c. causæ cognitionem exactam non requiri, sed absque hac, ac quod est consequens, etiam notitiatâ & in-

& inaudita parte, absolutionem dari cuilibet petenti, dixerim cum Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 15. def. 1. num. 11. & Bernhard. Greven. lib. 1. obsrv. 22. 7. confid. 1. num. 3. † Quod & in aula Elect. Saxon. sic observari, testatur Dan. Moller, hic num. 8. Nec habet pars adversa quod conqueri posit, † quia omnia ipsi jura salva ac illæsa remanent, ad se defendantum à petitis per adversarium, & duntaxat obstaculum, jurisjurandi tollitur, ut liberè jus suum deducere valeat, Greven. dict. loc. ubi in hanc rem præjudicia summorum tribunalium adducit. † Vid. quoque Fach. lib. 1. contr. 77. ubi fundamenta hujus sententiae recenset, & ad contraria respondet. † Eoque facit, quod relaxatione juramenti impetrata coram judice primæ instantiæ in causâ principali procedi jubet Elector Illustrissimus b. Const. 36. in fin. vers. Wann auch diesebe erfolget/ sc.

Ita Domini in causa Nicolai Zickers contra Rudolphum à Bünaeu, ad requisitionem Questoris Blavensis, Mensis Decembris. Anno 1629. (Verba sententia: Dieweil er aber vermeint, daß von den Gerichts-Herren zu geschwinden verfahren/ und er zur Ungebühr mit der Straße belegt worden/ ist er bemeldte Gerichts-Herren zu belangen vorhabens/ zu welchen Ende er um relaxation des geleisteten Urphedens unerhört angeseucht/ sc. So wird solcher End/ unangesehen die Gerichts-Herren als pars adversa noch nicht citiret/ oder vernommen seyn/ jedoch weiter nicht als ad effectum agendi, bishl relaxiret/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Denegatur absolution à juramento, quando petenti relaxationem nulla competit actio.*

**N**E tamen quis putet, indifferenter juramentum relaxari ad effectum agendi, secundum tradita Defin. præced. sciendum, ea tūm demum esse vera, quando ex circumstantiis aut actis simul transmisisis appareret, justè absolutionem peti, & auctorem gravatum esse, Moller. hic num. 8. † Alioquin, si quis iustis ex causis jurare necesse habuerit, putà, si ob maleficium incarcerated ex speciali gratiâ sub jurato eologio de non viadicando carcere relaxatus fuerit, ac Judex omni ex parte ritè processerit; † Aut si alias juramenti absolutione nullum producat effectum, putà si ex actis constet, petenti relaxationem nullam competere actionem. † Tūm certè absolutione à juramento omnino deneganda erit, nec jurans ad actionem instituendam admittitur l. hoc stipulatio. 14. §. divus. 1. ff. ut legator. seu fideicom. servandor. caus. l. ad probationem. 21. C. de probat. c. per duas. 32. S. nos vero exira de Simoni. Andr. Gail. lib. 1. obsv. 22. n. 4. † Ne scilicet litigatores inanibus sumptibus vexentur, l. minoribus. 6. ff. de minor. Anton. Fab. in Codic. lib. 2. tit. 6. def. 15. num. 6.

Ita Domini in causa Pauli Stephans, ad consultationem Questoris Zwickaviensis. Mensis Februar. Anno 1631. (Verba sententia: Ob nun wohl der Amtmann euch wegen unrechtmäßigen geführten Proces zu belangen vorhabens ist/ derowegen Er um relaxation des geleisteten Urphedens ad effectum agendi angeseucht. Dieweil aber dennoch aus den Aeten nicht zu besfinden/ daß seinem Fürgeben nach mit der Inquisition wider ihn nulliter verfahren worden sey/ daher zu spüren/ daß sein Suchen nur zur Weitläufigkeit und nichtigem Auffenthalte gemeinet/ sc. So hat auch nach Gelegenheit diffalls die gesuchte relaxatio juramenti ad effectum agendi nicht statt/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Reus si tantum juraverit, non vindicare carceres abs quo relaxatione Urphede, via juris experiri potest adversus judicem.*

**T**UM demum Reus adversus judicem de injusto carcere experiri volens, absolutionem à juramento prius impetrare necesse habet, si utrumque, vi-

delicit se nec carceres vindicantur, nec eo nomine jure experiri, hoc est, neque de facto aut jure aliquid contra formulam juramenti attentare velle juraverit, Supr. Defin. 3. † At quando Reus non vindicare carceres tantummodo juravit, relaxatione juramenti ad effectum agendi opus non habet, sed bene potest via juris experiri, non obstante juramento, Ord. Crim. Caroli V. Imp. art. 20. §. Es soll auch keine Dringlichkeit/ Felin. in cap. 1. num. 25. in fin. extr. de jurejur. Andr. Gail. lib. 1. obsv. 22. numer. 5. & 6. † Nec enim tūm via juris relaxato præclusa est. Quia promissio juratò intelligitur facta de vindicta privatâ, & quæ sit de facto, non etiam jure permittente, Schurff. cent. 3. conf. 87. Natta cons. 42 num. 3. Matth. Steph. ad dict. art. 20. Ordin. crim. num. 5. † Non ergo ad vindictam juris legitimam Urpheda extendi debet, c. veniens. 6. extr. de jurejur. l. ult. C. de nonnum. pecun. † Quo pertinet, quod prohibitus molestiam inferre, non prohibetur molestare de jure, Felin. in c. causam. que. 18. num. 4. extr. de rescript. Gail. dict. obsrv. 22. num. 7.

Ita Domini in causa Nicolai Ulrichs zu Nordhausen/ Mens. Jul. Anno 1593. (Verba sententia: Ob ihr nun in iho gedachtem Unfrieden das Recht/ dasselbe wider den Herrn Grafen des angelegten Gefängnis halben zu gebrauchen / verschwören müssen/ sc. So würde euch solch End ad effectum agendi auff euer gebührlches Ansinnen billich relaxiret: Sonsten aber/ da ihr euch des Rechten nicht begreben/ wäre euch den Herrn Grafen um angezogene Injurien willen/ auch ohne relaxation des Urphedens Rechlichen zu belangen unbekommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Non indiget jurans relaxatione juramenti, si is, in cuius favorem juratum est, obligationem remittat.*

**N**ON semper jurans relaxatione juramenti opus habet ad effectum agendi, sed quandoque etiam non impetrata speciali absolutione, via juris experiri potest, ut tradit Dom. Card. Tusch. tom. 1. pract. concl. lit. A. concl. 58. † putà si universitas vel communitas agere velit, quia est persona imaginaria, non habens animam nec corpus, Tusch. dict. concl. 58. numer. 69. & seqq. † Pariter nec jurans absolutione indiget, si is, in cuius favorem juratum est, remittat juranti obligationem, c. cum inter. 2. Extr. de renunc. c. significavit. 13. Extr. de censib. c. 2. extr. de Sponsal. Andr. Gail. lib. 1. obsv. 24. numer. 1. & seq. Speculat. lib. 1. part. 1. tit. de leg. uo. §. 6. num. 28. Felin. ad cap. 1. extr. de jurejur. num. 2. † Nam juramentum homini præstitum ab homine relaxari potest, quia pars est potestas tollendi & inducendi, c. 1. extr. de reg. jur. † Intendit autem jurans parti promittere, licet ad confirmationem adducat religionem juramenti, Felin. dict. loc. † Nec obstat, quod juramentum principaliter DEO, non parti jurantem obliget, c. debitores. 6. extr. de jurejur. l. i. iurandi. 2. C. de reb. Credit. † Quia remittente parte, ipsimet quoque Deus remittere juramentum videtur, quippe qui ad utilitatem alterius solummodo juramentum recepit, ut tradunt eleganter Felin. & Speculat. dict. locis. ubi & hujus assertionis limitationes ponunt. † Hæcque causa est, quod nec subditis, qui in causâ Dominorum suorum in testimonium producuntur, ad hunc effectum, speciale relaxationem juramenti fidélitatis & obedientiae à Magistratu superiore concedi necesse sit, † sed sufficit ab ipsâ parte, cui obstricti sunt, juramentum iis ad effectum hunc remitti, Rutg. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 11. n. 6. & seqq. Frider. Pruckman. vol. 2. consil. 6. n. 295.

Ita Domini in causa Matthaei Herbstis zu Zwemen/Mens. August. Anno 1627. (Verba sentent. Scyd ihr Benedictus Rothen wegen eines Contracts/ und darben sonderlichen vorgehenden lation, Rechtlichen zu belangen vorhabens. Ob euch nun wohl hieran die eydliche Verpflichtung/ so euer Vater als Contrahent gehan/ hinderlich seyn will/ zwider/ weil des Eydes relaxation von der Obrigkeit noch nicht geschehen; dieweil aber dennoch beklagter Nothe/ zu dessen Nutz und Behuff der Eyd fürnewlich geleistet/ euch die eydliche Verpflichtung einmahl selbst erlassen/ ic. So hat er sich nunmehr damit nicht zu behelfen/ sondern ihr seyd ohue einige fernere relaxation Rechtlichen wider ihn zu procediren wohl besugt / V. R.W.)

## DEFINIT. VII.

*Heres experiri volens contra jurarum defuncti contrarium, non tenetur petere absolutionem à jureamento per defunctum praefito.*

- 1 **N**on ut ipsem contractus ita & juramentum ad confirmationem additum, heredes obligat. † Eci enim hoc ex parte recipientis sit reale, & ad ejus heredes transeat, s. veritatis. 14. extr. de jurejur. ubi
- 2 Canonistæ comm. † Ex parte jurantis tamen juramentum est personale, & personam non egreditur, nec ad heredes jurantis transit, quoad vinculum scilicet perjurii, † secus autem quoad efficaciam obligationis, Panorm. in dict. c. veritatis. 14. extr. de jurejur. Andr. Gail. lib. 1. obser. 27. per tot. Salycet. in l. emplio. 3. n. 1. C. plus valer. quod agit, quam quod simul. † Nec enim reatus perjurii alterius animam ligare potest, quem jus spirituale non transeat de anima in animam, Panorm. dict. loc. † licet contractus robur heredes obliget, quia vires de præterito non ex persona heredis considerantur, l. cum quis decedens. 37. §. codicillis. 5. ff. de legat. 3. l. nam postea quam. 9. §. ult. ff. de jurejur. † Ex quo fit, quod heres defuncti non opus habeat absolutione ad effectum agendi, quia ipse non juravit, sed potest rectâ viâ agere contra eum, qui indebet juramentum exigit a defuncto, Gail. dict. obf. 27. n. 2. ubi multos Dd. allegat. † Planè, illud dubium non est, quod juramentum transeat ad heredem quantum ad probacionem, dict. l. cum quis decedens. 37. §. codicillis. 5. ubi Bartol. n. 10. ff. de legat. 3. Gail. dict. loc. n. 6.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Über dīß auch das juramentum, so euer Vater geleistet/ euch als den Ehren nicht verbindet/ ic. So seyd ihr auch ohne fernere relaxation, Rechtlichen wider ihn zu procediren wohl besugt/ V.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*Cessat relaxatio juramenti in contractu conformato sub verbo veritatis (beym Wort der Wahrheit.)*

- 1 **N**on nego equidem promissionem sub verbo diuinæ vel æternæ veritatis factam, (beym Wort der Götlichen oder ewigen Wahrheit/) omnino servandam esse, & absque nota impietatis violari haud posse, † quippe quod per verbum veritatis ipsem Deus implicitè invocetur, ac per id, Verbum patris, Dominus Salvator noster JESUS Christus intelligatur, ut meritò promissio ejusmodi pro juramento habeatur ab ipsomet D. Apostolo Paulo Roman. 1. vers. 1. Rauchb. part. 2. qu. 2. n. 54. Johan. Zanger. de except. part. 3. cap. 11. num. 193. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 286. † Attamen male inde infertur, promissionem illam sub verbo veritatis factam, veri juramenti vires & efficaciam habere, quando pro formâ actus alicujus juramentum corporale & solenne requiritur. Vid. supr. Const. 16. Defin.
- 2 4. † aut si de pœna perjurii queratur, ut in simili tradit Felin. in cap. præterea. 2. ext. de Sponsal. n. 15. Moller. bic n. 15. 16. 17. Andr. Rauchb. dict. qu. 2. n. 72. † Ex quo porrò sequitur, ad agendi effectum non ita opus esse relaxations fidei, sub verbo verita-

tis promissæ, ut juramenti corporaliter præstati: † Quia absolutio à vinculo juramenti necessaria est ad evitandam perjurii poenam Andr. Gail. lib. 1. obser. 24. n. 1. vers. Et quia perjurii evitandi gratia. Ant. Fab. in Codit. lib. 2. tit. 5. defin. 1. n. 11.

Ita Domini in causa Erhardi Sieghards zu Annaberg/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch der gethanen Zusage beym Wort der ewigen Wahrheit/ die Würckung und Kraft eines geleisteten Körperlichen Endes zu Recht nicht zugeeignet wird/ also daß auch dīßfalls der Relaxation juramenti unvonnöthen/ ic.)

## DEFINIT. IX.

*Promissio facta sub dignitatis splendore (bey Fürstlichen/ Gräflichen oder Adelichen Ehren/ Treu und Glauben) quando equipollat jureamento?*

**H**ilce in provinciis expeditum ferè est, quod promissiones personarum Illustrium factæ sub splendore dignitatis (bey Fürstlichen/ Gräflichen und Adelichen Ehren/ Treu und Glauben/ ic.) non aequivalent juramentis, sed pro simplici promissione habentur, Andr. Rauchb. p. 2. qu. 2. numer. 58. Matth. Berlich. part. 2. concl. 21. n. 39. Modeft. Pift. vol. 2. conf. 19. n. 53. Matth. Wesenb. in parat. ff. de jurejur. n. 6. † At, restrictum hoc velim ad eos solummodo casus, in quibus verum, solenne ac corporale juramentum hominis pro formâ aut ad substantiam vel soliditatem actus requiritur, putâ in renunciatione ac intercesione mulierum, de qua Supr. Conf. 16. Defin. 4. aliisque causis, in quibus juramentum judiciale solet deferri; † Quia tūm juramentum per aequipollens adimpleri non potest, sed in formâ solenni ac corporaliter præstandum est, nec sufficit assertio sub periculo animæ suæ, Felin. in c. fraternitatis 17. n. 12. extr. de testib. Hartm. Pift. part. 4. qu. 6. n. 3. Rauchb. dict. qu. 2. n. 76. † Quid enim quælo promissio hæc sub dignitatis splendore commune habet cum fide Christiana, cuius interpositionem semper verum juramentum requirit, Hartm. Pift. dict. loc. † Alioquin, si de firmitate solâ ac robore contractus queratur, concessimus, si ejusmodi promissio sub fide Principum aut Nobilium facta contractui per se valido adjiciatur, plurimum roboris obligationi inde contractæ accedere, † adeò, ut omnia illa, ad quæ quis alias ex contractu, cui juramentum appositum est, devinctus tenetur, implere non immorito cogatur, Hartm. Pift. dict. qu. 6. n. 2. Rauchb. dict. qu. 2. n. 76. Moller. bic n. 15. † Et catenus salvari poterit notissima Germania consuetudo, quâ promissiones Illustrium personarum sub dignitatis splendore factæ, ad instar juramenti promittentes obligare dicuntur, de quâ consuetudine testantur Schurff. cent. 2. conf. 53. num. 19. & cent. 3. conf. 62. n. 13. Matth. Wesenb. vol. 1. conf. 10. n. 41. & conf. 23. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 225. † Quam & in Camerâ Imperiali observari, testes sunt Andr. Gail. lib. 2. obser. 59. n. 6. Mynsing. cent. 1. obs. 17.

Ita Domini in causa Hansen von Wert. zu Weichlingen und Melchior von Arnstads/ Mens. Mart. Anno 1608. (Verba sentent. So ist er solcher hochberbeuerlichen Verpflichtung und Zusage/ so den seinen Adelichen Ehren/ Treu und Glauben geschlossen/ weil vergleichene Verpflichtung und Zusage/ nach gewohntem Wahn der Rechtesgeleyten bey Fürstl. und Adelichen Personen/ die Kraft und Wirkung eines geschworen Eydes hat/ erbarlichen nachzukommen schuldig/V.R.W.)

Et in causa Barbara Hollandes zu Lüneburg/Mens. Januari, Anno 1597. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch in ob gedachter Fürstlichen obligation ausdrücklichen zu befinden/ daß S. Fürstl. Guaden die vorige Abrechnung beliebet/ und zu richtiger Bezahlung des Rests sich bey Fürstlichen Ehren und Treuen verpflichtet/ ic. So ist S. Fürstl. Gu. solcher Verpflichtung ferner gebührlichen nachzukommen schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. X.

*Contraveniens promissione sub fide Principis aut Nobilis viri facta, relaxatione juramenti opus non habet.*

1. **A** Nergò contra promissionem factam sub splendorae dignitate (bey Fürstlichen oder Adelichen Ehren/re.) agere vel experiri volens, absolucionem prius petere necesse habuit? Ita quis forsan dicere posset, secundum tradita Defin. preced. † ubi hanc promissionem quoad observantiam & vinculum contractus, ad instar juramenti valere & contrahentes obligare, dixi eum Andr. Rauchb. part. 2. q. 2. num. 76.
2. † Sed hinc male id infertur: Est enim promissio illa (bey Fürstlichen und Adelichen Ehren/) loco juramenti, saltem quoad observantiam contractus

& ad excludendum remedia recurroria, non vero ad pœnam perjurii, ut tradit. Felic. in cap. præterea. 2. extr. de Sponsal. num. 15. Rauchb. dij. quæ. num. 72. Mynsing. cent. 1. obser. 17. num. 6. † Absolutio autem à vinculo juramenti necessaria est ad evitandam saltem perjurii pœnam, Andr. Gail. lib. 2. obser. 24. num. 1. 7. † Cessante ergò in promissione personarum illustrium perjurio, utique nec absolutione tum impetranda erit, ut rite infert Moll. hic. num. 16. § 17.

Ita Dominij in causa alituj Comitissæ Mens. Octobr. Anno 1631. (Verba sent. Und mag die Zusage bey Gräflichen Ehren/ Kreuz und Glauben/ nach Gelegenheit diffalls für eine endliche Promission und beständige Renunciatio nicht gehalten werden/ immassen dann auch deswegen die Relaxation des Eides unvounschien/W.R. 20.)

## CONSTITUTIO XXXVII.

### PARTIS SECUNDÆ.

#### Ob die Miete auss die Erben komme?

**S**i ist gemeines und gewissen Rechtnes/ daß im Zweifel die Contract auch die Erben binden. Ob nun gleich der Text des Sächsischen Rechtes sich bey eslichen dafür ansehen läßt/ als solten des locatoris Erben die von ihren Vorfahren beschéhene location zu halten nicht schuldig seyn; So wird dennoch hinwieder solcher Text gemeinlich nicht von des locatoris eigenen/ sondern von andern als des Weibes Gütern verstanden; und demnach haben unsre Verordnete geschlossen/ daß solches alles beydes also in heredibus locatoris & conductoris in Fällen/ wie es die gemeinen Käyserlichen Rechte verordnet/ zu sprechen und zu erkennen sey/ darbey wir es auch bleiben lassen.

#### DEFINITIONES.

1. In foro etiam Saxonico, Locatio-Conductio heredes obligat.
2. Matrimonio morte dissoluto, mulier non tenetur statre locatione per maritum defunctum in fundo dotali facta.
3. Resoluta vero locazione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad interesse convenire hanc prohibetur.
4. Empor locazione à venditore facta stare non tenetur; Et quando hoc fallit?
5. Locator, qui ante finicam locationem fundum locatum alteri vendit, Conductor ad interesse lucri servetur, ubi explicatur illud dictum vulgatum: Kauf geht vor Miete.
6. Conductor ante tempus expelli potest ex causa necessitate, que supervenit ex post-facto.
7. Non potest locator expellere Conductorum proprios suis propriis rei locate, si alteri pactio fuerit, vel saltem ejus nomine tutor L. g. G. de locat. conduct. renunciaverit.
8. In locatione prædiorum seu iurium publicorum sive fiscalium, primus Conductor, si offerat tantum, quantum novus, preferetur aliis Conductoribus.
9. Conductor, finie locazione, remanens in prædio conducto, eadem pensione videretur illad reconduxisse, sed non in eodem annos.
10. Conductor ante tempus locationis finitum à Conductione justa ex causa recedens, non solvit integrans pensionem.
11. Ex causa sterilitatis, non potest peti Remissio mercatoris, nisi lesus sit ultra dimidiam Conductor, finitam locatione.
12. Facta remissione ex causa sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio etiam pro anno sterili exigi potest.
13. Si de facienda in singulos annos remissione convenire, non potest unius anni sterilitas cum ubersate sequentium annorum compensari.
14. Per hostium incursiones alii nunc casum fortuitum damno datur, Conductor ex bono & aquo pensio remitti debet.
15. Sumptus meaglorum nomine factos (Einquartierungskosten) locator Conductor restituere tenetur.
16. Conductor fundi aut prædii insotios casus & mortes pecorum præstatrum tamen generunt, etiamsi ea aucta accepit.
17. Præstat Conductor casum fortuitum, si cum expressa conventione in se suscepit, ubi & de insotio censes.
18. Mortem animalis vel alterius pecoris præstatre conductor non est obligatus.
19. Ovis & Vacca ferret (Elserrit Rähe oder Schafe) non locavit, sed conductor moritur: et.
20. Periculum fructuum jam perceptrum ad Conductorum pertinet, tisque perdit in remissione pensionis est concedenda.
21. Conductor, qui tempore Conductionis pecora sua, alias

- aliasque res proprias perdidit, aliudve damnum sensis, nec restitucentem à locatore petere, nec remissione pensionis impetrare valet.
22. Jus patronatus in prædio locato non à Locatore, sed Conductore exercetur.
23. Doctores & Literati, Opifices & brepiti quodam artem suam exercentes prohibere possunt, conducere habitationem juxta suas domos.
24. Conductor de levitatemmodo culpa, non etiam de levissima tenetur.

## DEFINIT. I.

In foro etiam Saxonico Locatio-Conductio heredes obligat.

- U**Ti ceteræ conventiones & pacta, ita etiam locatio-conductio ex utraque parte heredes scilicet tamen locatoris, quam conductoris obligat, l. viam veritatis. 10. l. 29. l. 34. C. de locat. conduct. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 36. num. 1. † Videtur tamen in foro Saxonico negotium facere Art. 77. lib. 3. Landr. ubi Locatore intra tempora Locationis descendente heres ejus locationi ad certum tempus facta, usque ad finem stare non tenetur. † Ex quo norant Interpp. juris Saxonici, Locationem defuncti heredes de jure Saxonico haud obligare, Christoph. Zobel. in gloss. latin. ad dict. art. 77. lit. A. & pars. 2. diff. 41. Matth. Coler. pars. 1. decif. 8. n. 12. Johan. Schneidewin. ad §. ult. num. 2. Inst. de locat. conduct. Reinhard. part. 1. diff. 12. † Sed ex ratione hujus decif. in dict. art. 77. adjecta, quod nempe defunctus non potuerit diutius, nisi quamdiu vivebat, agrum Conductoris guarendare, satis appareat, de tali agro jus Saxonicum ibidem loqui, cuius dominium locatoris non erat, nisi quoad viveret, Dan. Moller. bic num. 2. † Quod & juri Civili prorsus convenit, pro iure locantis resoluto jus quoque conducentis resolvitur, l. si quis domum. 9. §. 1. ff. locat. l. 31. ff. de pignor. Nic. col. Reusn. lib. 1. decif. 14. num. 41. † Aliter textum illum juris Saxonici in dict. art. 77. accipit, & de Locatione perpetua vel in longum tempus facta, & quidem rerum immobilium avitarum, nova ratione intelligit Jac. Schult. ad Process. Petr. Termin. cap. 159. tit. de att. ex conduct. nam. 8. & seqq. quod & placet Reinhard. Rosse in addit. ad Moller. bic numer. 3. † Ceteroquin ergo, quando Dominium rei locata ad heredes suos locator transfert, hi ex contractu ejus de jure Saxonico non minus sunt obligati, quam de jure communii, Moller. bic. num. 2. † Idque practica hodierna fori Saxonici satis probat, teste Matth. Weisenb. in pars. ff. locat. cond. numer. 13. † Ac nullum prorsus de hoc dubium restat in Provinciis Electoratus Saxonici, propter manifestam dispositionem huius Const. 37. quæ tam in locatoris, quam Conductoris heredibus, hanc in re jus commune servari jubet, vers. Und dennoch haben unsere Verordnungen/uc. ubi Dan. Moller. n. 3.

Im Domini in causa Bernhardi Steffens zu Quetsch/Mende Febr. Anno 1623. (Verba sonentias Hoc eum Marcus Siebold sein Hauss/so er mit seinem Weibe überkommen / aufs Jahr lang um einen gewissen Zins/ Mietweise eingetragen/nach dem aber derselbe Zodes verfahren/ ist seine hinterlassene Witwe das Hauss selbst zu beziehen geneinet. Ob nun wohl sonst auch auf Sachsischen Boden des locatoris Erben die Miete aufzuhalten verpflichtet seyn/ und dergleichen Contract bei desselbigen Erben verbindet/uc.)

## DEFINIT. II.

Matrimonio morte dissoluo mulier non tenetur stare locatione per maritum defunctum in fundo dotali facta.

- Q**ualvis in foro Saxonico æque ac de jure communi heredes ex locatione-conductio de-

25. Venditio fructibus nascituris, si eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.
26. Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à Locatore repetere potest.
27. Usuras impensarum Conductor potere nequit.
28. Et si societas ne quidem ex pacto heredes obliget, emolumenorum tamen societas ad eos transfit.

functi regulariter obligentur. Defin. preced. Attamen hoc semper verum non est, † cum nec indifferenter jus commune heredes obstringat: Non certè, si pacto statuto, aut consuetudine loci aliud receptum sit, ut docet Dan. Moller. bic n. 3. † Multò minus locatio defuncti obligabit eos, qui propriè heredes non sunt; Unde si maritus fundum dotalem locaverit, matrimonio morte mariti dissoluto, ac fundo dotali ad viduam revertente, † ea locatione per maritum defunctum facta, haud stare tenebitur, per text. in l. si filios familias 25. §. si vir in quinquennium. ult. ff. solvit. marrim. † Siquidem Vidua, vivente adiacue marito, fundi dotalis Domina existit, adeoque non iure hereditario illud à marito consequitur, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. def. 37. num. 34. † Quo & 6 facit art. 77. lib. 3. Landr. & b. Conft. 37. §. So wird dennoch hinwieder solcher text. † Ac sanè locatio species alienationis est, l. 1. in pr. C. de jur. Emphe. l. ult. C. de reb. alien. non alien. † Atqui in præjudicium uxoris maritus fundum dotalem neutquam alienare potest, §. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. 1. & tot. tit. ff. defund. dotal. † Pariter in casu converso, si mulier 9 fundum locaverit, eamque postea in dotem dederit, nec maritum hac locatione per uxorem ante dotis constitutionem facta teneri, tradit Joh. Campeg. in tract. de dot. part. 2. quest. 23. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. 15. n. 5.

Ita Domini eadem causa. (Verba sent. Dietwill aber dennoch beweist Wittib dissolus nicht ihres Mannes Erbin werden/ sondern allbereit bei seinem Leben das dominium in seinem Hause gehabt/der Mann auch als usufructarius dasselbe weiter nicht als auf sein Leben/ und sofern ihm die Fruchtneigung zugestanden/ vermieten können/x. So mag auch getadete Wittib den von ihrem Manne geschlossenen Miet-Contract auszuhalten nicht gedrungen werden/ sondern sie seynd die das Haus zu räumen schuldig/B. N. W.)

## DEFINIT. III.

Resoluta vero locatione fundi dotalis à muliere post mortem mariti, ejus heredes conductor ad intereste convenire hanc prohibetur.

**A**T inquires, iniquum est, ut tempore locationis nondum finito, Conductor expellatur, & fundo sibi locato uti contra legem conventionis prohibeat? † Sed nullam mulier injuriam videtur facere conductori, dum jure suo utitur, & matrimonio per mortem dissoluto, fundum repetit dotalem, certò persuasa, maritum nullà pactione dotis conditionem facere potuisse deteriorem, l. Artilicinus. 17. ff. de pat. dotal. † Nec habet conductor, quod de ullo damno conqueri possit, siquidem liberum ipsi est, heredes mariti coavenire ad interesse, quod ex fundo conductor, si eo usque ad finem locationis uti licuisset, percepturus erat, l. filios familias. 25. §. ult. ff. solvit. matrim. † præfertim cum ex ea causa frui conductor prohibetur, quam locator contractus tempore & scire potuerat, & præmonere ex bona fide debuerat, arg. l. quer. 39. ff. de att. empf. & l. si quis domum. 9. §. 1. ff. locat. conduct. † Atqui 5 regulariter conductor frui prohibitus ex causa, quam loca-

locator prævidere potuit, indemnus servandus est à locatoro ejusve heredibus, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es ist euch aber derhalb des locotoris Erben ad interesse zu belangen unbenommen/V.R.W.)

## DEFINIT. IV.

*Emptor locatione à venditore facta stare non tenetur; Et quando hoc fallit?*

- 1 **Q**uantumvis universalis successor seu heres Locotoris teneatur stare contractui per defunctum inito, hanc Const. 37. Supr. Defin. 1. † tamen secus est in successore singulari, putà emptore vel alio; is enim non tenetur stare colono vendoris, sed eum expellere potest, † nisi in contractu Emptionis aliter conventum sit, l. emptorem. 9. C. de locat. l. si merces. 25. §. 1. ff. cod. tit. Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 19. numer. 2. † Idque in foro etiam Saxonico non aliter observari satis probat dicterium, etiam Lippis & tonsoribus notissimum, Rauff gehet vor Miete) Matth. Col. part. 1. decif. 8. num. 16. Dan. Moller. lib. 4. semestr. 14. Gloss. latin. ad text. germ. in Landr. lib. 1. art. 77. lit. A. Zobel. part. 2. diff. 41. n. 8. Johan. Schneidewin. ad §. ult. Inst. de locat. cond. n. 2. & ad §. actionum. 28. Rubr. de att. ex conduct. num. 5. 5 Inst. de action. † Quod ipsum tamen dupliciter sollet limitari: I. Si forte Conductor una cum titulo Conductionis, in re conducta etiam jus hypothecarum habeat, secundum tradita Jason. in l. quorics. 15. fallent. 10. vers. hoc comprobatur. C. de Rei vind. Anton. Fab. dict. defin. 19. n. 3 Addit. ad Gloss. Germ. dict. art. 6 77. Coler. dict. decif. 8. n. 18. † II. in venditione rei locatae necessaria & sub hasta facta. Nam successorem singularem, qui per sententiam judicis succedit, teneri stare colono, nisi locatio esset facta in fraudem, docet post Tiraq. quem allegat Moller. dict. cap. 14. num. 9.

Ita Domini in causa Eliae Hartigs zu Grimmel Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sent. Es haben aber Verpächtere/ ehe die Pacht-Zeit umgewesen/ bewecktes Gut einem andern abgetreten und veräußert/ wodurch euch die hinterstellige 5. Jahr über die Pachtzeitung denre mit euch getroffenen Contract zuwider entzogen/re. So verbleibets zwar/ weil nicht zu befinden/dass ihr euch beim Pacht-Contract einige hypothec vorbehalten/ bei solcher der verpächten alienation und Abtretung des Pacht-Guts billich/re.)

## DEFINIT. V.

*Locator, qui ante finitam locationem fundum locatum alteri vendit, Conductor ad interesse lucri tenetur, ubi explicatur vulgatum illud dicterium, (Rauff gehet vor Miete.)*

- 1 **V**ulgatissimum quidem est apud Germanos dicterium (Rauff gehet vor Miete/) & satis in jure fundatum, ut dixi Defin. preced. † At male intellectum ab iis, qui illud cō extendunt & explicant, ut vendita re locata ante finitum conductionis tempus, Colonus vel inquilinus non solum emptori cedere & migrare debeat, sed & spe sua recuperandi interesse defraudetur, † cō quod sciverit, evenire facile posse, ut domus venderetur, & sibi tum migrandum fore, ac nihilominus emerit; nec adversus hunc casum pacto speciali sibi prospexerit? † Scienti namque nulla injuria, nulla fraus infertur, l. quamvis. 11. ff. de in jure vocand. l. 1. in fin. ff. quod fals. tut. l. cum donationis. 34. C. de transact. † Sed neutquam hæc impediunt, quod minùs locatorem, legem contractus non servantem convenire possit conductor ad interesse, quod ex re conducta, si ea ad finem locationis usque uti licuisset, percipere potuisset, † juribus hanc in re ipsi subvenientibus, l. si in lege 24. §. colonus.
- 2 7 4. l. qui insulam. 30. l. si fundus. 33. ff. locat. † Neque Carpz. Definit. Vol. I.

ex vulgato dictorio contra ea, quæ in favorem conductoris ante tempus expulsi Legibus statuta sunt, interpretatio sumenda est? † Et sanè illud ita explicandum, quo ad minimum jus commune lēdatur, Dan. Moller. lib. 4. semestr. 14. Fachs. diff. 2. ac sufficit, catenus id verificari, ut saltem cedere cogatur. Colonus Emptori.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wird euch aber von dem Verpächter wegen des Abgangs der rückständigen fünf-jährigen Pachtzeitung billige und rechtmäßige Erstattung gehabt/V.R.W.)

Ecce in causa Franz Teubels contra D. Welschen zu Leipzig/ Mens. Decembr. 1635. (Verba sentent. Ob nun wohl Rauff vor Miete gehet/ und ihr dahero das Haus zu räumen schuldig/ ic. So seyd ihr doch den Verpächter wegen nicht gehaltenen Contracts ad interesse zu belangen wohl befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Conductor ante tempus expelli potest ex causa necessitatis, que supervenit ex post-facto.*

**E**xistimare equidem quis posset, ante finitum conductoris tempus nunquam expelli posse Conducōrem, propter placitum contrahentium, † quod licet ab initio meri fuit arbitrii, attamen ex post facto in necessariam præstationem convertitur l. in commod. 10. 17. §. sicut. 3. ff. commod. l. sicut. 5. C. de O. & A. l. non minorem. 20. l. quamvis. 39. C. de transact. † Sed hoc verum est, si quis temerē & absque justa causa à pacto discedere, fidemque fallere velit: Secus verò, si justa necessitatis causa subsit, quæ Conducōre etiam invito contractum dissolvit, † putà, si locator propriis usibus domum necessariam esse probaverit: † Vel corrigere & reficere domum maluerit: Aut si Conductor male in re locata versatus fuerit l. ede. 3. C. de locat. cond. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 49. numer. 3. Virgil. Pingitz. quest. Saxon. 10. Trentacing. variar. resolut. lib. 3. resol. 4. Johan. Schneidewin. ad §. mortuo Conducōre. 6. numer. 9. ubi & Johan. Harppr. num. 7. Inst. de locat. & conduct. † Necesitatem verò illam ex post-facto superveniente necesse est, ut quia alia domus locatoris corruit, vel locator uxorem duxit: † Nam si jam suberat tempore contractæ locationis, neutiquam locationem dissolvere poterit, Accurli. in dict. l. 3. verb. necessariam. & ibid. Joh. Sichard. numer. 6. C. de loc. cond. Anton. Faber. dict. tit. 41. def. 51. num. 3. † Siquidem ea, quæ de novo non emergunt, novo non egent auxilio, l. de atate. 11. §. ex causa 8. ff. de interrog. in jur. faciend. Non autem sufficit, allegari necessitatem; † Sed probanda ea est, nec standum juramento locatoris, si ante finitum conductionis tempus velit Conducōrem expelli, eo prætextu, quod domo egeat ad habitandum; † Quia periculum est, judicem quem fieri in sua causa, l. Julianus. 17. ff. de judic. tot. tit. C. Ne quis in sua caus. Anton. Fab. dict. defin. 51. numer. 12. † Plane, non solum in domo, sed & in fundo, aliisque re locata hæc obtinent, licet aliter sentiat & ad domum locata dispositionem l. 3. C. de locat. restringat ibidem Sichard. numer. 6. † Illud autem verissimum est, quod non nisi causa cognita conductor expelli debat, adeoque Magistratus autoritate, Anton. Faber. dict. tit. 41. definit. 11. † ne tumultui detur occasio, si locatori jus suum fine judice exequi concedatur, l. non est singulis 176. ff. de reg. jur. l. 3. C. de pignor l. 13. ff. quod met. caus.

Ita Domini in causa Thomae Harres zu Thösa Mens. Jul. Anno 1598. (Verba sentent. Ob wohl euer Väterliches Gut Brosten Ullmannen auff drey Jahr lang Pachtweise eingetragen worden/ dieweil ihr aber dennoch euch nunmehr verehliget/ und berührtes euer Väterliches Gut selbst zu euer und eures Weis

Weibes Norbdurst gebrauchen wollet / So ist der Conductor euch dasselbe/ ungeacht daß die drey Pacht-Jahre sich auch zur Zeit nicht geendiget/ abzutreten und wiederum einzuräumen schuldig/ V.R.W.)

In causa Johannis Appels zu Döllisch / Mensl. Jun. Anno 1598.

Et in causa Nobilium à Bärnau / Mense Februar. Anno 1636.

#### DEFINIT. VII.

*Non potest locator expellere Conductorem propter usus proprios rei locatae, si aliter pactus fuerit, vel saltem ejus nomine tutor L. 3. C. de locat. conduct. renan-*

*gaverit.*

- 1 **L**ocator, qui Conductorem ex causa superveniente non expellere promisit, & aperta conventione beneficio L. 3. G. de locat. conduct. renunciavit, audiendus postea non est, eo prætextu, quod domo egeat ad habitandum, Johan. Sichard. in l. 3. C. 2 de locat. conduct. num. 7. † ubi post Angel. ibidem hanc cautelam ponit ad excludendum locatoris privilegium, ut scilicet initio contractus promittat,
- 3 quod non velit Conductorem expellere: † Quæ conventio postea id operatur, ut propter usus pro-
- 4 prios locatoris Conductor expelli nequeat, † debent enim verba contractuum aliiquid operari, l. si
- 5 quando 109. ff. de legat. 1. † Et facit hoc casu, ut & in aliis plerisque, provisio hominis cessare provisio nem legis, l. ult. C. de patt. convent. l. maritus. 21. C. de procur. Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin.
- 6 51. num. 5. † Planè, etiam si tutor res minoris locaverit, de non expellendo conductorem ob usus proprios minoris factus fuerit, attamen finitâ tutelâ, minor hoc pacto præcisè stare tenebitur, l. si tutela. 8. ff. de admin. tutor. Didac. Covarr. lib. 2. var. resolut. cap. 15. n. 5.

Ita Domini in causa Andreae Moringks zu Bernburg/ Mensl. Decembr. Anno 1615. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch von den Bormunden dem Contract dieses ausdrücklichen mit einverlebt worden/dass da gleich in währenden 6. Pacht-Jahren das Magdlein heyrathen möchte/ doch nichts desto weniger dem Conductor der Pacht gehalten/ und er vor Ausgang der Zeit davon abzustehen nicht schuldig seyn solte/ c. So verbietet es auch dabei nochmals billich/ und der Conductor ist von dem Pacht/ ehe und zuvor die gesetzte Zeit verflossen/ ungeachtet sich das Mündlein zwischen der Zeit verheirathen/ und die Güter zu ihrem eigenen Nutz selbstens bedürftig seyn möchte/ gestolenen Sachen nach/ abzutreten und zu welchen nicht verpflichtet/V.R.W.)

#### DEFINIT. VIII.

*In locatione prædiorum seu jurium publicorum seu fiscalium, primus Conductor, si offerat tantum, quantum novus, prefertur aliis Conducto-*

*ribus.*

- 1 **C**uilibet liberum est, cui velit, rem suam locare, l. dudum. 14. C. de contr. empt. † nec ab eo, qui rem prius conductam habuit, finitâ locatione impeditri potest, l. ne cui 32. C. de locat. vid. supra Const. 31. Definit. 8. num. 3. idque procul dubio in prædiis pri-
- 3 vatis verissimum est; † At in locatione prædiorum fiscalium seu publicorum, primus Conductor offensens tantum, quantum novus, aliis Conductoribus præfertur, l. cotem. 11. §. agri publici. 1. ff. de public. & vettigal. ubi Gloss. in verb. perpetuo. l. congruit. 4. & l. ult. C. de locat. præd. Civit. lib. 11. Nicol. Boët. decis.
- 4 107. Hartm. Pistor. observ. 162. numer. 7. † Hinc quando Capitulum Halberstadense decimas ex pago Renckersleben in dioecesi Magdeburgensi sibi debitas, incolis prædicti pagi ultra hominum memoriam, pro certa annua pensione locare consueverat, existimavere Domini Scabini in nova locatione eosdem Conductores, pensionem eam offerentes, quam extraneus dare vellet, omnino præferendos esse. Casum similem vide apud Hartm. Pistor. dict. observ.

162. num. 8. † in Emphyteusi quoque cujusque 5 prædii privati, priorem emphyteutam alii præfendunt esse, præsertim si fundum sterilem reddiderit fructuosiorem, tradit post Bartol. in l. quicunque. 3. C. de omn. arg. deserr. lib. 11. aliosque quos allegat Hartm. Pistor. dict. obs. 162. numer. 6. Franc. Vivius decis. 229. Vincent. de Franch. part. 1. decis. 123. Alvar. Valasc. consult. 101. † quamvis aliter sentiat, eamque sententiam erroneam dicat Fach. lib. 1. controv. cap. 100.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Rennersleben/ Mensl. Mzo, Anno 1599. (Verba sentent. Ist bey euch über Menschen-Gedenken der Kornzehende/ den ein Ehrwürdig Thum-Capitul der Bischoflichen Kirchen zu Halberstadt allda auffzuheben/ den Einwohnern daselbst um einen leidlichen Zins gelassen worden; So werden sie auch nochmals/ außn Fall iego bemeldtes Thum-Capitul denselbigen zu verpachten/ und nicht selbsten zu geniesen gemeint/sie auch so viel als ein ander jährlich davon zu geben erböting/ einem Fremden in solcher Verpachtung billich vorgezogen/V.R.W.)

#### DEFINIT. IX.

*Conductor, finitâ locatione, remanens in prædio conductorio, eadem pensione videtur illud reconduxisse, sed non in totidem annos.*

- 1 **C**onductor, qui finito Conductionis tempore 1 mansit in Conductione prædii rustici, reconduxisse quidem intelligitur eadem pensione: iisdemque, quibus antea, conditionibus, l. item queritur 13. §. qui impleto 11. & l. seq. ff. locat. Andr. Gail. lib. 2. obs. 23. num. 38. † Sed non in totidem annos, 2 si forte prior in plures annos facta fuerat, ne tacitus consensus, qui ex facto inducitur, ultra, quam factum sit, extendatur, Joh. Harppr. in pr. Inst. de locat. & conduct. numer. 18. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 48. num. 1. † Verum annalis duntaxat 3 reconductio in prædiis rusticis conductori creditur indulgeri, tametsi prior conductio majoris temporis fuerit: putà, si prius quis agrum vel horreum conduxisset in quinquennium, non videtur ex patientia renovata conductio in aliud quinquennium, sed in eum solummodo annum, qui sequitur, dict. l. 13. §. ult. ff. locat. Herm. Vult. in pr. Inst. de locat. numer. 12. Anton. Fab. in Codic. dict. tit. 41. defin. 45. num. 2. 4 † Scilicet, quia fructus rustici prædii certa tantum anni parte, adeoque uno tempore percipiuntur, Gloss. & Bartol. in dict. l. 13. §. ult. ff. locat. † Quid ergo, si bis in anno fructus ex eo fundo proveniant? aut lustratim, & non nisi de quinquennio? † Eadem 6 tum Conductio tacite repetita censebitur, Gothofr. & Bartol. in dict. l. 13. §. ult. ff. locat. Anton. Fab. dict. defin. 45. num. 3. & 6. Joh. Harppr. dict. pr. Inst. de locat. num. 19. Hocque ita in prædiis rusticis obtinet: † In urbanis autem prædiis alio jure utimur, ut protul quisque habitaverit, h. e. in id tempus, in quo habitavit, reconductio censeatur facta, dict. l. 13. §. ult. ubi Gothofr. & Bartol. ff. locat. Anton. Fab. dict. defin. 45. num. 5. † Ratio differentia est, quia fructus 8 prædii urbani qualibet anni parte, sive in singulos dies percipiuntur, Harppr. dict. loc. † planè, locationis in scriptis contractæ tacite reconductio nulla esse potest dict. l. 13. §. ult. ff. locat. † Quando enim contractus ex Scriptura vires suas accepit, solus ille tacitus consensus, qui ex locatoris patientia inducitur, facere non potest, ut plus scriptum videatur, quam revera scriptum sit, Anton. Fab. dict. tit. 41. defin. 48.

Ita Domini in causa Pauli Mengels zu Leipzig/ Mensl. Februar. Anno 1586. (Verba sentent. Habe ich Anno 1571. Moritz Thummelin eurem Hause eine Stube/ Kammer/ Stall und Heuboden auffs Jahr vermietet/ und er hat euch Jährlich 14. Zahler Zins zu entrichten zugesaget/ und es hat geschichter Mietmann/ nach Verfließung der gesagten Zeit/ noch ander

andere 5. Jahr und also 10. Jahr lang die Miete bewohnet/ und doch keine neue Vergleichung mit euch afferichtet/ ic. So ist er Inhalts vorigen Miet-Contracts / euch auf jedes Jahr/ so lange er geblieben/ 14. Thaler Mietgeld zu geben schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. X.

*Conductor ante tempus locationis finitum à Conductorio justa ex causa recedens, non solvit integrum pensionem.*

- 1 **F**ieri non potest, ut sublata conductione obligatus maneat Conductor ad præstandum id, quod pensionis nomine solvere tenetur, l. 31. ff. de pign. l. 4. S. sed & Marcellus. 3. ff. de in diem addict. l. voluntate. 10. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Anton. Fab. 2. in Codic. l. 4. tit. 41. defin. 32. numer. 5. † Quare si ante finitum locationis tempus conductor ex necessitate, aliave justa causâ, ut quia obscurantur lumina habitationis, vel alio modo habitatio incommodatur, ex prædio vel domo conducta migraverit, integrum pensionem solvere haudquaquam tenebitur. † Sed pro rata temporis remissio fieri debet, l. habitatores. 27. S. ult. l. sed addes. 19. S. si quis, cum in annum. 6. l. si merces 25. S. si vicino. 2. ff. locat. cond. Johan. Schneidewin. in S. actionum. 28. rubr. de action. locat. numer. 20. Inst. de action. † Quod tam non aliter accipendum, quam si conductor justam migrationis causam habuerit, Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. numer. 6. † Alioquin si ex nudâ voluntate absque causa sufficiente à conductione recesserit, totius temporis pensionem solvere obligatus est, dict. l. habitatores. 27. S. ult. ff. locat. l. Dominus. 55. S. qui contra ff. eod. tit. Schniedew. dict. loc. n. 21. Gail. dict. loc.

Ita Domini in causa heredum Matthai Forentius contra Hansen Reinharden/Mens. April. Anno 1633.

## DEFINIT. XI.

*Ex causa sterilitatis non potest peti Remissio mercedis, nisi lesus sit ultra dimidiā Conductor, finita locatione.*

- 1 **F**rustibus lysis tempestate, aliove casu fortuito, non aliter mercedis remissionem ex causa sterilitatis petere Conductor potest, quam si alioquin futurum sit, † ut supra dimidiā conventa mercedis partem sentiat jacturam, Bartol. ad l. inter stipulatorem. 83. S. sacram. 5. ff. de V. O. & ad l. si merces. 25. 3. S. via major. 6. ff. locat. † Quamvis hoc semper verum non sit, sed quandoque circa estimationem magnæ sterilitatis, communis & circumcoletum opinio considerari debeat, secundum tradita Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. num. 1. ubi hanc totam questionem
- 4 Ampliat. & limit. ad amissum tractat. † II. Idque finitâ locatione, seu confusis omnium annorum fructibus & pensionibus, l. licet certis annis. 8. C. locat.
- 5 † ita ut factâ locatione in plures annos, quod priorum ubertati defuit, sequentium annorum fertilitate
- 6 compensetur; † Est enim unica & individua omnium annorum locatio, distinctas habens præstationes. Quare non nisi finitâ locatione, omnibusque annis præteritis, de remissione mercedis tractandum est, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 3. Andr. Gail. dict. observ. 23. n. 12.

Ita Domini in causa Henrici Alnpecks/Mense Januar. Anno 1632. (Verba sententia: Da es nun um den Miswachs dieße Geschaffenheit hätte/ daß nach Ausgang der dreien Pacht-Jahre/ die in solchen dreien Jahren eingehobene Nutzungen und Früchte die Helfste des dreijährigen Pacht-Zinses nicht erreichten. So würde euch also denn auff ehrlicher Leute Ermäßigung am Pacht-Gelde ein Nachlaß billich gehan/ V.R.W.)

It. in causa Georgii Lüders & Pauli Pfessers zu Leipzig/ Mens. Dec. Anno 1599. (Verba sententia. Da er ein oder das andere Jahr durch Miswachs so grossen Schaden erlitten/ daß er u. Carpz. Definit. Vol. I.

ber alle Unterkosten die Helfste des Pacht-Geldes von des Gutes Nutzung nicht haben können/ so wäre man nach gemeinem Schluss der Rechtslehrer an den Pachtgeldern ihm eine Erlaßung zu thun zu Recht nicht schuldig/ V.R.W.)

Et in causa Valentini Krauels zu Plauen/Mens. Januar. Anno 1633.

## DEFINIT. XII.

*Factâ remissione ex causâ sterilitatis primo anno, si ubertas postea contingat, integra pensio etiam pro anno sterili exigi potest.*

- 1 **N**eutquam tot locationes videri debent, quot anni sunt, sed omnium annorum unica & consequenter individua est locatio, multas licet, distinctasque habens præstationes, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 3. numer. 4. † Quare in plures annos locatione factâ, quod priorum ubertati defuit, sequentium annorum fertilitate compensari debet, Defin. preced. num. 5. Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. num. 12. † in tantum, ut licet forsitan remissio facta esset primo anno, appareret autem ex ubertate sequentium annorum, fieri eam non debuisse, tota pensio etiam pro primo anno, qui sterilis fuit, nihilominus peti possit, l. ex conducto. 15. S. Papinianus. 4. ff. locat. l. 8. l. 1. 8. Codic. eod. tit. Joh. Harpp. in pr. num. 81. Inst. de locat. & conduct. Anton. Fab. dict. tit. 41. defin. 35. n. 4.

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Milkato/ Mens. Febr. Anno 1622. (Verba sent. Worauf in folgendem Jahre der Pachtmann von Gött reichlich gesegnet worden/ also daß er nicht allein seines im vergangenen Jahre erlittenen Schadens sich gar wohl erholen/ sondern auch noch einen ziemlichen Überschuss über das ordentliche Pacht-Geld haben könne/ ic. So ist mehrberichter Pachtmann den im vergangenen Jahre am Pachtgilde ihm erlassenen Rest dem Verpächter/ gestalten Sachen nach/ wieder zu erstatten schuldig/ V.R.W.)

## DEFINIT. XIII.

*Si de facienda in singulor annos remissione convenerit, non potest unius anni sterilitas cum ubertate sequentium annorum compensari.*

- 1 **Q**uando ob unius anni sterilitatem conductor remissionem pensionis petit ex legi conventioni dicta, multum interest, an ita simpliciter concepta sit convention, an vero singuli anni sint demonstrati, atque conventum, ut in singulor annos separatim pensionis remissio peti queat, quod hodie plenumque fit: † Nam casu priore conventione ex juris communis ratione interpretanda est, cui retrahentes in dubio censentur se voluisse conformare, l. ult. ubi Dd. C. de verb. signif. † Ideoque tum frustra petitur remissio, quamdiu spes est, compensari posse unius anni sterilitatem cum sequentium fertilitate; † Quin & factâ remissione, ex ubertate sequentium annorum repeti ac sic tota pensio exigi poterit, l. ex conducto. 15. S. Papinianus. 4. ff. locat. l. 18. C. eod. tit. ut dixi Defin. 11. & Defin. 12. † At casu posteriori, § promissa scilicet remissione pensionis in singulor annos, si de primi anni sterilitate constet, pensionis remissio statim facienda est, id est, non expectato eo, an sequentium annorum ubertas talis futura sit, ut cum ea possit sterilitas compensari, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 35. num. 3. † Quin, nec contingente ubertate subsequentium annorum ullus repetitio remissione pensionis pro primo anno tum fieri potest, Fab. dict. tit. 41. defin. 3. n. 5.

Ita tractatum in causa Eliae Hartigs zu Grimme/Mens. Febr. Anno 1633.

## DEFINIT. XIV.

*Per hostium incursionem aliquam casum fortuitum datum dato, Conductor ex bono & equo pensione remitti debet.*

**S**olent plerumque convenire contrahentes, ut si quid damni per incursionem hostium, aliamque vim maiorem fluminis, graculorum, &c. datum fuerit, de pensione Conductoris aliquid remitti debat, quæ conventio omnino servari debet, *l. juris genium 7. §. ait prator. 7. ff. de pact. t. At licet conventione ejusmodi non praecesserit, nihilominus tamen hoc casu remissionem pensionis locator Conductoris præstare obstrictus est. Non enim sola sterilitas remissioni causam præbet, sed & si aliunde res conducta casum adversum passa sit, t. veluti ex incursione hostium, vi maiore fluminis, graculorum, &c. aut si quid simile acciderit, dannum Domini est seu locatoris, non Coloni, t. ne supra damnum seminis amissi, mercedes fundi præstare cogatur, Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. numer. 2. & 3. t. Ex æquo & bono igitur pensionis remissio fieri debet, licet Conductor de hac expressè sibi non prospexerit, *l. ex conducto. 15. §. si vis tempestatis. 2. & §. ubicunque 7. l. si merces 25. §. vis major. 6. ff. locat. l. licet. 8. C. eod. tit. Pinel. ad l. 2. C. de resc. vendit. part. 1. cap. 3. num. 23. Joh. Harppr. in pr. Inst. de locat. conduct. num. 80. Jac. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quest. cent. 1. cas. 76. & 77.**

Ita Domini in causa Marien von Pfuglin/Mens Februar. Anno 1633. (Verba sentent. Dieweil aber darben diese limitation angehefftet/ daß der casus fortuitus, so sich durch Verhängnis Gottes begeben möchte/ als da seynd Weiterschaden/ Kriegszüge/Kriegsgefahr/Landseuchen/ und dergleichen excipiet/ und auffehrlicher Leute Erkältung gestellter seyn sollen/ dergleichen Zufälle auch ohne das zu Recht ausgenomma/ ic. So möget ihr auch das durch Kriegs-Gewalt abgetriebene Vieh zu erstatzen nicht gedrungen werden/ sondern es wird dieses Werck/ und wie weit euch wegen des erlittenen Schadens remission und Nachlaß des Pachtgeldes zu thun/ auff ehrlicher und des Wercks verständiger Leute Erkältung bisslich gestellt/ V.R.W.)

It. in causa Georgii Schubarts zu Freyberg/Mens. Januar. Anno 1633.

Et in causa Thomä Häupts zu Wolfsberg/Mens. Majo, Anno 1633.

#### DEFINIT. XV.

*Sumptus metatorum nomine factos (Einquartierungskosten) locator Conductoris restituere tenetur.*

**I**nter casus fortuitos non malè refertur præstatio metatorum, h. e. hospitiorum, quæ supervenientibus militibus præbentur, Gothoff. in rubr. C. de metatis & Epidemicis lib. 11. t. Horum ergò nomine si Conductor sumptus fecerit, à locatore eos repetere valet, *l. omnes qui metata. 9. Cod. eod. tit. Nam & damnum hostilitatis sive incursione hostium datum ad locatorem pertinet, Defin. præced. t. Notandum tamen, quod si jam cœpto bello inita sit locatio, & tamen de ejusmodi sumptuum restituzione, aut mercedis remissione in casu, quo Conductor frui non posset, convenerit, de illo casu videatur cogitatum, quo sævius bellum exardesceret, ut difficillior esse inciperet fruitio rei conductæ, & casus sumptuum factorum. t. Alias non posset Conductor conqueri de eo rerum statu, qui fuerit tempore Conductionis, t. quia scienti non fit injuria *l. qui bona. 13. §. de illo 6. l. inquilino. 33. ff. de damn. infect. Andr. Gail. lib. 2. observ. 23. num. 6. & 21. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 30.**

Ita Domini in causa Danielis Schneiders zu Dettau/Mens. Mart. Anno 1634. (Verba sentent. Es hat aber der Pachtmann bisch onhero in solcher Mühle auf die Einquartierung der Soldaten viel Unkosten aufzuerden müssen/ ic. So ist der Rath als Verpächter dem Pacht-Müller solche Unkosten/ auf vorgehende liquidation und Bescheinigung/ abzustatten/ oder ihm an Pacht-Zinsen abkürzen zu lassen schuldig/ V.R.W.)

**D**EFINIT. XVI.  
*Conductor fundi aut prædii insolitos casus & mortes pecorum præstare baud tenetur, etiam si ea estimata acceperit.*

**N**on semper estimatio emptionem facit, sed ita dénum si id actum sit, & negotii natura patiatur, *l. i. ff. de estimat. act. l. si inter. 21. C. de jur. dot. l. estimaris. 50. ff. solut. matrim. t. adeoque nec semper estimatio periculum facit ejus, qui accipit, si non simul transferat Dominium, dict. l. i. §. ult. de estim. act. l. plerumque 10. ff. de jur. dot. t. Ut maximè ergò Conductor animalia estimata acceperit, attamen si casu & morte sine culpâ Conductoris ea perierint, locatori periisse videntur, non Conductor, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 9. n. 4. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 29. n. 14. & seqq. t. Neque enim id actum censi potest locatione contracta, ut dominium in Conductorem transferatur, *l. non solet. 39. ff. locat. t. Quin nec estimatio hoc efficit, quippe quæ in locatione in hunc solum finem adhibetur, ut de valore & pretio rei eò facilius constare possit, si forsitan culpâ conductoris perierit. t. Non enim ad casum, sed ad custodiam tantum conductorem contractus obligat, ac proinde transfert in eum periculum custodiaz, vel ex culpa proveniens, non periculum casus, l. si inter virum. 21. Codic. de jure dot. l. cum duabus 52. §. damna. 3. ff. pro soc. l. cum manu. 80. §. nemo. 3. ff. de contr. empt. Rauchb. dict. quest. 29. num. 22. ubi totam hanc questionem ad amissum tractat, & contraria resolvit.**

Ita Domini in causa Georgii Schubarts zu Freyberg/Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl in solchem Inventario unter andern auch etliche Pferde und Viehe/ so auff ein gewisses angeschlagen und estimaret worden/ zu befinden; da aber dennoch solche/ eurem Andeuten nach/ euch bey währendem Pacht durch des Feindes Gewalt geplündert/ und abgenommen worden wären/ ic. So möchte ihr bey Abretzung solches Pachts das abgenommene Viehe zu bezahlen mit Bestande nicht angehalten werden/ V.R.W.)

In causa Mariz von Pfuglin/Mens Februario, Anno 1633.

In causa Wolfgangi à Wolframsdorf/Mens Februario, Anno 1635.

Et in causa Philippi à Lindenaue/Mens. Majo, Anno 1635.

#### DEFINIT. XVII.

*Praestat Conductor casum fortuitum, si cum expressa conventione in se suscepit, ubi & de insolito tenetur.*

**V**ALET certè conventio, ut quis de casu fortuito teneatur, *l. si quis domum. 9. §. Julianus. 2. ff. loc. l. licet. 8. Codic. eod. tit. l. que fortuitis. 6. Codic. de pign. action. t. Ergò Conductor, si in se receperit periculum casuum omnium fortitorum, audiendus non est, si postea remissionem mercedis petat ob causam sterilitatis, hostilitatis, pestis emergentis, aliquum ob casum fortuitum, qui supervenit, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 2. num. 2. & defin. 53. num. 1. t. Quin & tum casus pecorum estimatorum præstare tenebitur, sive morte perierint, sive ab hoste ablata fuerint, Rauchb. part. 2. quest. 29. num. 48. t. Pacta enim & conventiones dant legem contractui, *l. i. §. si convenit. 6. ff. deposit. l. contractus. 23. ff. de Reg. jur. t. Nec probabilis est eorum sententia, qui conventionem hanc sic interpretantur, ut ad casus insolitos eam extendi nolint, Gloss. & Bartol. in l. sed & si quis. 4. §. quæsumus 4 ff. si quis cauit. Andr. Rauchb. part. 2. quest. 2. num. 29. Andr. Gail. lib. 2. obf. 23. num. 18. t. Quia extensio nulla fit, si generaliter casuum omnium fortitorum periculum susceptum sit, *l. fistula. 78. §. frumenta. 3. ff. de contr. empt. t. Sem-***

Semper enim specialia generalibus insunt, *i.e.* semper  
specialia. 147. ff. de Reg. jur. idque maxime verum est,  
8 + si, ut fieri solet, tam de non cogitatis quam de  
cogitatis casibus tractatum proponatur, secundum  
Fabr. dict. def. 2. n. 7. aliosque ab ipso allegatos, quam-  
vis ab hâc sententiâ Supr. Constit. 26. Defin. 8. in fin.  
excepimus casus rarissimos & insolitus. Vid. o-  
mnino Bernh. Grev. lib. 2. concl. 23. confid. 4. n. 6. ubi  
multas autoritates allegat.

Ita Domini in eadem causa Georgii Schubarts. (Verba sent.  
So möchte ich bei Abtreitung des Pacht/ weil nicht zu be-  
finden/dass ihr caſum fortuitum & insolitum zu præstire ouff  
euch genommen/das abgenommene Vieh zu bezahlen mit Be-  
ſtande nicht angehalten werden/V.R.W.)

Et in caſa VVolfgangi à Wofframsdorff Mensl. Februar.  
Anno 1635.

#### DEFINIT. XIX.

*Mortem unius vel alterius pecoris præstare conductor  
est obligatus.*

1 **Q**uod dicitur, Conductorem caſus & mortes  
pecorum præstare non teneri Supr. defin. 16. id  
procul dubio ita demum verum est, si plura pecora  
casibus insolitis perierint, veluti si lues in pecora  
2 ſeviat, ac multa extinguat: + Alioquin, si unum  
vel aliud pecus moriatur, conductor prædii non ex-  
cusabitur, quod minus inventarium supplere tenea-  
3 tur, Andr. Rauchb. part. 2. qu. 29. num. 48. + Non  
malè ſiquidem hoc caſu Conductor comparabitur U-  
ſufructuario gregis vel armenti, qui ex agnatis gre-  
gem ſupplere, & in locum demortuorum ac inuti-  
lium, ex foctu alia ſubmittere vel ſubstituere, §. ſed ſi  
4 gregis. 38. Inſtit. de rer. diſiſ. I. verus eſt queſtio 68. §.  
planē ſi gregis. 2. cum duab. lb. ſeqq. ff. de Uſufr. + Et  
5 ita, ut bonus ac diligens paterfamilias uti-frui debet  
dict. ſi gregis. 38. in fin. 7. de R. D. I. 9. in pr. &  
5 ſi. 2. ff. de Uſufr. + Idque maxime videtur procedere  
in ovibus, quarum numerus citius ex foctibus vel ag-  
nis ſuppleri potest, quarumque caſus frequentio-  
res & minus insoliti ſunt, Rauchb. dict. loc. numer. 48.  
6 & 49. + ubi hanc rem judicis prudentis arbitrio  
committit, qui diligenter dispiciet, an durante lo-  
cationis tempore id, quod gregi deperiit, ex focti-  
bus commode ſuppleri queat, + Aut, si id fieri non  
7 poſſit, & conductor ad ſupplendum numerum pecora  
emere cogatur, annon antea tot vel plura capita  
vendiderit, & ita damnum prior ſucciditatis penſa-  
re poſſit, arg. I. ex conductor. 15. §. 4. ff. locat. I. licet cer-  
ties. 8. C. eod. tit.

Ita Domini in caſa Ferdinandi Molhards zu Queig/ Mens.  
Mart. 1632. (Verba ſentent. Dieweil ihr ſelbſten berichtet/  
dass euch von dem Vieh auf eurem Pacht-Gute mehr nicht  
als 2. Kühe in eßlichen Jahren geſtorben/ wogegen ihr eine  
Beithero viel Kälber abgeſetzen/ und also den Abgang ohne ſon-  
derbare Schaden leichtlich erſehen können/ ic. So ſeyd  
ihr auch bei Abtreitung des Pacht das inventarium vor voll  
zu gewehren/ und ſo viel Hämpter an Rindvieh/ als euch über-  
geben worden/dem locatori wiederum gut zu thun ſchuldig/  
V.R.W.)

#### DEFINIT. XIX.

*Oves & Vacca ferrea (Eiferne Kühe oder Schafe)  
non locatori, ſed conductori moriun-  
tur.*

1 **F**requentissimum eſt apud Germanos locati-  
onis genus, quo oves & Vaccæ certo pretio aſti-  
matæ una cum prædio alteri cuiquam hoc pacto fo-  
lent locari, ut quotannis Conductor de ſingulis cer-  
tam quantitatem lanæ vel butyri & casei ſolvat, ea-  
rumque periculum & caſus præſtet (Eiferne Kühe  
2 oder Schafe) + quæ conventione ſoccidæ ab Italib.  
appellatur, Matth. Wesenbec. in I. ſi pascenda. 8. n. 5.  
C. de pact. Dan. Moller. ad Conſtit. Elec. 33. num. 10.

& II. part. 3. + Eſti vero haec pactio multis rationi-  
bus impugnari queat, & vix abeft, ut non uſuraria  
videatur, ſecundum ea, quæ profert Rauchb. part. 2.  
qu. 29. num. 36. & ſeqq. + Attamen hactenus eam  
confuetudo & uſus approbabit, qui contractus alio-  
quin illicitos confirmare & corroborare dicitur,  
Gloss. in c. ad Apoſtolicam. 42. extr. de Simon. Bartol.  
in I. quis ſit fugitivus. §. apud Labeonem. 12. ff. de adi-  
edit. + Quin & textibus ac argumentis illud tuetur  
Rauchb. dict. loc. n. 43. + Neutiquam tamen harum  
Vaccarum & ovium dominium in conductorem  
transfertur, neque alio fine oves & Vaccæ aſtiman-  
tur, + quam ut periculo ſint Conductorum, domi-  
niſis autem & locatoribus nunquam moriantur, &  
proinde in dominio ipsorum quamvis aſtimatae ma-  
neant, Dan. Moller. dict. loc. n. 10.

Ita Domini in eadem caſa. (Verba ſent. Über dieses auch  
ſolche Kühe/ laut des getroffenen Contracis für Eiferne Kü-  
he gehalten werden/welcher Abgang von dem Pachtmann/nicht  
aber von dem locator oder Eigentum-Herrn/ der Gewon-  
heit nach/erſetzt werden muſſt/ic.)

#### DEFINIT. XX.

*Periculum fructuum j. in perceptorum ad Conductorum  
pertinet, iisque perditis nulla remiſſio personis  
eſt concedenda.*

**N**imis favent Conductor, qui ob damnum fru-  
ctibus jam à fundo separatis hostilitate, incen-  
dio aliove caſu obtentum, remiſſionem pensionis  
concedendam arbitrantur: + Quamvis hoc alii ad  
fructus à fundo tantummodo separatos, & in horreo  
reconditos, non etiam trituros, mundosve factos  
reſtringant, Motz. de contract. tit. de locat. & conduct.  
Rubr. de locat. & conduct. numer. 35. ubi Caſtr. & Ful-  
gos. allegat Bernh. Grev. lib. 2. concl. 23. confid. 2. num.  
3. Fab. de Ann. confil. 64. num. 14. & confil. 65. numer.  
1. + At rectius ſtatuunt indifferenter alii, ob fru-  
ctus à Conductor jam percepitos, ſed poſtea, quam-  
vis intra annum, quo vendi potuiffent, majore vi  
ereptos, remiſſionem mercedis petere conducto-  
rem non poſſe, Andr. Gail. lib. 2. obſ. 23. num. 13. Anton.  
Fab. in Codic. lib. 4. tit. 41. defin. 52. & defin. 21. &  
defin. 46. + Procul dubio enim fructus à conductoro  
præcepti pertineat jure Dominii ad Conductorum,  
non locatorum, I. qui ſcit. 25. §. 1. ff. de uſur. I. ſi  
ſervus. 61. §. locavi. 8. ff. de furt. + Ergo & pericu-  
lum ipſorum ad Conductorum ſpectabit, nec locum  
habere poterit remiſſio pensionis, cum res pereat  
ſuo Domino, §. cum autem emprio 3. Inſtit. de empt.  
vendit. + Idque multò magis obtinet, ſi conſitit,  
6 fuille eos à conductoro in longius tempus aſſerva-  
tos, ut carius venderentur, cur enim recuſet da-  
mnum uſcipere, qui periculum ſpe majoris lucri ul-  
trò incurrire voluit, Fab. dict. defin. 46. numer. 3. +  
7 Alia ratio eſt fructuum nondum perceptorum, ſed ad-  
huc pendientium, qui cum pars fuadi ſint I. 44. ff. de  
R. V. cujus proprietas ad locatorum ſpectat, merito  
sterilitas colono, qui ex re aliena nullum fructum  
percepit, & pensionem pro uſu rei præſtat, remiſſio-  
nem pensionis tribuit, I. ſi in lege. 24. §. colonus. 4. ff.  
locat. Andr. Gail. dict. loc. + Planè, non ſtatiū atque 8  
fructus ſunt à solo ſeparati, periculo ſunt condu-  
ctoris, ſed ita demum, ſi fuerint collecti & in horreo  
reconditi, quia nec ante percepiti videntur, I. ſi fru-  
ctarius meſſem. 13. ff. quib. mod. uſufr. amitt. + Dum-  
modo non ſteterit per Conductorum, quod minus  
eos colligeret ſuo tempore; in mora enim ſi fuerit,  
perinde ad eum periculum ſpectabit, I. lectos. 12. I. 14.  
ff. de per. & comm. rei vendit. Anton. Fab. dict. defin.  
21. in fin.

Ita Domini in causa Donat Fischers zu Gemigsch / Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl bey dem jüngsten Einfall des Feindes euch alles Geträdig abgenommen und geräubert worden; dieweil aber dennoch eurem eigenen Berichte nach solches um Martini/ da die Früchte vom Felde allebereit eingebroacht/ in die Scheune geschafft/ und euer Eigenthum worden/ geschehen/ ic. So sendt ihr auch das vollständige Pacht-Geld zu bezahlen schuldig/ und der Verpächter mag euch etwas daran zu erlassen/ wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B.R.W.)

Et in causa Thomae Haupes zu Wolfsberg / Mense Mayo, Anno 1633. (Verba sentent. Wegen des ausgedroschenen und entwendeten Geträdes aber/ weil dasselbe durch perception euer Eigenthum worden/ mag der locator einige Erlassung des Pacht-Geldes zu thun nicht angehalten werden/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Conductor, qui tempore Conductionis pecora sua aliquæ res proprias perdidit, aliudve damnum sensit, nec restitutionem à locatoro petere, nec remissionem pensionis impetrare valet.*

- 1 **M**ultò minus verò Conductor remissio pensionis concedenda est, si is forsan per incursum hostium, incendium, aliamvè vim majorem, aut casum fortuitum, mobilia sua ac pecora propria, quæ ipsem in fundo conducto sibi comparavit, quæque in inventario non continentur, amiserit atque perdidit, aliudve damnum senserit, † licet nulla prorsus ipsi culpa imputari queat. Nec enim locator,
- 2 ad restitutionem tenebitur, † siquidem regulare est, ut periculum casus fortuiti pertineat ad Dominum,
- 3 l. qua fortuitis. 6. C. de pign. act. l. contractus. 25. in fin. ff. de reg. jur.

Ita Domini in causa Georgii Christophori à Milckau, Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Und es mag Verpächterin den jewigen Schaden/ so dem Pachtmanne durch Abnehmung seines eigenthümlichen Viehes/ und anderer zuständigen mobiliern und Sachen/ als welche nicht im inventario begriffen/ geschehen/ zu erstatten nicht angehalten werden/B.R.W.)

Item in causa Georgii Finckenwirths zu alten Mansfeldt/ Mens. Jul. Anno 1633.

In causa famili N. N. Falckenhain/ Mense Februario, Anno 1634.

Et in causa Johannis Fischers zu Leisnig / Mense Junio, Anno 1608. (Verba sententia: Ob nun wohl durch Einfallung des Kellers/ euch dem Pachtmann vier Fäß Bier zerstochen worden/ ic. So mag doch dahero der Verpächter/ weil ihr sonderlich nicht berichtet/ daß der Keller/ als ihr eingemietet/ schadhaft gewesen/ oder solcher Schaden von ihm verursacht worden/ euch wegen berührtes Schadens Abtrag zu thun/ wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXII.

*Jus patronatus in prædio locato non à Locatore, sed Conductore exercetur.*

- 1 **E**xpediti juris est, fructus spectare ad Conductorem ob præstatam mercedem, tanquam ad Dominum, l. si apes. 26. §. 1. ff. de furt. l. qui scit. 25. §. 1. ff. de Usur. † Quidni ergo etiam jus patronatus seu præsentatio ad beneficium vacans, quæ fructuum nomine æquè continetur? Grivellus decis. 37. num. 15. † Quod minus dubium habet, si in locatione juris patronatus expressa mentio fuerit facta, per text. in cap. cum seculum. 13. extr. de jur. patronat. † Cur enim jus patronatus per titulum locati in aliud transfigeri non posset, eo nimis casu, quo universitas seu prædium, cui jus patronatus accessoriè cohæret, transfertur, cap. vestra. 2. extr. de locat. arg. l. in modicis. 24. ff. de contr. empt. l. quadam. 62. ff. de acquir. rer. domin. Matth. Stephan. de juri s. Imp. Rom. Germ. lib. 3. part. 1. cap. 17. numer. 12. Mo- 5 deft. Pistor. vol. 2. conf. 18. numer. 44. † Nisi id forsan ad solam locationem, quæ fit ad tempus longum, restringere velis cum Panormit. ad cap. ex literis. 7.

numer. 5. extr. de jur. patron. Grivell. dict. decis. 37. num. 16. Joseph. Ludov. comm. concl. 42. numer. 120. Matth. Wesenb. part. 1. confil. 3. num. 62. & 75. † ed. 6 quod ex ejusmodi locatione transferatur utile dominiū, ut vulgo sentiunt Dd. Math. Steph. dict. cap. 17. numer. 12. † De quo tamen sub judice adhuc 7 lis est, nec ullibi hæc Dd. assertio probatur, quin potius infringitur à Connan. lib. 7. comment. 11. num. 3. Joh. Harppr. ad §. adeò autem. 3. n. 91. Instit. de locat. conduct. Casp. Schifordegger. lib. 1. tratt. 18. quest. 1. & seqq. † Planè etsi in locatione expressa juris patrōnatus mentio haud facta fuerit, id tamen non locatori reservatum censeri, sed in prædio locato ad Conductorem pertinere, † ab eoque novum Pastorem recte vocari, prout luculenter cap. ex literis. 7. extr. de jur. patron. † ubi ad firmam concedere, nihil aliud est, quām sub certa & firmā pensione locare, cap. vestra. 2. ubi Panormit. num. 2. extr. de locat. Matth. Steph. dict. loc.

Ita Domini ad requisitionem Senatus Lipsiensis, Mense Mayo, Anno 1629. (Verba sententia: Habt ihr das Gut N. auff eßliche Jahr lang um einen gewissen Pacht ausgethan; dafern ihr nun das jus patronatus mit ausdrücklichen Worten nicht ausgenommen/ noch euch vorbehalten hättet/ ic. So stünde solches dem conductori oder Pachtmann zu/ und würde demnach ein neuer Pfarr-Herr aniesgo von ihme billich vocires/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Doctores & Literati, Opifices strepitu quodam armam suam exercentes prohibere possunt, conducebare habitationem juxta suas domos.*

**E**tsi regulariter cuivis pro lubitu emere & comedere ades liceat, arg. l. 1. §. 2. ff. de contr. empt. l. ex hoc jure. 5. ff. de iust. & jur. † nec cuiquam facultas contrahendi vel in suo quid faciendi sit deneganda, §. ult. instit. de bis qui sui vel alien. jur. † Attamen vel solus studiorum favor Doctoribus, Professoribus, Advocatis aliisque Literatis id privilegium indulget, ut prohibere possint opifices, putà fabros, Victores, aliasvè strepitu quodam armam suam exercentes, quò minus ad emtionem vel conductionem adiūcū juxta literatorum domos admittantur. † Quia ejusmodi strepitus opificum meditationes literatorum impediunt, & studia, quæ tranquillum habitandi locum requirunt, vehementer perturbant, arg. l. un. in fin. C. de stud. liber. Matth. Coler. de process. execut. part. 1. cap. 4. num. 8. Johan. Schneidewin. ad §. ult. numer. 6. Instit. de locat. conduct. † Quod nemini mirum videri debet, cum & ratione publicæ utilitatis adiūcia dirui possint, l. adiūcia. 14. C. de oper. publ. † Et semper publica privatis commodis sunt anteferenda l. 43. ff. de relig. & sumt. funer. l. 9. §. 5. ff. de publ. & vettig. Novell. 39. c. 1. † Idque ipsum etiam ad studiosos quidam extendunt, ita ut hi non minus atque Doctores opifices expellere valeant, Bartol. in l. 1. ff. solut. matrim. ubi & Jason. num. 46. † Sed hoc ita, nisi opifices emendo vel conducendo prævenerint Literatos & Doctores, qui alibi etiam commode habitare possunt; † siquidem præoccupantis semper melior est conditio, l. pluribus. 32. ff. de procur. l. 14. ff. de nox. action. l. 19. in pr. ff. de re judic. Coler. dict. cap. 4. Tib. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 20. n. 3. Menoch. de arbitr. judic. qu. cas. 237. n. 4.

Ita Domini in Causa D. I. D. contra M. B. zu Döllisch/Mens. Mart. Anno 1636. (Verba sentent. Aus den A.E. und beflagten Hufschmidts M.B. geschlossene Miet-Contract zu cassiren/ und ist gedachter Hufschmid sich anderswo nach einer Wohnung um zu thun schuldig/B.R.W.)

## DEFINIT. XXIV.

*Conductor de levi tantummodo culpa, non etiam de levissima tenetur.*

- 1 **E**xpeditum verè est apud Dd. quod Conductor de levi tantummodo culpà, non etiam de levissimè teneatur, Joh. Harppr. in §. conductor autem. 5. n. 8. Inst. de locat. & conduct. † Ratio perspicua est ex l. 5. §. 2. ff. commod. & §. ult. Inst. quib. mod. re junct. L. 23. ff. de reg. jur. quod nempe in locatione-conductione utriusque versetur utilitas. † Negotium tamè videtur aliquo modo facere textus in §. ult. Inst. de locat. cond. & l. si merces. 25. §. qui columnam. 7. ff. eod. tit. ubi in conductore talis desideratur custodia, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet. † Sed atroque in casu superlativus positus est propositivo, ut verbum explicetur secundum subjectam materiam & naturam Contractus, ac significetur ejusmodi diligentia, qualem quisque diligens paterfamilias suis rebus suis adhibere solet, Petr. Fab. 5 in l. Contractus. 23. ff. de Reg. jur. † Quæ sanè explicatio nemini mira videbitur, quum è contra positivus pro superlativo non raro positus reperiatur, ut in §. item is, cui res aliqua. 2. vers. at is qui utendum accepit. Inst. quib. mod. re contrab. oblig. L. 5. §. custodiam. 5. ff. commod. l. 25. §. non tantum. 16. ff. fam. ercisc. † Posset etiam videri verbum (diligentissimus) oppositum alicui conductori in individuo, qui si naturè suà plus æquo negligentior sit, majorem rebus conductis, quam suis diligentiam adhibere tenebitur, Bachov. in not. ad Treutl. vol. i. disp. 29. tb. 6. lit. e.

Ita Domini in causa Andrea Oswalds zu Pegau/Mens. Nov. Anno 1633. (Verba sent. Es wäre denn/dass der Conductor das Geld nicht gebührlichen und vorsichtig/immassen ein fleißiger Haßt-Vater mit seinem Eigenthum zu thun pfleget/verwahret/und also durch seine Schuld und Verwirrung dasselbe von abhanden kommen wäre/ie. So wäre er auch den Schaden zu gelten schuldig/B.R.W.)

Ec in causa David Webers und Hånsen Püschens contra Barthel Schwieden zu Leipzig/ Mens. Majo, Anno 1625.

## DEFINIT. XXV.

*Venditio fructibus nascitur, si eo anno nulli nascantur fructus, venditori nihil debetur.*

- 1 **S**æpè accidit, ut fructus quis vendat, qui ex fundo nascentur; Quæ venditio videtur conditionalis, adeoque non nisi fructibus natis perficitur. † Quare, si nulli fructus eo anno ex fundo illo provenerint, nihil debebitur venditori. † Alia sanè causa est, si perceptio fructuum ex certo fundo vendatur, hæc enim emptio pura est, † & alea potius, quam res aliqua certa empta intelligitur, l. si debitor. 39. §. verisimile. 1. ff. de contr. empt. l. 66. in fin. ff. de jur. dot. Bald. ad l. licet. 8. C. de locat. Bartol. ad l. corem. ii. §. qui maximos. 5. ff. de publican. & vettigal.

Ita tractatum in causa Caspari Findens zu Naumburg/ M. August. Anno 1623.

## DEFINIT. XXVI.

*Conductor sumptus fructuum colligendorum causa ad perpetuam rei utilitatem in rem conductam factos à Locatore repetere potest.*

- 1 **D**ubium non est, quin conductor ad restituionem impensarum, tam necessariarum, quam utilium in rem locatam factarum, adversus locatorem experiri queat, l. si quis domum. 9. §. i. l. 19. §. 5. l. Dominus horreorum. 55. §. i. l. cum in plures. 60. §. vehiculum. 8. cum. l. seq. in pr. ff. locat. Jacob. Cujac. lib. 10. observ. 4. † At, quid si sumptus fecerit Conductor in rem conductam fructuum colligendorum causa? Et hosce repeti posse à locatore existimaverim, modò

ad perpetuam rei utilitatem facta fuerint, putà, † ad 3 edificationem horrei, cellæ, ad comparationem vehiculorum aliorumque instrumentorum &c. cum Rolan. à Val. lib. i. confil. 28. Joh. Harppr. in pr. Inst. de locat. conduct. num. 87. Fachin. lib. i. controv. 87. † 4 Recuperari siquidem possunt sumptus, qui cedunt in perpetuam utilitatem rei conductæ, dict. l. Dominus horreorum. 55. §. i. l. colonus. 61. in pr. ff. locat. † 5 Alia est ratio sumptum factorum in solam fructuum perceptionem, veluti in arandum, serendum, &c. qui in perpetuam rei conductæ utilitatem non cedunt, ac proinde Conductor restitui non debent, arg. l. sumptus. 48. ff. de rei vindic. l. fructus. 7. §. impendi. 16. ff. solut. matrim.

Ita Domini in causa Henrici à Görsdorff zu Horstau/ M. Majo, Anno 1625. (Verba sent. Worauff sichs begeben/dass ihr bey währender Pachtzeit eine neue Scheune zu Einsamung der Früchte erbauet und aufgerichtet/ dass ihr nebenst andern ausgelegten Kosten in die 300. Thaler gewendet/ie. So werden euch berührte 300. Thaler bey Abtreitung des Pachts hinwiederum billich entrichtet/B.R.W.)

Iam in causa Eliz Hartigs zu Grimme/Mense Februar. Anno 1633.

Et in causa Andreæ Quarcs & Consortium zu Stamlen/Mens. Febr. Anno 1621.

## DEFINIT. XXVII.

*Usuras impensarum Conductor petere nequit.*

**E**t si conductor fas sit, impensas in rem conductam factas à locatore recuperare, Defin. preced. in pr. attamen usuras simul petere nequit, † ne forsitan audire cogatur, quod duplex pecunia impensa lucrum querat, quum ex melioratione etiam commodum sentiat, eaque una cum re conductæ utatur-fruatur, arg. l. i. §. ult. ff. de ag. & aqu. pluv. arcend. † Neque impensa in rem meliorandam facta absque præcedente taxatione aut estimatione, quin & ex eo demum tempore, quo fit restitutio rei conductæ, repeti possunt, secundum tradita Nicol. Boer. quest. 44. numer. 12. & Anton. Faber. in Codic. lib. 7. tit. 18. defin. 72. † Multò minus itaque impensarum usuræ, quæ non nisi ex mora debentur, l. mora. 32. ff. de usur. † Et sanè præpostorum est, ut ejus quantitatatis, quæ vel nondum debetur, vel nondum certa est, usuræ ulla exigantur, licet mora contracta fuisset, ut disputat Anton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 2. defin. 8. n. 22.

Ita Domini in eadem causa Henrici à Görsdorff/ M. Majo, Anno 1625. (Verba sent. So werden euch berührte 300. Thaler aufgewendete Unkosten bey Abtreitung des Pachts hinwiederum billich entrichtet/ die Zinsen aber sind ihr gestalten Sachen nach davon zu fordern nicht berechtigt/B.R.W.)

## DEFINIT. XXVIII.

*Etsi societas ne quidem ex pacto heredes obliget, emolumentum tamen societas ad eos transit.*

**S**ocietas ad heredes non transit, sed morte socii finitur, §. solvitur. 5. Inst. de societ. l. societatem. 4. §. i. l. socium. 60. in fin. pr. l. verum. 63. §. ult. l. actio. 65. §. morte. 9. ff. pro socio. † Quod adeò verum est, ut ne quidem ab initio pacisci licet, ut heres in societate succedat, arg. l. si convenerit. 14. & l. 59. ff. eod. tit. † Contra naturam enim contractus illius tenderet hæc pactio, siquidem in societatis contractu certi hominis fides, diligentia, solertia & industria eligitur, dict. §. 5. ubi Johan. Schneidewin. numer. 2. & ibid. Joh. Harppr. n. 16. ubi contraria resolvit. † Sanè licet ipsa societas ad heredes non transeat, emolumentum tamen, & actio pro socio ad heredes transfertur, l. verum. 63. §. in heredem. 8. ff. eod. tit. Johan. Schneidew. dict. loc. ubi & limitationes hujus definitionis ponit.

Ita Dominum in causa Hieronymi Carpz zu Naumburg/Mens Jun: Anno 1632. (Verba sentent. Jedoch wird auch der Handlung wegen/weil die getroffene societät/des beschlosse-

nen pacti ungerecht/ die Erben nicht verbündet/ auf der Erben Begehrten eine gewisse Theilung und Vergleichung bißlich gemacht/B. N. W.)

## CONSTITUTIO XXXVIII. PARTIS SECUNDÆ.

**Ob ein Erbzinsmann auff blosse Erklärung des Lehn- oder Erbherrn seiner Güter verlustigwerde/wann er davon die Zinsen gebührlich nicht entrichtet?**

**D**iewohl fast vieler Rechtsgelehrter Beschluss dahin gehet/ daß ein Erbzinsmann in denen Fällen/ da man gewiß ist/ daß sein Gut ein Emphyteusis oder Erbzingsgut ist/sich dessen/ wann er in dreyen Jahren seinen Canonen oder Zinsen einem privato, und der Kirche in zweyen Jahren nicht verricht/ ipso jure, wenn sich der Herr allein dessen erklärt/ verlustig mache / Jedoch haben unsere Verordnete dahin geschlossen / daß düssfalls ein processus ordinarius, und ordentlicher sententz gehalten werden und folgen soll. Dann es muß vor erst auskündig gemacht werden/ daß es Erbzinsgüter seyn/ so könnte auch der Besitzer sonst allerley Einrede haben. Daz mit er nun nicht übereylet/ sondern zur Nothdurfft gehöret/ als ist dahero ordentliche Erklärniß nothig/ darbey wir es auch bewenden lassen.

**Ob non solutum Canonem bona Emphyteutica num in commissum cadant, ad solam declarationem Domini?**



Ulamvis multorum juris Interpretum ea sit opinio, ut existiment, eo casu, ubi fundum Emphyteuticum esse, certò constat, si emphyteuta privati triennium, Ecclesiaz verò biennium in solutione Canonis cesseret, ipso jure, ad solam declarationem Domini, fundo privari: Deputatis tamen nostris processu ordinario & sententiā hic opus esse visum fuit, quod non tantum certò constare oporteat fundum esse Emphyteuticum, sed & alias exceptiones habere possit Emphyteuta, quibus se defendat. Ne igitur non auditus lèdatur, cognitio cause ut privationem præcedat, necesse esse, quod & nobis probatur.

## DEFINITIONES.

1. *Ob non solutum canonem Emphyteutica bona ipso jure, extra Processum ordinarium, non amittuntur.*
2. *Nec Dominus Emphyteuseos, jurisdictionem habens, extra Processum ordinarium Emphyteutam, ob canonem non solutum, expellere potest.*
3. *Solutio Canonis facta ei, qui Procurator credebatur, valer ad liberationem.*
4. *Emphyteuta, partem Canonis solvens, propter refiduum non solutum jure suo non cadit.*
5. *Uno ex pluribus cōberedibus partem suam Canonis solvente, haud tota Emphyteutis in commissum cadit.*
6. *Commissio seu juri caducitatis renunciat Dominus directus, post elapsum tempus, canonem recipiens, aut possessorem ad recognoscendum admittens, etiam cum præceptatione.*
7. *Dominus, jus caducitatis ignorans, recipiendo postea Canonem, non videtur remittere caducitatem.*
8. *Remissio preteritarum pensionum non præsumitur ex cognitione futurarum, aut acceptatione præsentium.*
9. *Dominus directus ex causa canonis haud soluti, Emphyteuta vivente, ad privationem non agens, dejecto eo, ulterius experiri nequit adversus heredes.*
10. *Emphyteuta non privatur Emphyteutis ob non solutum canonem, si Dominus ipsius debitor fuerit.*
11. *Emphyteuta solvendo Canonem post tempus elapsum, ante factam Domini declarationem, moram purgat.*
12. *Fructus post tempus elapsum, ante privationem percepiti, ad Emphyteutam perirent.*
13. *Cessat in foro Saxonico privatio emphyteutis ob fundi alienationem irrequisto Domino factam.*
14. *Servitus in fundo emphyteutico constituta extinguitur, emphyteuti finita.*
15. *Prescribitur Emphyteutis, solutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factam.*
16. *Vindicatione & hypothesi actione Dominus directus adversus Emphyteutam, aliumve Emphyteutis possessorem experiri potest.*
17. *Competit etiam Domino directo actio personalis contra Emphyteutam, ejusve heredes.*
18. *Emphyteuta onera fundi Emphyteutici sustinet a tributacollectaque solvit.*
19. *Neque ob sterilitatem neque bellicos tumultus, aliquosque casus fortuitos tanon Emphyteute remittitur, modo pradium Emphyteuticum non prorsus fuerit extinctum.*
20. *Ob non peccatum renovationem investiture intra annum & diem, Emphyteutis non amittitur, puniri tamen propriea potest possessor arbitrii.*
21. *Predium Emphyteuticum, quod in commissum cadit, Domino directo quoad proprietatem, Usufructuario verò quoad usumfructum acquiritur.*
22. *Canon Emphyteuta ob melioramenta non debet augeri.*
23. *Ob deteriorationem partis fundi Emphyteutici, non nisi eā parte Emphyteuta privari debet.*
24. *Privationis pœna locum babet adversus Emphyteutam, qui fructiferas arbores etiam à seipso positas inclidit.*
25. *Pensiones promobiles, (Rüksscherzinsen) etiamnumbodi quibusdam in locis in usu sunt; & quanam ita dicantur?*
26. *Pensiones promobiles Dominus tenetur potere quotannis, à domo ipsius Emphyteuta.*

## DEFINIT. I.

**O**b non solutum Canonem Emphyteutica bona ipso jure, extra processum ordinarium, non erit ruruntur.

- 1 **O**b Canonem non solutum intra triennium in Emphyteusi privati, vel intra biennium in Emphyteusi Ecclesiae, jus Emphyteuticum in commissum cadit, l. in *Emphyteuticariis*. 2. *Cod. de jur. Emphyt. Novell. 7. cap. emphyteusin. 3. S. scire autem. 2. Hartm. 2. Pst. obs. 70.* † Cumque lex ipsa cessationi Canonis ceducitatis poenam indicit dict. l. 2. C. de jur. emphyt. & Novell. 7. cap. 1. ipso jure, non expectata judicis sententiâ privatâ, emphyteusin amitti, vulgo existimatur, Jason. in dict. l. 2. num. 14. ac ibidem Salycet. n. 8. & Joh. Sichard. num. 19. C. de jur. Emphyt. Jul. Clar. lib. 4. recept. sentent. S. emphyteusin. qu. 9. Joh. Harppr. in S. adeo autem. 3. num. 520. *Inft. de locat.* & conduct.
- 3 † Quamvis alii sententiam judicis saltem declaratoriam ad id requirant, per quam Emphyteutam vere Canonem non solvile declaretur, eamque postea poena privationis ipso jure sequatur, quod & arridet
- 4 Matth. Berlich. part. 2. concl. 4. num. 5. † Sed neutrum placuit Illustrissimo Saxoniae Electori, verbis disertis disponenti, quod Emphyteuta ob non solutum Canonem ipso jure emphyteusi privari haud debat, sed opus sit ad hoc processu ordinario & sententiâ definitivâ, bâc *Conf. 38. vers. 3*. Jedoch haben unsere Verordnete/ic. ubi Moller. num. 4. † Nec immerito: Siquidem ante omnia probari debet, an fundus sit Emphyteuticus, nec ne, & licet eum Emphyteuticum esse constet, † varias tamen exceptiones emphyteuta habere potest, cum quibus sufficienter est audiendus, antequam emphyteusi privetur, bâc Condit. vers. Dann es muß von erst ausfündig/
- 7 ic. † Porro, quod modò dixi, post triennium dominum ob canonem non solutum jus Emphyteuticum in commissum cadere, illud in simplici & communi emphyteutâ verum est, secus res se habet in eo, qui
- 8 canonem sub juramento solvere promisit. † Nam non expectatur triennium, sed propter juramentum emphyteuta statim jure suo cadit, secundum Jason. in l. 41. num. 12. C. de transact. aliasque, quos allegat & sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 46. num. 54.

Ita Domini in causa Hansen von Diskau / Mens. August. Anno 1629. (Verba sent. So ist euch solches in einem ordentlichen Proces zu suchen unbenommen/ und wenn ihr wie Recht erweisen und beibringen würdet/ daß berührtes Gut ein rechte bonum emphyteuticum wäre / gedachter N. N. auch in dreyen Jahren den gewöhnlichen Canonem nicht entrichtet / und er darauff mit seiner Nachdurft auch gebührlich gehöret/ ergehet darauff in der Sachen/ und ob ihr die Güter einzuziehen besucht seyd/ ferner was recht ist/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Nec Dominus Emphyteuseos, jurisdictionem habens, extra Processum ordinarium Emphyteutam, ob canonem non solutum, expellere potest.*

- 1 **M**inus forsitan dubium est, Dominum privatum, qui nullam Jurisdictionem habet, Emphyteutam propter Canonem non solutum, extra processum ordinarium, haud expellere posse, Definit. praes. ced. † *Quid autem si Dominus Emphyteuseos vel superiore vel inferiore jurisdictione tantum, vel utramque simul munitus sit?* † Nec eum, emphyteutam ob canonem non solutum, ipso jure emphyteusi privare posse, sed ordinarium processum adversus ipsum instituere teneri, rectissime sentit Matth. Berlich. 4. part. 2. concl. 46. n. 9. † Non solum propter generalitatem textus in b. *Const. 38.* quæ indefinitè loquitur, ac præterea etiam generaliter intelligi debet, Carpz. *Definit. Vol. I.*

l. de precio. 8. ff. de publ. in rem act. l. 1. S. generaliter. 1. ff. de legat. praef. † Sed &, quod Dominus in propriâ causâ, ex quâ maximè aduersatio insigne præjudicium potest afferri, sibi jus dicere nequeat, l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdictione. l. un. C. quis in suâ causâ. † Sufficit tamen Processum hujus causæ in judicio Domini, præsentibus Notario judicij, nec non Sculpetis & Scabinis, agitari, juxta Ordinationem Nov. processi. judic. in Electoratu Saxon. de anno 1622. tunc 2. S. Ob wir auch wohl.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. So ist euch solches in einem ordentlichen Proces/ so für euren eigenen Gerichten angestellet werden mög/ zu suchen unbenommen/ V. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Solutio Canonis facta ei, qui Procurator credebat, valet ad liberationem.*

**A**mittit Emphyteuta jus suum, si debito tempore Canonem vel pensionem non solverit, etiamsi à prædii Domino nunquam interpellatus fuerit, c. posuit. 4. ext. de locat. Joh. Harppr. in S. adeo autem. 3. n. 480. *Inft. de locat.* & conduct. † Audiendus tamen est, si dicat, se procuratori, seu actori Domini canonem emphyteuticarum soluisse: † Nam tunc securus erit, etiamsi de actoris mandato non constet, modò pro actore & procuratore, ad hanc rem constituto, vulgo fuerit habitus, arg. l. 3. in pr. ff. de SCIO Macedon. l. sed si pupillus. 11. S. de quo palam. 2. ff. de inf. action. † Nec enim pro levioribus hujusmodi debitibus exigendis mandati exhibitio necessaria est, arg. l. sancimus. 25. vers. non autem. & l. constitutionem. 27. C. de administrator. † Ut nec apacha vel quietantia secundum Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tir. 42. defin. 19. n. 5. † Sed sufficit, nihil malâ fide ab Emphyteutâ factum esse, ubique imputet Dominus, cur non fuerit diligenter in Canone exigendo per verum procuratorem. † Neutquam tamen nocebit Domino ejusmodi procurator in ceducitate commissâ, † quum nec verus procurator cum liberâ, nomine Domini post tempus elapsum ab Emphyteutâ Canonem antea non solutum recipiens, per hoc Dominus præjudicet, quod minus contra Emphyteutam processum ordinarium ad privationem instituere possit, Vincent. Caroc. de excuss. honor. part. 2. quest. 1. n. 67. Matth. Berlich. part. 2. concl. 46. n. 11.

Ita Domini in causa Matthai Hübner zu Döbenitz/Mens. Decembr. Anno 1628. (Verba sentent. Habt ihr nebenst euren Mit-Erben ein Erbgut im Besitz/davon ihr jährlichen dem Erb-Herrn einen gewissen Canonem entrichten müsset/ gestalte ihr auch euers Theils solchen Zins etliche Jahr bei seinem Anwande/ so hin und wieder ihm in Rechtlichen Sachen bedient gewesen/ abgestattet/ic. So habt ihr dadurch/ wenn auch gleich bemeldter Anwalt kein mandatum hierzu gehabt hätte/ eurer Schuldigkeit Gnüge gethan/ und möget demnach eures Rechten in solchem Erbgut nicht priviret werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Emphyteuta, partem Canonis solvens, propter residuum non solutum jure suo non cadit.*

**S**olent disputare Dd. an Emphyteuta jure suo privetur ob non solutum canonem, si saltem partem eius intra debitum tempus triennii solverit? † Hanc questionem tractat Jason. in l. 2. C. de jur. emphyt. num. 53. probans, quod Emphyteuta, qui solidum non solvit, omni jure suo çadat, quem sequitur Matth. Berlich. part. 2. concl. 46. n. 18. Joh. Harppr. in S. adeo autem. 3. num. 482. *Inft. de locat.* & conduct. atque Dd. comm. arg. l. in executione. 85. S. item si ira. 6. ff. de Verb. Oblig. ubi is, qui tenetur aliquid solvere sub poenâ, incidit in poenam, si totum non solverit. † Sed animadvertis. debuisset, poenam istam privationis

**E**mphyteuseos ob non solutum Canonem, non tam introductam esse propter pecuniarium interesse Domini, quod in aliis casibus ac stipulationibus pœnæ libus obtinet, quam potius, † quod Emphyteuta non solvens presumatur Dominum jure suo privare, eumque non amplius recognoscere velle: Quod certè non facit, qui partem solvit, maximè si paupertatem allegare queat. † Existimaverim ergo, nec totam emphyteusin, nec partem ejus hoc casu fieri educam, sed Dominum ex contractu, ad pensionem integrum agere debere, cum Guid. Papæ decis. 174. n. 1. & seq. Trentacinq. lib. 3. variar. resolut. 4. n. 19. Jul. 6. Clar. lib. 3. sentent. §. emphyteusis. quest. 8. n. 4. † Quamvis aliter sentiat Fach. restringens hanc sententiam ad eum solummodo casum, quo Emphyteuta tantum solvit, quod unius anni conficit canonem, lib. 1. controvers. 69.

Ita Domini in causa Caspari Legels zu Arleberg / Mens. Mart. Anno 1624. (Verba sent. Sich ihr in Abstattung des Erbzuges von eurem Gute / so ein bonum Emphyteuticum ist über drey Jahr lang säumig gewesen/ Ob nun wohl dannenhero der Herr solch Gut ob non solutum Canonem einzuziehen gemeinet: Da ihr aber dennoch binnen bemeldten 3. Jahren eines Theils von solchem Erbzuge abgestattet / den Rest auch vollend zu bezahlen nochwahls erbödig wäret/ ic. So würdet ihr bey eurem Rechte billich gelassen/ und möchten gestalten Sachen nach des Erbzugs Guts nicht priviret werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. V.

*Uno ex pluribus coheredibus partem suam Canonis solvente, bant tota Emphyteusis in commissum cadit.*

**H**inc & illud inferri potest, si unus ex pluribus heredibus partem suam canonis solverit, licet reliqui moram trahant, tötam tamē Emphysin haud cadere in commissum, sed solum pro partibus reliquorum coheredum non solventium, † siquidem ex interventu heredum conditio obligationis non immutatur, l. stipulationum. 2. §. ex his igitur. 2. ff. de V. O. l. cui fundus. 56. sub fin. ff. de condit. & demonstr. † Non equidem ignoro, Jasonem aliter sentire, ac uno heredum non solvante, totam emphyteusin amitti, statuere in l. 2. num. 55. C. de jur. Emphyt. quem sequitur Joh. Sichard. ibidem num. 7. Matth. Berlich. part. 2. concl. 46. num. 28. Corbul. in tract. de jur. Emphyt. cap. 15. ampliat. 8. Jul. Clar. lib. 3. sent. §. Emphyteusis. 4. quest. 8. num. 13. † At summi juris hanc esse sententiam, cui æquitas repugnat, recte ait Mynsig. cent. 3. obs. 66. ab ea dissentiens cum Fach. lib. 1. controv. cap. 97. & Jöh. Corasio in dict. l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 5. n. † Unicum illius assertionis fundamentum videtur dubium movere, quod scilicet subjecta pœnalis stipulatio, sicut ipsa individua est, ita principalem quoque obligationem individuum efficit, ita ut præstatione partis non evitetur pœna, & nisi toto præstito, in solidum pœna committitur, l. in executione. 85. 6. ff. de V. O. junct. l. etiam si partis illi. ff. de legat. 1. † Sed obtinet hoc in pœnâ conventionali, quod ad legalem pœnam, qualis est privatio Emphyteuseos ob non solutum canonem, neutquam extendi debet, arg. l. fraudati. 8. §. 1. ff. de publ. & veitigal. qui textus 7. multum facit contra prædictam assertionem: † Accedit ratio diversitatis, quod nempe privatio Emphyteuseos ob non solutum Canonem, non inducatur ex eo, quod solidum non præstitum fuerit, sed principaliter propter neglectam recognitionem Dominii, & præsumptam voluntatem invertendæ possessio- nis; Quæ omnino in herede, partem suam canonis 8. solvente, cessat. † Planè, de consuetudine Germaniæ hodie introducta est, quod Nobiles & Domini omnes heredes Emphyteutæ præmortui, ad iave-

stituram accipiendam non admittant, nisi Curatorem (Einen Lehenträger) constituerint, vel unum ex se elegerint, qui reliquorum coheredum nomine investituram accipiat: † Quo facto, disputatio hæc cessat, Modest. Pist. part. 4. quest. 133. & ibi Jac. Schult. in addit. n. 32.

Ita Domini in causa Matthai Hübners zu Dobenitz/Mense Decembr. Anno 1628. (Verba sententia: Und ihr möget demnach ob schon eure Mit. Erben ihres Theils den gewöhnlichen Zins binnen drey Jahren nicht abgestattet / eures Anteils und Rechtes in solchem Erbzinsgut nicht priviret werden/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Commissio seu juri caducitatis renunciat Dominus directus, post elapsum tempus canonem recipiens, aut possessorum ad recognoscendum admittens, etiam cum protestatione.*

**E**mphyteuta Canonem non solvens, duplici de causa jure suo privatur, tūm quia pensionis damnio Dominum afficit, † tūm præcipue, quod non solvendo quodammodo Emphyteutam se negare videtur: † Cum igitur post elapsum tempus Canonem offerens, utrumque hoc vitium purget, & Dominus, recipiens Canonem vel possessorum ad recognoscendum admittens, ipsum pro Emphyteuta agnoscere videatur, † utique per id sibi præjudicat, quo minus postea ad privationem Emphyteuseos adversus Emphyteutam experiri queat, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 16. Berlich. part. 2. concl. 46. num. 12. Joh. Harppr. in §. adeo aurem. 3. num. 492. & seqq. Inst. de locat. & conduct. † Est enim jus commissi pœnale, quod facile remissum intelligitur, in odium scilicet pœnarum, quæ semper habentur odiose, l. pen. ff. de pœn. † Sicut & evenit, cùm, alià quālibet pœnâ commissa, ob nox solutam suā die pœniam, sors petitur post dicta, l. apud Celsum 4. §. Labeo art. 7. & l. 2. §. non male 6. ff. de dol. mal. excep. † aut cum venditor, qui legem commissoriam exercere potuit, pretium petere maluerit, l. 6. §. 1. l. 7. ff. de leg. commiss. junct. l. 3. ff. cod. tit. † Quæ sententia etiam placet Jason. in l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 124. ubi post relatas varias variorum opiniones & distinctiones, tandem concludit, quod Dominus recipiendo Canonem etiam præteriti temporis, super jure expellendi sibi præjudicare intelligatur, si non de jure suo expresse fuerit protestatus. † At putaverimus ego, nec protestationem Domino prodesse ad exercendum hoc casu jus privationis cum Anton. Fab. dict. defin. 16. in fin. † inutilis namque est protestatio, cum fieri nequeat, ut & commissum, & secuti temporis pœnitatio emphyteutaria debeatur: Quin nec pœnia præteriti temporis, quia privatio revera est pœna, † regulariter autem res ipsa & pœna simul peti non potest, l. 4. C. de patl. int. empt. l. 10. ff. de veitigal. † Nec obstat, quod dicitur, canonem recipi pro perceptis fructibus, pœnam vero pro cessatione infligi, † Quoniam principalis pensionis solvendæ finis est recognitio Domini.

Ita Domini in causa Michael Schwaners zu Daubeneß/ Mense Jun. Anno 1628. (Verba sententia: Ob wohl Martin Neber/ so von euch sein Erbzugs Gute zu Lehn hat/ in die vier Jahr mit Abstattung des gewöhnlichen Canonis säumig gewesen/ dannenhero ihr solches Gut einzuziehen gemeinet; die weil ihr aber dennoch aniego neulich/ dieses Jahres gefälliges Erbzugs von ihm angenommen/ und dadurch gedachten Nebern für euren Erbzugsmann ferner agnoscere/ ic. So sendt Ihr auch nunmehr ad privationem wider ihn zu agiren nicht berechtigt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Dominus, jus caducitatis ignorans, recipiendo postea Canonem, non videatur remittere caducitatem.*

Non

- N**on semper tamen ac quovis indifferenter casu acceptio Pensionis post cessionem triennii a Domino facta jus caducitatis excludit, ut videre est ex traditis Jacob. Menoch. de presumpt. lib. 3. praf. 112. & Joh. Harppr. in §. adeo. 3. Inst. de locat. & conduct. num. 492. & seqq. † Quid enim si ex causa aliquâ Dominus directus jus Caducitatis seu privationis ignoraverit: Certè tunc etiam propter Canonum receptiones non videbitur remisisse Caducitatem, Am. à Pont. in quest. laudem. q. 16. n. 4. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defn. 16. n. 3. † Nemo enim credendus est voluisse remittere jus, quod sibi compete re ignorabat, l. mater decedens. 19. ff. de inoff. testam. l. Campanus. 47. ff. de oper. libert.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/ daß ihr/ unwissend/ daß wegen zurückverbliebenen vierjährigen Erbgutsgut euch verfallen/ dieses Jahres canonem acceptaret hätte/ dessen genossen ihr auf solchen Fall billich/ B. R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Remisso præteritarum pensionum non presumitur ex recognitione futurarum, aut acceptatione presentium.*

- N**on creditur Dominus directus præteriti temporis pensiones non solutas remittere voluisse ex eo, quod præsentis anni canonem acceptat, aut Emphyteutam ad debiti Emphyteuticari novam professionem admittit, tametsi nihil protestatus fuerit. † Quis enim non animadvertisit, nova professione & acceptatione Canonis præsentis id potissimum actum videri, ut magis possessor obligetur, & consequenter non minus ad præteritarum, quam futurarum pensionum solutionem, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defn. 14. Abb. in cap. potuit 4. numer. 14. exir. de locat. † Et quid ferè absurdius, ex eo instrumento, quod ad obligationem inducendam conscriptum est, inducere liberationem? † Ex quo fieret, ut inducta ad unum finem, contrarium effectum operarentur, contra l. legata inutiliter. 14. ff. de adm. legat. l. in ratione. 30. §. tametsi 7. ff. ad Leg. Falcid.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Aber den rückständigen vierjährigen Zins sendt ihr/ ungeacht der von neuen gethanen Belehnung und Einhebung dieses Jahres selbigen Canonis, nochmals einzufordern wohl befugt/B. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Dominus directus ex causa canonis haud soluti, Emphyteuta vivente, ad privationem non agens, defuncto eo, ulterius experiri nequit adversus heredes.*

- E**mphyteuta cessans à solutione Canonis, aliter non cadit jure Emphyteutico, quam si Dominus voluerit & declaraverit, se velle expellere emphyteutam, l. in emphyteuticariis. 2. ibi: si Dominus voluerit, & c. C. de jur. Emphyt. † Ex quo sequitur, jus privationis ex causa non soluti Canonis esse mere personale, quod personam non egreditur; Quare si Dominus voluntatem suam non declaraverit, nec processum ad privationem Emphyteuseos contra Emphyteutam instituerit, defuncto illo, & ejusdem heredes adversus Emphyteutam amplius experiri non poterunt, quia potestas declarandi regulariter non transit ad heredem, dict. L 2. C. de Jur. emphtys. Gloss. in l. idem Pomponius. j. §. ult. ff. de rei vindicat. Bart. & Alexand. in l. inter stipularem 83. §. 1. ff. de V.O. † Modò Dominus jus caducitatis sciverit aut experiri voluerit, Myns. cent. 3. obs. 97. † Quemadmodum in casu contrario, si Dominus directus, Emphyteuta adhuc vivente, voluntatem suam non declaraverit, post mortem Emphyteuta adversus ejus heredes privatio ulterius exerceri nequit, Mynsing. Carpz. Definit. Vol. I.

cent. 3. observ. 97. Trentac. lib. 3. variar. resolut. tit. de jur. Emphyt. resol. 4. num. 4. † Quia delictum defuncti eatenus heredibus non nocet, Bald. in l. fin. C. de revoc. donat. veluti † in casu Feloniæ à vasallo commissæ, si vivente ipso Dominus conquestus non sit, postea de hâc ejus heredi quæstio moveri non potest, utcumque feudum videatur reverti ad Dominum, Mynsing. dict. observ. 97.

Ita Domini in causa Oswaldi Endewigis zu Quels / Mens. Mart. 1627. (Verba sentent. Hat euer Vater bey seinem Leben ein geraume Zeit hero und über 3. Jahr von seinem Gut/ so ein bonum Emphyteuticum ist/ die schuldigen Erbz usen nicht abgestattet / Ob nun wohl der Erbherr in denen Gedanken steht/ daß hierdurch ihm das Erbgut verfallen sey. Da er aber dennoch/ bey gedachtes eures Vaters leben/ wider ihn deswegen nicht Klage erhoben hätte/ sondern das Werk aussehen lassen/ ic. So wäre er nunmehr wider euch/ als die Erben/ ad privationem zu agiren ferner nicht berechtigt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Emphyteuta non privatur Emphyteuti ob non solutum canonem, si Dominus ipsius debitor fuerit.*

- E**t si juris certissimi sit, Emphyteutam, si per triennii spacium canonem non persolverit, jure suo privari, l. 2. C. de jur. Emphyt. bac Const. 38. Attamen id semper & indistincte verum non est, sed plures patitur restrictiones, † de quibus videri potest Joh. Harppr. in §. adeo. 3. num. 533. & seqq. Inst. de locat. & conduct. l. domin. Cardin. Tusch. tom. 3. pract. concl. lit. E. concl. 192. n. 48. & seqq. Anton. Teslaur. decis. 179. numer. 1. & seqq. Alex. Trentaciæquius lib. 3. variar. resolut. tit. de jur. Emphyt. resol. 4. num. 11. † Quid enim, si heredes emphyteuta ignorantes fundum esse Emphyteuticum, Canonem solvere ceſſaverint? † Hi certè vel saltem remedio restitutionis in integrum ex causa generali: (si qua justa causa mihi videbitur) sibi consulere possunt, secundum Jason. in dict. l. 2. n. 184. C. de jur. Emphyt. † Sicut nec Dominus facultas competit ad privationem agendi, si forsitan Emphyteuta propter pestem seu carcerationem, aliudve justum impedimentum, Canonem solvere haud potuerit, Tusch. dict. concl. 192. num. 194. Joh. Harppr. dict. loc. n. 546. † Aut si alius quispiam tertius, tanquam negotiorum gestor, canonem Dominis solvisset, arg. l. 39. & l. 45. ff. de negot. gest. † Quod tamen non universaliter, sed cum mīta talis intelligi debet, ut apparet ex traditis Berlich. part. 2. concl. 46. num. 36. & seqq. Harppr. dict. §. 3. n. 540. 541. & seqq. J. de locat. † Porro nec tum ad privationem emphyteuteos ob non solutum Canonem agi potest, si Dominus debitor fuerit Emphyteutz, Hart. Pst. obs. 70. Nam tunc compensationis jure à pœna liberatur, ut tradit Jason. in dict. l. 2. n. 60. C. de jur. Emphyt. Corbul. de jur. Emphyt. cap. 15. limit. 5.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Da aber dennoch der Erbherr bey gedachtes eures Vaters Leben/ wider ihn deswegen nicht Klage erhoben hätte/ sondern das Werk ersigen lassen/ oder auch sonst ihne eurem Vater mit Schulden verhaftet gewesen/ also daß die compensatione statt gehabt hätte/ ic. So wäre er nunmehr wider euch/ als die Erben/ ad privationem zu agiren ferner nicht berechtigt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Emphyteuta solvendo Canonem post tempus clapsum, ante factam Domini declarationem, moram purgat.*

- I**n Emphyteutæ Ecclesiastico celerem admitti satisfactionem, moraque purgationem, textus est in c. potuit. 4. Ext. de locato conduct. † In Civili vero oblatione quantumvis celeri non evitati posnam, nec moram purgari, communis est Dd. sententia, quam

- quam refert & sequitur Jason. ad l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 8. n. 73. Et post eum Fachin. i. contr. 98.  
 3 Math. Berlich. part. 2. concl. 46. num. 47. + scilicet quia lex ipsa poenam privationis inducit, l. 2. C. de jur. Emphyt. + quo saepe casu purgatio ad hunc finem, ut juri alterius jam quæsito præjudicetur in præteritum, jure nostro incognita est, l. 23. ff. de O. & A. ubi Cujac. 7. ad African. L. Celsus. 23. ff. de recept. l. magnam. 12. C. de contr. Et comm. stipul. Hartm. Pist. obser. 222. n. 8. + At nemini ignotum, Emphyteutam non aliter jure suo privari, quam si Dominus voluerit & voluntatem suam declaraverit, dict. l. 2. C. de jur. Emphyt. + Quare, cum ante declarationem Domini non sit inducta privatio nec jus perfectè Domino quæsum, + utique æquissimè moræ purgatio erit admittenda, ut rectè sentit Dan. Moll. hic n. 6.  
 8 + Quòd & facit, quod Zasius in l. si quis arbitratu. 43. n. 14. ff. de V. O. scribit, moræ purgationem semper esse admittendam, re adhuc integrâ, h. e. quando alterius partis jus non fit deterius, idque perpetuum esse, catholicum & universale.

Ita Domini in causa Conradi Scheibens zu Alsfeld/ Mense Nov. Anno 1621. (Verba sentent. Ob ihr wohl von eurem Erbgut dem gewöhnlichen canonem binnen dreyen Jahren nicht abgestattet/ daher oher Gut dem Erbherrn in Rechten verfallen/ da ihr aber dennoch solchen Rest/ ehe und zuvor bemeldter Lehnherz ad privationem wider euch agiren möchtest nochmals erlegen/ und also moram purgieren würdet/ ic. So würdet ihr bei solchem eurem Erbgut und Gerechtigkeit billich gelassen/ B.R. W.)

#### DEFINIT. XII.

*Fructus post tempus elapsum, ante privationem percipi, ad Emphyteutam pertinent.*

- 1 Si Emphyteuta in solutione Canonis cessaverit, & Santequam Dominus declaraverit, se velle eum jure suo privare, percepit fructus, agente postea Domino ad privationem, fructus interim à triennio perceptos ab Emphyteutâ restituendos esse, existi-  
 2 mare equidem quis posset ex eo, + quod malæ fidei possessor fructus non faciat suos, sed omnes restitue-  
 re teneatur, l. fructus. 44. l. 62. §. ult. ff. de R. V. l. domum.  
 3 s. l. si fundum. 17. l. 22. C. eod. tit. + Prout etiam com-  
 muniter tradunt Dd. Jason. in l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 17. Felin. in cap. de quarta. 4. numer. 33. extr. de  
 prescript. Andr. Tiraquell. in l. si unquam. 8. verb.  
 4 revertatur. n. 271. C. de revoc. donat. + Attamen-  
 contrarium in Camerâ Imperiali observari ceu æqui-  
 tati magis consentaneum, testatur Myasing. cent. 6.  
 5 obf. 83. num. 5. + Neutquam enim concesserim,  
 Emphyteutam esse malæ fidei possessorem ex eo tem-  
 pore, quo in solutione Canonis cessaverit, quum ju-  
 re suo privatus non dicatur, nisi Dominus voluerit,  
 6 l. 2. C. de jur. Emphyt. + Ante Domini ergo declara-  
 tionem adhuc in bonâ fide reperitur, quia probabi-  
 liter credere potest, Dominum ipsi poenam remittere  
 velle, Jason. Harppr. in §. adeo autem. 3. Inst. de locat.  
 7 Et conduct. num. 565. + Quin & Dominium utile re-  
 tinet Emphyteuta, antequam Dominus directus ad  
 privationem agere coepit, dict. l. 2. C. de jur. Emphyt.  
 8 Ergo tamdiu etiam fructus lucrabitur, + qui sem-  
 per Domino utili cedunt, l. Et ex diverso 35. §. 1. ff. de  
 Rei vindicat. l. 25. l. 45. ff. de usur. l. 48. ff. de acquir.  
 rer. domin. Harppr. dict. loc. num. 563. Berlich. part. 2.  
 9 concl. 46. n. 48. + Illud tamen largiri possum, quod  
 hoc casu Emphyteuta meliorationes, aliasque im-  
 pensas repetrere non posse, dict. l. 2. vers. nulla ei in-  
 posterum. Et c. C. de Jur. Emphyt. Novell. 7. c. 3. §. 2.  
 10 Andr. Gail. lib. 2. obf. 121. n. ult. + Quamvis hoc de  
 iis saltem impensis intellectum velim, quas Emphy-  
 teuta ex lege & naturâ contractus tenebatur facere,  
 non etiam de aliis, quæ nudam & simplicem debitæ

meliorationis formam excedunt, quasque Emphy-  
 teuta ex naturâ contractus facere non astringebatur,  
 + Quas & hoc casu Emphyteutam recuperare, scri-  
 bit Amed. à Pont. quest. laudem. 8. num. 3. Menoch. de  
 recuper. poss. remed. 15. n. 503.

Ita tractatum in causa Michael Schwabens zu Daubeneß/  
 Mense Junio, Anno 1628.

#### DEFINIT. XIII.

*Cessat in foro Saxonico privatio emphyteuseos ob fun-  
 di alienationem irrequisito Domino fa-  
 tam.*

**S**i rem alienaverit Emphyteuta irrequisito Domi-  
 no, constat, juris Emphyteuticari rationem illam  
 esse, ut jure suo cecidisse dicendus sit, ac Domino  
 directo liberum esse debeat, rem quasi commissam  
 revocare, nullo etiam pretio emptori restituto, l. ult.  
 ubi Jason. Sichard. Salycet. Et Dd. C. de jur. Emphyt.  
 Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defn. 7. num. 7. Moller.  
 hic n. 4. + Quod tamen de alienatione ac tradi-  
 tione reali omnino accipi debet: Alioquin, etiamsi  
 Emphyteuta inscio Domino prædium Emphyteuti-  
 cum vendiderit, + si tamen traditionem realem  
 nondum processerit, nec dominium transtulerit, ju-  
 re cum suo non privari crebrius placuit, arg. c. Impe-  
 riale. §. callidus. tit. 55. F. 2. Salycet. Et Jalon in dict.  
 l. ult. C. de Jur. Emphyt. + Non enim dicitur verè a-  
 lienatum, quod venditum quidem, sed non transla-  
 tum est, quia verbum (*Vendere*) cum effectu intelli-  
 gi debet, arg. l. 1. §. 1. vers. bac autem verba ff. quod  
 quisque jur. in ali. l. alienatum. 67. ff. de verb. signif.  
 Concludere hinc licet, + vix dari casum hodiè in fo-  
 ro Saxonico, quo Emphyteus ob alienationem sine  
 consensu Domini factam amittatur: + Neminem si-  
 quidem fugit, ex observantiâ fori Saxonici, rem-  
 quamvis immobilem, verè & efficaciter alienari, ejus-  
 que Dominium transferri non posse, nisi præcesserit  
 resignatio proprietatis coram judice facta, + adeo-  
 que traditio judicialis sit, necesse est, uti post Coler.  
 de process. execut. part. 2. cap. 10. num. 198. Et 1. decif.  
 16. tradunt Andr. Rauchb. part. 1. q. 6. num. 34. Et seqq.  
 Petr. Heig. part. 2. q. 18. numer. 2. Et Dan. Moller. ad  
 Conf. Elekt. 26. n. 16. p. 2. + Si ergo Dominus directus  
 resignationem fieri patiatur, & sic traditionem Em-  
 phyteuseos judicialiter confirmet, nemo opinor e-  
 jusmodi alienationem invito Domino factam affir-  
 mabit. + Reclamante verò Domino haud valida e-  
 rit alienatio, quæ nec propterea effectum privatio-  
 nis operari potest, prout in simili de alienatione Feu-  
 di disputat Hartm. Pist. obf. 230. + quamvis dissen-  
 tiat Heig. dict. quest. 18.

Ita Domini in causa Johannis Meiners zu Teuchern/ Mense Octobr. Anno 1630. (Verba sententia: Ob ihr wohl euer Erbgut ansänglichen ohne Vorbewußt des Lehnherren Matthes Stolzen verkauft und eingeräumet/ dieweil aber dennoch her-  
 nach bei bescheineter Gerichtlichen Auflassung/ und Überge-  
 bung des verkauften Guts/ bemeldter Lehnherz solchem Kauf  
 nicht widersprochen/ sondern Käufern mit dem Gut belieben/  
 und dadurch in die alienation verwilligt/ ic. So verblebet es  
 auch dabey billich/ und es ist der Lehnherz dasselbe nunmehr  
 einzuziehen nicht berechtiger/ B.R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Servitus in fundo emphyteutico constituta extinguitur,  
 emphyteusi finitâ.*

**E**xpeditum verè est, quod Emphyteuta posit in  
 prædio emphyteutico sine Domini consensu  
 servitutem constituere, Jason. in l. fin. C. de jur. Emphyt. numer. 117. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. Emphyteus.  
 quest. 21. Joh. Borch. de feud. cap. 3. num. 43. Aurel.  
 Corbul. in tract. de jur. emphyt. cap. 14. limitat. 29. +  
 At ita, ut nihil Domino directo detrahatur, sed is  
 rem

rem Emphyteuticam salvam habeat, & quotannis pensionem constitutam accipiat, ipseque Emphyteuta suo tantummodo non Domini juri præjudicet.

- 3 † Cum nec servitus ulterius duret, quām Emphyteuta in possessione fundi reperitur. Sed finitā Emphyteusi servitus quoque exiprat, quia extincto jure dantis, etiam jus accipientis extingui solet, l. lex vestigialis. ff. de pignor. l. peto. 69. §. predium. i. ff. de legat. 2. l. 48. ff. de jur. fisci. Surdus decif. 280. n. 10. Octav. Cacheran. decif. 156. n. 8.

Ita Domini in causa Otron. à Tetteborns, Mens. Jul. Anno 1604. (Verba sentent. Ob nun wohl mehrgedachter Erbzinsmann und seine Nachkommen die Zeit herof/ weil sie die zwei Huesen ihres Besitzes gehabt/ solche Dienste geleistet; dieweil aber dennoch beweiste zwei Huesen nunmehr an euch / als den Lehnsherrn/ gebracht und versäumt worden/ ic. So seid ihr vorgedachte Dienste fernher zu leisten nicht verpflichtet/ B.R.W.)

#### DEFINIT. XV.

Præscribitur Emphyteusis, solutione Canonis ultra triginta annos, annum & diem factā.

- 1 Si possessor Emphyteutam se negaverit, atque pensionem solvere recusaverit, & sic pro suo possidere incepit, continuando ejusmodi possessionem ultra 30. annos, annum & diem in foro Saxonico, directum Dominium ac proprietatem fundi Emphyteuti præscriptione acquisivisse videbitur juxta tradita Suprà Const. 3. Defin. 16. † Quidni ergò in casu contrario, eodem quoque modo, jus Emphyteusis præscribi dicimus, si possessor fundum, tanquam Emphyteusin, per 30. annos, annum & diem possederit, ac canonem solverit, licet de Emphyteusi 3 nunquam investitus fuerit. † Quod tanto magis procedet, quanto certius est, hoc modo & feudum præscriptione acquiri in prædiis allodialibus absque 4 investiturā, † si nempe quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possederit, & servitia Domino exhibuerit, tit. 26. §. si quis per triginta. F. 2. Bocer. de præscript. feud. c. 2. n. 8. & seqq. Mynsing. cent. 4. obf. 29. Vid. Supr. Const. 4. Defin. 13. & infr. Const. 40. Defin. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Und als ohngefehr vor 40. Jahren euer Vater bemelde zwe Huesen wiederum annehmen wollen/ hat der Besitzer vorgewendet/ dass sie sein Erbzinsgut worden/ weil er sie über 30. Jahr/ Jahr und Tag/ um einen gleichförmigen Erbzins besessen/ immassen ihm dannenhero dieselbe als ein Erbzinsgut/ eurem Vater aber die Lehn zusammen obberührten Zins zu Recht zuerkant worden/ B.R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

Vindicatione & hypothecariâ actione Dominus directus adversus Emphyteutam, aliumve Emphyteusos possessorem experiri potest.

- 1 Qui Emphyteusin concedit, Dominium directum penes se retinet; Nam datio in feudum, vel emphyteusin non est modus transferendi Domini directi, sed potius retinendi, l. i. C. de jur. Emphyt. 2. l. i. ff. si ag. veftig. vel emphyt. perat. † Dubium ergò non est, quin Dominus directus adversus Emphyteutam ob canonem non solutum, rei vindicatione, ad privationem agere, & Emphyteusin recuperare valeat, Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. num. 1. 3 † nec ei nocere debet, quod utile dominium certa lege transtulerit in eum, qui contractus legi non obtemperat. † Non enim potest contractu se tueri is, qui prior ipse facit adversus contractum, l. quarto 54. §. inter locatorem. l. ff. locat. l. Julianus. 13. §. offerri. 5 8. ff. de act. empt. l. 2. & 3. ff. si ager. veftig. † Sed & hypothecaria actio Domino competit propter Domini utilis translationem, ex quā ipse etiam Emphyteuta utili actions in rem adversus Dominum expe-

riri potest, l. i. §. ult. ff. si ager vect. Quidni ergò in 6 casu contrario Dominus actione hypothecariâ adversus Emphyteutam agere valeret, respectu scilicet utilis Domini, ex quo Emphyteusis Domino hypothecari & obligari potest, † licet alias nemini res 7 sua obligetur, l. neque pignus. 45. ff. de reg. jur. l. pen. §. 1. ff. de except. rei jud. Ant. Fab. dict. defin. 7. num. 3. † Nec quicquam prohibet & hypothecam & Domini 8 nūm non quidem simul, sed alternativè concurrere, ita ut uno electo alterum tollatur, Jac. Marchisell. q. 152. n. 2. Simon. Ulric. Pist. in addit. ad Hart. Pist. p. 1. q. 7. lit. C. vers. nibil itaque probibet. † Porro, quia 9 ultraque hæc actio realis est, non solum adversus Emphyteutam, sed & contra quemvis novum possessorē, alienata scilicet emphyteusi absque consensu Domini, obtinebit, l. qui petitorio 36. ff. de R. V. l. pignoris. 17. ff. de pignor.

Ita Domini in causa Johannis Henrici à Reitzenstein, Mens. Mayo, Anno 1617.

#### DEFINIT. XVII.

Competit etiam Domino directo actio personalis contra Emphyteutam, ejusve heredes.

**N**on solum rei vindicatione & hypothecariâ, sed 1 & personali actione Emphyteuta à Domino directo conveniri potest, si non canonem debitum solverit, aut fundum emphyteuticum Domino irrequisito alienaverit, † ex contractu scilicet emphyteuticario, quo Domino obligatur, l. i. ff. de O. & A. l. 1. & passim. ff. de Verb. Oblig. quæ obligatio peculiarem actionem personalem, † emphyteuticariam. 3 videlicet, parit, arg. l. si finita 15. §. si de vestigialibus. 26. ff. de damn. infect. l. si cum vendor. 66. ff. de evict. Joh. Harppr. in §. adeo autem 3. n. 576. Inst. de locat. & conduct. † Quā tamen actione Dominus solum 4 adversus Emphyteutam ejusque heredes experiri potest, arg. l. ult. C. de bered. act. l. i. C. si cert. perat. sive possideant fundum Emphyteuticum, sive non, cum dolo malo desisse videantur possidere, alienantes fundum irrequisito Domini consensu, † unde 5 meritò pro possessoribus condemnandi sunt, l. qui do- 10. 131. l. parem. 150. ff. de reg. jur. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. num. 10. Non autem novum possessorum, qui cum eo non contraxit. † Haud 6 namque obligatio personalis sequitur singularem successorem, l. ult. §. 1. ff. de contr. empt. l. i. C. si heres. 16. ff. ad SCium Trebell. † Sed quid opus dixeris a 7 ctione hæc personali, cum rei vindicatione & hypothecariâ satis prospectum sit Domino adversus ipsum etiam Emphyteutam? † Nempe quia interest Domini directi, ut quamplures ad suum consequendum habeat actiones, l. cum filius. 76. §. de variis 8. ff. de legat. 2. l. i. §. 1. ff. quod legator. † Et consequenter, 9 ut ne amittat actionem personalem ex contractu genuinam, si non fundum Emphyteuticum vindicare, sed canonem nondum solutum petere velit, Fab. dict. loc.

Ita Domini in causa Georg Fischers und des Amptis Arnsstein zu Endorff/ Mens. Jun. Anno 1633. (Verba sent. Ob gleich das Ampt wegen des versäumten Erbzinses auf der Mühle ein Unterpfand erlanget/ ic. So ist doch denselben sich des rückständigen Erbzinses halben/ von andern des Erbzinsmanns Gütern bezahlt zu machen/ und dahinella die execution zu suchen unbenommen/ B.R. W.)

#### DEFINIT. XVIII.

Emphyteuta onera fundi Emphyteutici suffinet ac tributa collectasque solvit.

**E**mphyteuta licet prædii Emphyteutici proprietarius non sit, l. i. §. 1. ff. si ager vestigal. † attamen quasi Dominus appellatur, ac dominium fundi utile habet, dict. l. i. l. possessores. 12. in fin. C. de fund.

- fund. patrim. lib. II. Joh. Harppr. in pr. numer. 44. Inst. de rer. divis. t. Ideoque & merito jus utendi-fruen- di sibi vindicat, l. I. i. §. 1. ff. si ager. vestigal. §. adeo. 4. 3. Inst. de locat. & conduct. t. omniaque commoda & emolumenta prædii lucratur, l. item se fundi. g. §. 2. Et 5. §. 3. L. 13. §. inde est questum. 5. ff. de usufr. t. Sicut & è contra omnia sustinet onera & incommoda, nec non hinc tributa atque collectas solvere obstrictus est, aliasque publicas pensiones, quæ fisco aut. Republicæ quotannis præstantur, l. 2. C. de jur. Em- phys. Joh. Harppr. in §. adeo autem. 3. Inst. de locat. & 6. conduct. num. 393. t. Hec enim munera quia prædiorum possessores onerant, l. Imperatores. 7. ff. de publ. 7. Et vestigal. t. Idcirco & Emphyteuta, qui fundi pos- possessor est, ea præstare compellitur, l. sciendum. 15. §. 1. ff. qui faciunt. cogunt. Valaf. in tratt. de jur. Emphyt. quest. 17. Doseil. g. comm. 14.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Gestalt demn auch sonst der Erbzinsmann vor sich und ohne Zuhilfen des Lehenherrns die Steuern und Beschwerungen abzustatten pflichtig ist/oc.)

#### DEFINIT. XIX.

*Neque ob sterilitatem neque bellicos tumultus, alios que casus fortuitos canon Emphyteuta remittitur, mo- dò predium Emphyteuticum non prouersus fuerit extinctum.*

- C**erti juris est, casus fortuitos omnes ad Emphy- teutam pertinere, nec hunc ob rei Emphyteutæ deteriorationem à præstatione pensionis libe- rari, l. i. in fin. C. de jur. Emphyt. Novell. 7. in prefat. §. lex itaque talia, &c. Joh. Harppr. ad §. adeo autem. 3. Inst. de locat. & conduct. n. 373. ubi & Horm. Vultej. 2. num. 14. t. Ut maximè ergo damnum notabile vel insignis sterilitas contingat, neutquam tamen anni illius pensio sive Canon Emphyteutæ remitti debet, dict. l. i. in fin. Salycet. numer. 10. Et Jason. numer. 18. C. de Jur. Emphyt. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. Emphyteusis. q. 8. n. 7. Andr. Gail. lib. 2. obs. 23. num. 23. An- ton. Faber. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 36. numer. 1. 3. Fachin. 1. controv. 89. t. Secus ac in locatione-con- ductione, ubi propter sterilitatem mercedis fit re- missio conductori, l. ex conducto 15. si vis. 2. l. si mer- 4. ces. 25. §. vis major. 6. ff. locat. l. licet. 8. C. eod. tit. t. Nam ibi, in locatione scilicet, merces principaliter præstatur ob usum rei, ideoque si conductor re uti nequeat, merito aliquid de mercede ei remitten- dum erit, quasi ita tacite inter eum & locatorem. 5. convenerit, dict. l. licet. 8. C. d. t. t. Quæ ratio cessat in Emphyteusi, in qua pensio non præstatur propter rei usum & in compensationem fructuum, sed pro- pter dominii recognitionem, ad quam, utpote quæ est de substantiæ contractus Emphyteutici, contra- 6. hentes potissimum respicere solent. t. Pariter nec ob incursionem hostium, tumultus bellicos, alios que fortuitos casus, ex prædictâ ratione, ulla Canoni- 7. remissio Emphyteutæ concedenda est, dict. No- vell. 7. Et dict. l. i. in fin. C. de jur. Emphyt. t. Quod ta- men de particulari solummodo rei Emphyteutæ de- 8. terioratione exaudiri velim. t. Nam si casu fortuito predium emphyteuticum planè extictum fuerit, aut ob bellicos tumultus Emphyteutæ fundum pro- fusi ingredi non licuerit, uti tum Canonis seu pen- sionis remissio fieri debet, t. quia tunc fundus pro- penitus exticto habetur, l. cum unus. 12. §. ult. ff. de- reb. autor. jud. l. posideri. 3. §. 17. ff. de acq. vel amitt. 10. opus. l. 10. §. ult. ff. de per. Et comm. rei vendit. t. At remittitur Emphyteutæ pensio, fundo emphyteu- tico planè exticto l. i. C. de jur. Emphyt. Andr. Gail. dict. obs. 23. num. 23. Harppr. dict. §. 3. Inst. de locat. 11. num. 375. Fab. dict. def. 36. num. 2. 3. t. Quamvis aliud

obtineat, si res paulatim perimitur per negligen- tiam possessoris, ut tradit Anton. Fab. dict. tit. 42. de- fin. 37.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob sich nun wohl der Erbzinsmann zu Abstättung des vollständigen Erbzinses nicht verkehren will/ mit Furtwenden/ daß er bey ietzigem Kriegswesen selbige Mühle nicht wohl und vollständig nutzen und brauchen können; dieweil er aber dennoch solchen Erbzins einwahl richtig beliebet/ die Kriegs-Warthe auch die Mühle nicht ganz und zu Grunde aus verderbet/noch die Nutzung ihm gänzlich entzogen worden / in welchem Fall allein/ bewährter Rechtsgelehrter Meynung nach/die remissio canonis statt hat/ ic. So hat sich auch George Fischer mit seinem Einwenden nicht zu befelsen/ sondern er ist die rückständige Erbzinsen/ bey Vermendung der Gerichtlichen Execution, nochmals zu en- richen schuldig/B. R. W.)

Ex in causa Danielis Golickens contra Martinum Rönen zu Eustis/Mens. Apr. Anno 1635.

#### DEFINIT. XX.

*Ob non petitam renovationem investitura intra annum 15 diem, Emphyteusis non admittitur, puniri tamen proprieta porest possessor ar- birarie.*

**M**ultum certè à vero aberrant, qui feudum & Emphyteusin ita confundunt, ut, quod de illo expensi sancitum est jure feudal, ad contractum Emphyteuticarium trahere & extendere haud vere- antur. t. Ex quo & illud profuit, quod Dd. communiter tradunt, Emphyteutam habere annum & diem à tempore scientiæ ad investituram & confirmatio- nem petendam, sub poenâ privationis, Jason. in l. 2. num. 23. C. de jur. Emphyt. Roman. consil. 22. num. 6. Et alii ab his allegati, t. scilicet quia tantum tempo- ris spaciū Vafallo concessum est, intra quod si re- novationem investitura non petierit, ulterius non- admittitur, cit. 24. F. 2. Henr. Bocer. de investit. Feud. cap. 4. num. 7. t. Verùm, licet argumentum à feudo ad Emphyteusia quandoque procedat, ut docet Ja- son. in l. i. C. de jur. Emphyt. Everh. in topic. loc. ab Emphyteus. ad feudum. Schräder. in tratt. feud. part. 7. cap. 5. num. 51. t. Attamen illud in poenalibus ceu odiosis, quod & privatio rei Emphyteutæ referenda est, neutquam locum habet, arg. c. odia. 15. de reg. jur. in sexto. t. Quamvis nec in eo convéniant Dd. an tempus ad petitionem investitura annuum sit, ut post Jason. in l. 2. C. de jur. Emphyt. num. 23. Clar. §. em- phy. q. 43. n. 3. communiter receptum, t. vel bime- stre, ut ex recentioribus Corbul. de jur. emphyt. c. s. n. 1. Jacob. Schult. ad Modest. Pistor. q. 131. n. 1. Et seqq. contendunt, de quo confliktu vid. Berlich. decis. 68. t. Concesserim tamen Emphyteutæ hoc casu poenam arbitriam carceris, vel mulctam pecuniariam justissi- me imponi, ob negligentiam petitionis, quæ con- temptum Domini jus dicentis annexum habet, l. si quie ex alienâ. 5. ff. de jud. Berlich. dict. decis. 68. num. 12. Cravett. consil. 205. num. 13.

Ita Domini in causa Wolffen Ehrenfrieds von Radstock/ Mens. Jun. Anno 1624. (Verba sentent. Ob wohl etliche eurer Untertanen/ so ihre Erbzinsgüter von euch zu Lehen haben/ aufs begebende Fälle/ nach ihrer Eltern und Vorfahren Abster- ben/ binnen Jahr und Tag die Lehen nicht gemietet/ ic. So haben sie sich doch dadurch der Güter/ gestalten Sachen nach/ nicht verlustig gemacht/ Sie werden aber gleichwohl derwe- gen willkürlichen/ entweder ein 10. Tage lang mit Gefäng- nish/ oder ein jeder um 3. Neue Schot in Straff genommen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Predium Emphyteuticum, quod in commissum cadit, Domino directo quoad proprietatem, Usufructua- rio vero quoad usumfructum acqui- ritur.*

**N**emo certè inficias ibit, consolidationem fieri u- tilis dominii cū directo, quando Emphyteusis

- 2 in commissum cadit: † Nec enim aliud quid est commissum, quam concessionis Emphyteutice extinatio, ac utilis Dominii reversio & consolidatio cum directo, Dan. Moller. lib. 4. semestr. 25. num. 1.
- 3 Ex quo manifestum redditur, † prædium Emphyteuticum, si ob non solutum canonem, aliamve ob causam in commissum cadat, non usufructuario, sed domino directo, quantum ad proprietatem acquiri, Jason. in l. ult. num. 45. C. de jur. Emphyt. Olrad. cons. 240. Molin. in consuet. Parif. 1. gloss. 1. n. 38. Moller.
- 4 dict. cap. 25. † Nec enim potest dominium utile, quod penes defunctum fuit, consolidari cum directo, quia revertatur ad Dominum directum, l. qui dies. 34. in pr. ff. de Usuf. l. 3. §. non solum 2. ff. de Usuf. accresc. l. 17. & l. seq. l. si servus. 27. ff. quib. mod. usufr. § Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 23. defin. 4. n. 7. † At hoeverum est solummodo quoad proprietatem rei Emphyteuticae, usufructus verò ad usufructuarium pertinet, Moller. dict. loc. † ubi post Molin. respondeat ad text. in l. usufructu legato. 7. §. 1. ff. de usufr. qui huic assertioni videtur obstare.
- Ita tractatum in causa Otton. à Teterborn, Mens. Julio, Anno 1604.

## DEFINIT. XXII.

*Canon Emphyteuta ob melioramenta non debet augeri.*

- 1 Expediti juris est, quod in emphyteusi Pensio si-  
eve Canon non præstetur propter rei usum & in  
2 compensationem fructuum, † sed propter Dominii recognitio-  
nem, ad quam contrahentes potissimum respicere solent, l. 2. l. 3. C. de jur. Emphyt. Joh. Sichard.  
ad l. 1. n. 27. C. eod. tit. Joh. Harppr. in §. adeo autem.  
3. n. 384. Inst. de locat. & conduct. † Licet ergo fructus & commoda canonem multum superent, ipsa  
4 tamen Emphyteusis neutquam inde vitiabitur. † Ex quo porrò sit, quod licet prædium Emphyteuticum meliorationibus austius & pinguis reddatur, canon tamen augeri non debeat, sed melioramenta in commodum Emphyteutæ cedunt, ut tradit post Jason. in l. 1. num. 79. C. de jur. Emphyt. Hartm. Pistor. observat. 91. Corbul. de jur. Emphyt. cap. 15. quest. 5. Borch. de feud. cap. 3. num. 13.

Ita Domini in causa Conradi Scheibens zu Alsfeld/Mense Nov. Anno 1621 (Verba sentent. Wann gleich das Erbzins-  
gut/ siever der Zeit/ als ihr damit beliehen/ in viel Wege gebe-  
fert und austräglicher worden/ ic. So möchtest ihr doch einen  
höheren Erbzins/ als ihr einwahl anberäglich worden/ daraus  
abzurichten nicht angehalten werden/ V.R.W.)

## DEFINIT. XXIII.

*Ob deteriorationem partis fundi Emphyteutici, non nisi eâ parte Emphyteuta privari debet.*

- 1 Emphyteuta faciens deteriorem fundum Emphyteuticum jure suo eadit, per text. in Auth. qui rem C. de SS. Eccles. qui textus et si loquatur de-  
2 Emphyteusi Ecclesiasticâ, † idem tamen obtinere juris in Emphyteusi Civili aut seculari, ex rationis identitate, tradunt communiter Dd. Jason. in l. 2. n. 48. C. de jur. Emphyt. Jul. Clar. lib. 4. sent. §. Emphyteusis quest. 26. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 28. num. 2. Mynsig. cent. 6. observ. 86. Corbul. de jur. Emphyt.  
3 cap. 13. † Modò tria hæc copulativè concurrant. I. Quod facta sit notabilis quantitatis deterioratio. II. Ut id, in quo factus est fundus deterior, perpetuam fundi ipsius jacturam, non saltem difficultatem percipiendorum fructuum concernat. III. Quod deterioratio ejusmodi vel dolo malo, vel latâ saltem, sive levi culpâ facta fuerit, secundum tradita Hartm. Pistor. dict. quest. 28. num. 4. Jac. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 78. n. 7. † Nam ob culpatim levissimam in re deteriorandâ commissam, privatio-

nis poenam Emphyteuta subire non debet, † quoni-  
am de hæc culpâ ex naturâ contractus Emphyteutici non tenetur, l. si ut certo 5. §. nunc videndum 2. ff. com-  
modat. l. contractus 23. ff. de Reg. jur. ut pluribus per-  
sequitur Joh. Harppr. in §. adeo autem 3. n. 422. & seqq.  
Inst. de locat. & conduct. † In hoc autem non assen-  
tior Hartm. Pistor. dict. quest. 28. num. 3. aliquo ab  
eo allegatis, quod licet non totus fundus Emphyteu-  
ticus, sed saltem pars ejus deterior facta sit, tamen  
toto fundo possessor privetur. † Nam animadverte-  
re debuisseat, poenam delicto commensurari, idque  
non excedere, l. perspicendum 11. l. aut facta 16. ff. d.  
pæn. l. sancimus 22. C. eod. † Unde sit, quod heres ra-  
tione ejus tantum partis, in qua fraudem adhibuit,  
puniatur, l. rescriptum 6. l. heres 11. ff. de his que ut in-  
dign. auf. † Quò & facere videtur, quod Vasallus 9  
non toto feudo, sed eâ tantummodo parte, quam non  
consentiente Domino alienavit, privetur, tit. 38. FF. 2.  
† Quidni ergo idem quoque de Vasallo & Emphy-  
teuta, partem fundi feudalis vel Emphyteutici dete-  
riorante, asserendum erit, Joh. Harppr. in dict. §. 3. n.  
434. Inst. de locat. ubi contraria solvit.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Niemelß Ihr selb-  
sten berichtet/ daß ihr den einen Baumgarten in eurom Erb-  
zins gut nicht pfleglichen gehalten/ sondern die meisten tragen-  
den Obstbäume zu Feuerholz abgehauen/ und die Beutwerke  
ganz und gar eingehen lassen/ ic. So ist dannenhero der Lehn-  
Herr ad privationem wider euch zu klagen/ und den Garten  
wegen der Verwüstung einzuziehen wohl befugt/ des andern  
Erbzinsguts aber habt ihr euch dadurch nicht verlustig ge-  
macht/ V.R. W.)

## DEFINIT. XXIV.

*Privationis pœna locum habet adversus Emphyteutam,  
qui fructiferas arbores etiam a seipso positas  
incidit.*

N egari certè nequit, Emphyteutam arbores fru-  
ctiferas incidendo, fundum Emphyteuticum  
deteriorem reddere, ac proinde jus suum in Emphy-  
teutario perdere, l. sic cuius 13. §. fructuarius 4. ff. de  
Usuf. l. & eleganter 7. §. non solum 3. ff. de dolo malo.  
l. 2. ff. si Usuf. petat. l. 45. §. 13. ff. de jur. fisc. Jul. Clar.  
lib. 4. sent. §. Emphyteusis quest. 26. n. 2. Corbul. de jur.  
Emphyt. c. 13. num. 2. Jacob. Menoch. de arbitr. judi-  
quest. lib. 2. cent. 1. cas. 78. n. 7. † Quod & ad arboreas 2  
eas, quas ipsem Emphyteuta posuit & plantavit,  
extendi velim, cum Joh. Harppr. in §. adeo autem 3.  
num. 439. Inst. de locat. & conduct. † Sunt enim ar-  
bores, à possidente plantatae, pars soli, l. fructus 44. ff.  
de R. V. l. ult. §. fructus 6. ff. que in fraud. Credit. † 4  
ejusque esse carentur, in cuius fundo radices ege-  
runt, l. adeo quidem 7. in fin. ff. de acquir. rer. domin.  
Ergò ad Dominum directum spectabunt. † Atque 5  
ideò Emphyteuta eas incidendo ipsum prædium Emphyteuticum deteriorasse intelligitur, † merito ita-  
que privationis poenam incurrit, Harppr. dict. loc. n.  
441. & seqq. ubi hoc recte limitat, † si Emphyteuta 7  
alias & quæ fructiferas arbores in locum incisarum ar-  
borum substituerit, & supplantaverit, arg. dict. l. 45.  
& 13. de jur. fisc. † quia tum prædium Emphyteuti-  
cum deterior fecisse non censembitur, Cæpoll. de S. P.  
R. cap. 22. num. 13.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Sondern die  
meisten tragenden Obstbäume/ derer viel ihr hiebvor selbsten  
darein gezeugten/ zu Feuerholz abgehauen/ an derselben stätte  
aber keine andere gepflanzen/ ic.)

## DEFINIT. XXV.

*Pensiones promobiles, (Rückscherzsen) etiamnum ha-  
bitat quibusdam in locis in usu sunt; & quenam ita  
dicantur?*

E mphytenta propter Canonicam retardatum re-  
gulariter hodiè non tenetur ad duplum, sed li-  
bere

- beratur præstatione ejus unà cum intereste à tempore moræ, Matth. Coler. part. i. decif. 24. numer. 4. † Alia ratio est pensionum promobilium der Rückscherzinsen/ quæ ab initio è lege proinittuntur ab Emphyteutis, † ut non facta solutione certo & statodie, altero die duplicitur, & sic deinceps solvantur duplicitæ, vel etiam triplicatæ, per text. in art. 54. lib. i. Landr. ibi: Wer seinen Zins zu rechter Zeit nicht giebet/ zweyfach soll er ihn geben des andern Tages/ und also alle Tage zweyfach/ dieweil er den Zins inner behält/ & ibi Zobel. in Gloss. Latin. lit. B. Dan. Moller. hic n. 15. Reinhard. part. i. differ. 11. Paul. Matth. Wehner. in observat. pract. verb. Rückscherzins. 4 Matth. Coler. dict. decif. 24. num. 2. † Dicuntur autem Rückscherzinsen/ quia promoventur, & quod diutius stant, eò majores sunt, (weil sie fortzischen/ und te länger sie anstehen/ ie mehr und grösser sie werden.) Wehner. dict. loc. Jacob. Schult. in addit. ad Coler. 5 dict. loc. † Hoc genus pensionum in foro Saxonico quondam frequentius erat, at hodiè promobiles pensiones sunt rariores. † Obtinent tamen etiam numeri in locis, ubi consuetudine ac usu sunt receptæ; 7 Non tamen aliter census hi duplicantur, † quam ut in præstatione dupli iusit simulum, ita ut non solvens simplicem eensem in die statu & certo, teneatur secundâ die solvere duos census, tertiat die tres, & 8 ita deinceps, &c. † Quia verba juris Statutarii in dict. artic. 54. lib. i. Landr. strictè accipi debent, & mitior est in penalibus facienda interpretatio, Zobel. 9 in Gloss. Latin. ad text. germ. dict. art. 54. lit. B. † Porro, nunquam pensiones hæ tam strictè alterâ die, duplicitæ sunt, quin non semper justa & sufficiens causa cessationis ejusmodi duplicationem impedit.

It. Domini in causa VVolfgangi & Christophori fratribus à Morungen, Mens. Septembr. Anno 1600. (Verba sententiae: Habe ihr von euren Vor-Eltern etliche Zinsen/ so auf Rückschärtrecht stehen/ und von etlichen Bürgern zu Sangerhausen auf den Tag Michaelis bey Sonnenschein erlegt werden müssen/ ererbet/ und es haben am Tage Michaelis des ver-

schenen 1599. Jahrs über hundert Personen ihre Zinsen nicht entrichtet/ie. Da ihr nun solche Zinsen auf vorbemelten Tag Michaelis von obewähnten Personen hättert absfordern lassen/ immassen euch daffalls zu thun gebühret/ und sie wären mit Erlegung derselben ohne erhebliche Ursachen sündig worden/ so wäret ihr von ihnen alle Tage/ so lange sie ferner sündig/ zweyfachen Zins/ das ist/ alle Tage noch einsten so viel/ nemlich abermahlis 32. Pf. zu fordern wohl befugt/ B. R. W.)

Et in causa Friderici Gundermans zu Schleiditz/ Mens. April. Anno 1633. (Verba sententiae: Da ihr nun solche Zinsen auf vorbemelten Tag Trium Regum bey den Zinsleuten hättert absfordern lassen/ immassen euch daffalls zu thun gebühret/ und sie wären mit Erlegung derselben ohne erhebliche Ursachen sündig gewesen/ So wäret ihr von ihnen alle Tage/ so lange sie ferner sündig/ zweyfachen Zins/ das ist/ alle Tage noch einsten so viel/ nemlich abermahlis 32. Pf. zu fordern wohl befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. XXVI.

*Pensiones promobiles Dominus tenetur petere quot annis à domo ipsius Emphyteuta.*

**E**T si quilibet Emphyteuta cogatur pro solutione canonis annuatim ire ad domum ipsius Domini, Bartol. in l. item illa 18. in pr. n. 7. & seqq. ff. de constit. pecun. Panorm. in c. cum venisset g. exir. de restit. spoliat. Matth. Coler. part. i. decif. 24. n. 9.

Veluti etiam Domini pronunciārunt ad requisitionem Georgii Caspari à Schönbergis/ Mens. Aug. Anno 1636.

† Secus tamen est in pensionibus promobilibus in Rückscherzinsen/ † quas de jure Saxonico, Dominus tenetur quotannis petere à domo ipsius Emphyteutæ art. 54. lib. i. Landr. in verb. Also doch/ daß ihn der Herr mit Recht erfolge/ und den Zins zu seines Mannes Hause heische/ie. Coler. dict. decif. 24. numer. 10. † Quod verum, nisi aliud fuerit conventum, vel consuetudine observatum, quibus omnino standum est, l. fin. C. de pass. int. empt. & vendit. l. i. §. si convenit 6. ff. deposit.

Ita Domini in iisdem causis. (Verba sententiae: Da ihr nun solche Zinsen auf vorbemelten Tag Michaelis/ie. bey den Zinsleuten hättert absfordern lassen/ immassen euch daffalls zu thun gebühret/ und sie wären mit Erlegung derselben ohne erhebliche Ursachen sündig gewesen/ie.)

## CONSTITUTIO XXXIX. PARTIS SECUNDÆ.

**Erbzins- und schlechte Zinsgüter/ wie eins vom andern zu erkennen und zu unterscheiden/ und was für ein Contract im Zweifel præsumiret wird?**

**S**icut in Römerischen Recht/ ist ein Unterschied zwischen Erb- und schlechten Zinsen. Dann von wegen schlechter Zinsgüter/ bona censitica genannt/ macht sich der Zinsmann des Guts nicht verlustig/ wann er gleich die Zins davon gebührlich nicht entrichtet/ welches in den Erbzinsgütern geschieht. Zu dem/ so wird allein die erbliche Nutzbarkeit des Guts/ utile dominium, in den Erbzinsmann Emphyteutam gewandt/ und behält der Lehnsherr darauff den Grund-Eigenthum/ directum dominium, Aber solches beydes/ nemlich directum & utile dominium, hat ein jeglicher schlechter Zinsmann in allen solchen seinen Gütern.

Etliche machen auch diesen Unterschied/ daß die Erbzinsgüter/ so oft der Fall sich an dem Lehnsherrn/ oder auch Besitzer/ durch Absterben begiebt/

**Bona Emphyteutica à Censiticis quid differant, & in dubio pro utris sint habenda?**



Ure communi differunt bona Emphyteutica à Censiticis. Hic enim censitus ob non solutum censum non privatur, ut illic Emphyteuta. Deinde, utile tantum dominium transfertur in Emphyteutam, directo penes Dominum manente, cum utrumque habeat censitus. Præterea & hoc discriminis à nonnullis constituitur, ut quoties Emphyteuta moriatur, vel bona Emphyteutica alienentur, toties investitura sit renovanda, dominusque recognoscendus, quod secus est in censiticis. Extant etiam non raro literæ investituræ, quæ dominium directum concedentem sibi reservasse ostendunt.

Cum autem hæc estate in multis locis etiam censiticorum bonorum nomine renovatio investituræ petenda, dominusque recognoscendus

giebt/ oder wann sie alienirt/ in die Lehn wieder-  
um genommen/ und der Lehnherre erkannt wer-  
den muß/ welches in den Zins-Gütern nicht ge-  
schicht. Also auch pflegen oft Lehnbriefe vor-  
handen zu seyn/ daraus zu ersehen/ daß der Herr  
ihme das directum dominium vorbehalten.  
Alldieweil aber ihiger Zeit auch die schlechten  
Zins-Güter/ an vielen Enden/müssen in die Lehn  
genommen werden/ ist es schwer/ einen gewissen  
Unterscheid zu treffen/ es sey dann ein Lehnbrief  
vorhanden/ daraus man der Sachen gewiß seyn  
könne. Dann wann das Gut im Lehnbrief vor  
ein Erbzins-Gut verliehen/ und der Herr ihm  
das directum Dominium vorbehalten/ so wäre  
es vor ein Erbzins-Gut zu achten/ oder aber da  
einem aus raucher Wurzel ein Gut um einen  
Zins zu einem Erbzinsgut eingethan/ und ein  
Lehnbrief darüber gemacht/ so wäre es auch pro  
Emphyteusi zu halten. Sonst ist aus Empfa-  
hung der blosen Lehn darinnen nichts gewisses  
zu schließen/ sitemahl auch die Zinsgüter/ wie ge-  
meldt/ in die Lehen empfahen werden.

So viel nun betrifft/ ob im Zweifel/ sonderlich  
wann der Lehnherre den Zinsmann ob non sol-  
lum Canonem priviren will/ das Gut pro  
Emphyteusi oder vor ein schlecht Zinsgut zu ach-  
ten/ haben unsre Verordnate das Billigst zu seyn vermeynet/ und dahin geschlossen/ daß in dubio  
die Güter censitica bona zu halten/ und daß der Besitzer ob non solutum censem derselben nicht  
zu priviren/ sondern den versessenen Zins zu erlegen/ und die Gerichts-Kosten/ die dem Herrn auff-  
gangen/ auff Ermäßung zu erstatten schuldig/ und daß disfalls gleichwohl auch eine wirkliche Strafe  
se erkannnewerden möchte wider die/ so mutwillig und vorsätzlich solchen Zins auff Ermahnung und  
Erinnerung nicht erleget hätten. Welches wir uns auch also gefallen lassen/ und soll als Kraft uns  
serer Constitution zu Recht also gesprochen und erkannt werden.

## DEFINITIONS.

1. Non ut in Emphyteutico, ita etiam Censitico bonis,  
Dominus retinet directum Dominium, sed utrumque  
tām utile quam directum Dominium in censitum  
transfertur.
2. Ob non solutum censem bona censitica nūquā amittuntur.
3. Pena tamen arbitaria ob non solutum censem, Cen-  
sito contumaci potest irrogari.
4. Sicut Emphyteuticorum, ita & censiticorum bono-  
rum nomine, Renovatio investiture quibusdam in lo-  
cis peti solet.
5. Ob non petitam renovationem investiture bona cen-  
sitica non amittuntur, punitur verò ob id censiticus  
arbitriac.
6. Contractus habetur emphyteuticus, non censiticus,  
quando in concessione Dominus sibi reservavisse domi-  
num directum.
7. Ex nova bonorum steriliu concessione, intervenien-  
te scripturā investiture, contractus presumitur em-  
phyteuticus.
8. In dubio censentur bona censitica, non emphyteu-  
tica.
9. Translato dominio directo in possessorem, contractus  
habetur censiticus, licet expressis verbis facta fuerit  
menio emphyteuseos.
10. Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, jus su-  
um pro lubitū potest alienare.
11. Laudemium non nisi ex consuetudine vel Statuto cu-  
rarp. Definit. Vol. I.
- dus sit, deficiētibus literis investiturae, cogni-  
tu perquam difficile est, Emphyteutica sint bo-  
na, an verò censitica. ubi enim ex literis ap-  
paret, bonis in Emphyteusin alicui concessis,  
dominium directum concedentem sibi reser-  
vasse, Emphyteusin esse constat. Idem dicen-  
dum, ubi quis fundum sterilem colendum al-  
teri pro certo canone in Emphyteusin conces-  
sisset, confectis super eo literis investiturae.  
Sola verò investitura nihil hic probat, cum, ut  
diximus, etiam censitica à Dominis recogno-  
scantur.
- Deputati igitur nostri æquius esse putarunt,  
in dubio, præsertim verò ubi ob non solutum  
Canonem ad privationem agere vult Domi-  
nus, bona pto censiticis haberi, & sic privatio-  
ni locum non esse, sed possessorem Domino,  
tam ad debiti census solutionem, quam ad li-  
tis impensas ab ipso factas, præviā tamen judi-  
cī moderatione, teneri, ita tamen, ut si quis  
de censu interpellatus, in solutione ejus con-  
tumaciter cesset, eum pro arbitrio judicantis  
puniendum etiam existimarent, quod nos pro-  
bantes, autoritate hujus Constitutionis nostræ  
in judicando & respondendo observari man-  
damus.
12. Consuetudine loci cuiusque Laudemium ad quatuor,  
quinque & plures florenos, de singulis centum solven-  
dos, augeri potest.
13. Non solum ex contracta, sed etiam ex dissoluta  
Empirio-Venditione, persolvendum est Laude-  
mum.
14. Ex venditione conditionali, ante eventum condicio-  
nis, nullum debetur Laudemium.
15. In terris Electoratus Saxonici non solvitur Laude-  
mum ex permutatione.
16. Nullum persolvendum est Laudemium, quando re-  
scinditur Empirio-Venditio ex L. 2. C. de resc. ven-  
dit.
17. Ex venditione sub bastâ debetur Laudemium.
18. Non solvitur Laudemium, quando bona Emphyteu-  
tica in dotem dantur.
19. Heres testamentarius, aliuvè possessor, ad quem  
titulo lucrativo Emphyteusis pervenit, ad Laudemii  
exhibitionem obligatus est.
20. Heres ab intestato succedens, frue sit collateralis frue  
parens, Laudemium Domino solvit.
21. Non tamen Laudemium solvere tenentur liberi Em-  
phyteuta patri succedentes.
22. Valeat consuetudo, ut liberi succedentes parentibus  
Laudemium solvant.
23. Ex divisione Laudemium persolvendum non est.

24. Mortuo uno coherede ante divisionem, ex acquisitione portionis defuncti, reliqui coheredes ad præstationem Laudemii haud sunt obstriti.
25. Debetur ex divisione Laudemium, quando uni ex heredibus fundus, alteri vero ejusdem estimatio adjudicatur.
26. Solvere tenetur Laudemiam heres, qui post divisionem factam, alterius coheredis portionem emit.
27. Haud solvendum est Laudemium, si pater in ultimâ dispositione uni ex liberis pro certo pretio fundum assignaverit.
28. Non persolvendum est Laudemium, quando fit mutatio in personâ Domini.
29. In materia Laudemiorum consuetudo cuiusque loci potissimum attendi debet.
30. Probata licet consuetudine, quod liberi heredes con-
- junctim omnes pro successione solvant Laudemium, ex divisione tamen postea à singulis id denuò petere non licet.
31. Non præstatur Laudemium ab Usufructuario ratione Usufructus aut dotatii.
32. Ex bonis feudalibus haud persolvendum est Laudemium, nisi peculiariter quâdam loci consuetudine illud sit introductum.
33. Venditor tenetur restituere emtori Laudemium ex solutum, si hoc ipsi ante venditionem contractam non manifestaverit.
34. Bona in dubio potius allodialia sive emphyteutica, quam feudalia presumuntur, etiamsi Cappones canonis nomine solvantur.
35. Non transfertur rei dominium in foro Saxonico, nisi priuscedente alienatoris abdicatione traditio judicialiter facta fuerit.

## DEFINIT. I.

*Non ut in Emphyteuticis, ita etiam Censiticis bonis, Dominus retinet directum Dominium, sed utrumque tamen utile quam directum Dominium in censum transfertur.*

1. **N**on nego equidem, contractum censiticum & Emphyteuticum in multis convenire, ut apparet ex traditis Carol. Molin. *ad consuet. Par. 2. part. in pr. num. 21. & seq.* ubi novem similitudinis 2. notas refert. † Exinde tamen haudquaquam inferre licet, cum Andr. Tiraq. *in tract. de Retract. part. 1. §. 34. Gloff. 1. in pr. omnem prorsus differentiam horum contractuum in desuetudinem propemodum abilisse, hodieque promiscuum verè esse usum Emphyteuseos, ac censitici contractus, † ut luculenter demonstrat Carol. Molin. *dict. loc. Alvar. Valasc. in tract. de jur. Emphyt. qu. 32. num. 27. & seqq.* Hartm. Hartm. *lib. 2. tit. 52. de censib. obj. 1. numer. 4. & seqq.* 4. idque vel solùm ex præstatione appareat, † siquidem Emphyteuta Canonem, Censitus verò censem solvit, quæ non parum ab invicem differunt, cum census ex re nostrâ, canon verò ex alienâ detur, *Gloss. in cap. constitutus 6. ext. de religios. domib. verb. juxta ratam. Sonsbec. in tract. feudal. part. 2. n. 32.* † Sic etiam in bonis Emphyteuticis Domino competit jus Promisieos, secus verò in bonis censiticis, ut dixi *supr. Const. 37. Defin. 6. & 7. Andr. Rauchb. p. 1. q. 22.* quod ipsum quoque diversitatem horum contractuum inducit. † Pariter nec jura spiritualia in Emphyteutis concedi possunt, licet bene ad censem dentur, secundum Nicol. Everh. *in topic. loc. ab Emphyt. ad censem 31. n. 4.* In primis vetò notanda venit duplex differentia, quæ notabilem diversitatem contractus 7. Emphyteutici ac censitici importat. *Prima est, Quod in Emphyteusi Dominus utile solummodo dominium transferat in Emphyteutam reservato sibi met ipsi dominio directo, l. 1. & passim C. de jur. Emphyteut. l. 1. ff. si ager vel. & Emphyt. posse. Ant. Fab. 8. in Codic. l. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.* † Secus est in censitico contractu, ubi Dominium utrumque, tamen utile quam directum, omneque jus in censum transfertur, nihil vero penes dominum remanet, nisi quod ei in memoriam veteris dominii annuus census solvatur *b. Const. 39. vers.* Zu dem so wird allein die Erblieche Nutzbarkeit/*rc.* Hartm. Pastor. *observ. 95. n. 5.* Bartol. *in l. 1. §. 1. ff. de publ. & vettig. n. 4.* Matth. Coler. *vol. 1. consil. 5. n. 15.* Jacob. Menoch. *lib. 3. presumpt. 106. n. 11.* Andr. Rauchb. *p. 2. q. 22. n. 14.**

Ita Domini in causa Christophori Hallers zu Lüsen/Mense Novembr. Anno 1630. (Verba sentent. Diemel aber dennoch alle Gerechtigkeit des Gutes/ so dem Lehnsherrn zuständig/ und also zugleich auch das dominium directum, so in Erbzins. Güt.

ter oder bonis Emphyteuticis sonstwo bey dem Lehnsherrn verbleiben/ nebenst dem utili dominio eurem Vorfahren und euch verlichen worden/*rc.* So mag bemeldtes Gut vor ein recht Erbzinsgut nicht gehalten werden / sondern es ist vor einschlecht Zinsgut billich zu achten/ *B.M.W.*)

## DEFINIT. II.

*Ob non solutum censum bona censitica nunquam amittuntur.*

- A**lera differentia Contractus Emphyteutici & censitici in eo consistit: † Quod Emphyteuta, si per triennium canem haud solverit, Emphyteuli privetur; † At bona censitica ob non solutum censum nunquam amittuntur, etiamsi per decem, trecentos, vel etiam mille annos possessores hunc dare cessaverint, *b. Const. 39. in pr. vers.* Dann von wegen schlechter Zins/*rc.* ubi Moller. *n. 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 24. n. 1.* Valasc. *de jur. Emphyt. quest. 32. n. 30.* Mynsing. *cent. 3. observ. 65. num. 5.* Menoch. *lib. 3. presumpt. 106. n. 11.* † Quod non minus in bonis Ecclesiae quam privati cujuspiam procedere, existimat Moller. *hic n. 4.* ob generalitatem *bujus Const. cum Valasc. dict. loc. n. 35.* ubi Ecclesiae, † quæ est pia mater, cultrix & auctrix justitiae, *cap. 13. vers. Ecclesia enim Feud. 1.* cum præjudicio tertii in dubio favendum non esse, ait. † Planè, si Censuarius certo tempore censem solvere jurasset, nec tamen solvisset, privationem obtainere, eique bona censitica auferenda esse, tradit Cassiodor. *decis. 2. tit. de jurejur. quem referunt & sequuntur Jacob. Menoch. dict. pref. 106. n. 11.* Berlich. *part. 2. concl. 48. num. 25.* Reinh. Rosa ad Moller. *hic num. 4.* † quod tamen non dubio carere, dicit Valasc. *dict. quest. 32. num. 31.*

Ita Domini in causa Laurentii Röbelis/ad consultationem Caroli à Neuffens/ Mens. Jul. Anno 1628. (Verba sentent. Hoc Lorenz Röbel euer Unterthaner eine Hüesse Landes im Besitz/ so von euch zu Lehn röhret/ davon er in die 12. Jahr weder den gewöhnlichen Zins/ noch die Landsteuer entrichtet/*rc.* So hat sich zwar bemeldter Zinsmann dadurch des Zinsguts nicht verlustig gemacht/*rc.*)

Et ad requisitionem Senatus in Lüken/ Mens. Februar. Anno 1577.

## DEFINIT. III.

*Pana tamen arbitraria ob non solutum censum Censitico contumaci potest irrogari.*

- Q**ualvis Censitus ob censem haud solutum iure suo non cadat, *Defin. preced.* Domino tamen ad debiti censis solutionem, † nec non ad litis impensas, ab ipso factas, prævia judicis moderatione tenetur, *bac Const. 39. §. ult. vers.* Sondern den verfessenen Zins/*rc.* † Quin & si Censitus de solutione interpellatus, in solutione ejus contumaciter cesseret, arbitrariè insuper multâ pecuniariâ vel carcere puniri potest, *dict. 5. ult. bujus Constit. vers.* Und das dicit:

dishfalls gleichwohl ubi Moller. n. 3. & 7. Auth. Consult. Sax. part. 1. q. 18. n. 5. tom. 2.

Ita Domini in eadem causa Laurentii Röbels. (Verba sent. Er ist aber gleichwohl nochmals den versessenen Zins und aufgewendete Gerichtskosten auf Ermäßigung zu erstatzen schuldig/ und wird hierüber willkürlichen entweder 8. Tage lang mit Gefängniß/ oder um drey neue Schock in Strafe genommen/B. R. W.)

Et in causa I. à D. Mens. Novembr. Anno 1630. (Verba sentent. Haben etliche eurer Unterthanen/ ungeachtet sie von den Gerichten deswegen erinnert und angemahnet worden/ in 4. Jahren den schuldigen Zins nicht entrichtet und abgestattet/ ic. So seyn sie solchen Zins nochmals abzutragen pflichtig/ und mögen hierüber/ ein ieder seinem Vermögen nach/ um eine ziemliche Geldbusse/ jedoch daß sich dieselbe keinem über 3. neue Schock erstrecke/ in Strafe genommen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Sicut Emphyteuticorum, ita & censiticorum bonorum nomine, Renovatio investitura quibusdam in locis peti solet.*

- 1 **P**ræter differentias contractus Censitici ac Emphyteutici, *supr. Defin. 1. & 2.* relatas, vulgo & ita bona censitica ab Emphyteuticis distinguere solent:
- 2 † Quod illa, Censitica nempe, ad heredes cuiusque gradus & sexus transeat; Emphyteutica vero bona simpliciter pro se & suis heredibus accepta, tantum pro masculis, non etiam pro foeminae recepta videantur: † Quam tamen differentiam rejicit, ac in Emphyteuti foeminas non minus ac masculos succedere, rectissime defendit post Everhard. *in top. loc. à feudo 4 ad Emphyt. Matth. Coler. consil. 5. num. 40.* † Nisi in concessione Emphyteuseos tantum de masculis dictum esset, *Coler. dict. loc.*

Veluti Domini responderunt in causa Josephi à Sandwülf/Mens. Novembr. Anno 1590.

- 5 † Porro, nec illa Emphyteuseos & censitici contractus differentia jure sustineri potest, ut scilicet Emphyteusi alienata, Dominove aut possest mortuo, renovatio investitura fieri debeat; secus in contractu censuario, b. Const. 39. §. Etliche machen auch dies sen Unterscheid/ ic. † Nam plerisque in locis, non solum bona Emphyteutica, sed etiam censitica à Dominis recognosci, illorunque nomine investitura quoque renovationem peti solere, testatur experientia, † quare hanc differentiam merito rejicit illustrissimus Saxon. Elector. b. Constit. 39. §. Allidewell aber istiger Zeit/ ic.
- 7 Ita Domini in causa Georgii Sigismundi à Schinding/Mens. Mart. Anno 1624. (Verba sent. Ob wohl Adam Schaller und Hans Otto/beyde eure Unterthanen/Güter haben/so von euch zu Lehn röhren/ solche aber/ unangesehen ihr alle eure Lehnsleute zu Empfahrung der Lehn berufen lassen/ nicht in Lehn genommen/ wiewohl des Orts Gewohnheit und Gebrauch nach sie zu thun schuldig gewesen/ ic.

## DEFINIT. V.

*Ob non petitan renovationem investitura bona censitica non amittuntur, punitur vero ob id censiticus arbitriari.*

- 1 **A**n autem censiticus, si casu contingente, alienatione nempe bonorum censiticorum facta, Dominove mortuo, investitura renovationem non petierit, 2 jure suo caderet & possessione bonorum privabetur? † Ita forsitan quis arbitrari posset propter texa *in tit. 24. F. 2.* ubi id in feudis receptionem videmus, † Sed non ritè à feudo ad bona censitica inferre licet, juxta ea, 4 quæ tradit Hartm. Pistor. *observ. 95.* † Ac certè Emphyteuta, investitura renovatione omisita, Emphyteusi privati haud debet, ut dixi *supr. Const. 39. Defin. 20.* Berlich. *decis. 68. n. 12.* Cravett. *consil. 205. num. 13.* 5 Georg. Frantz. *de laudem. cap. 5. num. 54.* † multo minus ergo in censito privationis pena locum habebit, quam ob Dominium directum Domino re-

*Carpz. Definic. Vol. I.*

servatum, Emphyteuta longè fortius ei videatur obstrictus, Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 7.* † Haud tamen nego, censito propterea poenam arbitriam carceris vel mulctæ pecuniariae infligi debere, † ob contumaciam nempe, quæ annexum habet contumtum jus dicentis, *I. si quis ex aliena 5. ff. de judice.* Anton. Fab. *in Codic. lib. 7. tit. 25. defin. 7. n. 1.* † Perinde ac poenæ subjectus est Emphyteuta, renovationem Investituræ petere negligens, *supr. Const. 38. dict. Defin. 20.*

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. So haben sich doch gedachte beyde Unterthanen berührter ihrer Lehn-Güter dadurch nicht verlustig gemacht; sie werden aber gleichwohl deswegen/dass sie so lange stille geschwiegen/ und auf erfordern die Lehn über ihre Güter nicht begebet/ willkürlich entweder ein vierzehn Tage lang mit Gefängniß/ oder ieder um drey neue Schock gestrafft/ B. R. W.)

It. in causa Adami Bernhardi à Mossdorff/Mens. Augusti Anno 1626. (Verba sentent. Sehn in eurem Dorffe zu Oberschau etliche Bäuren und Gärten: so ihre Erbgüter und Güter/ welche sie von ih. ai Eltern ererbet/ zum Theil auch sonst fäusslichen an sich gebracht/ binuen Jahr und Tag nicht in Lehn genommen/ sondern dasselbe etliche Jahr nach einander anstreben lassen/ ic. So haben sie zwar hiervon sich ihrer Güter nicht verlustig gemacht/ sie werden aber gleichwohl willkürlich entweder 10. Tage lang mit Gefängniß/ oder ein ieder um 3. neue Schock in Strafe genommen/ B. R. W.)

Et in causa Caspari Henrici & fratribus à Feilitzsch. Mens. Mart. Anno 1626.

In causa Wigands à Laubenheim/Mens. Septembr. Anno 1612.

Et in causa M. Georgii Luppens zu Paupig/Mens. Februar. Anno 1629.

## DEFINIT. VI.

*Contractus habetur emphyteuticus, non censiticus, quando in concessione Dominus sibi reservavit dominium directum.*

**Q**uum res censitica propter non solutum censem 1 haud fiat caduca, ut Emphyteusis *supr. Definit. 2.* † haud parum certè refert nosse, an censiticus, an vero Emphyteuticus contractus facit celebratus? de quo multum sèpius inter Nobiles eorumque subditos controvertitur. † Sanè ex solâ rei vel prædi invistituræ id dignotei non posse vel exinde constat, quod plerisque in locis, de censiticis etiam bonis possessores investiri soleant, ut dixi *supr. Defin. 4. b. dict. Const. 39. §.* Dami wann das Guiz. versi. Sondern ist aus Empfahrung/ &c. † Neque etiam solæ invistiturarum literæ Emphyteusin probant, quippe quod & super concessione bonorum censiticorum quandoque hæ confiantur, licet forsitan id rarius accidat. † Potissimum actus agentium & mens contrahentium inspici debent: Dant siquidem conventiones & nomina & leges contractibus, l. l. §. si convenit 6. ff. deposit. l. in conventionalibus 52 ff. de V.O. l. contractus 23. ff. de reg. jur. † Constat autem de mente contrahentium, si in literis invistiturae, concessa Emphyteusi, dominium directum concedenti fuerit reservatum, secundum tradita *supr. Defin. 1. l. 1. & passim C. de jur. Emphyt. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1.* Hartm. Pistor. *observ. 95. n. 5.* † Quare hoc casu ulterius dubitandum non est, 7 quin contrahentes Emphyteuticum contractum celebrare voluerint, b. Const. 39. dict. §. Dami wann das Gut ic. in princ.

Ita Domini in causa Marcii Schmidts zu Stannern/Mens. Februar. Anno 1630. (Verba sentent. Ist euer Erbherr wegen dreijährigen rückständigen Zinses euer Gut einzuziehen gewohnt. Ob ih. nun wohl in deren Gedanken steht/ daß hemeltes Gut ein schlechtes Zinsgut sei/ und daher ihr euch dessen nicht verlustig gemacht habe; da aber dennoch dasselbe in dem Lehnbrief nicht allein ein Erbgutsgut genannt/ sondern auch

Qqq q 3

auch dem Lehnsherrn mit ausdrücklichen Worten das dominium directum vorbehalten werden/ scilicet. So würde solches Gut pro bono Emphyteutico billich gehalten/ scilicet.)

## DEFINIT. VII.

*Ex nova bonorum steriliū concessione, interveniente scripturā investitura, contractus præsumitur emphyteuticus.*

- 1 **O**rtum inde traxit Emphyteusis, quod initio fundi solammodo steriles & inculti ita concedi solebant, ut meliores redderentur, reservato concedenti dominio, quod de diuturnitate temporis obliuioni daretur, annua pensio aliqua præstanda fuit, *Jason. in l. i. C. de jur. Emphyt. Jac. Cujac. in l. 3. verb. 2 suas meliorationes C. eod. tit.* † Hinc, si quis fundum sterilem colendum alteri pro certo canone concederit, confessis super eo literis investiture, videbitur.
- 3 etiamnum hodiè contracta Emphyteusis, † licet verbis expressis dominium directum concedenti reservatum non fuerit, *bac. Constat. 39. §. Dann wann 4 das Gut/ scilicet. vers.* Oder aber da einem/ scilicet. *An ergo, inquies, præcisè Scriptura ad contractum Emphyteuseos requiretur, nec bac absque Scripturā subsistet?* Id sanè ex verbis Constitutionis hujus inferre non licet, prout demonstrat Dan. Moller. *bic numer. 5.* † Attamen nec prorsus absurdum erit hoc assertere, per text. in l. i. C. de jur. Emphyt. in verb. *Scripturā inter-*
- 6 *veniente.* † Ac certè communissem, ad substantiam Emphyteuseos Dd. scripturam præcisè requirunt, Bald. Salyct. Sichard. *Jas. in l. i. C. de jur. Emphyt. Joh. Schneidew. ad §. 3. num. 7. Inst. de locat. ubi &* Myns. n. 23. Heig. n. 24. Jul. Clar. lib. 4 sent. §. *Emphyt. quæst. 4. Wesenb. in parat. ff. si ager veltig. n. 2.*
- 7 *aliisque quamplurimi.* † Quamvis nec definit JCTI præclarissimi, qui contrarium defendunt, rationibus & argumentis haud contemnendis, quæ refert Harppr. in dict. §. adeo 3. Inst. de locat. n. 58. & seqq.
- 8 † ubi totam hanc quæstionem fusè tractat. Stante autem sententiâ communi, neutiquam concedendum est Forcat. Dial. 19. in fin. † quod perditio instrumento, actum sit de contractu Emphyteuseos, quia non ad essentiam ipsius rei aut juris acquisiti, sed ad essentiam actus transitorii, prædicti Dd. scripturam requirunt, scilicet, dum contractus fit & celebratur.
- 9 *Nam, quod postea accedit, ejus substantiam & effectum semel legitimè constitutum tollere nequit,* nisi & venditionem in scriptis celebratam per amissionem literarum in irritum redigi, quis dicere ausit contra l. 17. C. de fid. instrum.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Oder aber sonst aus reicher Wurzel das Gut um einen Zins euch auch eingetragen/ und darüber ein Lehnbrief gefertigt worden wäre/ scilicet. So würde berührtes Gut pro bono Emphyteutico billich gehalten/ und ihr hättet euch aus obgedachter Ursach dessen verlustig gemacht/ B.R.W.)

## DEFINIT. VIII.

*In dubio censetur bona censitica, non emphyteutica.*

- 1 **Q**uid verò, si de mente contrahentium ne quidem ex Investitura literis constare queat, an nempe Censiticum, vel Emphyteuticum contractum celebrare volverint? † Non male forsitan dixeris, cum etiam Censuarius pensionem præstet, à Domino autem rei aliquid annuatim solvi irregulariter, sed in Emphyteuta regulare sit, in dubio potius contractum Emphyteuticum ex constitutione annua pensionis, quæ naturæ Dominii repugnat, celebratum præsumi, Jul. Clar. lib. 4 sent. §. *Emphyteusis quæst. 1. n. 3. Alvar. Valasc. in tract. de jur. Emphyt. quæst. 32. n. 35. Joh. Fab. 3 ad l. i. C. de jur. Empb. num. 7.* † cui fortior accedit ratio, quod cum plenisimum jus directi pariter at-

que utilis dominii in Censuarium transferatur, non præsumatur Dominus jus omne à se abdicatum verluisse, ut argumentatur Everhard. *in loc. ab Emphyt. ad censem, n. 5.* † Placuit tamen contrarium illustrissimo Sax. Elect. b. Const. 39. §. So viel nun bestriß ic. scilicet, quod in dubio contractus censiticus magis, quam Emphyteuticus haberi debet, ad excludendam privationem ob censem per triennium non solutum: † Quæ sententia alias quoque recentior est, per notata Jac. Menoch. lib. 3. *præsumpt. 106. num. 3. & seqq.* ubi per ampliat. & limit. hoc tractat Franc. Mantic. de ambig. & tacit. convinet. lib. 5. tit. 2. num. 53. Wesenb. consil. 5. n. 45. Jason. in l. 2. C. de jur. Emphyt. n. 42. † Ita namque contractus interpretari debemus, ut res facilis ad suam redeat naturam, nimirum consolidationem dominii utilis cum directo, quod in Censitico accedit contractu, † quæ ratio contrarias præsumptiones facillimè tollit ac vincit. † Sequitur hinc, quoniam pro possesso præsumptio juris militat, bona nempe esse Censitica, quod onus probandi incumbat Domino, Emphyteutica ea affirmanti, Dan. Moller. *bic n. 6. vers. cum autem Constitutio, &c.*

Ita Domini in causa Johannis Reichards von Tottleben / Mens. Mayo, Anno 1601. (Verba sentent. Dietwile aber dennoch nicht zu befinden/ daß offegedachte Mühle ein rechte Erbgüts- gut sei/ und nach Vermöchen der Rechte im Zweifel allein vor ein schlecht Zinsgut zu achten/ scilicet.)

## DEFINIT. IX.

*Translatio dominio directo in possessorem, contractus habetur censiticus, licet expressis verbis facta fuerit mentio emphyteuseos.*

**C**onecesserat quis fundum in Emphyteusin perpetuum (vor ein ewig Erbgüts-gut) una cum omnijure, quod in illa re sibi competenteret, Dubio post longum tempus inter contrahentes exorto, num Emphyteusis fuisse constituta? † verba concedentis id satis probare videbantur, quæ contrariam præsumptionem excludunt, ac propriè semper intelligi debent l. qui liberis 8. §. bac verba 1. ff. de vulg. & pupill. subst. Jacob. Menoch. lib. 4. præf. 178. n. 3. † Contraria nihilominus voluntas contrahentium velex eo apparebat, quod omne jus concedentis, ac per consequentiam, Dominium etiam directum in possessorem fuerat translatum, † quod certè naturæ Emphyteuseos minus conveniebat, l. i. C. de jur. Emphyt. l. i. ff. si ager veltig. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 7. n. 1. Conclusum hinc fuit, † non obstante, quod verbis expressis mentio facta fuerit Emphyteuseos, contractum censiticum esse præsumendum, † quia voluntas semper potior est voce dicentis, nemus Scripturā scribentis, l. Labeo 7. in fin. ff. de suppell. legar. † Neque actus agentium ultra eorum intentionem quid operari debent, l. non omnis 19. ff. de reb. Credit. l. quæst. 9. ff. de hered. inst. l. multum inserit 6. C. si quis alt. vel sibi l. 17. C. de donat. Jacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 106. n. 10. Jason. in l. i. C. de jur. Emphyt. n. 48.

Ita Domini in causa Christophori Hallers zu Losen/Mense Nov. Anno 1630. (Verba sentent. Ob wohl euer Gut vor ein Erbgüts-gut gehalten werden will/ immassen auch solches in dem Lehnbrief also genannt wird; dietwile aber dennoch alle Gerechtigkeit des Guts/ so dem Lehnsherrn zuständig/ und also zugleich auch das dominium directum, so in Erbgüts-gütern oder bonis Emphyteuticis sousten bei dem Lehnsherrn verblebet/ nebens dem utili Dominio euren Vorfahren und euch verliehen worden/ scilicet. So mag bemeldtes Gut vor ein rechte Erbgüts-gut nicht gehalten werden/ sondern es ist vor ein schlechte Zinsgut billich zu achten/ B.R.W.)

## DEFINIT. X.

*Dominus directus, invito etiam Emphyteuta, jus suum pro lubitu potest alienare.*

**L**onge fortior est obligatio inter Dominum & Vasallum, quam inter Dominum & Emphyteutam, ob juramentum fidelitatis à Vasallo præstitum, quod ipsum ad majorem reverentiam obstringit, tit.

- 2 7. FF. 2. † Ex quo etiam illud provenit, quod licet Dominus jus suum, quod in Vasallum habet, sive dominium directum, atque adeo Vasallos sine eorum consensu alienare non valeat cap. 1. §. ex eadem lege 1. de Leg. Corrad. cap. 1. §. si quis 1. Quo temp. miles cap. 1. §. preterea 4. de probib. feud. alienat. per Frid. Hartmann. Pistor. part. 1. quest. 22. ubi per ampliations & limitationes hoc latissimè tractat. † Emphyteuseos tamen Dominus jus suum etiam invito Emphyteuta pro lubitu alienare non prohibetur, secundum Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua. Jason. in l. ult. C. de jur. Emphyteut. Hartm. Pistor. dict. q. 22. n. 17.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Wann gleich vor gedachtes Gut vor ein recht Erbzinsgut zu achten/ und der Erbherr ihme das directum dominium vorbehalten hätte/ ic. So wäre er doch dasselbe euch ohne euer Vorwissen und Einwilligung seiner Beliebung nach zu verkaufen wohl befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Laudemium non nisi ex consuetudine vel Statuto cuiusque loci deberur, ejusque nomine in singulos centenos duo floreni solvendi sunt.*

- L**Audemium sive laudinium (quod & vocari solum Laudativum seu Laudatitium, forsitan ex eo, quod Dominus laudet seu approbet contractum, Wesenb. confil. 16. num. 11. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. num. 3. germanicè Lehnwahr/ Paul. Matth. Wehn. in Pract. obs. verb. Handlohn/ ic.) † solvitur Domino directo, quando in alium transfertur Emphyteusis, à novo possidente, honorarii loco pro nova investitura & receptione novi Emphyteutæ, veluti in recompensationem ejus damni, quod Dominus ex immutatione personæ sentire posset, l. ult. C. de jur. Emphyt. ubi Joh. Sichard. num. 33. Jas. num. 45. Pistor. dict. q. 50. n. 2. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. Emphyt. quest. 23. n. 4. † Cumque eo novus possessor non parum gravatur, in terris Electoratus Saxonici illud aliter locum non habet, quam ubi consuetudine, vel statuto speciali introductum est, ex Constit. Elector. tit. Vnde Lehnwahr/ que est in ordine prima earum, qua typis quidem impressa, sed certis de causis publicè edita non fuere, ibi: Die Lehnwahr an andern Orten/ da sie bisher ungebräuchlich und nicht genommen worden/ soll auch daselbst nicht aufgebracht noch gegeben werden/ der Verter aber/ da sie über rechteverwährter Zeit gewöhnlich/ oder sonst erlanget und hergebracht/ soll sie ferner/ krafft solcher Gewonheit/ Inhaltis der Lanz des: Ordnung gegeben oder genommen werden/ ic. † Etique laudemium de jure communi quinquagesima pars pretii prædii venditi seu alienati, † adeo ut de singulis 50. florenis unus & in singulos centenos duo floreni, nomine laudemii, solvi debeant, per text. in l. ult. vers. Et ne avaritia C. de jur. Emphyt. Matth. Coler. part. 1. decis. 23. n. 1. & Hartm. Pistor. dict. quest. 50. n. 1.

Ita Domini in causa Heinrici ab Holzhausen in Leipnitz/ Mens Octobr. Anno 1620. (Verba sententia: So seynd eure Unterthanen in denen Fällen/ da sonst/ vertrüge der Rechte/ Lehnwahr gegeben wird/ 2. fl. von 100. zur Lehnwahr zu entrichten schuldig/ ic.)

#### DEFINIT. XII.

*Consuetudine loci cuiusque Laudemium ad quartos, quinque & plures florenos, de singulis centum solvendos, augeri potest.*

- R**egulariter nomine laudemii, non nisi quinqua gesima pars pretii, h. e. duo in singulos centenos solvuntur, l. ult. C. de jur. Emphyt. Defin. precedens

At hoc ita, † nisi aliud consuetudine legitimè introductum sit. Hodiè namque tam in Electoratu, quam Ducatu Saxonie plerisque in locis † ex consuetudine emptor in singulos centenos, quinos & quandoque etiam decem florenos (rarius tamen) solvere tenetur, Matth. Coler. part. 1. decis. 32. num. 33. † Quod nec mirum alicui videbitur, quum generiter in Laudemii persolvendis consuetudo hodiè attendatur, juxta tradita & allegata Hartm. Pistor. dict. q. 50. n. 62.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Ihr könnet denn wie Recht darthun und erweisen / daß eure Unterthanen ein mehres und 10. fl. von 100. fl. zur Lehnwahr gegeben/ solches auch über rechtsverwährte Zeit unverbrüchlich also wäre gehalten worden/ dessen genossen ihr auff solchen Fall billich/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Non solum ex contrâta, sed etiam ex dissolutâ Emptione - Venditione, persolvendum est Laudemium.*

**N**ullum prorsus dubium est, quin Emptor ad persolvendum Laudemium sit obligatus, quippe de quo potissimum agit textus in l. ult. C. de jur. Emphyt. † Nec refert, an Dominus consenserit alienationi, nec ne, utroque siquidem casu emptorem ad Laudemii solutionem tenet, optimis rationibus probat Molin. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 13. gloss. 1. num. 8. † Sicut nec cum Emptor à præstatione Laudemii liber est, quando venditori concessum fuit, ut sine licentiâ & consensu Domini alienare possit Emphyteusin, juxta tradita Salycet. in dict. l. ult. C. de jur. Emphyt. & Jas. ibid. num. 4. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. numer. 7. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. Emphyt. quest. 23. † Etenim quia Laudemium solvitur propter novam investituram, nil certè refert, an Emphyteuta potuerit vendere Domino irquisito, vel non, sed solum an novus acquisitor opus habeat novâ investiturâ vel recognitione à Domino directo, Clar. dict. loc. † Ex venditione porrò, quæ fit cum pacto de retrovendendo, Domino deberi Laudemium, demonstravi ex autoribus probatis & rationibus validis, supr. Constit. 1. Definit. 23. † quod & consentaneum planè est Constit. Elect. Vnde Lehnwahr/ in pr. verb. Wo ein Gut auff einem Erb- oder Wiederkauff verkaufft wird/ so ist der Käufer wegen der Recognition, und das er von dem Herrn in Schutz gehommen/ die Lehnwahr zu entrichten schuldig/ ic. † Quamvis ex retrovenditione ipsa id non solvatur, attamen revertenti à reempto restituatur, ut dixi supr. Constit. 1. dict. Definit. 23. & Defin. 24. † Non solum verb ex emptione contractâ, sed etiam ex dissolutâ emptione persolvendum est laudemium, † quando scilicet contrahentes ab emptione jam perfecta & consummata recedunt, Hartm. Pistor. dict. q. 50. n. 13. Dan. Moller. Conf. Elec. 32. num. 6. part. 2. Amed. de Pont. q. 38. ut sic Dominus hoc casu duplex lucretur Laudemium, Hartm. Pistor. dict. loc. num. 17. † Dicitur hic autem perfecta emptio, quando non solum de pretio conventum, sed etiam res vendita jam tradita est: † Nec enim à pristina emptione potest recedi, quin novus inde fiat contractus, arg. l. 2. & 3. ff. de ref. vend. l. in bello 12. §. facti: & ff. de c. sp. p. quid mirum ergo, ut non solum ratione primi contractus, sed etiam ex conventione subsecuta persolvi debeat Laudemium, ut disserit Molin. in conf. Paris. §. 22. num. 19.

Ita Domini in causa Leonhardi Fischeri zu Leubnitz/ Mens Octobr. Anno 1630. (Verba sententia: Habe ich einer Bauernfamilie Reichartzen um eine gewisse Summa Güter kauft/ und zugeschlagen/ und in Leubnitz lassen/ davon kann ich

auch das Lehnsgeld richtig erlegen. Nachdem ihr aber auf behenden Theilen vom Kauf wiederum abgesanden / und Käufer gegen Wiederempfahrung des ausgezahlten Kaufgeldes euch beruhrtes Gut wiederum abgetreten / hat der Lehnsherr abermals von euch Lehnswahr gefordert / ic. So seyd ihr solche geforderte Lehnswahr abzurichten schuldig / und habt euch / gestalten Sachen nach / mit eurem Einwenden / daß nemlich der Lehnsherr von Käufern einmahl allbereit Lehnswahr empfahen / beständiger Weise darwider nicht zu behelfen / V. R. W.)

## DEFINIT. XIV.

*Ex venditione conditionali, ante eventum conditionis, nullum debetur Laudemium.*

- 1 **C**onditionalium venditionum ea est natura, ut ante conditionis eventum imperfectæ habeantur, quia Conditionis proprium est, ut suspendat actum conditionale, l. sedere diem 213. ff. de V. S. & tot. tit. ff. de condit. & demonstr. † Obque id nec prius Laudemia ex iis ulla debentur ante conditionis eventum, l. necessario 8. ff. de per. & comm. rei vendit. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 28. num. 2. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. num. 50. Molin. in conf. Paris. §. 13. Gloss. 5. num. 23. quest. 4. Amed. de Pont. q. 36. † Nam ex contractu sub conditione non transfertur dominium, priusquam conditio impleta fuerit, Bartol. in l. 4. §. sed & Marcellus 3. ff. de in- diem addit. Anton. Fab. dict. loc. † At laudemium non nisi post translationem dominii, pro novâ scilicet investitura solvitur, l. ult. C. de jur. Emphyt. supr. Defin. 11.
- 2 Ita Domini in causa Simonis Henrichs zu Martendorff/ M. Jul. Anno 1595. (Verba sentent. Ob ihr gleich beim Trunk mit Christoph Bartman einen Kaufum sein Gut geschlossen ; dle weil aber dennoch solches anderer Gestalt nicht / als mit dieser ausdrücklichen Condition und Bedingung geschehen / wosfern euer Weib des folgenden Morgens darin willigen würde / welches aber nicht erfolget / noch euer Weib damit zu frieden gewesen / ic. So seyd ihr auch dem Lehnsherrn des Orts Lehnswahr zu geben nicht schuldig / V.R.W.)

## DEFINIT. XV.

*In terris Electoratus Saxonici non solvitur Laudemium ex permutacione.*

- 1 **C**ommunis Dd. est sententia, quod, sicut in Emptione-Venditione, ita etiam in permutatione Laudemium exigiqueat à novis possessoribus, † siue pecunia addatur rei permutata, sive non, Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. numer. 28. Matth. Coler. part. 1. decif. 13. n. 20. Modest. Pistor. p. 2. quest. 67. Amed. de Pont. quest. 28. Franc. Vivius decif. 490. n. 9. Daniel. Moller. lib. 4. semestr. 3. num. 4. † Non solum quod permutatio maximè vicina sit emptioni, l. 1. & 2. ff. de rer. perm. l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. cat. † immo species venditionis, l. sciendum 19. §. deinde 5. ff. de edil. edit. † Sed etiam quia possessoris persona immutatur in permutatione, quam Dominus non minus ac emptorem laudare & approbare debet. † Cur non ergo pro hac laudatione laudemium exigere licet, l. ult. C. de jur. Emphyt. ubi non tantum pretii sed & estimationis fit mentio, ex quo satis colligitur, non solum in venditione, † sed & in aliis contratribus & speciebus alienationis locum sibi vindicare Laudemii exactionem, Hartm. Pistor. dict. loc. Modest. Pistor. dict. q. 68. num. 3. † Attamen Illustrissimo Saxoniz Electori in terris sui Electoratus contrarium placuit, ita ut non debeatur Laudemium ex permutatione, nisi pro pecunia rei permutata addita, in Constit. non publicas art. Von Lehnswahr. §. Wo auch die Güter durch permutation und Umwechselung verändert / so gebührer dem Herrn keine Lehnswahr / da aber Geld mit zugegeben wird / davon hat man Lehnswahr von dem Besitzer zu fordern / ic. † Eademque sententia est Guid. Pap. decif. 92. in pr. Nicol. Boët.

decif. 293. num. 1. forsitan, quia existimaverint, ad permutationem non adeo necessarium esse Domini consensum: † Aut quod l. ult. C. de jur. Emphyt. de a- liciatione, quæ fit per venditionem, & ubi pretium sine pecunia intervenit, acceperint, Guid. Pap. dict. loc.

Ita Domini in causa Johannis Bevers & Consortium zu Leipzig / Mensl. Mart. Anno 1628. (Verba sent. Habt ihr unter dem von Winckel zu Brandis etliche Aecker Holz liegen / davon dem Lehnsherrn bis anhero Kauf-Lehnswahr entrichtet worden / und ihr / als die Lehnleute / sendt solche Aecker zu verkaufen gemeynet / ic. So ist der Lehnsherr Lehnswahr zu fordern nicht berichtiger / V. R. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Nullum persolvendum est Laudemium, quando rescinditur Empio - Venditio ex L. 2. C. de resc. vendit.*

**C**onveniunt in eo Dd. quod Laudemium non sit solvendum, si contractus retro resolvatur ac rescindatur, licet ab initio fuerit valida alienatio, Molin. in Conf. Paris. §. 33. num. 35. Hartm. Pistor. lib. 1. quest. 50. num. 42. & seqq. Andr. Knich. part. 2. invest. cap. 4. num. 247. Anton. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 55. † Nempe quia causâ, ex quâ immediate Dominus Laudemium recepit, resolutâ ipsa quoque petitio resolvitur, & si quid Laudemii nomine recepit, tanquam ob causam, quæ cessat, receptum restituere tenetur l. 1. l. 2. ff. de condit. ob caus. † Unde fit, quod petitio Laudemii cesset, quando rescinditur venditio ex pacto legis commissoriz, & addictionis in diem, Hartm. Pistor. quest. 50. num. 38. † Eoque referri debet rescissio, quæ fit ex capite Restitutionis in integrum, † vel etiam ex beneficio L. 2. C. de resc. vendit. Molin. dict. §. 33. num. 44. Pinell. ad L. 2. C. de resc. vendit. p. 2. cap. 3. n. 35. Hartm. Pistor. dict. quest. 50. n. 46. † Idque vel exinde manifestum est, quod acquisitionis Laudemiorum fundetur in contractu, recipiatque omnesque conditiones & qualitates illius contractus. † Atqui venditionis contractus hanc implicitam in se habet conditionem, ut autoritate Legis propter immodicam lesionem annuletur, & quidem ex necessitate quâdam ab initio etiam existente, Covarr. tom. 1. resolut. cap. 3. num. 9. † ut perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset, l. videamus 38. §. 3. ff. de Iusur. l. 1. §. si quis in fraudem 12. ff. si quid in fraud. patr. l. 15. l. 65. §. 5. ff. de condit. indeb. † Evenit hinc porro, quod ex sententia plurimorum. Interpr. hoc in casu cum re ipsa fructus retro omnes à die traditionis percepti restituendi sint, arg. l. 1. C. si major. fact. alien. fact. fin. det. † Idque adeo verum est, ut hoc casu Laudemium jam solutum à Domino condici ac repeti queat, juxta tradita Molin. dict. §. 33. gloss. n. 33. † At nolo hoc aliter accipi, quâsi si rescissa venditione ex L. 2. C. de resc. vendit. prædium venditum restituatur venditori: † Alioquin si emptor ex dict. l. 2. C. d. t. conventus, rem emptam non restituat, sed id, quod justo pretio deest, ex facultate sua, quam habet, suppletat, tantum abest, laudemium eo casu non deberi, † ut etiam ultra id, quod laudemii nomine jam solutum fuit, pro residuo pretii, Dominus Laudemium exigere queat, secundum Molin. dict. §. 33. n. 44. Choppin. lib. 1. de morib. Paris. tit. 2. art. 32. Georg. Frantz. de laudem. cap. 16. n. 405. & seqq.

Ita Domini in causa Caspari Moschers zu Linda / Mensl. Jug. Anno 1627. (Verba sent. Ob ihr wohl Adam Lauben euer Bewehr-Gut um eine gemisse Kaufsumma zugeschlagen / und das Geld von ihme allbereit angenommenen / da ihr aber benuoch / extrem Vorgeben nach / ex beneficio l. 2. C. de resc. Vend. obbe-melbten Kauf umstossen / Käufer auch den rechten Werth des Kaufgeldes nicht erfüllen / sondern euch das Gut wiederum abtreten würde / ic. So möchte weder ihr noch Käufer dagefalls dem Lehnsherrn einige Lehnswahr zu entrichten angehalten werden / V. R. W.)

## DEFINIT. XVII.

*Ex venditione sub hasta deberur Laudemium.*

**E**X publica diuinatione prædii sive domus, quæ sub hasta postulante creditore facta fuit, non mirum debentur Laudemia, atque ex alia quavis venditione, Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 23. & defin. 38. Dan. Moller. lib. 4. semeistr. cap. 5. Meynard. decis. 42. lib. 4. Vincent. de Franch. decis. 488. n. 6. Joseph. Ludov. part. 1. decis. 60. num. 6. † Est namque subhastatio vera venditio, in qua intervenit merx, pretium & consensus debitoris; *Quidni ergo ex eadem Laudemium quoque debebitur?* † Non equidem ignoro, negare illud Hart. Pist. part. 1. quæst. 50. num. 52. propterea, quod ex alienationibus necessariis non persolvatur Laudemium: † Sed non concesserim, necessitatatem hanc consensum debitoris prorsus excludere. Etsi enim ex eo, quod debitor vel non potest, vel non vult solvere, ad subhastationem & alienationem necessitate quādam suadente deveniatur, illaque invito & reluctante debitore expediatur, † attamen sufficit, quod ille ex voluntate debitoris, qui rem vel oppignoravit, vel debitum sponte contraxit, originem trahat, argumento ejus, quod traditur in l. in commodato 17. §. sicut. 3. ff. commodat. junct. l. in terdum. 36. in fin. de judic. † à qua posterior eventus omnis formatur & dijudicatur, l. si procuratorem 8. in pr. ff. mandat. sicut † & actus consecutivus à prima causa regulatur & gubernatur, Joh. Bapt. Costa defact. sciens. & ignor. inspect. 24. † Hinc facile porro dijudicare licet, in datione quoque in solutum non saltem voluntaria, sed & necessaria, quæ fit decreto Magistratus, Laudemii exactionem locum sibi vindicare, Molin. in Consuet. Paris. §. 20. gloss. 5. n. 48. Amed. à Pont. quæst. 27. num. 5. 6. Hartm. Pist. dict. 9. quæst. 50. num. 25. & seqq. Moller. dict. cap. 5. † Non solum quia in solutum datio vicem emptionis obtinet, l. ult. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. in numerationibus 44. ff. de solut. l. si predium 4. in fin. Codic. de ev. 1. 24. de pign. att. † Sed & quod in solutum datio locum habere nequeat sine præviâ subhastatione & taxatione, l. 3. C. de exec. rei judic. L. 1. L. 3. in pr. C. de jur. domin. impetr. Andr. Rauchb. part. 1. qu. 46. num. 1.

Ita Domini in causa Hansen Friedriths von Haufen auff Schöntädt / Mensl. Sept. Anno 1628. (Verba sent. Nachdem aber g. dachter Rappuse mit der Zahlung säumig gewesen/ und nicht fortkommen können/ auch zu seinem Vermögen sich ein concursus Creditorum ereignet/ hat bemeldtes Haus gerichtlichen subhastiret/ und den Gläubigern käuflichen überlassen werden müssen/ unter welchen der eine Martin Zeuner dem Kauff auff sich richten lassen/ ic. So ist derselbe auch das gebührende Lehngeld davon zu entrichten schuldig/ und ehe und zuvor solches geschicht/ möget ihr offtherührtes Haus niemand in Lehn zu rethen angehalten werden/V.R.W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Non solvitur Laudemium, quando bona Emphytentia in dotem dantur.*

**E**X datione quoque in dotem deberi Laudemium, asserit Ant. Fab. decad. 99. Error. pragm. c. 2. n. 2. & 3. ex eâ potissimum ratione, † quod datio in dotem vera sit alienatio, quia dotis causa perpetua est, & cum voto ejus, qui dat, ita contrahitur, ut semper apud maritum maneat, l. 1. ff. de jur. dot. † Verum alienationem hanc esse necessariam vix negari poterit, quum publicè intersit, mulieres nubentes, illisque dotes constitui, quo commodè maritos inventire possint, l. 2. ff. de jur. dot. † Nostroque seculo ita comparatum sit, ut in matrimonio contrahendo curiosius de dote, quam de moribus nubentium agi soleat: sicuti ergo ex venditione causa utilitatis publicæ facta Laudemium Dominis denegatur, † ita-

etiam in dotis datione illud cessare, rectissimè quis affirmaverit cum Jason. in l. ult. C. de jur. Emphyt. n. 49. Hartm. Pist. pars. 1. quæst. 50. n. 54. † Quod certe 6 in terris Electoratus Saxonici minus dubium habet, propter manifestam sanctionem Dn. Electoris Illustrissimi in Const. Von Lehn wahr/ quæ certis de causis publicè edita haud est. Also auch/ ibi: Also auch/ wo ein Vater seiner Tochter/ die er aussteuert/ein Gut mitgibt/ ist sie oder ihr Mann Lehngeld zu geben nicht schuldig/ und wiewohl dieses etschliche limitiren/ wenn der Vater sonst andere Güter gehabt/ davon er die Tochter aussteuern könnte/ daß dñfalls die Lehnwahr zu geben seyn/ so seynd doch unsere Verordnete um obgedachter Ursachen willen einig/ daß es dem Rechten gemäss und billiger seyn/ dñfalls indistincte keine Lehnwahr zu nehmen.

Ita Domini in causa Johannis Reibolds zu Hartmerig/ Mensl. April. Anno 1621. (Verba sentent. Habt ihr ein Gut biebevor von eurem Bruder ererbt/ welches ihr eine geraume Zeit gleich euren andern Gütern in Besitz gehabt/ aniego aber/ als sich eure einzige Tochter verehlicher/ ihr dasselbe zur Missig abgetreten und eingeraumet/ ic. So ist der Lehnherre weder von eurer Tochter/noch dem Ehemann Lehnwahr zu fordern berechtigt/V. R. W.)

## DEFINIT. XIX.

*Heres testamentarius, aliuvè possessio, ad quem titulo lucrativo Emphyteusis pervenit, ad Laudemii exhibitionem obligatus est.*

**E**rrant omnino, qui sibi persuasum habent, laudemium non nisi in venditione obtainere. Contrarium enim vel ex solo textu in l. ult. C. de jur. Emphyt. luculenter appetet, Hartm. Pist. part. 1 q. 50. † Minus certè dubium est, ad exsolutionem Laudemii teneri possessorum, qui ex titulo vel causa lucrativa fundum tenet, ut est Donatarius. † Ex donatione namque deberi Laudemium, manifestum est ex Conit. Elect. Von Lehnwahr/ que cum alio, certis de causis, non fuit publicata, in verb. Als so es ihm geschenket/ ic. † idque præ aliis latissimè tractat & confirmat Georg. Frantz. de Laudem. c. 20. † Eoque refero heredem testamentarium, qui (modò non sic filius filiavè, de quibus infra Defin. 21.) sive ab intestato successurus, sive extraneus sit, onere Laudemii gravatur, Amed. à Pont. quæst. 31. n. 2. Vincent. de Franch. decis. 447. num. 1. Jul. Clar. §. Emphyteusis, quæst. 28. n. 6. Frantz. de Laudem. c. 8. n. 204. Matth. Coler. part. 1. decis. 33. n. 29. Salycet. ad l. ult. C. de jur. Emphyt. n. 11. † Cur enim exciperemus eum, qui non minus dicitur novus possessor, atque alius, qui in priori investitur nec generaliter, nec speciebat fuit comprehensus, Coler. dict. decis. 33. n. 30. Jason. in l. ult. n. 42. C. de jur. Emphyt. Cravett. cons. 215. n. 8. † Idque per omnia placuit jamdudum Illustrissimo Saxon. Electori, ita disponenti in dict. Const. rit. von Lehnwahr. verb. Solche Lehnwahr ist auch iedcr/ der nicht durch einen Kauff/ sondern ex tñalo lucrativo das Gut erlanget/ als so es ihm geschenket/ oder in einem Testamente vermach wird/ zu erlegen pflichtig.

Ita Domini in causa VVilhelmi à Kurgiebens in Straßburg / Mensl. Sept. Anno 1617. (Verba sentent. Das im Fall davon in eurer Frage gedachte wird/ als wann einer ex titulo lucrativo ein Gut erlanget/ so ihm in einem Testamente vermach wird/ der neue Possessor, vermöge der Rechte/ Lehnwahr zu erlegen pflichtig/ und weil aus der überschickten Copien zu befinden/ daß euers gewesenen Unterthanen verlassenes Gut seinen Erben durch ein Testament zukommen/ so seynd sie die gebührliche und gebräuchliche Lehnwahr des Orts zu geben/ und zu entrichten schuldig/V.R.W.)

## DEFINIT. XX.

*Heres ab intestato succedens, sive sit collateralis sive parent, Laudemium Domino solvit.*

Quum

- Q**ulum heres legitimus ab intestato succedens, Emphyteus in nanciscatur ex titulo lucrativo; conseqens inde est, eum ad Laudemii solutionem teneri, secundum tradita Defin. præc. † Quod & in terris Electoratus Saxonici expressa sanctione confirmatum est, in Const. Von Lehnwahr / sapius allegata circa fin. in verb. So aber keine Kinder / sondern Freunde seitwärts verwandt / als collaterales und extranei vorhanden / auf welche das Gut versälet / dieweil das dominium in dieselbe ipso jure nicht continuaret / noch gebracht wird / so seynd sie auch die Lehnwahr zu geben pflichtig / c. † Etsi vero hæc verba de collateralibus solum loquantur, quin tamen ad heredes quoque ascendentis, patrem, matrem, avum, aviam, &c. trahi & applicari debeant, dubium non est ex identitate rationis appositæ, † cum nec in ascendentis dominium ipso juro transferatur, ut in aperto est, Matth. Coler. part. i. decif. 23. n. 24. & 25.

Ita Domini ad Consultationem Hansen Wölfflin zu Rostig / Mensl. Febr. Anno 1634. (Verba sentent. Hat einer Unterhauser Nicol Gauditz sein hinterlassenes Bauergut / dem Amesbrauch nach / zum halben Theil auf seine Tochter / und die andere Helfste auf die Witwe gebracht und versälet / Nach der Tochter ist aber das ganze Gut der Mutter allein zukommen / c. So ist auch die Mutter das ganze Gut von euch in Lehn zu nehmen / und die gebräuchlichen Lehnwahr davon zu entrichten schuldig / c.)

Et in causa Georgii Balchasi & Johannis Bernhardi à Fischers / Mensl. Decembr. Anno 1630. (Verba sentent. Seynd bisweilen / nach Absterben der Kinder / die Güter auf die andere Freunde und Collaterales gebracht und versälet worden / c. So seynd selbige Freunde wegen der ererbten Güter Lehnwahr zu geben pflichtig / V.R.W.)

#### DEFINIT. XXI.

*Non tamen Laudemium solvere tenentur liberi Emphyteuta patris succedentes.*

- A** Regula generali, quæ heredes ad Laudemii præstationem obligantur, Defin. 19. & 20. excipendi sunt liberi Emphyteutæ, qui parentibus succedentes Laudemium haud solvere tenentur, † ex eâ potissimum ratione, quod in priori parentum scilicet investitura sint comprehensi, Hartm. Pistor. part. i. quæst. 50. num. 50. Iaf. in l. ult. C. de jur. Emphyt. num. 41. Salycet. ibid. num. 13. Matth. Coler. part. i. decif. 33. num. 23. Amed. à Pont. q. 10. Georg. Frantz. de laudem. cap. 8. num. 28. † Quod & in Saxonie Electoratu disertis verbis dispositum est per Const. haud publicè edam, Von Lehnwahr / §. desgleichen / ibi: Wann der Besitzer / Zins- oder Erbmann stirbet / und lässt Kinder / so seynd dieselbe Lehnwahr zu geben nicht schuldig / well sie in der vorigen investitur begriffen. † At, inquit quis, ratio hæc si vera est, ne quidem collaterales & extranei heredes onere laudemii erunt. 5 gravandi: Etenim † cum Emphyteus natura suâ perpetua sit, & in quoscunque etiam extraneos heredes transitoria, §. adeo 3. Inst. de locat. conduct. l. 1. ff. si ager vellig. l. 3. Codic. de fund. patrim. Novell. 7. cap. 1. negari vix poterit, † hosce defunctum æquè representare, inque omnia ipsius jura succedere, ut novâ investiturâ prorsus opus nō sit, prout evincere conatur multis Georg. Frantz. de laud. cap. 8. n. 10. & mult. 7. iis seqq. † à quæ sententiâ etiam omnino alienus non est Coler. dict. decif. 33. n. 27. & seqq. Verum, ut 8 ut hoc ipsis concedamus, † longè fortiori tamen vinculo, & modo pinguiori liberos in parentum investiturâ comprehendendi vel exinde quivis fateri necesse habebit, quia liberi intelliguntur esse Domini vel quasi bonorum paternorum, † etiam in vita patris, l. in suis 11. ff. de liber. & postib. † Quod & respexit 10 Saxo Illustrissimus in dict. Const. von Lehnwahr / circa fin. ibi: Dieweil das Dominium in selbige ipso jure nicht continuaret noch gebracht wird / scilicet, ut con-

tinuetur in liberis, secundum modò dicta Coler. dict. decif. 33. n. 35.

Ita Domini in causa liberorum Hansen Eichards zu Neuses / Mensl. Sept. Anno 1630. (Verba sentent. So möget ihr auch / weil ihr in eures verstorbenen Vaters investitur mit begriffen / von dem Väterlichen anerbeten Gute Lehnwahr zu geben nicht angehalten werden / V.R.W.)

It. in causa Clausen Replers & Consortium zu Webersfadt / Mensl. Jul. Anno 1615.

In causa Hermanni à Landwæst / Mensl. Aug. Anno 1638.

Et in causa Michael Seyfferts zu Weissenfels / Mensl. Mayo, Anno 1636.

#### DEFINIT. XXII.

*Valet consuetudo, ut liberis succedentes parentibus Laudemium solvant.*

**Q** Uiamvis liberi parentibus succedentes à præstatione Laudemiorum de jure sunt excepti, Defin. præced. Attamen multis in locis vel speciali statuto, vel etiam consuetudine aliud introductum reperitur, † ut scilicet & liberi Laudemia solvere teneantur. † Quæ consuetudo valida habetur secundum tradita Matth. Wesenb. conf. 16. n. 2. Knich. de pæct. vestit. p. 2. c. 4. n. 203. Georg. Frantz. de Laudem. cap. 8. n. 114. & cap. 4. n. 28. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pist. p. 1. quæst. 37. n. 11. † Idque tanto minus dubium habet, quanto certius est, in materia Laudemii consuetudinem cuiusque loci præcisè attendi, ut innuit Constit. Elect. Von Lehnwahr in verb. final. Jedoch daß in solchen Fällen allen die Gewohnheit / wie ot st. / sonderlich in Achtung gehabt / und nach derselben gesprochen werde / Hartm. Pist. part. i. quæst. 50. num. 62.

Ita Domini in eadem causa liberorum Hansen Eichards zu Neuses. (Verba sentent. Es könnte dann gedachter Lehnherre wie Recht darthun und erweisen / daß durch eine beständige Gewohnheit herbracht / und über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlichen also gehalten worden wäre / daß nemlich nach des Zins- oder Erbmanns Absterben dessen Kinder gleichfalls Lehnwahr entrichten müsten / dessen genöss er auf solchen Fall billich / V.R.W.)

#### DEFINIT. XXIII.

*Ex divisione Laudemium persolvendum non est.*

**S**I heredes aut liberi in communione manere non possint, sed ad divisionem provocent, laudemium ex hæc divisione (quod vulgo appellatur sonderbare Lehnwahr / ad differentiam der gesamten Lehnwahr sive laudemii istius, quod ex consuetudine quorundam locorum à liberis conjunctim post mortem patris solvit, Defin. præced.) peti nequit, Molin. in Consuet. Parif. §. 22. Gloss. 1. num. 69. & seqq. Hartm. Pist. part. i. quæst. 50. n. 55. Amed. à Pont. q. 25. Matth. Col. part. i. decif. 33. num. 33. Andr. Rauchb. part. i. q. 15. num. 27. Guid. Pap. decif. 46. in fin. Modest. Pist. part. i. q. 37. ubi Jacob. Schult. in addit. lit. A. † Quod & in terris Elector. Saxonici expressè sanctum est Const. sapius allegata, von Lehnwahr / ibi: Außerhalb dieser Fälle seynd die neuen Besitzer regulariter Lehnsgeld zu geben nicht schuldig / jedoch müssen sie den Lehnherren recognosciren / und dem Schreiber sein gewöhnlich Einschreibgeld erlegen / als nemlich / wo ein Gut getheilet wird / und ein jeder sein zugefallen Theil besitzet. † Quia divisione hæc est alienatio necessaria, in qua Laudemium cessat, Hartm. Pist. part. i. quæst. 50. n. 55. † Nec revera personæ possessorum in hac mutantur, sed potius declarantur, quum stante communione, in re communi coheredes in qualibet minima parte dominium habeant, l. illud dubitatione 46. ff. de rit. nupt. l. si testamento 2. ff. de condit. Inst. l. 25. §. 1. ff. de V. S. † adeoque per divisionem novum dominium dividentibus non acquiritur, sed id, quod antea coherendum pro indiviso erat, pro virilibus portionibus, inter eos distribuitur, Amed. à Pont. dict. q. 25. † Quod

**Quod & facit, quod divisio alienatio revera non sit,**  
pro quā sola Laudemia deberi certum est ex l. ult. C.  
de jur. Emphyt. sed tantum partium quādam distri-  
butio; † quae compensatione partium quasi facta, si-  
milis est permutationi, l. si filia 20. §. si pater 3. ff.  
fam. erit. in quā exactiō Laudemii cessare, dixi  
supr. Defin. 15.

Ita Domini in causa Clousens Replers & Consortium zu  
Weberstadt/Mensl. Jul. Anno 1515. (Verba sent. Dass ihr von  
denen Gütern / so ihr von euren Eltern ererbet / und so euch  
neulicher Zeit nach der Mutter tödtlichem Abgang in der ge-  
haltenen divisione und Erbtheilung zukommen/dem Lehnhe: in  
des Orts/vermöge der Rechte/weil ihr in der ersten investitur  
mit begriffen/Lehn-Geld zu geben nicht schuldig / Ihr seid  
aber gleichwohl den Lehnherren zu recognoscieren/ und dem  
Schreiber sein gewöhnlich Einschreib. Geld zu e: legem pflich-  
tig/B. R. W.)

Et in causa Michaelis Seiffertis zu Weissenfels/Mensl. Ma-  
jo, Anno 1636.

#### DEFINIT. XXIV.

Mortuo uno coherede ante divisionem, ex acquisitione  
portionis defuncti, reliqui coheredes ad pra-  
stationem Laudemii bausunt  
obstricti.

1. **C**estat propterā laudemium in divisione, quod  
coheredes stante communione, in qualibet he-  
reditatis parte Domini habeantur; ac in priori in-  
vestitura adhuc comprehensi videntur; Defin. preced.  
2. † Ex quo facilis est responsio ad quæstionem hanc:  
*An uno ex coheredibus communione durante mortuo, reliqui proportione illa hereditatis, quam à defuncto  
nanciscuntur, Laudemium præstare teneantur?* Et-  
enim, quia dominium hoc casu inter eos separatum  
& divisum non est, nec etiam investitura prima ante  
divisionem rupta & extincta, l. si testamento 2. ff. de-  
condit. inst. l. 46. ff. de rit. nupt. † utique nec per ac-  
quisitionem portionis defuncti coheridis; personæ  
immutantur; adeoque & solutio Laudemii merito  
cessabit, l. ult. C. de jur. Emphyt.

Ita Domini in causa Georgii Balthasari & Johannis Bern-  
hardi à Függers/Mensl. Dec. Anno 1636. (Verba sent. Und  
es duat sich begeben/dass unter denen Kindern und sämtlichen  
Miterben eines und das ander verstorben / ic. Da nun sol-  
ches/ehe und zuvor sie sich in der Eltern Güter getheilet / ge-  
schehen wäre / so möchten die überlebende Kinder wegen der  
Verstorbenen Anteile/weil sie nochmals in gesamter Be-  
lehnung der Väterlichen Güter gewesen/ Lehnwahr zu geben  
nicht angehalten werden/B. R. W.)

In causa Christopheri Brütenbachs zu Witzleben / Mensl.  
Mart. Anno 1561:

Et in causa Georgii Eibeners zu Gaschwitz/Mensl. Mart. An-  
no 1635. (Verba sent. Und ehe und zuvor ihr euch mit einem  
der getheilet/seind eure Miterben Todes verstorben / also dass  
euch bemeldete Recht allein anheim gefallen/ic. So möget ihr/  
gestalteten Sachen nach/weil ihr in voriger Belehnung alle we-  
ge verblieben/einige fernere Lehnwahr abzustatten nicht ange-  
halten werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXV.

Debetur ex divisione Laudemium, quando uni ex be-  
redibus fundus, alteri vero ejusdem estimatio  
adjudicatur:

1. **Q**uid autem, si divisio inter liberos coheredes ita  
fiat, ut fundus totus rotaque hereditas paterna  
in eo consistens, uni soli adjudicetur; qui postea re-  
liquos in pecunia, aliisque rebus compensare nece-  
ssabat? † Sanè nec tūm Laudemium debet; arbitra-  
ti quis posset ex traditis supr. Defin. 23. & 24. quia  
scil. stante communione, coheredes ante divisionem  
in prima investitura videntur adhuc comprehensi;  
† illorumque dominium solidum est in qualibet he-  
reditatis parte pro indiviso, l. illud: 46. ff. de rit. nupt.  
l. si testam. 2. ff. de cond. inst. l. rettē 25: §. 1. ff. de V:  
S: Unde fit; † quod hujusmodi adjudicatio; in  
Capz. Definit. Vol. L

ipia divisione facta vera alienatio non sit, quippe  
quæ est acquisitio illius; quod antea ullo modo no-  
strum non fuit: † Nec ratione Dominiis, cui fit ad-  
judicatio; extraneus haberi potest, quia in solidum  
hoc casu defunctum representare dominoque ad Ca-  
nonis penitentiam obligatus censetur, arg. l. i. §.  
1. in fin. C. de imponend. lucrat. descript. rib. 10. Saly-

cet. in l. e: tege 3. C. de condit. ob caus. num. 17.  
† Eamque sententiam acriter propugnat Georg.  
Frantz. in tract. de laudem. c. 8. n. 59. & seqq. Quam  
quidem concesserim; † si de mente contrahentium,  
quod à divisione heutiquam recedere voluerint, ex-  
pressè appareat, ut recte limitat Hartm. Pistor. p. r. q.  
50. num. 57. † Alioquin in contrarium est Dd. com-  
munis opinio, quod scilicet hoc casu is, cui facta est  
adjudicatio; Laudemium omnino persolvere tenea-  
tur, Iaf. in l. qui Rome 122. §. duo fratres 6. ff. de V. O.  
vol. pen. in fin. Reinh. Bachov. exerc. 98. aduersus Ant.  
Fab. c. 9. num. 2. Mod. Pift. part. 1. q. 37. in fin. Amed.  
à Pont. q. 25. n. 6. Cephal. conf. 195. per rot. Hartm.  
Pistor. d. q. 50. num. 56. Matth. Coler. part. 1. decis.  
33. num. 35. † Quæ opinio videtur confirmari ab

Illustrissimo Saxon. Elect. in Const. publicè non edita,  
von der Lehnwahr. S: außerhalb dieser Fälle/quæ in di-  
visione eatenū Laudemii exactiō prohibet,  
† quatenus singuli coheredes portionem; ex bohis  
patentis sibi assignatam, post factam divisionem pos-  
sident: Ex quo sequitur, † Laudemium peti posse; i: si  
si non singuli, sed unus saltem bona paterna possi-  
deat; estimatione reliquis adjudicata. † De quo  
certè minus dubitandum, si intentio & metis cohere-  
dum inspiciatur, quæ omnino attendi debet, l. si quis  
4. l. non omnis 19. ff. si cert. petat. † Non enim pu-  
tandum est, heredes hoc modo divideret potius, quam  
vendere bona paterna voluisse, postquam hoc casu è  
naturā divisionis multum receditur, aliudque nego-  
tium contrahitur; arg. l. i. C. comm. utriusque jud.  
Hartm. Pift. dict. q. 50. num. 56. † Quin potius tac-  
tè videtur hoc casu facta divisio, quam deinde se-  
quitur venditio vel alienatio in coheredem, qui ceteri  
novus possessio ad executionem Laudemii omnino  
est obstrictus, l. ult. C. de jur. Emphyt.

Ita Domini in causa Curt Ernst von Berlepsch zu Lehrleben/  
Mensl. Febr. Anno 1621. (Verba sentent. Und es haben sich die  
Kinder in die Väterlichen Güter der Gestalt vertheilet/ dass das  
Gut der einen Erbin und Tochter allein verblieben/wozegen sie  
die Miterbin mit andern Gütern absindet soll/ ic. So ist be-  
meldete Erbin sich der Lehnwahr halben mit euch gebährlichen  
abzufinden schuldig/ und ihr möget euch mit dem blossen  
Schreibe-Schilling allein abweisen zu lassen nicht gedrungen  
werden/B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVI.

Solvere tenetur Laudemium heres, qui post divisionem  
factam; alterius coheridis portionem  
emit;

**M**ultò magis autem obstrictus erit heres ad præ-  
stationem Laudemii; si post factam divisionem,  
aliorum coheredum portiones emerit, aliove modo  
acquisiverit: † de quo forsitan non facile quispian-  
dubitaverit; quum divisione facta coheres habeatur  
pro extraneo, & cuncta investitura per divisionem ac-  
quisitio pro parte altera nova censeatur, Georg.  
Frantz. de laudem. cap. 8. n. 56. † Quod certè haud  
parum confirmatur iure Saxonico feudali, quo facta  
divisione inter fratres, ita videtur rupta simultanea  
investitura per divisionem; † ut mortuo uno, alter;  
nisi denuo se reinvestiri in portione fratris petierit;  
jus nullum succedenti habeat, t. 32. Lehnrecht/ vers.  
Wann sie sich aber also theilen/ Constit. Elec. 45. §.  
Gleicher Gestalt/ part. 2. Hartm. Pistor: part. 2. qu. 19:  
Rit. f. n. 89:

num. 89. & qu. 20. num. 33. Andr. Rauchb. part. 2. qu.  
21. num. 19. & sequentib. Schurff. cent. 1. consil. 66.  
num. 12.

Ita Domini in causa Hansen Wolffens von Gleichen/Mens. April. Anno 1630. ( Verba sentent. Haben zweien Brüder in ihres Vaters Güter sich vertheilet / worauf der Jüngste dem Ältesten die liegende Gründe um 200. fl. wiederum abgelaufft / ic. So seyd ihr von Käuffern solcher Güter wegen Lehnwahr zu sodern wohl befugt/B. R. W.)

## DEFINIT. XXVII.

*Handsolvendum est Laudemium, si pater in ultimā dispositione uni ex liberis pro certo pretio fundum assignaverit.*

**L**audemium deberi, si pater vendat Emphyteusin liberis suis, alioquin sibi ab intestato successuris, afferit Andr. Tiraquell. de retract. §. 32. Gloss. un. n. 46. quod & placet Surdo dec. 343. n. 7. + Rectissimē sanē, quia hoc casu pater in filios tanquam extraneos, solius pretii & recompensationis intuitu rem transfert. Ergo vel ex mente contrahentium, præter venditionem nihil aliud actum appetat, + ut mirum haud videri queat, in hoc casu venditionis laudemium exigi, l. ult. C. de jur. Emphyt. + Aliud verò dicendum, si pater liberis Emphyteusin donet: Quæ donatio si aliud ex contractis haud constet, non tam acquisitio ex parte donatarii, f. quam debita successionis præoccupata quædam perceptio est, arg. l. in suis 11. ff. de liber. & postib. l. 1. S. Largius. 12. ff. de success. edit. junct. l. scripto 7. S. 1. ff. Unde liber. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 71. num. 1. + Adeoque liberi in donatione hâc pro extraneis reputari non possunt, cum & alias, si pater filio stipuletur, idque ob merita ipsius se facere dicat, filiationem magis, quam merita respexisse dicatur, & ita filio tanquam filio, non tanquam extraneo seu bene merito stipulatum fuisse Dd. velint, secundum tradita Tiraquell. ad l. si unquam 8. verb. donatione largitus n. 73. C. de rev. donat. Jason. in l. quod dicitur 86. ff. de V. O. + Non magis etiam Laudemium debetur, si in ultimā quadam dispositione parens uni ex liberis pro certo pretio fundum assignaverit. Nempe + quod & tūm pater liberis ut liberis prospexisse, & non tam vendidisse, quam ex partibus inæqualibus divisionem quasi fecisse videatur, maximē si intuitu successionis hoc ipsum egisse vel ex verbis, vel aliis etiam circumstantiis appareat, + quod quidem in dubio semper fieri, afferit Molin. in Consuet. Parisi. §. 27. num. 1.

Ita Domini in causa M. Andreæ Cottens, Pastoris zu Laufzig/Mens. Dec. Anno 1633. ( Verba sentent. Hat Christoph Umlaufftum beysein dreher Zeugen seines Gutes weg. n. unter seinen Kindern Verordnung gehabt / und dasselbe seinen beyden Töchtern um 1000. fl. zuschreiben lassen / auch darneben ihnen etwas vor den andern Erben zu voraus vermacht / ic. So seyn bemeldte Töchter von dem Väterlichen Gute/gestalten Sachen nach/einiges Lehnsgeld zu geben nicht verpflichtet/B. R. W.)

## DEFINIT. XXIX.

*Non persolvendum est Laudemium, quando sit mutatio in persona Domini.*

**C**ommunis & vera est Dd. sententia, quod Dominus vel ejus heredi Laudemium non solvatur, si ipse mutatus sit vel per successionem, si fuerit mortuus, vel per contractum, si jus directi dominii à se alienaverit, Georg. Frantz. de laudem. cap. 7. n. 160. Matth. Coler. part. 1. decis. 33. n. 36. Hart. Pistor. part. 1. q. 50. num. 60. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pist. part. 1. quast. 37. n. 8. + Quæ opinio in terris Electoratus Saxonici expressa sanctione Electorali fuit confirmata in sepius allegata Constit. Von der Lehnwahr. vers. Wann der Lehnsherr stirbt/oder das Gut veräus-

dert / oder seine Kinder sich theilen / so soll keine Lehnwahr gefordert/oder gegeben werden / ic. + Solvitur 3 namque Laudemium pro investiturā & inductione in possessionem emphyteuseos realem, Guid. Pap. dec. 101. num. 3. Jason. in l. ult. num. 68. C. de jur. Emphyt. Afflict. in cap. 1. §. illud quoque num. 6. de probib. Feud. alien. per. Frider. + in recompensam nempe laboris, quem Dominus patitur novum Emphyteutam in actualem possessionem inducendo, Surd. dec. 31. num. 8. latissimē Ant. Fab. decad. 95. Error. pragm. 3. p. 698. & Error. 5. pag. 707. Error. 6. pag. 714. & seqq. + Atqui non invertit possessionem. 5 Emphyteutæ Domini mutatio: Meritò ergo solutio Laudemii hoc casu cessabit, & tenebitur novus Dominus, si velit retinere dominium & recognitionem rei Emphyteuticæ, ipsi renovare investituram absque Laudemii præstatione, Coler. dict. decis. 33. num. 37. + Sicuti & præstatio Laudemii cessat, quando ipsem Dominus directus ab Emphyteuta fundum Emphyteuticum emerit, Jas. in dict. l. ult. num. 43. C. de Jur. Emphyt. Amed. à Pont. q. 22. in pr. Vincent. de Franch. decis. 201. n. 2. + Quia Laudemium ab emptore solvitur, qui hic est ipse Dominus, & proinde sibi ipsi debitor esse nulla ratione potest, l. 71. ff. de fidejuss. + Quo & facit dict. Conſt. Saxon. Von der Lehnwahr / circa fin. vers. Wann von dem Lehnsherrn das Erbgings-Gut oder Lehn gekauft wird/so gebühret ihm auch keine Lehnwahr/ic. + Planè aliud dicendum erit, si alii adhuc condomini existant, secundum Amed. à Pont. q. 23. num. 10. & seqq. Georg. Frantz. dict. c. 7. num. 142.

Ita Domini in causa Civium quorundam zu Markt-Mannstadt/Mens. Febr. Anno 1632. ( Verba sent. Ob gleich Lucas von Zwemern/von welchem ihr etliche Feldern zur Lehn habet/ Todes verfahren/und seine Güter auf seine Söhne brachte und versetzte/ic. So möget ihr doch denenselben etnige Lehnwahr zu entrichten beständiger Weise nicht angehaleen werden/B. R. W.)

Et in causa VVigands von Taubenheim/Mens. Sept. Anno 1612. ( Verba sent. Aber Lehnwahr ist der Zinsmann in dem von euch angegogenen Fall/wann nemlich der Besitzer des Guts als Lehn- und Zins-Herr verändert wird/ davon zu geben nicht verpflichtet/B. R. W.)

In causa Achatri à Lindenau/Mens. Jun. Anno 1585.

Et in causa Gotthard Plägers Lehnsherr zu Stürmthal/Mens. April. Anno 1635.

## DEFINIT. XXIX.

*In materia Laudemiorum consuetudo cujusque loci potissimum attendi debet.*

**V**era sunt ea omnia, quæ hactenus de præstatio-  
ne Laudemiorum dicta fuere, de jure communi-  
ni ex l. ult. Cod. de jur. Emphyt. + quæ hâc in materia  
Cynosura habetur secundum Dd. catenus nempe,  
quatenus consuetudine cujusque loci aliud introdu-  
ctum non est: Alioquin, + si aut communiter aut  
separatim Laudemium etiam per heredes, item in  
permutationibus aut emptionibus ( quibus median-  
tibus mutatur persona Domini ) tempore tanto ex-  
actum fuerit, quo præscriptio inducatur, tunc subdi-  
ti, qui patientiâ iuâ talibus petitionibus acqueve-  
runt, deinceps illud præstare tenentur, Matth. Col.  
part. 1. decis. 33. n. 38. Jac. Schult. in addit. ad Modest.  
Pist. part. 1. quast. 37. n. 10. Nam ut in plerisque aliis,  
ita & in Laudemii persolvendis consuetudo potissi-  
mum attendi debet, Hartm. Pist. lib. 1. qu. 50. n. 62.  
Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 42. defin. 29. n. 3. + Quod  
& satis expressum in Constit. Elect. Saxon. Von der  
Lehnwahr in pr. vers. und da vermöge der Gewohnheit  
nicht könnte ausgeführt werden / in was Fällen die  
Lehnwahr zu geben oder zu sodern / und also derowegen  
Zweifel vor siele / So soll also dann Innhalts gemei-  
hter

ner Rechte hierinnen/auff solche Meinung gesprochen werden/ic. Et in verb. final. Jedoch / daß in solchen Fällen allen die Gewohnheit/wie obsteht/ sonderlich in Achtung gehabt/ und nach derselben gesprochen werde/ 6  
x. † Standum itaque est in hac materia jure com-  
7 muni, donet consuetudo peculiaris probetur. † Nam quia consuetudo facti est, cap. 1. de Constat. in oto pro-  
bationem exigit, Cyn. in l. 2. n. 19. & ibi Bartol. n. 29.  
*Cod. que si long. consuet. Schult. dict. loc. n. 11. Andr.*  
*Gail. lib. 2. obs. 31. n. 14.*

Ita Domini in eadem causa Civium in March-Ranstadt/M.  
Bebr. Anno 1632. (Verba sent. Es wäre dann durch eine zu  
Recht beständige Gewohnheit des Orts ein anders hergebracht/  
und über Rechtsverwährte Zeit iedemal/ wenn der Lehnsherr  
verstorbene/unverbrüchlich gehalten worden/dass die Lehn-Leute  
auch in solchem Fall Lehnwahr entrichten müssten/So waret  
Ihr dieselbe auch igo abzustatten schuldig/V. R. W.)

Et in causa Johanna Bechers & Consortium zu Leipzig/Mens.  
Mart. Anno 1628. (Verba sent. So ist der Lehnsherr Lehnwahr  
zu fordern nicht berechtigt/er könnte dann wie zu Recht durch  
und erweisen/ daß durch eine beständige Gewohnheit ein an-  
ders bei ihm eingeführet/und über Rechtsverwährte Zeit un-  
verbrüchlichen also gehalten worden wäre/dass man nunlichen  
von Tausch-Contracten Lehnwahr entrichten müssten/ dessen ge-  
nössen er auf den Fall billlich/V. R. W.)

## DEFINIT. XXX.

*Probatā licet consuetudine, quod liberi heredes con-  
junctim omnes pro successione solvant Laudem-  
ium, ex divisione tamen postea à singu-  
lis id denuo peterē non  
licer.*

1 **S**tante ac probata consuetudine, quod liberi heredes  
des omnes conjunctim pro successione Domino  
Laudemium solvere tenentur, (die gesammte Lehn-  
wahr) quam consuetudinem valere, dixi supr. Defin. 22.  
2 quæritur, † si illi postea bona paterna vel emphyteuti-  
sin inter se dividant, an singuli denuo pro suis por-  
tionibus ad præstationem Laudemii (der sonderbahren  
Lehnwahr) sint obligati, & ita duplex solvi debeat  
3 Laudemium? † Certè si consuetudine id ipsum spe-  
cialiter fuerit introductum, dubium non est, quin  
& tunc ex divisione exigi queat Laudemium (die son-  
derbahren Lehnwahr) secundum dicta Defin. preced.  
4 † Verum id potissimum hic controvertitur, an proba-  
ta consuetudo Laudemii pro investitura conjuncta, der  
gesammten Lehnwahr obligat heredes ad præstationem  
Laudemii ex divisione, der sonderbahren Lehnwahr?  
Quod rectissime negant Dd. communiter, Matth.  
Coler. part. 1. dict. 33. n. 41. Modest. Pistor. part. 1.  
qu. 37. & ibi Jac. Schult. in addit. Georg. Frantz. de  
Laudem. cap. 8. n. 118. Matth. Wesenb. consil. 186. n. 47.  
5 junct. n. 18. † Præterquam enim quod Laudemiorum  
præstatio habeatur odiosa, consuetudo est stricti ju-  
ris, † quæ in individuo non probata ad casus alios &  
similes neutiquam extendi debet, arg. 1. quod non ra-  
tione 20. ff. de legib. Anton. Fab. in Codic. lib. 1. tit. 2.  
7 defin. 45. num. 19. † Rehanet ergo hic passus quo ad  
præstationem Laudemii separati, der sonderbahren  
Lehnwahr/in terminis juris communis, quo nullum  
hoc casu præstandum est Laudemium, supr. Defin.  
23.

Ita Domini in causa Nicolai Moschers zu Neimark/Mens.  
Jul. Anno 1627. (Verba sent. Wann gleich des Orts durch  
beständige Gewohnheit eingeführet worden/ daß nach Abster-  
ben des Erbärmanns dessen Kinder die gesammte Lehnwahr  
geben müssen/ic. So seyn sie doch dahero/ wann sie sich heri-  
nach unter einander in die Väterlichen Güter theilen/ auch die  
sonderbahren Lehnwahr (wofern solche nicht in specie durch eine  
beständige Gewohnheit eingeführet worden) zu entrichten  
nicht verbunden/V. R. W.)

*Carpz. Definit. Vol. I.*

## DEFINIT. XXXI.

*Non prestatur Laudemium ab Usufructuario ratione  
Ususfructus aut dotaliti.*

**L**Audemia quidem, si qua durante Usufructu ob-  
veniant, ad fructuarium pertinent, sunt enim  
in fructu dominii directi, Jul. Clar. lib. 4. sentent. 5.  
*Emphyteus qu. 23. num. 5. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit.*  
*42. defin. 46. num. 1. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 50. n.*  
*5. ubi plures allegat. Moller. 4. semestr. 5. num. 5.*  
† At si præstanta sunt, hoc onere neutiquam Usu-  
fructarius, aut vidua, quæ dotalitium habet, gra-  
vari debet: Ratio hujus rei sat manifesta est, † quia  
3 Laudemium debetur pro Investiturâ seu inductione  
in possessionem & utile dominium, l. ult. C. de jur.  
*Emphyt.* † Ergo præstandum à Domino utili, non  
ab usufructuari, qui nec dominus est, nec de utili  
dominio investitur, l. pen. ff. de acq. pos. l. uti frui. 5.  
ff. si usuf. petat. Anton. Faber. dict. defin. 46.  
num. 5.

Ita Domini in causa Barbarae à Gräffendorffin/Mens. Junio,  
Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl der von Reichard ver-  
storben/ und seine Wittib des Ususfructus und Leibgedinges  
sich angemessen/ic. So ist sie doch dahero das Lehgeld abzu-  
stellen nicht verpflichtet/V. R. W.)

Et in causa Philippi Bolehens zu Naumburg/Mens. Dec.  
Anno 1628.

## DEFINIT. XXXII.

*Ex bonis feudalibus bauit persolvendum est Laude-  
mum, nisi peculiari quadam loci consuetu-  
dine aliud sit introdu-  
ctum.*

**N**on solum in Emphyteuticis, sed etiam censi-  
tis seu censualibus bonis, vulgo Bauer- oder  
Erb-Gütern/ jus Laudemiorum itidem longeva  
consuetudine constitutum est, propter summam  
affinitatem; † quam cum bonis Emphyteuticis ha-  
bent, propter quam vix appareat potest, uter con-  
tractus celebratus intelligatur, nisi in instrumento  
id expressum fuerit, supr. Defin. 1. Georg. Frantz. de  
Laudem. cap. 4. num. 45. † At quid de bonis feuda-  
libus habendam? Sanè plurimorum locorum con-  
suetudine invaluit, ut & in feudis Domino debeat  
Laudemium, propter affinitatem hanc, quam  
cum Emphyteusi feudum habet, Molin. ad consuet.  
Paris. tit. 1. S. 33. num. 1. Joh. Schneidew. de feud.  
part. 5. num. 61. † Quam consuetudinem valere,  
modo sub quantitate moderata sit inducta, nec ad  
casus non expressos extendatur, tradunt Feudistæ  
communiter, quos refert & sequitur Rosenth. in  
synops. feud. cap. 6. concl. 66. numer. 5. Modest. Pistor.  
p. 1. quest. 37. numer. 10. & seq. Frantz. dict. cap.  
4. numer. 17. † Quapropter, petens Laudemium  
ex alienatione rei feudalis, illius exigendi jus lon-  
gæ consuetudine obtentum probare debet. † Alio-  
quin enim de jure communi feudali, nullum pro-  
fus laudemium debetur, sed investitura gratis faci-  
enda est, Frantz. dict. cap. 4. num. 5. Hartm. Pistor.  
part. 1. quest. 50. num. 61. † Veluti etiam jus com-  
mune hoc casu in Saxonia observatur, nec de mo-  
ribus harum terrarum ex feudo deberi Laudemiu-  
mum testatur Joh. Schneidew. dict. loc. ubi inquit:  
In his terris non est talis consuetudo, Allein daß man  
aus der Eanzelen die Lehn-Güter lösen muß/ und  
nicht dem Herrn/ sondern der Eanzelen etliche Gü-  
den giebt/ welche man auch pflegt Lehnwahr zu nen-  
nen/ † sed abusivè ac minus propriè, quia verum  
Krt 1 z Lau-

- 9 Laudemium ipsi Domino directo solvitur, Wehner.  
in observ. pract. verb. Hand-Lohn/ col. 2. † Quod & facit  
Const. Elect. Saxon. von der Lehnwahr/circus fin. vers.  
Wann das Erbzins-Gut ein Mann-Lehn ist / so giebt  
man davon/wann es ererbet wird/ kein Lehnsgeld.

Ita Domini ad requisitionem Quæstoris Delitianus, Mens  
Febr. Anno 1612. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch zweif-  
selhaftig/ob überührtes Lehn-Gut für ein recht frey Mann-Lehn.  
Gut zu achten / weil man davon vermöge des Recognition-  
Bedels Lehnswahr entrichtet / so man sonst von rechten Lehn-  
Gütern nicht zu geben pfleget/ic.)

Et in causa David Michers zu Leipzig / Mens. Mart. Anno  
1628. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch in Lehn-Briefen  
ausdrücklichen zu besitzen/ daß die Lehnswahr von dem Lehn-  
mann entrichtet werden soll/ic. So wird bemeldtes Stück  
Gut vor kein recht Lehn/ sondern vor Zins-Gut/ billich gehal-  
ten/V. R. W.)

Et in causa des Raths zu Grossen / Mens. Februar. Anno  
1635.

#### DEFINIT. XXXIII.

*Venditor tenetur restituere emptori Laudemium ex-  
solutum, si hoc ipsi ante venditionem contra-  
stam non manifestave-  
rit.*

- 1 Ndubitati juris est, Laudemiorum solutionem ad  
emptorem spectare, Hartm. Pistor. part. i. quest.  
50. n. 4. Matth. Coler. part. i. decif. 33. num. 4. Amed.  
à Pont. q. 9. Jul. Clar. §. Emphyteusis quest. 23. n. 4.  
2 Dan. Moll. lib. 4. semestr. 4. † Quia non venditor,  
sed emtor, recognoscendum est in Emphyteutam: Ex-  
3 gò & ab eo Laudemium exigendum, † quod solum  
pro investiturâ factâ & recognitione debetur, l. ult.  
C. de jur. Emphyt. Quod tamen non aliter accipi ve-  
4 lim, † quâm si emptor sciens rem venditam, oneri  
Laudemiali subjectam, emerit; Alioquin sanè ini-  
quisimum esset, emptorem ignoranter Laudemii  
5 onere gravari. † Existimaverim ergò, competere  
ipsi regressum adversus venditorem ad recuperatio-  
nem Laudemii exsoluti, si hic tacuerit, nec de one-  
re Laudemii emptorem fecerit certiorem, per text.  
in l. quero 58. de adil. edit. Alexand. consil. 14. num. 8.  
vol. 5. Georg. Frantz. de Laudem. cap. 16. n. 150.

Ita Domini in causa Esaiz Wagners zu Auerbach / Mens.  
Mart. Anno 1612. ( Verba sent. So viel aber die ausgezahlte  
Lehnswahr anbelanget/weil Verkäufer bei dem Kauf nicht ver-  
meldet/dass dem Lehn-Herrn der zehende Pfennig von bewe-  
detem Hause zur Lehnswahr gebühret/ so ist er euch als Käufern  
derowegen Erstattung zu thun schuldig/V. R. W.)

#### DEFINIT. XXXIV.

*Bona in dubio potius allodialia sive emphyteutica  
quâm feudalia presumuntur, etiam si Cappon-  
nes canonis nomine solvan-  
tur.*

- 1 Communis Interpp. Regula est, bona in dubio  
præsumi potius allodialia, h.e. Censitica vel  
Emphyteutica, quâm feudalia, ut est text. in c. 2.  
ubi Dd. si de feud. defunct. controv. fuer. int. dom. &  
agnat. Bald. in l. libertas 4. in pr. si. de Stat. Homin. Ja-  
son. in l. si prius 15. col. 42. ff. de oper. nov. nunciat.  
Hartm. Pistor. obs. 175. num. 1. Decius conf. 498. &  
2 conf. 588. † Nec sine ratione, quia feudum compa-  
ratur servituti, secundum Gloss. in l. sic uetus 13. pr.  
vers. si illius fructus ff. de nsufr. Bald. in cap. 1. de con-  
trovers. investit. † At quilibet res libera præsumi-

tur, nisi servitus probetur, l. altius 8. C. de servii.  
† modò non adint aliæ præsumptiones, quæ potius 4  
ivident, rem esse feudalem, ut bene prædictam re-  
gulam limitat Hartm. Pistor. dict. obser. 175. num. 4.  
† Tollit enim una præsumptio aliam & fortior le-  
viorem, l. Divus 7. ubi Bald. ff. de in integr. restit.  
cap. illud. 11. extr. de præsumpt. Jason. lib. 2. consil. 235.  
in fin. † Hinc qui te fundat contra possessorum 6  
in qualitate allodiali, eam probare tenetur, quia  
possessio facit præsumptionem pro possidente, Col-  
ler. de process. exec. p. 2. cap. 1. n. 73. Menoch. lib. 3.  
præf. 91. num. 42. † Non tamen sufficiens præ-  
sumptio pro feudo habetur, quod Cappones annua-  
tim de bonis solvantur: Quin potius inde bona  
præsumi Emphyteutica dixerim, † cum hodiè sepi-  
simè Canonis nomine Cappones de bonis Emphy-  
teuticis solvi videamus, daß Rapphane geziest wer-  
den/Rosa ad Moll. bic n. 7.

Ita Domini in causa Josephi à Landwüst zu Gössewitz / Mens.  
Nov. Anno 1590. ( Verba sent. So hat er seine Güter/ unge-  
acht daß er von etlichen zwar zweien Rapphane jährlichen ge-  
ziest/aufgedachte seine Töchter als Erbe/ davor sie aus Ver-  
mutung der Rechte geachtet werden/ gebracht und verfället/  
und ihr habt euch derselben deswegen/dass sie kein Geld/ son-  
dern allein Rapphane ziessen/ als Lehen nicht anzumassen/V.  
R. W.)

*DEFINIT. XXXV.*  
*Non transfertur rei dominium in foro Saxonico,  
nisi præcedente alienatoris abdicatione tra-  
ditio judicialiter facta  
fuerit.*

1 Xpeditum est in foro Saxonico, quod non vale.  
Erat alienatio rerum immobilia extrajudicialis,  
ut multis in locis tradit Matth. Coler. part. i. de pro-  
cess. execus. cap. 10. num. 199. part. i. decif. 16. &  
decif. 17. † Sed alienatio judicialis sit, necesse est,  
facta coram eo judice, cuius jurisdictioni res tra-  
denda est supposita, Coler. dict. decif. 16. num. 20.  
in hunc scilicet finem, † ut dominium rei perfectè 3  
ac plenè in emptorem transferatur, Dan. Moller.  
ad Conf. Elect. 23. & ibi Reith. Rosa num. 16. p. 2.  
† Ideoque sola traditio judicialis rei venditæ, do-  
natæ, aliove modo alienatæ dominium transfert,  
præcedente alienatoris abdicatione sive renunciati-  
one coram judice facta, (Dass es gerichtlichen auff-  
gelassen/und Käufer damit belehnt werde) per text.  
Weichbild / art. 20. & art. 60. in fin. lib. 2. Landr. art.  
30. Gloss. in lib. 1. Landrecht / art. 34. lit. A. & lib. 3.  
Landr. art. 4. num. 7. Jac. Schult. in addit. ad Matth.  
Coler. decif. 279. part. 2. Petr. Heig. part. 2. qu. 17.  
n. 18. & qu. 18. n. 9. Georg. Frantz. de laudem. cap.  
5. num. 54. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 64. num. 8.  
Andr. Rauchb. p. 1. qu. 6. n. 34. & seqq. & part. 2. qu.  
22. num. 21. Adde Decis. Elect. noviss. 61.

Ita Domini in causa Michael Kleppachs zu Herzberg / M.  
Nov. Anno 1630. ( Verba sent. Über dñs auch über bemeldtes  
von euch erkaufstes Haß/ ihr auf vorgehende des Verkäufers  
gerichtliche Auflösung/die Lehn/und also das Dominium noch  
zur Zeit nicht erlanget/ic.)

Et in causa Curt Brindens zu Quedlinburg / Mens. April.  
Anno 1627. ( Verba sent. Dieweil ihr aber dennoch das ver-  
kaufte Haß in euer Gewehr behalten/und die Auflösung noch  
nicht gehabt / daher bententes Haus antigo noch euer eigen-  
thümliches Gut ist/ic.)

## CONSTITUTIO XL.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wann Güter dreyzig oder vierzig Jahr um einen jährlichen gleichförmigen Zins besessen / und vor Lassguter werden aus- gegeben / der Besitzer aber solches nicht gestehet / wie es zu halten?

**G**tmals trägt es sich zu / daß etliche Güter von dem Besitzer / als Lass-Güter / die sie ex titulo locati & conducti haben / gefodert werden ; Beklagter gestehet solches nicht / sondern wendet für / er und seine Vorfahren hätten die Güter pro uniformi canone , und um einen gleichförmigen Zins über 30. Jahr / Jahr und Tag / oder länger gebraucht und innen gehabt / In diesem Fall ist im Zweifel / da der Kläger sonst nichts gewisses beweiset / vor den Beklagten zu sprechen / Wann aber der Kläger so viel darzu gethan und bewiesen / daß solche Güter / die er vor Lass-Güter angiebt / anfanglich von ihm oder seinen Vorfahren / um einen gewissen Zins auff etliche Jahr alleine Miethweise / und also als ein Lass-Gut eingethan / und daß auff solchen Anfang und Contract der Besitzer fort und fort / dreyzig oder mehr Jahr darben gelassen / So haben in einem solchen Fall unsere Verordnete geschlossen / daß der Besitzer das Gut dem Herrn abzutreten schuldig sey / und könne sich mit der Verjährung nicht behelfsen.

Da aber solche Güter einem dritten zukommen / und derselbige nicht anders gewußt / dann sie wären des vorigen Besitzers eigen gewesen / und er hätte darauff in solchen Gütern / mit gutem Glauben über Rechts-verwährte Zeit / den Zins dem Herrn gegeben / derselbige hätte sie / ungeacht da es gleich anfanglich Lass-Güter gewesen / verjähret / Auf welches alles Unsere Hof-Gerichte / Facultäten und Schöppenstile die Urtheil richten und stellen sollen.

## DEFINITIONES.

1. *Prescriptione temporis longissimi se tuerur possessor præstando Canonem uniformem adversus vindicantem bona locata.*
2. *Non tamen juvat possessorem prescriptionis exceptionem, si actör probet, titulo Locati, bona Reo ab initio fuisse concessa.*
3. *Non nocet titulus locationis Successori singulari, veluti empori, quò minus is bona, venditori locata, possidens jus perpetua Colonie prescribere queat.*
4. *Prescripto jure perpetua Colonie, bona non censistica, sed emphyteutica habentur.*
5. *Collectas & tributa solvere tenetur Locator, non Conductor.*
6. *Absolutè concessa jurisdictione; videtur quoque concessum merum Imperium.*

## DEFINIT. I.

*Prescriptione temporis longissimi se tuerur possessor præstando Canonem uniformem, adversus vindicantem bona locata.*

**B**ona locata (Lassguter) vocantur ea, quæ quis ad certum tempus pro mercede certa solvenda conductit: Quæ tempore finito locator ad se recipere, & conductorem ad restituenda ea, nulla unquam temporis prescriptione obstante, compellere potest, l. 2. & l. 7. §. ult. Cod. de prescript. 30. annor. <sup>3</sup> <sup>4</sup> <sup>5</sup> <sup>6</sup>

2. <sup>3</sup> Secus in bovis censiticis ac Emphyteuticis res se habet, quæ certè possessor nunquam amittit, Ca-

*Quid Juris sit, si is, qui bona possidens ultra XXX. vel XL. annos, certamque & uniformem pensionem quotannis illorum nomine Domino solvens, jure Emphyteuseos se illa possidere dicat, Dominus verò illa repetens, locata esse affirmet?*



*Requenter evenit, ut quis bona repetat ab alio, tanquam quæ ex titulo locati & conducti possidat, is verò id negans, se & antecessores suos pro uniformi Canone ultra 30. annos, annum & diem ea possedisse excipiat, quo casu nisi intentionem suam probet actor, in dubio secundum Reum judicandum est.*

*Si verò ex deductis & probatis ab actore intelligi liquidò possit, quæ perit bona ab ipso vel antecessoribus ejus, reo & antecessoribus ipsius ad annos aliquot certa mercede locata fuisse, & quod titulo hujus contractus ultra 30. annos, annum & diem, ea possederint, tum præscriptionis exceptione non obstante, ad restitutionem bonorum reum condemnandum Deputati nostri existimârunt.*

*Quod si verò ad tertium bona pervenerint, & is existimans prioris possessoris propria fuisse, eaque ultra dictum longissimum tempus bona fide possidens pensionem Domino solverit, eum præscriptionis exceptione agentem removere posse, etiamsi ab initio autor ipsius conductionis titulo ea possedisset. Hæc omnia igitur judicia nostra Curialia Collegia juridica & Scabinatus in conciendo sententias observent. Utter gewesen / verjähret / Auf welches alles Unsere Hof-Gerichte / Facultäten und Schöppenstile die Urtheil richten und stellen sollen.*

nonem accessum solvens, Mynsing. cent. 3. obser. <sup>3</sup>  
64. n.s. † ut ita magis è re sit possessoris, bona haberi Emphyteutica vel censitica, quam locata. † Quid ergò, si quis per 30. vel 40. annos, bona quedam, eorum nomine in singulos annos certam ac uniformem pensionem solvendo tenuerit, Dominus verò ea repetat, tanquam bona locata, als Lassguter? † Pro possessore judicandum, cumque quamdiu Canonem solverit, à Domino haud expellendum esse, tradit Bald. in l. male agitur 2. C. de prescript. 30. vel 40. annor. num. 4. & in l. omnes 4. C. eod. num. 3. Hieron. Panschman. vol. 1. quest. 22. n. 40. † Scilicet quod tanto Rrr 1 3 tem.

tempore possessor bona illa tanquam Emphyteufin, aut jus perpetuæ Colonizæ præscriptis censeatur, secundum tradita Franc. Balb. tract. de prescript. part. 4. princip. quæst. 9. n. 1. Jac. Menoch. lib. 3. præsumpt. 108. n. 1. & seq. Trentacinquis lib. 3. var. resolut. sic. 7. dejur. Emphyt. resolut. 10. num. 1. & seq. † Quod & Elector. Saxon. Illustrius b. Constit. 40. approbavit in pr. vers. In diesem Fall ist im Zweifel/da der Kläger sonst nichts gewisses beweiset/ vor den Beklagten zu sprechen/re. ubi Dan. Moller. n. 1.

Ita Domini in causa Nicolai Kirchhoffs zu Weissenfels/ M. Junio Anno 1507. (Verba sent. Ob nun wohl solche vier Acker für Lassgut ausgegeben werden/Da ihr aber dennoch die selbe bis dahero in die 37. Jahr für Erbgut besessen/ und auch dafür verzinset und verschossen hätten/xc. So würdet ihr daran nochmals billich gelassen/B. R. W.)

Et in causa Johannis Papens & Consortium zu Wester-Egeln/Mensl. Octobr. Anno 1539 (Verba sent. Ist mehrheitlicher Kloster-Hof auf euch kommen/welchen ihr bis auf diese Stunde im Besitz und Gebrauch gehabt / davon auch in die 98. Jahr hero der Erbzus entrichtet worden/ic. So mag er vor Lassgut nicht gehalten werden/sondern ihr werdet daran/bis so lange ihr durch ordentliches Recht daraus erseget/billich geschränkt/B. R. W.)

Et in causa Abbatissæ Monasterii zu Egeln/ Mensl. Octobr. Anno 1599.

### DEFINIT. II.

*Non tamen juvat possessorum prescriptionis exceptio, si actor probet, titulo Locati bona Reo ab initio fuisse concessa.*

- 1 Præscriptionis ergo exceptio juvat possessorum, quæ minus bona locatori condicenti restituere cogatur, scilicet, quod per longissimum tempus canonem solvendo jus perpetuæ Colonizæ vel Emphyteufis præscriptis censeatur, Defin. preced. † Ergo in bona fide possessor constitutus sit necesse est, quum ex dispositione juris Canonici, in foro Saxonico recepta, nullo unquam tempore malæ fidei possessor præscribere posse, cap. ult. cap. si diligentii 17. cap. vigilanti 5. Extr. de prescript. Joh. Schneidewin. ad pr. Inst. de usucap. n. 20. Schurff. consil. 32. cent. 1. n. 13. Heig. part. 1. quæst. 16. n. 59. † Sufficit tamen, bonam fidem à possessore allegari, quæ ex cursu temporis longissimi præsumitur, ita ut probatione ejus possessor gravari haud debeat, Coler. ad cap. ult. n. 39. Extr. de prescript. Heig. dict. quæst. 16. n. 55. Vid. supr.
- 2 Const. 3. Def. 7: At quid, † si actor mala fidem possessoris probare velit? Omnipotens audiendus est, id que tanto magis, quanto facilius mala fides probari potest, conjecturis scilicet & præsumptionibus, de quibus Vid. supr. Constitut. 3. Defin. 8: Ac certè 5 probata est mala fides, † si vel aperte constet, vel actor sufficienter probaverit, quod bona, quæ actor locata esse dicit, à se vel suis antecessoribus possessori pro certa & uniformi mercede fuerint titulo locationis concessa. † Quare nec tunc præscriptio quicquam possessorum juvabit, sed ea tanquam locata, nulla unquam temporis præscriptione obstante, actor recuperare & possessorum repellere valet l. male agitur 2. C. de prescript. 30. vel 40. annor. Wesenb. consil. 62. p. 2. Cravett. de antiquit. temp. part. 4. S. 5: num. 00. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 7. quæst. 2. n. 14. Trentacinq. lib. 3. variar. resolut. tit. de locat. 5 con- 7 dukt. resolut. 2. num. 1. † Quod & placet Saxon. Elec- tor. Constit. 40. in pr. vers. Wann aber der Kläger; ubi Moller. n. 3. Ernest. Cothm. vol. 2. consil. 79. n. 8 10. & seq. † Similiter quoque probabitur mala fides ex eo, quod pensio ante effluxum tempus ad præscriptionem sufficiens, fuerit immutata & aucta, quia ex uniformi saltem mercede, per longum tempus præstata, mala fides conjecturanda est, ut patet ex pr. b. Constit. 40. vers. Die Güter, uno uniformi can-

ne. † In quem finem communiter pensio immutari solet, quæ præscriptio interrupatur, teste obseruantia.

Ita Domini in causa der Vorsteher des Gotteshauses zu Laucha/ Mensl. Aug. Anno 1585. (Verba sent. Da Martin Sperlings Erben wie Recht beweisen möchten/das ist gedacht ihr Vater und sie die halbe Huse Landes/davon eure Frage meldet/in die 42. Jahr um dreißig Groschen/Jährlichenzinses inne gehabt und gebraucht hatten/ so würde ihnen dieselbe um berührten Zins auch forschin billich gelassen. Ihr möchtet denn beweisen/das berührte Huse Landes Martin Sperlingen anfanglichen auff euelche Jahr nur Mietweise eingethan warden sey/auff solchen Fall wären sie dieselbe/ der vorgewandten præscriptione ungeacht/ wiederum abzutreten schuldig / B. R. W.)

It. in causa Georgii Hauboldi à Bärbißdorf, Mensl. August. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl die Besigere dorward sich mit der præscription zu behelfen vermöchte/da ihr aber dennoch bezugbringung vermöchter/das solche Acker vom euren Vorfahren und Besigern des Guts Mahla um einen gewissen Zins auff euelche Jahr Mietweise and als ein Lassgut oder Lass-Acker ihnen wären eingethan worden/ ic. Auf solchem Fall wären sie berührte Acker euch wiederum abzutreten schuldig/ und hätten sich mit der Verjährung nicht zu behelfen / B. R. W.)

It. in causa Bernhardi Ludolphi Rannens zu Elbden/Mensl. August. Anno 1635. (Verba sentent. Da aber dennoch/euernd Bericht nach/ angeregte Wiese auffänglich/ und Anno 1560. Lassgut gewesen/ auch zu unterschiedenen Zeiten und doch Anno 1616. der Zins von solcher Wiese erhöht/ und also über rechtsverwahre Zeit kein gleichförmiger Zins entrichtet worden wäre/ ic. So hätte sich auch Hans Richter mit der angezogenen Verjährung nicht zu behelfen/ sondern es würde offgedachte Wiese vor Lassgut gehalten/ und wären demnach die Vorsteher der Kirchen feldige Wiese einem andern um einen höhern Zins auszuthun wohl besugt/B. R. W.)

Et in causa Nicolai Kirchhoffs zu Weissenfels/ Mensl. Jun. Anno 1597.

### DEFINIT. III.

*Non nocet titulus locationis Successori singulari, vel- ati emptori, quæ minus is bona, venditori locata, possidens jus perpetua Colonie pre- scribere queat.*

Fundatam itaque intentionem habet locator ad- versus possessorem, repetens bona locata, ad im- pugnandam præscriptionem, si titulum locationis probare queat, Defin. preced. † sive possessori sive ejus parentibus vel antecessoribus, quibus ille jure here- ditario succedit, bona fuerint locata, b. Constit. 40. verb. Dem Besitzer oder dessen Vorfahren um einen gewissen Zins/ic. † Nihil tamen juvat locatorem probatio locati ad impugnandam præscriptionem, si hæc singularis successor, veluti donatarius aut emptor, se tueri velit: † Etenim bona locata si ad tertium titulo venditionis, vel donationis, &c. pervenerint, isque existimans prioris possessoris propria fuisse, ea- que ultra longissimum tempus bonâ fide possidens pensionem Domino solverit, præscriptionis exceptione agentem removere poterit, etiam si ab initio au- tor ipsius conductionis titulo ea possedisset, b. Constit. 14. S: Da aber solche Güter. † Melior ergo, inquis, si conditio erit singularis successoris, quam universalis, scilicet heredis? Omnipotens; Nec sine ratione juris: † Non enim ut heres defuncti, sic emptor venditoris personam representat, neque ut heres in jus univer- sum, sed in rem duntaxat singularem succedit, l. 24: ff. de V. O. l. 62. ff. de reg. jur: † Ad eoque singulari 7 successori mala fides antecessoris obesse non potest, † si modò à sua personâ Usucaptionem incipiat, l. 5. 8 ff. de divers. præscript. temp. l. 13. S. 4. de acq. velamitt: poss.

Ita Domini in causa Nicolai Hanemanns zu Neumarkt/ Mensl. Mayo, Anno 1618. (Verba sentent. Wann gleich euer Verkäufer die vier Acker Landes/ so ihr ihm um einge wisses Geld abgekauft/als Lassgut inne gehabt; Da ihr aber den- noch

noch nicht anders vermeynet / als daß solche Acker Erbzins wären/ dieselbe auch über rechtsverwährte Zeit also besessen und den Erbzins davon abgestattet hätte/ic. So würden sie euch als Erbzins-Güter und bona Emphyteutica nochmals billich gelassen/und ihr möchtet sie dem locatori wieder abzutreten nicht angehalten werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Prescripto jure perpetuae Coloniae, bona non censitica, sed emphyteutica habentur.*

**E**x prædictis hoc resultat dubium, an præscripto jure perpetua colonia, juxta h. Const. 40. §. da aber solches vers. derselbige hätte sic/ic. bona, qua locata esse desiere censitica, an verò Emphyteutica sint judican-  
da? † Prius placet Dan. Moller. hic n. 4. propterea quod bona in dubio censitica potius, quam Emphy-  
teutica præsumuntur, secundum tradita Const. 39.p.  
2. & ibi Defin. 8. † Sed loquitur solum illa Constit. de concessione bonorum inter vivos facta, qua propterè pro censiticis tūm habentur, quod Dominus mentem suam expressius non declaraverit, pro qui-  
busnam bonis ea habere velit, † ut sic merito in du-  
bio contra eum fieri debeat Interpretatio, l. veteribus  
39. ff. de pac̄t. Alia verò ratio est præscriptionis,  
† qua, quia per se est odiosa, extensionem seu latam interpretationem neutquam admittit; sed strictè accipi debet de èa solummodo re, qua illi juri, contra quod præscribitur, proximè convenit, per tradi-  
ta Franc. Bald. de præscript. part. 2. princ. qu. 2. n. ii.  
† Dixerim ergò, bona hoc casu Emphyteutica potius, quam Censitica haberi, cum Matth. Berlich. part.  
7. 2. concl. 48. n. 9. non solum, † quia contractui loca-  
tionis conductionis nihil tam simile est, quam Em-  
phyteutis, §. adeo autem. 3. ubi Schneidew. & Dd.  
8. comm. Inst. de locat. conduct. † Sed & quod post longissimi temporis spacium præsumatur Colonus jure Emphyteuseos possidere, Jason. in l. 2. n. 155. C. de jur. Empbyt. ut dicit, ita Dd. magis communiter tene-  
re oportet, Ernest. Cothman. vol. 2. consil. 79. num.  
113. & seqq.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So würden euch solche Güter als Erbzins-Gut und bona Emphyteutica nochmals billich gelassen/ V. R. W.)

Et in causa der Frau Lebtis zu Eglen/Mensl. Octob. Anno 1599. (Verba sentent. So erscheint daraus so viel/ daß solcher Contract mehr pro contractu Emphyteuseos, als Loca-  
tionis billich gehalten wird/ V. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Collectas & tributa solvere tenetur Locator, non Conductor.*

**N**on certè desunt, qui locatorem à tributis & col-  
lectis, aliisque oneribus realibus eximunt, ea-  
que conductori imponenda arbitrantur eò, quod  
fructus conductor percipiat, † quem propterea &  
oneribus gravari jubeat æquitas, l. Imperatores 7. ff.  
de publican. Glosl. in l. i. vers. fructus C. de annon. &  
tribut. Alvar. Valasc. de jur. Empbyt. quest. 17. num. 26.

CONSTITUTIO XLI.  
PARTIS SECUNDÆ.

Der Grund-Herr kan zu Nachtheil  
dem/so das jus pascendi servitutis erlanget/den  
Grund und die Leiten nicht umreißen/ oder  
zu Acker machen.

**S**erinnen seyn Unsere Verordnete  
auch einig / und wo solches Umreis-  
sen geschehen/ so muß der Grundherr  
die umgerissenen Felder wieder zu der  
Weyde liegen lassen/ Es wäre denn

Vinc. Caroc. in tract. de locat. part. 2. tit. de collect. num. 7. † Sed procul dubio periculosa, nedum falsa est hæc Dd. assertio, vel ex proprio eorum fundamento, quod percipiens fructus teneatur ad tributa & onera realia: † Nam postquam Dominus locavit fructus & pro fructibus pensionem accepit, procul dubio ipse fruitur, non Conductor, † quia pro fructibus Colonus solvit pecuniam, que fructuum vicem sustinet, ac reverā is frui videtur, qui vel re fruitur, vel rem locat pro pensione, † ut est textus elegans in l. non uitetur 38. & l. quia 39. ff. de Usufruct. L † Adeoque & merito Locator ad onera & tributa tenebitur, ut rectè sentit communis Dd. schola, Joh. Garsl. de expens. & meliorat. cap. 14. n. 18. Jason. in l. fructus 7. num. 14. ff. foliis. matr. & in l. i. num. 30. & 32. C. de jur. Empbyt. Natta consil. 409. n. 3. & seq. Joh. Harppr. in pr. n. 91. Inst. de locat. & conduct. † quod tanto magis verum est, quanto certius, tributa, cen-  
sus & collectas ab iis solvi, qui rem jure proprio pos-  
sident, arg. l. bi penes quos 4. ubi Bartol. C. de agricoh & censit. lib. II.

Ita Domini in causa Christinx, Viduæ Johannis Sebichs & Johannis Wolframbs zu Rostleben / Mensl. Jul. Anno 1628. (Verba sent. Und ihr habet von gedachten Lassfeldern viel Steuren und Beschwerungen abrichten müssen/ic. So gehtet solche Beschwerung über den locatorum, als welchem die Länderey eigenhümlich zugändig ist/ billich/ und dieweil ihr albereit obangeregte Steuer vorgeschoßen/ sendt ihr dieselbe an denen Zinsen/ so ihr jählichen entrichten müsset/ wiederum abzufü-  
gen wohl befugt/ V. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Absolute concessa jurisdictione; videtur quoque con-  
cessum merum Imperium.*

**S**æpè accidit, ut titulo locati, investiture, aliòve modo concedatur alicui jurisdictione indefinite, ubi controverti solet, an etiam merum videatur concessum Imperium, si de hoc in literis concessionis haud ex-  
pressa fuerit facta mentio? † Quod omnino affirmandum arbitror cum Matth. Weilenb. consil. 95. n. 13. & seq. Matth. Coler. de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 156. Jacob. Menoch. lib. 3. præsumpt. 97. n. 39. † Ne scilicet confusio jurisdictionum oriatur, contra l. 23. C. de testam. † Ac imputet sibi locator aliuvè con-  
cedens, quod legem contractui non dixerit apertio-  
rem, ut proin merito fiat contra ipsum interpretatio, l. 39. ff. de pac̄t. l. ult. C. de dot. promiss. † Mirus ve-  
rò dubium id habet in concessione jurisdictionis à Principe facta, quia beneficia Principis latissimè in-  
telligi debent, l. beneficium 3. ubi Jason. n. 19. ff. de  
Constit. Princip. l. 41. C. de Episc. & Cler.

Ita Domini ad Consultationem Erasmi Voigten zu Tor-  
gau/Mensl. Nov. Anno 1597. Verba sent. Seyn nun vorgebahn-  
tem Ober-Hofmeistern auch die Gerichte auf vorerwähnten  
Gütern geliehen worden/ic. So ist er / oder nunmehr seine  
Erben sich zugleich der Ober und Erb. Gerichte zu gebrauchen  
wohl befugt/ V. R. W.)

Fundum à Domino in præjudicium  
ejus, qui jus pascendi in eo habet,  
atari non potest.



Tiam de eo inter deputatos no-  
stros convenit. Ideoque agros  
hujusmodi aratos, Dominum  
fundii servientis, pascuos ut red-  
dat, cogendum, nisi locus ille

an deme / daß sonst der Dux genug Weide vorhanden / daß durch solches Umreissen demjenigen / welcher die servitut hat / dieselbe nicht geschmäleret noch eingezogen / darüber wir es auch bewenden lassen.

## DEFINITIONES.

1. Dominus in prejudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit.
2. Nec ager in prejudicium ejus, cui jus pascendi competit, in stagnum commutari potest.
3. Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectae (zu offenen Zeiten) constituta est.
4. In dubio servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges collectae sunt, (zu offenen Zeiten) concessa videtur.
5. Dominus fundi servientis agrum mutare, & in culturam aliam redigere potest, si reducere non noceat pascuis.
6. Pradia in culturam redigi possunt invito eo, cui servitus pascendi competit, si alia reliquantur prædia inculta, que ad pastum pecorum sufficiunt.
7. Incola pagi, qui tres mansos habet, (dein Huppen Landes) non solum in suis, sed etiam communibus agris, per proprium pastorem, pecora sua pascere vales.
8. Qui servitutem pascendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi pascere nequit.
9. Compascuorum jura tempore quocunque ab una

### DEFINIT. I.

*Dominus in prejudicium ejus, qui jus pascendi habet, fundum arare nequit.*

1. **E**t si aliás quilibet rei suæ sit moderator & arbitrus, *i. in re mandata 22. C. mandat. ac proinde prælubitu in fundo suo poslit edificare, † etiam in prejudicium alterius l. fluminum 24. §. ult. junct. l. Proculus 26. ff. de damn. infelli.* Attamen longe aliter res se habet in eo fundo vel prædio, † ubi alteri jus servitutis est constitutum: Non enim Dominus fundi quicquam facere licet, per quod usus servitutis constitutæ impeditur, *l. si domus 21. ff. de S. U. P. l. si eo loco 9. ff. si servit. vindic.* † nec Dominus fundi servientis servitutem rectè constitutam deteriorem facere potest, *l. servitutes 20. S. null. idem 5. ff. de S. U. P. l. sed si quid 15. §. proprietatis 6. ff. de Usufr. l. 6. §. ult. ff. si servit. vindic.* Andr. Gail. lib. 2. obser. 67. n. 10. Math. Berlich. part. 2. concl. 49. num. 24. **¶** Fit inde, quod prædia inculta, invito eo, cui jus pascendi competit, in culturam reduci nequeant, Joh. Schneidew. in pr. inst. de servit. urban. & rust. prædior. tit. de S. R. P. num. 33. Christoph. Zobel. p. 2. diff. 35. n. 8. Joh Köpp. decis. 15. n. 2. **¶** Quod & placet Saxoniæ Electori Illustrissimo b. Const. 41. in tantum, † ut is, qui contra fecit, agrosque pascuos coluit, vel aravit, præcisè cogi poslit, ut eos ad pascuæ reducat, *b. Const. 41. vers.* Und wo solches Umreissen geschehen/ so muß der Grund-Herr die ungerissenen Felder wiederum zur Weide liegen lassen/ **¶** ic. † licet alias nemo præcisè queat cogi ad facendum, sed præstanto interesse liberetur, *l. loci corpus 4. §. 2. ff. si serv. vindic. l. 72. ubi Bart. & Dd. ff. de V. O. Dan. Moll. hic n. 1.*

Ita Domini in causa Henrici ab Heiligen, Mens. Febr. anno 1627. (Verba sentent. Dieweil ihr selbsten berichtet/ daß die Dorffschaften und etliche benachbarthe auf eurem Grunde und Feldern das jus pascendi und die Erffit erlanget/ ic. So sendt ihr solche Felder und Leitern umzureissen/ oder zu Acker zu machen nicht befugt/ B. N. W.)

pascuis adeo abundet, ut per culturam illorum juri alterius nihil decedat, quod & nos probamus.

10. *Quicquid una pars facit in compascuo mutuo, illud nec alteri prohibitum videtur.*
11. *In fundo proprio nemo potest edificare animo noctendi vicino suo.*
12. *In pariere suo quilibet potest facere beneficas, ex quibus in vicini domum prospici potest.*
13. *Servitus aleius collendi revera servitus est, nec usu atque effectu destituitur.*
14. *Pactum servitutis, ne prospetui officiatur, obligat etiam successorem domus singularem.*
15. *Jus coquendi cerevisiam ad instar servitutis realium separatum à domo, in qua baret, vendi nequit.*
16. *Servitute fluminis concessa, videtur etiam concessioniter atque aditus ad flumen illud.*
17. *Inciso etiam Magistratu, subditi fines agrorum suorum distinguere, novosque lapides finales ponere possunt.*
18. *Agenti negotiorum actione, non incumbit onus probandi, sed Reo agenti confessoria.*
19. *Sublato adiicio, cui servitus inbaret, eoque post ea restituto, eadem debebitur servitus.*

### DEFINIT. II.

*Nec ager in prejudicium ejus, cui jus pascendi competit, in stagnum commutari potest.*

**N**on solum pascua arare, sed quocunque etiam modo deteriorare prohibentur, *b. Const. quippe quæ eo potissimum respicit; ne ullum prejudicium aut impedimentum fiat ei, cui jus pascendi competit: † Ex quo porrò fit, quod nec Dominus prædi agrum vel pratum, in quo alter jus pascendi habet, in stagnum commutare queat, Bart. Cæpoll. in tract. de S. R. p. cap. 9. n. 28. Andr. Gail. lib. 2. obser. 67. n. 10. Math. Berlich. part. 2. concl. 49. num. 24. ¶ Seilicet, quia servitutem constitutam deteriorare facere non licet, l. 6. §. ult. ff. si servit. vindic. Johan. Köpp. decis. 15. num. 13. ¶ Unde nec Dominus syllæ venatorum sylvam excidere, & aratrum inducere potest, ne jus & exercitium venandi per id impediatur, Gail. dict. obserat. 67. num. 10:*

Ita Domini in causa Johanniss Lössers/Mens. Decembr. Anno 1628. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch der Grunds Herr zu Nachtheit dessen/ so das jus pascendi erlanget/ den Grund und Leitern umzureissen/ und zu Acker zu machen nicht befugt/welches auch zugleich von Leitern zu verstehen/ ic. So sendt ihr auch wegen des erbaueten Reichs euch mit euren Nachbarn zu vergleichen/und ihnen deswegen gebührlichen Abtrag zu thun schuldig/ B. N. W.)

### DEFINIT. III.

*Ager ad culturam potest reduci, in quo servitus pascendi non nisi eo tempore, quo fruges sunt collectæ (zu offenen Zeiten) constituta est.*

**D**ominus prædi servientis agrum ad culturam reducere propterea prohibetur, quod per id non parum impeditatur jus pascendi. **¶** Etenim, si jure servitutis, quilibet anni tempore, licet mihi pascere oves meas, quis non videt, hanc servitutem deteriorari per reductionem agri in culturam, quum tempore culturæ cesset facultas pascendi pecora, Joh. Schneidewin. in pr. Inst. de servit. rustic. & urbano.

- ban. prædior. tit. de servit. rustic. prædior. numer. 33.**
- 3 Modest. Pistor. part. 3. quest. 106. in pr. † Aliud di-  
eendum, si servitus pascendi mihi competit in agro  
vicini, eo saltem tempore, quo fruges sunt collectæ,  
zu offenen Zeiten / und nicht in geschlossenen Feldern/  
ut pletumque servitutes constituuntur, ne scilicet  
4 fruges ländantur, † tūm certè per reductionem agri  
in culturam jus pascendi non impeditur, quum nec  
aliās tempore culturæ pecora ibi pascere liceat.  
5 † Concludendum hinc ergo, prædia inculta & pa-  
scuis obnoxia me invito ad culturam posse reduci, eo  
in casu, quo servitus pascendi hoc saltem tempore  
mihi competit, quo fruges sunt collectæ zu offenen  
Zeiten/cum Schneidew. dīl. loc. Cæpoll. de servit.  
rust. prædior. cap. 9. n. 10. Modest. Pistor. vol. 1. cons.  
7. q. 6. num. 33.

Ita Domini in causa Henrici ab Heiligen. Mens. Febr. Anno 1627. (Verba sent. Es wäre denn/dass solche Hütung und Trifft-Gerechtigkeit bemeldter Dorffschaft und Nachbaren / aufseren Feldern und Ackerne allein zu offenen Zeiten/und nicht den geschlossenen Feldern zustünde/ic. Dessen genösset ihr billich/ und möchte euch auff solchen Fall die Felder und Leitern unzuteissen und zu Acker zu machen nicht Einhalt gehan werden/ B.R.W.)

#### DEFINIT. IV.

*In dubio servitus pascendi non nisi eo tempore, quo  
fruges collectæ sunt, (zu offenen Zeiten) con-  
cessa videtur.*

- 1 **M**ultum ergo refert, an jus pascendi omni tem-  
pore, an verò tūm saltem, quando fruges sunt  
collectæ, bei geschlossenen Feldern/oder nur zu offenen  
2 Zeiten/alicui competit, Defin. preced. † id quod ex  
constitutione servitutis aut præscriptione juris pa-  
scendi manifestum reddi poterit. At quid, si de-  
3 hoc non apparet, sed in dubio relinquatur? † Tum-  
certè jus pascendi eo saltem tempore, quo fruges  
sunt collectæ, zu offenen Zeiten / und nicht bei zuge-  
schlossenen Feldern/constitutum præsumi, dixerim.  
4 cum Matth. Berlich. part. 2. concl. 49. n. 27. † quia  
servitus ceu res odiosa restringi, ac in dubio pro li-  
bertate pronunciari debet, l. cum eod. ff. de S. U. P. l.  
altius 8. C. de servit. Et aquâ l. 4. ff. de just. Et jur.  
5 † Et semper servitus indefinita ita est interpretanda,  
quò fundus serviens minori afficiatur detimento, l. si  
cui simplicius 9. ff. de servit. l. si via 26. ff. de S. R. P.  
junct. l. si mibi 21. Et seq. ff. eod. Ant. Fab. in Codic. lib.  
3. tit. 24. defin. 4. num. 1.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/  
dass solche Hütung und Trifft-Gerechtigkeit bemeldter Dorff-  
schaft und Nachbars/aufseren Feldern und Ackerne allein zu  
offenen Zeiten/und nicht bei geschlossenen Feldern zustünde/in-  
massen solches im Zweifel zu recht præsumiret/und dafür gehal-  
ten wird/ic.)

#### DEFINIT. V.

*Dominus fundi servantis agrum mutare, & in cul-  
turam aliam redigere potest, si reductio non  
noceat pascuis.*

- 1 **I**n genere Dominus fundi servantis pascua in cul-  
turam reducere prohibetur, quatenus inde jus pa-  
scendi redditur deterius, in præjudicium ejus, cui  
servitus pascendi competit, Modest. Pistor. part. 3. quest.  
106. in pr. † Aliquin, si reductio non noceat ei,  
2 quocunque etiam modo absque damno pascuorum  
id fieri queat, nil prohibet, quò minus forma agro-  
rum mutari possit, Joh. Schneidew. ad pr. Inst. de  
serv. urban. Et rust. præd. tit. de S. R. P. n. 34. Cæpoll.  
de servit. rust. prædior. cap. 9. n. 40. † Hinc si Do-  
minus agri haec tenus eum coluerit ad fruges col-  
ligendas, nunc autem culturam mutare velit,

Garpz. Definis. Vol. L

ita ut ex agro percipiat alium fructum, putà uvas  
vel lupulos, † tunc id facere non prohibetur, sed 4  
omni jure ac æquitate ei hoc concessum est, Didac.  
Covarr. lib. 1. pract. qu. cap. 37. n. 5. nempe, quia  
juri pascuorum per id non præjudicatur, ut in aper-  
to est.

Ita Domini in causa Hansen Lössers/Mens. Decembr. Anno 1628. (Verba sent. Ihr könnet denn wie zu Rechte darthun und erweisen/dass thine durch Veränderung des Ackers und Erbauung des Leiches/eurem Fürgaben nach/an seiner Schaaf-Trifft ganz kein Nachtheil oder Abgang zugezogen würde/ dessen ge-  
nösset ihr auff solchen Fall billich/B.R.W.)

#### DEFINIT. VI.

*Prædia in culturam redigi possunt invito eo, eti servitus  
pascendi competit, si alia reliquantur prædia  
inculta, qua ad pastum pecorum  
sufficiunt.*

**C**onsequens huic porrò est illud, quod, licet quis 1  
per integrum annum, nullo definito tempore,  
habeat in prædiis alicujus jus pascendi, † si tamen 2  
prædia tot & tanta sint, quæ omnia pacuus necessaria  
haud sunt, Dominus fundi servantis bene queat  
prædia quædam in culturam redigere, † dummodo 3  
servitus exinde deterior non fiat, sed alia quædam  
& tot inculta relinquantur prædia, quæ ad pastum  
pecorum sufficiant, Modest. Pistor. part. 3. qu. 106.  
Joh. Köpp. decis. 15. num. ult. † Quod & tatis ex- 4  
pressum b. Const. 41. vers. Es wäre denn an demel/  
dass sonst der Hertter genug Wende vorhanden/ ic.  
Quo in casu arbitrio bonorum virorum relinquitur,  
† quantus prædiorum numerus requiratur ad hoc, ut 5  
certarum pecudum pastui sufficiant, Modest. Pistor.  
dīl. qu. 106. n. 10. Et Köppen. dīl. loc.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Elster / Mens. April.  
Anno 1634. (Verba sent. Zumahls weil eurem Bericht nach  
einiger Schade oder Schändlerung der Trifft und Hütung da-  
durch den Wartenburgischen nicht zugezogen wird/sondern auf  
andern Wiesen noch Wende für ihr Vieh übrig genug vorhan-  
den/also dass/wenn sie gleich vorgedachte Gerechtigkeit jure  
servitutis erlanget/so sich doch doppfalls nicht zu beschweren hät-  
ten/ic.)

#### DEFINIT. VII.

*Incola pagi, qui tres mansos habet, (drei Huppen  
Landes) non solum in suis, sed etiam commu-  
nibus agris, per proprium pastorem, peco-  
ra sua pascere valer.*

**D**e jure Saxonico nemini licet, separatum sua pe- 1  
cora pascere, quò communis pastori pretium mi-  
nuatur, † nisi habeat tres mansos, art. 54. lib. 2. Land- 2  
recht. post. pr. vers. Niemand mag auch einen sonderli-  
chen Hirten haben/so er dem gemeinen Hirten sein lohn  
damit mindert / er habe denn drei Huppen Landes/ ic.  
† Quem textum ita explicat Gloss. latin. ad text. germ. 3  
dīl. art. 45. lit. C. ut ille, qui tot mansos habet, tantum  
in agris suis, non etiam communibus pascere debe-  
at per proprium pastorem, eaque explicatio placeat  
quoque Schneidew. in pr. Inst. de servit. rust. Et ur-  
ban. prædiorum tit. de serv. rust. præd. n. 38. vers. quem  
intelligit Et c. Sed rectius sentit Reinh. part. 6. diff. 4  
37. ei, qui tres mansos habet, non tantum in propriis,  
sed etiam communibus agris per proprium pastorem  
pecora sua pascere licere, quem sequitur Berlich.  
part. 2. concl. 49. n. 38. † Scilicet, ne pasculatio per 5  
proprium pastorem introducta in favorem ejus, qui  
tres mansos habet, in ejus odium & damnum retor-  
queatur, contra l. quod favore 6. C. de legib. † Et 6  
sanè, pastor communis pascere non prohibetur et-  
iam in agris illius, qui tres mansos habet, cur non  
ergo è contra quoque alii pastori idem liebit? Berl.  
dīl. loc. n. 38.

¶ 338

Ita

Ita Domini in causa Matthes Klingens zu Nebra/ Mens. Mayo , Anno 1626. ( Verba sent. Ob ihr schon eurem Anden- ten nach/weil ihr ein ziemlich groß Bauer-Gut/und von vielen Hussen Landes / im Besitz habt/ einen eignen Hirten vor euer Vieh zu halten und auss euren Ackern zu hüten pfleget/ ic. So ist euch doch durch bemeldten eigenen Hirten auch auss der gemeynen Weyde und Feldern hüten zu lassen unbemommen/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Qui servitatem pascendi habet in prato alieno, pecora morbida ibi pascere nequit.*

- 1 **S**ervitus in fundo alieno constituta semper ita interpretanda ac exercenda est, ut quam minimo fieri potest incommodo, fundus serviens oneretur, l. scui simplicius & ff. de servit. l. servia 26. ff. de S. R. P. junct. l. si mibi 21. & seq. ff. eod. tit. Unde fit, t quod jus pascendi ex uno ovili, in pluribus locis aut pagis habens, nequeat novum Ovile ponere in loco, ubi antea nullum fuit, ne oves depascendo prius grama, intercipiant rusticis ejus loci pascua, nisi utrisque pasculatio sufficeret, l. hoc jure 3. §. ex flumine, l. ff. de acq. quot. & festiv. l. rusticorum 2. §. ult. ff. de S. R. P. Matth. Col. part. 1. decif. 218. n. 1. t Eadem que de causâ nec is, qui servitatem habet pascendi,
- 4 uti potest pascuis, cum pecoribus morbos, t ne & alia contagione afficiantur atque percant, arg. l. Julianus 13. in pr. cum ibi notat. ff. de att. empl. Schneidewin. in pr. Inst. de servit. tit. de serv. rust. prædior. n. 4.

Ita Domini in causa Heinrichi ab Hellen, Mens. Febr. Anno 1627. ( Verba sent. Aber fraud und inficiret Vieh seyn bemelde Dorffschäften auf die Weyde und Felder zu treiben nicht berechtigt/ B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Compascorum jura tempore quoconque ab una vel altera parte revocari possunt.*

- 1 **L**ongè errant, qui servitatem pascendi cum juro compascorum seu communione illa pascendi inter vicinos, quam vulgo Koppel = Weyde nominamus, ita confundunt, ut nullam horum jurium differentiam prorsus admittere velint. t Quorum error vel inde redditur manifestus, quod jus compascorum nullo unquam tempore præscribatur, secus atque servitus pascendi, de qua differentia dixi supr. Const. 4. Defin. 12. t Ex qua & illud profluit discrimen, quod servitus pascendi semel acquistata in prædio alieno duret semper, atque Domino fundi dominantis jus tribuat reale, pro quo actio etiam in rem confessoria competit l. 2. §. 1. ff. si servit. vindic. Cæpoll. de serv. rust. præd. tit. de serv. jur. pascend. n. 36. Jas. in l. 3. ff. de oper. nov. nunciat. Matth. Coler. de proc. exec. part. 1. cap. 9. n. 58. in fin. Schurff. cent. 3. consil. 8. n. 12. t At in compascuis jus tantummodo acquiritur, ex quo uterque vicinus habet facultatem visitandi alterius prædia cum suis pecoribus, quamdiu alteri placuerit, Joh. Köpp. decif. 12. n. 9. t Sequitur hinc ergo, jus compascorum ab una vel altera parte pro lubitu posse revocari, l. cum proponas 16. ubi Dd. C. de pac. l. contractus 17. ubi Bartol. C. de fid. instrum. Köpp. dict. loc. n. 18. t Quia scilicet in compascuis jura familiaritatis & mutuae quasi societatis attenduntur: Nec usus compascorum quicquam revera aliud est, t quam precarium reciprocum, quod nullo tempore præscribitur, l. male agitur 2. C. de presc. 30. vel 40. annor. Köpp. dict. decif. 12. n. 17.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Esser / Mens. April. Anno 1634. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch solche Trifft Gerechtigkeit den Wartenburgischen Unterthanen nicht iure servitutis, sondern nur aus Vergünstigung als eine Kuppel weyde zuständig/mit welcher es im Rechten diese Gelegenheit hat/dass hierinnen keine prescription zulässlichen/ sondern die

selbe nach Art eines precarii reciprocí, zu jederzeit wieder rufen werden mag/ ic.)

## DEFINIT. X.

*Quicquid una pars facit in compascuo mutuo, illud nec alteri prohibitum videtur.*

- 1 **I**ndubitatum est, quod in compascuis actus utriusque habeat se correspективē: Nam concedit vicinus vicino pasculari pecora eo respectu, ut vicinus idem faciat; t Ergo si vicinus quoconque modo in exercitio pascendi alium impedit, & ita ex parte suā jus compascuorum tacite revocet, t alteri vicino idem agere licebit, Joh. Köppen. dec. 12. n. 18. Decius consil. 205. n. 3. p. 3. Socin. consil. 273. col. 4. t Verē namque dicitur de actibus correspективis, quod posito uno ponatur & aliud, & sublato uno, tollatur quoque aliud, Matth. Wesenb. consil. 92. num. 40. & 41. Cravett. consil. 178. n. 13. & Consil. 246. n. 4.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Darzu ferret kömmet/dass die Wartenburgischen auf ihren Wiesen/darauff euch die Hütung frey gelassen/einen Ort verjänet/derowegen euch nach Art der Koppelwende solches auf euren Wiesen hinwiederum zu thun billich nachgelassen/ ic.)

## DEFINIT. XI.

*In fundo proprio nemo potest edificare animo nocendi vicino suo.*

- 1 **I**n re propriā quidem cuilibet suae utilitati etiam cum alterius incommoditate infervire licet, l. scilicet 8. §. Arist. 5. ff. si servit. vindic. l. fluminum 24. §. ult. l. Proculus 26. ff. de damn. infect. l. 1. §. denique 12. l. si in meo 21. ff. de aqu. & aqua pluv. arcend. Andr. Rauchbar. part. 1. q. 27. n. 4. t Attamen non procedit, quando faciendo quis præjudicat servituti alius prædiis debet, l. altius 8. cum seqq. C. de servit. & aqua. Matth. Wesenb. consil. 58. n. 5. Hartm. Pist. obser. 215. Burfat. consil. 87. n. 2. t Sicut nec in proprio fundo quicquam facere aut edificare permittum est ad injuriam vel æmulationem tertii, Rauchb. d. q. 27. n. 4. t nocendi nempe animo, cui leges & jura non indulgent, l. in fundo 38. ff. de Rei vendit. l. si cui g. ff. de servit. l. opus novum 3. ff. de oper. publ. l. 1. §. ait. prætor. 3. §. sunt qui putent 6. ff. ne quid in flum. publ. t Quilibet ergo ædes suas tollere potest, in suo fundo fodere, puteum aperire, vel venas aquæ præcidere, ac ita vicini torrentem vel flumen avertere, aggeremq; novum agri sui muniendi causâ exstruere, vel alveum fluminis aliquatenus immutare, t dum id non hoc animo fecerit, ut vicino noceret, sed ne sibi noceret, dict. l. fluminum 24. dict. l. Proculus 26. in fin. ff. de damn. infect. l. 2. §. idem. Labeo 8. l. si in meo 21. ff. de aqua. & aqua pluv. arc. Dd. in l. altius 8. C. de serv. & aqua. Cæpoll. de serv. urb. præd. cap. 62. Andr. Rauchbar. d. q. 27. n. 9. & part. 2. qu. 27. per tot. Hart. Pist. dict. obs. 215. n. 3. Cephal. lib. 1. consil. 129.

Ita Domini in causa Johannis Anshelios zu Leipzig / Mens. Nov. Anno 1621. ( Verba sent. Ob nun wohl ein ieder in seinem Eigenthum auch mit Nachtheil des Nachbarn zu bauen und seiner Beliebung nach mit dem seinen zu gebahren besuge / da aber dennoch solches von bemeldtem euerem Nachbar allein zu dem Ende geschehen wäre/damit euch und eurem Hause grosser Schade und Ungelegenheit jugezogen würde/ ic. So wird mehrberührter euer Nachbar den Brunnen wiederum abschaffen pflichtig/B. R. W.)

## DEFINIT. XII.

*In pariete suo quilibet potest facere fenestras, ex quibus in vicini domum prospici potest.*

- 1 **N**olo tueri eum, qui fenestram facere velit in pariete suo ad æmulationem vel despectum vicini, ut queat tantum videre secreta vicini: t Quod certe ei permitte non debet juxta tradita Defin. præced. Joh. Schneidew. in §. prædiorum 1. n. 21. Inst. de servit. rust. & urban. prædior. t Alioquin luminis causâ quemlibet parietem suum aperire, inque eo, iavit etiam vicino, iure suo fenestras facere, dixerim cum Donell.

4. *io. comm. s. & Joh. Schneidew. dict. loc. n. 20.* † Ita tamen ut vicino liceat contra ædificare & obscurare lumina vicini in toto vel in parte, atque ita impedire, quod minus per illas fenestras habeat prospectum in aream vel hortum suum, Schneidew. d. n. 21. † Nam quilibet pro lubitu in suo ædificare potest, etiamsi noceat vicino, *i. fluminum 24. §. ult. cum duab. LL. seqq. ff. de damn. infect. Defin. preced.* † Sicut ergo ædes illas altius tollere licet, etiamsi vicino officiatur, ita etiam permisum, quodvis facere in proprio pariete, quem etiam destruere licet, ut recte sentit Hottom. 2. *amic. resp. 4. & 31.* † Nec facit in contrarium quicquam objectio Jacob. Cujac. r. *observat. 31.* quod nihil intersit, pedesne an oculos quis in alieno habeat. Quoniam imò multum interest, ut cuivis obviam, † neque inspiciendi in alienum, sed luminis gratiā quisque fenestras immittere præsumitur. † At, inquietus, jure demum servitutis vicinus lumina mea excipere tenetur, *i. 4. l. 40. ff. de serv. urb. predior.* Ergo non libertatis jure in pariete meo fenestras face-re potero? † Verum, dicit LL. ita sunt accipiendæ, si communem parietem aperire velim, quod extra casum servitutis constituta facere non licet *d. l. 40. ff. de S. U. P.* † Aut dici potest, haec tenus jure servitutis vicinum lumina mea excipere teneri, ut iis officere non posit; Alias citra servitutem, jure quidem fenestras immitto, sed vicissim vicinus jure suo eas obstruere potest. † Nec movet oppositio inter servitutem luminum & ne luminibus officiatur, *dict. l. 4. ff. d. r.* ita enim differunt hæ servitutes, quod altera pius, altera minus contineat. † Nam qui luminum servitutem debet, potest ædificare & quidvis facere, modò lumen necessarium vicino relinquat; † Qui verò debet servitutem; Ne luminibus officiet, nihil planè, quo lumen minuatur, facere potest, licet alia lumina vicino abundant, *Cæpoll. de serv. urb. pred. cap. 35. & 36.* † Planè statutis & legibus sicut ædificiorum altitudini, ita huic quoque rei, nempe ne fenestram in pariete proprio ad prospektum in hortum vicini habere liceat; modus imponi potest, *l. 12. C. de edific. privat.* † Nec non jure servitutis impositæ, ut in tali muro vel pariete non posset fieri fenestra, *i. altius 8. C. de servit. & aqua. Joh. Schneidew. dict. loc. n. 21.*

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Hat vorherwähler euer Nachbar in seiner Wand und Kammer ein Fenster machen lassen/wann er nun gleich dadurch in euern Hof sehen kan/r. So mag ihm doch solches von euch nicht gewehrt/ noch er das Fenster wieder abzuschaffen angeholt werden/ Es ist euch aber durch Aufführung eines Gebäudes auf euren Hof solchen Prospectum zu verbauen unbenommen/V.R.W.)

Et in causa M. Timothei Lautenschlägers zu Neustadt an der Orla/Mens. Febr. Anno 1635.

#### DEFINIT. XIII.

*Servitus altius tollendi revera servitus est, nec usū atque effectu destituitur.*

1. *Quum ex permissione juris quilibet in suo, etiam ad celum usque ædificare posse, l. altius. 8. C. de servit. & aqua.* jure potius libertatis quam servitutis altius tollere ædes, permisum videtur: Nihilominus † servitus hæc disertè enumeratur inter servitutes urbanas in *l. 2. ff. de serv. urb. predior. §. equa 2. Inst. de alt.* † Dicemusne ergo, unam eandemque esse servitutem, quæ diversa relatione diversis nominibus appellatur, causam præbente formularum diversitate, quæ ex parte afferens servitutem negativè, ex parte eam negantis affirmativè concipiuntur, ut sentit Reinh. Bachov. in *not. ad Treutl. vol. 1. disp. 17. tb. 2. lit. D.* † Sed hanc explicationem dicta *l. 2. ff. de S. U. P.* non admittit, duplicem referens servitutem, altius tollendi, & altius non extollendi,

*Carpz. Definit. Vol. I.*

† Communis est explicatio tradita à Johan. Fabr. & Zaf. in *dict. §. equa 2. Inst. de action.* tum dici quem jure servitutis altius tollere, ubi prius statuto aut pacto certus modus ædificii fuerit præfinitus, quem modum si remitto, jam jure servitutis potius, quam libertatis naturalis altius ædes tolli videntur. † Quæ tamen explicatio vix jure probari potest, siquidem hoc modo non servitus constituitur, sed ante constituta tollitur, & ædes in libertatem suam restituuntur, ut recte Jason disputat in *dict. §. equa 2. Inst. de alt. n. 43.* Et altius tollere de necessitate servitus, de voluntate libertas est. † Rectius dixeris jus altius tollendi referri inter servitudes, quando jure servitutis cogere possum vicinum, ut altius tollat suas ædes, quia ex eo sentio utilitatem, cum pro sit mihi ad arcendum impetum ventorum, vel ut præstet umbram eo loco, quo solem habere gratum non est, ut dicitur in *l. si arborēm 17. in pr. ff. de serv. urb. pred.* † Quæ servitus mercatoribus quandoque est commodissima, secundum Zaf. in *dict. §. equa 2. Inst. de alt.* † Aut si vicinus meus habeat ex suis ædibus prospectum in meas ædes vel hortum, potero ab ipso stipulari, ut parietem suum altius tollat, ne sic prospectum habeat in meas ædes, quæ obligatione ceu jure Servitutis postea altius tollere ædes suas erit obstrictus; Bartol. in *dict. l. 1. ff. de S. U. P. Cæpoll. in tract. de serv. urb. predior. c. 26.*

Ita Domini in causa Michaelis Martini zu Leipzig/Ment. Sept. Anno 1590.

#### DEFINIT. XIV.

*pactum servitutis, ne prospectui officiatur, obligat etiam successorem domus singularem.*

*S*i quis alterius luminibus vel prospectui ædificando in ædibus suis non officere promittat, posteaq; ædes veritat, queritur, an hoc pactum servitutis emptor quoque sit obstrictus, ac propriea pro lubitu ædificare, ac vicini luminibus officere, inde prohiberi queat? Pendet hujus quæstionis decisio potissimum ex eo; † utrum pactum illud personale sit, an verò reale? Nam † quæ personalia sunt, personam non egreditur, nec singularem successorem ullatenus obligant, *l. cum cui 13. C. de oblig. & alt. l. non adversus 15. C. si cert. petat. l. 3. C. de servit. & aq. l. 1. C. de condit. indebit. Bartol. in l. fluminum 24. §. adjicitur 1. ff. de damn. infect.* † Quæ verò sunt realia, rem ipsam ita afficiunt, ut una cum onere transiant ad quemque successorem, *l. si convenerit 18. §. si fundus 2. ff. de pign. act.* † Pactum verò servitutis rem ipsam afficere, nec non actionem ex eo provenientem esse realem, aut certè personalem in rem scriptam, ac proinde emptorem, aliumve quemvis etiam singularem successorem illo obligari, multis probat Dan. Moll. ad *Const. Elect. 37. n. 9. & seqq.* † Quæ sententia cō probabilior videtur, quanto certius est, in dubio ubi ex mente contrahentium non sat constat, utrum pactum in rem, an verò in personam fuerit conceptum, non in personam, sed in rem factum præsumi, *l. si pactum 9. ff. de probat. l. veteris 13. C. de contr. & comm. stipulat. Borch. de pact. cap. 2. in 3. di. vis. pact. n. 22. Forst. de pact. c. 4. membr. 3. vers. in dubio tamen.*

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Hat Finsingers Häuses vorher Besitzer Valentin Löchmann mit eures Häuses Vorfahren sich dahin verglichen/ daß er ihm an seinem Ställ im Hofe die Fenster und das Licht in keinerley Weise verbauen/ noch verhindern wolle/r. So ist dannenhero letziger Besitzer Valentin Löchmanns Behausung Hans Finsinger in seinem Hofe die quer über einen Gang zu führen/ und euch dadurch das Licht zu verbauen nichs befugt/V. R. W.)

Et in causa M. Timothei Lautenschlägers zu Neustadt an der Orla/Mens. Febr. Anno 1635.

## DEFINIT. XV.

*Jus coquendi cerevisiam ad inflar servitutum rea-  
lium separatum à domo, in qua beret, vendi  
nequit.*

- 1 **I**N servitutibus certissimum habetur, quoties ad usum persona constituuntur, toties esse personales, *l. usus aquae 21. ff. de usu & habite. l. Lucius 37. ff. de serv. rust. pred.* † Quandocunque verò ad usum prædii servitus imponitur, procul dubio est realis, *l. pecoris 4. ff. de servit. rust. predior. l. Mela 14. S. 2. ff. de alim. & cibar. legat. l. 31. S. uno 7. ff. de negot. gest. l. 2. l. 4. l. 5. l. 6. ff. de S. R. P.* † Quod & tum fieri creditur, cum conceditur personæ tanquam prædii Domino, vel quoties usus Servitutis refertur ad prædium & secundum id determinatur, *Cæpoll. de servit. c. 2. de serv. real. n. 6. & serv. rust. pred. cap. 4. Matth. Wesenb. part. 1. consil. 39. n. 2.* † Idemque juris est in aliis privilegiis atque juribus, quæ vel personalia vel realia habentur. Ac proinde jus coquendi cerevisi-
- 5 am (die Brau-Gerechtigkeit) † quia conceditur persona, tanquam Domino ædium, secundum quas etiam determinatur, ex observantia harum provinciarum communi, non personale sed reale est, † ideoque separatum à domo, cui inhæret, vendi non potest. Scilicet quia servitudes ac jura realia semper cum prædio vel domo manent, ac in quemlibet ejus possesso transirent, † nec modo aliquo ab eâ separari possunt, *dicit. l. pecoris 4. ubi Gloss. l. si mibi 20. S. ult. l. via. 23. S. fundus 2. l. cum fundo. 36 ff. de serv. rust. predior. l. cum fundus. 12. ff. comm. predior. l. & in 3. C. de serv. & aqua. Wesenb. dicit. loc. num. 3. Anton. 8 Fab. in Codic. lib. 3. tit. 24. defin. 2.* † Non magis, ac jurisdicção sine territorio, cui inhæret, vendi potest, per ea, quæ tradit Fabian. de Mont. de empt. & vendit. *quaest. 6. quart. quest. princ. num. 22.*

Ita Domini in causa des Rauchs zu Werningeroda/Mensl. Jul. Anno 1596. Verba sent. Ist bey euch von Alters her die Brau-Gerechtigkeit zu Brauen und Schenken auf gewisse Häuser gelegt und gerichtet/und es hat Nicol Genold sich unterstanden/ solche Brau-Gerechtigkeit/ so auff seinem Hause gewesen/ besonders und ohne das Haus zu verkauffen/ ic. So sendt ihr als die Obrigkeit des Orts ihm solches zu gestatten nicht schuldig/ R. B. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Servitute flaminis concessâ, videtur etiam concessum  
iter atque aditus ad flumen illud.*

- 1 **P**ermiseram tibi vehere ligna per motum aquæ in flumine meo, (durch die Flösse) id cum facere non posset, nisi aditus ad flumen pateat, per consequentiam servitudem quoque itineris tibi concessam diceras: † Rectè omnino ex mente Ulpiani in *l. 3. S. 3. Pomponii in l. 15. ff. de S. R. P. l. qui fundum 40. S. in Lege 1. ff. de contr. empt. Gloss. in l. binas quis ades. 36. 3 in verb. Quari ff. de S. U. P.* † Etsi enim alias concessio ad ea extendi non debeat, quæ specialiter expressa non sunt, *l. uxorem 15. ubi Dd. C. de nupt.* † Attamen si quid est, quo sine servitute constituta recte uti non posit Dominus, aut ipse usus sit inutilis, id omne unâ cum servitudine tacite concessum intelligitur, *arg. l. 2 ff. de jurisd.* † Continet namque concessio ea, quæ concedens fuerat verisimiliter permitturus, *l. qui peculii. 46. ff. de pecul. l. 6. ff. de pignor. l. filius familias. 7. ff. donat.*

Ita Domini in causa Henrici à Schönbergs in Frauenstein/ Mensl April. Anno 1599.

## DEFINIT. XVII.

*Inscio etiam Magistratu, subditi fines agrorum suo-  
rum distinguere, novosque lapides finales po-  
nere possunt.*

**N**on potest fieri divisio rei communis citra alienationem *l. 1. S. 1. l. magis puto. 5. S. ult. l. quinque 8. in fin. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. pen. C. de pred. minor.* † quin & divisio alienatio dicitur *l. si pupillorum 7. ff. de reb. eor. qui sub tutel.* † ac vicem emptio- nis obtinet, *l. 1. C. comm. urriusque jud.* Existimare ergò quis posset, nec subditis licere fines agrorum suorum distinguere, aut novos ponere lapides finales inscio Magistratu, † quippe, quod in foro Saxonico bona immobilia alienari nequeant absque judicis vel Magistratus consensu, *Art. 8. lib. 1. Landr. Art. 34. dict. lib. 1. Coler. de proc. execut. part. 1. cap. 10. n. 189. Zobel. p. 2. diff. 28. num. 12.* † Sed obtinet hoc foliummodo in alienatione voluntariâ, non necessariâ, à quavis siquidem dispositione censentur regulariter excepta ea, † quæ necessitate urgente fiunt, *l. per diversas 22. vers. exceptis. C. mandat. l. ult. in fin. C. de litigios. l. alienationes 13. ff. famil. ericis.* † Ac divisio alienatio necessaria censetur *l. si pignori. 29. ff. eod. tit. Hartm. Pist. lib. 1. quaest. 50. n. 55.* † Nil ergò obstat, quò minus subditi, inscio etiam Magistratu, fines agrorum renovare, novosque terminos aut lapides finales ponere queant, modo inde agris Domini vel vicinorum non præjudicetur.

Ita Domini in causa Seyfrieds von Schönfeld/Mense Mart. Anno 1622. (Verba sent. Ob wohl die Unterthanen des Dorfs Grumberg ohne Vorbewußt euer/als des Erb- und Lehnherrns/ sich unterstanden neue Berechnungen zu machen / und Reinsteine zu segen; da aber dennoch solches nur allein auff ihren Gütern geschehen/ und euch oder andern dadurch an euren Acker mit Fortsetzung der Reitwege kein Schade oder Nachteil zu gefüget worden/ ic. So möchten sie deswegen in einige Strafen von euch nicht genommen werden/B. R. W.)

## DEFINIT. XVIII.

*Agenti negatoriâ actione, non incumbit onus probandi, sed Reo agenti confessoria.*

**Q**ualamvis aliis in actionibus regulariter actori in cumbat onus probandi, adeo quod actore non probante, Reus etsi nihil præstiterit absolvatur, *l. qui accusare 4. C. de edendo.* In actione tamen negatoriâ diversum observatur. † Etenim, quia pro actore militat præsumptio libertatis, *l. cum eo. 9. ff. de servit. urban. predior. l. altius 8. C. de servit. & aqua. l. 4. ff. de justit. & iur. † relevat hæc ipsum ab onere probandi, illudque in Reum transfert, qui cogitur probare, servitutem sibi deberi, Guid. Pap. *quaest. 18. Anton. Fab. in Codic. lib. 3. tit. 24. defin. 8. num. 5. Joh. Schneidew. in S. aquæ 2. num. 38. Inst. de act.* † Nec mirum, quia actor agit negative, Reus verò excipit affirmativè, ideoque meritò onere probandi gravatur *l. actor. 23. C. do probat.* † Quamvis & dici possit, Reum hic vices actoris sustinere, quia in actione de servitudibus, sive confessoria, sive negatoriâ, id perpetuum est, ut uterque sit actor & Reus, *S. aquæ 2. ubi Johan. Fab. Inst. de Action.* † Planè si actor negatoriā exercens fateatur, adversarium quid fecisse, quod soleat fieri jure servitutis, dicat tamen, id factum vi aut clam, aut precario, vel etiam jure familiaritatis, † tūm omnino exigetur probatio ab actore, quia præsumptionem habet contra se, ne delicti præsumptio capiatur, *l. meritò 51. ff. pro Socio.* † Delictum enim est, si quid vi aut clam fiat, precatum verò, quia ad donationem proximè accedit, *l. 14. ff. de precar. præsumendum non est l. 16. C. de probat. Fab. dict. Defin. 8. n. 6.**

Ita Domini in causa Hansen Anshelms zu Leipzig/Mense Nov. Anno 1626. (Verba sent. Die weil aber eurem Hause grosse Ungelegenheit dadurch zugefüget wird/ sendt ihr um Abschaffung der Beschwerung anzuhalten vorhabens; da ihr ih-

nun deswegen gebührlich belangen und in Anspruch nehmen würdet / ic. So wäre beklagter Hertel die servitus, so er auff eurem Hause zu haben vermeinet/gebührlich zu erweisen und hinzubringen schuldig/ V. R. W.)

Et in causa der Gemeinde zu Gornsdorff und Auerswalda/ ad requisitionem Quæstoris zu Lichtenwalda/Mens. Mart. Anno 1594. ( Verba sent. Dieweil klagerde Einwohner obbe-nannter Dörfer die Vermuthung der Rechte/ verwidige welcher aus natürlicher Freiheit ihnen ihres Gefallens/wo sie wollen/zu mahlen noch gelassen/diefalls für sich haben; so werden sie auch darbey/ bis so lange zu Recht wider sie ein anders ausgeführt/bislich gelassen/V. R. W.

## DEFINIT. XIX.

*Sublato ædificio, cui servitus inhæret, & que postea restituto, eadem debetur servitus.*

**N**on certè inter omnes convenit, an rei sive predi servientis interitu, servitudes prediales amittantur? id t̄ quo affirmat post Matth. Wesenb. in parat. ff. quemad. servit. amitt. num 4. Reinh. Bachov. in not. ad Hier. Treutl. vol. r. disp. 17. th. 16. lit. C. t̄ At rectius hoc negat Hugo Donell. lib. n. com. ment. cap. ut in fin. & ipse Treutl. dict. loc. t̄ Quia sublato ædificio, cui debetur stillicidii immittendi

servitus, & postea restituto, eadem servitus debetur, quoniam res eadem est propter aream, quæ mansit; t̄ etsi forma ædificii mutata fuerit, l. servitutes 20. §. si sublatum 2. ff. de S. P. II. t̄ idemque confirmatur per text. in l. si locus 14. ff. quemad. servit. amitt. L. & Atilicinus 35. ff. de S. P. R. t̄ Quin & sublata superficie, ut si forsitan ex prato vel agro hortus factus fuerit, servitus itineris aut viae manebit, quia solum manet, cui servitus quæsita est, l. certo generi 13. in pr. ff. de serv. pred. rustic. t̄ Aliud dicendum putaverim, si locus ædificii mutetur, alioque in solo ædificium postea restituatur, quia tum res ipsa mutata videtur, dict. l. 20. §. 2. ff. de servit. pred. urban. t̄ Planè, & hoc intellectum velim tantummodo de servitudibus realibus, quæ sublato ædificio non pertinet, dict. l. 20. ff. d. t. Nam servitudes personales sublato ædificio non subsistunt, l. repeti. 5. §. rei mutatione 2. ff. quib. mod. usuf. amitt. t̄ cujus rei rationem diversitatis tradit Joh. Harppr. in §. 1. num. 23. Inst. de servit. predior. t̄ Ergo sublato corpore, servitudes personales ei inhærente omnino tolluntur, pr. inst. de usuf.

Ita Domini in causa Dn. Anox, viduæ à Biberstein/Mense April. Anno 1635.

## CONSTITUTIO XLII.

## PARTIS SECUNDÆ.

## Von der Frauen Mitgiff und Einbringen.

**M**ere Nähe/ Facultäten und Schöps penstüle halten es richtig und unzweifelhaftig sehn/ wann einer Frauen ein Leibgedinge auffgerichtet und bestätigt worden/ welches sie auch beliebet und angenommen/ daß dagegen ihre Mitgiff und Einbringen verlösche und abgehe. Da aber derowegen/ wie es zu halten/ gewisse Pacta und Vereinigungen auffgericht/die selbe müssen zu fordern in acht genommen/und darauff gesprochen werden:

## DEFINITIONES.

1. Matrimonio dissoluto, donatio propter nuptias ad maritum, ejusve heredes revertitur.
2. Modus dotalitii legitimus quisnam sit in foro Saxonico?
3. Dotalitio constituta, & à Viduâ agnito, dos, feudo jure dotalitii incorporata, repeti nequit, nisi aliud specialiter conventum fuerit.
4. Uxore prædefunctâ, dotalitium baud effectum sortitur, sed dos marito superstiti cedit, de qua tamen liberis debetur legitima.
5. Constitutio dotalitii quatenus obligat Agnatos in feudo, nec non filios aliosque heredes descendentes.
6. Vidueratione dotalitii, quod à primo marito ad viam adepta est, à secundo marito absque consensu Agnatorum denuo dotalitium constitui nequit.
7. Uxor ratione dotalitii seu usufructuaria cautionem prestare tenetur.
8. Obligata est Uxor, ratione dotalitii, ad inventariis confectionem.
9. Locare potest Uxor dotalitium suum, ita tamen, ut morte ipsius locatio finiatur.
10. Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium habet constitutum; ex aliis mariti bonis illud petere valet;
11. Mulieres in donatione propter nuptias gravari baud possunt.
12. Pater familiam dotare tenetur, adque id officio iudicis compelli potest.
13. Non tenetur pater dotare filiam locupletem, quæ aliunde habet, unde seipsum dotare possit.
14. Dotis usura debentur a tempore morte.
15. Mulier usufructuaria bonorum mariti defunctorum non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum; nisi pater aliud disponuerit.
16. Tutor licet maiorem dotem promiserit, non tamen tenetur ultra, quam pupilla in bonis habet.
17. Valida est datio fidejussoris pro dotalitio nec non pro dote, ante sponsalia facta vel ad instantiam patris filiam dotantis.
18. Maritus dotem promissam exigens absque curadio, nomine proprio agere & experiri potest.
19. Uxor quia est dominus fundi dotalis, ad eam periculum dotis spectat.
20. Etiam dotis in rebus mobilibus constituta, periculum mulier sustinet.
21. Rei dotalis astitata dominum & periculum ad maritum spectat.
22. Usura dotis, à marito non petita, post mortem ejus ab ipsis heredibus baud exigi possunt.

**A**ud Consiliarios nostros, Collegia item Facultatum Juridicarum & Scabinatum pro certo & indubitato habetut; dotalitio mulieri constituto & confirmato; & que ab illâ acceptato, ea, quæ dotis nomine ad maritum attulit, expirare, nisi pactis aliter sit convenientum. Ea namque ante omnia in judicando sunt attendenda:

## De Dotibus &amp; bonis illatis Muli- lierum.

## DEFINIT. I.

*Matrimonio dissoluto, donatio propter nuptias ad maritum ejusque heredes revertitur.*

1. **M**aritus in compensationem dotis, uxori donationem propter nuptias facere solet, §. est & aliud genus 3. Inst. de donat. l. ult. & tot. tit. C. de donat. ant. nupt. Johann. Schneidewin. ad dict. §. 3. n. 1. ubi & alii Dd. Inst. d. t. † ad assecurationem nempe dotis, ut mulier pro hac eò securior sit, & si forte maritus dotem alienet, aut prodigaliter consumat, vel aliter amittat, damnum inde suum resarcire possit, dict. l. ult. vers. sancimus C. de donat. ant. nupt. 3. † Unde & compensatio ac pignus dotis dicitur, Henn. Göden. conf. 6. num. 7. vulgo solet appellari remedium nuptiale vel antipherna l. 20. in pr. C. de donat. ant. nupt. Gegen. Vermächtnis/ † inter quam donationem ac dotem æqualitas est servanda, ut non major fiat donatio propter nuptias, quam dotis quantitas fuit, dict. l. ult. vers. siigitur. doce. C. de donat. ant. nupt. Bocer. de donat cap. 10. num. 8. Matth. Coler. part. 1. decis. 192. † quamvis non ubique locorum æqualitas hæc attendatur, Andr. Gail. l. 2. observat. 78. num. 2. & seqq. Hartm. Pist. lib. 1. q. 4. num. 5. Schneidew. dict. loc. num. 44. Boc. dict. cap. 10. n. 6. n. † Quemadmodum verò dos soluto matrimonio revertitur ad uxorem, l. nn. §. illo procul dubio o. C. de rei uxor. att. ita & † donatio propter nuptias matrimonio dissoluto ad maritum redit, c. donatio 8. §. sanè soluto matrimonio, ext. de donat. int. vir. & uxor. Schneidewin. & Bocer. dict. loc. Hartm. Pist. lib. 1. quast. 14. num. 34. † Sicuti & defuncto marito donatio propter nuptias ad mariti heredes revertitur, non autem uxori cedit, nisi pactum expressum de lucrandâ donatione propter nuptias interpositum probetur, vel statutum aut consuetudo loci contrarium velit, Bocer. dict. cap. 10. n. 22.

Ita Domini in causa Davidis Kolbingers zu Leipzig / Mens. Oktobr. Anno 1628. Verba sent. Ob nun wohl die Wittib ansiehen thut / daß ihr über ihr Einbringen noch einstens so viel zum Gegen-Vermächtnis verschrieben worden / derowegen sie nunmehr nach des Mannes Absterben böhdes zu fodern gemitnet ist ; dieweil aber dennoch bey demjenigen Punct/ daß des Gegen-Vermächtnis wegen Verordnung geschehen / ihm davon nichts Eigenthümlichen zugewendet worden / daunenhero sie dadurch ein mehres nicht/ als ihres eingebrochenen Guutes assecuration und Versicherung erlanget/ und es also bey der dispositione juris communis verbleibt/ ic. So ist auch bemeldte Wittib das ihr constituirte Gegen-Vermächtnis nach Gelegenheit dößfalls zu fodern nicht berechtigt/ (V.R.W.)

## DEFINIT. II.

*Modus dotalitii legitimus quisnam sit in foro Saxonico?*

1. **A**lia est species donationis propter nuptias, quæ vulgo dotalitium appellatur: Nam peculiari quâdam, & à juris communis dispositione separata ratione, pè universam penè Germaniam, in primis verò in terris Saxonici usu longissimo introductum est dotalitium ( Leibgedinge / Leibgucht / Wittum) 2. † Quod vir uxori suæ ratione dotis datæ in suis bonis concedit, ut eo viduâ factâ ad dies vitæ utatur fructus, Hartm. Pist. lib. 1. q. 4. in pr. Henr. Bocer. de donat. cap. 11. n. 2. Thoming. decis. 29. n. 8. Schurff. cent. 3. confil. 51. Andr. Rauchb. part. 1. quast. 47. num. 21. 3. † idque præsertim inter Nobiles est usitatum, qui viduis suis ita prospicere, ac dotalitia in bonis feudali bus constituere solent: Quin tamen inter cives aliquosque homines, qui nobiles non sunt, licet hoc rationis fiat, † idem usurpetur, dubium non est, præsertim si illi homines feuda posideant, Matth. Coler. part. 1. decis. 60. num. 18. quamvis ambigendum

non sit, † in bonis etiam allodialibus, maximè si feudalia non adfint, illud rectè constitui posse, art. 75. ubi Gloss. latin. ad text. Germ. lit. b. lib. 3. 4. Andr. Dan. Moll. bic num. 13. † Quum verò una eademque consuetudo in omnibus Saxon. provinciis non sit, 6 ideo in quantitate dotalitorum constituendâ id obtinere debet, quod cujusque Provinciæ mos & usus postulat, Gloss. latin. ad dict. art. 75. lit. a. in med. Coler. dict. decis. 60. num. 19. † Sanè regulariter in 7 foro Saxonico ex consuetudine communissima, modus dotalitii est ususfructus duplicatus ejus, quod dotis nomine fuit illatum, putâ, si mulier quingenitos florenos in dotem attulisset, tunc et mille aurei in dotalitium constituuntur, non quidem, ut proprietatem illorum mille aureorum habeat, sed solum usumfructum, putâ centum aureos, donec superstes fuerit. † Permittitur namque in materia dotalitii 9 pensio decem aureorum pro singulis centenis, Coler. dict. decis. 60. n. 11. Hartm. Pist. dict. qu. 4. n. 1. Bocer. dict. cap. 11. n. 14. Dan. Moller. bic num. 12. Jac. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. p. 3. q. 122. n. 132.

Ita Domini in causa D. Johannis Garmers zu Hamburg/ Mens. Decemb. Anno 1621. ( Verba sent. So wird das verschriebene Leibgedinge nach dem Einbringen billich geachtet und gerichtet/ und der Wittib davon die Leibzinsen/ Vermöge der gemeinen Sächsischen Landes-Gebräuche/ gedoppelt als 10. von iedem 100. fl. Jährlichen abgestattet/ ic.)

In causa Volkmar Hildebrands zu Zehmen/Mens. Jan. Anno 1636. ( Verba sent. Hat euer Vetter George Ernst von Zehmen/ als er sich Anno 1591. mit Magdalenen Blanckin zu Wahren verehlichet/ eine Ehestiftung auffgerichtet/ darinnen unter andern ißt der Blanckin gegen 1000. fl. Mitgift 2000. fl. jährlichen / dem Sächsischen Landes- Gebräuch nach/ mit 200. fl. zu vergüssen/ zum Leibgedinge verordnet worden/ ic.)

Et in causa N. à N. Viduz zu Leipzig / Mens. April. Anno 1636. ( Verba sent. Da ißt aber dennoch eurem virstorbenen Jucker 1000. fl. Ehegeld zu brachte hättet/ So wären die Leibzinsen euch dem Landes-Gebräuch nach zu beleibdingen/ und 200. fl. Leibzinsen jährlichen zu entrichten schuldig / D. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Dotalitio constituta & à Vidua agnito dos feudo jure dotalitii incorporata reperi nequit, nisi aliud spacialiter conventum fuerit.*

1. **A**t, dixerit quis, nonne Reditus dotalitii, decem scilicet annua pro centenis, atque ita censem pro mille sunt usurarii, & sic ratio ac modus dotalitii minimè legitimus ac permisus? † Sanè, quia supra hominum memoriam hisce in locis justus hic redditus dotalitii ad rationem unius pro decem habitus fuerit, non est, quod de illius iustitia in posterum dubitemus, Hartm. Pist. part. 1. quast. 4. n. 1. † Neque adeo in lucro versari putanda est mulier, quæ dotalitii reditus magis, quam ipsius dotalis pecunia restitucionem eligit: † Quis enim nescit, in emptione redditum ad vitam, propter ætatum discrimina, incertitudinem eventus, aliasque circumstantias, tolerari redditum seu pensionum majorum solutionem, Petr. Heig. part. 1. quast. 27. num. 7. Andr. Gail. lib. 2. observat. 8. in pr. † Idque maximè in dotalitio, quo semel constituto & à viduâ agnito dos repeti nequit. † Ideoque viduâ defunctâ dos feudo incorporata per dotalitium acceptatum prorsus expirat, & penes mariti heredes feudales perpetuo pleno jure permanet, b. Const. 32. vers. Dass dagegen ihre Mitgift und Einbringen verlöschte und abgehe/ ic. ubi Moll. n. 1. Hartm. Pist. part. 1. q. 4. n. 20. Coler. part. 1. decis. 57. n. 57. & dec. 60. n. 12. Rauchb. part. 1. quast. 30: n. 22. Matth. Welsenb. part. 1. conf. 26. n. 26. † Quod verum est, non tantum in dote in pecunia numerata consistente, sed & si fundus, aliavè res immobilis in dotem fuerit data, ut ritè docet Moller. bise. num. 16. † ubi tam id limitat in casu, quo maritus bona nul-

la aut saltem sufficientia non habet, sed uxori dotalitium iis in bonis constituit, quæ vel suâ industria, vel gratia Principum, aut ex hereditate, vel aliunde se adhuc conseceturum sperat, Moll. hic num. 5. ¶ Planè, si aliter conventum fuerit, puta quod dotalitio etiam à Vidua semel agnito dos repeti queat, vel quod sèpissimè fieri solet, ut dotem quidem illatam uxori post mortem mariti recipiat, ratione verò donationis propter nuptias, annuam pensionem ad vitam consequatur, † illud omnino servari debet, b. Const. 42. vers. Da aber derowegen/wie es zu halten/ gewisse pacta und Vereinigungen auffgerichtet/dieselben müsse sen zu förderst in acht genommen/und darauff gesprochen werden/ † Siquidem provisio hominis tollit provisio nem legis, l. ult. C. de part. conv. Moll. hic n. 4.

Ita Domini in eadem causa Boldmar Hildebrandus von Behmen/Mens. Januar. Anno 1626. ( Verba sentent. Und nachdem gedachter Georg Ernst von Behmen Todes versfahren/ hatte dessen Wittib ihre Mitgift nicht wieder gefordert/ sondern dieselbe nebenst den verordneten 1000. fl. zugleich mit 200. fl. verzinsen lassen/ scilicet. So bleiben obangeregt 1000. fl. Mitgift auff der Wittben begebenden Todesfall/weil Speciali pacto ein anders ausdrücklichen nicht versehen/ euch als dem Lehnserben billich/ und die Land-Erben haben sich derer nicht anzumassen/ V. R. W. )

## DEFINIT. IV.

*Uxore predefuncta, dotalitium haud effectum sortitur, sed dos marito superstite cedit, de qua tamen liberis debetur legitima.*

Iacet dos, cuius respectu uxori constitutum est dotalitium, in feudo remaneat, Defin. preced. ¶ Attamen hoc alter accipendum non est, quam si præ defuncto marito, uxor uia fuerit dotalitio, † quod post mortem mariti demum sortitur effectum, Hart. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 27. Modest. Pistor. part. 2. quest. 5. ¶ Alioquin, si dotalitio constituto, uxor antem matitum decebat, atque adeò dotalitium haud effectum sortiatur, dos haudquam feudo cedit, cum eo tempore mulier decesserit, quo dotalitio nondum uti potuerit, sed in ejus arbitrio adhuc fuerit, utrum magis dote suâ contenta esse, & dotalitio renunciare voluisse. ¶ Dubium ergo non est, quin hoc casu juxta consuetudinem territorii Saxonici, perinde ut alia uxor's mobilia, etiam dotem, quæ in pecuniâ numeratâ vel rebus mobilibus consistit, maritus lucretur, † ita tamen ut liberis vel parentibus Uxor's defunctæ debeatur legitima, Hart. Pistor. dict. quest. 4. num. 27. ¶ Observat. III. Nec enim ex sola dotalitii promissione vel constitutione, dotis natura immutatur, ut malè existimat Jacob. Schult. in addit. ad Coler. part. 1. decis. 57. num. 73. ¶ Sed usus demum dotalitii, post mariti obitum, heredibus feudalibus jus tribuit, ut scitè hoc explicat Hart. Pistor. dict. observat. III. ¶ ibi Simon. Ulric. Pistor. in not.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Auffu Fall aber die Wittib vor dem Ehemanne verstorben wäre/ so hätte sie ihr zugebrachtes Ehegeld/weil solches durch das aufgerichtete Leibgedinge nicht erloschen/ Vermöge Landüblicher Sachsischer Rechte als andere Baarschafft und beweglich Gut auff dem überlebenden Ehe-Mann/nach Abzug der Kinder legitemen, gebracht und verfüllt/dessen sich auch nach seinem des Mannes Absterben die Land-Erben anzumassen hätten/ V. R. W. )

## DEFINIT. V.

*Constitutio dotalitii quatenus obliget Agnatos in feudo, nec non filios aliosque heredes descendentes.*

¶ Nullum prorsus dubium est, quin agnati sive heredes feudales indiferenter ex pacto obligentur, si consenserint constitutioni dotalitii, quounque etiam modo illud fuerit promissum, Hartm. Pi-

stor. part. 1. quest. 4. num. 6. ¶ At, si non consenserint, haudquam eis præjudicabit factum Vasalli defuncti, si in dotalitio constituendo legitimū & usitatum modum excellerit, maiores scilicet promittendo redditus, quam decem in singulos centenos, aliove modo speciali uxori sue prospiciendo, quod pacto peculiari ipsum facere posse indubitatum est, b. Constit. 42. vers. Da aber derowegen Supr. Definit. 3. Hartm. Pistor. dict. quest. 4. n. 5. ¶ Regulariter enim ex facto Vasalli defuncti successores in feudo non tenentur, neque ipsis invitatis ratione feudi, onus aliquod à defuncto injungi potest, cap. 1. in pr. de success. feud. cap. 1. in pr. de alienat. feud. patern. cap. Tiusius si de feudo defuncti content. fuer. ¶ Eatenus tamen heredes feudales ex facto Vasalli defuncti obligantur, quatenus dotalitium intra legitimū & usitatum modum fuerit constitutum, dosque realiter ab Uxore in feudum illata, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 122. num. 131. ¶ num. 114. ¶ seqq. Hartm. Pistor. dict. quest. 4. num. 7. Matth. Wesenb. part. 2. confil. 77. Dan. Moller. hic num. 11. ¶ Quid certè mirum non est, quum dotalitii constitutio sit feudale odus, quod defuncto marito, licet ab eo nunquam fuerit promissum, heredes feudales in feudo constituere, jure obligantur, etiamsi alia superant bona hereditaria, Vid. Constit. 44. infr. Defin. 1. Hartm. Pistor. dict. q. 4. n. 15. Modest. Pistor. q. 122. n. 131. ¶ 136. ¶ Fortius autem constitutio dotalitii obligat filios aliosq; heredes descendentes, non solum quando dotalitium debitum ac usitatum, modum haud excedit, sed etiam, si eum longè superat, quoniam ¶ filii aliquique descendentes factum patris præstare tenentur, l. cum à matre 14. C. de R. V. l. venedictici. 3. C. de reb. alien. non alienan. Hart. Pistor. dict. q. 4. n. 6. ¶ ut ita horum consensu ad constitutionem dotalitii minimè opus sit, Gloss. latin. ad text. germ. Landr. lib. 1. art. 21. lit. A. Gloss. latin. ad text. germ. Landr. lib. 3. art. 74. lit. D.

Ita Domini in causa N. à N. vidua zu Leipzig/Mens. April. Anno 1626. ( Verba sent. Wenn nun gleich die Lehnshfolger solchen Leibgedinges-Brief nicht beliebet/noch darein gewilligt. Da ihr aber dennoch eurem Juncder 1000. fl. Mitgift wördlichen gebracht hättet / So wären euch die Lehnshfolger dem Landes-Brauch nach mit 200. fl. jährlichen Leibzinsen zu verleihgedingen schuldig; dasjenige aber/was hierüber von eurem Ehe-Juncder euch versprochen und zugesagt worden/möchten sie die Lehnshfolgere/weil sie drein nicht gewilligt / noch eures Juncern Erben oder Söhne seyn/ zu halten und abzustatten wider ihren Willen nicht gedrungen werden / V. R. W. )

It. in causa Alexandri von Behmen nachgelassener Söhne und Lehnserben/Mens. Mart. Anno 1597.

In causa Joachimi von Rebolds auff Nauendorff/Mens. Jul. Anno 1634.

Et in causa Alberti & Heinrici à Buchsdorff zu Zinnig/Mens. Febr. Anno 1636.

## DEFINIT. VI.

*Vidua ratione dotalitii, quod à primo marito ad vitam adeptæ est, à secundo marito absque consensu agnatorum denuo dotalitium constitut nequit.*

¶ Si vidua à primo marito dotalitium acceperit, il. 1 ludque secundo marito dederit, ac cum reliquis bonis suis intulerit, disceptatur, An ei secundus maritus aliud dotalitium ad primi dotaliti quantitatem constituere teneatur, ita ut si vidua ex primo dotalitio quotannis duo millia ex redditibus & fructibus percipere potuerit, debeat secundus maritus ei aliud constituere dotalitium, ex quo quotannis quatuor milia percipere possit? ¶ Negat hoc Modest. Pistor. 2 vol. 2. confil. 13. quod verbotenù refert, ac sequitur Hartm. Pistor. part. 1. q. 14. ubi Scabios Lipsien ses

3. sed in hanc sententiam respondisse testatur. † Re-  
ctissimè sanè, cum ideo constituantur dotalitium uxori, quod accepto eo dotem repeteret nequeat, sed dos quasi bonis mariti incorporata perpetuò penes eum ejusque heredes maneat, b. Const. 42. Rauchbar. part. 1. quest. 30. num. 12. Coler. part. 1. decis. 57.  
4. n. 57. Supr. Defin. 3. † Sed quis non videt, rationem hanc cessare in dotalitio eo, quod Vidua à pri-  
mo marito accepit, quippe quod morte Vidua fini-  
tur, ut demonstrat Hart. Pistor. dict. quest. 14. † Aliud procul dubio dicendum erit in casu, quo mulier ex primo matrimonio dotalitium ita competit, ut non cum morte ipsius finiatur, sed usque ad vitam secundi mariti perduret, prout facile ex prædictis collige-  
re est, docente ita Modest. Pist. in consil. allegato. n.  
6. 28. † Planè & tum vidua ratione dotalitii prioris matrimonii, aliud debebitur dotalitium, si illud in-  
hunc casum, pacto speciali promissum, & consensu Agnatorum, sive heredum feudalium constitutum,  
7. fuerit. † Nam cum dotalitium etiam sine dote, consensu agnatorum, constitui posuit, Defin. preced.  
nihil sanè impedit, quò minus etiam respectu' usus-  
fructus in dotem illati idem fiat, Hartm. Pist. quest.  
14. num. 16.

Ita Domini in causa Hansen Christophs von Brügel zu Gen-  
glossen / Mensl. Octobr. Anno 1596. ( Verba sent. Hat eure Schwester Anna 40. fl. welche ihr voriger Ehemann Ös-  
wald Hesse ihr zur Leibzucht gegen ihr Einbringen/ auff seinen Lehngütern verschrieben/ ihrem andern Ehemann Georg von Hopfgarten ein- und zugebracht/ wogegen er ihr gleichfalls ein Leibgedinge auf seinen Lehngütern verschrieben/ da nun seine Brüder und Lehnsfolger daben gewesen/ und darein gewilligt hätten / ic. Auf solchen Fall wören sie ihr auch das darinnen zugesagte und verschriebene Leibgedinge aus den Lehngütern zu entrichten und abzutragen schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. VII.

*Uxor ratione dotalitii seu Usufructuaria cautionem  
præstare tenetur.*

1. Negant Andr. Rauchb. part. 1. quest. 30. num. 8. &  
post eum Frider. Pruckman. vol. 1. consil. 47. num.  
125. à mulieribus ratione dotalitii cautions jure exi-  
gi: † Quod quidem concesserim, si vidua nomine  
dotalitii, certæ pensiones annuæ ex bonis feudalibus  
solvantur, relicta horum administratione Agnatis  
aut filiis, heredibus feudalibus, ut communiter ho-  
diè fieri solet: † Alioquin, si Vidua ipsa bona feuda-  
lia administret, iisque dotalitii nomine utatur frua-  
tur, dubitandum non est, quin ratione ususfructus,  
quem habet in dotalitio, teneatur præstare cau-  
tionem de utendo - fruendo, salvâ rerum substantiâ,  
4. † ut sentiunt rectissimè Hartm. Pist. observat. 2.  
Matth. Wesenb. consil. 91. n. 15. Joh. Köpp. decis. 33.  
num. 12. Anton. Hering. in tract. de fidejuss. cap. 5. n.  
5. 229. & seq. † Unicuique siquidem Usufructuario in-  
cumbit, ut proprietario vel heredi caveat, se usurum.  
fruiturum boni viri arbitratu, & finito usufructu  
possessionem Domino restituturum, l. 1. & tot. tit. ff.  
6. Usufr. quemadm. cav. † usque adeo, ut ne quidem  
Uxor ac liberi, quibus relictus est ususfructus, ab hoc  
onere eximantur, l. 1. & 4. ubi Dd. C. de Usufruct.  
7. Andr. Gail. lib. 2. observat. 144. num. 16. † Atqui nil  
aliud verè est dotalitium, quam ususfructus, secun-  
dum tradita Interpp. Juris Saxonici Zobel. lib. 1. art.  
21. in lit. F. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 23. Joh.  
Schneidew. in tit. Inst. de bered. que ab intestat. defer-  
tit. de success'. jur. Saxon. inter maritum & uxorem. n.  
8. 43. † Maximè verò præstabit cautionem usufructua-  
riam Vidua, si pecuniam, in qua dotalitium consti-  
tutum est, sibi ad usum tradi petat, † quod ipsi haud  
denegandum, licet successores fundi sortem alibi

collocare malint, secundum tradita Daniel. Moller.  
ad Conf. 44. num. 18. p. 2.

Ita Domini in causa Gabron von Neumed/Mensl. Sept. An-  
no 1627. ( Verba sentent. Hat euch euer Ehe-Junker in sei-  
nen Lehngütern ein gewiß Leibgedinge verordnet / und er ist  
nummehr Todes verfahren/derowegen ihr euch solches Leibge-  
dinges zu gebrauchen gemeynet; Da euch nun zu solchem Ende/  
und damit ihr die jährliche Leibzinsen erlangen möchtet/das ei-  
ne Leibzugt von den Lehns-Erben eingehabt würde/ic. So möch-  
tet ihr euch der gesoderten Caution nicht entbrechen / sondern  
ihr wäret dieselbe gebührender massen zu bestellen schuldig/ V.  
R. W.)

#### DEFINIT. VIII.

*Obligata est Uxor, ratione dotalitii, ad inventarii  
confectionem.*

N On minus quoque uxor ratione dotalitii ad in-  
ventarii confectionem obligata est, Andr.  
Rauchb. part. 1. quest. 30. num. 32. † Scilicet quia inventarium necessarium dicitur antecedens cautio-  
nis, vel satisdatiōnis, Roland. à Vall. in tract. de confect. invent. q. 36. n. 7. † Et quomodo, quæso, finito dotalitii usufructu, salva substantia demon-  
strari poterit, si non prius confectum fuerit inventa-  
rium. † Idque est quod vulgo dicunt, unicuique ad rei alicujus restitutionem obligato, conficiendi inventarii necessitatem incumbere, Ferdin. Vasq. de success'. & ult. volunt. lib. 1. de restator. potent. §. 6. num. 45. Rauchb. dict. quest. 30. num. 30. † Sanè, si bonorum Feudalium administratio ratione dotalitii vidua concessa haud fuerit, sed hujus nomine quotannis certi reditus solvantur, à confectione inventarii Viduam tūm liberam esse, perinde atque ab onero cautionis, Defin. preced. facile concesserim Berlich. part. 2. concl. 50. n. 70.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Immassen ihr denn auff solchen Fall ein inventarium auffzurichten verpflich-  
tet seyd/ V. R. W.)

#### DEFINIT. IX.

*Locare potest Uxor dotalitium suum, ita tamen, ut  
morte ipsius locatio finiatur.*

Q Uiamvis uxor fundum feudale, in quo dotalitium habet, obligare vel alienare, aut etiam quicquam aliud facere prohibeatur, quod præjudicet proprietati, l. rem quam pater 22. C. de jur. dot. l. fœmina. 3. C. de secund. nupt. Jac. Schult. in addit. ad Rotschitz. de dotalit. art. 4. n. 8. Matth. Coler. part. 1. decis. 193. n. 2. † Attamen ipsum dotalitium alicui benè locare potest, ita tamen, ut locatio morte uxoris finiatur, Urtzel post Landr. cit. von Leibgedinges/vers. Solch Gut um Jährlich Geld Riechweise/ Jacob. Schult. dict. loc. Glöss. latin. ad text. german. Landr. lib. 1. art. 21. lit. K. † Cum & usufructuario cui-  
vis id facere liceat, l. 8. pr. ff. de bon. autib. jud. possid. l. non utitur. 38. cum l. seq. l. cui ususfructus. 67. ff. de Usufr. §. 1. Inst. de usu & habitat. l. 8. §. ult. ff. de peric. & comm. rei. vendit. l. 9. §. 1. l. 17. ubi Gothofr. ff. de pign. & hypoth. † Cur non ergò vidua quoque in dotalitio?

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sentent. Es ist euch aber nachmal solches Leibgedinge / wofern ihr der Haushaltung nicht selbst vorzustehen gemeynet / auff euer Leben einem au-  
vern zu verpachten unbenommen/V. R. W.)

#### DEFINIT. X.

*Mulier consentiens oppignorationi bonorum feudalium,  
in quibus dotalitium habet constitutum, ex ali-  
is mariti bonis illud petere valet.*

Q Uiam debitor pignus æquè idoneum offensit  
Creditori sit audiendus, secundum tradita Ne-  
guz. de pignor. part. 3. membr. 1. n. 21. Vincent. Caroc.  
in tract. de oblat. part. 2. quest. 43. † & regulariter offe-

offerens rem æquè idoneam admittendus, Caroc. dict. p. 2. quest. 50. n. 1. non male infert Petr. Heig. part. 1. 3 quest. 28. † mulieri Nobili, pro dotalitio, in feudo pignus constitutum habenti, aliud æquè idoneum pignus offerri posse, in hunc nempe finem, ut feudum pro dotalitio obligatum alienare liceat, † modò tamen subrogatio illa dotalitii & pignoris feudalnis absque incommodo mulieris procedat, ut bene notat Heig. dict. qu. 5 28. num. 30. † scilicet, si viduæ ex aliis defuncti mariti bonis ratione dotalitii satisfieri queat, Rotschitz. de dotal. art. 8. n. 9. † Ad quæ omnino Vidua regressum habet, etiam si ipsammet oppigitorationi bonorum feudalium, in quibus dotalitium constitutum habebat, 7 consenserit ac validè juri pignoris renunciaverit, † quod uxorem etiam absque curatore facere posse, tradit Jac. Schult. in addit. ad Rotschitz. dict. art. 8. num. 12. & 8 seqq. † Neque enim pignoris remissio donatio est, l. eis 18. ff. quæ in fraud. credit. l. i. §. cum venditor. 1. in fin. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solvit. cum jus 9 ipsum debiti haudquaquam extinguat. † Quia nil vetat, jus debiti durare soluto pignore, quod non nisi accessorium est, cum possit etiam pignus durare sublati principali obligatione, l. 2. C. de luit. pignor. † Quidni ergo, pignore dotalitii sublati, ipsum dotalitium luxori adhuc salvum dicemus? † Perinde, ac remissa pignoris obligatione, ex aliis mariti bonis, Luxori dotem petere licet, l. jubemus 21. C. ad Sctum Vellej. Ant: Fab. in Codic. lib. 8. tit. 14. defin. 3. n. 4.

Ita Domini in causa Hansen Preusens zu Eelstg/Mens. Mayo, Anno 1593. (Verba sentent. Ob gleich Hansen Preusens Wittib in den Vertrag und die darin geschehenen Verpfändung gewillt ist und sich also ihrer Leibzucht und Fräulichen Gerechtigkeit begeben und verzehren/ ic. So sendt ihr doch gedachter Wittiben die bewilligte und verschriebene Leib-Zinsen aus andern überwehntes ihres Chemannes hinterlassenen Lehen, und Erbgütern vollständig zu entrichten/ und sie dieselbe dasür nutzen und geniesßen zu lassen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XI.

Mulieres in donatione propter nuptias gravis vari haud possunt.

**Q**uemadmodum filia gravari non debet in dote, l. ult. §. filie. 5. ff. de legat. 2. Bald. in l. quoniam novella. 29. C. de inoff. testam. ita † nec mulier in dotalitio, Hartm. Pift. observ. 15. † Nempe quia conjux non potest præjudicare conjugi in lucris, Jure vel statuto debitum, Const. Elect. 7. part. 3. Ant. Tess. decif. 106. Patet hinc, † maritum, licet is, dum vivit, in dotalitio crescentes fructus percipiat & lucretur, Rotschitz. de dotal. art. 4. n. 4. Gloss. in c. 31. Lehnr. n. 9. fundum tamen, in quo dotalitium constitutum est, † absque causa sufficiente, ac urgente ære alieno, in præjudicium uxoris haudquaquam alienare posse, Gloss. in art. 20. n. ii. & art. 44. n. 2. l. 1. Landr. Gloss. in dict. c. 31. Lehne. Rotschitz. de dot. art. 8. n. 8. & seqq.

Ita Domini in causa VVolffgangi VVilhelmi von der Mosel/ Mens. April. An. 1600.

## DEFINIT. XII:

Pater familiam dotare tenetur, adque id officio iudicis compelli potest.

**R**egulariter pater filiam dotare tenetur, secundum conditionem personarum & quantitatem sui patrimonii, ad eum principaliter effectum, ut conditio nem honeste nubendi inveniat, ac propterea ad id compelli potest, † non quidem jure actionis, sed officio judicis, l. 19. ff. de rit. nupt. l. ult. vers. utramque. C. de dot. promis. Zaf. in §. fuerat. 29. n. 31. Inst. de action. ubi & Joh. Schneidew. n. 81. Andr. Gail. lib. 2. observat. 95. num. 1. † Quod tamen ad patrem divitem est restringendum: Nam pater inops, vel multis debitibus involutus, ita quod facultates ipsius non sufficient ad filiam. Carpz. Defin. Vol. I.

dotandam, haud obligatus est ad dotationem, l. air Prætor. 10. §. si cum mulier. 14. l. ult. §. si à Socero. 1. ff. que in fraud. credit. † Sicut nec pater filiam ingratis, vel contra familias honestatem indigno viro nubentem alere & dotare tenetur, Zaf. dict. l. Schneidew. in dict. §. fuerat. 29. num. 84. & 85. Inst. de action. Andr. Gail. dict. obs. 95.

Ita Domini in causa D. Philippi Janovii zu Eisleben / Mens April. Anno 1632. (Verba sentent. Habi ihr eines Kaufmanns/ der mehr nicht als drei Kinder hat/ und in die 20000. Thlr. vermag/ Tochter gehyrathet/ und ob wohl ihr selthero die Onera matrimoniū getragen/ und vermöge der Rechte ein jeder Vater seine Tochter zu dotiren schuldig ist/ hat er sich doch durch vtfältiges Ausuchen hierzu nicht verstehen wollen/ ic. So wird er auf vorgehende eure gebührende Imploration, von dem Richterlichem Urte/ auch seinem Stande und Vermögen nach/ euerm Eheweibe eine Mitgift zu verordnen/ und euch absolgen zu lassen billich angehalten/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Bertholds zu Gerau/ Mens. Aug. A. 1635. (Verba sentent. So ist auch Hans Berthold seinem Vermögen nach der Tochter nochmals eine gewisse Dotem zu constituien/ und entweder seinem Endamhaar abzutragen/ oder bis zu erfolgen der Zahlung zu verlassen schuldig/ V. R. W.)

## DEFINIT. XIII.

Non tenetur pater dotare filiam locupletem, quæ aliunde habet, unde seipsum dotare posse.

**R**atione officii paterni parentem obligari dotare, filiam etiam locupletem, quæ aliunde habet, unde se ipsum dotare queat, communiter Dd. assertunt., Bald. in l. ult. C. de dot. promiss. col. 3. in pr. Jason. in §. fuerat. 29. num. 98. & seqq. Inst. de action. & in l. 1. ff. solut. matr. Andr. Gail. lib. 2. obs. 95. num. 14. † Quæ tamen assertio vel exinde periculosa est, quod dos non debeatur jure actionis, sed ex officio judicis, Defin. predict. n. 2. † At cessat æquitas, cui officium judicis inititur, quando filia ipsam habet, unde dotem constitutere possit, Bartol. in l. mulier 22. §. cum proponetur. 4. ff. ad Sctum Trebell. † Cessat etiam ratio cognosci patrem ex l. 19. ff. de rit. nupt. neimpe ut filia inveniat conditionem honestam. † Neutquam igitur filiam locupletata pater alere & dotare tenebitur, arg. l. 5. §. sed si filius. 7. ff. de agnos. liber. † Nec audiendi sunt, qui cum Gail. dict. loc. n. 15. favorabiliorem dicunt causam dotis, quam alimentorum, eo quod dos comparetur legitimæ, quæ locupleti etiam filiae debentur: Nam debetur hæc patre demum mortuo, in quem eventum, ut ex bonis ejus aliquam partem liberi habent, naturalis & civilis ratio suaderet, qvum ex Jure gentium tota eis successio deseratur. † Dosverò à patre datur vivente, eo fine, ut filia conditionem inveniat. Errant igitur, qui simpliciter locupleti filiae dotem dannam affirmant, dum locupletes liberos simpliciter alendos negant. † Quin potius dixerim, multo minus patrem compellendum, ut filii diviti dotem constitutat, † cum major sit ratio alimentorum, quæ etiam de jure naturali debentur, quam dotis Joh. Schneidew. in §. fuerat. 29. num. 87. Inst. de action.

Ita Domini in causa Caspari Schmitzgemen zu Eelstg/Mens Mart. Anno 1633. (Verba sentent. Ob ihr nun wohl aniezo von eurem Schwiegervater Mitgift zu sodern gemeint, die Elterl auch ihrem Vermögen nach die Kinder/ welche vor sich selbst nichts übrig/ noch von ihren eigenthümlichen Gütern Mitgift haben können/ auszuziatten schuldig seyn/ ic.)

## DEFINIT. XIV.

Dotis usura debentur à tempore more.

**U**suræ dotis, ab extraneo promissa, non ob id debentur, quod per multos annos maritus Luxorem exhibuerit, ceteraque matrimonii onera sustulerit., sed ab eo demum tempore, † quo mora fuerit contracta, l. vir usuras. 54. ff. de donat. int. vir. & uxor. Contra. 3 Ttt t

trahitur verò mora solo biennii lapsu, ut exinde usuræ debeantur, l. ult. §. præterea 2. C. de jur. dot. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 22. n. 2. Nisi doti solvendæ

- 4 dies biennio brevior fuerit præfixus; † Nam eo casu non expectabitur biennium, sed ex solo temporis lapsu constituetur quis in mora, ut ab eo die usuras promissæ dotis beat, etiam quas vir non deduxerit in stipulatum; † Quod enim in dotis favorem est constitutum, non impedit, quo minus melior possit fieri conditio dotis ex pacto speciali, l. Atticinus. 17. ff. de pæt. dotal. l. ult. C. de pæt. convent. tām sup. dot.

Ita Domini in causa Andreæ Stegers zu Leipzig/ Mens Febr. Anno 1590. (Verba sent. Hat euch Thomas Freund/ als ihr euer Weib gehabt/ 300. fl. Ehegeld zu geben zugesagt, dasselbe aber so bald nicht entrichtet/ ic. So ist er euch von der Zeit an/ so zur Auszahlung der Mitgift bestimmt worden/ zugleich auch die Zinsen abzustatten schuldig. V.R.W.)

#### DEFINIT. XV.

Mulier usufructuaria bonorum mariti defunctorum non tenetur dotare filias ex fructibus bonorum, nisi pater aliud disponuerit.

- 1 Communis est Dd. traditio, quod usufructuarius non teneatur solvere æs alienum à defuncto contractum, sed illius exsolutione incumbat heredi, seu proprietatio, Castren. in l. ult. §. fin autem 1. C. de bon. que liber. Jason. in l. 1. col. 2. ff. ad L. Falcid. Guid. Pap. quest. 541. Menoch. lib. 4. præsumpt. 143. num. 9. Crat. vett. consil. 536. num. 13. † Quæ sententia probatur ex text. l. ult. ff. de usufr. legat. & l. usufructu. 69. ff. ad Leg. Falcid. ubi æs alienum deducitur ex bonis, quorum usufructus fuit legatus, quæ sanè deductio ab ipso fit herede. † Eoque refero etiam donationem filiarum, quæ eeu debitum quoddam patri incurrit, Supr. Defin. 12. † Quare nec mulier usufructuaria bonorum à defuncto marito constituta, hoc onere gravari debet, quæ nec alias, nisi ex magnâ & probabili causa, pro filiâ dotem dare cogitur, l. 14. C. de jur. dot. † Nisi expressè maritus uxori hoc onus imposuerit. † Quo sicut casu ex fructibus perceptis dotem constituere tenetur, illæsæ proprietate, quæ matre defuncta liberis salva erit absque ullâ dotis acceptæ collatione, secundum ea, quæ tradit Menoch. lib. 4. pres. 40. n. 8. 9. & seqq.

Ita Domini in causa Reichiger Herkenschens zu Leipzig/ Mens Febr. An. 1633. (Verba sent. Dienstl. aber dennoch aus ganzem Context des Testaments ein anders nicht zu spüren/ als daß der Testator die unausgekastete Kinder ohne Abbruch ihres Vaters Thells von dems Usufructu, so er der Mutter gelassen/ ausgesetzt haben wollen/ ic. So mag auch solche Ausstattung unwehr eurem Ehrenbe am ihrer gebührenden Portion nicht abgezogen werden/ ic.)

#### DEFINIT. XVI.

Tutor licet majorum dotem promiserit, non tamen tenetur ultra, quæm pupilla in bonis habet.

- 1 Licet pater ære alieno obrutus dotem filiæ consti- tuere haud teneatur, Supr. Definit. 12. num. 3. Bald. in l. ult. Col. 3. vers. sed quid si pater. C. de dot. promiss. Johaen. Schneidewin. in §. fuerat 29. Inst. de Action. num. 85. † Attamen dotem jam promis- sam genero, qui fraudis particeps non est, solvere debet, l. fin. §. si à sacerd. l. in fin. ff. qua in fraud. credit. l. 2. C. cod. tit. Hartman. Pistor. obseruat. 111. & ibi Sim. Ulric. in not. † Non ita obstringitur tutor, quæ licet pupillæ nomine plus dotis promiserit, quæm ea in bonis habeat, si tamen ignorans id fecerit, non tenebitur ultræ, quæm pupilla in bonis habet, per text. in l. cum post. 43. §. 1. ff. de admin. tutor. Hartm. Pistor. obs. 47.

Ita Domini in causa Nicolai Reibolds zu Querfurt/ Mens April. Anno 1617. (Verba sent. Ob wohl eures Weibes Vor- mund bey eurer Verehrlung/ im Rahmen seiner Pflege Tochter/ als damahlichen Braut/ 300. fl. zu der Mitgift und Ehegeld euch anheischig worden; dievele sich aber dennoch eurem Be- richt nach nun mehr befindet/ daß eures Weibes ganzes Vermögen sich so hoch nicht erstreckt/ ic. So mag vorbereiteter Vor- mund/ weil er aus Unwissenheit solches Versprechen gethan/ die zugesagte Mitgift euch zu gewähren/ und vor voll auszuhalten nicht angehalten werden/V.R.W.)

#### DEFINIT. XVII.

Valida est ratio fidejussoris pro dotalitio nec non pro dote, ante sponsalia facta vel ad instan- tiam patris filiam do- tantis.

Fidejussorem pro dote sive conservandâ sive restitu- 1 endâ uxori à marito, patreve ejus dari optimâ ratio- ne est prohibitum, ne scilicet perfidiae suspicionis inter 2 conjuges nascatur occasio, † ne cui credendam se- mulier existimaverit, ejus fidem dotis nomine suspe- 3 ctam habere videatur, l. 1. & 2. C. Ne fidejuss. dot. dent. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 14. defin. 1. † Non tamen inde consequens est, ne quidem ab initio & ante 4 sponsalia contrâcta, cautionem fidejussoriam pro dote exigi posse, quippe quod nec tum à marito, sed ab eo, qui maritus adhuc speratur, cautio petatur, † quam- 5 promissam post matrimonium contractum matitus te- netur præstare, Gothofr. in Rübr. C. Ne fidei dor. lit. E.

Prout responsum memini à Dominis Scabinis qn dñe Land- herren über des Raths zu Leipzig Rittergätere/Mens Septemb. Anno 1636:

† Quin & tum cautio pto dote est præstanda, si eam non petat ipsa mulier, sed is, qui ex necessitate dotem solvère debet, ut putat, patet, partisve heres, aut débitor, quisque illè sit, nam isti ex necessitate dotem solvère tenentur, l. si extraneus. 33. ff. de jar. dot. † Quia nempe publicè interest, dotes mulieribus salvas esse, l. 1. ff. solut. matr. l. interest. 18. ff. de reb. autor. jud. possid. † Et melius est intacta dotis jura ab initio ser- vare, quæm post vulneratam dotis causam remedium querere, arg. l. ult. C. in quib. caus: non est necess. in integr. rest. Ant. Fab. in Cod. dict. tit. 14. defin. 4: num. 8. † Planè maritum volentem valide dare fidejussores prob dote, ac titulum Cod. Ne fidejuss. dot. dent. non tamen prohibere donationem fidejussorum, quæm ne quis invitus fidejussoribus cavere cogatur, existimat Duar. in tract. solut. matrim. sub tit. de dot. cap. 4. † quod & placet Hartm. Pistor. obs. 35. ubi pro dotalitio etiam per fidejussores jure caveri sit.

Ita Domini in causa Joachimi Gabers zu Magdeburg/ Mens Nov. Anno 1599.

#### DEFINIT. XVIII.

Maritus dotem promissam exigens absque curato- rio, nomine proprio agere & experi- ri potest.

1 Frequentius obtinuit, ut tamen uxori, quæm viro dos promittatur, quoniam nempe utriusque interest. Etsi enim dos in bonis mariti sit, † mulieris tamen est; l. qnamvis 75. l. Titia 62. ff. de jur. dot. l. in rebus 30. C. eod. tit. † Non eo minus tamen dotem constante matrimonio solus maritus petere potest, nec mandatum uxoris præferre cogetur, neque de ratâ cavere, Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 3. n. 5. † Nam 4 etsi soli mulieri promissa dos esset, attamen vel ipsa dotis appellatio facit, ut ejus exigendæ actio constante matrimonio soli marito competere debet, l. dote 9. C. de Rei Vend. † Nempe quia maritus onera fert 5 matrimonii, ad quoqum revelationem dos constitui- tur, l. si is qui. 56. §. ibi dos 1. ff. de jur. dot. l. pro oneri- bus. 20. C. eod. tit. Ant. Fab. dict. loc. n. 3. † Idque por- 6 to ex eo evidenter appetit, quod in iis quoque instru- men-

mentis, quibus dos utriusque promissa proponitur, maritus semper ad totius dotis restitutionem se suaque bona omnia obligat, quod minimè æquum esset, si non ei totius quoque dotis exactio competeret, † siquidem restitutio exactio actionem præcedentem præsupponit, l. cuncti 42. ff. de legat. 2.

Ita Domini in causa Wölffsen von Neumarsch zu Telschwolfszambdorff contra Balthasar Friderich Ludwigschlers zu Neudeutz Lehns-Eiben an die Neufische Plauische Räthe zu Grätz/M. Sept. A. 1619.

## DEFINIT. XIX.

*Uxor, quia est Dominus fundi dotalis, ad eam pertinet etiam periculum dotis spectat.*

**I**XOREM DOTIS DOMINAM ESSE, VIX NEGARE POTESIT, QUI TEXTUS AC RATIONES JURIS PROBÈ PONDERAVERIT. † ITA NAMQUE DOS MULIERIS ESSE DICITUR IN L. QUAMVIA. 75. FF. DE JUR. DOT. L. FRUCTUS. 7. §. SI FUNDUM VIRI. 12. L. SI CONSTANTE. 24. §. SI MARITUS. 5. FF. SOLUT. MATRIM. L. PATER FILIE. 71. 3. FF. DE CVIT. † NEC NON MULIERI DEBERI ETIAM MATRIMONIO CONSTANTE L. SERVUM DOTALLEM. 21. FF. DE MANUMISS. 4. † ESSE IN BONIS UXORIS L. 4. FF. DE COLLAT. BONOR. † RE- 5. SPECTU MATRITI ALIENA DICT. L. 7. §. SI FUNDUM 21. FF. SOLUT. 6. MATRIM. † UXORIS PROPRIMUM PATRIMONIUM L. 3. §. ER- 7. GO ETIAM. 5. FF. DE MINOR. L. UN. §. & BOC EX REI UXORIE. 14. C. DE REI UXOR. ACT. L. PATER FILIAM. 14. IN PR. FF. AD LEG. 8. FALCID. † Dicitur quoque dos esse naturaliter in do- 9. MINIO UXORIS ETIAM CONSTANTE MATRIMONIO, L. IN REBUS. 10. 30. C. DE JUR. DOT. † Unde & de dote Rei vindicatione 11. POTESIT EXPERIRI, L. 3. C. DE REI VINDIC. † QUAE NULLI ALII, 12. QUAM DOMINO DATUR, L. 27. §. CUI LEGATUM. 4. FF. DE AUR. 13. & ARG. LEGAT. L. IN REM. 23. IN PR. & TOT. TITUL. FF. & COD. 14. DE R. V. † Ideoque & maritus in dote saltem habet 15. JUS UTENDI-FRUENDI PROPTER ONERA MATRIMONII, L. DOTIS 16. FRUCTUM. 7. FF. DE JUR. DOT. DOMINUS VERÒ NON EST, QUI 17. SALTEM HABET JUS UTENDI-FRUENDI PR. INF. DE USUFR. † NI- 18. NILOMINUS Tamen alibi dicitur MARITUS DOMINUS DOTIS, 19. 2. PR. INF. QIB. ALIEN. LIC. VEL NON. † AC DOTIS HABERE, 20. 3. VINDICATIONEM, L. 9. C. DE R. V. † ejusque dominium 21. MARITO QUÆRI DICITUR IN 13. §. 2. FF. DE FUND. DOTAL. L. 22. 23. 4. COD. DE JUR. DOT. † Itemque fundus dotalis dicuntur 24. TRANSIRE AD HEREDEM MARITI EO MORTUO, HEREDEMQUE 25. EJUS EFFICI DOMINUM DOTIS L. QUEDAM. 62. FF. DE ACQUIR. 26. 5. RER. DOMIN. † Quæ sane efficiunt, ut fundi dotalis 27. DOMINUM IPSI POTIUS ATTRIBUANTUR MARITO, QUOD & PLU- 28. RIBUS RATIONIBUS ATQUE ARGUMENTIS DEMONSTRAT HENR. 29. BOČER. IN TRACTAT. AD L. 23. FF. DE REG. JUR. CAP. 4. NUM. 103. 30. 16. † Quid ergo dicemus? Ansam hæc res dedit variis di- 31. STINCTIONIBUS & OPINIONIBUS, QUAS MEMORAT ARIUS PINEL. IN L. 1. C. DE BON. MATERN. PART. 2. NUM. 12. & SEQUEN- 32. TIB. † Dum vel ex ratione juris antiqui distinguunt 33. INTER DOMINUM QUIRITARIUM, QUOD PENES UXOREM, 34. MANSERIT, & BONITARIUM, QUOD TRANSFERIT IN MARITUM, 35. HOTTON. DISPUT. DE DOT. NUM. 75. PERRENOTT. 2. ANIMADV. 36. 18. CAP. 2. † VEL MARITO SOLUM DANT JUS DOTE UTENDI-FRU- 37. ENDI, VAUD. 2. VAR. QUEST. 3. † AUT MARITO DOMINIUM 38. QUIDEM DOTIS CONCEDUNT, PROPRIETATEM NEGANT, ROBERT. 3. SENTENT. 18. & 3. ANIMADVERS. 9. RECTIUS 39. 2. OFORSAN DICITUR, † MATITUM LEGIS AUTORITATE HABERI AE- 40. ESSE DOMINUM RERUM DOTALIUM QUAOD EFFECTUM VINDI- 41. CATIONIS, AC JUS UTENTI-FRUENDI, SED NON NISI REVOCABILI- 42. 2. ITER, † MULIEREM VERÒ JURE NATURALI, AC REVERÀ DOMI- 43. NAM PERTINERE L. IN REBUS. 30. C. DE JUR. DOT. UT SENTIT 44. FRANC. CONAU. LIB. 8. COMM. 9. JOHAN. COTAF. LIB. 5. MI- 45. 2. SCILLAN. CAP. 14. † IDEMQUE VULT JACOB. CUJAC. QUAN- 46. DO SCRIBIT, MULIEREM INSPECTO EXITU DOMINAM DOTIS 47. 3. CENSERI, LIB. 10. OBSERVAT. 32. † QUAE CEU VERIORE STAN- 48. TE SENTENTIA, EXPEDITUM EST, PERICULUM AC CASUM FORTU- 49. TUM FUNDI DOTALIS AD IPSAM MULIEREM TANquam DOMI- 50. NIUM PERTINERE, L. QUAE FORTUITUS. 6. C. DE PIGN. ACT. 1. CONG. 51. CARPZ. DEFIN. VOL. I.

TRACTUS. 23. IN FIN. FF. DE REG. JUR. † Idque vel exinde 24. ETIAM ELUDESCIT, QUOD MARITUS IN DOTE DOLUM AC CULPAM 52. SALTEM DICITUR PRÆSTARE L. 23. FF. DE REG. JUR. L. ETIAM FILIOS 53. 18. §. 1. L. SI FILIOFAMILIAS 25. §. MARITUM. 1. FF. SOLUT. MATRIM. L. IN REBUS. 17. FF. DE JUR. DOT. BOCER. AD DICT. L. 23. DE REG. JUR. C. 4. NUM. 101.

Ita Domini in causa Bernhardi Schleiers zu Quets/M. Febr. Anno 1618. (Verba sent. Dieweil aber dennoch bemeldte Witib allbereit bey des Mannes Leben Domina dotis gewesen / und das Eigenthum an solchem Hause gehabt / dannenhero auch sie die Gefahr und casum fortuitum tragen müssen/ ic.)

## DEFINIT. XX.

*ETIAM DOTIS IN REBUS MOBILIBUS CONSTITUTA PERICULUM, MULIER SUSTINET.*

**N**ON MINUS QUOQUE DOTIS IN REBUS MOBILIBUS CON- 54. STITUTÆ PERICULUM AC CASUS FORTUITUS AD IPSAM MU- 55. LIEREM PERTINET, PUTA, SI RES IGNE FUERINT CONSUMPTA, 56. AUT VI AC INCURSIONE HOSTIUM DEPERDITA, PROPTER GEN- 57. ERALEM JURIS DISPOSITIONEM, † QUAE MULIEREM DOTIS DO- 58. MINAM FACIT, L. 75. FF. DE JUR. DOT. L. 7. §. SI FUNDUM 12. L. 59. 24. §. SI MARITUS. 5. FF. SOLUT. MATRIM. L. IN REBUS 30. C. DE 60. JUR. DOT. A QUÀ RERUM MOBILIA DOS NULLIBI EXCIPITUR, 61. † QUARE & HUJUS PERICULUM MULIER SUSTINEBIT, L. QUE 3 62. FORTUITIS. 6. C. DE PIGN. ACT. L. CONTRACTUS. 23. IN FIN. DE REG. 63. JUR. † QUIN & MARITUS TANTUM ADMINISTRATOR EST RE- 64. RUM CONJUGIS, QUAS DEFUNCTA DEMUM EA, CEU HERES MO- 65. BILIARIS LUCRATUR, ARTIC. 31. LANDR. LIB. 1. † UT TANTO MI- 66. NUS PERICULUM METUERE HABEAT.

Ita Domini in causa Matthæi Ruppings zu Röblau/Mens. Jul. Anno 1633. (Verba sent. Hat bemeldte Witib auch etliches Viehe ihrem Chemann zugebracht/ welches ihm aber bey jüngstem seindlichen Einfall und Plündering abgenommen worden. Da nun solches Viehe um eine gewisse Summa Geldes nicht angeschlagen/ noch als ein zstimiret Gut ihm zugewendet worden wäre/ ic. So gleuge der Schaden des abgeraubten Viehes über die Witib billig/ und sie wäre dannenhero einige Erstattung von euch als des Mannes und Usufruarii Erben dafür zu fordern wîdt berechtigt/ B. R. B.)

ET AD REQUISITIONEM SENATUS PLAVIENSIS, Mens. Jun. Anno 1634. (Verba sentent. Dieweil aber dennoch vorgedachte Websper- 67. SONEN BEY LEBZEITEN IHRER CHEMÄNNER NOCH SELBSEN DAS EIGEN- 68. THUM DER ABGENOMMENEN MOBILIEN GEHABT / DAHERO IHMEN DER 69. SCHADEN / SO EX CASU FORTUITO HERGESCHÖSEN / ZUGEWACHSEN / IC. SO 70. SEYN SIE AUCH SOLCHEN VERLUST VOR SICH SELBSEN ZU TRAGEN PFLEGTIG / UND 71. ES MÖGEN IHMEN DER VERSTORBENEN CHEMÄNNER ERBE / EILIGE ER- 72. STATTUNG ZU THUN / NICHT ANGEHALTEN WERDEN/ B. R. B.)

## DEFINIT. XXI.

*REI DOTALIS ESTIMATA DOMINUM & PERICULUM, AD MARITUM SPECTAT.*

**N**ON ALITER TAMEN IPSA MULIER DOTIS DOMINA HABET, 73. EJUSQUE CASUM AC PERICULUM SUSTINERE DEBET, 74. QUAM SI RES INESTIMATA IN DOTEM FUERINT DATÆ, DEFIN. 75. PRECED. † ALITER VERÒ RES SE HABET, SI FUNDI ALIARUMQUE 76. RERUM DOTALIUM ESTIMATIO FACTA FUERIT: NAM OMNI RE- 77. MORTA DUBITATIONE CERTISSIMUM EST, † QUOD REI DOTALIS 78. ESTIMATA, ITEM PONDERE, NUMERO, VEL MENSURÆ CONSTAN- 79. TIS DOMINUM TRANSEAT AD MARITUM, IN TANTUM, UT EJUS 80. REI PERICULUM SUSTINEAT, AC MATRIMONIO SOLUTO NON 81. EANDEM REM, † SED VEL EJUS PRÆTÍUM, VEL EJUSDEM GE- 82. NERIS AUT QUALITATIS REM RESTIUTAT, L. PLERUMQUE. 10. L. FI- 83. REM. 14. & II. SEQQ. L. RES IN DOTEM DATE. 42. L. CUM POST 84. DIVORCIUM. OP. §. IN DOTEM. PEN. FF. DE JUR. DOT. L. QUOTIES: 85. 5. L. 10. L. 21. C. COD. RIT. † QUA TUM SOLA ESTIMATIO IN 86. DOTE ESSE INTELLIGITUR, QUAE EMPTIONEM FACIT, DICT. L. PLE- 87. RUM. 10. §. SI ANTE 4. & SEQQ. L. QUOTIES. 16. FF. DE JUR. DOT. 88. L. UN. §. CUM §. EX STIPULATU. 9. VERS. ESTIMATARUM C. DE- 89. REI UXOR. ACT. ANT. FAB. IN COD. LIB. 5. TIT. 7. DEFIN. 43. N. 1.

Ita Domini in causa Hansen Stafsorts Kinder zu Tauche/M. Jan. Anno 1616. (Verba sent. Dieweil aber dennoch berührtes Haus in der Ehesistung auss ein gewisses angeschlagen/ und ver- 90. möge der Rechte dessen Eigenthum dei Mannen/ Hansen Staf- 91. sorten/ alsbald informiren/ und er also Dominus dotis werden/ dadurch er auch die Gefahr auss sich genommen/ ic.)

## DEFINIT. XXII.

*Usura dote, à marito non petita, post mortem ejus ab ipsis heredibus haud exigi possunt.*

- 1 **D**otis usuras marito unà cum ipsâ dote deberi dictum Supr. Defin. 14. Quod non aliter accipi
- 2 velim, quām si maritus usuras petierit; † Alioquin, si earum petitio nulla facta sit, nec aliquo voluntatis in-
- 3 dicio retenta, † mariti heres quasi tacite remissas, do-

natasque petere nullo modo potest, l. vir usuras. 54.  
ff. de donat. int. vir. & uxor. l. cum quidam 17. §. Di-  
vus Pius. 1. ff. de usur. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7.  
defin. 55.

Ira Domini in causa Paul Enders zu Mercha/M. Jan. An. 1619.  
(Verb. sent. Dieweil ihr selbsten berichtet/dass euer Weiber bei  
seinem Leben die Zinsen von der räckständigen / seinem Weibe  
versprochenen Mütigkeit nicht gefordert/ sondern mit dem Capital  
sich abwenden und befreidigen lassen/ re. So verbleibets darben  
billich/ und ihr seyd nunmehr die Zinsen einzufordern nicht berech-  
tigt/ W.R.W.)

## CONSTITUTIO XLIII. PARTIS SECUNDÆ.

**Wie viel Zeugen die Ehestiftungen  
und Pacta dotalia haben sollen/ und wie sie  
in vim ultimæ voluntatis zu  
erhalten?**

Achdem die Ehestiftungen Contrakte seyn/ so ist es auch genug/wann zween Zeugen oder drey dabey gewesen/ Da es aber mit den Ehestiftungen die Gelegenheit hätte/ dass sie in vim contractus nicht können erhalten noch beschützt werden/ Als da die Erbschaft auff den Todes-Fall darinnen vermachet/ und es seynd fünff oder mehr Zeugen darbei gewesen/ so sollen solche Ehestiftungen in vim ultimæ voluntatis kräftig erkannt werden/ Also auch wann die Ehestiftungen in gleichen Fällen als Pacta nicht können statt haben/ und sie würden im Beyseyn beyder Theile gebührlich insinuirt/ und gesetzlich eingeschrieben/ sollen sie auch kräftig erkannt werden/ Solchem allen nach sollen sich unsere Hoff-Gerichte/ Facultäten und Schöppen-Stühle/ in Verfassung der Urtheile halten.

## DEFINITIONES.

1. *Pacta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, absque insinuacione judiciali.*
2. *Valent pacta dotalia de successione hereditatis in vim ultimæ voluntatis, coram quinque testibus, etiam extrajudicialiter concepta.*
3. *Pacta dotalia, judicialiter insinuata, valida sunt, nullis etiam adhibitis testibus.*
4. *Valida habentur pacta dotalia, licet non ipsemet iudices, sed horum parentes ea iudici insinuaverint.*
5. *Non valent pacta dotalia in vim contractus, in quibus de hereditate, vel quocumque hereditatis, aut jure successendi disponitur.*
6. *Valent tamen pacta dotalia in vim contractus, etiam si bona universa conjugi superstite fuerint assignata modo haud jure hereditario, vel successione hoc factum sit.*
7. *Scripturâ vel instrumento super partis dotalibus confessio, testes si huic subscripserint, suag, sigilla apposuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.*
8. *Probantur pacta dotalia testibus juratis, etiam si in scripturam non fuerint redacta.*
9. *Mulier, Curatore non interveniente, pacta dotalia validè contrahit; at non dotem estimatam in bonis immobilibus constituit.*
10. *Pacta dotalia, que in vim ultime voluntatis subsunt, ab uno conuge, invito altero, bene revocari possunt.*
11. *Invitâ alterâ parte, revocari haud possunt pacta dotalia, que in vim contractus subsunt.*
12. *Pater obligatur ex partis dotalibus filii, qui ipso consentiente uxorem duxit.*
13. *Corruunt pacta dotalia ex supervenientia liberorum.*
14. *Condicio: (Si sine liberis,) partis dotalibus adiecta impleta censemur, si liberi nati ante obitum parentum decesserint.*
15. *Deficit condicio: (Si liberi non fuerint nati,) partis dotalibus adiecta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum decesserint.*
16. *Parens pacta dotalia, cum secundâ uxore inita, invitâ primi matrimonii liberis, revocare potest, etiam si in bisce certa portio iis fuerit assignata.*
17. *In foro Saxonico Novacula partis dotalibus plus assignari potest, quam liberi prioris matrimonii ex bonis paternis consequuntur.*
18. *Pacta dotalia, cum secundo coniuge inita, non possunt prejudicare liberis primi matrimonii in legitimâ paternâ, vel maternâ.*

## DEFINIT. I.

*Pacta dotalia, de bonis particularibus concepta, valent in vim contractus, absque insinuacione judiciali.*

- 1 **E**T si dubium non sit, quin pacta dotalia apud omnes gentes fuerint frequentata, moribusque Germaniz

hodiè sint usitatissima, Coler. part. 1. decif. 61. n. 18. Heig. part. 1. qu. 23. n. 35. † attamen noua certa ubique locorum forma iis prescripta est. † In foro Saxonico, ac præser- tim in Provinciis hujus Electoratus triplici vere modo pacta dotalia contrahuntur; Nempe: (1.) Per Mo- dum contractus; (2.) In vim ultimæ voluntatis; (3.) Et ju-

4 judicialiter facta. † PRIMÒ valent pacta dotalia in vim contractus, coram duobus, vel tribus testibus de quā bonorum, seu rebus particularibus concepta b. Conſt. 43. in pr. ibi: Nachdem die Eheschließung Contract seyn/ so iſt es auch genug/ wann zweene oder drey Zeugen dabey gewesen/ rc. † Qui modus jure mititur civili, quo pacta dotalia de dote & donatione propter nuptias extrajudicialiter etiam concēpta valent, † modo dotem non reddant deteriorem, aut moribus ac legibus repugnant, l. 5. l. 6. l. 14. & l. sq. ff. de pact. dotal. Matth. Welenb. in parat. ff. cod. tit. n. 7. l. 2. & 3. † puta, ut muliere ante maritum mortuā, dos penes maritum ejusve heredes remaneat, l. si convenierit. 2. ff. de pact. dotal. † Et contrā, ut marito ante uxorem mortuo, donationem propter nuptias uxori lucretur, vel ut dos post mortem mariti citius quam alias de jure communī sancitum est, reddatur, dict. l. 14. 9 & seq. ff. de pact. dotal. † Restringitur autem hic modulus paſtorum dotalium coram duobus vel tribus testibus extrajudicialiter factorum ad quotam honorum, seu res particulares, de quibus solummodo in casum omortis potest disponi: † Nil siquidem obstat, quod minus istiusmodi pacta rerum particularium in vim contractus sustineantur & obligationem contineant praesentem, licet effectum post mortem demum sortiantur, Andr. Gail. lib. 2. observat. 126. n. 6. Cothm. vol. 2. 11 conf. 78. num. 176. Rosa ad Moll. hic num. 3. † At toncepta pacta dotalia de mutuā successione, sive de hereditate aut quā hereditatis ac rebus universalibus, neutquam in vim contractus subsistunt, scilicet quia hereditas per pacta & contractus non acquiritur, l. hereditas s. Cod. de pact. conv. b. Conſt. 43. vers. Da es aber ic. Hartm. Pift. lib. 4. quest. 2. n. 14. Welenbec. dict. l. num. ult. Heig. dict. quest. 23. num. 1. & seqq. Ernest. Cothm. dict. conf. 78. n. 171. & seq.

Ita Domini in causa Gr̄gor. Berkinanus zu Tiefenbach/Mense Mart. Anno 1633 (Verba sent. Ob nun wohl solche Eheschließung gerichtlich nicht insinuaret worden; da aber dennoch dieselbe vor 2. oder 3. Zeugen aufrichteter worden wäre/ ic: So wäre sie zu Recht kräftig und beständig una mōdē nunzehr nach des Mannes Absterben von seinem Erben nicht gesuchten noch hinterzogen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Valent pacta dotalia de successione hereditatis in vim ultime voluntatis coram quinque testibus etiam extrajudicialiter concepta:*

1 Secundò valent pacta dotalia in vim ultimæ voluntatis, si adhibitis quinque vel pluribus testibus fuerint contracta, b. Conſt. 43. vers. Da es aber mit 2 den Eheschließungen ic. † Scilicet quia ultima voluntas ad minimum quinque requirit testes, Matth. Welenb. p. 1. confil. 38. n. 58. Nec refert, an de rebus particularibus & quā bonorum, † sive de successione universalis, reciprocā & quā hereditatis fuerint concepta, indifferenter namque tum valida sunt pacta dotalia coram quinque testibus, † etiam extrajudicialiter facta, b. Conſt. 43. vers. Als da die Erbschafft aufn Todess. Fall darinnen vermacht / und es seyn fünff oder mehr Zeugen dabey gewesen/ so sollen solche Eheschließungen in vim ultime voluntatis kräftig ersannt werden. † Etsi enim de jure civili pacta dotalia de universalis successione aut quā hereditatis facta, ne quidem in vim donationis mortis causa valere possint, l. licet. 19. l. pactum quod dotali. 15. C. de pact. Cabal. millet. 469. Andr. Fachini. lib. 5. controver. cap. 87. Fr. Vivius dict. 507. num. 4. † Ex notissimā tam Germania consuetudine, moribusque Saxonici, ac præsertim hisce in provinciis b. Conſt. 43. in paſtis dotalibus aliud eſt receptum, Hartm. Pift. part. 4:

quest. 2. num. 16. Matth. Welenb. conf. 6. num 9. & in parat. ff. de pact. dotal. num. ult. Heig. part. 1. quest. 23. num. 34. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. observat. 126. num. 3. & seq. Coler. part. 1. decif. 61. num. 18. & decif. 37. num. 2. Anton. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 9. defin. 6. n. 4. Anton. Tessaur. decif. 225. num. 12. † At, dixerit quis, nonne insinuatio judicialis accedit, necesse erit ad hoc, ut pacta dotalia de successione universalis facta habeantur valida? † Propter Conſt. scilicet Elect. 1. part. 3. §: Wir ordnen aber auch ic. quā haud aliter donationem universalis bonorum mortis causa factam valere vult, quā si judicialiter fuerit insinuata. Sed dict. Conſt. 1. part. 3. de simplici donatione universalis bonorum in casum mortis facta loquitur: † Ad donationem verò conjugum reciprocam & remuneratoriam, vel ad pacta dotalia, dispositio illa haudquaquam extendi debet, propter b. Conſt. 43. † ut recte animadvertis Jac: Schult. in addit. ad Modest. Pift. p. 1. qu. 48. num. 23.

Ita Domini id causa Matthis Hübener zu Merseburg/Mens. Mart. Anno 1632. (Verba sent. Ob nun wohl sonstigen vergleichenden donationis omnium bonorum aufn Todess. Fall anderer Gesetze nicht/ als dasern sic Gerichtlichen gesch. hen/ zu Recht kräftig und beständig gehalten wold. Da aber dennoch angeregte Eheschließung vor fünf Zeugen aufrichteter worden wäre/ ic. So wäre sie auch zu Recht beständig und würde dennoch Inhalts derselben bemeldter Witwen ihres verstorbenen Mannes Verlassenschaft jugeignet/ V. R. W.)

It. in causa Andrex Buceri zu Crossen/Mens. Mart. An. 1609. (Verba sent. Ob nun gleich die Eheschließung zwischen zweyen Eheleuten vor dem ehelichen Beplager aufrichtet/ und in derse ben auf des einen Ehegatten Todess. Fall dem Überlebenden alle des Verstorbenen Güter vermacht worden/ Gerichtlichen nicht insinuaret. Dassle aber dennoch zum wenigsten vor 5. Zeugen mit berder Ehele Einwilligung aufrichtet werden/ ic. So ist angeregte Eheschließung zu Recht beständig und vermöge derselben bemeldte Witwe des verstorbenen Mannes ganzer Verlassenschaft sich anzuwiesen wohl besugt/ V. R. W.)

Et in causa Georgii Hauswaldi zu Dresden/Mense Februar. Anno 1634.

## DEFINIT. III:

*Pacta dotalia judicialiter insinuata validas sunt, nullis etiam adhibitis testibus.*

TERTIÒ valida sunt quoque pacta dotalia in formâ Saxonico judicialiter insinuata; sive de quā bonorum aut rebus particularibus, sive de successione conjugum universalis fuerint concepta h. Constit. 43. §. Also auch wann die Eheschließungen ic. ubi Moller. num. 3. Zobel. part. 2. diff. 48. num. 3. & seqq. † Ne que tūm ullius testis praesentia requiritur, sed sufficit autoritas judicialis, quā omnes defectus supplēt, plenissimamque fidem tribuit, l. in donationibus: 31. C. de donat. Moller. hic num. 3. † Et valent pacta dotalia hoc casu ad instar testamentorum judicialium, quā absque testibus etiam jure subsistunt, Conſt. Elect. 3. in pr. part. 3. † Nempe quia fraudis suspicio in iis cessat, l. omnium 19. C. de testam. ubi Jason. hum. 15. † Unde securus dicitur testator, qui testamentum apud acta facit dict. l. 19. C. d. t. † At nullis aliis requisitis indiget, sed plenissimā gaudet legis munitionē, qui securus est, l. omnes: 4. sub fin. C. de præf. 30. vel 40. anhor. Joh. Köpp. decif. 45: num. 14: Hart. Pift. p. 3. qu. 28. num. 4.

Ita Domini in causa Blasii Roppens zu Nippach/M. Jan. A. 1631. (Verba sententia: Hat Barthel Grabner/ als er sich mit eurer Tochter verehlicht/ eine Eheschließung aufrichtet/ darin nennt sie der Succession wegen Verordnung gethan/ worauf nach geholter Hochzeit ihr/ als der Braut Vater/ nebst des Brautlings Eltern/ nach Dörlisch gangen/ und die getroffene Eheschließung Gerichtlichen insinuaret/ ic. So ist folge Eheschließung auengeschet kein Zeuge jöndlich dabey gewesen/ noch unterschrieben/ zu Recht kräftig und beständig/ ic.)

## DEFINIT. IV.

*Valida habentur pacta dotalia, licet non ipsimet conjuges, sed horum parentes ea iudici insinuaverint.*

- 1 **A**rbitri equidem quis posset, pacta dotalia tūm demūm judicialiter & coram A&tis celebrata valere, si ipsimet conjuges sponsalia ac matrimonium contrahentes ea insinuaverint, propterea † quod nec testamentum per procuratorem aut mandatarium actis insinuatum jure subsistat, ut demonstrat Dan. Moller. lib. 1. semeſtr. cap. 5. num. 5. Vid. infr. p. 3. Constit. 3.
- 2 3 **D**efinit. 23. † At, procedit hoc in testamento, ubi testatoris praesentia adeo necessaria est, ut à testibus omnibus is videri debeat, l. si unus. 12. l. si non speciali. 9.
- 4 **C**od. de testam. † Scilicet quia ipsem solus suam ultimam voluntatem declarat, nec propinquorum dispositio hīc attendi debet: Ex quo non statim ad pacta dotalia inferre licet, † quippe quæ ut plurimum à parentibus & consanguineis concipiuntur, non à sponsis sponsavè, qui tempore sponsaliorum aliis plerumque rebus intenti nihil minus, quam de pactis dotalibus solliciti sunt, † ut vel propterea etiam parentibus vel cognatis praesentibus, pacta dotalia valide insinuari, rectissimè quis dixerit cum Dan. Moller. bic num. 4.
- 5 7 **M**axime † cum & alias donatio per procuratorem, aliumve insinuata jure subsistat, l. prohibere. 3. S. planè. 4. ff. quod vi aut clam. l. filius familias. 7. ff. de donat. l.
- 6 8 **C**ontra. 28. §. ult. ff. de pat̄. Moller. dict. c. n. 11. † Nec in contrarium quicquam movent verba b. Constit. 43. In Beyseyn beyder Theile gebührlich insinuaret/ sc. Intelligit namque procul dubio Constituens illustrissimus parentes aut consanguineos utriusque contrahentes, à quibus sapissimè pacta dotalia concipi solent, ut modo dictum.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: *Sed isti solche Eheschließung/unangesehen kein Zeuge sonderlich dabeigewesen noch unterschrieben/ dieselbe auch nicht von den neuen Eheleuten selbst/sondern von deren Eltern gerichtlichen insinuaret worden/ zu Recht frästig und beständig/und mag von eines oder des andern Theils Erben nunmehr seines weges gesuchten noch hinterjogen werden/ B. N. W.*)

## DEFINIT. V.

*Non valent pacta dotalia in vim contractus, in quibus de hereditate, vel quodā hereditatis, aut jure succedendi disponitur.*

- 1 **M**ultum certè interest, an valeant pacta dotalia jure contractus, an verò in vim ultimæ voluntatis: Illa enim coram duobus, vel tribus: Hæc autem ad minimum coram quinque testibus facta aut judicialiter insinuata valida habentur Supr. Definit. 1. 2. & 3.
- 2 † in illis bona conjugi superstiti vi obligationis contractæ: in hisce verò jure hereditario aut successionis attribuuntur, † nec valent pacta dotalia jure contractus, si quis alteri conjugi bona sua jure hereditario assignet, b. Const. 43. vers. Als da die Erbschaft sc.
- 3 4 **A**t unde dignosci poterit, an de successione hereditatis, an verò de bonis per viam contractus in alium absq; jure successionis transferendis conventum fuerit? Id quod difficilimum videtur. † Ex verbis sanè, quibus usi fuerunt contrahentes in primis hoc animadvertis potest, l. verba contraxerunt 20. ff. de V. S. Etenim si de hereditate vel successione expressè dictum fuerit, tum quia verba succedendi jus satis clarè denotant, ambigendum planè non est, quin de futura successione hereditaria conventum fuerit, † ac propterea tunc pacta dotalia jure contractus coram duobus vel tribus testibus facta haudquaquam valebunt, ut demonstrat Hartmann. Pistor. part. 4. quest. 3. num. 2. † idemque obtinet, si non de universa hereditate conventum, sed certa sal-

tem portio hereditatis in casum mortis conjugi superfici data & assignata fuerit, Hartm. Pistor. dict. quest. 3. num. 4. Ernest. Cothm. vol. 1. consil. 8. num. 20. Dan. Moller. bic num. 3. † Quia & si de re particulari sit actum, si tamen expressè de jure succedendi dictum fuerit, in vim contractus pacta dotalia subsistere haud possunt. † Idemque asserendum, si de mente contrahentium & quod de succedendo agere voluerint ex aliis circumstantiis appareat, licet de successione expressè dictum non esset. † Nunquama enim valent jure contractus pacta dotalia, quoties percipitur, quem voluisse conjugem superstitem heredem facere, Hart. Pistor. dict. loc. num. 5. Ant. Gometz. 2. variar. resol. c. 14. num. 24.

Ita Domini in causa Georgii Haugwalds & Consortium Dresden/Mense Febr. Anno 1634. (Verba sent. Solche Eheschließung auch/weil darinnen von der Erbschaft und Succession Versehung gethan worden/jure contractus und in Mangelung des fünften Zeugens/ so auf den Fall hierzu nöthig/ zu Recht nicht bestehen kan/ sc.)

Et in causa Johannis & Davidis der Thymen zu Naumburg Mens. Sept. Anno 1636. (Verba sent. Ob nun wohl gedacht euer Wetter in der aufrichteten Eheschließung seinem Weibe etliche gewisse Güter zugesunden gemeinet gewesen. Dieweil er aber dennoch darinnen des Todesfalls unter der Succession ausdrücklich gedacht / und also in vim ultimæ voluntatis disponieren wollten/darbei aber nicht s. sondern nur 4. Zeugen gewesen/x. So ist berührte Eheschließung zu Recht nicht beständig/x.)

## DEFINIT. VI.

*Valent tamen pacta dotalia in vim contractus, etiam si bona universa conjugi superstiti fuerint assignata a modò haud jure hereditario, vel successionis hoc factum sit.*

- 5 **N**on ergo exinde, quod vel bona universa, vel pars saltem bonorum conjugi superstiti in pactis dotalibus assignata fuerit, dijudicandum erit, an hæc jure contractus, an verò in vim ultimæ voluntatis valere possint; † sed illud solum probè attendi debet, an vi obligationis contractæ, an verò jure hereditario aut successionis bona deferantur, Defin. preced. † Nam & pactis dotalibus in vim contractus coram duobus vel tribus testibus conceptis, bona universa assignari posse conjugi superstiti, rectè arbitratur Matth. Berlich. part. 2. concl. 51. n. 17. vers. Secus est in omnibus, &c. † Modò de hereditate nil dictum sit, nec de jure successionis contrahentes cogitasse ex aliis circumstantiis appareat. † Quid verò si de contrahentium mente prorsus non constet? Plurimum tum interesse puto: An verba contrahentium ipsam bonorum obventionem, an verò personam, quæ ad præstandum obligata esse debet, respiciant? † Priori casu quando verba ita sunt concepta, ut bona ipsa post obitum conjugis unius, sine aliquo heredis facto ad alium devolvi debeant, (veluti habeat, devolvantur, &c.) tūm, quia dispositio successionem continere videtur, de futura successione pacta dotalia censentur, ac proinde non valent in vim contractus coram duobus vel tribus saltem testibus concepta, l. hereditas 5. C. de pat̄. conv. † Casu verò posteriori, quando verba ita sunt concepta, ut obligatio in persona quidem promittentis fundata, sed in mortis evenitum lata, in persona heredis effectum capiat, atque ad eo conjunx superstites ex obligatione ista ab herede promittentis sine ullo succedendi jure bona promissa consequatur, tum per viam contractus concessa intelleguntur, † ac propterea pacta dotalia valebunt, l. 1. C. ut ait. ad hered. & contr. hered. Bart. in l. alt. n. 10. C. de pat̄. Hartman. Pistor. part. 4. quest. 3. n. 7. & seq. ubi hanc distinctionem rationibus & autoritatibus defendit contra Andr. Fachin. lib. 5. controver. cap. 35.

Ita Domini in causa Michael Sebalds zu Halle/ Mense Nov. An. 1632. (Verba sentent. Ist hiebevor zwischen euch und euren Ehemelbe eine Cheschiftung außgerichtet / und dariinnen eurer sämtlichen Güter halben Versehung gethan worden/ scilicet. Ob nun wohl solche Cheschiftung in Mangelung gnugsamet Zeugen in vim ultima voluntatis nicht bestehen kan/dieweil aber dennoch darin der Erbschaft nicht gedacht / sondern die Güter insgemein auf eines oder des andern Todesfall verschrieben worden/ scilicet. So ist auch selbige Cheschiftung iure contractus zu Recht beständig/ und ihr seyd derselben nachzukommen schuldig/ scilicet.)

Et in causa Andreæ Gregorii zu Mücheln/ Mense Sept. Anno 1583.

## DEFINIT. VII.

*Scripturâ vel instrumento super pactis dot. libus confecto, testes si huic subscripti, suaq; sigilla apposuerint, haud jurati etiam fidem faciunt.*

- 1 **S**æpiissime accidit, ut pacta dotalia testibus adhibitis extrajudicialiter concepta in scripturam redigantur,
- 2 superque iis instrumentum sôlenne conficiatur: † Quo sane casu standum est instrumento, cui testes subscripsierunt nomina, suaque sigilla apposuerunt, etiamsi
- 3 mortui fuerint, neque juraverint. † Magis enim tunc creditur instrumento, quam testibus instrumentariis, Jul. Clar. in præt. crim. §. falsum. n. 15. & qu. 53. n. 17. Cum instrumentum sit probatio probata & non probanda, Bald. in l. 6. C. de usur. Capyc. decif. 103. n. 1.
- 4 † Unde & publicum dicitur instrumentum, quod fidem faciat publicam ex persona Notarii, qui publicum officium gerit, Anton. Fab. in C. t. 4. tit. 16. defin. 1. n. 2.
- 5 † Quin etsi à Notario instrumentum confectum non fuerit, atramen ab ipsis contrahentibus, in scripturam, pactis dotalibus redactis, testibus, qui hisce nominis & sigilla apposuerunt, etiam haud juratis fides habetur, scilicet, quod juramentum à partibus videatur testibus remissum, secundum Gloss. in l. jurisjurandi 9. ubi Sall. n. 1. & Joh. Sichard. n. 3. C. de testib. Andr. Gail. lib. 1. obf. 10. n. 3. Frider. Schenck. de testib. n. 6. Vid. omnino Matth. Coler. p. 2. decif. 250. n. 4. & infr. p. 3. Const. 4. Defin. 9.

Ita Domini in causa Georgii Berckmanni zu Leßschitz/ Mense Mart. A. 1633. (Verba sentent. Aufin Fall aber über solche Cheschiftung ein solehne Instrumentum außgerichtet/ oder aber dieselbe sonst zu Papier brach/ und von den Zeugen unterschrieben und besiegelt worden wäre/ So möchten die Zeugen zu schweren nicht angehalten werden/sonder es würde der Schriftlichen Cheschiftung billich Glauben gegeben/ B. N. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Probantur pacta dotalia testib; juratu, etiam si in scripturam non fuerint redacta.*

- 1 **N**on tamen propter ea asserendum est, quod Scriptura ad pacta dotalia necessariò requiratur: solum enim super his confici Scripturæ, non ut formam dent contractui, † sed facilitioris probationis gratiâ, & ad futuram rei memoriam, l. cum re. 5. C. de transact. l. contrahitar. 4. ff. de pignor. l. 4. ff. de fid. instrument.
- 3 † Licet ergo Scriptura vel instrumentum deficiat, ut minus ritè & solenniter id confectum fuerit, nihilominus tamen pactis dotalibus standum erit, † si alio modo per testium scilicet depositionem fuerint probata, † quo tamen casu non nisi testibus juratis credendum est l. hanc consultissimam 21. §. 3. in fin. l. ult. vers. si vero unius C. de testam. Matth. Coler. part. 2. decif. 250. n. 2. Adeo namque ex testium jurejurando testationum vis & potestas dependet, ut nec aliter fidem faciant, † quam si juratae sint, l. jurisjurandi. 9. C. de testib. c. nuper 51. c. quoniam, 5. c. licet univerbis. 23. c. fraternitat. 17. extr. cod. tit. † Nec alio die factæ videntur testationes, quam quo juratum est, Guid. Pap. qu. 125. Ant. Fab. in Codic. lib. 4. tit. 14. defin. 8. n. 21

Ita Domini in causa Sigismundi Pistoris & Consort. zu Orlau/ Mense Jan. A. 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl berührte Cheschiftung von den Zeugen nicht unterschrieben worden. Da aber dennoch die Zeugen/ als sie außgerichtet worden/ darbei gewesen/ und daß berührte Cheschiftung aufgesetzter massen abgedreht worden/ eyblichen erhalten würden/ So würde solcher Cheschiftung billich nachgelebt/ scilicet.)

Item in causa Georgii Berckmanni zu Leßschitz/ M. Mart. A. 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl solche Cheschiftung Gerichtlichen nicht insinuirt worden/ da aber dennoch 2. oder 3. Zeugen dieselbe eyblichen aussagen und bestärken würden/ immassen sie denn/ weil nicht zu befinden/ daß selbige Cheschiftung zu Papier brach/ noch von den Zeugen unterschrieben und besiegt worden/ zu thun schuldig/ scilicet. So wäre angeregte Cheschiftung zu Recht fräftig und beständig/ B. N. W.)

It. in causa Longini Blithums von Eckfeldt/ Mense Februar. A. 1577.

In causa Johannis Sprengers zu Neustadt/ Mense Junii. Anno 1608.

In causa Simonis von Zwischen zu Güttersdorff/ Mense Febr. Anno 1609.

Et in causa Andreæ Buceri zu Erfissen/ M. Mart. A. 1609.

## DEFINIT. IX.

*Mulier, Curatore non interveniente, pacta dotalia validè contrahit; at non dacet estimatum in bonis immobilibus constituit.*

**E**x notissimâ omnium ferè nationum consuetudine, inter parentes & consanguineos, aliis arbitris remotis, negotiâ matrimonialia solent tractari, nec curatoris consensu ex parte mulieris seu sponsæ requiritur: † Ergo nec ad ineunda pacta dotalia, qua principali conjugii negotio accedunt, & secundum illud merito regulari debent, Dan. Moll. lib. i. semestri. cap. 13. n. 2. & 3. Vid. Supr. Const. 15. Defin. II. † Cum alter haud dubio maritus conjugium non contraxisset, si pacta præcedentia, quorum intuitu matrimonium initit, infirma ac invalida futura, scivisset, † & cur non mulier ex pactis dotalibus absque curatore factis tenebatur, qua tamè ex contractu in præsenti agnaturum initio obligatur, licet Curator non intervenierit, Supr. Const. 15. Defin. 18: † Aliud tamen obtinet in partibus dotalibus, in quibus dos estimata constituitur marito, quod absque curatoris consensu non firmiter fieri dixerit, † siquidem estimatio emptionem facit, l. plurimque. 10. §. si ante. 4. l. quoties. 16. ff. de jur. dor. l. un. §. cumq; ex stipulatu. 9. vers. estimatarum. C. de rei uxori. att. Ant. Fab. in Codic. lib. 5. tit. 7. defin. 43. n. 1. † At fundum dotalium absque curatoris consensu & autoritate vetidi non posse, omnibus notum est, l. un. §. Et cum lex 15. C. de rei uxori. att. † Quod nec in foro Saxonico aliter observatur, secundum tradita. Matth. Wesenb. in parat. ff. de fund. dotal. n. 7. Schtiedew. in pr. n. 4. Inst. quib. alien. lic. vel. non Supr. Const. 15. Defin. 21.

Ita Domini in causa Tutorum Wolfgang Röverts Kinder zu Zwischen/ M. April. Anno 1633. (Verba sentent. Ob nun wohl sonnen zu Aufstellung der Cheschiftung und Cheschauer/ eines Curatoris autoritas nothwendig zu Recht nicht erforderlich wird/ dieweil quer dennoch in diesem Fall eine Estimatio der unbeweglichen Güter/ so einer Alienation ähnlichen ist/ geschehen/ welche demnach ohne sonderbare Einwilligung eines Kriegischen Vormundes/ nicht vorgenommen werden mag/ scilicet. So ist auch dannenherb augetragte Cheschiftung zu Recht nicht beständig/ scilicet.)

## DEFINIT. X:

*Pacta dotalia, que in vim ultima voluntatis subsumunt; ab uno conjuge, invito altero, bene revocari possunt.*

**P**acta dotalia licet contrahentes ab utraque partes obligent l. quod autem. 7. §. si vir & uxoris. 2. ff. de

- donat. int. vir. & uxor. Andr. Gail. lib. 2. obs. 126. n. 3.  
 2 † attamen tam firma haud sunt, ut non alteruter con-  
 jugum etiam alterà parte invita ab iis resiliere & volun-  
 3 tatem mutare queat: † si nimirum de successione ac  
 hereditate concepta fuerint: nec aliter quām in vim  
 ultimæ voluntatis, aut donationis causā mortis, susti-  
 neri potuerint facta coram quinque testibus aut judi-  
 cialiter insinuata, Math. Wesenb. conf. 63. n. 9. Matth.  
 Coler. p. 1. decis. 37. n. 4. & vol. 1. confil. 40. num. 97.  
 Petr. Heig. part. 1. qu. 23. n. 36. Reinh. Rosa ad Moll.  
 bic. n. 7. † Quia donationes mortis causā revocari  
 possunt, §. mortis causa donatio. 1. vers. vel si eum dona-  
 tionis pénituit et inst. de donat. l. qui mortis causā. 30. ff.  
 5 de donat. caus. mort. † Et quālibet ultima voluntas  
 ambulatoria est usque ad mortem, l. cum hic status 32.  
 §. pénitentiam. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod  
 si 4. ff. de adim. vel transf. legat. l. si mibi 12. §. in lega-  
 tis. 3. ff. de legat. 1.

Ita Domini in causa Caspari Johnens zu Leipzig / M. Dec.  
 Anno 1632. (Verba sent. Wenn gleich mehrberührte Ehestiftung / darinuen zwischen beyden Eheleuten der Erbschaft und  
 Succession wegen Vorbehaltung gethan / im Beysyn 5. Zeugen ab-  
 geredet und richtig vollzogen / oder auch gerichtlichen insinuirt  
 worden wäre/ ic. So wäre doch auf solchen Fall das Weib des  
 Ehemanns Wiedersehentlich ungeachtet / von solcher Ehestiftung  
 wieder abzuweichen und ein ander Testament / oder Übergabe  
 außen Todes-Fall gebührliehen auszurichten wohl besugt / B.  
 R. W.)

Et in causa Margarethen / Martin Kreises Wittben zu Dö-  
 llisch / Mense Jul. Anno 1596. (Verba sentent. Ob wohl euer E-  
 hemann Martin Kreise in der zwischen thine und euch außgerich-  
 teten Ehestiftung euch seine Erbschaft verschrieben. Dieweil  
 er aber dennoch hernach vor Notarien und Zeugen ein Testament  
 gemacht / und darinnen selner Güter wegen ein anders disponi-  
 ret welches er / obangeregter Ehestiftung ungedacht / wohl thun  
 können / ic. So verbleibets auch bey solchem Testamente bish-  
 lich / ic.)

#### DEFINIT. XI.

*Invitā alterā parte, revocari haud possunt pacta do-  
 talia, que in vim contractus subsistunt.*

- 1 A Literē se habet in pactis dotalibus, quām non tam  
 ultimæ voluntatis jure censentur, quām pacti &  
 donationis ob causam videlicet de rebus singularibus  
 per verba contractus & donationis in vim obligationis  
 2 concepta: † Nam tum alteruter conjugum alterà par-  
 te invitā pacta dotalia mutare & revocare haud valeat,  
 Andr. Gail. lib. 2. observat. 126. Frider. Pensold. in ad-  
 dit. ad Coler. part. 2. Decif. 286. num. 17. Antoni. Fab.  
 in Codic. lib. 5. tit. 9. definit. 7. num. 2. Rosa ad Moll. bic.  
 n. 7. Wesenb. confil. 63. n. 9. Ernest. Cothm. vol. 2. con-  
 fil. 78. n. 59. Berlich. part. 2. concl. 51. n. 25. † Quia  
 3 pacta & contractus non nisi mutuo utriusque partis  
 consensu dissolvuntur & revocantur, l. ab exemptione. 58.  
 ff. de pact. l. sicut. 5. C. de O. & A. c. quod semel 21. de-  
 4 Reg. jur. in 6to. † Nec jus per pactum semel quāsi-  
 5 tum alteri invito auferri potest l. ult. ff. de pact. † Ne  
 quidem per ultimam voluntatem, l. cum maritus. 29. §.  
 6 ult. ff. de pact. dotal. † Quin nec dotis aut donationis,  
 propter nuptias semel constitutæ conditionem pa-  
 ter ex post facto deteriorem facere valet, l. cum à foce-  
 ro. 7. C. de jur. dor. l. cum dos. 7. ff. de pact. dotal. Ant.  
 Fab. dict. defin. 7. n. 3.

Ita Domini ad requisitionem Baltasar. Knors zu Miersburg/  
 Mense Aug. Anno 1629. (Verba sent. So verbleibets bey sol-  
 cher Ehestiftung bishlch / und es ist dieselbe der Ehemann durch  
 ein Testament oder andern legitimen Willen seines Gesellen auf-  
 zuheben und zu ändern nicht besugt/ ic.)

#### DEFINIT. XII.

*Pater obligatur ex pactis dotalibus filio, qui ipso con-  
 sentiente Uxorem duxit.*

- 1 Pater, filio uxore ducente, donationem propter  
 nuptias, promittens in tabulis dotalibus, omnino  
 obstringitur, cum & sola promissio à patre facta intui-

tu futuri matrimonii de filio ex æquâ portione institu-  
 endo patrem obliget ex Novell. Leon. 19. Anton. Fab.  
 in Codic. lib. 5. tit. 9. defin. 7. num. 4. † Quid autem 2  
 si parentis nibil expressè promiserit, filio tamen uxorem  
 ducenti, pacta dotalia contrahenti consenserit? † Non 3  
 minus tunc patrem obligari ad præstanta in tabulis do-  
 talibus promissa, recte arbitratur Wesenb. in supplem.  
 Schneidew. §. Si igitur. 1. Inst. quod cum eo, qui in ali-  
 en. potest. est num. 6. † Si scilicet filius ex inopia ipse 4  
 promissam propter nuptias donationem præstare ne-  
 queat; Nam si haberet facultates, dubitandum non es-  
 set, quin ex iis prius satisficeri mulieri oporteat, in eo-  
 que saltem patri subveniri, † ut non nisi in subsidium 5  
 teneretur, quia patris obligatio subsidiaria est & quasi  
 fidejussoria, l. si cum dote. 21. §. transgrediamur. 12.  
 ubi Dd ff. solut. matrim. † Vix enim mariti patrē 6  
 recusare potest, posteaquam matrimonio consensit, ut  
 eas omnes obligationes in se suscipiat, quā ex causā  
 matrimonii pendent, arg. l. i. C. de filiis fam. & quām.  
 pro iis pat. ten. & §. si igitur i. Inst. quod cum eo, qui in  
 alien. potest. est. Anton. Fab. in Codic. l. 5. tit. 16. defin.  
 9. num. 10. † Alioquin sānē videretur decēpta mulier, 7  
 quam credibile est non aliter filios familiās nupturam  
 fuisse, quām mariti facultates & patrimonium intuita-  
 esset, dict. l. 22. §. transgrediamur 12. ff. solut. matrim.  
 & arg. l. hinc queritur. 19. §. 1. l. & ancillarum. 27. §.  
 ult. ff. de pecul. † Nec quicquam habet mariti parentis, 8  
 quod de pacto & promissione filii conqueratur, qvum  
 filio uxorem ducenti non minus donationem propter  
 nuptias assignare, quām filiam dōtare teneatur, l. ult.  
 C. de dot. promiss. Bart. & Dd. in d. l. 22. §. transgredia-  
 mur. 12. ff. solut. matrim. Hartm. Pst. obs. 160. num. 2.  
 Octav. Cacher. decis. 44. Bald. in tract. de dot. priv. 17.  
 in tantum, † ut filius implorando officium judicis, do-  
 nationem propter nuptias à patre petere queat, Bald.  
 dict. loc. † modo in honestam non duxerit uxorem l. non 10  
 tantum. 3. §. si emancipatus. 5. ff. de bon. poss. contr. ab  
 Hart. Pst. dict. obs. 160. n. 8.

Ita Domini in causa Levini von der Schulenburg / Mense Jun.  
 Anno 1600. (Verba sent. Dieweil aber David von Trotha da-  
 mals nichts eigenes gehabt / sondern noch in seines Vaters Ge-  
 walt gewesen / sein Vater Christoph von Trotha auch in solche sei-  
 nes Sohnes Verehrling / und was derselbe in der Ehestiftung  
 zugesagt / verwilligt / ic. So seyn auch dessen Land-Erben nun-  
 mehr der Wittben die versprochene Zinsen aus der Erbschaft zu  
 entrichten schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Corruunt pacta dotalia ex supervenientia liberorum.*  
 V ix dubium esse potest, quin pacta dotalia subsi-  
 stant, nec per liberorum supervenientiam rum-  
 pantur, si horum expressa mentio facta; iisque debita  
 portio in casum mortis assignata fuerit, l. iuris gentium:  
 7. §. ait pretor. 7. ff. de pact. † Alioquin si de liberis 2  
 nil dictum aut dispositum repertur, qvum de iis non  
 cogitasse parentes censeantur, ex supervenientia libe-  
 rorum pacta dotalia corruunt. † Siquidem liberis 3  
 instinctu naturæ parentum hereditas debetur, l. scripto.  
 7. in fin. ff. und. liber. † quam iis parentes afferre, 4  
 vel immittere voluisse haud presumendum est, l. ult.  
 ff. de pact. l. filiam. 9. ff. de senator. † cum bona sua pa-  
 rentes ad neminem magis, quām ad liberos, posterita-  
 temq; suam pervenire concupiscant, l. cum ratio. 7. in pr.  
 ff. de bon. damn. l. nam et satis. in pr. ff. de inoff. testam. l. de  
 emancip. 13. §. cum enim. 1. C. de leg. her. l. nibil. interest. 50.  
 5. 2. ff. de bon. libert. † adeoque pactis dotalibus videtur  
 semper tacite inesse conditio: si sine liberis, idq; minus  
 dubii habet, si pacta dotalia valeant in vim ultimæ vo-  
 luntatis, facta in iisdem dispositione de hereditate aut  
 jure succedendi, † cum juris notissimi sit, agnatione 7  
 sui heredis testamentum rumpi, §. 1. Inst. de exhered. lib.  
 §. 1. Inst. quib. mod. seft. rump.

Ita Domini in causa Gebald Kleebarts Rinder zu Grunma/Mens. Jan. Anno 1633. (Verba sentent. Ob wohl Gebald Kleebart als er zur Ehe geschritten/ mit seinem Weibe eine Chestissung ausgerichtet/ und darin seine Güter wegen gewisse Verordnung gehabt; dieweil er aber dennoch hernach mit bewecktem seinem Ehemalige seine Kinder erzeuget/ ic. So ist dadurch vorberührte Chestissung cassirt u. aufgehoben worden/ u. wird demnach seine Verlossenheit zwischen der Wittheit und den Kindern ab intetato bllich vertheilt/ B. N. W.)

Et in causa Hansen Albrechts zu Weissenseel/Mens. Decemb. Anno 1599.

## DEFINIT. XIV.

*Condicio: (Si sine liberis,) pactis dotalibus adjecta, impleta censerint, si liberi nati ante obitum parentum deceffrint.*

**N**on raro tamen verbis disertis conditio hæc (si sine liberis conjuges deceffrint) in pactis dotalibus exprimitur, quo casu nemo usquam dubitavit, supervenientia liberorum, pacta dotalia rumpi.

Veluti etiam Domini responderunt in causa Hansen Albrechts zu Weissenseel/M. Dec. Anno 1599.

- 2 † At quid, si posita hæc conditione, liberi quidem nati fuerint, sed ante obitum parentum deceffrint? Et tum conjuges sine liberis deceffisse, conditionemque pactis dotalibus adjectam impletam fuisse, † manifestè probatur ex textu l. ex fatto 17. §. si quis autem suscepit 7. ff. ad SCrum Trebell. Quia hæc verba: *Sine liberis,* determinant verbum deceffir, & ideo tempus mortis inspicitur, Bartol. in l. heredibus 77. in pr. ff. ad SCrum Trebell. † Vulgaris enim est regula juris, quod qualitas adjuncta verbo debeat intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis. 4. §. si damnum extraneus. 1. ff. de nox. action. l. Titius 25. ff. de testam. milit. l. 2. & 3. ff. de aur. & arg. leg. Franc. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 3. † Nec facile quispiam negaverit, conjuges ita pacientes de hoc casu maximè cogitasse, ut vel ex mente etiam contrahentium impleta censemur conditio, † in qua alias voluntas disponentis semper dominatur, l. in conditionibus, 19. ff. de condit. & demonstr. l. cum quaestio. 23. C. de legat.

Ita Domini in causa Martha, Viduæ Bartholomæi Grunlens zu Lorna/ Mense Febr. Anno 1633. (Verba sent. Ist zwischen euerer Tochter/ und dero Ehemann Andreas Webern/ als sie sich mit einander verlobet/ eine Chestissung ausgerichtet/ und darin diese Vertheilung gehabt worden/ dass wann eines unter ihnen ohne Kelbes Erben versterben würde/ das überlebende 100. Thlr. zum Voraus nehmen sollte. Ob nun wohl sie mit einander ein Kind erzeuget/dieweil aber dennoch dasselbe vor ihnen beyden hinwiederum Todes verblieben/ und also euer Epdam vorerst ohne Erben verstorben/ ic. So seyn euerer Tochter/ Inhalten der Chestissung/ die 100. Thlr. zu kommen/ welche nunmehr nach ihrem Absterben ihr zu soderu besugt seyd/ B. N. W.)

## DEFINIT. XV.

*Deficit conditio: (Si liberis non fuerint nati,) pactis dotalibus adjecta, quantumvis liberi nati ante obitum parentum deceffrint.*

- 1 A lia est ratio conditionis (si liberis non fuerint procreari) ita enim si convenerint pacientes, deficit statim conditio, si nati fuerint liberi, † quantumvis postea ante obitum parentum deceffrint, l. cum uxori.
- 2 3 4. C. quando dies legat. ced. † Nec enim videtur impleta conditio, si liberos quis habuerit, licet non super sint tempore mortis, ut probat textus in l. Lucius. 85. ff. de hered. inf. cuius ratio hæc est, † quia liberi fuerunt positi in conditione, si nempe non procrearentur; Ergo liberis natis, sive deceffrint postea, sive non, expiravit conditio, Franciscus Mantic. de conject. ult. val. lib. 11. tit. 6. num. 5. † Attamen neque hoc casu voluntatem pacientium exclusam velim, quos si aliter sensisse probare poterit, † menti potius, quam verbis Carpz. Definit. Vol. I.

corundem inhærendum esse, facilius concesserimus, juxta tradita Franc. Mantic. dict. tit. 6. n. 5.

Ita Domini in causa Ernesti Müllers zu Pirna/ M. Jan. Anno 1636. (Verba sententia: Ob nun wohl des ersten Weibes Erben sich auf die Chestissung berufen/ und/ weil die Kinder vor dem Water verstorben/ in denen Gedanken stehen/ dass der gethanen Verordnung nach/ ihnen die Güter gebühren; dieweil aber dennoch bewecktem Chestissung auf eine gewisse Conditio, wann neu. Ich der Mann in anderer Ehe kleine Kinder erzeugen würde/ gerichtet/ dieselbe Condition aber sich nicht ereignet/ indem die Kinder gezeugt worden/ und dadurch das Vermächtnis erloschen/ ic. So seyn auch nunmehr des Weibes Erben etwas mit Bestande zu soderu nicht berechtigt/ B. N. W.)

## DEFINIT. XVI.

*Parens pacta dotalia, cum secundâ uxore inita, invitus primi matrimonii liberis, revocare potest, etiamsi in bisce certa portio ius fuerit affignata.*

**P**ater quispiam ad secunda transiens vota, pacta dotalia cum consensu liberorum prioris matrimonii confecerat, in iisque disposuerat, ut post obitum suum certa bona ad liberos pervenirent, reliquis bonis universis secundâ uxori relictis. † At ductus pœnitentiâ consensu uxoris pacta dotalia revocans, in testamento aliud disposuerat, ac portionem liberis primi matrimonii assignaram haud parum diminuerat; *Querebant liberi, an non patris dispositionem impedire & testamentum impugnare possent?* † Existimavere Domini hoc ipsi neutiquam licere, per ea, quæ in terminis adducit Matth. Coler. cons. 40. quest. 2. n. 60. & seqq. † Nec enim pater liberis ullo se facto obligaverat, contrahens cum secundâ uxore, ex quo sane contractu liberis nulla competere poterat actio, ut maximè contrahentes de ipsis etiam disposuerint, † Quod ceu accessorium factum principalis contractus una cum ipso censebatur sublatum l. non dubium 5. C. de Legib. t. causa principalis, 178. ff. de reg. jur. Andr. Gail. lib. 2. obser. 5. n. 14. † Minus verò efficere potuissent liberi urgentes, provisionem patris valere in vim ultimæ voluntatis, quæ vel eo magis ab ipso immutari potuisset, l. 32. 5. 3. ff. de donat. int. vir. & uxor. l. quod si 4. ff. de adim. & transf. legat.

Ita Domini in causa Michael Scherlings Rindere zu Bengen/ M. Oct. A. 1630. (Verba sent. Ob wohl euer Vater/ als er zur andern Ehe geschritten/ eine Chestissung ausgerichtet/ und auch euch als den Kindern erster Ehe darinmet ein gewisses vermacht; da aber dennoch er hernach in seinem letzten Willen andere Verordnung gehabt/ und ihr hättest euch nunmehr derselben weiges nicht zu erschrecken/ B. N. W.)

## DEFINIT. XVII.

*In foro Saxonico Novareæ pactis dotalibus plus affignari potest, quam liberi prioris matrimonii ex bonis paternis conseuntur.*

**I**n favorem liberorum Edicte legi fuit sanctum, ne parens ad secunda transiens vota, per testamentum, aliumve quemvis titulum, ex bonis suis plus relinquit conjugi secundâ, quam uni ex liberis prioris matrimonii. † Ne scilicet favorabilior sit conditio Novareæ, quam liberorum prioris matrimonii, l. bac edit. Bald. 6. C. de secund. nupt. ubi Bartol. & Bald. num. 1. Sed hæc ita l'habent de jure communi: † In foro autem Saxonico Constitutio, dict. l. b. 6. edit. 6. C. d. 1. per contrariam consuetudinem est abolita. Siquidem quotidie fieri videmus, † quod Novareæ ex bonis maritorum multò plus, quam liberi prioris matrimonii consequantur, illudque absque omni contradictione retineant, Matth. Coler. part. 1. decis. 40. n. 4. & pare. 2. decis. 288. n. 1. Quod certè iniquum non est: † Et enim

enim si maritus post mortem uxoris, omnia recipiens  
mobilia exceptis utensilibus, plus lucri capit, quam filii ex priori matrimonio uxoris defuncte procreati, ut  
6 plerumque accedit, art. 36. lib. 3. Landr. † Cur non  
& uxori idem beneficio pectorum dotalium sit indul-  
gendum, haud certe video, Coler. dict. decis. 40. num. 7.  
7 † præfertim cum in favorem Novercæ, illud ipsum  
statuto etiam introduci queat, secundum tradita Andr.  
Gail. lib. 2. obf. 124. num. 3.

Ita Domini in causa Christophori Fleischers zu Eichopau/  
Mensl. Majo, Anno 1633. (Verba sentent. Dafern nun des ver-  
storbenen Mannes Kinder erster Ehe durch solche Ehestiftung  
an ihren Väterlichen Legitimen nicht benachtheiligt werden  
wären/ scilicet. So verbleibt es bey solcher Ehestiftung billlich/  
und es möchte die Wittib/ ehe und zuvor ihr das darinnen ge-  
thane Vermächtnish wirthlichen entrichtet werden / dahero sie  
ein viel mehrers/ als eines der Kinder erster Ehe bekommet/ aus  
den Gütern zu weichen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVIII.

*Pacta dotalia, cum secundo conjuge inita, non possunt  
prejudicare liberis primi matrimonii in legitimâ pa-  
ternâ, vel maternâ.*

1 Tsi in foro Saxonico contrahenti secundum matri-  
monium liberum sit donare conjugi in pactis dota-  
libus, quantum libeat absque contradictione & impe-  
dimento liberorum prioris matrimonii, Defin. preced.  
2 † Attamen hoc aliter accipiendum non est, quam si li-  
beri salyam retineant legitimam bonis paternis vel ma-  
ternis; † Nec enim per pacta dotalia, liberos prioris  
4 matrimonii in legitima defraudare licet. † Nec pa-  
cta dotalia pro ea parte, quâ liberis ratione materno-  
rum bonorum ac legitimæ paternæ aliquid detractum  
est, subsistunt, l. si constante. 19: C. de donat. ant. nupt.  
in fin. Matth. Coler. consil. 59. n. 5. & part. 1. decis. 192.

n. 3. & part. 2. decis. 288. num. 1. Henn. Göden. consil.  
99. n. 28. † Eatenus liquidem potestas parentum dis-  
ponendi de bonis suis restricta est, ut legitimam de  
bonis omnibus, quæ tempore mortis habent, liberis re-  
linquere teneantur, l. cum queritur. 6. l. parentibus. 8.  
l. omnimodo. 30. C. de inoff. testam. l. Papinianus. 8. §.  
quoniam 8. ff. eod. tit. §. ule. Inst. cod. tit. † Aliter... 6  
ergo pacta dotalia jure non subsistunt, quam si liberi  
salvam habeant legitimam, ex bonis parentum omni-  
bus, quæ tempore mortis in hereditate paternâ vel ma-  
ternâ reperiuntur, Coler. consil. 40. n. 149. † Non... 7  
tamen per totum viciantur pacta dotalia, in casu quo  
liberi legitimam non habent salvam, sed tantum in eo,  
quo deducto, liberi legitimam suam integrum non ha-  
bent. † Quia utile per inutile in separabilibus non... 8  
viciatur, Bartol. Jas. Zaf. & Dd. in l. i. §. si stipulanti 4.  
ff. de V. O. l. sancimus. 34. C. de donat. Coler. dict. de-  
cis. 288. n. 2.

Ita Domini in eadem causa: (Verba sentent. Dafern nun  
des verstorbenen Mannes Kinder erster Ehe durch solche Ehe-  
stiftung an ihren Väterlichen Legitimen nicht benachtheiligt  
werden wären/ scilicet. So verbleibe es bey solcher Ehestiftung bill-  
lich/ scilicet.)

Et in causa Harsen Brosemanns Kinder zu Leipzig / Mensl.  
Majo, A. 1633. (Verb. sent. Ob nun wohl die hinterlassene Wit-  
tib nicht allein ihr eingebracht Gut/ daju sich gedachter Ehemann  
in der außgerichteten Ehestiftung bekennen/ sondern auch hierüber  
noch 300 fl. Gegenverwächtnis von den Erben fordert und ha-  
ben will. Dieweil aber dennoch bemeldter Ehemann vor sei-  
nem Absterben dergestalt in Absall seiner Mährung gerathen/  
dass/ wann die Wittib beydes erlangen/ und die andern Schul-  
den bezahlet werden solten/ die Kinder erster Ehe ihre Väterliche  
Legitimam nicht bekommen könnten/ scilicet. So wird erstlichen der  
Wittiben ihr eingebracht Gut wiederum abgesolget/ hernach  
werden die Kinder ihrer gebährden Legitimam bestiediget; und  
wann also dann ferner was übrig verblebet/ wird dasselbe der  
Wittiben an statt ihres Gegenverwächtnis vollend entrichtet und  
ausgeantwortet/ B. R. W.)

#### CONSTITUTIO XLIV.

#### PARTIS SECUNDÆ.

Wann die Frau nach ihres Mannes  
Absterben ihr eingebracht Ehe-Geld wieder ha-  
ben/ die Lehns-Folger aber solches bey dem Gu-  
te behalten/ und sie/ wie Land-gewöhnlich/ dar-  
gegen beleibdingen wollen/ wie es  
dissfalls zu halten?

A die Frau bey ihres Mannes Leben  
gegen ihr Einbringen/ welches sie  
darthun kan/ nicht beleibdinget/ und  
nachmahlis von den Lehns-Folgern  
will beleibdinget seyn/ so soll ihr das-  
selige folgen/ wie denn hierinnen einträchtiglich  
gesprochen wird.

Wann es sich aber begäbe/ daß die Frau von  
ihrem Manne gegen ihr Einbringen nicht beleib-  
dinget/ und sie will nach seinem Absterben kein  
Leib-Gedinge haben/ sondern fordert ihr eingeb-  
raucht Ehe-Geld/ die Lehns-Folger wollen sie be-  
leibdingen/ und das Ehe-Geld nicht geben. In  
diesem Fall haben unsre Räthe/ Facultäten und Schöppen-Stühle beschlossen/ es sollte in der Fraus  
en Willkür stehen/ ihr eingebraucht Ehe-Geld wieder zu fordern/ oder aber das Leib-Gedinge anzu-  
nehmen; welches wir uns auch gefallen lassen/ und soll demnach also gesprochen werden.

#### DEFINITIONES.

1. Dotalitium in feudo Vidue constitui debet, etiam si de vivente marito non fuerit conventum.
2. In arbitrio tamen Viduz est, an dotalitium exigere, an vero dotem repetere velit.

3. Dotalitio licet in pactis dotalibus constituta, attamen marito defuncto, Vidua optio competit, an dotalitium apprehendere, an vero dotem repetere malit.

4. *Viduā defunctā antequam dotalitium apprebendet, vel dotem exigere, nibilominus liberi ejusdotem repetere possunt.*
5. *Dotalitio à Viduā semel acceptato, expirat facultas repetendi dotem.*
6. *Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet.*
7. *Successores feudi ad Constitutionem dotalitii non tenentur, si una cum dote totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint.*
8. *Relinquere potest Vidua dotem pariter & dotalitium, atque petere portionem statutariam, ex bonis mariti mulieribus debitam.*
9. *Non tenentur Successores feudi constituere Vidue*

## DEFINIT. I.

*Dotalitium in feudo Vidue constitui debet, etiam si de hoc vivente marito non fuerit conventionum.*

1. *D*e jure quidem communī, donatio propter nuptias nisi constituta aut promissa fuerit, haud debetur, juxta tradita Gloss. & Dd. in Autb. dos data. C. de donat. ant. nupt. Petr. Anton. à Petra de fideicommiss. qu. 8. num. 183. & 360. † Sed aliud generali consuetudine receptum est in foro Saxonico, ubi agnatis & Domino feudi, quoties ad ipsos feudum perveit, onus dotalitii constituendi incumbit, non solum quando id promissum est, † sed etiam si vivente marito de eo planè non convenutum fuerit, Hartm. Pistor. part. 1. quest. 4. n. 3. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. qu. 122. n. 13. Rotschitz. de dotalit. art. 1. n. 16. Schneidew. Inst. de success. que ab intest. defer. iur. de success. jur. Saxon. int. marit. & uxor. n. 43. Schurff. cent. 3. consil. 51. 4. n. 3. Welsenb. consil. 26. n. 28. † Idque disertis verbis confirmatum hāc Const. 44. in pr. Da die Frau bey ihres Mannes Leben / 2c. ubi Moller. n. 10. Dubium. 5. ergò non est, † quin Vidua ex bonis feudalibus dotalitium etiam à marito non promissum petere queat, ut maximē bona hereditaria supersint, Hartm. Pistor. 6. dict. quest. 4. n. 15. Jac. Schult. dict. loc. num. 136. † modò dos à muliere verè ac reipsa fuerit illata, Autb. dos data in fin. C. de donat. ant. nupt. Schult. dict. loc. n. 114. Pistor. dict. quest. 4. n. 8.

Ita Domini in causa Marien Hollenfserin/Carls von Schellenberg Wittibben/ M. Sept. Anno 1622. (Verba sent. Wann nun gleich bemeldte Ehestiftung nicht vollzogen/ noch das Leibgedünge bey Lebzeiten eures Ehe-Junkern außerichtet worden/ ic. So seynd doch nunmehr dessen Lehn-Erben aus den Lehn-Gütern euch eurem Einbringen gemäß/ und nach Landes Gewohnheit zu beleibdingen/ oder eurer Beliebung nach/ einer eingebrauchte Ehe-Geld euch wieder heraus zu geben und abjustaten schuldig/ B. R. W.)

Et in causa N. à N. Viduā zu Leipzig/ Mense April. Anno 1636.

## DEFINIT. II.

*In arbitrio tamen Vidua est, an dotalitium exigere, an verò dotem repeteret velit.*

1. *E*t si vidua dotalitium post mortem mariti ex bonis feudalibus petere posuit, nulla etiam hujus facta promissione à marito vivente, Defin. preced. Attamen per id via repetendi dotem ei præclusa non est, † Sed arbitrio viduæ committitur, an dotalitium exigere, an verò, eo relicto, dotem repeteret malit, † quam electionem Agnati seu feudi successores haudquaquam inverttere ac impedire possunt, ut maximē ad dotalitium constituendum sint parati, hāc Constitut. 44. §. Wenn es sich aber begabt/ 2c. Hartm. Pistor. p. 1. quest. 4. n. 19. Moller. bic. n. 1. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 2. qu. 62. n. 9. Frider. Pruckm. Carpz. Defin. Vol. I.

- dotalitium, priusquam dos illata, ac in feudi utilitatem versa probetur.
10. *Confesso mariti non relevat Viduam petentem dotalitium, à successoribus feudi, ab onere probandi dotalitationem.*
11. *Debetur Vidua dotalitium, etiam si dotem promissam vivente marito non solverit, modo eam, ipso defuncto, una cum usuris etiamnum offerat.*
12. *Vidua post mortem mariti dotem offerens eam una cum dotalitio repetere nequit, licet de hoc in pactis dotalibus fuerit conventum.*
13. *Vidua post mortem mariti dotem offerenti non debetur dotalitium in concursu Creditorum.*
14. *Quilibet donatio propter nuptias solvenda est Vidua post mortem mariti dotem promissam offerenti.*

vol. 1. consil. 47. n. 127. † idque non solum juri com- 4 muni est consentaneum, quo dotis exactio uxori, soluto matrimonio, competit, tot. tit. ff. solut. matr. quemad. dos petat. Sed & æquitati convenit, † ne scilicet 5 Viduæ senio forsan confectæ facultas de dote ac bonis suis testandi auferatur, atque adeo quod in viduæ favorem introductum fuit, in ejusdem odium detorqueatur, † siquidem defuncta viduæ, quæ dotalitium agnoscit, dos planè expirat, Supr. Constit. 42. ubi Definit. 3. Hartm. Pistor. dict. q. 4. num. 20. Coler. part. 1. decis. 57. n. 57. Rauchb. part. 1. qu. 30. n. 22.

Ita Domini in eadem causa (Verba sent. So seynd doch nun mehr dessen Lehn-Erben aus den Lehn-Gütern euch entweder eurem Einbringen gemäß/ und nach Landes Gewohnheit zu beleibdingen/ oder eurer Beliebung nach/ einer eingebrauchte Ehe-Geld euch wieder heraus zu geben und abjustaten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. III.

*Dotalitio licet in pactis dotalibus constituto, attamen marito defuncto, Vidua optio competit, an dotalitium apprebendere, an verò dotem repeteret malit.*

Quid autem, si marito, vivente, in pactis dotalibus 1 uxori fuerit constitutum dotalitium, num defuncto marito, jus optandi nibilominus Vidua competere dicemus, an nempe dotalitium ante constitutum, apprebendere, an verò eo relicto dotem repeteret velit? 2 † Sanè, quod tūm præcisè Vidua teneatur apprehendere dotalitium, videtur probari hāc Const. 44. §. Wenn es sich aber 2c. ubi mulieri datur electio, si vivente marito dotalitium ei non fuerit constitutum; Sequitur ergò à contrario sensu, jus optionis viduæ non compete, quando constitutum est dotalitium. † Econtra, 3 favor dotis Viduæ tribuit electionem, etiamsi de dotalitio ante conventionem fuerit, ut scilicet electa dote, eò honestius Vidua vivere & se sustentare possit, quæ sola causa facit, ut mulieri dotem repeteret queat, Autor. Consult. Const. Saxon. tom. 2. part. 1. q. 14. n. 2. sub fin. † Ob dotis itaque favorem, Viduæ repetitionem concedendam, antequam dotalitium in pactis dotalibus si bi constitutum realiter apprehenderit, rectissimè quis dixerit cum Christ. Zobel, in addit. ad Gloss. in art. 31. n. 5. vers. si enim vel nullum prorsus habeat, &c. in fin. lib. 1. Landr. Frider. Pruckm. vol. 1. consil. 47. n. 127. Matth. Berlich. part. 2. concl. 52. n. 9. † Nec movet 5 in contrarium b. Const. 44. dict. §. Wenn es sich aber 2c. Quia argumentum à contrario sensu Statutariæ constitutionis desumptum, locum non habet contra dispositionem juris communis, † ubi soluto matrimonio utroque casu, sive donatio propter nuptias constituta sit, sive non, mulieri dotem repeteret licet. l. l. & tot. tit. ff. solut. matr. Dan. Moller. bic. num. 1. † Aut si à contrario sensu argumentari lubet, aliud 7 probari existimaverim Supr. ex Const. 42. p. 2. ubi dos dici-

dicitur expirare tum demum, si dotalitium constitutum & acceptatum fuerit. (Wann die Frau das Leibgedinge beliebet und angenommen / x.) Ex quo sequitur à contrario sensu, † dotalitio nondum acceptato, repetitionem dotis haudquaquam cessare. Nulla ergo vis decidendi argumento à contrario sensu in hoc casu erit tribuenda, † sed potius favori dotis indulgendum, obque id mulieri electio concedenda, juxta modò dicta.

Ita Domini in causa Marien Pflugku / gebohrnen von Lewen/ Mens. Febr. Anno 1633. (Verba sentent. Ob euch gleich in der Ehestiftung ein gewisses Gegenvermächtlich constituitur worden; diewell ihr aber dennoch euer Einbringen zu fordern gewuet / x. So seyd ihr auch über berührtes Einbringen die Leibgedinge zu fordern nicht berechtigt / Ihr wollet denn euer eingehbrates Ehe-Geld jurat lassen/ und euch lieber des Leibgedinges ausschaffen/ solches wäre euch zu thun unbenommen/ B. N. W.)

## DEFINIT. IV.

*Vidua defuncta antequam dotalitium apprehenderet, vel dotem exigeret, nihilominus liberi ejus dotem repetere possunt.*

- 1 **N**on solum viduæ jus optandi competit, an dotalitium apprehendere, an verò dotem repetere velit, sed & defuncta eā ante optionem, ejusdem liberis potestas dotem recuperandi videtur concessa. † Et si enim ipsis nulla electio competit, quippe quibus dotalitium ad vitam viduæ saltē constitutum haud debetur, Henr. Bocer. de donat. cap. II. n. 2. Thoming. decis. 29. n. 8. Pift. part. I. q. 4. in pr. † Attamen, quia facultas repetendi dotem matris defunctæ his concessa sit, ambigendum non est; Scilicet, † quia in amplissimum dotis favorem mulieri datur electio, ut nempe dote electa, honestius vivere, deque ea testari ac disponere possit, Aut. Consult. Const. Sax. tom. 2. part. I. q. 14. n. 2. sub fin. † Ergo in odium neutiquam retorquenda est, quod sanè fieret, si defuncta ante electionem viduæ, repetitionem dotis cessare, diceremus.
- 6 † Ac quò minus id afferamus, facit Const. Elect. 42. p. 2. quia dotalitio denum constituto & acceptato, ea quae mulier dotis hominæ ad maritum attulit, expirare jubet, nempe † quod per dotalitium acceptatum dos feudo censatur incorporata, Hart. Pistor. dict. q. 4. n. 20. Colet. part. I. decis. 57. n. 57. Matth. Wesenb. part. I. conf. 26. n. 26. † Quæ certè ratio cessat, si vidua ante electionem mortua fuerit, quum nec dotalitium tunc acceptatum, nec proinde dos feudo incorporata sit, ut in aperto est; *Quis ergo dotem tum liberis denegare veller?*

Ita Domini in causa Johannis Christophori à Zschachvitez, Mens. Mart. Anno 1630. (Verba sent. Wann nun gleich bemeldete Mutter / ehe und zuvor sie / ob sie neuwlich zu dem Leibgedinge fiesen/ oder ihr Ehegeld wieder fordern wolle/ sich erklärt/ Todes verfahren würde / x. So wären doch nach dem Absterben ihre Töchter das eingebrachte Gut von den Lehnsholzgeren wieder zu fordern wohl besugt/ B. N. W.)

In causa Nicolai & Johannis Heinrici Fratrum ab Heinicz, Mens. Oct. Anno 1631.

Ec in causa Nobilium von Hopfsgarten/Mens. Jun. Anno 1636.

## DEFINIT. V.

*Dotalitio à Vidua semel acceptato, expirat facultas repetendi dotem.*

- 1 **I**n electione quidem & arbitrio viduæ est, utrum dotem repetere, an verò dotalitio contenta esse velit., b. Const. 44. † At, si dotalitium vidua semel agnoverit & acceptaverit, tum nec ipsa, nec heredes ejus dotem amplius repetere possunt, utpote mariti bonis jure dotalitii incorporatam, Supr. Const. 42. p. 2. Hartm. Pistor. part. I. quest. 4. n. 20. Wesenb. conf. 26. n. 26. p. I. Jac. Schult. in addit. ad Rotschitz. de dotalit. art. I. 3 n. 18. † Sicut nec econtra, si Vidua semel dotalitium reprobavit, dotemque repetit, denuo ad dotalitium

confugere dotemque inferre licet, Moller. hic num. I. † Quia omnis variatio est odiosa & non admittenda, I. ult. vers. tantum enim abest. Codic. de codicill. Petr. Heig. p. 2. quest. 4. n. 1. & seqq. Nicol. Boët. decis. 33. n. 13. † Et agnito vel repudiato semel dotalitio, successoribus feudi in dote vel pensionibus ex feudo solvendis, eo ipso jus quæstum videtur, quod postea eis invitis auferri nequit, I. 5. Codic. de obligat. & action. † Quamvis si mulier in'optione hanc graviter læsa, vel dolo ad illam adducta, vel minorenne, aut alia justa quædam causa subsit, ei subveniendum existimat Dan. Moll. hic num. 3. Petr. Peck. in tract. de testam. conjug. lib. I. cap. 32. num. 6.

Ita Domini in causa Veronicæ à Zemen, Mens. Febr. Anno 1626. (Verba sent. Ob euch wol anfanglich frey gestanden/ entweder euer Ehegeld aus des verstorbenen Mannes Gütern wie der zu fordern/ oder zu dem gewöhnlichen Leibgedinge zu fiesen/ da ihr aber dennoch das Leibgedinge einmal angenommen und erwehet hättest / x. So verbliebe es dabei blülich/ und waret davon wieder abzuführen/ und euer Einbringen zu fordern nunmehr nicht berechtigt/ B. N. W.)

## DEFINIT. VI.

*Vidua dotalitium sibi constitutum etiam post annum & diem petere valet.*

**N**escio, quā ratione moti Scabini Lipsienses quondam existimarent, si dotalitium mulieri vir constituisse, illa verò post ipsius mortem intra annum & diem id non petiisset, deinceps eam id petentem audiendam non esse, sed exceptione præscriptionis removeri posse, referentes Dan. Moll. hic num. 17. † qui tamen ab hāc opinione meo iudicio recte dissentit. Neminem siquidem fugit † in foro Saxonico anno & die non nisi mobilia præscribi art. 28. lib. I. Landr. † adeoque ad dotalitium, quod in bonis feudalibus immobiliibus constituitur, ac in annuis redditibus & pensionibus regulariter consistit, hanc præscriptionem minus ritè accommodari, quivis facile concenserit. † Putarim ergo, Viduam dotalitium à marito vivente sibi constitutum petentem, non nisi præscriptione triginta annorum, anni & diei removeri. † Tanto enim, & non minori temporis spacio, iura & actiones in foro Saxonico præscribi, notissimum est, art. 29. lib. I. Landr. Matth. Coler. ad c. de quarta. 4. n. 84. extr. de præscripte.

Ita Domini in causa Magdalenen von Holzthien/ M. Mayo, Anno 1627. (Verba sent. Hat euch euer Ehe-Juncker bey seinem Leben ein gewisses Leibgedinge verordnet/ dessen ihr euch noch zur Zeit nicht gebraucht/noch bey den Lehnsholzgeren darum Ansuchung gethan. Ob nun wohl allbereit seither eures Mannes Absterben drei ganzer Jahr verlossen/sei. So seyd ihr doch nichts desto minder berührtes Leibgedinge zu fordern/ und euch dessen anzumessen nochmahl wohl besugt/ x.)

## DEFINIT. VII.

*Successores feudi ad Constitutionem dotalitii non tenentur, si una cum dote totidem ratione donationis propter nuptias reddere velint.*

**Q**uantumvis vidua electionem habeat, an dotem repetere, an verò dotalitium postulare & retinere velit? Attamen si dotalitio nondum constituto, † successores feudi viduæ dotem reddere atque insimul totidem ratione donationis propter nuptias addere, quād dotalitium constituere malint, omnino audiendi sunt, & vidua dotem unā cum donatione propter nuptias accipere tenetur, nec auditur, † si dotalitium postulet, illudque dimittere nolit, cūm hoc casu vidua ullam demando conquerendi causam prætendere nequeat, Hartm. Pistor. part. I. quest. 4. num. 28. Moller. hic num. 14. Martb. Berlich. part. 2. conclus. 52. num. II. † Licet forsitan rarius feudi successores id faciant; quod nec

nec ipsis consultum videtur, siquidem hoc modo tam  
dos, quām donatio propter nuptias pleno jure ad mu-  
liarem pertinet, qvum ē contra dotalitio constituto,  
§ † non solum dotēm tanquam feudo incorporatam lu-  
centur, sed etiam mortua muliere dotalitium recupe-  
rent, Supr. Const. 42. part. 2. Pistor. dict. quest. 4. n. 28.

Ita Domini in eadem causa: (Verba sentent. Wann gleich  
bey euers Ehe-Jungfern Erben frischchen ihme und euch des Leib-  
gedinges wegen nichts gewisses abgeredet worden wāret ic. So  
wāren doch nichts minder die Lehn-Erben nach Gelegenheit eu-  
res eingebrochenen Ehegeides euch aus den Lehn-Gütern zu beleib-  
dingen pflichtig/ sie wölfen dem nebens eurem Ehe-Gelde noch  
etwas so viel euch baar über auszahlen/ und eigentlichlichen ab-  
statten/ damit lieset ihr euch billich begnügen/ und sie möchten auf  
solchen Fall zu ferner Leibgedingung nicht angehalten werden/  
B. N. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Relinquere potest Vidua dotēm pariter & dotalitium,,  
atque petere portionem statutariam, ex bonis ma-  
riti mulieribus debitam.*

Ex eo, quod Viduae viri Nobilis electio datur, utrum  
dotalitium sibi constitui, an dotēm repere malit,  
2 b. Constit. 44. arbitrari equidem quis posset, † haud  
licere viduae, relictis hisce juribus mulieribus, petere  
3 quotam bonorum partem ex constitutione Electorali,  
vel consuetudine loci mulieribus debitam, † qvum  
unius inclusio sit alterius exclusio l. 12. ff. de judic. l. 18.  
§. n. ff. de fundo instruct. Eamque sententiam tener-  
4 Moller. lib. 2. semestr. cap. 8. † At vereor, ne inde  
conditio viduarum Nobilium longē dexterior reddatur  
5 cor ditione rusticarum civiumque mulierum, † quæ  
pro lubitu quotam bonorum partem ex hereditate  
mariti capere ac dotēm dimittere possunt; Const. Elect.  
6 20. part. 3. † Quid enim, si mulier nobilis vel nullam  
vel exiguum intulisset dotēm, an propterea minus quām  
mulier plebeja ex bonis mariti capere deberet? id certè  
7 ex sententia Molleris scqueretur, † quod tamen absurdum  
alicui videri posset, cum Nobilitas, aliave dignitas,  
haut operari debeat diminutionem commoditatum  
ex legibus vel statutis provenientium, l. senatori 11. in  
8 fin. ff. de Senator. † Dicendum ergo, quod res est,  
Viduam nempe nobilem quotam bonorum statutariam  
petentem, omnino audiendam esse, si dotē ac dotalitio,  
9 nec non sponsalitia largitati, aliisque juribus, vi-  
duis Nobilibus competentibus, renunciare velit, † pro-  
ut sancitum in Constit. Elect. 37. part. 3. Matth. Coler.  
part. 1. decis. 69. num. 3. Andr. Goldb. de genita cap. 5.  
tit. de primo ordin. succed. num. 31. Reinhard. part. 1.  
differ. 37. Wesenb. in apostilla ad Schneidew. Inst. de  
beredit. que ab intest. defer. Rubr. de success. iur. Sax.  
10 int. vir. & uxori. n. 40. Nec movet b. Constit. 44. † Ex  
quā certè nil aliud inferri potest, quām quod mulier  
possit vel dotēm vel dotalitium eligere, si velit; At, ut  
11 hoc faciat, non cogitur. † Nam & quotam bonorum  
statutariam petere potest, si hoc ē re suā esse putaverit,  
12 dict. Constit. 37. part. 3. † idque cum b. Constit. 44. non  
inveniatur prohibitum, permisum censemur l. nec non  
28. ff. ex quib. caus. major. l. mutus 43. ff. de procurat.  
Goldb. dict. loco.

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Leipzig/Mens. Jun.  
Anno 1600. (Verba sent. Dafern aber bemeldte Adeliche Wit-  
tib verindige Churf. Sächs. Constitution den vierdetti Thell/ o.  
Der was sonst den Weibern nach Gewohheit gebühret/ von  
dem Erbe haben will/ so ist sie dagegen sich des Leibgedinges/ und  
anderer ihrer Früchten Gerechtigkeit zu begeben schwäb. B.  
N. W.)

## DEFINIT. IX.

*Non tenentur Successores feudi constituere Vidue do-  
talitium, priusquam dos illata, ac in feudi uti-  
litatem versa probetur.*

Q Uamvis successores feudi non solum ad præstatio-  
nem dotalitii à marito vivente jam constituti, sed

& ad constitutionem ejus, de quo marito vivente haud  
conventum fuerit, teneantur, Supr. Defin. 1. Atram-  
hoc aliter verum non est, † quām si dos à muliere re-  
vēre ac re ipsā illata fuerit, Aut. dos data. C. de donat.  
ant. nupt. Aut. sed quanib. C. de pat. conviv. No-  
vell. 2. §. ult. † Quod & b. Constit. 44. expressè con-  
firmatum est in verbis initialibus: Da die Frau bey  
ihres Mannes Leben gegen ihr Einbringen welches  
sie darthun kan/ sc. Gloss. art. 22. Weichbild. num. 1.  
vers. Die dritte Gab. ibi: Was an der Mitgift  
dem Manne gebricht / das soll am Leibgedinge der  
Frauen auch gebrachet / Hartm. Pistor. p. 1. q. 4. n. 8.  
Jac. Schult. ad Rotschitz. de domit. art. 1. n. 3. & in-  
addit. ad Modest. Pistor. p. 3. q. 122. n. 114. Jacob. Tho-  
ming. conf. 4. num. 72. & seq. & conf. 15. num. 37. lib. 1.  
† Quin nec sufficit, dotēm marito illatam esse, sed in-  
super, ut ea in feudum sit versa, requiritur, idque pro-  
pterea, † quoniam nisi dos in feudum conversa fue-  
rit, nulla causa subest, quæ ad dotalitium heredes feu-  
dales obligare possit, siquidem ejusmodi onera, non  
secus ac debita alia à Vasallo contracta hereditati saltem  
incumbunt, l. ex facto 35. §. 2. ff. de bered. inst. l. 1. C. fi-  
cert. petat. † Possessorem verò feudi minimè sequun-  
tur, l. ult. §. ult. ff. de contr. empl. l. 1. §. si heres 16. ff. ad  
SCrum Trebell. Hartm. Pistor. dict. quest. 4. num. 12.  
Jacob. Schult. dict. quest. 122. n. 123. Probatā tamen  
numeratione, in feudum etiam conversam dotēm esse,  
ut probetur, necesse non est, † sed in dubio pro mu-  
liere præsumitur, dotēm in feudi utilitatem collocatam  
esse, ex rationibus allatis ab Hartm. Pistor. dict. quest.  
4. num. 16. ubi exempla ex Bald. allegat Modest. Pistor.  
part. 1. q. 24. Dan. Moller. hic num. 9. Jacob. Schult. ad  
Rotschitz. dict. Art. 1. num. 32. & seq. † Vera autem  
sunt hæc tantummodo, quando cum successoribus feu-  
di, quibus factum defuncti præjudicare non potest, agi-  
tur: † Alioquin, si feudo à marito jam constituto, i.  
cum liberis ac heredibus res est, nil sanè attinet, anxiè  
versionem considerare, cum hi etiam sine eā, quin imo  
nulla etiam dote illata, factum defuncti præstare tene-  
antur Supr. Constit. 42. Definit. 5. Hartm. Pistor. dict. qu.  
4. num. 18. Vide omnino Schult. ad Modest. Pistor. dict. q.  
122. num. 228.

Ita Domini in causa Henrici à Zobeln/Mens. Jul. Anno 1622.  
(Verba sent. Ist euers verstorbenen Vettern Lehn-Gut an auch  
gebracht und versälet worden/ und weil gebrocher Vetter des  
Leibgedinges wegen seine Verschbung gehabt/ will seine Wittib  
von euch als dem Lehnshörler beleibgedinget seyn/ da nun ihr E-  
hegeld dem Manne würtlichen eingebraucht und in das Lehn ver-  
wendet worden wāret ic. So wāret ihr bemeldte Wittib nach  
Gelegenheit solches ihres Einbringens zu verleibdingen schwäb.  
B. N. W.)

Item in causa Alberti & Henrici Wuchsdorffs zu Bistritz/M.  
Febr. A. 1636.

## DEFINIT. X.

*Confessio mariti non relevat Viduam, petentem dota-  
litium à successoribus feudi, ab onere proban-  
di dote illationem.*

V Idūae ergo dotalitium petenti onus probandi in-  
cumbit, dotēm reverā fuisse illatam, id quod pro-  
bari potest per publicum instrumentum, in quo Nota-  
rius testatur, se præsente, dotēm esse numeratam, vel  
etiam † per testes, qui connumerationi adfuerunt, Jo-  
seph. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 11. Sed num-  
etiam per confessionem mariti & † Sanè liberis sive  
heredibus mariti confessionem præjudicare nemo faci-  
lē negabit, per text. in l. cum à patre. 14. Codic. de Rei  
Vendic. l. si uxori. 7. Codic. de bon. autor. jud. possid. l. si  
ab eo. 7. Codic. de negot. gest. Hartm. Pistor. part. 1. qu.  
4. num. 10. Wesenb. conf. 49. num. 3. † Secus verò  
resse habet in successoribus feudi, qui mariti heredes  
non sunt. Ab his enim si mulier petat dotalitium, eam  
haud-

haudquaquam relevare poterit ab onere probandi confessio mariti, quâ tûm, cum dotalitium constitueret, 5 dotem se perceperisse afferuit; † Quia ex regula vulga- ta haud standum est confessione ejus, qui actum sine certa aliqua qualitate expedire non potest, etiam si assereret, qualitatem illam, quæ ei disponendi facultatem tribuit, intervenisse l. cum quis decebens 37. §. Tertia 6. ff. de legat. 3. Jason. in l. se donatione 13. n. 4. C. de collat. Hartm. Pistor. dict. quest. 4. n. 11. Dan. Moll. hic num. 6. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. q. 122. n. 117.

Ica Domini in eadem causa. (Verba sent. Da nun ihr Ehe-  
Geld dem Manne wârlichen einbracht / und in das Lehn ver-  
wendet worden wäre/ zwu massen denn beweisder Wittben die il-  
latio dotis anderer Gestalt/ dann durch des Mannes Quittung  
und Belästniss vor allen Dingen zu beweisen obliegt/ so wâret ihr  
dieselbe nach Gelegenheit solches ihres Etabringens zu verlebge-  
dingen schuldig/B.R.W.)

Et in causa Johannis Brambachs zu Quedlinburg/ M. April.  
Anno 1635.

Et in causa N. à N. Viduz zu Leipzig/Mense April. Anno 1636.  
(Verba sent. Da ihr aber dennoch anderer Gestalt/ denn allein  
durch eures verstorbenen Ehe-Junkern Quittung und Beläst-  
nis darthun sôdet/ das ihr ihme 1000. fl. wârlichen zubracht  
hâttet/ ic. So wâren die Lehnsholger euch darguss zu beleibdingen  
und jährlichen 200 fl. Leib-Zinsen abzustatten schuldig/B.R.W.)

#### DEFINIT. XI.

*Debetur Vidua dotalitium, etiam si dotem promissam  
vivente marito non solverit, modò eam ipso de-  
functo unà cum usuris etiam  
num offerat.*

- 1 **A**T quid, si uxor dotem promissam vivente marito  
reverâ non numeraverit, post mortem autem ma-  
riti eam adhuc inferre velit, ad hoc nempe ut dotali-  
tium sibi constituatur? † Quamvis de jure civili Vi-  
duam non audiendam existimem, per text. in Autb. dos  
data sub fin. Cod. de donat. ant. nupt. Hartm. Pistor. p. 1.  
quest. 5. Moller. hic num. 12. Zobel. in addit. ad Gloss.  
art. 21. num. 3. lib. 1. Landr. Attamen in foro Saxonico  
consuetudine est introductum, † ut licet uxor do-  
tem vivente marito non intulerit, si tamen post mor-  
tem ejus dotem promissam unà cum usuris à tempore  
mortis mariti offeret, tum dotalitium etiam necdum  
promissum constitui soleat, † non attento, utrum in  
morâ solvendi fuerit uxor, nec ne, Georg. Rotschitz.  
de dotalit. art. 1. num. 13. Hartm. Pistor. dict. quest. 5.  
num. 6. Jacob. Schult in addit. ad Modest. Pistor. part.  
3. quest. 122. n. 120. Matth. Coler. part. 1. decis. 63. n. 3.  
Schneidew. ad tit. Inst. de hered. que ab intest. defer.  
tit. de success. int. vir. & uxor. n. 45. Nec refert,  
5 † an dos purè & simpliciter, an ad certum diem pro-  
missa, & antequam dies venerit, maritus defunctus fue-  
rit: † Nam & tum, si mulier post mortem mariti die  
adveniente dotem etiam sine usuris inferat, ei dotaliti-  
7 um constitui debet, Pistor. dict. q. 5. n. 9. † Sicut nec  
eo casu, quo per mulierem non stetit, quo minus vi-  
vente marito dotem promissam numeraret, sed vel ipse  
maritus in mora accipiendi fuerit, vel dos ab alio, quam  
uxore, solvi debuerit, usuræ exigi poterunt, ut recte  
tradit Moller. hic num. 15. Vera autem sunt hæc tan-  
8 tummodo, † quando mulier jam antea certam dotem  
promisit; secus si auferit simpliciter absque constitu-  
9 tione dotis; † Nam tum vidua post mortem demum  
mariti dotem certam inferre volens non auditur, quia  
10 dotalitium datur in compensationem dotis: † At dos,  
quam mulier antea non promisit, sed demum post  
mortem mariti constituit, propriè dos dici non potest  
l. cum multæ 20. vers. sicut enim dos propter nuptias. C.  
de donat. ant. nupt. Berlich. p. 2. concl. 50. n. 28. Vide  
Decis. Elect. noviss. 55.

Ita Domini in causa Hansen Heinrichs von Crostewitz/Mens.  
Mart. An. 1598. (Verba sent. Ob nun gleich das versprochene E-  
he-Geld bey ihres Ehe-Junkern Leben nicht einbracht worden/  
da aber dennoch die Wittib dasselbe nochmals nebens dem ge-  
bührlichen Interesse, von Zeit ihres Mannes Absterben anzurech-  
nen/ einbringen würde/ ic. So wäre der Lehnsholger sie daraus  
gegen ihr Einbringen Land-üblichem Gebrauch nach zu beleib-  
dingen schuldig/B.R.W.)

Et in causa Agnesen Joseph von Maltjens Wittben M. Jun.  
Anno 1596. (Verba sent. Ob gleich das Ehe-Geld / so eurem  
verstorbenen Ehemanne gesaget gewesen/bey seinem Leben von  
euch nicht einbracht worden/ da ihr aber dennoch dasselbe nebenst  
dem gebührlichen Interesse, von Zeit eures Mannes Absterben  
anzurechnen/ nochmals einbringen würdet/ ic. So wâren gedachte  
Lehnsholger/ so bald die Auszahlung wârlich erfolget/  
euch daraus gegen euer Einbringen Land-üblichem Gebrauch  
nach zu beleibdingen pflichtig/B.R.W.)

#### DEFINIT. XII.

*Vidua post mortem mariti dotem offerens, eam una  
cum dotalitio repeteret nequit, licet de hoc in-  
partio dotalibus fuerit conven-  
sum...*

**C**onsuetudine ergò Saxonica contra jus commune 1  
introductum est, ut viduz post mortem demum  
mariti, dotem promissam unà cum usuris offerenti, do-  
talitium constituatur, Defin. preced. in quo omnino  
subsistendum, † nec ad alios dotalitii conventionalis 2  
casus speciales hoc jus extendi debet, quia consuetudo  
juri communi contraria, quantum fieri potest, strictissi-  
mè interpretanda est † & ad casus alios ac similes 3  
non extendenda, Bald. in Autb. qui rem. circa fin. Et  
ibi Jason. Codic. de SS. Eccles. Rol. à Vall. lib. 1. conf.  
55. num. 13. Petr. Heig. part. 2. quest. 24. n. 14. † Quare 4  
licet convenerit inter conjuges, ut redditâ etiam dote  
certæ pensiones annuæ dotalitii nomine viduz solvan-  
tur; † Attamen si vivente marito dos illata non fue-  
rit, ex prædicta consuetudine, conventio hæc effectum  
haud sortietur, ceu repetitioni dotis, post mariti obi-  
tum solvit, locus dabatur, sed contenta sit vidua, quod  
vigore consuetudinis Saxonicae dotalitium petere pos-  
sit. Nec habet, quod de pacte sibi non servato con-  
queratur, † qvum ipsa conventionem non impleve-  
rit; Ergò nec ex eâdem conventione, unà cum dotali-  
tio dotem petere valebit, l. Julianus. 13. §. offerri 8. ff. de  
act. empt.

Ita Domini in causa Unnen Seifferts von Schönsfeld auf Dö-  
ben/Mens. Jan. A. 1598. (Verba sentent. Ob nun gleich in der  
Ehestiftung darneben verscheut/ das auch aus Begehrn euer E-  
he-Geld der 1500 fl. von den Leibz. Erben wiederum entrichtet/  
und gleichwohl 150. fl. jährliche Leib-Zinsen gereicht werden sol-  
len. Diewelt ihr aber dennoch bey eures Mannes Leben das E-  
he-Geld nicht eingebrocht/ und also der Ehestiftung keine Folge  
gethan/ sondern allererst nach eures Mannes Ende dasselbe erlie-  
get/ ic. So lasset ihr euch unmehr an den vervolligten Leib-Zin-  
sen billich begnügen/ und seyd ermeldtes/nach eures Mannes Ab-  
sterben allererst erlegtes Ehegeld wieder zu fordern nicht besugt/  
B.R.W.)

#### DEFINIT. XIII.

*Vidua post mortem mariti dotem offerens non  
debetur dotalitium in concursu Cre-  
ditorum...*

**P**orrò nec consuetudo Saxonica, quâ viduz, post 1  
obitum demum mariti dotem promissam offerenti,  
successores feudi ad constituendum dotalitium obliga-  
tos dixi Supr. Definit. 11. ad eum extendi debet ca-  
sum, † quo maritus obératus decesserit, multis reli-  
ctis Creditoribus: † Etsi enim tûm vidua dotem pro-  
missam defuncto marito inferre velit, ad hoc, ut dota-  
litium sibi constituatur, attamen audiri non debet;  
† Ne scilicet creditores mariti per id graventur, 4  
contra l. non debet. 74. ff. de Reg. jur. ac creditis suis de-  
frau-

**S**frandentur, l. ult. ff. de paet. † qui tamen ob moram executionis suspensi juvari potius, quam decipi debeant, l. in commodato 17. s. sicut, 2. ff. comprobatur.

Ita Domini in causa Hansen Arnsdatis zu Oschatz / M. Mayo, Anno 1599. Verba sent. Ob wohl beweide Wittib vom Adel gegen die versprochene 1000. fl. Ehegeld verleibgedingt werden sollen; Dieweil aber dennoch solches bey Lebzeiten ihres Junctern wärdlichen nicht erfolget/ noch die Wittib ihre versprochene Wichtigkeit einbracht/ und ferner diese Gelegenheit hat/ daß ein concursus creditorum vorhanden/ und ungewiß/ ob alle Schulden bezahlt werden können/ sc. So hat sie sich auch/ ehe und postor die Gläubiger vollständig befriedigt/ des Leibgedinges nicht anzuwassen/ sc.)

## DEFINIT. XIV.

*Qualibet donatio propter nupcias solvenda est Vi-  
due post mortem mariti dotem promis-  
sam offerenti.*

**N**on tamen solum in dotalitio, sed & in quavis alia donatione propter nuptias consuetudine fori Saxonici receptum est, ut hæc viduz debeat, etiam si datum promissam post mortem demum mariti solverit. † Quod nemini mirum videri poterit, quum & ipsum dotalitium sit donatio propter nuptias, † quin & hæc quandoque dotalitium dicitur & plerumque. 4. ubi Canoniz. Extr. de donat. inc. vir & uxor. Guid. Papian. decis. 565. num. 4. Carol. Molinæ. confil. 52. num. 31. Boc. de donat. cap. 11. num. 1. Idque tantò magis vereum, † si dos ab alio, quam ab uxore, solvi debuisset, quo in casu etiam de jure civili, post mortem demum mariti facta dotis solutione, donationem propter nuptias deberi, † asserit post Joh. Fabr. Guid. Pap. dict. 5 decis. 565. in fin.

Ita tractatum in causa Martin Beckels zu Magdeburg/M. Maj. Anno 1612.

## CONSTITUTIO XLV.

## PARTIS SECUNDÆ.

Vom Gedinge und gesamter Hand/  
und wie derseligen soll Folge ges-  
schehen?

De Simultaneâ Investiturâ, & eâ, quæ  
in eventum mortis possessoris confertur, &  
quomodo ejus renovatio sit pe-  
tenda?

**D**iewohl etliche vermöge Sächsischer Lehn-Recht/ (die besagen/ daß am Gedinge keine Folge seyn soll) derer Meinung seyn wol- len/ daß so ein Lehn-Herr ein Gedinge oder Anwartung an einem Lehn-Gut ie- mandes gegeben/ solches mit des Herrn Person/ wann er es vor sich alleine geschrieben/ verlöschten soll.

Allbierweil aber die Sächsischen Rechte hierin etwas unklar/ und so viel möglich nach gemeinen Rechten sollen interpretiret werden/ So haben sich unsere Räthe/Facultäten und Schöppen-Stühle dahin verglichen/ daß dieses Falls nach gemeinem beschriebenen Lehn-Recht hinsüehro soll gesprochen werden/ und nemlich/ wenn ein Lehn-Herr weltliches Standes iemandes ein An- gefäll verschreibt/ ob gleich seiner Erben darin nicht gedacht/ daß dernoch dieselben/ wo sich der Fall folgends zutrüge/ solche Beschreibung/ so weit als die Vergleichung geschehen/ Inhalts des Buchstabens zu halten schuldig seyn.

So viel aber die Folge des Gedinges und der gesammten Hand betrifft/ soll dieser Unterschied gehalten werden/ daß dem Gedinge nicht ehe soll Folge geschehen/ dann wann sich der Fall zugetragen/ und der/ welchem er verschrieben/ den würtzlichen Besitz des Lehn-Guts erlanget/ und von solcher Zeit an soll er/ innerhalb Jahres und Tages/ die Belehnung zu suchen schuldig seyn. Der gesammten Hand aber soll ein ieder/ dem sie ver- schrieben/ wann dieselbige durch Absterben des Lehn-Herrns/ oder des Lehn-Mannes und Besitzers gebrochen/ ungeachtet/ ob er gleich das Gut in würtzlichem Besitz nicht hat/ innerhalb Jahr und Tag/ von Zeit der Wissenschaft an/ Folge zu thun pflichtig seyn.

**A**m Gedinge ist keine Folge/ inquit textus Juris Saxonici feudal. Etsi igitur hinc nonnulli arguunt, investituram in casum mortis alterius factam, nullà heredum facta mentione, morte Domini evanescere: Quia verò aliquando obscurius hoc in casu est jus Saxonicum, & alias quoque illud, quoad ejus fieri potest, secundum jus commune interpretandum; igitur juris communis dispositionem hoc in casu observandam, Consiliarii nostri cum Collegiis juridicis & Scabinatibus censuerunt, hanc nimirum, ut si quis Dominus secularis in casum mortis alterius de feudo quem investiat, eveniente conditione, heredes ipsius ea, quæ in literis investituræ continentur, licet nulla illorum in ijs facta sit mentio, servare juxta legem conventionis teneantur.

Inter renovationem verò investituræ hujus, & illam, quæ simultanea seu conjuncta manus dicitur, hoc discriminis observari volumus, ut illius renovationem, existente demum conditione, & post adeptam possessionem, intra annum & diem, ab eo tempore numerandum investitus petat. Hanc verò quicunque imperavit, is eam, licet feudum non possideat, ubi morte Domini vel Vasalli & possessoris interruptam esse cognovit, intra annum & diem à tempore scientiæ inchoandum, renovari sibi petat.

Per divisionem quoque simultanea hæc investitura jure Saxonico cum interrupatur, ideoque & hoc casu renovationem ejus hi, qui facta divisione eâ exciderunt, intra constitutum tempus denuo ut petant, necesse est, ea que illis denegari non debet. Si quis verò fenum suum, de quo aliis simul investitus est,

Gleicher Gestalt so wird die gesammte Hand und Anwartung durch Theilung der Lehn-Güter vermöge Sächsischer Rechte gebrochen; und derowegen sollen die so sich getheilet/ und hiebend vor die gesammte Hand gehabt/ alsdann anderweit Verneuerung des Gesamtmüß in gebührlicher Frist erlangen/ die ihuen auch unweigerlich geliehen werden sollen.

Wann dann jemands sein Lehn-Gut/ daran ein ander die gesammte Hand hat/ verkauft oder verändert/ so soll durch solche Alienation die gesamte Hand nicht gebrochen seyn/ Es hätte dann der/ so sie hat/ in solche Veränderung/ Kraft eines vorgehenden Pacis / Verschreibung/ Revers/ oder sonstern hernach gewilliget/ oder wäre nach Verordnung der Rechte wider ihn præscribiret/ darnach sich unsere Hoff-Gerichte/ Facultäten und Schöppen-Stühle/ im Erkennen und Sprechen zu halten haben.

## DEFINITIONES.

1. *Valeat investitura de caducitate feudi tertio facta, etiam si Vasallus possessor non consenserit.*
2. *Dominus investitum, de caducitate feudi factam, pendente conditione revocare nequit.*
3. *Non tenetur Dominus ex investiturâ de feudi caducitate, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertum.*
4. *Duobus investitis de feudo Vasalli adhuc viventis quionam horum alteri prefatur?*
5. *Eriam in foro Saxonico heres Domini investitum, de feudo Vasalli viventis factam, ratam habere tenetur.*
6. *Agnati tamen ex investiturâ Domini de caducitate feudi non obligantur.*
7. *Successor Episcopi investitum, de caducitate feudi sine consensu Capituli factam, ratam habere haud est obligatus.*
8. *Nec Dominus superior ex investiturâ de caducitate alicuius feudi à Domino inferiore factâ obstrinatur.*
9. *Investitura in casum mortis facta, etiam ad investiture heredes transmittitur.*
10. *Ne quidem in foro Saxonico renovatio investitura, facta de feudo Vasalli adhuc viventis necessario petenda est.*
11. *De jure communi feudali extra forum Saxonicum, Collaterales agnati non nisi in feudo antiquo succedunt.*
12. *In foro etiam Saxonico filii ac descendentes in infinitum in feudo succedunt.*
13. *Agnati & Collaterales in foro Saxonica non nisi ex vi ac jure simultanea investitura in feudis succedunt.*
14. *Effectum non habet simultanea investitura, nisi utriusque tam possessor, quam investiti consensu accesserit.*
15. *Jus simultanea investitura nemini invita auferri debet.*
16. *Simultanea investitura jus in feudo tribuit investito, unde & eius ratio revocatoria datur contra tertium possessorem.*
17. *Petenda est necessario renovatio simultanea investitura, quâ amissâ jus investitura amittitur, nec investito alterius actio revocatoria competit.*
18. *Non perdit feudum vel jus simultanea investitura, qui justâ causa impeditus intra annum & diem renovationis investitura non petuit.*
19. *Etati pupillari tempus petenda investitura non currit.*
20. *Excusat quoque ignorantia investitum, quo minus feudum vel jus simultanea investitura ob non justo tempore petitam renovationem perdat.*
21. *Feuda rustica vel exigua, de quibus servitia militaria non prestantur, ob renovationem justo tempore non petitam amittuntur.*
22. *Mortuo Episcopo, peti debet renovatio investitura à Capitulo, si inter annum & diem aliis non fuerit electus Episcopus.*
23. *Ad impetrandam investitum feudi aperti Vasallus aduersus Dominum experiri potest, Conditione ex moribus.*
24. *Factâ simultanea investitura per divisionem, non competit ultra agnati jus succedendi, nisi de novo impetraverint investitum.*
25. *Non minus per venditionem feudi rampitur investitura, ac per ejusdem divisionem.*
26. *Factâ inter fratres divisione feudi, horum subditi renovationem investitura petare tenentur.*
27. *Ex duabus simul investitis, hoc enim feudum suum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti consentire haud obstrictus est.*
28. *Pluribus defuncti Vasalli heredibus existentibus, omnes fidelitatem jurant.*
29. *Pluribus existentibus defuncti Domini successoribus investitum Vasallus non nisi ab uno petere tenetur.*
30. *Investitura factâ alicui sive sibi/ seine Leibes/ und Lehnserben/ soli videntur comprehensi filii, non etiam filia vel agnati.*
31. *Diversi tenoris quando sunt investiturarum litera, regulariter secundum tenorem primâ investitura judicandum est.*

### DEFINIT. I.

*Valeat investitura de caducitate feudi tertio facta, etiam si Vasallus possessor non consenserit.*

I Nvestitum de caducitate feudi factam, quâ nempe feudum vivente possesso alteri ea lege ac conditione conceditur, ut, si possessor sine libéris decesserit, feudum ad ipsum devolvatur, (vulgò die Anwartung oder das Gedinge) de jure feudal & in foro Saxonico valere, † non solum ex iis, quae adducit Hartman. Pistor. part. 2. quæst. 25. ubi hanc materia plenissime

tractat, sufficientissimè probatur, † sed & ex b. Const. 3. 45. in pr. vers. Dab sive ein Lehn-Herr sc. manifestum redditur, adeò ut nec presentia partium Curiae ad investitum hanc necessariò requiratur, † modò ea alio quodam instrumento, vel scripturâ probetur, ut rationibus firmat Hartm. Pistor. p. 2. qu. 30. Rosenthal. de feud. cap. 6. concl. 6. n. 4. † Abusiva enim solummodo hac est investitura, nec jus radicatum in certa retribuit, sed spem futuræ investiturae facit, & tantum † actionem personalem contra Dominum parit, c. si 6 facta, si de feudo defunct. cens. c. 1. §. 1. ubi Matth. de Afflict.

- 7 Afflīct. de nov. form. fidelit. † Unde & generaliter de feudo incerto, quod possessoris morte Domino primo apertum fuerit, fieri potest, Pistor. dict. qu. 25. n. 36. Nec aliter quam conditionaliter facta valet, 8 † collata nempe in eum casum, quo possessor sine herede masculo dececerit, c. i. qui success. teneant. cap. 5. & cap. 57. Lehnrecht. Jul. Clar. lib. 4. sentent. §. feudum. quest. 14. n. 1. Pistor. dict. qu. 25. n. 12. Schrad. de feud. part. 3. c. 2. n. 19. † adeoque liberis procreatis, deficiente conditione, ipsa etiam investitura evanescit, c. 30. Lehnrecht. Modest. Pistor. vol. 2. consil. 40. n. 68. Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 50. Schrad. dict. c. 2. 10. n. 20. † Nisi liberi ante patrem rursus dececerint, aut investitura in eum quoque casum fuerit facta, si nempe possessor ejusque liberi dececerint, ut tractat Hartm. Pistor. dict. qu. 25. num. 15. & seqq. † Apparet hinc, longè diversam esse rationem hujus investiturae, & ejus, quam vulgo simultaneam appellant, quæ jux certum ac radicatum investito tribuit, Vid. 12. infr. Defin. 16. Ex quo & illud provenit, † quod licet simultanea investitura non nisi consentiente possesso concedi soleat, Hartm. Pift. part. 2. q. 20. in pr. valeat tamen investitura de caducitate feudi 13. indifferenter, † sive sciente sive ignorantie possesso facta fuerit, c. 10. Lehnrecht. c. si quis tamen investierit, de feud. dat. invic. leg. commiss. c. moribus. si de feudo defunct. content. sit int. dom. & agnat. vasall. Hart. Pift. dict. qu. 25. n. 11.

Ita Domini in causa Henrici Volrads von Berbisdorff/ Mense Jun. An. 1630. (Verba sentent. Ist euch die Anwaltung und das Gedinge an R. N. Lehnsgute/ außn Fall nemlich der selbe ohne Leibes-Lehns-Erben versterben möchte/ verschrieben worden. Ob nun wohl solche Zusage/ unangesehen der Besitzer des Lehnsguts darum keine Wissenschaft hat/ zu recht beständig/ ic.)

## DEFINIT. II.

Dominus investituram de caducitate feudi factam, pendente conditione, revocare nequit.

- 1 **N**ihilominus tamen investitura hæc de feudi caducitate adeò firmiter Dominum obligat, ut pendente conditione pœnitere, factamque investituram revocare nequeat, sed promissionem suam omnimodo implere teneatur, arg. l. sicut. 5. C. de O. & act. l. ab emptione. 58. ff. de paet. Hartm. Pift. part. 2. qu. 25. num. 21. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 6. num. 20. 2 Schrad. de feud. p. 3. c. 2 n. 18. † Idque Hartm. Pistor. dict. loc. adeò extendit, ut si facultatem rei tradendæ Dominus habeat, praestando id quod intereat, non liberetur, sed omnino investituram facere ac rem tradere cogatur. Quod tamen ipsi non concesserim, 3 † cum juris expediti sit, extra contractum emptionis-venditionis, possessorem ex promissione ac stipulatione, non præcisè ad tradendum obligari, sed præstando interesse liberari, l. i. ff. de rer. perm. l. s. 1 ff. de praef. verb. Bartol. in l. stipulationes non dividuntur. 72. ff. de V. O. n. 39. † quod nec in foro Saxonico aliter obtinet, secundum tradita Supr. Constit. 1. 4 Defin. 15. † In eo tamen assentior Hartm. Pift. dict. qu. 25. n. 62. quod si feudum morte vasalli apertum fuerit, investitus propriâ autoritate illud ingredi ac occupare queat, Lehnrecht. cap. 57. ubi Gloss. lat. lit. D. Andr. Gail. lib. 2. obs. 152. n. 14. Matth. Coler. part. 1. decis. 93. n. 5. Modest. Pistor. part. 1. qu. 19. n. 3. Johan. Schneidew. de feud. part. 4. n. 11. Matth. de Afflīct. de c. Neapol. 299. n. 2. & 23.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun wohl solche Zusage zusteht beständig/ und dannenhero der Lehnsherr solche zu wiederrufen nicht berechtigt ist/ ic.)

## DEFINIT. III.

Non tenetur Dominus ex investiturâ de feudi caducitate, si hoc propter culpam Vasalli fuerit apertum.

**C**oncedi solet plerumque investitura de feudi caducitate, das Gedinge sub expressâ hac condicione: si possessor Vasallo sine heredibus masculis dececerit, feudum Domino apertum fuerit, Supr. Defin. 1. num. 8. † Quid ergo si antequam conditio ista eveniat, aliam ob causam purâ propter culpam Vasalli feudum Domino aperiatur? † Nihilominus tunc Dominum ex promissione & investiturâ facta teneri, docent Matth. Col. vol. 1. consil. 16. & Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 7. numer. 52. † Quod quidem concesserim in casu investiturae de feudo aper- to simpliciter factæ: Alioquin conditione hæc, si possessor sine liberis dececerit, verbis expressâ, de quo casu hic tantum agitur, † investitum nullo modo ad successionem feudi aspirare posse, licet Vasallus sine liberis postea dececerit, verissimè scriptum Hartm. Pistor. part. 2. quest. 25. num. 37. † Quia omnis conditio debet adimpleri in formâ specificâ, l. si ita quis. 21. ff. de vulg. & pupill. subst. l. Mævius. 55. ubi Bartol. ff. de condit. & demonst. Hartm. Pift. dict. loc. † Neque investitura hæc, in casu certo probata, ad alium casum extendi potest, arg. l. 59. ff. de lib. Berlich. p. 2. concl. 54. n. 66.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Da aber dennoch wegen einer sonderbaren felonie und Begünstigung des Besitzers/ehe und zuvor derselbe ohne Kinder verstorbe / und also die conditio erfüllt würde/das Lehnsgut dem Domino anheim siele und avert würde/ ic. So möchte gedachter Lehnsherr euch mit demselben würdlichen zu belehen nicht gedrungen werden/ V. R. W.)

## DEFINIT. IV.

Duobus investitis de feudo Vasalli adhuc viventis, quoniam horum alteri preferatur?

**E**xpeditum sanè est, quod duobus de eodem feudo in casum mortis Vasalli investitis, regulatius sit habendus potioris, † qui primus investitum impetravit ad exemplum venditionis, in quâ, re duobus venditâ, is præfertur, cum quo primò fuit contractum, l. in operis 26. ff. locat. Hart. Pift. part. 2. qu. 20. n. 1. † ita tamen, ut Dominus teneatur secundo ad interessu, quo vel pecuniam feudo aequivalentem solvat, vel aliud feudum consimile, parisque astimationis præstet, c. i. in fin. ubi Dd. de nov. form. fidel. cap. 11. in fin. Lehnrecht. Schrader. de feud. part. 5. cap. 6. n. 6. Hartm. Pift. dict. quest. 29. n. 3. ubi hujus assertio limitationes addit, n. 4. & 6. † Aliud dicendum arbitror, si alteruter possessionem nactus fuere, qui procul dubio potior esse debet illo, qui simplici investiturâ nititur, † etiamsi posterior sit, arg. l. quoties. 15. C. de rei vindicat. c. 37. Lehnrecht. ibi: Wer die rechte Gewähr an einem Gute hat/ der soll es mit mehreren Rechten behalten/ denn jener/ der der Rechte Gewähr darbet. Gloss. in cap. si facta, si de feudo defuncti. Jacob. de S. Georg. in verb. investitialem. n. 4. Zaf. de feud. part. 6. n. 12. Schrader. de feud. dict. part. 5. c. 2. n. 19. Hartm. Pift. dict. qu. 29. n. 16. & observat. 28. num. 2. † Quod ipsum tamen suas patitur limitationes, quas vid. apud eundem. Hartm. Pift. dict. qu. 29. n. 28. & seqq. † Plane si prius esset generaliter investitus de feudo incerto, quod Domino apertum foret, secundus vero de feudo certo in specie investituram impetrasset, & istud Domino aperiretur, dubium non est, † quin hoc casu posterior, qui de isto feudo investitus fuerit, primo sit præferendus, cap. 7. Lehnrecht. Herman. Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. n. 11. Schrader. de feud. dict. cap. 2. n. 21.

9 † Nisi hæc investitura de feudo certo fuerit concessa tūm, quando jam mors possessori instabat, atq; adeò propè erat, ut feudum ad eum, qui primam generationem investituram acceperat, pervenire posset; † Vix enim tūm investitus suspicionem fraudis evitabitur, dict. cap. 7. Lehurecht/Hartm. Pistor. dict. qu. 29. n. 9.

Ita Domini in causa Christiani & Sebastiani Fratrum à Löben / Mense Januar. Anno 1595. (Verba sententia: Ob gleich Margriff Johannes zu Brandenburg/ ic. hochlöblicher Gedächtnis/Hansen von Knobelsdorff/ und seinen männlichen Leibes-Lehns-Erben 1000. Et. Rheinisch an Münze auf allen und ieden Lehn-Gütern/ so im Zulischen Weichbild gelegen/ und sich am ersten verledigen würde/ zu rechtem Mannlehn/ Anno 1539. aus Gnaden verschrieben; dieweil aber dennoch von Margriff Johann Georgen/Churfürsten zu Brandenburg/ ic. Unserm gnädigsten Herrn/ das Anteil Lehnsgut im Dorfe Langmeile/ so auch im Zulischen Weichbilde gelegen/ und Rudo/phen von Nassau zugestanden/ auf desselben ohne Leibes-Lehns-Erben tödlichen Abgang/ eurem Vater Bastian von Löben/ und euch seinen Leibes-Lehns-Erben in specie zu einem rechten und wahren Angefälle und Mannlehn An 1572. aus Gnaden verschrieben und geliehen worden/ dessen possessi ihr auch nach gedachtes von Nassau Absterben einbekommen/ ic. So sendt ihr ob bemeldetens Hansen von Knobelsdorffs Leibes-Lehns-Erben vorverührte 1000. Et. zu bezahlen nicht schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Eiam in foro Saxonico heres Domini investituram, de feudo Vasalli viventis factam, ratam habere tenetur.*

- 1 **D**E jure communi dubium non est, quin Dominus, qui feudum alienum in casum mortis possessoris alteri concesserat, ante possessorem defuncto, heres ejus investituram ratam habere cogatur, & de feudo dein aperto, Investito teneatur, c. 1. qui success. 2. ten. c. 1. §. moribus. 2. si de feud. defuncti. cont. † Obligat enim promissio Domini heredes, nam ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum quoque præstare debet, l. ex quā personā. 149. ff. de reg. jur. l. cum. 3. a matre. 14. C. de R. V. † Et cur recusaret heres; quod retractare non potuit is, cuius hereditatem suscepit, ut inquit Ictus in l. postulante. 44. ff. ad SC. Trebell. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 26. n. 1. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 10. num. 16. Zaf. de feud. p. 6. n. 19. Schrader. 4. de feud p. 3. c. 2. n. 33. † In foro saltē Saxonico dubium movent textus in c. 59. Lehurecht. in verb. Alii Lehns ohne Gewähr darben der Folge/ Et in c. 5. ubi: An dem Gedinge ist fōrder keine Folge nicht/ ic. Nec non in c. 11. in verb. Denn mag er nicht gesolgen an einem andern Herrn/ ob der erste stirbet/ ic. † Ex quibus sane textibus evincitur, ex concessione de caducitate feudi, heredes investientis minimè obligari, Matth. Col. p. 1. decif. 88 n. 2. Verum quicquid 6 etiam verbis juris Saxonici definitum est, † certe observantia aliud induxit; Et quod in foro etiam Saxonico heres Domini investituram de caducitate feudi factam, ratam habere debeat, jamdudum responsum ac judicatum fuit, teste Hartm. Pistor. dict. 6 qu. 26. n. 17. † Quod hodie in terris Electoratus Saxon. expressa lege confirmatum est, b. Const. 45. quæ dispositionem juris communis observari jubet §. Alle dieweil. vers. Wann ein Lehnherr weltliches Stan- 7 des/ ic. ubi Moller. n. 3.. idque adeò verum est, † ut licet in concessione ejusmodi investitura, dictio illa, (Wann sich das Lehns an uns verledigen wird/ ) addi- 8 ta, neque herendum mentio facta fuerit, † nihilominus hi obligentur, l. si patrum 9. ff. de probat. l. si no- cessarias. 8. S. de vendendo. 4. ff. de pign. act. b. Const. 45. dict. §. Alle dieweil. verb. Ob gleich seiner Erben darinnen nicht gedacht/ Hartm. Pistor. dict. qu. 26. n. 2. 9 † Quin etsi vocabulum (Tantum) aliudvè simile investituræ appositum fuerit, personam tamen heredis haud exclusam censi, tradit ibidem Hartm. Pistor. n. n.

scilicet, † quod filius cum patre una eademque persona habeatur, l. in suis. 11. ff. de lib. & possib. l. ult. in fin. C. de impub. & aliis subst. † & dictio illata taxativa (solùm) personas extraneas excludat, secundum Bald. in l. ult. in fin. C. de act. empt. & Jason. in l. stipulatio ista. 38. in pr. ff. de V. O. n. 9.

Ita Domini in causa Michael Hubener zu Börbigk/Mens. Mart. Anno 1618. (Verba sententia: Hat euch N. N. an einem gewissen Stücke Lehn-Güts/ so Hans Remler aniego in Besitz hat/ auf dessen Absterben ohne männliche Erbes-Lehns-Güten das Gedinge und Antwortung verschrieben/ wann nun gleich dabei des Lehnherrens Erben gar nicht gedacht worden/ derselbe auch/ehe und zuvor Hans Remler stirbe/ und sich die Conditio ereignet/ mit Tode abgehen möchte/ ic. So wären doch nichts desto weniger seine des Lehnherrens Erben euch verbunden/ und auf begebenden Todes-Fall Hansen Remlers (wofern derselbe keine Lehn-Erben verliesse/ ) die wirkliche Belehnung und Einräumung des versprochenen Stück Lehn-Güts euch wiedersfahren zu lassen schuldig/ ic.)

## DEFINIT. VI.

*Agnati tamen ex investiturā Domini de caducitate feudi non obligantur.*

**S**ed vera sunt hæc solūm in heredibus Domini investientis, non etiam in agnatis Jure feudi succendentibus: Etenim hi, quia ex pacto antecessorum proprio Jure feudum consequuntur, neque à defuncto causam habent, † utique nec ejus factum præstare tenebantur, l. si quis domum. 9. §. hic subjungi. 1. ff. locat. † neque investituram, ab antecessore factam, ratam habere coguntur, Hartm. Pistor. p. 2. qu. 26. n. 21. † Quamvis aliter sentiat Matth. Coler. part. 1. decif. 93. n. 7. † Ex eadem pariter ratione nec fiscus ad traditionem feudi aperti investito faciendam obligatus est, si facta investitura de feudo non vacante, temporis progressu bona Domini ad eum fuerint delata, Hartm. Pistor. dict. loc. n. 22. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 26. Matth. Wesenb. part. 2. conf. 64. n. 13. † Nempe, quia nec fiscus here-dis loco est, nec à delinquente causam habere censeretur, arg. l. quoties. 14. ff. de novat. & l. fin. ff. de duob. reis stip. & promitt. Pistor. dict. loc.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So viel aber des Lehnherrn Agnaten und Erbengfolger anlanget/ dieselbe seind euch durch die beschriebene Verschreibung des Ansatzes nichts verobligiert/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Successor Episcopi investituram de caducitate feudi sine consensu Capituli factam, ratam habere baud obligatus est.*

**N**olo etiam, ea, quæ tradita fuere Supr. Defin. 5. extendi ad personas Ecclesiasticas: Nam si Archiepiscopus, Episcopus, Abbas vel Abbatissa absque consensu Capituli investituram ejus feudi, quod alius detinebat, eo tenore alicui dederit, ut post obitum ejus, qui possidet, habeat, & ante deceperit Episcopus quā ille, qui feudum possidebat, † Successor ejus haud cogitur investituram ratam habere, c. 1. qui feud. dar. poss. cap. 1. qui success. feud. dar. teneant. c. 1. de Clerico qui invest. facit. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 27. num. 1. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. n. 33. Baro Schenk. ad c. 1. qui success. feud. dar. teneant. n. 6. Zafius de feud. p. 6. num. 19. † Nam, qui Episcopi in antecessorum loca substituuntur, non jure successionis, sed vel postulationis, vel electionis, & sic novo titulo, ac novo jure ad illam dignitatem atque officium ascendunt, c. ad decorum s. extr. de in- fiscis. c. 1. extr. de prabend. c. Apostolica. 7. caus. 8. quest. 1. c. 2. extr. de concess. prabend. † Haud mirum ergo, quod factum eorum, qui nullam ab antecessoribus causam habent, præstare non teneantur, Bald. in L. & ibi Jason. n. 14. ff. de Conf. Princ. Hartm. Pistor. dict. quest. 27. num. 3. † Quod tamen limitan-

limitandum in casu, quo investitura de feudi caducitate consensu totius capituli facta fuerit. Nam tunc successor ad praestandam investituram jure obligatur, non tam ex persona sui antecessoris, † quam ex promissione Capituli, à quo electus causam habet, ac proinde meritò factum capituli præstare tenetur, l. ex quā personā 149. ff. de reg. jur. l. Pomponius 13. §. 7. ff. de acquir. poss. † ut pluribus demonstrat Hartm. Pistor. dīt. qu. 27. n. 25. & seqq. A quo licet dissentiat Andr. Fachin. lib. 7. controv. cap. 29. † errorem tamen ejus luculenter refellit Simon Ulricus Pistor. in addit. ad Hart. Pistor. dīt. qu. 27.

Ita Domini in causa Henrici à Krosgk in Alteben / Mens April. Anno 1599. (Verba sententia: Ob gleich Herr Albertus, weitend Erzbischoff des Primats und Erzbischof zu Magdeburg/Hansem Reitenden/ einem Bürger zu Mansfeld/auf den Fall/da Stephan Pollicz ohne Leibes-Lehns-Erben versterben würde/etliche Thal-Güter und Salz-Pfannen zu einem Angefalle oder Gedinge geliehen und gegeben/ welches Gedinge nachmals auch und euren Vorfahren beständiger Weise/ und mit Einwilligung der nachfolgenden Erz-Bischöfe cediret und abgetreten werden; dieweil aber dennoch der Fall mit Stephan Pollicz nicht bey höchstermeldeter Erzbischöffen leben/sondern hernach sede vacante, ehe ihiger Erzbischöff Siegemund zur Regierung kommen/sich begeben/itc. So ist das Capitel/ und hernach regierende Erzbischöffe/ an der vorigen Erzbischöffe Handlung und Belehnung nicht verbunden/itc.)

#### DEFINIT. VIII.

*Nec Dominus superior ex investitura de caducitate alicujus feudi à Domino inferiore facta obstringitur.*

**S**unt porro & alii casus, quibus successores ex investitura de caducitate feudi, ab antecessoribus facta, haud obstringuntur, quos vide apud Matth. Berlich. part. 2. concl. 54. num. 28. & seqq. † Quibus & hunc addo, si Dominus, qui aliquem de alieno feudo investivit, sine herede masculo deceperit, cuius feudum ac jura ad superiorem Dominum devolvuntur. † Qui certè tūm investituram, ab inferiore Domino de feudi caducitate alicui factam, haud ratam habere astringitur, I. Ludolph. Schrader. de feud. part. 3. c. 2. num. 26. Nempe, quia ad superiorem Dominum hoc casu feudum, non jure successionis, † sed per viam consolidationis devolvitur, ut sit promissio & factum inferioris Domini, quod superiorem Dominum, qui heres non est, haudquam obligare queat. † Neque ex investitura ejusmodi, de feudi caducitate facta, jus reale, sed actio solummodo personalis investito competit, secundum tradita Modest. Pistor. vol. 1. cons. 6. Schrader. dīt. loc. n. 32. & docet in simili Hartm. Pistor. part. 2. qu. 26. n. 21. & 22.

Ita Domini in causa Christophori Sigismundi à Bihla, Mens. Octobr. Anno 1598. (Verba sententia. Ob nun gleich von wohlgedachteu Grafen zu Hohenstein/itc. Euer Vater und ihr das Gedinge und die Anwartung an derer von Scheidings Güter auf ihrem Todesfall erlanget; Dieweil aber dennoch sich der Todesfall mit dem von Scheidings allererst begeben/wie allbereit der Herr Graff verstorben/ und die Graffschafft Hohenstein dem Stift Halberstadt ratione directi dominii heim gefallen gewesen/itc. So habt ihr auch zu mehrgedachten des von Scheidings Lehnsgütern wider das Stift Halberstadt kein beständig Recht oder Ansöderung anzuzeigen/ V.R.W.)

#### DEFINIT. IX.

*Investitura in casum mortis facta, etiam ad investiti heredes transmittitur.*

**Q**uemadmodum Domini investientis heredes ad investitutam de feudi caducitate factam obligantur, Supr. Defin. 5. † ita è contra ex parte Vasalli, in casum mortis investiti, investitura hæc morte, ejus non expirat, sed ad heredes defuncti transmittitur, Hartm. Pistor. p. 2. qu. 25. n. 28. Daniel. Moller. hic n. 2. Christ. Zobel. p. 2. differ. 39. n. 7. Matth. Col. Carpz. Definit. Vol. I.

p. 1. decis. 88. num. 1. Vult. lib. 1. de feud. cap. 7. num. 51. † Etenim investitura de feudi caducitate non ad instar legati se habet, quod in diem incertam relictum mortuo ante legatario in heredem non transfertur, l. i. §. si quis sub condicione 14. ff. ut legat. non min. caveat. l. si dies 21. ff. quando dies. legat. ced. † sed proprius ad stipulationem & contractum accedit, cuius hæc est natura, ut pendente etiam conditione in heredes transmittatur, §. 4. vers. ex conditionali Inst. de V.O. l. veteris. 13. C. de contrah. & comm. stipulat. l. si quis 36. l. si Titius. 57. ff. de V.O. † Ac licet de jure Saxonico aliud sancitum reportatur in Lehnrecht/cap. 11. vers. Er kan es auch nicht erben an seinen Sohn/rc. c. 26. vers. Angefall/ ibi. Da ist keine Folge an/ man erbet es auch nicht an die Söhne/rc. † Hactenus tamen dispositio hæc juris Saxonici usu recepta non est, sed secundum regulas juris communis semper pronunciatum fuit, † scilicet, ut spes hæc investitura etiam in foro Saxonico ad heredes investiti transmittatur, † Quod etiamna ita observandum, ait Hartm. Pistor. dīt. qu. 25. n. 35. Moller. hic n. 4. Vult. dīt. c. 7. n. 57.

Ita Domini im causa Sebastiani à Witzlebens/ Mens. Mayo 1632. (Verba sententia. Habt ihr an eischen Lehn-Gütern/auffn Fall die Besizere ohne männliche Leibes-Lehns-Erben verstarben/ die Anwartung und das Gedinge erlanget/ wann ihr nun gleich/ ehe und zuvor sich ein Aufall begreben möchte/ versterben würdet/ itc. So hätten sich doch eure Erben dessen zu erfreuen/und es würden dieselben sodann mit dem verledigten Lehn-Gute würcklichen billich beliehen/ V.R.W.)

#### DEFINIT. X.

*Ne quidem in foro Saxonico renovatio investitura facta de feudo Vasalli adbuc viventis necessario petenda est.*

**M**ultis sanè persuasum est, in foro Saxonico investitum de feudo Vasalli viventis renovationem investiturae petere debere, eo casu, quo alias investiturae renovatio necessaria est, secundum Gloss. in cap. 25. Lehnrecht/ num. 4. vers. Doch also/ daß dem das Gedinge geliehen war/ dem Gedinge gesolget hätte/rc. † Nec, uti videtur, sine ratione, quum' 2 jus simultaneæ investiturae non petitæ renovatione extinguatur, Hartm. Pistor. p. 2. qu. 20. n. 32. † Multo 3 magis ergo investitura in casum mortis Vasalli facta, † quæ jus reale investito haud tribuit, juxta tritam juris regulam, † quā facilius tollitur jus nondum plenè quæsum, quā id quod perfectè constitutum est, & radices nunc egit, l. patre furioso. 8. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. l. quis Roma. 122. §. Flavius. 2. ubi Bartol. & Jason. ff. de V.O. † Sed nullibi in foro 9 Saxonico de renovatione hujus investiturae, de feudo Vasalli viventis factæ, quicquam dispositum reperitur: Merito ergo in foro etiam Saxonico standum est Regulis juris communis, ubi planum & expeditum, † investiturae renovationem prius necessariam non esse, quā si possessionem Vasallus natus fuerit, non possidentem verò ob non petitam renovationem jus suum haudquam amittere, Bald. in l. solennibus. 25. in fin. C. de R. V. Schrader. de feud. p. 6. c. 2. n. 21. Joh. Schneidewin. in epit. feudal. p. 5. num. 35. Henning. Goeden. confil. 13. num. 19. † Quin potius, investiturae renovationem in foro Sa-

xonico haud requiri, sed tūm demum, quando conditionis casus evenerit, ac possessio feudi ad investitum delata fuerit, investiturae intra annum & diem ab eo tempore computandum, esse renovandam, disertis verbis disponitur † in Lehnrecht/ cap. 57. ibit 8 Da er aber starb/da ward es sein recht Lehn sonder Gedinge / also doch/ daß er es dem Herrn erinnere binnem

binnen seiner rechten Jahrzähli. Et paulò post: 9 Stirbt auch ein Herr/ic. + Quod &c expreſſe conſirmatum eſt, b. Conſt. 45. §. So viel aber die Folge des Gedinges/ic. Matth. Berlich. p. 2. concil. 54. n. 56.  
 10+ Ac ita intelligi debet Glosſ. diſt. cap. 25. Lehnrechts ut ſciliſet poſſeffore feudi mortuo demum intra annuum ſpacium, Vasallus Dominum requirere tenetur: + Quamvis & aliaſ Glosſis autoritas tanta non ſit, ut contra maniſta juris feudalij capitula quicquam probare queat. Hartm. Pift. diſt. queſt. 31. n. 11.  
 11+ Minus verò urget argumentum à ſimultanea investitura deſumptum; Ex hāc enim jus quoddam perfectè Agnatis eſt queſitum, quod ut conſervetur, iniquè non ſit, investitum ad renovationis petitio-  
 12 nēm adigi. + At hoc in caſu, quod de feudi demum caducitate facta eſt investitura, omnis effectus in fu-  
 13 turum incerte conditionis eventum diſertur c. i. mo-  
 14 ribus, ſi de feudo deſunct. cap. 57. Landrecht verſ. 31. Wörter aber war es. Adeoque nec investitus in caſu mortis Vasallus veram investituram habere caſetur,  
 15 Dd. in L. iſafipulatus. 11. de V. O. + Deficiente autem verā investiturā, quid opus erit renovatione? Hartm. Pift. diſt. qu. 31. num. 13.

Ita Domini in eadem caſu. (Verba ſentent. Und es wär den euren Erben/unangefehren Ihr dem Gedinge auf begebenden Fall niemahls Folge gehan / mit dem verleideten Lehngute würdlichen billich beliehen/B.R.W.)

#### DEFINIT. XL.

*De jure communi feudalij extra forum Saxonicum,*  
*Collaterales Agnati non nisi in feudo antiquo ſuccedunt.*

1 **N**on ut filii atque nepotes aliique descendantes, c. un. 5. hoc quoque ſciendum. 4. de bis qui feud. 2 der. poſſ. c. un. de ant. ſuccell. feud. + ita & Collaterales Agnati in feudis indifferenter ſuccedunt: Etenim ad feuda quidem paterna ſeu antiqua admittuntur, diſt. c. un. 5. 4. Gc. un. 5. hoc quoque obſer- 3 var. 2. de ſuccell. feud. + etiam hodie in infinitum, Hartm. Pift. part. 2. qu. 19. num. 13. Herm. Vult. de 4 feud. lib. 1. c. 9. n. 105. + Sed in feudo novo à ſuccell. prorsus arcentur. Adeoque ſi frater feudum de novo acquisiverit, ac poſtea ſine herede masculo mor- tuus fuerit, frater aliive Collaterales ei non ſuccedunt, c. un. 5. cum vero Conradus. 2. de bis. qui feud. 5 der. poſſ. c. un. in pr. de fratr. de nov. feud. invest. Zaf. de feud. part. 8. num. 23. Vult. diſt. cap. 9. n. 102. Sonsb. de feud. part. 9. n. 79. Quod ipſum tamen ſemper ac indifferenter verum haud eſt: + Quid enim, ſi de fratri & agnatorum ſuccellione Vasallus in investiture literis ſibi prospexiſſet, diſt. c. un. verſ. nifſe ſeſſa fuerit eo patio de fratr. de nov. feud. invest. Zaf. 6 diſt. part. 8. num. 24. Vult. diſt. loc. + Vel ſi fratres in bello ſimul feudum aliquod acquisivifſent cum. Domino adverſus hoſtem militantes, cap. ult. de be- 7 noſ. fratr. & qualis. fratr. Zaf. diſt. loc. n. 26. Sonsb. 7 de feud. part. 9. num. 83. + Aut quid, ſi feudum cui- libet fratrum fuerit confeſſum in ſolidum, Zaf. n. 27.  
 8 + Quibus certè, aliisque ſimiſibus caſibus, de quibus videatur Vult. diſt. loc. Collaterales etiam in feudo novo ad ſuccellionem admitti, ex juribus allegatis ex- peditum eſt.

Ita Domini in caſu Maria Magdalena, Comitissa zu Solms und Hohenlohe / ic. Nacher Würzburg / Mense Mayo, Anno 1634.

#### DEFINIT. XII.

*In feo etiam Saxonico filii ac descendantes in infinitum in feudo ſuccedunt.*

**Q**uod lineam rectam descendantem inter jus 1 feudale Saxonum & commune nulla exiſtit. differentia in puncto ſuccellionis feudalij. 2 Nam & in foro Saxonico filii in feudi patri ſuccedunt, ut eſt clarus textus in cap. 21. Lehnrecht. ibi: Es vererbet niemand kein Lehn / Denn allein der Vater auff ſeinen Sohn/ic. 22. 27. 45. 55. Lehnrecht. Modest. Pift. vol. 2. confil. 40. n. 2. Hartm. Piftor. part. 2. qu. 19. n. 41. + Eiſi verò hoſce textus quidam ad ſolos filios reſtringere velint, excludeatē à feudi ſuccellione nepotes, ut videre eſt apud Zobel. part. 3. differ. 19. n. 23. eam tamen interpretationem + vel ſola obſer- 4 vanta fori Saxonici refelliſt, ac non minus ad nepo- 5 tes, aliosque descendantes in infinitum, quam ad fi- 6 lios ipſos, diſpositionem illam juris Saxon. extendi 7 debere, inde patet, + quod appellatione filiorum, non raro nepotes & reliqui descendantes veniant & filii. 84. l. iusta. eoi. ff. de Verb. ſign. + praefertim in- 8 materiā favorabili, qua largam recipit interpretationem, ut docet Bartol. & Dd. in l. liberorum. 220. ff. d. tit. in l. Gallus. 29. §. 6. verſ. ut inſtituens. f. de liber. & poſſb. Hartm. Pift. diſt. queſt. 19. n. 49. Zobel. diſt. loc. + Quin & de liberis loquitur cap. 22. Lehnrecht. ibi: Er erbet auch das Gut auff ſeine Kinder/ic. + Liberorum autem appellatione omnes comprehen- 9 dient descendantes, nepotes nimurum ac deinceps ceteros, extra dubium eſt, l. liberor. 10. ff. de Senator. l. idem erit. 3. §. liberor. autem 6. ff. de affiſ. libert. l. li- 10 berorum. 220. ff. de V. S. Jacob. Schult. in addit. ad Mo- 11 deſt. Pift. part. 3. qu. 118. n. 11. Jacob. Menoch. lib. 4. pra- ſumpt. 84. n. 25.

Ita Domini in caſu Caspari à Ebbens/Mense Mayo, Anno 1629. (Verba ſentent. Iſt einer Vater und Auverwandter ohne Leibes-Lehns-Erben Todes verfahren, und hat nebenſt etlichen Erbgätern auch ein Lehngut noch ſich verlaſſen. Ob nun wohl auch nach Sächſischen Rechten die Söhne/ und dero fer- 12 uere Leibes-Lehns-Erben zur ſuccellion der Lehngüter zugelaſſen werden/ic.)

#### DEFINIT. XIII.

*Agnati & Collaterales in foro Saxonico non nisi ex vi ac jure ſimultanea investitura in feodi ſuccedunt.*

**A**lia verò eſt ratio Agnatorum & Collateralium 1 in foro Saxonico; Nam hiſce in feudi ſuccellione nullus relinquitur locus, quod non modò uſu longiſſimo comprobatum, ut vix ulla ſuperſit hāc de re dubitatio, + ſed & textibus in Lehnrecht/cap. 21. 2 verſ. Es erbet auch niemand kein Lehn/& cap. 32. in- 3 pr. verſ. Wenn ſie ſich aber alſo theilen/ic. + acra- 4 tionibus ab Hartm. Pift. part. 2. q. 19. ſatis firmatum eſt. + Attamen ne ipſis omniſ ad feudum agnato- 5 rum perveniendi via precluderetur, adinvenata eſt ratio, quā non modo agnati, ſed & personis penitus extraneis juſ ſuccedendi conceditur, nemp̄ ſi, con- 6 ſentiente Vasallo, cum ipſo ſigul de feudo ſe inveſtiſti curaverint: Unde juſ ſimultanea investitura originem duxit (die gesamme Hand.) + Cujus ſolo vigore hodie Agnati & Collaterales, aliaeque ex- 7 traneae personae ad feudi ſuccellionem admittuntur, non ſolū in feudo novo, quod minus forſan du- 8 biuum habet, + ſed & in feudo paterno vel antiquo, in 9 quo non magis agnati absque ſimultanea investitura ſuccedere poſſunt, b. Conſt. 45. diſt. cap. 32. Lehnrecht/Hartman. Piftor. diſt. qu. 19. & queſt. 20. in pr. Andr. Rauchb. part. 2. queſt. 21. n. 20. & ſeqq. Modest. Piftor. vol. 2. confil. 11. num. 34. Matth. Coler. part. 1. decif. 52. n. 2. & ſeqq. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 151. n. 5. Reinhard. part. 3. differ. 10. Ludov. Fachl. differ. 29. Zobel. p. 3. differ. 19. n. 4. + Quin nec in feudo hereditario agna- 10 toſ jure ſanguinis vel hereditatis, ſed ex ſola vi & jure ſimul.

ſimultanæ investituræ ſuccedere, clarissimum eſt ex Ordin. Elector. Torgens. de Anno 1583. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Dieweil denn in ſolchem Zweifel/Ꝛ.

Ita Domini in eadem cauſa. (Verba ſentent. Dieweil aber dennoch ſolches allein in linea descendantis ſtatt hat / auf die Vettern und Collaterales aber / als welche ſo wohl als andere extraneæ perſonæ eīnig und allein ex jure ſimultanæ investitura in Lehn-Gütern ſuccediren/leinesweges zu extendiren/Ꝛ.)

## DEFINIT. XIV.

*Efectum non habet ſimultanæ investitura, niſi utriusque tām poffessoris, quām investiti conſensus acceſſerit.*

- A**t dixeris, ſimultanæ hæc investitura, nonne ſucceſſionem bonorum adhuc viventis concer-  
nit, ac propterea caprandæ mortis votum inducere,  
videtur? quod utrumque velut à bonis moribus alienum ac plenum tristissimi & periculofissimi even-  
tū, jure eſt improbatum, l. ex eo. 4. C. de inutil. ſipu-  
lat. l. ult. C. de paſt. l. paſtum quod doſali. 3. C. de col-  
lat. l. ſiquis mibi bonū. 25. §. an nominatim. 6. ff. de ac-  
quir. bered. † ita quidem eſt, & longā potius uſur-  
pantium confuetudine, quām ſcripto jure, ſimultanæ investitura introducta videtur, Hartm. Pift. p. 2.  
4. qu. 20. n. 4. † Attamen nec rationi juris contraria-  
tur: Idque vel exinde patet, quod ex ſimultanæ investitura ut plurimum inter Vasallos mutua & re-  
ciproca nascatur obligatio, & communio ſive ſocie-  
tas ratione ſucceſſionis, ita ut ſemper alter in alterius feudo ſimultanam habeat investituram, Modeſt. Pift. vol. 2. conſil. 40. n. 22. & part. 4. qu. 159. Hart. Pift.  
dīct. loc. tām naturalis pariter & equitatis, quām juris ratio dīctitat, juſ ſimultanæ investitura nemini in-  
vito auferri, nec quoconque modo immutari, inque  
eo investito præjudicari poſſe, Hartman. Pift. dīct.  
qu. 20. n. 11. † Scilicet quia juſ alicui quæſitum ſine proprio ipliſu factu, ab altero auferri non poſteſt, l. 2. in pr. ff. de bis qui ſunt ſui vel alien. jur. l. fin. ff. de paſt. l. qui Rome 122. §. Flavius. 2. ubi Dd. ff. de Verb. Obli-  
gat. † nec debet alteri per alterum iniqua conditio in-  
ferri, l. non debet. 74. ff. de reg. jur. l. quidam. 25. §.  
ſi quis filium. 2. ff. ad SCtum Trebell. l. de pupillo. 5. §.  
ſi plurimum. 5. ff. de oper. nov. nunciar. † Sed quod mu-  
tuu. plurimum conſenſu contractum eſt, non niſi mu-  
tuu ipſorum diſſenſu diſſolvi poſteſt, §. ult. Inſt. quib.  
mod. coll. obligat. l. nibil tam naturale 35. ff. de reg.  
jur.
- Et in cauſa Caroli Günthers à Geebach/ Mensi Nov. Anno 1602.

## DEFINIT. XV.

*Jus ſimultanæ investitura nemini invito au-  
ferri debet.*

**U**triusque ergo conſensu, investiti ſcilicet ac Vaſſali poffessoris, dum ſimultanæ investitura quali contrahitur, Definit. præced. Modeſt. Pift. p. 4. qu. 159. n. 18. conſequens huic eſt, † obligatio-  
nem inde natam, ſeu juſ ſimultanæ investitura non ſolum perſonam investiti respicere, ſed & utrinque ad descendantes tām ejus, qui investitaram impetravit, quām alterius, cum quo investitus eſt, transmitti, † & ſic ex parte utriusque activē & paſſivē ad he-  
redes tranſire, perinde ut reliqua jura ex contracti-  
bus provenientia ad heredes, & contra heredes trans-  
feruntur, l. veteris juris. 13. & l. ult. C. de contr. &  
commit. ſipulat. † Nec minus heredibus noſtris, 4  
quām nobismet ipliſu proſpicere voluiffe, juris præ-  
uumptione ceneſaur, l. ſi paſtum. 9. ff. de probat. l. ju-  
ris gentium. 7. §. paſtorum. 8. ff. de paſt. Hartm. Pift.  
p. 3. qu. 20. n. 6. & 8. † Cumque juſ ſimultanæ in-  
vestitura ex obligatione acquiritur, Modeſt. Pift.  
dīct. loc. tām naturalis pariter & equitatis, quām juris ratio dīctitat, juſ ſimultanæ investitura nemini in-  
vito auferri, nec quoconque modo immutari, inque  
eo investito præjudicari poſſe, Hartman. Pift. dīct.  
qu. 20. n. 11. † Scilicet quia juſ alicui quæſitum ſine proprio ipliſu factu, ab altero auferri non poſteſt, l. 2. in pr. ff. de bis qui ſunt ſui vel alien. jur. l. fin. ff. de paſt. l. qui Rome 122. §. Flavius. 2. ubi Dd. ff. de Verb. Obli-  
gat. † nec debet alteri per alterum iniqua conditio in-  
ferri, l. non debet. 74. ff. de reg. jur. l. quidam. 25. §.  
ſi quis filium. 2. ff. ad SCtum Trebell. l. de pupillo. 5. §.  
ſi plurimum. 5. ff. de oper. nov. nunciar. † Sed quod mu-  
tuu plurimum conſenſu contractum eſt, non niſi mu-  
tuu ipſorum diſſenſu diſſolvi poſteſt, §. ult. Inſt. quib.  
mod. coll. obligat. l. nibil tam naturale 35. ff. de reg.  
jur.

Ita Domini in cauſa Mariz Magdalene Viduz von Dettin-  
gen/ Comitissi zu Solms/Schwarzenberg und Hohenlohe/  
Menſe Majo, Aunn 1634.

Et in cauſa Caroli Günthers à Geebach/ Mensi Nov. Anno 1602.

## DEFINIT. XVI.

*Simultanæ investitura juſ in feudo tribuit investito,  
unde & ei actio revocatoria datur contra tertium  
poffessorum.*

**E**a ſimultanæ investitura eſt natura, ut non ſo-  
lum juſ ſuccedendi ſuāpte eſſentiā ſecum affe-  
rat; etiamli in instrumento investitura ſimpliciter &  
absque expreſſione ſucceſſionis conjuncta manus fu-  
erit confeſſa, Hartm. Pift. p. 2. qu. 20. nam. 6. † ſed & juſ ſirmum ac radicatum in ipſo feudo tribuat, ein beständig Recht an dem Lehn/ ut loquitur Ord. Torgens. de An. 1583. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnneten/ vers. Jedoch iſt ſolches/ Ꝛ. Ex quo ſimultanæ investitus, feudo ſine ejus conſenſu alienato, contra tertium poffessorum actionem revocatoriam habet, inſr. Conſt. 48. & 49. p. 2. Hart. Pift. dīct. qu. 20. n. 25. Etenim ſimultanæ investiti poffeſſionem quidem realem non accipiunt, † attamen juſ tam ſirmum ac in ipſo radicatum acquirunt, ut nec feudum ſine eorum conſenſu oppignorari, vendi, vel quolibet modo alienari queat, b. Conſt. 45. §. Wann dann jemand ſein Lehnsgut/ Ꝛ. † ad instar 5 juris, quod agnatis jure communi feudalii alioqui competit, c. 1. Titius. Si de feudo defunct. c. 1. de alio-  
nat. feud. patern. c. 1. §. porro qualit. olim feud. poter.  
† Quidni ergo ſimultanæ investitis pro conservan-  
do hoc jure actio revocatoria competet, ad exem-

plum Favianæ, quâ revocantur alienata in fraudem patroni, l. i. ff. si quid in fraud. patr. l. i. & 2. C. si in fraud. patron. alien. fact. fuer. ut Latus deducit Hart. Pist. dict. q. 20. num. 26. † in quo ipso essentialis differentia hujus simultaneæ scilicet, & abusivæ investituræ de feudi caducitate factæ, consistit. † Nam hæc nullum prorsus jus in re, neque adeo actionem realē tribuit, ad quam nec propterea consensus Vasallii possessoris necessariò requiritur, ut dixi Supr. Definit. i.

Ita Domini in causa Friderici à Raschwig zu Mensdorff Mens Decemb. Anno 1633.

Ec in causa quorundam Comitum ad consultationem Joh. von Canneworff/Mense Nov. Anno 1602.

#### DEFINIT. XVII.

Petenda est necessariò renovatione simultaneæ investituræ, quâ omessa, jus investiture amittitur, nec investito ulterius actio revocatoria com- petit.

**D**E jure quidem communi expeditum est, quod Vasallus feudum non possidens haud teneatur petere renovationem investituræ, Wesenbec. part. 1. confil. 15. num. 35. Henning. Goeden. conf. 13. num. 20. Herm. Vultej. lib. 1. de feud. cap. 7. n. 81. Modest. Pist. confil. 38. num. 22. & confil. 40. num. 12. vol. 2. † Aliter vero se res habet in foro Saxonico, ubi necessariò renovatione investituræ petenda est toties, quoties possessio feudi, de quo simultaneè quis est investitus, 3 † vel per mortem Domini, vel per mortem Vasallii & 4 possessoris interrupitur, in tantum, † ut omessa renovatione jus simultaneæ investituræ perditum sit, cap. 32. Lehnrecht/ versf. Es sey dann/ daß einem die Anwaltung/ c. Modest. Pistor. dict. confil. 40. num. 19. Schurff. cent. 1. confil. 16. num. 1. Matth. Coler. part. 1. decif. 83. num. 1. † Quod & in terris Electoratus Saxonici expressa sanctione confirmatum est, bdc Const. 45. §. Der gesammten Hand aber/ ubi Moller. num. 2. Hartm. Pist. part. 2. quast. 20. num. 32. † Non ergo locus dabatur successioni in feudo, omessa renovatione simultaneæ investituræ, sed omnes, qui aliquando succedere volunt, renovationem petere necesse ha- 6 bent, etiam plures existant filii defuncti Vasallii. 7 † Näm si unus vel alter renovationem omiserit, à simultanea investitura exclusus erit, nisi omnes simul unum elegerint, qui tanquam curator omnium no- mine renovationem petat, ut plerumque usu obser- vatur, Zaf. de feud. part. 7. num. 10. Mynsing. cent. 5. obser. 9. Hartm. Pistor. lib. 2. obser. tit. de feud. 54. 8 obser. 19. num. 2. & seqq. † Estque exceptio non factæ renovationis adeo exclusiva, ut non solum ab ipso feudi Domino, aliisque agnatis simultaneè investitis, sed etiam à tertio quopiam, in quem feudum forsitan est alienatum, objici possit ad impediendam actionem revocatoriam, Hartman. Pist. dict. quast. 20. n. 33. 9 versf. Perinde cum quidam. † Perditio namque jure simultaneæ investituræ, nec actio revocatoria inde- proveniens ulterius competere potest, Joh. Zanger. de excepto. part. 3. cap. 26. num. 248. & seqq. Hartman. Pist. dict. loc.

Ita Domini in causa Caroli Günthers à Seebach / Mens Nov. Anno 1602. (Verba sent. Da nun der Agnat in zweyen oder dreien unterschiedlichen Fällen der gesammten Hand keine Folge gehabt; So wäre er derselben verlustig/ und demnach bemeldtes Lehn von Räuffer zu tertio possessore zu revociren nicht befugt/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XVIII.

Non perdit feudum vel jus simultanea investitura, qui justa causâ impeditus intra annum & diem renova- tionem investitura non petit.

**I**Ndubitati juris est, quod intra annum & diem à morte Domini vel Vasallii renovatione investitura

peti debeat bāc Const. 45. §. Der gesammten Hand aber/ c. ubi Dan. Moller. num. 2. Matth. Coler. part. 1. decif. 83. † Quod ipsum tamen notabiliter limi- 2 tandum est, si justa ex causa Vasallus id facere impe- ditus fuerit, putâ, ob bellum, pestem, vel Domini ab- sentiam, &c. ut uno ferè ore tradunt omnes, teste Rosenth. de feud. cap. 6. conclus. 56. numer. 1. Zaf. de feud. part. 7. numer. 5. Matth. Wesenbec. part. 1. confil. 41. n. 59. Schrad. de feud. part. 6. cap. 2. num. 56. † Siquidem dolosa demum renovationis intermis- 3 sionem feudi vel simultaneæ investituræ mere- tur, secundum tradita in §. ult. de probib. feud. alien. per Lothar. Schneidew. de feud. p. 5. num. 2. Hartm. Pist. part. 2. quast. 31. num. 2. dict. confil. 41. n. 62. † At- 4 qui in dolo non est, qui justam omissionis causam, prætendere potest, siquidem quælibet probabilis cau- sa, etiam † fatus & insulsa à dolo excusat, l. igitur. 5 12. §. 1. ff. de liber. caus. Arius Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 3. num. 18. C. de resc. vendit. Jul. Clar. lib. 5. recept. sent. quast. 60. num. 22. Wesenb. part. 1. conf. 23. n. 28. Rosenth. dict. conclus. 56. n. 3.

Ita Domini in causa Abrahami & Joachimi à Döhren zu Oberhartmansdorff / Mense Aug. Anno 1630. (Verba sent. Ob ihr nun wohl die Lehn binnen Jahr und Tag nicht gemu- thet/ zu welchem Ende der Fischal um eine Eingezug derselben angefucht. Dieweil es aber dennoch um die Lehnsmuthung diese Beschaffenheit hat/ daß bey der damahlichen Landkündigen Rebellion und Kriegsunruhe die Lehn nicht gesucht werden können/ und ihr euch gleichwohl nochmals binnen Jahr und Tag à tempore cessantis impedimenti angegeben/ und die Lehn gemuethet/ also daß euch auch keine Schuld zugemessen werden kan/ inmassen ihr dann/ daß solcher Verzug der Lehnsmuthung von euch nicht dolose oder aus Nachlässigkeit geschehen/ endlich zu erhalten erböthig/ c. So erscheinet daraus allenthalben so viel/ daß ihr euch der Lehn und gesammten Hand zu obgedachten Lehnsgütern nicht verlustig gemacht/ sondern ihr werdet dabey nochmals billich gelassen/ B. R. W.)

Ec in causa Joachimi & Stutterheimus / Mense April. An- no 1635.

#### DEFINIT. XIX.

*Etati pupillari tempus petende investitura non currit.*

**A**Etati pupillari tempus petendæ investituræ 1 non currit, ideoque minores annis quatuordecim, etiam habentes tutorem ipso jure tuti sunt, † nec ipsi, nec tutores ad petendam renovationem 2 investituræ, & fidelitatem præstandam compelli pos- sunt, c. i. quo tempore miles. c. un. §. si quis deceperit. Joh. Schneidewin. de feud. p. 3. n. 101. Hear. Rosenth. de feud. c. 6. concl. 41. Wesenb. de feud. c. 8. n. 7. Zaf. p. 7. n. 8. Jul. Clar. in §. feudum q. 49. n. 4. Vult. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 64. † Idque à quibusdam adeò exten- 3 ditur, ut duebus filiis, feudum commune habenti- bus, major propter minorem excusat, Vult. dict. cap. 7. num. 66. Schrader. de feud. p. 6. cap. 2. num. 27. † Quod non saltem concederim, si res sit indivi- 4 dua, non recipiente feudo commodam divisionem, secus verò si dividi possit, † ut docet pluribus Ro- 5 senth. dict. concl. 41. lit. c.

Ita Domini in causa Abrahami à Mila & Consortium, Mens Jan. Anno 1586. (Verba sentent. Ob nun wohl Hans von Mila nach Absterben Wilhelm Berndts die Lehn in gebährendes Zeit nicht gesucht. Da aber dennoch gedachter Hans von Mila der Zeit unmündig gewesen/ und so bald er seine mündige Jahre erreicht/ in Jahrsfrist der Lehn folge gehabt/ und die gesammte Hand erhalten/ so würde et nebst euch und den an- dern zu obgeweihter Lehn billich zugelassen/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XX.

*Excusat quoque ignorantia investitum, quo minus fe- dum vel jus simultanea investitura ob non justo tem- pore petitam renovationem perdat.*

**N**on minus quoque ignorantia justam excusa- 1 tionis causam præbet non petitæ renovationis investituræ iusta annum & diem, † nempe, signo- 2 raverit

- 3 raverit investitus dominum aut Vasallum decepsisse, ac casum renovationis contigisse, quia † à tempore scientiae demum hoc tempus currere incipit, b. Const. 45. §. Der gesamten Hand aber/ sc. in fin. Innerhalb Jahr und Tag von Zeit der Wissenschaft an Felge zu thun pflichtig seyn / ubi Dan. 4 Moll. num. 2. † Nec enim ignorantia, modo non sit crassa, dolum arguit, Rosenth. de feud. c. 6. conclus. 47. num. 4. Joseph. Malcard. de probat. vol. 2. concl. 536. num. 9. Menoch. lib. 5. presumpt. 3. n. 31. qui tamen solus poenam privationis meretur Definition. 8. † Hinc & fit, quod in longinquis regionibus abiens facilius excusetur, quippe quod mors Vasalli aut Domini non tam citò ad ejus notitiam pervenire queat, Gloss. in c. 1. §. Titius. Si de feudo defunct. content. 6 Matth. Berlich. part. 2. concl. 53 num. 38. † ubi porro dicit, eum, qui ex longissima provincia, putà, ex Pomerania, Bohemia, Palatinatu, &c. hilic in terris simultaneam investituram impetravit, toties, quoties easus aliquis accidit, renovationem investituræ petere haud necesse habere, sed feudo aperto ad successionem nihilominus admitti, † modo semel simultaneè fuerit investitus.

Ita Domini in causa Ernesti à Ponticau/ Mense Septembre Anno 1601. (Verba sentent. So hättet ihr euch an solcher Missbelehnung/ wofern wider euch der Wissenschaft halber ein anders nicht ausgeführt werden könnte/ nicht versäumet/ sondern wann ihr innerhalb Jahr und Tag von Zeit an der erlangten Wissenschaft die Lehn genuchet/ würdet ihr dazu noch mahls billich gelassen/ sc.)

Et in causa Hugonis Abbatis ac Domini in Neuenzella/ Mense Mart. Anno 1629. (Verba sentent. Dass ein Lehnmann binnen Jahr und Tag von Zeit an der erlangten Wissenschaft/ da der Lehnsherr Todes verfahren/ die Lehn zu muthen/ und um renovation derselben Ansuchung zu thun schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXI.

**F**enda rustica vel exigua, de quibus servitia militaria non prestantur, ob renovationem iusto tempore non petitam haud amittuntur.

- 1 Consuetudine alicujus loci si introductum fuerit, ut feudo investitus non privetur ob negligientiam non factæ renovationis investituræ intra annum & diem, dubium haud est, † quin è omnino standum erit, præsertim si de renovatione simultaneæ investituræ agatur, quæ de jure communi incognita, usu & consuetudine tantummodo fuit inducta, Hartm. Pistor. part. 2. quest. 20. num. 5. † Quidni ergo contrario usu ac consuetudine rursus tolli poterit, l. de quib. 32 ff. de ll. l. i. C. que sit longa consuet. 4 l. 35 ff. de reg. jur. † ita & consuetudine hactenus invaliduit, ut possessores investiti de feudis exiguis & parvis, de quibus pensiones tantummodo annuæ, non etiam servitia personalia, vel militaria præstantur, ut sunt vulgo in pagis die Schulzen oder Döchters Güter/ Mannlehn/ jure suo non cadant in foro Saxonico, etiamsi intra anni & dici spaciū renovationem investituræ non petierint, Matth. Wesenbec. de feud. cap. 15. vers. si ergo Vasallus, &c. Sonsbec. de feud. part. 11. num. 24. † Quod forsitan exemplo bonorum emphyteuticorum, quibus feuda ejusmodi exigua simillima habentur, inductum fuit, † horum namque Possessores etiam post tempus elapsum cum persolutione pœna arbitriaræ admitti, dixi Supr. Constitut. 39. Definit. 5. Berl. decis. 68. n. 12. Georg. 7 Frantz. de laudem. c. 5. num. 54. † Vel dici potest, Renovationem investituræ intra annum & diem tamen stictè & sub pœna privationis propterea exigi, quod regulariter fenda gratis concedantur, nec quicquam pecunia vicissim Domino præstetur, ut Vasallus eo ipso contestetur, se feudum beneficio potius Domini & primi acquireatis, quam successione obtinere,

Rosenth. de feud. c. 6. concl. 29. num. 6. Frantz. de laudem. c. 8. n. 15. † Atqui hanc rationem in feudis parvis & exiguis, de quibus certæ pensiones annuæ praestandæ veniunt, celiare ecquis non videt. † Quo & facit, quod feuda ejusmodi exigua ac rustica pro impropriis & degenerantibus habeantur, c. 2. Lehnrecht/ Andr. Rauch. part. 2. quest. 21. n. 26.

Ita Domini in causa heredum Johannis à Starzen zu Starzen/ Mense Febr. Anno 1594. (Verba sentent. Ob aun wohl solche halbe Huße Landes Mannlehn George Kentichs Söhne weder nach ihres Vatens noch Groß Vatens Ackerleben in Lehn genommen/ noch binnen gehöriger Zeit die Lehn gemuhet; da aber dennoch solche halbe Huße nicht mir Ritterdienst u verdiener würde/ sondern nur gleich andern Erbzins-gütern jährlichen einen gewissen Zins reichete/dafür sichs aus eurer Fra ge ansehen lässt/ sc. So möchte so che halbe Huße/ als wan sie euch anheim gefallen/nicht eingezogen werden/ V. R. W.)

It. in causa filiorum Francisci Schloss/ an Amtsvoigt zu Weissenfels/ Mense April. Anno 1604. (Verba sententia: Ob wohl Franzen Schloss nachgelassene Söhne den Acker Mannlich Lehnget/ so sie von ihrem Vater ererbet/ und jährlich einen Kaphanen zinsen/ innen, ab Jahr und Tag nicht in Lehn genommen/ diemel sie aber dennoch die Kaphanen jährlich gegeben/ solch auch von ihnen angenommen wolden/ sc.) So haben sie sich auch vorgedacht s Lehnackers nicht verlustig gemacht/ sc.)

Et in causa Joachimi Planckens zu Rieben/ Mense Januario Anno 1602.

#### DEFINIT. XXII.

**M**ortuo Episcopo, peti debet renovatione investiture à Capitulo, si intra annum & diem alias non fuerit electus Episcopus.

**S**ede vacante non potest dici mutata persona Domini, priusquam aliis fuerit electus Episcopus; Ergo nec renovationis investituræ petitio necessaria erit, nec tempus annum sede vacante currere incipiet, † siquidem renovationem tūm demum petere necesse est, quando persona Domini vel Vasalli mutatur, c. 1. in pr. quo temp. mil. invest. pet. deb. ita c. quidem arbitrari quis posset; † Sed bene advertendum, non tām Episcopi, quām Capituli, tanquam personæ repræsentatæ, negotium agi, cuius consensu investitura fandi facta fuit. † Mortuo igitur Episcopo vel saltem Capitulum repræsentatum morte repræsentantis immutatur: † Quidni ergo renovatione intra annum & diem ab ipso Capitulo peti debebet, si nondum aliis electus fuerit Episcopus; non enim Capitulum moritur, nec deficit persona, à quā renovatione peti queat, c. nisi effent. 21. ubi Innocent. extr. de probab. c. si gratiore. 5 de rescript. in sexto. Hartman. Pistor. part. 2. quest. 27. num. 37. † Perinde ac Principes Imperii post mortem Imperatoris, durante vicariatu, intra annum & diem à vicariis investituræ renovationem petere necesse habent, secundum tradita Dom. Arum. ad cap. 5. Ann. bull. tb 37.

Ita Domini in causa Hugonis Abbatis ac Domini in Neuenzella/ Mense Mart. Ann. 1629. (Verba sententia: Dass eben Bischofs Lehnmann binnen Jahr und Tag von Zeit an der erlangten Wissenschaft/ dass der Lehnsherr Todes verfahren/ die Lehn zu muthen/ und um renovation derselben/ wofern in solcher Zeit kein anderer Bischoff erwählet/ beim Capitu Ansuchung zu thun schuldig/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIII.

**A**d impetrandam investituram feudi aperti Vasallus adversus Dominum experiri potest, Conditione ex moribus.

**E**x investitura feudi Dominus Vasallo adeò obligatur, ut etiam de evictione & ad interesse conveniri queat, cap. 32. Lehnrecht/ Matth. Coler. part. 1. decis. 14. in fin. † Nec refert in foro Saxonico, an scienti vel ignoranti Vasallo sit facta investitura de re aliena, ut tradit idem Coler. p. 1. decis. 75. † Sed nec renovationem, vel investituram Vasallo dene-

gare

Et in causa fratum Nobilium à Seebach zu Oppenhausen  
und Cammerforst/ Mense Jul. Anno 1634.

- 4 gare valet, feudo sibi aperto, † Quin potius ad im-  
petrandam investituram Vasallus adversus Domi-  
num experiri potest, Hartm. Pistor. p.1. q. 20. num. 34.  
5 Hier. Schurff. conf. 148. † Quod & faciunt verba b.  
Constit. 45. S. Gleicher Gestalt/ ibi: Die ihnen auch  
unweigerlich geliehen werden soll/ sc. In quem fi-  
nem si feudi concessio in alium contractum specia-  
lem non incidit, † prodita est Vasallo Condictio ex  
moribus seu consuetudine feudali, Jul. Clar. lib. 4.  
sent. S. feudum qu. 89. Rosenth. de feud. cap. 12. concl.  
11. n. 9. Schneidew. de feud. part. 1. n. 27. Vult. de feud.  
L. 2. c. 1. n. 11. Wesenbec. de feud. cap. 17. n. 8. Commu-  
7 nis siquidem est Dd. sententia, † quod ex novo a-  
liquo contractu, per legem aut consuetudinem in-  
troducedo, nec genere actionis expresso, agi debeat  
condicione ex illa lege aut moribus seu consuetudi-  
ne, Jaf. in l. un. ff. de condic. ex lege num. 9. Schrad.  
part. 2. princ. part. 9. set. 9. num. 34. Rosenth. dict. loc.  
8 num. 10. † At novus est contractus feudalis mori-  
bus inductus, ergo & condicione ex lege Vasallo ex  
9 contractu hoc competit. † Quà & tūm experiri po-  
terit, quando contractus feudalis in stipulationem est  
deductus, quia in actoris electione & arbitrio consi-  
10 stit, † quam actionem intentare velit, Rosenth. dict.  
concl. 11. n. 10. ubi banc rem latius tractat.

Ita Domini in causa Ernesti à Ponickau/ Mense Sept. An-  
no 1601. (Verba sent. Und im Fall euch solche Belohnung von  
dem Lehns Herrn verweigert werden wolte / waret ihr alsdenn  
dieselbe per conditionem ex moribus vel consuetudine feudi,  
zu suchen wohl befugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXIV.

*Fracta simultanea investitura per divisionem, non com-  
petit ultra agnatis jus succedendi, nisi denuo im-  
petraverint investituras.*

- 1 **E**xpirat in foro Saxonico simultanea investitura.  
per divisionem; nam si plures, unum idemque  
feudum possidentes, illud postea divisorint, jus simul-  
tanea investitura amittunt, ac per consequens etiam  
2 spem succedendi, † quia in foro Saxonico non nisi  
simultaneè investitis jus successionis in feudo com-  
petit, cap. 32. Lehnrecht. S. Wenn sie sich aber also  
theilen/ hāc Constit. 45. S. Gleicher Gestalt/ ubi Mol-  
ler. num. 6. Andr. Rauchb. part. 2. qu. 21. num. 19. Hart.  
Pistor. p.2. q. 20. num. 33. Matth. Col. part. 1. decis. 56.  
num. 4. Matth. Wesenbec. part. 2. conf. 41. num. 166.  
3 † Necesse ergo est, si fratres vel agnati successionem  
in feudo sibi competere velint, ut simultanea inve-  
stitura de novo impetretur intra annum & diem à  
4 tempore divisionis, † quam investituras Dominus  
feudi agnatis potentibus haud denegare potest, sed  
præcisè eam illis conferre tenetur hāc Constit. 45.  
dict. S. Gleicher Gestalt in fin. Hartm. Pistor. dict.  
5 qu. 20. num. 34. † Caveant tamen hoc casu fratres  
vel agnati, ut investituras simultaneam sibi solum-  
modò confirmari petant, quia confirmatio investitu-  
ra semel amissa nil novi dare potest, Matth. Coler.  
6 vol. 1. conf. 30. numer. 170. † proinde nec sola con-  
firmatio tum investituras restaurabit, nec quicquam  
7 juris in succedendo attribuet, † Sed necesse est, ut  
Dominus factam per divisionem investituras expo-  
nant, ac novam prædictas investituras collationem hu-  
militer impetrant, si efficaciter sibi consulere velint,  
Modest. Pist. dict. conf. 40. n. 50.

Ita Domini in causa Nicolai à Neumärkts/ Mense Octob.  
Anno 1632. (Verba sent. Ob ihr wohl hieb vor an eures Brü-  
ders Lehngätern die gesammte Hand gehabt; dieweil aber den-  
noch dieselbe hernach durch die beschene Theilung gebrochen/  
niemahls aber euch wiederum von neuem ertheilet worden/ ic.  
So habt ihr euch auch nunmehr einiger Succession an solchen  
Gütern nicht zu erfreuen/ ic.)

#### DEFINIT. XXV.

*Non minus per venditionem feudi rumpitur investitu-  
ra, ac per ejusdem divisionem.*

**N**on solum in novo, sed etiam in antiquo feudo,  
jus simultanea investitura per divisionem rum-  
pi, ac proinde spem successionis adimi investitis vel  
exinde patet, † quod b. Constit. 45. S. Gleicher  
Gestalt. verbis generalibus loquatur, adeoque & ge-  
neraliter intelligi debeat, Modest. Pistor. vol. 2. con-  
fil. 11. num. 34. Joh. Köpp. decis. 47. num. 8. † Unde  
porrò infert Andr. Rauchb. part. 2. qu. 21. num. 30. ad  
feuda quoque rustica & plebeja, der Dorff-Richter  
und Schulzen Güter/ dispositionem b. Const. exten-  
dendam esse, ita ut si rustici, vel alii feuda ejusmodi  
dividant, sibiique per novam investituras non pro-  
spiciant, simultanea investitura extinguatur, nulla  
succedendi spe ipsis relictis, † nisi denuo investitu-  
ram impetraverint; De quo tamen haud immerito  
quis dubitare posset ex traditis *Supr. Definit. 21.*  
† ac contrarium à Wittebergensisbus fuisse pronun-  
ciatum, ex Teubero refert ipsem Rauchb. dict.  
quest. 21. num. 22. At illud expeditum est, † quod  
non minus per venditionem feudi ac per divisionem  
investitura simultanea expiret, putà, si Vasallo de-  
functo, filii eius feudum ab ipso relicturn cum con-  
sensu Domini uni ex fratribus vendant. † Nec e-  
nim tūm fratres, quia feudum vendiderunt, simul-  
tanea investitura denuo haud impetratà, ad feudi  
successionem admittuntur, ut rectè notat Dan. Mol-  
ler. hāc num. 7. Cui non obstat S. ult. b. Constit. 45.  
† Etenim, quod ibi statuitur, simultaneam investitu-  
ram non dissolvi per venditionem aut alienationem,  
ita demum verum est, si Vasallus feudum vendat,  
vel alienet, citra Agnatorum simultanea investitu-  
rum consensum, † quibus certè per alienationem à  
Vasallo factam neutquam præjudicari potest; Di-  
versum est, si fratres vel agnati ipsimet feudum ve-  
diderint, † nam tūm vel propterea alienatio ipsis no-  
cet, ac investitura frangitur, quod omnes simul in ali-  
nationem consenserint, ut verba habent clara hāc  
Const. 45. S. ult. Wann dañriemqnd's sein Lehngut/ ic.  
Rauchb. dict. quest. 21. num. 38.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Dieweil a-  
ber dennoch die gesammte Hand durch die beschene Theil-  
ung und Verkauffung gebrochen/ niemals aber euch wiederum  
von neuen ertheilet worden/ so habt ihr euch auch nunmehr  
einiger succession an euers Bruders Lehngute nicht zu erfreuen/  
V. R. W.)

Et in causa Fratum Nobilium à Seebach zu Oppenhan-  
sen und Cammerforst/ Mense Jun. Anno 1634. Verba sentent.  
Durch welche Verkauffung denn die gesamte Hand gebrochen/  
und nicht zu befinden/ daß binnen gehöriger Zeit dieselbe wie-  
derum von euch gesucht und erlanget worden/ ic. So habt ihr  
euch auch nunmehr des juris revocandi zu gebrauchen nicht  
Fug/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XXVI.

*Fall inter fratres divisione feudi, borum subditi re-  
novationem investitura petere tenentur.*

**S**i plures fratres in communione existentes subdi-  
tos suos investierint, ac postea facta divisione  
pars feudi uni fratri adjudicata fuerit, quæstio exori-  
tur, *An subditi, qui ratione istius partis ipsi soli obve-  
nerunt, ab eo investitura renovationem petere teneantur?* † Cujus decisio ex eo videtur petenda, nam  
videlicet investitura res sit individualis? Quod si af-  
feramus, † utique tum subditi ab omnibus recipien-  
do investituras eandem à singulis heredibus in so-  
lidum accepisse censemuntur, † prout de juramento  
fideli-

fidelitatis tradunt Dd. in c. un. §. omnes filii. si de feudo defunct. Jacob. de S. Georg. in tr. feud. 22. qui quidem investiti prefiterunt. num. 22. † Quare nec tum ulteriori investiturā supervacanē subditi erunt & onerandi. † Sed expeditum est, jus, quod fratres in feudo habent, non in solidum ad eos pertinere, sed ut quælibet res hereditaria dicitur spectare ad heredes pro parte indivisa, seu intellectualiter, non integraliter, † ita & feudum ac quælibet pars ejus, sicuti & feudum dividuum dicitur, ut notant Dd. in dict. §. omnes filii, ubi Matth. de Afflīct. num. 52. & in c. Imperiale. §. præterea ducatus. de probib. feud. alien. per Freder. Rosenth. de feud. c. 6. c. 36. Pistor. p. 2. qu. 47. n. 2. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 91. † Nempe quia juramentum fidelitatis individuum est, ut tradunt Dd. in dict. cap. omnes. Rosenth. dict. concl. 36. n. 2. Jacob. de S. Georg. in invest. feudal. verb. qui quidem investiti. col. 5. vers. nunc quero. † Et quilibet heres pro eâ parte feudi, quam possidet, censetur Vasallus, consequenter ergo ad fidelitatem est adstrictus, Simon Ulric. Pistor. in not. ad Hartm. Pistor. dict. quest. 47. lit. b. † idemque in foro Saxonico obtinet; Etsi enim in jure Saxonico aliud reperiatur dispositum, ut patet ex cap. 29. & cap. 32. in fin. Lehnsrecht. † Attamen dispositio illa usu ac observantia recepta non est, teste Hartman. Pistor. dict. quest. 47. num. 7. † Planè, non tenentur jurare omnes heredes, si unus aliquis ex illorum numero communi omnium nomine delegetur, ut juret, qui vulgo der Träger oder Lehnträger indigitatur, † quod ita in Germania usu receptum esse, tradit Zaf. de feud. part. 7. num. 11. Joh. Schneidew. de feud. part. 5. num. 17. & seq. Mynsing. cent. 5. observat. 9. num. 51. Rosenth. dict. cap. 36. num. 4. † Notandum porrò, si heres in communione existens semel fidelitatem fecerit, ac postea divisione facta alterius heredis portionem acquisiverit, eum pro parte illa de novo acquisita, denudjurare generi, † ut tradit post Jul. Clar. & Molini. quos allegat Hartm. Pistor. dict. quest. 47. num. 13. † Quamvis in aula Electorali Saxon. sufficiat, ab eo, qui antea semel juravit fidelitatem, stipulata manu fidem prius juratam interponi ac respectu ejus partis, quæ de novo acquisita fuit, renovari secundum tradita Hartm. Pistor. dict. loc.

Ita Domini in causa Caspari Schöners zu Lebbichau/Mens. Mayo, Anno 1629. (Verba sententia: Synd eure Lehnherren dis Gebrüder von N. N. von welchen ihr euer Gut zu Mannlehn habt und erlanget/etne geraume Zeit hero in communione gesessen und verblieben / es haben sich aber dieselbe nun mehr von einander separaret und getheiler/xc. So sendt ihr bey deme/welchem das Theil/das euer Lehn gut herrühret/jugefallen/ um renovation der Belehnung anzusuchen/und die Lehn zu wethen schuldig/ B. R. W.)

#### DEFINIT. XXVII.

*Ex duobus simul investitis, licet unus feudum suum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti consentire haud obstrictus est.*

Quamvis alter ex simultanea investitis feendum suum alienaverit, invitus tamen alteri alienanti consentire haud tenebitur propter jus simultaneæ investituræ, † quod ex mutuo duorum vel plurimum consensu dependet, ac proinde unius solummodo dissensu dissolvi non potest, l. prout quidque. 50. ff. de solut. l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. 3. jur. † Quo & facit textus in c. 32. Lehnsrecht / & b. ac Const. 45. §. ult. Hartm. Pistor. part. 2. qu. 24. n. 11. † Nec dici potest, ab altero per factam alienationem ruptum esse simultaneæ investitura vinculum, ut proinde consocio idem facere licet, arg. l. cum te. 6. ubi Dd. & maximè Salycet. C. de palt. in empt. & vendit. Cravett. consil. 299. num. 2. † Hoc enim falsum esse vel exinde patet, quod alteri, in cuius præjudicium alienatio facta est, jus revocandi bona alienata competit, quale jus ex simultanea investitura descendit, Const. Elect. 48. & 49. p. 2. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 20. n. 26. Supr. Defin. 16. † Ideoque nec is, qui bona sua retinuit, ullam justam conquerendi causam habet, cur alter, qui contra legem simultaneæ investituræ alienavit, spem succedendi ex investitura retinere debeat. † Nulla namque in eo sibi sit injuria, cum potius jus suum in bonis alienatis salvum remaneat, cuius vigore bona ea pro lubitu revocare potest, Hartman. Pistor. part. 2. qu. 24. num. 14.

Ita tractatum in causa quorundam Comitum ad requisitionem Jobsten von Canneworffs/ Mens Novembr. Anno 1602.

#### DEFINIT. XXVIII.

*Pluribus defuncti Vasalli heredibus existentibus, omnies fidelitatem jurant.*

Carpz. Definit. Vol. I.

Juramenti virtus quia personam jurantis non transgreditur, nec ad heredes transit, c. veniens. 16. extr. de jure jur. meritò post obitum Vasalli † in persona successoris ejus exigitur renovatio, Jul. Clar. in §. feudum. q. 49. in pr. Carol. Molin. in consuet. Parif. §. 2. gloss. 4. n. 49. † Et si plures Vasalli heredes existant, omnes ac singuli pro sua parte jurare tenentur, † sive divisum inter eos sit feudum, sive indivisum, cap. omnes filii. Si de feud. defunct. c. Imperiale. §. præterea ducatus. de probib. feud. alien. per Freder. Rosenth. de feud. c. 6. c. 36. Pistor. p. 2. qu. 47. n. 2. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 7. n. 91. † Nempe quia juramentum fidelitatis individuum est, ut tradunt Dd. in dict. cap. omnes. Rosenth. dict. concl. 36. n. 2. Jacob. de S. Georg. in invest. feudal. verb. qui quidem investiti. col. 5. vers. nunc quero. † Et quilibet heres pro eâ parte feudi, quam possidet, censetur Vasallus, consequenter ergo ad fidelitatem est adstrictus, Simon Ulric. Pistor. in not. ad Hartm. Pistor. dict. quest. 47. lit. b. † idemque in foro Saxonico obtinet; Etsi enim in jure Saxonico aliud reperiatur dispositum, ut patet ex cap. 29. & cap. 32. in fin. Lehnsrecht. † Attamen dispositio illa usu ac observantia recepta non est, teste Hartman. Pistor. dict. quest. 47. num. 7. † Planè, non tenentur jurare omnes heredes, si unus aliquis ex illorum numero communi omnium nomine delegetur, ut juret, qui vulgo der Träger oder Lehnträger indigitatur, † quod ita in Germania usu receptum esse, tradit Zaf. de feud. part. 7. num. 11. Joh. Schneidew. de feud. part. 5. num. 17. & seq. Mynsing. cent. 5. observat. 9. num. 51. Rosenth. dict. cap. 36. num. 4. † Notandum porrò, si heres in communione existens semel fidelitatem fecerit, ac postea divisione facta alterius heridis portionem acquisiverit, eum pro parte illa de novo acquisita, denudjurare generi, † ut tradit post Jul. Clar. & Molini. quos allegat Hartm. Pistor. dict. quest. 47. num. 13. † Quamvis in aula Electorali Saxon. sufficiat, ab eo, qui antea semel juravit fidelitatem, stipulata manu fidem prius juratam interponi ac respectu ejus partis, quæ de novo acquisita fuit, renovari secundum tradita Hartm. Pistor. dict. loc.

Ita Domini in causa Melchior Gengers zu Lophoz/ Mens. Nov. Anno 1627. (Verba sententia: Daß nach Absterben eines Lehnmannes/ dessen hinterlassene männliche Leibes-Lehns-Erben somit und sonders das Juramentum fidelitatis zu leisten pflichtig/ xc.)

#### DEFINIT. XXIX.

*Pluribus existentibus defuncti Domini successoribus, investituram Vasallus non nisi ab uno petere tenetur.*

Si Dominus feudi decesserit relictis pluribus filiis vel aliis heredibus, utrum tum Vasallus teneatur singulis eorum præstare juramentum fidelitatis, multum ab Interpp. disceptatur, ut videre est ex traditis Hartm. Pistor. part. 2. quest. 47. † qui tamen in negativam sententiam inclinat, existimans, fidelitatem non nisi uni ex heredibus præstari, juxta regulam vulgatam, † quæ docetur, ex personis heredum non immutari conditionem obligationis, nec duriorem alicujus conditionem effici, l. 2. §. ex bis 2. de verb. obligat. l. 2. §. incertam. 2. ff. de pretor. stipulat. l. cui fundus. 56. in fin. ff. de condit. & demonstr. † Quæ sententia etiam juri Saxonico omnino convenit, quo sancitum in cap. 29. Lehnsrecht: Der Mann darf auch nicht/ dann von einem seines Herrn Söhnen sein Gut empfangen/ Matth. Coler. part. 1. decis. 76. Zobel. part. 3. differ. 19. num. 4. † Quod tamen ex observantia ita accipendum, ut uni eorum, communis tamen omnium heredum nomine, & vice recipienti,

pienti, Vasallus fidelitatem faciat ac juret, ut pluribus explanat Hartman. Pistor. dict. qu. 47. num. 24.  
**6** † Estque in arbitrio heredum seu Dominorum, quemnam ex scipis eligere, eique vices demandare velint, arg. I. stipulatio. 21. §. questum 5. ff. de oper. nov. numerat. † Idque cum jure Saxonico expressè concordat, in dict. c. 29. **L**ehnrecht. Quod si heredes con-  
**7** venire nequeant, † Dominus superior requirendus est, ut definiat, cui ex heredibus Domini inferioris fidelitatem jurari velit, dict. cap. 29. **L**ehnrecht. Hartm. Pistor. dict. q. 47. num. 23. idque verum, si plures Domini heredes in communione & pro in-  
**8** dividiso feudum possideant. † Alioquin, quando ad unum solum ex heredibus spectat supremum jus Do-  
**9** mini, dubium non est, quin tūm huic soli juramen-  
**10** torum sit præstandum. † Ita, & quando feudum do-  
minans dividitur inter heredes, Vasalli, qui cuivis in-  
divisione obveniunt, singulis ipsorum dominis fide-  
litatem facere cogentur, Dd. in c. omnes filii. Si de  
feud. defunct. cont. Jul. Clar. in §. feudum. quest. 49.  
n. 11. Hartm. Pistor. dict. quest. 47. n. 29.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Wenn aber der Lehnsherr verstirbet/ und mehr denn einen Erben hinterlässt/ so wird einem unter denselben allein/ so von ihnen hierzu verordnet/ jedoch in ihrer allerseits Namen/ das juramentum fidelitatis billich geleistet/ V. R. W.)

### DEFINIT. XXX.

**I**nvestitura facta alicui, für sich/ seine Leibes- und Lehn-, Erben/ soli videntur comprehensi filii, non etiam filia vel agnati.

**1** **I**cet investiturarum verba strictè interpretanda sunt, &c. prout sonant, intelligenda, Herm. Vult. de feud. l. 1. c. 7. n. 56. Hartm. Pistor. part. 2. q. 1. n. 3. & 4. Schurff. cent. 1. conf. 91. n. 2. & 3. Roland. à Vall. vol. 2. conf. 79. n. 38. nil tamen repugnat, † quin ex quo & bono interpretatio pro Vasallo potius contra Dominum sit facienda, qui legem ab initio aperi-  
**2** torem dicere potuerit, l. veteribus. 39. ubi Dd. ff. de p. l. in contrabenda 172. ubi Dd. ff. de reg. jur. We-  
**3** senb. de feud. c. 1. & 12. Vult. dict. loc. maximè † quia feudum est species beneficii, quod latè contra conce-  
**4** dentem explicari solet, l. beneficium 3. ubi Bartol. & Dd. ff. de conf. Princip. c. cum dilecti. 6. ubi Canonist. extr. de donat. Mattia. Wesenb. in epit. feud. c. 1. n. 9.  
**5** Poterat hinc queri, † si verba investituræ genera-  
**6** lia essent, ita ut filias quoque & agnatos comprehendere possent, putà si facta sit investitura Titio ejusque heredibus ( Seinen Leibes- und Lehn-, Erben/ ) an-  
**7** non in favorem Vasalli ojunque liberorum explicatio facienda sit, ut & filia atque agnati ad successionem admissantur? † ita certè ex modo dictis dicendum videbatur, idque eo magis, quod in casu præsenti particula ( Et ) pro disjunctiva ( Vel ) posita cen-  
**8** seatur; Nam & aliàs infrequens non est, † ut pro ratione subjectæ materiæ, copulativa oratio in dis-  
**9** junctivam vel alternativam resolvatur, l. sepe ita co-  
**10** paratum. 53. ubi Dd. ff. de V. S. Jacob. Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. qu. cas. 86. num. 19. & seq. † E-  
**11** contra non parum obstat feudorum natura, quâ re-

gulariter foeminæ à successione excluduntur. † At-  
qui verba investiturarum ita sunt explicanda, quo minus juri feudorum repugnant, Hier. Garzon. de  
fam. ad feud. recip. col. 8. & seq. Cravett. cons. 828.  
n. 14. † Et potior semper est interpretatio, quâ re-  
ditur ad jus commune, ut multis explanavit Rosenth.  
de feud. cap. 7. conclus. 42. n. 47. & seq. † Commovit  
hæc ratio Dominos, ut prædicta investiturarum verba non nisi de filiis intelligerent, exclusis prorsus filiis atque agnatis. † Idque vel propterea etiam, quod in  
natura particula ( Et ) magis propria sit copulare,  
quâm disjungere vel ordinem denotare, Rosenth.  
dict. concl. 42. n. 29. & concl. 41. n. 6.

Ita Domini in causa Maria Magdalena Viduz ab Oettin-  
gen/ Comitisse zu Solms/ ic. nacher Würzburg/ Mense Ma-  
jo, Anno 1634. ( Verba sententia: Welches Lehn dem Herrn  
Grafen/ und dessen ehlichen Leibes- und Lehn- Erben verliehen  
worden/ ic. So haben nach Eu. Gn. einigen Herrn Sohns  
tödtlichem Abgang/ berührter Graff- und Herrschaft / weder  
Eu. Gn. Fräulein noch dero Vettern sich angemessen / sondern  
es fallen beyde dem Stift Würzburg hinwiederum billich an-  
heim/ V. R. W.)

### DEFINIT. XXXI.

Diversi tenoris quando sunt investiturarum literæ, re-  
gulariter secundum tenorem primæ investitura  
judicandum est.

**I**n decisione causarum feudalium, inspicienda est  
**1** investitura, ejusque tenor & pactum, quo omnium  
**2** feudorum juri & naturæ derogat, c. i. de ducob. fratr. &  
**3** cap. invest. Schrad. de feud. p. 5. cap. 2. num. 30. Zaf.  
**4** de feud. part. 6. num. 24. Jacob. de S. Georg. in verb.  
**5** Marchio. num. 2. Andr. Tiraquell. in l. si unquam 8.  
**6** verb. libertis. num. 9. C. de revoc. donat. Andr. Gail.  
**7** lib. 2. obs. 50. n. 15. Hartm. Pistor. p. 2. qu. 41. num. 29.  
**8** † At quid, si diversi tenoris sint prima ac posteriores  
**9** investiture? Certè juxta tenorem primæ investitu-  
**10** ræ judicandum est, sive posteriores investitura amissæ non appareant, † sive in ipsis dubia reperiantur  
**11** verba, aut etiam diversi tenoris extent literæ, † ut  
**12** multis autoritatibus confirmat Rosenth. de feud. cap.  
**13** 6. conclus. 69. n. 4. lit. c. Vult. de feud. lib. 1. cap. 7.  
**14** n. 59. Schrader. dict. cap. 2. num. 31. † Nam prima  
**15** investitura est basis, Radix & fundamentum reliqua-  
**16** rum, quæ nil novi inducunt, sed secundum præ-  
**17** dentem factæ intelliguntur, † ex quâ propterea  
**18** etiam explicari debent, Andr. Gail. lib. 2. obs. 49. n. 3.  
**E**xtra casum necessitatis extremæ, Principem ac Dominum à Nobilibus & Vasallis suis, ultra nominata & consuetæ servitia, extraordinariam collationem exigere non posse, post alios, quos allegat, docet ac rationibus tuetur Petr. Heig. part. 1. quest. 18. n. 17. & 21. ac seqq. † Unde frequenter pro aleganda libertate prædiorum, adversus ejusmodi exactiones allegari solet, bona esse feudalia, quæ collectis non sint gravanda aut oneranda; Joh. Petr. Surd. lib. 1. consil. 135. num. 11. & 12. & lib. 2. consil. 234. n. 8. † Nihilominus tamen usus harum provinciarum habetens docuit, ut in Comitiis provincialibus Nobiles ac Vasalli Illustrissimo Electori certam pecuniæ summam offerant ac promittant, ( vulgo das Præsent. Geld ) † de quā dubitatum fuit, an inter onera feudi referri, & defuncto Vasallo à feudi successoribus exsolvi debeat? Quod vel exinde dicendum videbatur, † quia occasione feudi hoc debitum contrahitur, ejusdemque contributio, pro ratione emolumenti, quod quisque ex feudo suo percipere potest, Vasallis imponitur. † Quin & dum Nobiles ac Vasalli ad exsolutionem hujus pecuniæ ex feudis suis sese obstringunt, subsecuta Serenissimi Electoris acceptatione & confirmatione, debitum hoc tanquam onus feudi agnivisse censemur, † quod absque dubio successores feudi gravat, b. Constit. 46: Quæ ratio commovit Facultatem Juridicam Lipsensem; † ut contra successores feudi responderet, Mens. Mart. Anno 1632. hisce formalibus: So seynd die Lehnssfolger die hinterstellige Præsent-Gelder / als eine auff die Lehn- und Ritter-Güter gebrachte und bewilligte Lehn-Schuld und Beschwerung abzutragen verpflichtet/und werdet ihr als Land-Erben/so ohne das die von den liegenden Erb-Gütern bewilligte Steuer zu entrichten schuldig/ mit diesen Præsent-Geldern billich verschont/B.R. W.) † Sed fallax est hæc ratio, post quam jure feudali sanctum, ut licet Domini voluntate ac consensu æs alienum à Vasallo contractum, onusque feudo impositum fuerit, † ad ejus tamen solutionem successores feudi, qui non expresse consenserunt, haud conveniri, nec onere illo gravari queant, c. i. de alien. feud. patern. c. i. §. hoc quoque de success. feud. Hartm. Pistor. part. 1. qu. 15. num. 21. † Annullato igitur hoc fundamento, placuit Domini in his, exsolutione hujus debiti successores feudi haud quaque gravari, eo † quod magis Vasalli quam feudi onus habeatur, ex liberalitate nempe & promissione feudatarii profectum, ut ipsum vocabulum (Præsent-Geld) indigitat; † Idque vel exinde manifestum est, quod jure feudorum communi & Saxonico, de ejusmodi feudi onere nil dispositum reperitur; Ergo nec inter vera feudi onera id ipsum referri poterit, argumento à Lege cessante ducto, l. ff. ser. viii. 71. §. non dixit prætor. 5. ff. de acquir. hered. Tho.

- 14 Thoming. *decis. 27. n. 15.* † Quin neque ex hoc debito ullum feudo commodum accedit, at juris expediti est, ea solummodo onera dici feudalia, quæ vel juris autoritate feudo imponuntur, vel commodum ac utilitatem ei afferunt, Thoming. *dict. decis. 27. n. 15.* † Illud sanè negotium non facit, quod occasione feudi debitum fuerit contractum; Quis enim inficias ibit, æs alienum pro præstanto servitio feudali, feudi occasione contrahi, quod tamen feudale onus non est, nec feudi successores obligat, ut dixi.
- 16 *Defin. preced.* † Nimirum onera etiam feudatarii, quæ successores feudi neutquam gravant, Ernest. Cothman. *vol. 2. consil. 92. n. 3.* Petr. Heig. *part. 2. q. 20. n. 30.* Jac. Schult. *in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. qu. 122. n. 31.* occasione feudi contrahuntur; Ex quo solo tamen onera feudalia non sunt judicanda,
- 17 † nisi accesserit legis autoritas, vel insignis feudi utilitas, uti dixi *Defin. preced. in fin.* Thoming. *dict. de- cis. 27. n. 10.* † Minus verò obest, quod hanc ratione heredes, ad præstationem quoque collectarum de agris allodialibus obstricti, duplii damno onerarentur, contra, *l. navis. 4. §. cum autem. 2. ff. de leg. Rhod. de jaēt. l. 34. §. 5. ff. de legat. 2.* † quia hoc damnum sive præstatio ex diverso fundamento profluit: Collecta nimirum de agris allodialibus tanquam præstatio realis: At *Præsent. Geld ex conventione & pacto Vasalli, atque adeò ex obligatio- ne personali, quā heredes soli, non feudi successo- res tenentur, prout in aperto est;* Ex duplii verò & diversimodā causā quem duplicitate gravari posse, ec quis dubitaverit?

Ita Domini in causa der Brüder und Vettern von Zehmen, Mens. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Hat euer Vetter auff jüngst gehaltenem Landtage neben andern vom Adel / das von Churfürstlicher Durchlässigkeit zu Sachsen/ sc. unserm gnädigsten Herrn gnädigst begehrte Præsent - Geld auff drey Termi zu geben unterthänigst gewilligt / derer seines aber bei seinem Leben entrichtet und abgestattet / sc. Sd seynd dessen hinterlassene Land - Erben solches Præsent - Geld abzutragen pflichtig/ und ihr/ als die Lehn - Erben/ möget zu dero Entrich tung beständiger Weise nicht angehalten werden / B. N. W.)

It. in causa Henrici à Büna in Wildenhain & Consort M. Sept. Anno 1636. (Verba sentent. Ob nun wohl aniso nach Absterben des Lehnsmannes/bessen Land - Erben die Zahlung bemeldter Reste des Præsent Geldes/ auch den Lehn - Erben auf-

zudringen genrehet / in Erwiegung/ daß solches Geld von den Lehn - Gütern bewilligt / und auch davon entrichtet werden müsse; Dieweil aber dennoch bemeldte Præsent - Geldere von der Abnützung der Lehn - Güter/ so der verstorbene Lehnsmann bei seinem Leben genossen/ entrichtet werden sollen / und nicht zu besindeln / daß ihr als die Lehn - folgere in solche Schuld der Præsent Gelder von den Lehn - Gütern abzustatten/ ausdrücklichen gewilligt/ noch dieselbe in bemeldte Lehn - Gütere verwendet worden/ sc. So mögen auch mehrerwehnte restirende Præsent - Geldere für keine Lehn - Schuld geachtet / noch ihr als Lehn - Erben solche zu bezahlen angehalten werden/ sondern die Land - Erben seynd die Zahlung von dem Eibe zu leisten pflichtig/ B. N. W.)

Et in causa Anna Marien von Goldechen & Consortium M. Febr. Anno 1632.

#### DEFINIT. XXXVI.

*Impens & funebres à feudi successoribus exigi non pos- sunt, licet hereditas solvendo haud sit.*

**N**on facile forsitan reperiuntur Agnati adeò tenaces, ut impensas funebres in execuī Vasalli defuncti factas in subsidium ex feudo solvere recusent, † & famam Vasalli commaculari patientur. † Attamen nullo jure inviti ad hoc cogi possunt. Quis enim dicere ausit debitum feudale, quod ad funus Vasalli celebrandum contractum fuerit? Vix namque aliud debitum persona ita inhæret, quam quod in ejus sepulturā factum est: † Ergo soli heredes allodiales ad hujus exsolutionem obstricti erunt *l. l. C. si cert. petat. l. l. 2. C. de heredit. action.* † Non etiam successores feudi sive agnati, quia ab onere quounque hereditario sunt liberi atque immunes *c. 1. ubi Dd. An agnat. vel fil. defunct. Jacob. Thoming. decis. 17. num. 18.*

Ita Domini in causa Creditorum N. à M. contra VV. à M. ad requisitionem Quæstoris & Senatus zu Freyberg / Mens. Jan. Anno 1628. (Verba sent. Das VV. à M. und Consorten als næhere Agnaten und Lehn - folgere die angegebene Schulden aus zu zahlen/ und was auf des verstorbenen Eigentümers Begräbniß/ und in seiner Kronheit der Arzney halber aufgewendet worden/ aus dem Lehn zu bezahlen nicht gedrungen werden mögen/ sc.)

It. in causa Georgii à Siebendorff/Mens. Majo, An. 1612.

In causa Wigandis von Taubenheim/Mens. Majo, An. 1612.

Et in causa Domini Donati à Freiwalds contra Nobiles ab Ende/Mens. Mart. Anno 1635.

#### CONSTITUTIO XLVII.

#### PARTIS SECUNDÆ.

##### Ob nach Sachsen-Recht der Sohn sich des Vatens Erbschafft äussern/und die Lehn-Güter annihilieren könne?

**S**Ach gemeinsam Recht muß der Sohn zugleich des Vatens Erbe mit seyn/ da er die Lehn-Güter von ihm ererben will/ und kan sich der Erbschafft nicht äussern/ und die Lehn behalten/ es sey denn feudum ex pacto, und er thue sich der Erbschafft vermittelst eines gebührlichen Inventarien untersangen/dissfalls kan er das Lehen behalten. Aber nach Sachsen - Recht wollens etliche dafür achten/ daß dem Sohne indistincte frey sey/sich des Vaters Erbe zu äussern/ und das Lehn - gut zu behalten. Und dann etliche halten dafür/ daß das gemeinsame Recht durch den Sachsen nicht aufgehoben/ und daß auch auf Sachsischem Boden der Sohn sich eines ohne das andere nicht anmassen möge. Wir lassen uns diese letzte Meynung gefallen/Nemlich/ daß in unsern Landen der Sohn zugleich des Vatens Erbe seyn

Jure Saxonico, num hereditate patris repudiata, in feudo illi succedere possit filius?

**T**unc communi filius repudiata hereditate patris, in feudo ipsius succedere non potest, nisi feudum sit ex pacto, & mediante inventario hereditatem filius adeat.

Tum enim & feudum retinere potest. Jure verò Saxonico, ut quidam existinant, indistincte filio permisum est, ut patri in feudo succeda, etiamsi heres ejus non sit. Quamvis rursus non desint, qui Jus Saxonum à communi hic nihil omnino differre putent. Quam posteriorem opinionem nos probantes, nullà habitâ ratione distinctionis de confectione inventarii, filium vel in utroque succedere, vel utroque carere volumus, idque autoritate hujus Constitutionis nostræ judicia universa nostrarum ditionum in judicando & respondendo observare jubemus.

fol/

soll/wann er im Lehn ihm folgen will/oder müsse sich beydes zugleich verzeihen. Wollen auch/ daß alle andere distinction de confectione inventarii disfalls zu übergehen seyn. Darnach sich unsere Hof-Gerichte/Facultäten und Schöppenstühle/Kraft dieser unsrer Constitution im sententio-niren und Urtheilen richten sollen.

## DEFINITIONES.

1. *Feudum hereditarium dicitur illud, quod alicui concessum pro se & heredibus suis: Hujus natura in quonam consistat.*
2. *Heredis vocabulum feudum facit hereditarium, etiam si filiorum simul mentio facta fuerit.*
3. *De jure communii filius repudiata patris hereditate, feudum retinere non potest.*
4. *In foro Saxonico extra Electoratum, Filius repudiata patris hereditate feudum retinere potest.*
5. *In dictionibus Electoratus Saxonici, filius feendum retinere aliter nequit, nisi & heres patris esse velit in rebus allodialibus.*
6. *Filius etiam si hereditatem adiens inventarium conferit, nihilominus tamen ultra vires hereditatis ex feudo debita paterna solvere tenetur.*
7. *Non prestat filius onera hereditaria ex feudo paterno, si non nisi in legitima institutus, aliave ex causa ipsi hereditas delata non fuerit.*
8. *Filius repudiata patris hereditate, feudum retinere potest, si hoc filii intuitu patri vel una cum patre filio in specie concessum fuerit.*
9. *Agnati collaterales in feudo Saxonico, tam in feudo hereditario, quam ex pacto & providentiâ succedunt, repudiata licet hereditate.*

### DEFINIT. I.

*Feudum hereditarium dicitur illud, quod alicui concessum pro se & heredibus suis: Hujus natura in quonam consistat?*

1. *Srationibus ex jure feudalii desumptis disceptandum est, vix subsisteret posset distinctio feudi hereditarii, & ex pacto ac providentiâ, quin potius omne feudum ex pacto ac providentiâ justissime appellaretur: ut octo argumentis demonstrat Hart. Pst. part. 2. quest. i. n. 99. & seqq. † Nec enim dictio (heredis) ullam differentiam constituit, † quippe quae in materia feudalii, non nisi de herede sanguinis feudalii, filio accipi solet, cap. i. §. Et si clientulus, de alienat. feud. cap. ult. si de feud. defunct. content. sit inter Dom. & agnat. Bart. in l. Gallus. 29. §. 12. vers. etiam si parente ff. de liber. & posth. † Et censetur nomini (heres) semper inesse naturam feudi, secundum Bald. in l. liberti libertaque 10. col. 6. vers. modo formabitur.*
2. *C. de oper. libert. † Nihilominus tamen usum communi distinctio inter feudum hereditarium, & ex pacto ac providentiâ fuit recepta, adeo ut non solum operam & oleum perderet, qui eam à foro relegare vellet, † sed anticipi se causæ suæ committeret periculo, plurimasque Interpp. decisiones rejiceret, docente Hart. Pst. dict. quest. i. n. 107. Vocatur autem ex vetissimâ ac communissimâ Dd. sententia; quam in multis autoritatibus & rationibus tueretur Hart. Pst. dict. qu. 1. & qu. 3. † Feudum hereditarium illud; quod pro se & heredibus concessum est, & sic ex verbis in investiturâ usurpatis qualitatem hereditariam induit. † In descriptione hujus qualitatis & naturae feudi hereditarii, valiant Dd. & admodum prolixus est Hart. Pst. dict. quest. i. sed tés tota in eo vere consistit, † ut feudum hereditarium, sive heredibus concessum, immutata primâ feudi naturâ, quoad successionem & ejus effectum pro re hereditariâ repudetur,*
3. *atque adeo in ipso feudo ab herede jure hereditario succedatur, & ita feudum idem corpus & patrimonium inseparabile fiat cum ceteris rebus hereditariis, Jacob. de Belluso in c. 1. An agnat. vel filius; † Cui consequens est, patrem de feudo hereditario testari ac in testamento disponere posse: † illudque ac instar rerum hereditariarum in hereditatis petitionem venire: † Item: Filio in legitimam imputari: † Cum fideicommissio universali transire ad fideicommissarium: † Nec non jure hereditario ad heredes extraneos, ut pluribus persequitur Hartm. Pst. dict. quest. i. num. 61. & multis seqq. ubi plures Dd. al. legat. † Sicut & feudum hereditarium in præjudicium agnitorum pro lubitu alienari potest, Hart. Pst.*

*part. 2. quest. 14. n. 1. † At haec qualitas feudi hereditarii non nisi in iis attenditur, quæ spectant ad successionem hereditariam, ejusdemque effectum; ut scilicet vocatus ad successionem in feudo hereditario, ultimo defuncto cœu heres jure hereditario succedat, ejusque heres dicatur, atque adeo factum defuncti perinde ut in hereditate praestare teneatur, Hart. Pst. part. 2. quest. 14. n. 38. † Alioquin in cœte. 18. ris; quæ non successionem hereditariam, sed Domini personam magis respiciunt, feudum hereditarium propriam feudorum naturam retinat, † veluti quod sine consensu Domini alienari non possit: † iisdem ex causis amittatur, quibus alia amittuntur feuda: † Et ut ad masculos tantummodo transmittatur, &c. 21. Haud namque ratum est, ut etiam si pacto feudum aliquâ ex parte sit immutatum; † in reliquis tamen suam naturam conservet, ut notant Dd. in cap. 1. de feudo non habent. proprie. natur. feud. Hartm. Pst. dict. quest. 1. & quest. 14. n. 37. & seqq. ubi haec omnia ad amissim pertractat.*

*Ita Domini in causa Heinrichis von Mörsdorff/Mens. Jun. Ao. 1634. (Verba sent. Habt ihr nach Absterben eures Vettert bessen Lehnsgüter als der næhere Agnat und Lehnfolger in Besitz bekommen? Ob nun wohl gedacht euer Vetter für sich / seine männliche Leibes- Lehnens- Erben und Söhne zuerst und von neuem damit beliehen worden/ dannenhero selbige Lehnsgüter/ so wohl als wann sie ihme und seinen Erben ohne Unterscheid geliehen/nach gemeinen Wahn der Rechtsgelehrten/ pro novis feudis hereditariis und Erbe-Lehnern gehalten werden/it.)*

*Et in causa Gregorii von Deimingen/Mens. Jul. An. 1596. (Verba sent. Wohl nun gleich selbiges Lehn vor ein Erb-Lehn-Gut zu halten wäre. Dieweil aber dennoch nach gemeinsamem Schluss der Rechtsgelehrten/ die Art und Eigenschaft solcher Erb-Lehn-Güter/ so zu Recht feuda hereditaria genannt werden/daritint schet/ daß sich der Lehnsholger/ wann er Erbe zugleich mit ist/ der Erbschaft nicht äussern/ und des Lehn allein unterfangen kan/ nicht aber das Weibes-Personen in dergleichen Lehn-Gütern/in denen Fällen/ da sie in den Lehn-Briefen ausdrücklichen nicht begriffen seyn/succediren solten) it.]*

### DEFINIT. II.

*Heredis vocabulum feudum facit hereditarium, etiam si filiorum simul mentio facta fuerit.*

4. *Ergo differentia inter feudum ex pacto & hereditarium in eo solum consistit, ut videlicet hoc filius ut heredibus, illud vero filii ut filii quæsumus esse intelligatur, Bartol. & Dd. in l. ult. jurisjurand. 7. §. si liberi. & ff. de oper. libert. & in l. quod dicitur. 86. ff. de V. O. & in l. Gallus. 29. §. quidam. recte 1. & §. 12. versi. Etiamsi parente: ff. de liber. & posth. Zaf. de feud. part. 8. n. 6. Hart. Pst. part. 2. quest. 3. n. 25. † Nec feudum ex pacto & providentiâ peculiarem feudi speciem constituit aut separatam rationem à proprio feudo habet, † sed potius pristinam suam naturam, omnibus rectis feudis contentaneam retinet, non quia de*

filii dictum in investitura, (nam & hereditarium. feudum filii duntaxat quæsum videtur) sed magis, 4 † quia filii simpliciter, & sine qualitate hereditaria concessum est: Contrà verò feudum hereditarium, 5 à propria feudi natura recedens, † duntaxat nititur dictione (*Heres*) in investitura usurpatâ, quæ ex regulis juris hanc habet efficaciam, ut rem acquisitam 6 pro se & heredibus hereditariam efficiat, † ita ut volens eandem consequi, jure hereditario succedat, l. bereditas. 62. ff. de Reg. jur. l. beres in omne. 37. ff. de acquir. beredit. Hartm. Pift. dict. quest. 3. n. 23. Consequens hisce est, † feudum concessum pro se & heredibus masculis, sive heredibus filiis, sùr sich und scilicet Lehnserben/oder männlichen Leibes-Lehnserben/pro hereditario reputandum esse, quippe quod non de filiis ut filiis & absque hereditaria qualitate vocatis, quod proprium est feudi ex pacto, sed de filiis tanquam heredibus in investitura dispositum fuit, 8 † quod unicum ad constituendum feudum hereditarium sufficit, quia scilicet propria feudi natura in hereditariam convertitur, quotiescumq; in investitura de heredibus dictum est, ut docet perspicue Camerar. in cap. 1. q. 1. n. 22. tit. An agnat. vel filius. Hartm. Pift. dict. quest. 3. ubi plurima probâ sententia adducit fundamenta, aliorumque opiniones refutat. 9 † Nec etiam dictio (Lehnserben) apposita vocabulo (Erben) quicquam derogat proprietati dictio (heredibus,) quò minus feudum qualitatem hereditariam induat, 10 † sed solum heredes feudales distinguunt à ceteris heredibus, qui feudi capaces non sunt, & vulgo Lands-Erben vocantur, ut notat Ludov. Fachl. in quodam consilio, relato ab Hart. Pift. dict. q. 3. n. 71.

Ita Domini in eadem causa ( Verba sent. Ob nun wohl gedacht eruer Better sùr sich/seine Männliche Leibes-Lehnserben und Söhne zuerst/ und von neuen damit beliehen werden/darwunderhero selbige Lehnsgäter pro feudi hereditarii und Erblehen gehalten werden/it.)

### DEFINIT. III.

*De jure communis filius repudiata patris hereditate, feudum retinere non potest.*

1 **N**emo forsitan facile dubitabit, quin filius repudiata patris hereditate, feudum hereditarium retinere non possit, sed aut utrumque retinere, aut repudiare debeat, † quia scilicet feudum hereditarium quoad successionem pro re hereditaria reputatur, absurdum autem est, partem hereditatis apprehendere, & partem ejusdem repudiare, l. quidam 20. C. de jar. delib. l. 1. l. 2. ff. de acquir. bered. Matth. Coler. part. 2. decif. 282. n. 1. Hart. Pift. part. 2. q. 2. num. 6. & seq. 3 Herm. Vult. de fide. lib. 1. cap. 9. n. 114. † At de feudo ex pacto & providentiâ disceptari solet, *An nempe* 4 *filius repudiata hereditate hoc retinere queat?* † Quod ut negem cum Matth. Coler. dict. decif. 282. & part. 2. decif. 79. n. 1. Hart. Pift. dict. quest. 2. & Matth. Berlich. part. 2. conclus. 56. n. 13. movet me textus juris feudalium † in cap. 1. *An agnat. vel filius.* ubi disertis verbis dispositum est, quod filii, si feudum à parente relictum consequi voluerint, simul etiam hereditatem paternam adire, atque ita utrumque vel retinere, vel repudiare debeant. † Atqui textum hunc de feudo ex pacto & providentiâ intelligendum esse, multis argumentis probat latissime Hart. Pift. dict. quest. 2. ubi aliorum etiam opiniones refert ac refellit. 7 Quo & faciunt verba b. Const. 47. in pr. ibi: Nach gemeinen Rechten/re. Nec ratio hujus obscura est: 8 † Quis etenim non animadvertisit, si filii patris hereditatem damnosam repudiarent, & feudum retinerent, injuriam admodum gravem & ignominiam patri defuncto inferri §. 1. & §. seq. Inst. quib. manum. 9 non licet. Coler. dict. decif. 282. num. 2. & seq. † Hanc ergo injuriam avertere, & contra honorem paren-

tum defendere obstricti sunt filii, quia esse suum à parentibus habent, eandemque quasi cum iis personam esse videntur l. in suis 14. ff. de suis & legit. l. ult. sub fin. C. de impar. & aliis subsistit. † Quin & filii ad feudum non nisi mediante persona patris pèrvenire possunt, † atque adeo ipsi hoc acceptum ferre, tantoque magis ad conservandam patris famam atque honorem hereditatem simul adire, ejusque debita persolvere tenentur, Hottom. disput. feudal. cap. 19. Hartm. Pift. dict. q. 2. n. 39.

Ita Domini in causa Doiminorum Comitum zu Hohenlohe contra die Herren Grafen von Gleichen/ Mensl. Jun. An. 1634.

Et in causa Georgii Christophori von der Golzen contra Elisabethen von Wachselin/ Uxorem VVolfgangi Rudigers von der Dora von Eüstrin/ Mensl. Nov. Anno 1635.

### DEFINIT. IV.

*In foro Saxonico extra Electoratum, Filius repudiata patris hereditate feudum retinere potest.*

**N**on magis in foro Saxonico, ac de jure communis feudali, filium repudiata patris hereditate feudum retinere posse, docet Hartm. Pistor. part. 2. quest. 2. n. 49. secutus Ludovicum Fachl. in consilio quodam, germanico idiomatico conscripto. † Eò quod 2 juris communis feudalnis dispositioni, de qua Defin. proced. in jure Saxonico nusquam derogatum reperiatur, † quidni ergo in foro etiam Saxonico cù adhuc standum esset, l. sancimus 27. C. de testam. l. precipimus. 32. C. de appellat. l. si servum. 91. §. Non dixis prætor. 5. ff. de acquir. beredit. † quam maxime juris communis correctio, quoad ejus fieri potest, sit evitanda, c. cum dilectus. 8. extr. de consuet. c. cum expediatis. 29. de etet. in oto. † Sed oppono Hartmanno Pistor. text. in art. 21. lib. 2. Landr. in verb. Hat auch ein Mann einen Sohn/der sein Lehnserbe ist / nach Lehnserrecht/er behält seines Vaters Gebäude gar auf seinem Lehn mit mehreren Rechten/ dann der sein Erbe ist nach Landr. xc. † Ecce hic filius patri in feudo succedit, qui tamen ejus heres non est, cui consequens, integrum relinqu filio, ut feudum repudiata hereditate consequi posit. † Scio equidem, Hartm. Pistor. ac post eum Math. Berlich. part. 2. concl. 56. n. 17. hunc textum restringere ad eum casum, quo filius vivente patre renunciavit hereditati paternæ, vel si aliqui hereditas ipsi delata non fuerit. † Sed ne verbulo hæc restrictio probatur in dict. art. 21. lib. 2. Landr. † Generalitate ergo textus standum erit in foro Saxonico, ita ut filius feudum, quoconque modo fuerit concessum, sive sibi, sive suis liberis, sive heredibus (& sic sive feudum fuerit ex pacto & providentiâ, sive hereditarium) spretâ & repudiata patris hereditate, posit retinere, secundum Gloss. ad text. germ. Landr. dict. art. 21. lib. 2. Matth. Coler. part. 1. decif. 79. Benedict. Reinhard. part. 3. differ. 7.

Ita Domini in causa Victoris & Benedicti der Benzschmiedner zu Lübeck/ Meos. Nov. An. 1599. ( Verba sent. Daß vermöge allgemeiner Landüblicher Sachsischen Rechte/ den Söhnen sich ihres Väterlichen Erbes zu äussern/ und der Altväterlichen Statuum-Lehn-Güter anzumessen unbenommen/ ic. ]

### DEFINIT. V.

*In ditionibus Electoratus Saxonici, filius feudum retinere aliter nequit, nisi & beres patris esse velit in rebus allodialibus.*

**M**inus ergo, dixeris, jus Saxonicum favet parentibus ære obrutis, nec ita filios obstringit, ut vel ex sola reverentia, progenitoribus suis debita, hereditatem paternam eos adire, ac debita hereditaria solvere velit ac jubeat, secus ac de jure communis feudali piè & sapienter dispositum, cap. 1. *An agnat. vel filius.* Supr. Defin. 3. † ita certè est, Hocque ad vertens Illustrissimus Saxonice Elector D. Augustus, rejecta hæc juris Saxonici interpretatione, in ditio-

- 3 nibus sui Electoratus, † vel secundum jus commune  
 4 pronunciari, vel jura Saxonica † cum Hartm. Pistor.  
 part. 2. q. 2. num. 51. ita interpretari jubet, ut filio,  
 feudum patinenti, hereditatem paternam repudiare  
 haud licet, bāc Constit. 47. §. Wir lassen uns diese  
 letzte Meinung gefallen/nemlich daß in unsern Landen  
 der Sohn zugleich des Vaters Erbe seyn soll / wenn er  
 im Lehn ihm folgen will / oder müsse sich beydes zugleich  
 verzeihen/ic. † Quod & postea repetitum in Ordin.  
 Torgens. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mit-  
 belehnten/ic. §. da aber ein Vater vers. und derowegen  
 nach dem klaren Buchstaben/ic. Matth. Coler. part. 2.  
 decif. 282. n. 5.

Ita Domini in causa Valentini Pierers zu Arleben / Mens.  
 Nov. Anno 1621. (Verba sent. Wann gleich Martin Neuser  
 viel Schulden hinter sich gelassen / also daß dieselbe aus sei-  
 nen Erbgütern nicht wohl anständig bezahlet werden mögen/  
 ic. So seyn doch seine Söhne/wofern sie in Lehngütern suc-  
 cediren wollen / sich der Erbschaft zu entschlagen und zu äussern  
 nicht befugt/ic.)

## DEFINIT. VI.

Filius vitam si bereditatem adiens inventarium con-  
 fecerit, nibilominus tamen ultra vires heredita-  
 tis ex feudo debita paterna solve-  
 re tenetur.

- 1 At nonne filius beneficio saltem inventarii sibi con-  
 sulere paterit, quò minus feudum gravare, ac de-  
 bita paterna ultra vires hereditatis ex feudo solvere  
 teneatur? † Nam hoc inventarii beneficium alias  
 praestat, ut heres ultra vires hereditatis non teneatur,  
 eique conserventur omnia jura & actiones, perinde,  
 ac si hereditatem non adivisset, secundum Gloss. &  
 Dd. in l. ult. §. in computatione y. C. de jure deliber.  
 Matth. de Afflīt. in cap. 1. §. hoc quoque. num. 74. de  
 succēs. feud. Zaf. de feud. p. 8. num. 10. vers. quinto li-  
 mit. Arius Pinell. in l. 1. part. 3. num. 93. C. de bon. ma-  
 tern. † Sed hic quidem effectus attribuitur alias  
 inventario, propterea ne heredes de propriis bonis  
 pro defuncto teneantur, quod iniquum esset, l. 1. 10.  
 tit. C. ne filius pro patr. † Hoc verò in casu ratio il-  
 la cessat; quamvis enim alia bona hereditaria non  
 sufficiant, adhuc tamen feudum extat, † quod filii  
 non nisi patris personā mediante consequuntur, c. 1.  
 §. scapitanei de feud. March. Bald. & Dd. in c. 1. An  
 agnat. vel filius. Quidni ergo de hisce patris debi-  
 ta exsolvenda essent, haud obstante inventarii con-  
 festione? † Ac certè si aliter diceretur, omni penè  
 effectu careret dispositio c. 1. An agnat. vel fil. qua  
 hereditatem damnosam præsupponit, eamque filium  
 in feudo succendentem adire jubet, hanc ob causam,  
 ut ex feudo debitum persolvat, Supr. Defin. 3. Hart.  
 Pistor. part. 2. quæst. 2. num. 45: † Quod & disertis  
 verbis lanicum b. Constit. 47. §. Wir lassen uns. vers.  
 Wollen auch/dass alle andere distinction de confessione  
 inventarii diffalls zu übergehen seyn/ic. Quorum  
 8 verborum sensus ac intellectus hic est, † ut filius ul-  
 tra hereditatem obligetur, sive inventario conser-  
 pto, sive non hereditatem adiverit, prout ipsem  
 9 Constituens Illustrissimus ea sic explicat † in Ordin.  
 Torgens. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mit-  
 belehnten / ic. §. Da aber ein Vater/ vers. wann auch  
 gleich der Vater sonst gar keine Erbgüter nach sich ges-  
 lässen/oder auch die Söhne ein Inventarium gemacht  
 hätten/ic.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sonnen se-  
 ynn die Väterlichen Schulden/wann gleich die Erbschaft nicht  
 zureichen/sie auch beneficio Inventarii sich derselben ammassen  
 würden/von den Früchten und Abnuuzungen des Lehnguts zu  
 bezahlen schuldig/ ic.)

Et in causa Georgii Christophori von der Gelsen contra  
 Elisabethen von Wechatalin/Uxoris VVolfgangi Rudigers von  
 der Bora zu Eustein/Mens. Nov. Anno 1635.

Carpz. Definit. Vol. I.

## DEFINIT. VII.

Non prestat filius onera hereditaria ex feudo paterno,  
 si non nisi in legitimā institutus, aliave ex cau-  
 sa ipsi hereditas delata non fuerit.

**N**on semper tamen filius ad onera hereditaria  
 præstanta, ac debita patris ex feudo solvenda  
 obstrictus est, etiamsi in feudo successorit: † Quid  
 enim si pater filium in re certā tantum instituerit, vel  
 ei saltem legitimam titulo institutionis reliquerit,  
 alium extraneum heredem universalem instituendo;  
 † aut si aliā ex causā hereditas paterna filio delata  
 non fuerit, sed ad alium devenerit? Quod certè mul-  
 tis modis fieri poterit, † putā, si pater filium in testa-  
 mento præterierit, filiusq; præteritioni acquieverit;  
 l. filio præterito. 17. ff. de injust. rupt. & irrit. fatt. re-  
 stam. † aut si filium exheredaverit, vel quando fi-  
 lius vivente patre juramento renunciaverit heredi-  
 tati paternā. Hisce in casibus omnibus filius ad feu-  
 dum pervenire poterit, † licet patri heres non exti-  
 terit, † neque tum filius debita paterna de feudo ex-  
 solvere obstrictus est, Hartm. Pistor. part. 2. q. 2. n. 41.  
 Zaf. de feud. part. 8. num. 9. Schenck. à Baro Tauten-  
 bergk. ad cap. 1. n. 6. An agnat. vel filii. Matth. Ber-  
 lisch. part. 2. concl. 56. n. 26. & seqq. Sonsb. de feud.  
 part. 6. n. 107. † Celsat enim ratio prohibitionis, vi-  
 delicet ne patri injuria à filio inferatur Supr. Defin.  
 3. quia hisce in casibus filius nullam patri infert inju-  
 riā, nec filii, sed potius patris culpā accidit, quod  
 hereditas à filio non apprehendatur, debitaque he-  
 reditaria solvantur; † Ergo & sibi meritò hoc impū-  
 tare debet, l. quod quis. 203. ff. de Reg. jur. c. damnum.  
 86. de reg. jur. in vico.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre dann  
 daß der Vater bemeldten Söhnen allein die gebührende Legi-  
 timam verlassen/seine ganze Erbschaft aber einem andern Testa-  
 menteweise zugewandt/ic. Auf solchen Fall möchten die  
 Söhne aus dem Lehngute die Väterlichen Schulden zu bezah-  
 len nicht angehalten werden/B. R. B.)

## DEFINIT. VIII.

Filius repudiata patris hereditate, feudum retine-  
 re potest, si hoc filii intuitu patri, vel unā cum  
 patre filio in specie concessum fuerit.

**S**unt porrò & alii casus, ubi filio repudiata et-  
 iam patris hereditate, in feudo succedere permis-  
 sum est, quos studio congesit Matth. Berlisch. part.  
 2. concl. 56. n. 26. & seqq. † inter quos ille bene est  
 notandus, si patri intuitu filii, vel unā cum patre fi-  
 lio, nomine ejus in specie expresso, feudum conces-  
 sum fuerit: † Nam tum illi non utheredi feudi suc-  
 cessio competit; † Quidni ergo, repudiata etiā pa-  
 tris hereditate ad feendum admittendus esset? Præpos.  
 ad c. 1. n. 6. An agnatus vel filius defuncti, &c. † Quod  
 eo minus dubium habet in ditionibus Electoratus Sa-  
 xonicæ, ubi & hisce in casibus feudo alienato filio  
 actio revocatoria competit ex novā Constit. que pa-  
 blicè promulgata band est, sub tit. Ob der Sohn die  
 neuen Lehn/so sein Vater erlanget / und wieder verän-  
 dert/befugt sey zu revociren un̄ zu hinterziehen/ic. §. also  
 auch/vers. Es wäre denn solches neues Lehn/ic. † Sed illud  
 non concesserim Zaf. de feud. part. 8. n. 11. alii 3, allega-  
 tis ab Hart. Pistor. part. 2. quæst. 2. n. 42. filium nempe, si  
 pater nihil in bonis reliquerit, ita feendum appre-  
 hender posse, ne ejus nomine quicquam præstare cog-  
 tur, † quos propteræ recte refutat Hart. Pistor. dict. loc. 7

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Es wäre denn/  
 daß der Vater bemeldten Söhnen allein die gebührende Legi-  
 timam verlassen/seine ganze Erbschaft aber einem andern Testa-  
 menteweise zugewandt/Oder aber das Lehn nicht allein dem Va-  
 ter/ sondern auch den Söhnen in specie und benamentlichen/  
 oder doch contemplatione filiorum von dem Lehnherren verlieh  
 worden/auff solchen Fall möchten die Söhne aus dem Lehngute  
 die Väterlichen Schulden zu bezahlen nicht angehalten werden/  
 B. R. B.)

## DEFINIT. IX.

*Agnati collaterales in foro Saxonico, tamen in feudo hereditario, quam ex pacto & providentia succedunt, repudiata licet hereditate.*

1. Illud expeditum est, quod Agnati feudum ex pacto & providentia consequantur, etiam si heredes defuncti Vasalli non sint, eamque repudiaverint per text. in cap. 1. *An agnat. vel fil. Matth. Coler. part. 2. decis. 282. n. 9.* † Sed feodium hereditarium sine hereditate retinere non possunt, quia de jure communio ex sententiâ Interpp. Agnatus in feudo hereditario succedens cogitur esse heres universalis, feodium que non nisi iure hereditario obtinet, ut post multos Dd. quos allegat, tradit Hart. *Pist. part. 2. q. 2. n. 3. & seqq.* † Attamen in foro Saxonico etiam in feudo hereditario agnati ad successionem admittuntur, licet hereditatem defuncti Vasalli repudiaverint ac debita hereditaria solvere nolint, † ut ita indifferenter feodium tamen hereditarium, quam ex pacto deferatur Agnatis in foro Saxonico, repudiata licet hereditate: † Scilicet quia Agnatis in feudis etiam hereditariis jus succendi de jure Saxonice ex solo jure simultaneæ investituræ, & sic facto ipsorum proprio, non jure hereditario vel sanguinis acquiritur, † quod nullo alterius facto eis auferri potest, *Supr. Const. 45. Defin. 15. Hart. Pist. part. 2. quest. 20. n. 11.* Consequitur hinc ergo, eos invitatos cogi haud posse, † ut hereditatem defuncti Vasalli adeant, si

feodium retinere velint, quia illud suo jure & facto, ex vi scilicet simultaneæ investituræ consequatur. † Quod & in terris Electoratus Saxonici expressè sancitum Ordin. Torgens de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten / ic. §. Es sollen auch tezo angezeigter Ursachen halber die Mitbelehnten/ da gleich in der Belehnung der Erben gebaute/ieblich dahero nicht schuldig seyn/desjenigen/ durch welches Wörden die Lehnsholge an sie kommen/ Land-Erben zu seyn/und also der tit: *An agnatus vel filius*, nach den Worten desselben ohue Unterscheid / ob es feodium ex pacto oder hereditarium sey/ verstanden werden/ic. † Unde liquet, in successione agnatorum de jure Saxonico nullam attendi differentiam feudi hereditarii & ex pacto & providentia, ut probet monet Elector. Saxon. Illustrissimus in dict. cit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ ic. §. Dieweil denn in solchem Zweifel/ic. *Vid. Supr. Const. 46. Defin. 3.*

Ita Domini in causa Heinrici à Mörsborff/Mens. Jun. Anno 1634. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch auf Sächsis. Boden die Vettern auch in feudis hereditariis einig und allein Kraft der erlangten Mitbelehnten/ und also nicht jure hereditario sondern ex pacto proprio succediren/dahero nach Sachsen Recht inter feuda hereditaria & ex pacto ac providentia, diffinis schlechter Unterscheid gehalten wird /ic. So möget ihr auch der verstorbenen Erbschaft euch anzumassen/ oder die verhandene Erbschulden aus den Lehnshöfen zu zahlen nicht angehalten werden/ B.R.W.)

## CONSTITUTIO XLVIII.

## PARTIS SECUNDÆ.

Wann und wie die Vettern oder Mitbelehnten die veränderten Lehn revocieren/ und wieder erlangen können?

**S**Die Vettern und Agnaten die gesammte Hand in einem neuen Lehn erlanget/ so hätten sie dasselbe zu revociren Fug und Macht/ Wenn aber/ und zu welcher Zeit die revocation geschehen soll/ hierinne ist dieser Unterscheid zu halten/wo illicitè und also ohne des Lehnherren Consens die Alienation geschehen/ so wird der Agnat oder gesammte Belehnnte/ alsbald noch bey Leben des Alienatorum zugelassen.

Da aber die Alienation mit des Lehn-Herrn Consens geschehen/ so muß er so lange warten/ bis daß der Alienator und seine Söhne verstorben/ als dann wo er nicht Erbe ist/ kan er es ohne Erstattung des Kaufgeldes fordern/ da er aber auch bey Leben des Verkäufers/ das Kaufgeld dem Käufer offerirte/ und erlegen will/ so wird er auch zugelassen/ Dieweil dann unsere Verordnete dessen also einig/ so lassen wir es auch dabei bleiben/ und sie werden also zu sprechen und zu erkennen wissen.

## DEFINITIONES.

1. In foro Saxonico Agnati simultaneæ investiti non minus hereditarium feodium, quam ex pacto alienatum revocare possunt.
2. Non valet dispositio Vasalli testamentaria de feudo in prejudicium simultaneæ investitorum.
3. Agnatus simultaneæ investitus heres licet alienatoris existens, feodium tamen alienatum revocare potest.
4. Pluribus agnatis simultaneæ investitis in eodem gradu existentibus, uni eorum in reliquo præjudicium feodium alienari nequit.

Agnati vel simultaneæ investiti feodium alienatum quando & quomodo revocare possint?

**B**Atruis & Agnatis feodium novum alienatum, si de eo simultaneæ investiti sint, revocare permisum est.

Quantum ad tempus vero revocationis, vendendum illicitè, hoc est, sine consensu Domini, an vero licite, feodium alienatum sit. Primo namque casu, etiam vivo alienatore, ut revocet, agnato vel simultaneæ investito permisum est.

Posteriori vero casu, post defunctum demum alienatorem ejusque filios ad revocationem, etiam sine restituzione pretii, si heres alienatoris non sit, admittitur. Quod si pretium emptori solvere paratum se ostendat, tum vivo quoque alienatore revocare ei licet.

Quam sententiam deputatorum nostrorum cum & ipsi probemus, illorum officii erit, ut eam in judicando & respondendo deinceps observent.

5. Quo tamen casu, Agnatis non nisi prorata ipsorum portione jus revocandi competit.
6. Agnatus ob solam presentiam & taciturnitatem & feudi revocatione non excluditur, nisi & expressè in alienationem consenserit.
7. Tutoribus Agnatorum minorum una cum quatuor simultaneæ investitis in feudi alienationem consentientibus, subficit alienatio à minoribus in majorenri ratificata, licet alio consanguinei non adfuerint.

8. Non competit jus revocandi feudum agnatis, qui nondum praefito homagio realiter simultaneam investituram apprehenderunt.
9. In ditionibus Electoratus Saxonici filii feudum à patre alienatum, sive novum sit, sive paternum, revocare non possunt.
10. Revocare tamen possunt filii feudum à patre alienatum, quod una cum patre ipsis quoque in specie, vel patri contemplatione filiorum fuit concessum.
11. Extra Saxonia Electoratum filii, qui non sunt patris heredes, feudum ab ipso alienatum bene revocare possunt.
12. In provinciis Electoratus Saxonici non competit filii revocatio feudi à patre alienati, in ipsorum licet minorenitate.
13. Agnati jus revocationis in feudo, non nisi defuncto alienatore, mortuisque ejusdem liberis, exercere valent.
14. Feudum tamen absque consensu Domini alienatum, etiam vivente adhuc alienatore, revocare queunt Agnati.
15. Feudum sine consensu suo alienatum, refuso pretio redimere potest Agnatus, vivo adhuc alienato.

## DEFINIT. I.

*In foro Saxonico, Agnati simultaneè investiti non minus hereditarium feendum, quam ex pacto alienatum revocare possunt.*

1. Quatenus & quando de jure communi feudali Agnati feendum sine eorum contentu alienatum revocare queant, valde perplexum & controversum est, † in tantum, ut Carol. Molin. pro magnitudine licet ingenii & judicij extricandis labyrinthis assuetus teste Dan. Moll. b. n. 14. in additione tamen ad Alex. consil. 30. n. 11. lib. 1. fateatur, se in isto punto, quantò plura legat, tantò minus discernere posse, quæ sit crebrior opinio. † Adeò scilicet Doctores Doctoribus, imo eosdem sibi ipsi contradicere, ac varias distinctiones fingere, iisque non parum rem ipsam intricare atque confundere, ut videre est ex traditis Hartm. Pistor. part. 2. quest. 4. & seqq. quest. 14. & Matth. Berlich. part. 2. concl. 57. Attamen in foro Saxonico res adeo difficultis non est: † Etonim cum Saxonum jure inter Agnatos jus succedendi sit sublatum & omnis successio à simultanea investitura dependeat, atque propterea agnati, quia singuli semetipos investiri curant, vivente possessore, proprio ipsorum facto jus quantum in feudo habent, Supr. Const. 45. Defin. 13. 15. 16. Hartm. Pistor. part. 2. q. 20. & 21. in aperto est, † Vasallum possessionem eis per alienationem nullo modo præjudicare posse, quod minus defuncto alienatore feendum alienatum, qualecunque etiam illud fuerit, sive hereditarium, sive ex pacto & providentiâ, novum vel antiquum, vi simultanea investitura semel impetrata revocare queant, Supr. Const. 45. Defin. 16. Hartm. Pistor. dict. quest. 20. n. 11. 12. 25. & 26. Lehar, cap. 8. in pr. ubi Gloss. latin. lit. A. & seq. Modest. Pistor. consil. 40. n. 4. s. Joh. Köpp. decis. 54. n. 41. Jacob. Thoming. decis. 23. n. 6. † Quod & in provinciis Electoratus Saxonici clarioribus verbis decisum & sanctum est Ordin. Torgens. de Anno 1583. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnnten/ubi facultas revocandi datur Agnatis simultaneè investitis indifferenter, sive feendum sit ex pacto & providentiâ, sive hereditarium, s. So setzen/ordnen und wollen wir. verf. Und also ohne Unterscheid, sive antiquum sive novum; † Nam & feendum novum alienatum Agnati simultaneè investiti revocare non prohibentur, b. Const. 48. in pr. dict. tir. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnnten/ scilicet. Und dieses alles soll nicht allein statt haben/ scilicet. Hartm. Pistor. part. 2. q. 4. n. 92.

Ita Domini in causa Heinrici à Kospolt, Mens. Mayo Anno 1632. (Verba sent. Da nun eure Brüder und Vetter/ welche die gesammte Hand an solchem Gute erlanget/ in den Rauff willigen würden/ scilicet. So wäre euch bemeldetes Lehngut mit Consens des Lehnherrns zu verkaufen unbenommen; außn Fall sie aber damit nicht zufrieden seyn wolten/ und ihr doch solches Gut veräußern würdet/ wären sie dasselbe/ es sey gleich ein als Väterliches oder neues Erblehn/ oder schlecht Lehngut/gebührlichen zu revociren wohl befugt/V. R. W.)

## DEFINIT. II.

*Non valet dispositio Vasalli testamentaria de feudo in præjudicium simultaneè investitorum.*

R Evocare possunt agnati simultaneè investiti feendum non solum per emptionem-venditionem, alienatum, † sed & per aliam quamcunque alienationem, puta testamentariam, pignoris obligacionem, dotationem in solutum in aliud translatum, cap. 1. §. ult. in fin. de controv. int. dom. & emp. feud. c. Imp. de probib. feudi alienat. per. Frider. † Quascunque enim fuerit alienatio, defuncto Vasallo, agnatis proprio jure & vi simultanea investitura succedentibus, minimè præjudicare potest, sed in potestate eorum est, istud, quo gravatos se esse sentiunt, pro lubitu retractare, c. 1. s. è contrario. de invest. de re alienat. † Quò & faciunt verba genera- lia in Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnnten/ scilicet. S. So viel erlich die Agnaten vers. Dass der Besitzer eines Lehn-Gutes weder mit verkauffen/noch sonstem nichts beständiges fürnehmen könnte / dass seinen Schwerdtmägen und Mitbelehnnten/ so die Anwartung an solchem Gut haben/ an ihnen einmahl erlangten Rechten/zu Nachtheil gereichen möge/ scilicet. Hartm. Pistor. part. 2. q. 6. n. 45. † Ideoque nec dispositio Vasalli testamentaria de feudo valet in præjudicium simultaneè investitorum, c. 1. in pr. de success. feud. † quia prohibitâ alienatione, nec dispositio testamentaria permissa videtur, Dd. in l. si quis prioris. 8. S. certum. 2. C. de secund. nupt. Marc. Anton. Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 46. † Èademque de causâ nec pignus vel hypo. theca in feudo absque consensu agnatorum constituta in ipsorum incommodum concedere potest, Hartm. Pistor. dict. q. 6. n. 45. † quia nomine aliena- tionis, hypotheca quoque & pignoris nexus comprehenditur, l. ult. C. de reb. alien. non alienand.

Ita Domini in causa Anna Dorothea & Margaretha Sororum à Polentz, Mens. Mart. Anno 1604. [Verba sentent. Dico weil aber dennoch ein Lehnmann in seinem Testamente und legten willen von seinen Lehnsgütern ohne des Lehnherrns und des nächsten Lehnsfolger Bewilligung keine Verordnung machen/ noch davon einem andern etwas legieren oder bescheiden kan/ scilicet. So mag auch solche Verordnung der Mitbelehnten zu Schaden und Nachtheil nicht gereichen/ V. R. W.)

Et in causa Hansen Christoffs von Berstein/Mens. Jul. Anno 1634.

## DEFINIT. III.

*Agnatus simultaneè investitus, beres licet alienatoris existens, feendum tamen alienatum revocare potest.*

S I agnatus simultaneè investitus Vasallo alienato- ri heres extiterit, tum ipsi jus revocandi feendum non competere plerique Interpp. existimant, quoni- am regulariter † heres contra factum defuncti venire non potest, l. cum à matre. 12. Cod. de R. Vindic. l. fi ab eo. C. de negot. gest. l. si patri suo. 24. C. de donat. l. Aaa aa 3

- successores.** 10. de solut. l. si uxor. 7. C. de bon. autor. ju-  
3 dic. possid. † Sed neutiquam probat hæc ratio præ-  
dictam assertionem, quoniam solummodo locum ha-  
bet in iis, quæ jure hereditario deferuntur heredi.  
4 † Alioquin sane is factum defuncti impugnare haud  
prohibetur, quotiescumque scilicet non aliquo he-  
reditario, sed legis dispositione aut proprio jure ni-  
titur, ut docent Dd. Bart. Bald. per l. 2. si quid in fraud.  
patr. in l. Titus 87. §. Imperator 3. ff. de legat. 2. Hart.  
5 Pist. part. 2. qu. 9. n. 41. Et 46. † Atqui expeditum  
est, solà vi simultaneæ investituræ & sic proprio jure  
Agnatos ad successionem feudi admitti, Supr. Con-  
stit. 45. Defin. 13. 15. 16. Hartm. Pistor. part. 2. qu. 20.  
6 Et 21. † Ergo nec revocationis jus ipsiſ denegandum  
erit, etiam si heredes alienatoris Vasalli extiterint.  
7 † Quod & disertis verbis sancitum in Ord. Torgens.  
de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mit-  
belehnnten. §. Es sollen auch ideo angezeigter Ursachen  
halber. vers. Ja wenn sie gleich aus gutem Willen Er-  
8 ben worden wären / ic. † Quo ipso derogatur huic  
Constit. 48. Da aber die alienation. vers. Wo er nicht  
Erbe ist / ic. nec non Constit. 49. seq. §. Nach Abster-  
ben. vers. Wann er des Alienatoris Erbe nicht worden/  
ic. ut ita hoc in puncto ulteriore legi vim non ha-  
9 beant, Matth. Berlich. part. 2. concl. 61. n. 19. † Quin  
etsi Agnati, etiam non confecto inventario heredes  
alienatoris existant, nihilominus tamen feudum ali-  
enatum revocandi potestatem habent, Ord. Torgens.  
10 dicit. loc. §. Dieweil aber dennoch die ienigen, † Atta-  
men hoc casu ex hereditate, quatenus vires ejus per-  
petuantur, ad omnia defuncti onera præstanta debi-  
taque persolvenda tenentur, dicit. tit. Welcher gestalt  
die Agnaten und Mitbelehnnten. §. Dieweil aber den-  
noch vers. Jedoch sind die Mitbelehnten auf solchen  
Fall / ic. Matth. Berl. part. 2. concl. 58. n. 6.

Ita Domini in causa Melchior Lebens zu Riedeck / Mens-  
Mart. Anno 1629. ( Verba sent. Habt ihr an Martin Vol-  
rads Lehngut die gesammte Hand erlanget / und es hat kurz vor  
seinem Absterben gedachter Vortrad solches Gut ohne euren  
Consens und Einwilligung veräußert. Wann ihr nun gleich  
des verstorbenen Vortrads Erbschaft euch angemessen hättest/  
und sein Erbe werden waret / ic. So hättest ihr euch doch des  
juris revocationis hierdurch nicht begeben / sondern waret be-  
ruhrtes Lehngut nochmals gebührlichen zu revociren wohl be-  
fugt / ic.)

#### DEFINIT. IV.

*Pluribus agnatis simultaneæ investituræ in eodem gradu  
existentibus, uni eorum in reliquorum præjudi-  
cium feudum alienari nequit.*

- 1 **V**asallus non solum Agnato remotiori in præju-  
dicium proximiorum feudum alienare prohibe-  
tur; sed nec pluribus Agnatis simultaneæ investitis  
2 in eodem gradu proximiori existentibus, † unum ex  
illis eligere potest, in quem feudum transferat, quod  
minus reliqui id revocare queant, cap. 1. §. si quis igi-  
tur de success. feud. Hart. Pistor. part. 2. quast. 6. n. 30.  
3 † Nec enim valet alienatio in præjudicium eorum,  
qui ex simultaneæ investituræ jus acquisitum habent  
4 c. 1. de alien. feud. pater. † Sed horum omnium con-  
sensus ad alienationem requiritur, qui ejusdem sunt  
gradus, & ad quos æqualis spes reversionis spectat,  
arg. l. 1. §. generaliter. 1. ff. de leg. præst. l. præses. 3. ff.  
5 de offic. prefid. † Nam quod omnes tangit, ab omni-  
bus approbari debet, c. quod omnes. 29. de Reg. jur. in  
6 Sto. l. in concedendo. 8. ff. de aqua & aqu. pluv. arc. l.  
per fundum. 11. ff. de S. R.P. Jacob. Thoming. decis. 43.  
Zaf. de feud. part. 9. n. 25. Herm. Vult. de feud. lib. 1.  
6. n. n. 97. Joh. Köpp. decis. 54. n. 60.

Ita Domini in causa Karl Albrechts und Günther Bosens  
hinterlassener Lehns-Erben / Mens. Mart. Anno 1601. ( Verba  
sent. Ob nun wohl mehrgedachter Hans Böse bemeldet Lehngut  
que seinem Vetter Liborio Bosen mit Einwilligung des Lehns-

herrns vor und um 1000. fl. verkauft; dieweil aber dennoch  
ihr so wohl/als Käuffer/die gesammte Hand am Lehngute ge-  
habt/und gleich so nahe als er zu solchem Lehn seyd / ic. So hac  
berührter Kauff ohne eure Einwilligung nicht geschehen können/  
und ist demanach derselbe euch an euren Rechten unschädlich / ic.)

#### DEFINIT. V.

*Quo tamen casu Agnatis non nisi pro ratâ iporum  
portione jus revocandi competit.*

**Q**uemadmodum uni Agnato ex simultaneæ inve-  
stituræ, in toto feudo jus est quælitum, quod ipsi  
invito & nolenti auferri nequit; † ita & pluribus in  
pari gradu existentibus simultaneæ investitis, cuilibet  
eorum non nisi pro ratâ suæ portionis jus acqui-  
ritur, cap. 1. in pr. de success. feud. cap. 1. §. Et quia vi-  
dimus, qui feud. dar. poss. Camerar. in c. Imperiale  
in pr. pag. 180. de probib. Feud. alien. per Frider. † Sic-  
uti ergo illi facta feudi alienatione, actio revocato-  
ria ad totum feudum competit, ita & hoc in casu, feu-  
do in unum translato, † reliquis in pari gradu exi-  
istentibus, non nisi pro ratâ ipiorum portione, jus re-  
vocandi competere, eadem juris ratio exigit l. id quod  
nostrum. 11. ff. de Reg. jur. l. fin. ff. de patz. Hart. Pist.  
part. 2. quest. 6. n. 30. Matth. Berlich. part. 2. concl. 57.  
n. 44. † Nam quod juris est in toto quoad totum, idem  
etiam juris est de parte quoad partem, l. que de tota.  
76. in pr. ubi Glott. & Bartol. ff. de R. V. l. juris genti-  
um. 7. §. adeo. 6. ubi. Jason. ff. de patz. Hart. Pist. dict. q.  
6. num. 33.

Ita Domini in eadem causa. ( Verba sent. Derowegen euch  
pro ratâ und für euren Anteil bemeldetes Lehngut zu revociren  
unbenommen / B. R. W.)

#### DEFINIT. VI.

*Agnatus ob solam presentiam & taciturnitatem à  
feudi revocatione non excluditur, nisi & expresse  
in alienationem consenserit.*

**A**gnatos propter consensum, quem alienationi  
adhibuerunt, à revocandi jure excludi certissi-  
mum est, c. Titius. vers. quod si consentit. si de feudo  
defunct. cont. cap. 1. vers. nisi consenserintibus. de alie-  
nat. feud. patern. Hart. Pist. part. 2. quest. 6. n. 71. Joh.  
Köpp. decis. 54. n. 76. usque adeo, † ut, si proximio-  
res agnati alienationi contenierint, remotiores non  
admittantur, quamdui proximiiores, qui consense-  
runt, adhuc in vivis existunt, Hart. Pist. dict. quest. 6.  
n. 58. † Attamen, ut quis consensisse videatur, non  
sufficit, cum præsentem fuisse alienationi & tacuisse,  
sed requiritur verbis aut facto expressa declaratio,  
quippe † quod præsens & tacens cogitare potuerit.,  
jus suum temper sibi durare, l. sicut. 8. §. non videatur.  
15. ff. quib. mod. pign. vel hypotb. solv. Pist. part. 2. q. 7.  
n. 1. Schneidew. ac feud. c. 7. n. 88. Schrad. de feud.  
part. 8. c. 5. n. 5. † Nisi forsitan Agnatus proximior  
præsens fraudulenter & dolosè tacuerit, alienatio-  
nemque fieri passus fuerit, l. si sine. 5. C. ad SCium.  
Vellojan. l. 2. C. si aliena res pign. dat. sit. † Vel nisi  
Agnatus per præsentiam aliquid fecisset, quod con-  
sensum pre se ferret, putà quia emptori persuasisset,  
ut emeret, l. si quis affirmaverit. 9. ff. de dolo malo. † vel  
evictionem le prætiturum spo pondisset, l. excus-  
tione. 11. C. de evict. junct. l. vindicantem. 17. ff. cod.  
sit. † vel etiam scriptisset aut subscriptisset instrumen-  
tum venditionis l. fidejuss. 26. §. 1. ff. de pign. Hartai.  
Pist. dict. q. 6. n. 5. Köpp. dict. decis. 54. n. 70. Schrad.  
dict. c. 5. n. 8.

Ita Domini in causa Gregorii ab Heinitz zu Ealbzig / Mens-  
Mart. Anno 1634. ( Verba sent. Dieweil aber dennoch die  
Mitbelehnnten in den geschlossenen Kauff-Contract mit aus-  
drücklichen Worten nicht gewilligt / welches gleichwohl die  
Rechte in alle Wege erfordern und haben wollen / ic. So seyd  
ihr erwähnter eurer Mitbelehnnten ausdrücklichen Consens und  
Einwilligung nochmals zu Wege zu bringen / und eurem Ab-  
käufer einzuhaltworten schuldig / B. R. W.)

De.

## DEFINIT. VII.

*Tutoribus agnatorum minorum una cum quatuor simultaneè investitis in alienationem feudi consentientibus, subsistit alienatio à minoribus in maiorenitate ratiñata, licet alii consanguinei non adfuerint.*

- 1 **S**ubsistit ergo alienatio feudi, consentientibus Agnatis simultaneè investitis, in tantum, ut non solum ipsimet Agnati propter consensum datum, sed & eorundem liberi, ne potes, omnesque posteri perpetuò à revocatione feudi excludantur, Ordin. Torg. Anno 1583. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ ic. §. Sezen/ ordnen und wollen demnach/ ic. vers. mit consensu des Lehnherren und Bewilligung aller Mitbelehnten/ so dann als am Lehen/ verkaufft/ verpfändet/ oder sonstigen davon etwas verändert wird/ so soll solches für kräftig und beständig geachtet werden/
- 2 ic. Hartm. Pift. part. 2. quest. 7. n. 42. & seqq. † Modò omnes qui simultaneam investituram, & ipsum succedendi in feudo habent, etiamsi in diversis & remotioribus gradibus inter se distent, consenserint, dict. §. Sezen/ ordnen und wollen demnach/ ic. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 58. n. 12. & 14. † Quid autem, si aliqui ex simultaneè investitis, quorum consensus requiriatur, sint minorennes? Sane, licet quis existimaverit, per tutoris consensum hunc suppleri defensum, euctum tamen est, † tutorem jus revocandi feudum, quod minori competit, consensu suo remittere non posse, ut multis probat Hart. Pift. observat. 62. ideoque ne alienatio feudi ea de causa impeditatur, placuit Illustrissimo Saxoniæ Electori, firmam ac validam haberi alienationem, † si duo Agnati majorennes, in gradu proximi constituti, una cum tutoribus & curatoribus minorum agnatorum, in remotiori gradu constitutorum, consenserint dict. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ ic. §. Dāmit nun solcher Unmündigen halber/ ic. † Aut minoribus in æquali & pari gradu cum majorenibus agnatis existentibus, si præter consensum quatuor agnatorum majorum, nec non tutorum & curatorum, adhuc alii duo minorum proximi Agnati vel consanguinei, qui tamē simultaneè investiti non sunt, alienationem approbaverint, in eamque consenserint, dict. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ ic. §. Da aber auch die Unmündigen/ ic. † modo tamē utroque in casu consensus quoque Domini feudaloris, & decretum judicis, alias etiam in alienatione rerum minorum necessarium, accesserit, dict. §. Da aber auch die Unmündigen/ in fin. vers. Je doch das nicht etwa/ ic. † Prout hæc omnia distincte explicat Matth. Berlich. dict. conclus. 58. n. 19. & seqq.
- 3 † Planè, licet in easu, quod minores una cum majorenibus Agnatis in pari gradu existunt, aliorum Agnatorum vel consanguineorum haud simultaneè investitorum consensus, quem alias requirit dict. Ordin. Torg. §. Da aber auch die Unmündigen/ ic. non accesserit, † subsistit tamen alienatio, si minor, postquam majoren sis factus est, ultra quinquerium tacuerit propter text. in l. fin. C. si major. factus.
- 4 † Quæ licet de bonis allodialibus loquatur, ejus tamen legis dispositionem, etiam ad feudalium bonorum alienationem extendendam, putaturat Domini, teste Hartm. Pistor. dict. observat. 62. n. 10. † Quamvis res aliter se habeat, si Dominus feudi non consenserit, ut tractat Petrus Heig. part. 2. quest. 19.

Ita Domini in causa Christophori Lindneri zu Naumburg/ Merit. Jul. Anno 2620. (Verba sentent. Ob nun gleich Wilhelm und Anshelm von Tettau sich verlaufen lassen/ folch Lehnsgut/ so in ihrer Unmündigkeit veräußert worden/ vermöge der gesamten Hand zu revociren. Dieweil aber dennoch vorbenanntes

Gut aus drangseligen Schulden/ wie zuvor mit der Subhastation, und was derselben anhängig/ richtig verfahren/ verkauft worden ist/ und vorgedachter beider unmündiger Vormünder/ sammt andern vier Agnaten/ welche zugleich beliehen gewesen/ und gleiche Anwartschaft gehabt/ sich der gesammten Hand daran freywillig begeben/ und in solchen Kauf gewilliget/ welchen auch beide Brüder von Tettau nach erlangter Mündigkeit zu gebührlicher Zeit nicht gefochten/ sondern vorgenommen gehalten/ und derselbe hierüber durch des Lehn-Herrns darüber ausgebrachtes Decret bekräftigt worden/ ic. So seynd auch mehrbemeldte Wilhelm und Anshelm von Tettau/ den Kauf zu fechten/ und das Lehnsgut ohne Entgelt zu revociren nicht befugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Non competit jus revocandi feudum agnatis, qui nondum praefito homagio realiter simultaneam investituram apprehenderunt.*

**N**on competit actio revocatoria feudi agnatis, ante quam simultaneam investituram, vel manum conjunctam praefito homagio acceptaverint, & realiter apprehenderint, contentiente Vasallo possessore, juxta sanctionem manifestam in Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten. §. Jedoch ist solches. Hieronym. Schurff. cent. i. consil. 10. Jac. Thoming. quest. 23. n. 7. & 15. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 20. n. 11. 14. 16. Nec sine ratione: † Est namque actio revocatoria realis, quæ propterea nulli alii competere potest, nisi ei, qui per veram simultaneam investituram jus sibi reale in feudo acquisiverit, §. item si quis 6. Inst. dict. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 28. num. 4. † Ex quo porrò manifestum est, investitum de fealdo alieno latem in casum mortis, feudum sine consensu suo alienatum haudquam revocare posse, cap. 1. §. si quis investierit, de feud. dat. in vic. leg. commiss. Lehn. cap. 5. & cap. 57. Hartm. Pistor. dict. quest. 28. Modest. Pistor. vol. 2. consil. 4. num. 59. † Nec enim investitura hæc de caducitate feudi facta jus in re tribuit, sed tantummodo actionem personalem ad interessus contra Dominum parit, c. si facta, si de feud. defunct. cont. c. i. §. 1. ubi Matth. de Afflict. de nov. form. fidel. Schrad. de feud. parr. 5. cap. 2. num. 15. Matth. Wefenbec. de feud. cap. 8. n. 18. Hartm. Pistor. dict. quest. 28. n. 4. Vult. defend. lib. 1. cap. 10.

Ita Domini in causa heredum Balthasari Worms und Hansen Jenischens/Mensl. Febr. Anno 1593. (Verba sentent. Die weil sie aber dennoch die gesammte Hand mit wirklicher Leistung der Lehnspflicht nicht erlangt/ ic. So haben sie auch das Lehnsgut zu revociren nicht Zug/ sondern es werden die Besitzer darbei nochmals billig gelassen/ ic.)

## DEFINIT. IX.

*In ditionibus Electoratus Saxonici filii feudum à patre alienatum, sive novum sit, sive paternum, revocare non possunt:*

**C**onsors & unanimis est Dd. opinio, filium in feudo paterno, quod ex pacto & providentiâ vulgo appellant, de jure communis feudali, facto sive contractu parentis non magis teneri, quam Agnatum, † sed eum à contractu ejusmodi pro libitu reliquo, & feudum à patre alienatum revocare posse; ex rationibus & argumentis, quæ congesit. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 13. n. 1. & seqq. Matth. Coler. consil. 20. n. 16. Andr. Fachl. lib. 7. contr. 18. Bart. Camer. in c. imperiale. §. preterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. Modest. Pistor. vol. 1. consil. 53. & vol. 2. consil. 50. Schrader. de feud. part. 8. cap. 8. numer. 11. Rosenthal. de feud. cap. 9. membr. 2. conclus. 71. num. 1. & seqq. Mynsing. cent. 4. observat. 85. num. 3. & seqq. † A quæ sententia divortium fecit unicus Hartm. Pistor. dict. quest. 13. num. 34. & seqq. filius adimens protestatrem

4 revocandi feudum à patre alienatum : † Non solum quod ne uno quidem verbulo in juris feudalis 5 capitulis revocandi potestas iis concedatur ; † sed & quia ratio agnatos admittens, in filiis & ceteris descenditibus penitus cessat : Etenim agnati collaterales ideo feudum alienatum revocare possunt, 6 † quoniam hoc non ab eo, qui alienavit, obtinere, nec ullam causam habent, cur ipsi hanc in re quicquam acceptum ferant, sed potius per investituram ejus, à quo tanquam à communis stipite feudum ad alienatorem pervenit, succedere videntur, cap. bis verò deficiens, de grad. success. in feud. cap. 1. §. si Capitamei nei, de feudo March. † At filii non tam beneficio primi acquirentis, quam mediante personā patris sui succedunt, & ab ipso patre feudum capiunt, dict. §. 8 si Capitamei Dd. in cap. 1. An agnat. vel sfl. † Ratio mehercet non contemenda, quæ certè verissima est, & vel inde probatur, quod si filius censeretur feudum non à patre proximè defuncto, sed ab avo obtinere, 9 † tunc sane patruus filii, qui avo proximior est gradu, potius succederet in feudo, filio excluso : Sed cum filius patrium in successione feudi excludat, palam inde fit, eum feudum illud non ab avo, sed patre suo nonacisci : † Quidni ergo filius factum præstat, patris, à quo luctum capit, & cuius beneficio ad feudi successionem pervenit, l. ex quā personā 149. ff. de Reg. jur. † Potest hæc ratio sufficere ad stabilendam Hartm. Pist. opinionem, nisi ipsem adhuc plures alias adduxisset, d. quest. 13. quas & Illustrissimus Saxoniae Elector repetuit & approbavit in Ordinat. Torgensi. de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehten, s. Dieweil aber dennoch dieses/ 12c. Unde opinio hæc Hart. Pist. † hodie in provinciis Electoratus Saxonici legis autoritatem obtinuit; Et 13 constitutum ab Illustrissimo Electore, † quod filii & descendentes feudum à patre alienatum revocare non possint, dict. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehten, s. S. Sezen / ordnen und wollen dem nach, Andr. Rauhba. part. 1. quest. 43. n. 25. Andreas Knich. de vestit. passion. cap. 2. num. 159. part. 1. 14 † Non habitâ distinctione, an Novum fuerit feendum, an verò antiquum sive paternum, dict. tit. Welcher gestalt. s. Sezen ordnen und wollen dem nach. † Et sive cum, vel sine inventario filii heredes patris facti fuerint sive non. d. s. Sezen/ordnen und wollen dem nach, vers. Wann sie gleich ihres Vaters Erben werden möchten/ 16 worden wären, Ex quo porrò sequitur, † patrem in præjudicium filiorum suorum de feudo disponere ac uni ex filiis id assignare posse, ita ut reliqui patris facto contravenire nequæant, ut pluribus tractat Hartm. Pist. part. 2. quest. 4. Matth. Coler. part. 1. decis. 78.

Ita Domini in causa Cobradi & Martini det Petersen zu Wellerstoda/Mens. Dec. Anno 1627. (Verba sent. Ob wol sonst nach dem Churfürstlichen Sachsischen Torgauischen Ausschreiben/die Kinder ihres Vaters Contract zu wider kommen/und die von ihm veräuserte Lehn/sie seyn gleich alt oder neue Lehn/gu revociren nicht befugt seyn/)

## DEFINIT. X.

Revocare tamen possunt filii feendum à patre alienatum, quod una cum patre ipsis quoque in specie, vel patri contemplatione filiorum fuit concessum.

1 CESSAT tamen ratio, quæ filios à revocatione feudi à patre alienati excludit, de quā Defin. præced. in 2 feudo novo, quod non solum patri, † sed simul quoque filii in specie, horum nominibus in literis investiturarum expressis, vel saltem contemplatione filiorum patri fuit concessum. † Nimis eo casu filii non tam à patre, quam à primo concedente & ex gratia Domini feendum consequuntur, c. 1. §. sed et-

iam res sit, per quos fiat investit. Camerar. in c. Imp. §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Frider. p. 387. Jalon. 50. n. 9. & n. 20. † Ergo in eo ipsis à patre haud præjudicari potuit, sed meritò iis actio revocatoria dabatur; † Quibus propterea expressè subvenit 5 Const. Elect. tit. Ob der Sohn die neuen Lehn/ so sein Vater erlanget / und wieder verändert/ befugt seyn zu revociren/ic. que est in ordine quartæ inter eas, que publicè hand fuere promulgata. S. Also auch/wann gleich das neue Lehn ex pacto & providentiâ Domini verliehen/ so soll doch dem Sohne die Revocation nicht gestattet werden/es wäre dann solches neues Lehn nicht allein dem Vater/sondern auch dem Sohne durch den Lehn-Herrn verliehen/also daß des Sohnes Mânen specificè in dem Lehn-Brief ausgedrücket / oder daß es dem Vater contemplatione filii, und also wegen des Sohnes wäre verliehen/darben wir es auch bleiben lassen.  
Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Da aber deutlich/eurem Andeuten nach/das Gut/so einer Vater unlängst verkaufte/nicht alleine ihme / sondern auch euch den Söhnen nahe/ zugleich verliehen worden wäre/ic. So hätte eurem Vater dasselbe zu veräußern nicht gebühret/derwegen ihr nach seinem Absterben solches Lehn zu revociren wohl befugt sind/ B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

Extra Saxoniae Electoratum filii, qui non sunt patris heredes, feendum ab ipso alienatum bene revocare possunt.

**E**X peculiari ergo Constitutione Electorali, in Ordinat. Torgensi. de Anno 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehten, ic. Was aber die Söhne anlangt/quæ opinionem Hart. Pist. part. 2. quest. 13. approbavit, in ditionibus Electoratus Saxonici, filii ad revocationem feudi à patre alienati non admittuntur, supr. Definit. q. † Alioquin extra provincias Electoratus ab opinione Dd. communi, quæ filii non minus atque Agnatis jù revocandi feendum indulget, neutiquam recedendum erit, l. minime 23 ff. de LL. † Nec alibi in judiciis opinio Hart. Pist. quicquam autoritatis habet, vel fatente ipsummet, dict. quest. 13. n. 76. † Scio equidem, ex jure quoque Saxonico cum hanc sententiam defendere conati, per text. in artic. 14. lib. 1. Landr. † Sed quæcum parum inde probetur, cuivis textum insipienti obviam est; † Et certè ne quidem de jure Saxonico filios à feudi revocatione arceri probatur artic. 52. Landr. cap. 31. Leht. artic. 9. lib. 1. Landr. quos textus benè inducit contra Hart. Pist. ejusque argumenta refellit Matth. Berlich. part. 2. conclus. 58. n. 28. Ex quo porro infero, † Agnatos simultaneè investitos, in feudi alienationem consentientes, non præjudicare filiis in foro Saxonico, quo minus hi parentibus defunctis alienationem impugnare queant, quamvis in terris Electoratus Saxonici longè aliter res se habeat, ut dixi supr. Definit. 7. in pr. ex sententiâ scilicet Hart. Pist. quam multis tuerit rationibus part. 2. quest. 7. n. 42. & seqq. † Attamen nec de jure communi & in foro Saxonico, filii contra pactum patris alienantis vel consentientis venire poterunt, † si ipsius heredes extiterint, per l. berdem 59. ff. de Reg. jur. l. 1. ff. de acq. vel amitt. betred. cap. is qui 46. de Reg. jur. in sexto. Modest. Pist. vol. 2. conf. 50. n. 45. 56. Schrad. de feud. part. 8. cap. 8. n. 19. Joh. Köpp. decis. 54. n. 95.

Ita Domini in causa Johannis und Jacobi det Spechte/ an Rath zu Aschersleben/Mens. Febr. Anno 1599.

Ein causa Jobsten von Lauteworffs/ Mens. Nov. Anno 1602.

## DEFINIT. XII.

In Provinciis Electoratus Saxonici non competit filiis revocatio feudi à patre alienati in ipsorum licet minorenitate.

Non minus filii minorenibus, aciis, qui ætem perfectam & majorenatem asecuti fuere,

- denegatur revocatio feudi à patre alienati, in ditionibus Electoratus Saxonici, Ordin. Torgens. Elect. Sax. de An. 1583. tit. Welcher gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/2c. §. Wir behalten uns aber auch hierüber bevor. verf. Sie wären gleich damals mindig oder unmündig gewesen / zu fechten nicht Fug noch  
 2 Macht haben sollen/2c. † Nec habent minorennes sive papilli, quod conquerantur de alienatione immobiliū bonorum haud absque eorum præjudicio facta, l. si ad resolvendam 7. ubi Dd. C. de pred. minor. Hart.  
 3 Pst. obser. 62. † Quia scilicet liberi in terris Electoratus Saxonici factum defuncti patris, etiam in feudo  
 4 præstare tenentur, † nec alienationem feudi, quod non nisi mediante persona patris nanciscuntur, impugnare possunt supra Defin. 9. Hart. Pst. part. 2. q. 13.

Ita Domini in causa Valentini Pechs zu Marienstern / Mensa Mayo, Anno 1621. (Verba sent. Habt ihr Matthæus Krafft Lehn-Gut mit Consens des Lehn-Herrn an euch erkauft/ie. So ist solcher Rauff zu Recht frößtig und beständig/und mag nunmehr von des Verkäufers Sohne/dahero/das es zur Zeit des verstorbenen Lehmanus als des verkauften Guts minderjährig gewesen/nicht hinterjogen werden/B. R. W.)

### DEFINIT. XIII.

*Agnati jus revocationis in feudo non nisi defuncto alienatore, mortuisq; ejusdem liberis, exercere valent.*

- 1 E Tsí alienatio feudi, absque consensu Agnatorum, simultaneè investitorum facta, iis non præjudicet, quo minus feendum revocare queant ; attamen hoc jus  
 2 revocationis exercere non possunt, † priusquam Vasallus alienator ejusdemque liberi mortui fuerint, bác Constit. 48. §. Da aber. verf. So muß er so lange warten/bis der Alienator und seine Söhne verstorben/2c. & Constitut. 49. seqq. §. Nach Absterben aber des Verkäufers/und seiner männlichen Leibes-  
 3 Lehns-Erben/2c. † Subsistit namque alienatio & robur suum obtinet, quamdiu alienator ejusque liberi adhuc sunt in vivis c. i. de alien. feud. patern. ubi Gloss. Matth. de Afflict. in cap. Titius num. 22. si de fendo de-  
 4 fundi. Pst. part. 2. quæst. 6. num. 58. † Quia scilicet Agnatis jus revocationis, non nisi ex concessione & investiturā Domini competit, quæ semper de successivo ordine intelligenda, ut post mortem demum alienatoris aliorumque, qui proximiores in gradu sunt, ad eos devolvatur, l. petr 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. l. fin. C. de verb. signif. l. heredes. 57. §. ult. ff. ad SCtum Trebell.  
 5 † Non igitur prius agnatis simultaneè investitus ex investiturā jus in feudo quæsumum esse potuit, quæm defunctus iis, qui ipso proximiores erant, successionis ordo  
 6 eos vocaverit. † Et per consequens revocationis jus ab Agnatis exerceri non poterit, priusquam ipsemet alienator, ejusdemque liberi fuerint mortui, Hart. Pst. dict. quæst. 6. n. 61.

Ita Domini in causa Christophori Lindner zu Naumburg/M. Jul. A. 1620. (Verba sent. Dervegen beweidte Vettern/vermöge der gesuchten Hand/wann George Wolff von Lettau als Alienator nebenst seinen Söhnen Todes verfahren/das Lehn-Gut ohne Entgelt zu revociren berechtigt/ie.)

### DEFINIT. XIV.

*Feendum tamen absq; consensu Domini alienatum etiam vivo adhuc alienatore revocare queunt Agnati.*

## CONSTITUTIO PARTIS SECUNDÆ.

Wann Vettern oder Mitbelehnten die veränderte Lehen revociren/wie es mit Erstattung des Rauff-Geldes/oder des Interesse gegen den Besitzer zu halten?

- ¶ Ann das Lehn-Gut illicite und ohne des Lehnherren Consens alienirt/und also die Alienatio bey Leben des Alienatoris durch den Agnat oder Mitbelehnten kan revociret werden/so ist er doppfals das Rauff-Geld dem Carpz. Defin. Vol. I.

N Olo tamen hoc aliter accipi, quæm si Domino consentiente, feendum absque agnatorum consensu fuerit alienatum, qui propterea nos nisi post obtum Vasalli alienatoris, ejusque liberorum, jus revocare di exercere possunt Defin. præced. † Alioquin si nec Domini consensus acceſſerit, statim Agnatis simultaneè investitis feendum revocare incet, etiam vivo adhuc alienatore, bár Conſt. 48. in pr. verf. Wo illicite und ofſo ohue des Lehnherren Consens die Alienatio geschehen/So wird der Agnat oder gesuchte Belehnite alsbald noch bey Leben des Alienatoris zugelassen. Schneidew. de feud. part. 5. n. 59. Joh. Köpp. decif. 54. n. 16. Ratio expedita est, † quia eo ipso momento, quo Vasallus ir. requisito Domini consensu alienat, feendum amittit, † sed non ut de jure communi, c. i. §. callidus de prohib. feud. alienat. per Frider. c. i. §. aut si libellario. junct. §. bis omnibus casibus. Quib. mod. feud. amitt. c. i. §. ult. Quæ fuit prima cauf. benef. amitt. c. i. §. bodiæ autem. Quidjur. si post alien. feud. Vasall. id recup. Pst. part. 2. qu. 17. Vulcej. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 78. ita etiam in Provinciis Electoratus Saxonici illud Domino aperi- tur. Ergo Agnatis simultaneè investitis cedit, Matth. Berl. part. 2. concl. 59. n. 23. vid. infra Conſt. 49. Defin. 12. † At nonne filii præferentur hoc casu Agnatis? ita quidem sentit Berlich. dict. concl. 59. n. 25. † Sed contra- mente illustrissimi Electoris, quem filios etiam exclu- dere voluisse ex pr. b. Conſt. 48. junct. §. Da aber die Alienation &c. manifestissimum est. Nec deficit ratio; † Peccat siquidem Vasallus adversus Dominum ipsum sine ejus consensu feendum alienans, quod genus delicti etiam filiis nocet, Vid. infr. part. 3. Conſt. 27. Defin. 6. Ord. Torg. de An. 1583. tit. Welcher gestalt die Agna- ten und Mitbelehnten. S. Dieweil aber deñoch. verf. daß des Vetter's Verbrechung. Nec juvat quicquam Berlich. Conſt. Elett. 27. part. 3. † quippe quæ non de delicto in Dominum, sed extra hujus personam com- missum loquitur, ut ex verbis dict. Conſit. satis liquet.

Ita tractatum in causa VVolfgangi Melch. & Caspari, Fratr. der Marschälle zum Gravenhantchen/M. Jun. Anno 1599.

### DEFINIT. XV.

*Feendum sine consensu suo alienatum, refuso pretio, redimere potest Agnatus, vivo adhuc alienatore.*

E st porro & alius casus, quo feudi revocatio locum. 1 habet adhuc vivo alienatore, si nempe Agnati pre- tium empori refundere velint, b. Conſt. 48. §. Da aber. verf. Da er aber auch bey Leben des Verkäufers das Rauff-Geld den Käuffer offeriret/und erles gen will/so wird er auch zugelassen. † Sed admittuntur hoc casu Agnati non quidem simpliciter ex jure simultaneè investiture, † sed potius ex peculiari quo- 2 dam jure protimiseos, consuetudine feudali introdu- cto, c. Titius si de fendo defunct. c. i. §. porro. Qual. olim feud. pot. alien. c. i. §. sed etiam res. Per quos fiat investitura. † de quo tractat, plenissimè Hartm. Pst. 4 part. 2. q. 11. & q. 12. Bald. in dict. c. Titius, si de fendo de- fundi. Hier. Schurff. int. confil. feudal. conf. 123. & conf. 143. Jac. de Belvis. in c. i. §. hoc quog. de success. feud.

Ita Domini in causa Cornelii von Wiltgens/M. Aug. A. 1603.

Iidem feendum revocantes, quatenus ad pretium empori vel interesse, teneantur?

F euendum illicite sine consensu nimitem, Domini alienatum, ubi vivo alienatore, Agnatus vel simultaneè investitus revocare potest, pretium malæ fidei empori restituere non teneatur, sed is venditorem do- evi-

B b b b b

ctio-

malæ fidei emptori regulariter zu erstatten nicht schuldig/ sondern der Käufer mag sich dorowegen an seinem Verkäufer erholen. Sonsten wo das Lehngut licet verkauft/ so ist der Agnat oder Mitbelehnte / welcher dasselbige bey Leben des Verkäufers nach Drbung der Rechte wieder erlangen will / das Kauff-Geld und kein Interesse zu erstatten pflichtig.

Nach Absterben aber des Verkäufers/ und seines männlichen Leibes-Lehns-Erben/ kan der Agnat und Mitbelehnte/ wann er des Alienatorum Erbe nicht worden/ das Lehngut wieder an sich bringen/ und ist das Kauff-Geld wieder zu geben nicht schuldig/ welches dann wie auch also bey unserer Verordneten einhelligem Beschluss bleiben lassen.

### DEFINITIONES.

1. *Jure protimiseos redimere possunt Agnati feudum, etiam post factam traditionem.*
2. *Agnatus redimens feudum jure protimiseos, emptori premium solutum absq; usuris tamen refundere tenetur.*
3. *Non auditur Agnatus redimens feudum alienatum ex jure protimiseos, nisi paratam pecuniam offerat.*
4. *In dictioribus Electoratus Saxonici, non competit filiis ius redimendi feudum à patre alienatum, refuso licet pretio.*
5. *Cessat ius protimiseos in feudo per donationem, infeudationem, aut permutationem &c. alienato.*
6. *Ex eo, quod Agnatus à venditore ad emendum feundum requisitus tacuerit, à jure retractus postea exclusus non est.*
7. *Agnato proximiore Venditioni licet consentiente remotor tamen pretio refuso feundum redimere valet.*
8. *Feudo ab agnatis revocato Emptor beredes alienari de evictione promissa convenire potest.*
9. *Heredes alienatoris premium emptori restituere debent, etiamsi de evictione obligati non sint.*
10. *Feudo sine consensu Domini alienato, & posita ab Agnatis revocato, male fidei emptor nec de evictione, promissa alienatorem convenire, nec ab eodem premium repetere potest.*
11. *Sed premium hoc casu Seniori seu Domino feudi cedit.*
12. *Feudum sine consensu Domini alienatum, in dictioribus Electoratus Saxonici, ab Agnatis statim revocatur, extra Electorum vero Domino aperitur, quamdiu Vasallus alienator adhuc in vivis est.*
13. *Etiamnum hodie in foro Saxonico Vasallus ob alienationem sine Domini consensu factam feudo privari potest.*
14. *Vasallus feundum amittit, si hoc inscio Domino in Emphyteusin alicui concesserit.*

#### DEFINIT. I.

*Jure protimiseos redimere possunt Agnati feudum, etiam post factam traditionem.*

1. *D*uplici jus revocandi feundum competit Agnatis; sed ex fonte diverso: *Unum*, quo, mortuo demum alienatore, quando via succedendi ipsis aperitur, absq; pretio feundum recuperant, quod in specie jus revocandi appellatur, de quo Const. præc. Idque jure succedit ex primâ investiturâ quæsito innititur. *Altérum* est jus protimiseos, quo vivente etiam alienatore, refuso tamen pretio, feundum revocare licet, quod jus ex solâ consuetudine feudali fuit introductum, Hart. Pist. part. 2. qu. 11. n. 11. & 21. Sonsbec. de feud. part. 13. n. 120.
2. *Conveniunt tamen hæc jura in eo, quod post factam etiam traditionem feudi exerceri queant. Etenim Agnati non solum contractum venditionis impedire,*
3. *sed & postquam contractu perfecto feundum ad alium possessorem jam pervenerit, istud à possessore ex jure voglionews recuperare possunt, cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. Hartm. Pist. part. 2. quest. 12. num. 1. & 2.*
4. *Ita Domini in causa Matthæi Lohners zu Querbach/ Mens. Aug. Anno 1628. (Verba sentent. Hat euer Vater sein Lehngut im Thürfürstenthum Sachsen gelegen/ Martin Lohner gegen seine Erbgüter vertauschet/ und ihnu dasselbe jugeschlagen/ darein auch der Lehnsherr consenteiret und verwilliget/ Ob nun wohl die Agnati, so in der Mitbelehnshaft seyn/ noch bey Lebzeten des Alienatoris in Kauff-Contracten/ wann auch gleich das Lehngut Räußern allbereit würcklichen eingeräumet/ dasselbe jure protimiseos revociren können/ ic.)*

#### DEFINIT. II.

*Agnatus redimens feundum jure protimiseos, emptori premium solutum absque usuris tamen refundere tenetur.*

1. *Atamen inter jus revocandi propriè sic dictum, ac jus protimiseos duplex etiam differentia notabilis existit. Nam à primo jus revocandi Agnatis post o-*
- bitum demum Vasalli alienatoris ejusque heredium competit, b. Const. 49. §. Nach Absterben aber des*

*ctione obligatum sibi habet. Licet vero alienatum, vivo alienatore, juxta præscripta legum revocatur, solum premium absque interesse restituet.*

*Post mortem autem alienantis & filiorum ipsius, si heres ejus non sit, etiam nullo omnino pretio restituto, ad revocationem, ex unanimi deputatorum nostrorum sententiâ, quam & nos probamus, admittetur.*

*Nach Absterben aber des Verkäufers/ und seiner männlichen Leibes-Lehns-Erben/ kan der Agnat und Mitbelehnte/ wann er des Alienatorum Erbe nicht worden/ das Lehngut wieder an sich bringen/ und ist das Kauff-Geld wieder zu geben nicht schuldig/ welches dann wie auch also bey unserer Verordneten einhelligem Beschluss bleiben lassen.*

### DEFINITIONES.

1. *natoris de evictione promissa convenire potest.*
2. *Heredes alienatoris premium emptori restituere debent, etiamsi de evictione obligati non sint.*
3. *Feudo sine consensu Domini alienato, & posita ab Agnatis revocato, male fidei emptor nec de evictione, promissa alienatorem convenire, nec ab eodem premium repetere potest.*
4. *Sed premium hoc casu Seniori seu Domino feudi cedit.*
5. *Feudum sine consensu Domini alienatum, in dictioribus Electoratus Saxonici, ab Agnatis statim revocatur, extra Electorum vero Domino aperitur, quamdiu Vasallus alienator adhuc in vivis est.*
6. *Etiamnum hodie in foro Saxonico Vasallus ob alienationem sine Domini consensu factam feudo privari potest.*
7. *Vasallus feundum amittit, si hoc inscio Domino in Emphyteusin alicui concesserit.*

*Verkäufers/ ic. supr. Const. 48. Defin. 15. † At 3 jus Protimiseos vivo etiamnum alienatore exerceri potest, b. Const. 49. vers. Welcher Gestalt bey Leben des Verkäufers/ ic. supr. Constit. 48. Definit. 15. † Deinde Agnati revocantes feundum post mortem alienatoris ad restitutionem pretii ab empte soluti haud tenentur, b. Const. 49. §. Nach Absterben. † Sed 5 jure protimiseos Agnatis non nisi pretio refuso feundum venditum redimere licet, b. Const. 49. in fin. pr. c. 1. §. Sed etiam res. Per quos fiat invest. Hartm. Pist. part. 2. q. 12. n. 3. † Etsi vero aliqui regulariter pretia rectum non ex affectione singulorum constituantur, l. pretia rerum 63 ff. ad Leg. falcid. l. si servum 33. ff. ad Leg. Aquil. sed potius communis regionis estimatione ex rei qualitate, & quanti res in loco publico vendi possunt, c. 1. de empr. vendit. † Attamen in jure protimiseos 7 feudali ad id habetur respectus, quod emptor dederit, ideoque Agnatus omne id, quod pependerit emptor, et si pretium justum excedat, restituere cogetur, si feundum alienatum recuperare voluerit; dict. c. 1. §. sed etiam res. † Ne scilicet emptor amittens partem pretii 8 damnum sentiat contra l. 2. §. si quis à principe 16. ff. Ne quid in loco publ. Hart. Pist. dict. q. 12. n. 10. † Modò 9 fraud ab empte commissa haud fuerit; Quà apparente, ad veram rei estimationem recurrentum erit, supr. Const. Elec. 33. vers. Es wäre denn/ ic. Hartm. Pist. d. quest. 12. n. 13. † Sufficit autem refundi pretium 10 ab empte solutum, nec hujus nomine interesse vel usuræ peti possunt; Non solum quia emptor fructus percepit, sed & quod mora ulla commissa haud fuerit, ex quâ solâ usuræ debentur l. cum quidam 17. §. si papilio. 3. ff. de usur. l. Titia Sejo 87. §. usuræ 1. ff. de legat. 2.*

*Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Ob nun wohl die Agnati, so in der Mitbelehnshaft seyn/ noch bey Lebzeten des Alienatoris in Kauff-Contracten/ wann auch gleich das Lehn-Gut Räußern allbereit würcklichen eingeräumet/ gegen Eilegung des von gedachten Räüßern ausgelegten Kauff-Geldes/ jedoch ohne einig Interesse, dasselbe jure protimiseos revociren können/ ic.)*

## DEFINIT. III.

*Non audiatur Agnatus redimens feudum alienatum ex jure protimiseos, nisi parata pecuniam offerat.*

- A**gnatus volens recuperare feudum ex jure Protimiseos, ante omnia tenetur premium exsolvere, nec auditur, nisi illud in parata pecunia offerat: Nam quiescunque quis consequi aliquid vult, ad quod consequendum necesse est aliquid fieri, id ante omnia afferre debet l. si residuum s. C. de distract. pignor. Bald. in c. licet si de feudo defuncti content. sit inter dom. & agnat. † Nec etiam sufficit, dari pignora vel fidejusfores quantumvis idoneos, sed omnino pecuniam parata, quam dedit emptor, agnatus feudum redimens restituere cogitur, arg. l. q. 5. ait prator. 3. ff. de re judic. l. item liberatur b. s. quia paratus 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. l. promissor. 2. ff. de const. pecun. Hart. Pift. part. 2. q. 12. n. 6.

Ita Domini in causa Centurii von Miltigen auf Sieben-Eichen/M. Aug. A. 1603. (Verba sent. Habiit ihr euch bey dem Kauf, der überwehntes eures Vettern Hahnen von Miltig seligen Lehn-Guts/ zur Nähergestaltung desselben/ innerhalb Jahresfrist/ allein angeben/ und zu Erfüllung des Kauf-Geldes gegen ihn anerboten/ solches aber würklichen nicht ausgezahlet/ noch Gerichtlichen hinterlegt/ oder die Sache innerhalb vorbenemter Jahresfrist zu Recht anhängig gemacht/ So ist solches blosses Erbleben/ wann dasselbe gleich gerichtlichen von euch geschehen/ obfalls nicht genugsam/W. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*In ditionibus Electoratus Saxonici, non competit filiis ius redimendi feudum à patre alienatum, res vero licet pretio.*

- N**on tantum Agnatis, sed etiam filiis competere, feudi à parte alienati revocationem, refuso scilicet pretio ex jure protimiseos, uno ferè ore tradunt Dd. quos longo agmine allegat & sequitur Berlich. part. 2. 2. concl. 60. n. 27. † ubi hanc sententiam textibus tuerunt contra Hart. Pift. part. 2. q. 5. n. 28. q. 11. n. 20. & q. 13. n. 13. & 3 seqq. † Quod ipsi de jure communi feudali concesserim:

Prout responderunt Domini in causa Friderici Götzens Erben/ Menso Febr. Anno 1599. (Verba sent. So wäre bemeldten Söhnen/ nach gemeinem Schluss der Rechtslehrer/ bey Leben ihres Vaters/ solch Lebhngut mit Erfüllung des Kaufgeldes/ wieder auf sich zu lösen unbemommen/ ic.)

4 Sed fallit in eo Berlich. † quod hanc doctrinam in ditionibus quoque Electoratus Saxonici obtinere velit, contra sanctionem Electoralem manifestam in Ord. Torg. de Anno 1583. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehnten/ ic. Was dann die Söhne/ ic. versf. Entweder bey Leben des Vaters gegen Erfüllung des Kaufgeldes zu redimieren/ ic. junct. s. Sezen/ ordinari und wollen demnach/ ic. † Nec satis animadvertere possum, cur magis patre vivente filiis licet redimere, feudum pretio refuso, quam post mortem ejus absque pretio, cum utroque in casu militet ratio prohibitionis; † honor scilicet & respectus, qui parentibus debetur, & quia filii non tam beneficij primi acquirēntis, quam mediante personā patris sui in feudo succedunt, † cuius factum propterea præstare teneantur l. ex qua personā 149. ff. de reg. jur. l. 14. C. de R. V. ut dixi supr. Corist. 48. Defin. 9. & pluribus tuerunt Hart. Pift. dict. q. 13. n. 34. & 5 seqq. † Ac certe nescio, an non magis peccent filii contra reverentiam patri debitam, ipso adhuc vivo, ejus facto contraveniendo, quam defuncto demum eo, feudi revocationem instituendo, veluti in aperto est; † ut vel propterea ius redimendi feudum eis nullatenus sit concedendum, dict. Ordin. Torg. tit. Welcher Gestalt die Agnaten/ ic. s. Dierweil aber dennoch. versf. Der natürlichen Erbar- und Billigkeit/ auch der Ehrerbietung und Gehorsam/ so von den Kindern Gottes Gebot und Ordnung ernstlichen erforderlich zu wider/ ic.

Carpz. Definit. Vol. I.

Ita Domini in causa Matthäi Lohmehl zu Querbeck/M. Aug. A. 1628. (Verb. sent. Dierweil aber dennoch solche redemptio ex jure protimiseos, vermöge des Churfürstl. Sachs. Torgauischen Ausschreibens/ den Agnaten und Mitbelehnten allein nahegelassen/ den Kindern und Söhnen aber bei Lebzeiten des Vaters/ gegen Erlegung der Kaufgelder die väterlichen Lehngüter zu redimire nicht gestattet wird/ ic.)

## DEFINIT. V.

*Cessat jus protimiseos in feudo per donationem, in feudationem, aut permutationem &c. alienato.*

- N**eutquam jus Protimiseos sive Retractus, quo feudum alienatum refuso pretio revocatur, in omnibus indifferenter casibus locum habet: Cessat sane illud, † quando titulo lucrative per donationem, aut etiam permutationem, &c. feudum in aliquem fuit translatum, cap. 1. §. sed etiam res, ubi Matth. de Afflict. n. 1. Per quos fiat investit. Rosenth. de feud. cap. 9. concl. 90. n. 4. Hart. Pift. part. 2. q. 12. n. 14. Herm. Vult. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 10. Schrader. de feud. part. 8. cap. 3. n. 4. † Etenim iura feudalia, quiescunque agnato facultatem revocandi concedunt ex jure ~~recolupis~~, semper requirunt, ut pretium refundatur ac restituatur: † Ergo in venditione tantum locum habebit jus retractus, † quia ubi pretii fit mentio, regulariter de venditione disponens videtur sensisse, l. fin. C. de pred. Curial. fine decret. non alien. lib. 10. Bald. in l. ex conventione 11. C. de palt. Matth. de Afflict. in dict. §. sed etiam res. † Non 6 igitur extra casum venditionis, ad casum diversum, quando scilicet sine pretio res fuit translata, iura ista erunt extendenda, † cum consuetudines feudales strictè 7 sint accipienda, ut not. Dd. in c. 1. de feud. cognit. Hart. Pift. dict. q. 12. n. 15. † Et aliás quoque regulariter jus retractus ex propria suā naturā in illis demum casibus procedit, in quibus res ex titulo oneroso transferuntur. † Secus verò si ex titulo lucrative, ut appetet ex Constitutione Friderici de jure ~~recolupis~~, quam lib. 5. feud. circa fin. recenset Jac. Cujac.

Ita Domini in eadem causa: (Verba sententia: Auch ohne das die redemptio ex jure protimiseos allein im Kauf-Contracten statt hat/ keinesweges aber auf Laufschund andere Contracte zu richten/ ic. So habt ihr euch auch/ gestalteten Sachen nach/ einzig Revocation angenommen nicht Fug/ W. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Ex eo, quod Agnatus à venditore ad emendum feudum requisitus tacuerit, à jure retractus postea exclusus non est.*

- N**on competit jus protimiseos Agnato, qui venditioni consentit, c. Titius, ibi: *Quod si consentit alienationi. Si de feudo defuncti.* Hart. Pift. part. 2. q. 12. n. 49. † Amittit namque jus suum, qui consentit, secundum regulam vulgatam in l. cum quedam 26. C. de administr. tutor. l. ult. C. de remiss. pignor. l. quidam ex parte 12. ff. de evicti. l. fidejussor. impetravit 26. §. pater 1. ff. de pignor. Andr. Tiraq. in l. si unquam 8. verb. donatione largitus n. 346. C. de revoc. donat. † Quin eti agnatus simultaneè investitus ad requisitionem venditoris legitimam, num. emere velit, nec ne, responderit, se nolle emere, tum sane, quia hoc ipso consensisse videtur, ut alteri res vendatur, eum jure hoc ~~recolupis~~ amplius uti non possit, docet per l. qui Roma 122. §. coheredes 3. ff. de V. O. Matth. de Afflict. in c. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat investit. & post eum Hartm. Pift. dict. q. 12. n. 63. † At sola requisitio ejus efficacia non est, ut quem jure 4 isto privare queat: Nisi expectetur consensus, arg. c. cum in veteri 52. extr. de elect. c. cum olim 7. extr. de arbitr. l. vidue 18. C. de nupti. l. tutorem qui tutelam 37. ff. de administr. tutor. Specul. in tit. de Empbyt. §. nunc aliqua n. 123. † Ergo si agnatus ad emendum requisitus tacuerit, non video, quo pacto venditor solà requisitione, ipsum jure suo absque alia ejus declaratione privati possit. † Nec enim sine manifesta legis dispositione 6 quisquam jure suo privari debet, l. & si quis 14. §. Divus

B b b b b 2

14. ff

14. ff. de relig. & sumpt. funer. Gloss. in cap. ult. extr. de  
7 jur. patron. † Taceo quod iniquissimum esset, agnato  
solâ requisitione jus suum auferre, Hart. Pist. q. 12. n. 62.

Ita Domini in causa Quirin von Ende zu Königsfeld/Mense Febr. Anno 1599. (Verba sent. Ob ihr nun gleich/ ehe und zwar ihc den Rauff mit Räffern geschlossen/ Wollen Radolfen vom Ende/ als Mitbelehnten/das verkaufte Lehngut auch angeboten/und von ihm keine Antwort bekommen können; Da aber dennoch derselbe binnen Jahresfrist benanntes Lehngut nochmahlis an sich bringen/und Räffern sein ausgezahltes Kaufgeld erlegen wolle/ sc. So wäre er damit gällich/ ic.)

## DEFINIT. VII.

*Agnato proximiore Venditioni licet consentiente, remo-  
tior tamen pretio refuso feendum redimere valet.*

- 1 **I**n jure ~~reguliprincipis~~ Agnato, ad feudum alienatum. competente, successorum edictum haud locum habere, nec, si proximior Agnatus venditioni consenserit, sequentes in gradu feudum alienatum refuso pretio redimere posse, disputat Hart. Pist. part. 2. q. 12. num. 64. & seqq. ubi sententiam hanc textibus & rationibus firmat.  
2 † Ac licet contra eum insurgant Andr. Fach. lib. 7. contr. 17. & Henr. Rosenthal. cap. 9. concl. 82. Parentem tamen adversus hosce tueretur Filius Simon. Ulric. Pistor.  
3 in addit. ad dict. quest. 12. Hartm. Pist. † Fateor equidem, argumenta Hartm. Pistor. de nihilo non esse, perpensis maximè eis, quæ pro explanatione eorum.  
4 addit Simon. Ulric. † Nihilominus in contrarium est sententia communis Interpp. ubique ferè locorum usu  
5 recepta, † à quâ propterea non facile recedendum., l. minimè 33. ff. de legib. Matth. de Afflict. in cap. 1. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. n. 8. Rosenth. dict. l. n. 10. Schrad. de feud. part. 8. c. 7. n. 54. Rittersh. de feud. lib. 1. c. 8. n. 22. Octav. Cacher. decis. pedem. 177. num. 4.  
6 Sonsb. de feud. part. 13. n. 170. † Nec fundamento suo destituitur hæc opinio; Etsi enim parum probationis facerent textus ab Interpp. allegati in c. Titius, si de feudo defunct. & cap. 1. §. Sed etiam res. Per quos fiat in  
7 vest. quos refellit Hartm. Pist. dict. loc. n. 71. † Attamen sufficiat vel solùm hoc, quod regulariter in jure retrahens sit locus editio successorio, ut patet ex Const. Frederici Imper. apud Cujac. in fin. lib. 5. jur. feud. Titaqu.  
8 de Rerr. §. 11. & 14. † Quidni ergo in feudis idem assere-  
mus, cùm nüspiam in jure feudali aliud expressè dispo-  
9 situm reperiatur: † Nihil me movet ratio, quam valedi-  
urget Hart. Pist. dict. loc. Agnatum scil. proxintiorem,  
licet non utatur jure protimiseos, attamen defuncto al-  
ienatore, feendum alienatum revocare posse, ut post alios docet Matth. de Afflict. in cap. 1. §. sed etiam res n. 2.  
10 Per quos fiat invest. feud. † atque adeo, si remotior  
agnatus ex jure Protimiseos redimeret feendum istud,  
mortuo alienatore, eum sine pretio restituere cogi A-  
11 gnato proximiori, quod certè iniquissimum esset. † Ha-  
bet namque tum agnatus ut sibi imputet, quod feendum  
pretio restituto redemerit, cùm tam sciverit, vel sci-  
tre debuerit, agnatorum proximiorum illud post mor-  
12 tem alienatoris sine pretio posse recuperare: † Quin.  
& fieri potest, ut agnatus remotior transfigat cum pro-  
ximior, ne is mortuo alienatore sibi quæstionem mo-  
13 veat: † Aut, quid si Agnatus remotior proximiori su-  
pervivat, vel proximior incapax sit feudi? Certè omnibus hisce casibus opinio communis effectum habebit,  
14 † nec impedire potest ratio Hartm. Pist. quod minus re-  
motior feendum redimat.

Ita Domini in causa Centurii von Wettig aus Sieben-Eichen/Mens. Aug. Anno 1603. (Verba sent. Und es ist folch Lehn-Gut/ daran euch die gesammte Hand und Auwaltung gebühret/ vorer/ wehntem vom Ende um 27000. fl. den 17. Maij des verschieneien 1602. Jahres käuflichen zugeschlagen worden/ Habi ihr nun in solche Veräußerung nicht gewilliges/ so seyd ihr euch der Nähert/ gelitung zu dem verkauften Lehngute/ ungeacht das die nächsten Agnaten noch am Leben/und der Lehn-Gall an euch nicht kommen/ nach gemeinem Schluss der Rechtsgelehrten anjuwassen wohl be-  
fugt/ ic.)

Ex in causa Quirin von Ende zu Königsfeld/Mens. Februar. Anno 1599.

## DEFINIT. VIII.

*Feudo ab agnatis revocato Emperor heredes alienatoris de evictione promissa convenire potest.*

**N**on loquor de emptore ignorante bona esse feu-  
dalia: Etenim, quin huic alienatoris heredes, feu-  
do post mortem alienatoris absque refusione pretii re-  
vocato, de evictione, vel pretio restituendo teneantur;  
† dubium non est propter text. in c. 1. §. si *Vassallus feu-  
dum. Si de feudo defunct. cont. si int. dom. & Vassall. c.  
1. in pr. vers. ignorans verò. Si de invest. de re alien. fact.  
l. non dubitatur b. junct. l. si fundum 27. C. de evict. †* 3  
At quando emperor scivit, bona esse feudalia, uno ore  
omnes concludunt, eum contra venditoris heredes de  
evictione agere non posse, dict. loc. si fundum 27. l. si à  
matre 13. ubi Gloss. & Dd. G. de jur. dot. † & fusius ra-  
tionibus adductis demonstrat Hart. Pist. part. 2. q. 10. n.  
3. & seqq. Mod. Pist. vol. 2. consil. 46. n. 5. Caspar. Ca-  
ballin. in tratt. de Evict. §. 5. n. 33. & seqq. † Nisi de hoc 5  
evictionis casu conventum fuerit, Hart. Pist. dict. quo 10.  
n. 17. † Quin & in ditionibus Electoratus Saxonici, li-  
cet evictio non expresse in hunc casum revocationis,  
sed simpliciter tantum promissa fuerit, nihilominus  
emperor venditoris heredes de evictione convenire pote-  
rit ex sanctione Electorali in Ordin. Torg. de An. 1583.  
tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehn-  
ten. §. Wann aber nun. vers. Und wenn der Ge-  
währ halber/ & vers. Wenn gleich dieser Fall. † Por-  
rò & si venditor asseveret, se nullum habere agnatum,  
ad quem feendum se defuncto devolveretur, ejus here-  
des de evictione conveniri possunt, † licet emperor sci-  
verit, rem esse feudalem, & sibi specialiter de evictione  
in casum revocationis non prospexerit, Hart. Pist. dict.  
q. 10. n. 20. Rosenth. de feud. c. 9. concl. 99. n. 5. Berlich.  
part. 2. concl. 62. n. 18.

Ita Domini in causa Melchior Lebens zu Nlemeck/M. Matt.  
Anno 1629. (Verba sent. Es ist aber Räffern/undangesehen er  
um das erkaufste Lehngut/ und der Vettern Mitbelehnshaft gute  
Wissenschaft gehabt/sich der Gewähr halber/dafern ihm dieselbe  
versprochen/ an des Alienatoris Erben zu halten unbenommen/ ic.)

## DEFINIT. IX.

*Heredes alienatoris premium empori restituere debent,  
etiam si evictione obligati non sint.*

**P**lanè licet alienatoris heredes de evictione obligati  
non sint, premium tamen empori restituere tenen-  
tur, nec habent, quod de scientia & malâ fide emporis  
excipere queant, l. ult. §. fin. C. com. de legat. † idque 2  
vel sola æquitatis ratio exigit, ne scilicet quis cum alte-  
rius damno & injuriâ locupletetur, l. nam hoc natura-  
14. ff. de condit. indeb. † neve pecunia aliena sine cau-  
sa cum alterius dispendio detineatur, l. si me & Titium  
32. ff. si cert. petat. l. planè 38. §. sed benignius l. ff. de pe-  
tit. beredit. Hart. Pist. dict. q. 10 n. 19. † Quod & ex-  
pressè dispositum in dict. §. Wann aber nun. vers.  
So sollen die Erben desjenigen/ der es gekauft/ dem  
Räffet sein ausgelegt Kaufgeld wiederum zu ers-  
tatten schuldig seyn/ ic. Matth. Berlich. part. 2. concl.  
62. n. 20. & 21.

Ita Domini in eadem causa (Verba sententia: Ipsi. sienn denn  
auch Räffer/ was gleich der Gewähr halber ihm nichts verspro-  
chen/das Kaufgeld von des Alienatoris Erben wieder zu fordern  
wohl berechtigt ist.).

## DEFINIT. X.

*Feudo sine consensu Domini alienato, & pastea ab Agnatis revocato, male fidei empor nec de evictione  
promissa alienatorem convenire, nec ab eodem  
premium repetere potest.*

**A**t vera sunt hæc solummodo, quæ dixi antea De-  
finit. 8. & 9: in revocatione feudi, cum consensu  
Domini in præjudicium Agnatorum alienati: † illicite 2  
autem & sine Domini consensu feudo alienato, Agnati  
ad revocationem feudi, vivo adhuc alienatore admit-  
tun-

- tuntur absque ullâ pretii refusione, b. Cōst. 49. in pr.  
 3 † Nec refert, an emptor sciens, an verò ignorans bona...  
 feudalia emerit, nulli siquidem Agnatus revocans ad  
 4 pretii restitutionem est obstrictus, † ut proinde, quod  
 de malæ fidei emptore habetur, b. Cōst. vers. 5. So ist  
 er disfalleß. ex identitate rationis ad bonæ fidei empto-  
 rem extendi debeat, ad evitandam absurditatem, quæ-  
 lias indē sequeretur, † qvum nemini ignotum sit, feu-  
 do licet cum consensu Domini alienato, agnatum tamē  
 revocantem, & ne quidem bonæ fidei emptori ad resti-  
 tutionem pretii teneri, b. Cōst. 49. Nach Absterben,  
 v. Und ist das Kaufgeld wieder zu geben nicht schul-  
 dig, supr. Defin. 2. † Ergo multò minus si feudum absq;  
 Domini consensu aq;oqué illicite fuerit alienatum. In  
 eo tamen existit differentia notabilis hoc casu inter-  
 7 bonæ fidei & malæ fidei emptorem, † Quod ille  
 adversus ipsum alienatorem ad recuperationem pretii  
 experiri possit, c. i. §. habitu ergo consilio. vers. emptori  
 bona fidei, et. de probib. feudi alien. per Frider. Rosen-  
 thal. de feud. c. 9. memb. 1. consil. 1. n. 3. † Et de hoc so-  
 lū accipi debent verba b. Cōst. 49. Sondern der  
 Käufer mag sich derowegen an seinem Verkäufer  
 erholen/ re.
- Veluti etiam pronunciatum an Johann Sommers Erben zu  
 Eddhen/ Mens. Dec. Anno 1616.
- 9 At malæ fidei emptor de pretio sibi restituendo contra-  
 venditorem agere nequit, d. §. habitu, ubi Gloss. & Jac.  
 10 de Belviso. Rosenth. dict. concl. 1. n. 4. † Quin etsi ma-  
 lae fidei emptor, de evictione in hunc casum sibi expres-  
 se cavillat, haud tamen erit audiendus, sive de evictio-  
 11 ne, sive de protio sibi restituendo agere velit, † qvum  
 sciens contra legem fecerit, aliter ac in re alienata sim-  
 pliciter aliena, de quo in l. si fundum 27. C. de evict. ne  
 impunitus evadat, c. i. §. si quis verb. pretio ac beneficio  
 se caritur agnoscat, ubi Gloss. Jacob. de Belviso de-  
 probib. alien. per Lothar. Rosenth. dict. loc. ubi plures  
 allegat lit. N.

Ita Domini in causa Christophori Denhartis zu Ober-Löß-  
 nedt/M. Sept. A. 1601. (Verba sent. Da ihr nun wissendlich daß  
 es ein Lehnsgut/ ohne Consens und Bewilligung des Lehn-Herrn/  
 solchen Kauf mit ihm geschlossen / davor sichs aus eurer Frage  
 ansehen lässt ; So wäret ihr/ als der nicht weniger/ als der Ali-  
 enator, dem beschriebenen Lehn-Recht zuwider gehandelt/ und der-  
 selbigen Straße unterworfen/ ungeachtet was er sich der Gewähr  
 halber gegen euch verpflichtet/euer ausgelegt Kaufgeld von ihm  
 wieder zu fordern nicht besagt/ ic.)

#### DEFINIT. XI.

Sed premium hoc casu Seniori seu Domino feudi cedit.

- 1 E rgò, feudo sine consensu Domini illicite alienato,  
 & ab Agnatis revocato, malæ fidei emptor pretium  
 ab alienatore repetrere nequit: At nec alienator id lu-  
 crabitur, † sed hoc fisco cedit, & ad Dominum feudi,  
 quando simul jus fisci habet, devolvitur, ex communi  
 Interpp. sententiâ, de quâ testatur Rosenth. de feud. c. 9:  
 membr. 1. concl. 1. n. 4. lit. n. ubi multos allegat Matth.  
 de Afflct. in c. i. §. Sed etiam res n. 12. Per quos fiat invst.  
 Hotom. in c. unic. vers. pretio, de prob. feudi alien. per Lo-  
 thar. Schrad. de feud. part. 8. c. 1. n. 59. Sonsbec. de feud. p:  
 3 12. n. 76. Zal. de feud. part. 9. n. 39. † Quod præter ratio-  
 4 nem constitutum videtur Wesenb. de feud. c. 11: † cum  
 emptor Domino obligatus non sit, ideoque nec in eum  
 5 delinquere possit. † Sed saltim per consequentiam hoc  
 receptum, ne ipsemet Vasallus ex delicto lucrum sentiat,  
 vel malæ fidei emptor omnem dolim ac malitia pœnam  
 6 effugiat, † adeo ut Domino per conditionem ex lege  
 sive moribus feudalibus præmium tum petere liceat, teste  
 Joh. Oldendorp. in class. post art. 17. ubi de alienib; bus  
 benefic. loc. 5. vers. retinebit ergo, per c. i. §. ult. Quæ fuit  
 prima causa benef. & in c. Imperiale. §. callidus, de-  
 probib. feudi alien. Rosenth. dict. loco.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Sondern es māte  
 haffelbe Kaufgeld nicht weniger/ als das Lehnsgut selbst/ der quā  
 digen Herrschaft/ als dem Lehn-Herrn/ anheim gejassen/ was ihr

aber an scheinbarlicher unglicher Beſserung darinnen angeband/ folches ist euch der Lehn-Herr zu erstatte schuldig B.R.W.)

#### DEFINIT. XII.

Feudum sine consensu Domini alienatum, in ditionibus  
 Electoratus Saxonicæ, ab Agnatis statim revocatur, extra  
 Electoratum verò Domino aperitur, quamdiu Va-  
 sallus alienator adhuc in vivis est.

V Asallum, circa Domini consensum feudum alienan-  
 tem, illud amittere, de jure communi indubia-  
 tatum est, propter textum in cap. 1. ubi Gloss. Quib.  
 mod. feud. amitt. c. i. §. si quis miles, de feud. fin. culp.  
 non amitt. cap. 1. §. ult. que fuit prima caus. benef. amitt.  
 cap. 1. in pr. de Vasall. qui contra Cōst. Lothar. cap. Im-  
 periale, in pr. vers. babito ergo confitio, de probib. feudi  
 alien. per Frider. Matth. de Afflct. in c. i. Quid juris sit,  
 si post alien. feudi Vas. in recup. † Quod nec in foro Sa-  
 xonicæ aliter se habet, quamvis in hoc passu jura Saxo-  
 nica à jure communi paululum discrepent, ut demon-  
 strat Jac. Schult. in addit. ad Mod. Pift. part. 2. q. 50. n. 63.  
 & sqq. & post eum Berlich. p. i. concl. 59. n. 21. & 22. † Quò  
 & facit textus in b. Cōst. 49. in pr. & Cōst. præc. 48. in  
 pr. † in eo tamen existit differentia, quod in ditionibus  
 Elect. Sax. feudum sine Domini consensu alienatum,  
 statim ab Agnatis & simultaneè investitis revocari que-  
 at, nec Domino aperiat, dict. Cōst. Elect. 48. in pr.  
 & b. Cōst. 49. in pr. Schneidew. de feud. p. 5. n. 59. Berl.  
 part. 2. concl. 59. n. 23. Vid. supr. Cōst. 48. Def. 14. † Secus  
 res se habet de jure communi extra Elect. Sax. ubi feu-  
 dum sine consensu Domini alienatum ad Dominum  
 magis, quam ad agnatos devolvitur, c. i. de Vas. qui com-  
 tra Cōst. Loth. c. aut si libell. Quib. mod. feud. amitt. cap. s.  
 Quid. jur. si Vasall. post alien. feudi. c. i. Imper. §. callidus de  
 probib. feudi. alien. per Frider. † Ita tamen, ut Dominus  
 tamdiu feudum teneat, quamdiu delinquens superstes  
 est, eo verò defuncto, feudum ad Agnatos redit, † nec  
 ipsi in jure suo aliquod afferatur præjudicium, ut mul-  
 tis argumehtis probat eleganter Hart. Pift. part. 2. quest.  
 15. & q. 17. n. 13. quem vide.

Ita Domini in causa Domini Christophori, Thüm. Probstens  
 zu Halberstadt/Grafen zu Stolberg/Königstein und Motschfort.  
 Sententiam concepit D. Jacobus Thomingius, Mens. Septembr.  
 Anno 1566.

Et in causa D. Antonii Hoffschlags zu Münster / Mens. Jul.  
 Anno 1600.

#### DEFINIT. XIII.

Etiatnum bodic in foro Sax. Vasallus ob alienationem,  
 sine Domini consensu factam, feudo privari potest.

Q uò minus hodiè in foro Saxonicæ Vasallus feudo  
 privetur ob non adhibitum Domini consensum in  
 ejusdem alienatione, videtur efficere resignatio feudi,  
 die Auslassung der Lehn in foro Saxonicæ, † ex longa  
 observantia & consuetudine adeo necessaria, ut etiam si  
 feudum Vasallus alteri vendat, nihilominus tamen pro  
 Vasallo habeatur, donec jus suum emptori cedat, † nec  
 ullus aliás pro Vasallo agnosci & investiri possit, nisi  
 prior jus suum feudi refutaverit atque remiserit, Bis  
 der vorige Besitzer die Lehn aufgelassen. Iuhde cer-  
 tè fit, ut licet quis prædium feudale alteri vendiderit,  
 nihilominus tamdiu pro Vasallo habeatur, nec emptor  
 prius investitur capere possit, usque dum venditor  
 jus illud feudi à se remiserit. Cui consequens est, † feu-  
 dum ante resignationem hanc non amitti, quia tradi-  
 tionis vicem jure Saxonicæ resignatio obtinet, † adeo  
 ut nihil dicatur hoc jure traditum, nisi sit & resignatum,  
 Zob. part. 2. diff. 20. supr. Cōst. 39. Defin. 35. † Vasal-  
 lus verò non, nisi post traditionem feudo privari po-  
 test, c. Imperiale de probib. Feudi alien. per Frider.  
 Jul. Clat. in §. feudum quest. 31. num. 3. Dan. Moller.  
 lib. 1. semestr. 6. † Eveniet hic, ut privationi nun-  
 quam sit locus: Nam si Dominus resignationi ebn-  
 senterit, res expedita est, & cessat privatio; Sin-  
 minus,

minus, nec tūm privatio obtinebit, quia dissentiente illo, facta alienatio pro non facta habebitur, & poenam aliam non merebitur præter actus annulationem, ut pluribus demonstrat Hart. Pistor. *obser. 230.* † obque id multis peritissimis practicis persuasum est, pœnam privationis feudi ob alienationem sine Domini consensu factam in Germania locum non habere, Wesenbec. *I. consil. 73. n. 30.* † Certumque est, ait Hart. Pistor. *dicit. l. n. 47.* nullum casum in Germania extitisse, ubi quis, qui hoc remedio resignationis, der Auflaßung usus sit, propter alienationem sine consensu Domini factam, feudo fuisse privatus, cum tamen cottidiè ferre e jusmodi alienationes fiant. † Additq; Simon. Ulric. Pistor. *in nos. eis in locis,* ubi usitata est Resignatio, die Auflaßung / de pœna privationis ob feudum alienatum, alrum in Curia Principum esse silentium. † Nihilominus tam etiam hodiè casus evenire potest, ut quis feudo suo propter alienationem, etiam in foro Saxonico pri- 13 vetur. † Nempe si tam imprudenter rem gerat, ut statim omne jus feudi, nullo penitus reservato, in empto rem transferat, & in eo nec resignationis, der Auflaßung nec feudi, des Lehns/ mentionem faciat, neque cum de necessitate requiri existimet, multò minus contaram Domino facere cogitet: † Quo sancè casu, adhuc militat ratio privationis, contemptus scilicet Domini. Ergò & illa tum locum habebit, ut ita nec ea penitus sublata sit, ac propterea minus de iniuitate hujus consuetudinis conquerendum videatur, Hart. Pistor. *dicit. obser. 230. n. 34.* † Quamvis & nudam possessionis translationem ad pœnam privationis sufficere, ac ita à Wittbergens. An. 84. pronunciatum dicat Petr. Heig. part. 162. q. 18. n. 14. † Cujus tamen sententia consuetudini ac moribus Saxonici non omnino est consentanea. *Vid. supr. Constit. 38. Defin. 13.* & *Constit. 39. Definit. 35.* Matth. Coler. de process. execut. part. 1. c. 10. n. 166. Ita Domini in causa Christophori Denharti ju Über. Lopstdt M. Sept. Anno 1601. Et in causa VVolfgangi Melchioris & Caspari Pratrum der Marschalek ju Gravenhenichen Mensl. Jun. Anno 1599.

## DEFINIT. XIV.

*Vassallus feudum amittit, si hoc, in scio Domino, in Emphyteusin alicui concescerit.*

**O**Mnis indifferenter feudi alienatio, irrequisito Domini consensu, sub privationis pœna prohibita est cap. 1. de probib. feud. alien. per Freder. † Ex quo sit, quod Vassallus etiam pignori feudum obligans citra Domini consensum, jure suo cadat, feudoque privat, quia & pignoratio alienatio est, Felin. in c. 7. Extr. de Constit. Zal. de feud. part. 9. n. 6. Schneidew. de feud.

part. 7. n. 19. Schrad. de feud. part. 8. cap. 1. num. 22. † Quamvis in oppignoratione fructuum, aut in favorem Domini, nimur ob res servitis militaribus necessarias facta res aliter se habeat, Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. part. 3. quest. 120. num. 12. & quest. 122. num. 160. † Sicut & subinfeudatio etiam Domino non consentiente facta subsistit cap. 1. §. sed & res: Per quos fiat invest. cap. 1. §. similiter de Leg. Corr. cap. 1. §. sin vero. Qual. olim feud. pos. alien. † certo tamen modo, certisque conditionibus adhibitis, de quibus vid. plenissime Hartman. Pistor. part. 2. quest. 44. † ita ut non præjudicet Agnatis, resoluto post mortem jure Vasallus subinfeudantis, Pistor. dicit. quest. 44. num. 6. † At num & Vasallus feudum, in scio Domino in Emphyteusin alicui concedere prohibetur? † Negant hoc Coler. consil. 5. num. 21. & seqq. & Regner. Sixtin. in Consil. Marpurgens. 12. num. 32. & 33. vol. 3. † Sed prohibitio alienationis generalibus verbis concepta est, in c. Imperiale de prohibit. feud. alien. per Freder. † Quidni ergo concessionem quoque feudi in Emphyteusin ea comprehensam dicemus, & quippe quæ species est alienationis Novell. 17. cap. 1. §. alienationis autem l. ult. C. de reb. alien. non alien. Feudist. comm. in dicit. cap. Imp. Curt. jun. in tract. feud. part. 4. num. 91.. Harppr. in §. adeo autem 3. Inscit. de locat. conduct. num. 151. & seqq. † Ne que à subinfeudatione ad Emphyteusin inferre licet, propter insignem diversitatis rationem: Siquidem Vasallus non potest nisi æquali, & bonâ fide, atque eodem planè modo, quo ipse feudum possidet, subinfeudationem facere cap. 1. §. similiter. 2. de Lege Corradi. † Atqui feudum tali modo in Emphyteusin dari nequit; Aliás enim non Emphyteusis, sed feudum concessum censeretur, Jul. Clar. lib. 4. sent. §. feudum quest. 32. numer. 4. † Quid ergo mirum, ut concessâ licet subinfeudatione, Emphyteusis tamen Constitutio in feudo non admittatur.

Ita Domini in causa heredum Johannis Sommers in Edthen/ Mense Dec. Anno 1616. (Verba sent. Ist eurem Vater Johann Sohnen von den Gesamten von Dunay zu Martin/ ic. eine Huße Landes/ so recht Mann-Lehn ist/ als ein recht Erb-Zins. Gut vor und um 400. fl. läuflichen jugeschlagen/ auch mürklichen tradiret und eingeräumet worden/ ic. So haben obbeweldte von Dunay hieran zu viel und unrecht gehabt/ und ist daher der Dominus feudi, Ihre Fürstl. Gn. zu Anhalt/ weil sonderlich vermöge der beschriebenen Rechte solche und dergleichen Alienations, so ohne Einwilligung des Lehnherres geschehen/ ausdrücklichen verbeten/ bemeldte Huße Landes Mann-Lehn. Gut erlaubtien wohl besagt gewesen/ B. R. W.)

Et in causa Herrn Christoffis Thum-Probstis zu Halberstadt/ Grafen von Stolberg/ ic. Mense Sept. Anno 1566.

CONSTITUTIO L.  
PARTIS SECUNDÆ.

In welcher Zeit ein verändert Lehn soll revociret und angesprochen werden?

**S**erinne halten unsere Verordnete diese Distinction, so das Lehn in einen Agnaten oder Mitbelehnten verändert/ soll dasselbe innerhalb Jahres/ von Zeit der Wissenschaft/ revociret oder angesprochen werden/ da aber das Lehn einem extraneo verkauft/ so kan es innerhalb 30. Jahr nach Kaiser-Recht/ nach Sachsen-Recht aber/ innerhalb 30. Jahr/ Jahr und Tag hinterzo- gen werden/ dabey es dann bleiben/ und darnach gesprochen werden soll.



Intra quod tempus feudum revocari possit?

N hac quæstione hoc pacto distinguunt Deputati nostri, ut feudum in Agnatum aut simultaneè inventum alienatum, intra annum à tempore scientie, extraneo vero venditum intra annos 30. secundum jus commune, secundum Saxonicum autem, intra 30. annos, annum & diem revocandum censeant, & ita judicari volumus.

D.E.

## DEFINITIONS.

1. In ditionibus Electoratus Saxonici, spacio annali indiferenter prescribitur juri redimendi feudum, sive hoc in extraneum, sive in remotiorem Agnatum fuerit alienatum.
2. In praescriptione hanc juris protimiseos spaciū annale, etiam in foro Saxonico, non de anno civili accipi debet.
3. Praescriptio annalis in jure protimiseos feudali non currit ignorantia.
4. Extra Electoratum Saxoniam, quando feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi tringinta annorum spacio prescribitur.
5. Juri feudam revocandi post mortem alienatoris, non nisi tringinta annis, anno & die prescribitur.
6. Non currit praescriptio juris revocandi Agnato, priusquam via succedendi ei aperta, & revocandi facultas data fuerit.

## DEFINIT. I.

In ditionibus Electoratus Saxonici, spacio annali indiferenter prescribitur juri redimendi feudum, sive hoc in extraneum, sive in remotiorem agnatum, fuerit alienatum.

1. Ex jure protimiseos Agnati non nisi intra anni spaciū pretio refuso feudum alienatum redimere possunt, cap. i. §. porrō. Qual. olim feud. poter. alienar. c. Titius si de feudo defunct. † Quod tamen communiter Dd. restringunt ad eum casum, quo feudum Agnato remotiori fuit venditum, existimantes, non nisi spacio 3. annorum juri redimendi praescribi, si in extraneum feudum fuerit alienatum, Alvarott. in cap. i. §. sed etiam res. Per quos fiat invest. Balb. de praescript. part. 4. princip. quest. 12. num. 19. & quest. 30 num. 11. † Quod & Illustrissimo Saxonie Electori quandam placuit, b. Const. 50. Hierinnen halten unsete Vers. 4 ordnete. † Sed repugnat hanc distinctio naturae juris protimiseos, quod ultra anni spaciū non competit, ut multis probat Andr. Tiraquell. de Retract. §. 1. Gloss. 10. n. 3. & seq. † Ergo elapsō anno, hoc jure Agnati ne quidem adversus extraneum experiri poterunt, ut demonstrat Hart. Pst. part. 2. qu. 12. n. 19. & 22. † Nam quōtiescumque intra certum tempus alicui jus aliquod competit, tūm, si intra illud temporis spaciū eo non utatur, censetur illi renunciāsse, l. si ea 7. ubi Bald. C. qui accus. poss. l. i. §. sed videndum it. ff. de success. edit. Salycet. in l. i. C. de integr. rest. minor. † Causa hanc fuit, quod Illustrissimus Saxonie Elector à sanctione b. Constit. 50. postea recesserit, ac semetipsum correrit, approbans Hart. Pst. opinionem, † ut nempe indiferenter, sive in remotiorem agnatum, sive in aliū penitus extraneum feudum sit alienatum, spacio annali juri ~~weghungen~~ præscribatur in Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehen. §. So viel erſtlich. vers. Wann aber solches/junct. §. So sezen/ordnen und wollen wir/rc. 9. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 63. n. 4. † Quod tempus annale non démum à tempore traditionis, sed statim à tempore celebrati contractus currere incipit, ut docet Hart. Pst. dict. q. 12. n. 23.

Ita Domini in causa Centuri von Rüſtigen auf Sieben-Eys. Hen/ Mense Aug. Anno 1603. (Verba sentent. Ob wohl in der Chursl. Sächs. Constitution p. 2. Const. 50. verordnet/dab/wann ein Lehnsgut mit des Lehnherrn Consens etiā in Fremden verkaufset/ des Verkäufers Agnaten oder Mitbelehen innerhalb 30. Jahren nach Kaiser-Recht/nach Sachsen-Recht abet innerhalb 30. Jahr/Jahr und Tag/zur Nähergeltung des verkauften Guts gegen Erstattung des Kaufgeides gelassen werden sollen; dieweil aber dennoch die jüngste Chursl. Sächsische Constitution, so Anno 1583. zu Torgau promulgaret/ zu berührter Nähergeltung allein Jahresfrist gestattet/so wird auch derselben billich nachgegangen/.)

Et in causa Jobst Brandens von Lündau/ M. Mayo, A. 1603. (Verba sententia: Ob gleich nach gewinem Schlus der Rechts/ Gelehrten/ wann ein Lehn-Gut nicht einem Agnaten/ sondern einem Fremden verkauft worden/ den Agnaten innerhalb 30. Jahren/ durch Erstattung des Kauf-Geldes dasselbe an sich zu bringen gelassen; dieweil aber dennoch die Gegen-Weynung/ daß es newlich auch in diesem Fall innerhalb Jahresfrist geschehen müsse/in den beschriebenen Lehn Rechten bessern Grund hat/ auch durch die Organische Constitution approbiert und ange nommen: So lassen wir es auch bey unserm vorigen Recht-Spruch billich bewenden/dab ihr nemlichen nach verflossener Jahresfrist nicht zugelassen/B. R. W.)

## DEFINIT. II.

In praescriptione hanc juris protimiseos spaciū annale, etiam in foro Saxonico non nisi de anno civili accipi debet.

- ¶ Llud videtur remanere dubium, anno in praescriptio- ne hanc juris Protimiseos, spacio annali in foro Saxonico addi debeant sex septimanæ, ut ita agnati non nisi praescriptio anni & die, sive sex septimanarum, à jure redimendi excludantur? † Ita quidem vult Matth. Berlich. decis. 155. n. 10. èò quod in foro Saxonico praescriptio annalis contineat annum Saxonum, qui conficitur anno & die sive sex septimanis, Jahr und Tag. lib. 1. Landt. art. 38. in pr. Lehrerecht cap. 25. vers. In Jahr und Tag/ Weichb. art. 4. post pr. vers. Jahr und Tag, Gloss. in Lehre, cap. 22. n. 5. & cap. 25. n. 5. † Sed contra mentem & intentionem Illustrissimi Elec toris Saxon. qui non modo ad dispositionem juris communis (quod procul dubio non nisi de anno civili intelligendum) se refert, sed & secundum eam in ditionibus sui Electoratus pronunciari jubet in Ordin. Torgaens. de An. 1583. tit. Welcher Gestalt die Agnaten und Mitbelehen. §. So viel erſtlich. junct. §. So sezen/ordnen und wollen wir. vers. In beschriebem benem Lehrerecht/ &c. † Ut dubium non sit, Illustrissimum Constituentem facultatem hanc redimendi anno civili adstringere voluisse. Nec obstat ratio Berlichii ex computatione anni Saxonici desumpta, † quæ non nisi in praescriptione annali Saxonica statutaria & directiva, h. e. à jure Saxonico adinventa, locum habet; † Secus vero in praescriptione juris communis, in foro Saxonico recepta & approbatā, Vid. supr. Const. 32. Defin. 4.

Ita Domini in eadem causa Jobst von Brandens zu Lündau/ M. Mayo, Anno 1603. (Verba sentent. So lassen wir es auch bey unserm vorigen Recht-Spruch billich bewenden/dab ihr nemlich nach verflossener Jahresfrist nicht zugelassen/B. R. W.)

## DEFINIT. III.

Praescriptio annalis in jure protimiseos feudali non currit ignorantia.

- ¶ Jure redimendi feudum, spacio annali Agnatus aliter haud excluditur, quam si sciverit, feudum fuisse alienatum, b. Const. 50. vers. Innerhalb Jahres von Zeit der Wissenschaft revocaret oder angesprochen werden/ rc. † Nam ignorantia annus iste non currit, ut probatur in c. i. §. porrō, ibi: annali spacio, ex quo sciverit, Qualit. olim feud. poter. alien. c. Titius ibi: per annum, ex quo scivit. Si de feud. defunct. Hart. Pst. part. 2. quest. 12. n. 25. † Idque regulare est omnibus illis casibus, in quibus unius solummodo anni spaciū est statutum, quod ignorantia non currere solet, l. semper 15. §. hoc interdictum 3. & §. annus 4. ff. quod vi aut clam. l. annus 6. ff. de calumn. l. genero 8. ff. de bis qui not. infam. † Nisi sit ignorantia dolosa & affectata l. i. §. 1. ff. de act. empt. l. qui contra 4. C. de incest. nupt. Vel crassa & supina, † quæ regulariter pro scientia habetur, l. et si consensum 15. §. ignorantia l. ff. de contr. empt. l. nec supina 6. ff. de jur. & fact. ignor. Gloss. in c. i. §. similiter in verb. scientia: Quib. mod. feud. amitt. † Porrō ut quis scire dicatur, obque hanc scientiam annali spacio à jure protimiseos excludatur, non sufficit, cum perfunctorie habere notitiam

titiam generalem, sed requiritur insuper, ut totum negotium cum omnibus suis qualitatibus penitus cognoverit, l. in totum 76. ff. de reg. jur. l. aut qui aliter s. 5. ff. quod via aut clavis l. de pupillo s. 5. qui nunciat. 15. ff. de oper. nov. nunciat. Hart. Pistor. dict. quest. 12. n. 29. &

- 7 30. † ubi disertè requirit, ut Agnatus sciat pretii quantitatem ex Bald. & Matth. de Afflict. quos ibidem alleg. Ita Domini in causa Caroli Möders zu Kronau/ Mens. Jul. Anno 1598. (Verba sentent. Ob nun wohl einer Vater/Alexander von Möder zu Möderstorff/ in solche Alienation nicht gewilligt/ und davor die verkaufte Gütere zu sich zu lassen sich unterstehen will; dieweil er aber dennoch berührt Alienation wohl gewußt/ dieselbe aber innerhalb Jahrhundert nicht gesuchten/ noch in Kauf getreten/ so mag er auch nunmehr dazu ferner nicht gelassen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

*Extra Electoratum Saxonia, quando feudum in extraneum est alienatum, juri protimiseos non nisi triginta annorum spacio prescribitur.*

- 1 **E**t si Constitutio Electoralis, quā Agnatis spaciū annale indifferenter est praeinitum ad redemptiōnē feudi, naturae pariter juris protimiseos, & ipsi Juri 2 feudali conveniat, ut demonstravi *supr.* Defin. 1. † Nihilominus in contrarium est commune Interpp. placitum, quod nempe juri redimendi feudum, si quidem in Agnatum remotiorem fuerit alienatum, anni spacio, si verò in penitus extraneum fuerit alienatum, non nisi triginta annorum spacio prescribatur, Gloss. in c. 1. §. Titius si de feudo defuncti content. sit. Andr. Gail. lib. 2. obser. 19. num. 13. Mynsing. cent. 4. obser. 85. num. 1. Joh. Köpp. decis. 54. num. 96. & seqq. Matth. Berlich. part. 2. conclus. 63. n. 1. Andr. Tiraq. de retract. §. 1. Gleß. 3 10. n. 9. Beust. ad l. admon. 31. n. 895. ff. de jurej. † Quod cum legis vim habeat, utique secundum illud extra Electoratum Saxonia, ubi Constitutio Electoralis recepta non est, omnia pronunciandum erit, l. minimè 23. ff. de LL.

Ita Domini in causa Friderich Schöns Erben/Mense Febr. A. 1599. (Verba sententia: Hat Martin Raumann sein Mahn-Lehnigut/ so ein rechtes Lehnigut ist/ und ihr die gesamte Hand daran erlangt/ bey seinem Leben einem andern Mitbelebten/ so aber gradu remotior, als ihr seyd/ verkauft; dasen ihr nun/ eurem Fürgabe nach/ in solche Veräußerung nicht gewilligt habet/ ic. So wäret ihr/ ledoch wann noch zur Zeit dreißig Jahr/ Jahr und Tag nicht verslossen/ noch dadurch euer Recht prescribere wäre/ solches Lehnigut ohne Entgelt zu revociren wohl besugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. V.

*Juri feudum revocandi post mortem alienatorū, non nisi triginta annis, anno & die prescribitur.*

- 1 **Q**uæ hactenus dicta fuere, non nisi in redemptione feudi ex jure protimiseos, quod vivo adhuc alienatore Agnatis competit, obtinent. † Alia est ratio juris revocandi, quod mortuo demum alienatore, absque pretii refusione, Agnati exercere possunt: Huic enim juri indifferenter sive Agnato remotiori, sive pernitius extraneo feudum venditum fuerit, † non nisi spacio triginta annorum, & in foro Saxonico triginta annis, anno & die prescribitur, ut docet multis Hartm. 4 Pistor. part. 2. quest. 8. num. 31. † Nam omnis actio spacio demum triginta annorum tollitur, l. sicut. 3. l. ult. C. de pref. 30. vel 40. annor. l. 2. C. de const. pecun. 5 Quod & de jure feudali verum est, † quo nisi aliud tem-

pus sit praeinitum, regulariter omnia jura spacio 30. annorum extingvuntur, ut appareat ex c. 1. §. se quis per. Si de feud. defuncti c. 1. §. porro. Qualiter olim poter. feud. alien. † Non itaque admirandum est, quod 6 etiam ius hoc revocandi non minori quam 30. annorum spacio amittatur, eoque elapsō amplius non computat, Zaf. de feud. part. 9. n. 29. Thom. de Marin. in. tit. de feud. ex pat. & provid. pat. n. 65. aliisque ab Hartman. Pistor. dict. loc. num. 1. allegati. † Qui tamen in eo peccant, quod doctrinam hanc ad eum solummodo casum, quo feudum extraneo fuit venditum restringere conantur, existimantes, feudo in agnatum remotiorem alienato, non nisi infra annum à die scientia computandum proximiōres agnatos admitti. † Cui errori causam dedit generalis intellectus c. Titius si de feudo defuncti content. sit. Quod de utroque jure, revocandi & redimendi indifferenter explicarunt Interpp. † cum tamen responsi illius verba finalia ad solum jus redimendi ex jure protimiseos competens restringi debeant, ut eleganter explicat Hartm. Pistor. dict. q. 8. n. 38.

Ita Domini in causa Georgii Möders zu Lübenau/Mense Febr. A. 1629. (Verba sententia: Hat Martin Raumann sein Mahn-Lehnigut/ so ein rechtes Lehnigut ist/ und ihr die gesamte Hand daran erlangt/ bey seinem Leben einem andern Mitbelebten/ so aber gradu remotior, als ihr seyd/ verkauft; dasen ihr nun/ eurem Fürgabe nach/ in solche Veräußerung nicht gewilligt habet/ ic. So wäret ihr/ ledoch wann noch zur Zeit dreißig Jahr/ Jahr und Tag nicht verslossen/ noch dadurch euer Recht prescribere wäre/ solches Lehnigut ohne Entgelt zu revociren wohl besugt/ B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

*Non currit prescriptio juris revocandi Agnato, prius quam via succedendi ei aperta, & revocandi facultas data fuerit.*

**N**on currit hæc prescriptio tricennaria juris revocandi à tempore factæ alienationis, sed à tempore mortis alienatoris. † Quia tunc demum, defuncto scilicet alienatore, succedendi via agnatis aperta, adeoque facultas revocandi data est, *supr.* Constit. 48. Defin. 13. † Nam regulariter contra eum, cui juris aliquod impedimentum obstat, quod minus agat, prescriptio non currit, l. 1. C. de annal. except. Autb. nisi tricennale C. de bon. matern. Hartm. Pistor. part. 2. quest. 8. n. 40. † Ex quo porrò sequitur, prescriptionem contra agnatum proximiōrem defunctum adimplentam, reliquis remotioribus non obstat, † quod minus illi postea ex proprio ipsorum jure feudum revocare valent; † quamdiu namque proximior Agnatus superstes fuit, sequens in gradu jus agendi & revocandi non habuit, adeoque nec prescriptio tempus illi currere potuit, dict. l. 1. C. de annal. except. Hartm. Pistor. dict. quest. 8. num. 41. & seqq. † ubi multis argumentis & autoritatibus Interpp. hanc sententiam defendit, contra Ar. Pinell. in Autb. Nisi tricennale, n. 55. C. de bon. matern.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. So wäret ihr/ ledoch wann noch zur Zeit 30. Jahr/ Jahr und Tag von Zeit des Alienatoris Absterben anzurechnen/ nicht verslossen/ noch dadurch euer Recht prescribere wäre/ solches Lehnigut ohne Entgelt zu revociren wohl besugt/ B. R. W.)

## CONSTITUTIO LI.

## PARTIS SECUNDÆ.

Ob die Bauren und Unterthanen ihrer Herren Rittersege zu bewachen schuldig?

**B**eo wohl die Leute/ über ihre gesetzte Dienste/ solche Bürde ihnen aufzudringen zu lassen/ vermöge beschriebener Rechte/ nicht pflichts

Rustici & Subditi num castra Domitoruni custodire teneantur.

**E**t si rustici ultra solita servitia hoc onus in se recipere jure communi non teneantur: Si tamen doceri possit, consuetudia he

pflichtig / da aber dennoch derowegen eine verwährte Gewohnheit / oder aber sonderliche Pacts und Vereinigungen könnten dargethan werden / oder es wäre in gemeinen Kriegs-Läufsten / oder daß Mordbrenner Schaden thäten / oder die Lehn-Herren hätten abgesagte Feinde / auf solcher Fälle einen / sollen die Leute / über ihre gesetzte Dienste / den Rittersitz zu bewachen schuldig seyn / jedoch daß in diesen Fällen / wann sie über ihre gesetzte Dienste dienen müssen / und an den Hertern / da es anders nicht herkommen / ihnen Käse und Brod gegeben werde.

Es kan aber auch / zur Zeit der Behden / den Leuten auferlegt werden / daß sich jedes Dorff selbst bewache / dabei wir es bleiben lassen / und sollen unsere Gerichte darauff auch also in vorsfallenden Fällen erkennen und sprechen.

### DEFINITIONES.

1. Quibus in casibus rusticis ac subditi in foro Saxonico castra dominorum suorum custodire cogantur?
2. Cogi possunt rusticis, ut tempore belli pro defensione sui quique pagi sint in excubis.
3. Omnes indifferenter subditi (auch die Gärtner und Hintersassen) ad excubias agendas sunt obstricti.
4. Advene tamen, qui solum conductitias edes possident, excubius haud sunt gravandi.
5. Subditis excubias agentibus, debetur vietus usitatus, qui est panis & caseus, nisi aliud consuetudine fuerit introductum.
6. Custodire debent subditi castris solummodo domini sui, qui iurisdictionem habet, licet bassam saltem ac inferiorem.
7. Defuncto domino, multiplicatis licet possessoribus & castris, excubia consuetudinaria tamen haud multiplicari debent.
8. Sufficiunt excubia foris praesite, nec cogi possunt subditi, ut intra & in area castrorum agant excubias.
9. Rustici certa mercede operas suas elocantes, quam-

### DEFINIT. I.

*Quibus in casibus rusticis ac subditi in foro Saxonico castra dominorum suorum custodire cogantur?*

1. Regulariter Nobiles aliiwè Domini subditos suos ad custodiam nocturnam vel diurnam suis castris faciendam cogere haud possunt, l. un. C. ne oper. à collat. exig. l. 1. & seq. C. Ne Rustic. ad ullum obseq. devoc. Nicol. Boër. decisi. 212. n. 1. Fulv. Pacian. de probat. lib. 2. c. 37. n. 51. Jason. in l. 7. & impendi autem 16. n. 3. ff. foli. matr. + Quod nec in foro Saxonico aliter obser-vatur, b. Const. 51. in pr. Ob wohl die Leute, ubi Dan. Moller. n. 1. + Certos tamen excepti casus Illustrissimus Saxoniae Elector in b. Constit. quibus subditos ad custodiam castris dominorum suorum faciendam ob-stringit: Putà, (1.) + si legitimè consuetudine hoc fuerit introductum, verb. Da aber dennoch derowegen eine verwährte Gewohnheit. (II.) + Vel pacto speciali ita conventum, verf. Oder aber sonderliche Pacts und Vereinigung könnten dargethan werden. (III.) + Aut si consuetudine & pacto cessante, Bella publica saeviant, verf. Oder es wäre in gemeinen Kriegsläufsten. (IV.) + Aut incendiarii grassetur, verf. Oder daß Mordbrenner Schaden thäten. (V.) + Vel denique si Domini habeant inimicos capitales, & a diffidatoribus periculum aliquod metuant, verf. Oder die Lehn-Herren hätten abgesagte Feinde. + Nec refert, an Dominus ipse causam & occasionem diffidationi de-derit, nec ne, ut docet Moll. b. n. 6. Hisce ergo quinque casibus in foro Saxonico subditi ad custodiam castrorum sunt obstricti, + ita ut inviti mediante carcere

ne alicujus loci aliud receptum esse, vel pactis aliter conventum, vel bella publica saeviant, aut incendiarii grassetur, vel deniq; Dominis feudi à diffidatoribus periculum immineat, in unoquoq; horum casuum rusticos ad custodienda castra dominorum obligatos esse volamus, ita tamen, ut panis & caseus illis præbeatur, nisi & hic forte loci alicujus consuetudo extet in contrarium.

Sed & tempore belli, rusticis, ut pro defensione sui quique pagi in excubis sint, cogi pos-sunt. Idque judicia nostra in judicando ut ob-servent, mandamus.

bewache/ dabei wir es bleiben lassen/ und sollen

unsere Gerichte darauff auch also in vorsfallenden Fällen erkennen und sprechen.

### DEFINIT. II.

- do & quatenus eas propriū potius ipsorum dominū, quam aliis elocare teneantur?
10. Dominis atq; Nobilibus nullum competit ius Proximi-seos in Cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quae venales ad forum deferunt.
11. Domino defuncto, heredes pro familiario mercedem debent, ad id solum tempus, quo heres mortuus est.
12. Mortuo famulo ante tempus finiti servitii, hereditibus ejus salarium debetur non nisi pro mtd temporis, quo servivit.
13. Dominus famulo absq; causa ante tempus ex servitio discedenti, ne quidem pro rata temporis, quo servivit, salarium solvere tenetur.
14. Dominus non tenetur famulo ratione damnis in cor-pore suo, licet in servitio acceptis.
15. Subditi ac rusticis malefici in carcere custodire haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum.
16. Subditi debita servitia prestare recusantes non modo carcere ad id vogi, sed & propter consumaciam reke-gari possunt.

vel multa pecunia à dominis suis ad excubias agen-das adigi queant.

Ita Domini in causa Abraham Römers in Mühlhausen / M. Jan. Anno 1606. (Verb. sent. Die weil aus dem zwischen euch und euren Unterthanen anno 1599. ausgerichteten Vertrage zu be-findest / das gedachte eure Unterthanen diejenigen Bach-Grönen / davon die Chursl. Sachs. Constitution hielten / ja letzten gewißli-ge / und aber ieso angezogene Chursl. Sachs. Constitution den Unterthanen keine andere Bach-Grönen auferlegt / als wann Kriegsmaßte verhandeln / oder den Lehn-Herrn von Mordbren-nera / so was geschehen / oder dieselbe abgesagte Feinde hätten / so man zu jenseit bewehmde eure Unterthanen zu andern Bach-Grönen / außerhalb ieso berührte Fälle / von euch nicht gedrun-gen / noch in dero Verweigerung in Straße genommen werden / ihr könnet denn anderer Gestalt / als durch die übersandte zwölf Maßtiven / und wie recht darin und beweisen / das bei euch und euren Vorfahren díssfalls ein anders hergebracht / und über Rechts verwährte Zeit auch unverbrüchlich also gehalten wor-den / detselben wären offterwähnte eure Unterthanen nochmehr nachzuholen schuldig / B. R. W.)

Et in causa Johannis Haubold von Einsiedels zu Spira/Menf. Aug. A. 1604. (Verba sent. Ob wohl die Unterthanen über ihre gesetzte Dienste ihrer Lehn-Herren Rittersitz zu bewachen / wofern es durch eine beständige und verwährte Gewohnheit anders nicht hergebracht / oder durch sonderliche Vereinigung verwillig-gets / nicht gedrungen werden mögen; Da ihr aber dennoch / eu-rem Bericht nach / abgesagte Feinde hättest / so würden eure Unterthanen über ihre gesetzte Dienste euch euren Rittersitz der Weise nach zu bewachen schuldn. In Verweigerung dessen / seyd ihre durch Strafgebot oder Pfändung dazu anzuhalten wohl besugt / B. R. W.)

### DEFINIT. III.

*Cogi possunt rusticis, ut tempore belli pro defensione subditi quique pagi sint in excubis.*

**M**oderat pariter & certè agendum est in impo-tentis excubiarura servitiis, ne subditi nimis gra-ventur, adeoque nec consuetudo in certis casibus pro-bat,

bata, ad alios extendi debet casus, qvum & aliis in onerosis & odiosis consuetudinibus extensioni locus non sit, Joh. Garl. de expens. c. 9. n. 7. & seqq. Petr. Heig. 2 part. 2. q. 23. n. 12. † Nec omnia dominorum castra subditi custodire debent, sed tantum ea, in quibus antea quoque excubia solitae sunt fieri, Nic. Boët. decif. 212. 3 n. 18. † Sicuti nec subditi cogi possunt, ut excubias certe a castro præstitas in alio agant & præstent, Berlich. 4 part. 2. concl. 64. n. 18. † Quia nunquam consuetudo iuri communi contraria de casu ad casum, vel de persona ad personam, aut de loco ad locum extendenda, sed quantum fieri potest, stricissime interdicta est, Bald. & Jas. in Autb. quirem. C. de SS. Eccl. Schrader. 5 de feud. part. 10. sec. 20. n. 165. & seqq. † Alta est ratio reliquorum casuum, quibus extra consuetudinem & conventionem subditi ad excubias sunt obstricti, puta tempore belli, dissipationis aut grassationis incendiariorum. † Tum enim subditi indistincte omnia castra. 7 Dominorum custodire coguntur, usque adeo, † ut quamvis ea nimis sint remota, distentque à subditis & eorum bonis, ita ut jus excubiarum parum aut nihil custodie illis afferat, nihilominus subditi ad custodiam sicut obligati, nec ob distantiam se excusare queant, ut probat ex generalitate b. Const. Dan. Moll. hic n. 3. ubi 8 tamen custodiam ita instituendam monet, † ut ne quidam ex rusticis, sive remotiores illi sint, sive propinquiores, præ alias graventur, quod in dabo Principis arbitrio committendum censer. † Planè tempore belli rusticci cogi possunt, ut non solum castra Dominorum custodian, sed & pro defensione sui quique pagi in excubias sint, disponente ita Electore Illustrissimo b. Const. 9 si. vers. Es kan aber auch zur Zeit der Behden den Leuten auferlegt werden, daß sich iedes Dorff selbst bewache.

Ita Domini in causa Joachimi Andelmanns zu Marckleberg/Mens. Mart. Anno 1633. (Verba sent. Dieweil aber dennoch die Churfl. Constitution der Obrigkeit/ihren Leuten in Behdeszeiten/nicht nur die Ritter siehe/sondern auch iedem Dorfe sich selbst zu bewachen außzuerlegen verstaettet/.)

#### DEFINIT. III.

*Omnis indifferenter subditi (auch die Gärtnere und Hintersassen) ad excubias agendas sunt obstricti.*

1 IN casibus illis, quibus Dominorum castra sunt custodienda supr. Dehln. I. indifferenter subditi omnes ad 2 excubias agendas sunt obstricti, non solum viri, † sed etiam mulieres, Nic. Boët. decif. 212. n. 6. Licet quoad viduas aliud velit Ferret. in addit. ad Guid. Pap. decif. 9. Nec solum rusticci prædia rusticæ possidentes, die Pferder/ner/ so Pferde/Güter haben/ † sed etiam coloni, & hortulani, die Häuseler/Hintersassen oder Gärtnere propter verba generalia bujas Constit. si. ibi. Sollen die Leute/ ic. Quod tanto magis verum est in excubias 4 agendas pro defensione pagi tempore belli, † quanto certius est emolumentum ac commodum, quod omnibus indifferenter subditis inde accedit. † Clericos tamen ac pastores in pagis ab hisce oneribus exceptos veniam, quippe † qui nec ad alia servitia sunt obstricti, 6 Matth. Berlich. part. 2. concl. 64. n. 12. † Quamvis dissentiat Boët. dict. decif. 212. n. 6. cuius argumentum refellit Berlich. dict. loc.

Ita Domini in eadem caus. (Verba sent. Die Wache auch den Hintersassen und Häuslern so wohl/als den Pferduern zum besten mit gerechtfertigt/.) So seind ihr auch dieselben/ wann sie auf ihrer Verweigerung beharrten werden/durch Auspfändung oder Gefängniss zur Wache anzuhalten wohl befugt/B.R.W.)

#### DEFINIT. IV.

*Advene et aman, qui solum conductitias edes possident, excubias band sunt gravandi.*

1 Non tamen castra dominorum custodire, nec pro defensione pagorum excubias agere tenentur, advene sive inquilini, qui in pagis vel oppidis propriis ades non habent, sed solum conductitias possident,

Boët. decif. 212. n. 7. Matth. Berl. part. 2. concl. 64. n. 13. † Et siquidem munus excubiarum personale, l. munerum 18. §. hi quoq. 10. ff. de munere. & honor. l. sed & milites 8. §. qui autem inter nocturnos 4. ff. de excusat. tutor. Guid. Pap. decif. 9. n. 1. † At inquilini & advene conductitias tantummodo ades possidentes immunitatem à munib[us] personalibus habent l. 6. §. ult. ff. de mun. & honor. l. 17. §. inquilini 7. ff. de excus. tutor. Gail. de Arest. Imper. c. 20. n. 6.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sentent. Jedoch werden mit dergleichen Wache d[er]jenigen / so keine eigene Häuser oder Güter haben/billich verschonet/.)

#### DEFINIT. V.

*Subditis excubias agentibus, debetur vietus usitatus, qui est panis & caseus, nisi aliud consuetudine fuerit introductum.*

1 NE excubiaz subditis nimium onerosæ atque odiosæ videantur, jussit Elector Illustrissimus iis iustum usitatum præbere, panem scilicet & caseum, † ut vel cibationis saltem respectu rustici non gratis excubare cagantur, b. Const. 5. 1. vers. Jedoch daß in diesen Fällen. ubi Moller. n. 2. † Planè si consuetudine & hoc abrogatum fuerit, illà omnino standum erit, nec ad præstationem cibi hujus usitati Domini sunt obstricti, b. Const. vers. An denen Orten/ da es anders nicht herkommen/.) † Quia consuetudo vim Legis habet, l. de quibus 32. ff. de LL.

Ita Domini in causa Hansen Haubolds von Einfeld zu Spira/Mens. Aug. Anno 1604. (Verba sentent. So wären eure Untertanen über ihre gesetzte Dienste auch euren Ritter. Sit der Rehe nach/ gegen Rechnung Räse und Brodt/ vermöge Churfl. Sächs. Constitution, zu bewachen schuldig/.)

Et in causa Hansen Magni von Schönfeld auf Bachau / M. Mart. Anno 1634. (Verba sent. Da nur desselben Orts beständiger Weise herbracht / daß in dergleichen Fällen keine Lieferung gegeben wird/.) So seind auch eure Untertanen/ ohne der gewöhnlichen Rost/ die Wache zu verrichten schuldig/.)

#### DEFINIT. VI.

*Custodire debent subditi castrum solummodo Domini sui, qui jurisdictionem habet, licet bassam saltem ac inferiorem.*

1 AD relevationem servitiorum illud quoque haud parum facit, quod rusticci ac subditi custodiam debeat castris non nisi Domini sui, sub cuius sunt jurisdictione & protectione, b. Const. 5. 1. in rubr. ibi: Thoher Herren Rittersche zu bewachen schuldig. † Nam privatus quispiam, fortalitium aut turrim in jurisdictione ac ditione Domini sui possidens, licet amplissimum ac fortissimum sit, ipsem tam sumptibus suis illud custodire tenetur, Nic. Boët. decif. 212. n. 2. Bart. in l. 1. ff. de incend. ruin. naufr. Paris. de Puteo de Syndic. verb. Robaria post pr. ver. hoc ideo. † Quin nee per Dominum subditi delegari possunt privato vel alteri, ut ejus castra custodian, Zaf. ad l. si non forte 26. §. liberus 12. ff. de condit. indeb. † Quia excubiaz sunt officiales, non fabriles, Boët. dict. decif. 212. n. 18. † officia licet servitia alteri delegari non posse, expeditum est, l. fabriles 6. l. opere 9. §. sed officiales 1. ff. de oper. libert. Jason in dict. l. 26. §. 12 ff. de cond. indeb. n. 17. & 18. † Sufficit tamen, Dominum, qui custodiam à subditis suis exigit, speciem saltem jurisdictionis habere, vel bassam sive inferiorem, vel merum ac mixtum Imperium. † Nam & illi, qui simplicem tantum jurisdictionem habent, excubias debentur, per l. 3. §. sciendum est autem 3. ff. de offic. pref. vig. Nic. Boët. dict. decif. 212. n. 9.

Ita Domini in causa Wolfgang Müllers & Consortium in Lauterbach/Mens. Mart. Anno 1586. (Verba sent. Ob ihr gleich über Menschen Gedanken mit einiger Wache nicht belegt worten seid. Dieweil ihr aber dennoch selbst berichtet/ daß Hans Fabian von Machwitz zu Lauterbach euer Erb- und Lehn-Herr ist/ und ihm/Inhalts der übersandten Edyen/ feindlichen abgesaget worden/.) So seid ihr auch/vermöge Churfl. Sächs. Constitution, seinen Ritters/ uageacht daß er allein die Erb-Gerichte hat/ die Ober-Gerichte aber nicht ihm/ sondern dem Amts Wolgastberg iuständig seyn/zu bewachen schuldig B.R.W.)

## DEFINIT. VII.

**D**efuncto Domino, multiplicatis licet possessoribus & castris, excubia consuetudinaria tamen haud multiplicari debent.

- 1 **S**i Nobilis moriatur, relictis aliquot filiis, qui feudo diviso castra quoque plura faciunt, ac multiplicant, singulis tum castris subditos custodiam ex consuetudine debere, existimare quis posset? † Sed contra rationem juris & æquitatis, cum isto modo futurum esset, ut non duplicarentur tantum, quod ajunt, miseris rusticis lateres, sed multiplicarentur etiam sæpe, † imò tandem in infinitum res esset progressura, & rusticis vel relictis agellis suis migrandum, aut oneribus succumbendum, ut in simili loquitur Dan. Moller. lib. 2. *semetr. 32. in pr.* Nec enim omnia Dominorum castra subdit custodire debent, † sed ea tantum, in quibus antea quoque excubiae solitæ sunt fieri, Nic. Boër. *decis. 212. n. 18. supr. Defin. 2.* † Ergo castris divisis, non singulis novis custodia præstanta, nec in ejusmodi consuetudine odiosa ac onerosa extensioni locus erit, Joh. Gars. *de expens. cap. 9. n. 7.*

Ita Domini in causa Hansen Dippoldis und Hansen Hauboldis/ Fratrum à Grensing auf Döhlen und Zanckroda/M.A. Jun. An. 1617. (Verba sent. Ist euer Vater Hans Dipbold von Grensing Lodes versfahren/ und hat euch selne zweien Söhne juzam dem Ritter-Gut Döhlen/ und noch andern zweyen Gütern Zanckroda und Weißig nach sich verlassen/ und als ihr getheilet/ ist euch Hansen Dipbolden Zanckroda und Weißig/ euch Hansen Haubolden aber das Gut Döhlen zukehren/ lassen denn euch zu einem jeden Thelle eitliche gewisse Unterthanen und Dorffschaften geschlagen worden. Ob ihr nun wohl beyde/ und ein jeder insonderheit von seinen Unterthanen neben andern Diensten/ die Wache auf den Hochzeiten/ Kindtaufen und Begegnissen fodert und haben wollet/ ic. So mögen sie doch zu einem mehrern/ und numehr eure beyde Güter zu bewachen/ wider ihren Willen nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

*Sufficiunt excubia foris prefita, nec cogi possunt subditi, ut intra & in area castrorum agant excubias.*

- 1 **A**lia est ratio castri, non quidem noviter exstructi, sed reædificati: Castro namque propter bellum, aliumvè casum penitus destructo & diruto, † si postea illud in eodem loco vel prope illum reædificetur, subditi ad custodiam præstandam omnino sunt obligati: 1. Et Atticinus 35. ff. de S.R.P. † Quoniam nempe censemur subrogatum in locum castrum prioris, adeoque & illius naturam sapit, l. si cum 10. §. qui injuriarum 2. ff. si quis caution. Nic. Boër. *decis. 212. n. 14.* Berlich. part. 2. concl. 64. n. 25. † Planè sive antiquitus constructum, siue noviter reædificatum sit castrum, nunquam intra & in area castrum, subditi excubias agere tenentur, sed sufficit, ut foris custodiam præstant, & castra circumambulant, † quod vel sola vacula (excubare) probat, derivata ab extra seu foris cubare, Polyd. Ripa in tract. de noctur. temp. cap. 50. n. 1. Berl. dict. concl. 64. n. 23.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Gleisin/M. April. A. 1621. (Verba sententia: Habt ihr euch gegen dem Erbherrn/ nachdem er euch den Rittersitz zu bewachen erforderl/ dergestalt erklärte/ daß ihr die Wache desselben von aussen herum willig auf euch nehmen und verrichten wollet/ ic. So werdet ihr bei solcher eurer Erklärung billich gelassen/ und ihr möget die Wache innerhalb im Hause zu verrichten/ wider euren Willen nicht gedrungen werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Rustici certa mercede operas suas elocantes, quando & quatenus eas propriis potius ipsorum Dominis, quam aliis elocare teneantur?*

- 1 **R**usticos, qui operas suas equis vel manu præstandas elocare solent, Domino suo præ cæteris locare, ipsique pro eadem mercede inservire, regulariter haud cogi posse, tam naturæ, quam juris rationibus consentaneum videtur: † Naturæ enim æquum est, ut quilibet rei sua moderator sit & arbiter, l. in remandata 3. 21. C. mand. † Et justum est, sua cuique committere, l. Carpz. *Definit. Vol. I.*

nemo exterius 9. C. de bis 4. circa fin. extr. de Sepult. l. 2. in fin. ff. si quis à parent. manum. l. sed si a lege 25. §. consulnit it. ff. de bered. petit. † Et de jure omnes 4. contractus ab initio voluntatis essi dieuntur l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commodat. † Unde nec quisquam 5. invitus rem suam vendere, l. *invitum* 11. Cod. de contr. empt. l. nec emere 16. C. de jur. delib. nec locare cogitur, l. *invitos* 11. C. de locat. † Ac certè non parum interest 6. rusticorum, cur potius alteri, quam Domino operas e- locent? † Nam servitiis alteri locandis, id tempus de- 7. stinare solent, quod ipsis magis est commodum, nec ullus timor subest, ne inviti detineantur; At cum Do- minis operas suas elocant, sanè non leve periculum, subest, ne illi pro imperio operis rusticorum abutantur, quod facile evenire posset, teste experientia, Hart. Pst. obser. 101. n. 20. & seqq. † Nihilominus tamen vincu- 8. lum Sacramenti, quo Domino ad obedientiam atque servitia obstringuntur, postulat, ut ei præ cæteris inser- viant, vel saltem etiam honestatis ratione, si ipsorum nihil intersit, cur non magis Domino pro eadem mercede, quam extraneis inservire velint: † Comamovit 9. hæc ratio Dominos Scabinos, ut contra subditos pro- nunciandum existimaverint? certis tamen adhibitis conditionibus. Nempe † (1.) si rusticci non propriis o- 10. peris detineantur, sed eas alii extraneo elocare velint. † (2.) Illasq; alteri nondum elocaverint vel promise- 11. rint. † (3.) Ac Domini à subditis uno eodemq; tempo- 12. re operas exigant. † (4.) Eandemq; mercedem promit- 13. tant: Arbitri scilicet fuere Scabini, hisce conditioni- bus subveniri posse subditis, † ne ipsorum operis Do- 14. mini abutantur, quod alias forsitan metuendum esset, juxta opinionem Hart. Pst. dict. obser. 101.

Ita Domini in causa Christophori à Risswig auf Mebra/Mens. Nov. Anno 1593. (Verba sent. Da nun eure Unterthanen/ so an- dern Leuten ums Tagelohn zu arbeiten pflegen/ mit ihrer eigenen Arbeit nicht zu thun/ noch sich andern allbereit verdinget und ver- sprochen hätten/ auch ihr und ein Fremder folche Hand-Arbeits/ davon sie gleichen Lohn haben und verdienen könnten/ ihnen zu einer Zeit anderten würdet; So wären sie euch vor Freunden um solchen Lohn zu arbeiten schuldig/ B. R. W.)

It. in causa der Gemeinde zu Reichendorf/contra den Herrn von Wildenfeld/Mense Jan. Anno 1604.

In causa Rudolphi à Büna/Mense Maj. Anno 1616.

Et in causa Joachimi Anselmaüs zu Marchleberg/M. Mart. Anno 1633.

## DEFINIT. X.

*Dominis atq; Nobilibus nullum competit jus Protimiseos in Cibariis vel mercibus edilibus subditorum, quae venales ad forum deferunt.*

**N**on ut in elocatione operarum, quas vinculum præstati juramenti aliquo modo exigit, Def. prec. † ita & in cibariis subditorum venalibus, Dominis vel Nobilibus jus ullum protimiseos competit: † Adeoq; Domini injuria cogunt subditos, ut merces venales ci- barias sive ediles, puta gallinas, anseres, ova, vitulos, butyra, caseos in arcis eorum deportent, sibiq; vendi- tandas offerant, antequam eas ad publicum deferri fo- rum patientur, † ut non modo in Collegio JCtorum Wittebergenium, sed etiam in aula Electoris Sax. pro- nunciatum testatur Rauchb. part. 2. q. 22. in pr. Præter- quam enim, quod æquum non sit, † invitum quemque tem vendere vel emere cogi, l. non est æquum 9. ff. rer. a- motar. l. nec emere 16. C. de jur. delib. l. 13. Cod. de contr. empt. Cujac. lib. 27. obf. 9. † usque adeò, ut nec rescripto Principis impetrari possit, quod minus invitus rem suam alteri vendat aut distrahat, l. *invitum* 11. C. cod. cit. † sed 6. jus protimiseos hodiè generaliter sublatum est, l. *dudam* 14. C. de contr. empt. exceptis quibusdam casibus specia- libus: † Inter quos venditionem cibariorum à subditis 7. factam nuspiciam relatam reperies, Rauchb. dict. q. 22. n. 6. † Evidem non ignoro, competere Dominis jus proti- miseos in rebus emphyteuticis l. ult. C. de jur. empb. Sed iude ad fructus & merces ediles nihil prorsus est inferen- dum.

9 dum. † In fundo siquidem Emphyteutico Dominus jus protimiseos habet propter Dominium directum sibi reservatum, quod sanè cessat in fructibus aliisque rebus edilibus, quia hæ pleno jure Emphyteutæ acquiruntur; 10 Quid ergo mirum, ut Domino in rebus hisce jus protimiseos denegetur, Didac. Covart. lib. 3. variar. resol. cap. 14. n. 6.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Gleina/Mense Dec. An. 1631. (Verba sent. Ob wohl euer Lehn- und Gerichts-Herr euch bey einer gewissen Straffe auferlegt/ alle Virtualten/ so ihr an Evern/Büttel/Hünern/Gänsen/und dergleichen/ zu öffentlichen festen Kaufe trage/ ihme jw vor anzubieten/ und den Vorlauf daran ledeswahl vor andern zu verstaaten/ie. So möget ihr doch solches zu thun woldt euren Willen nicht angehalten werden/ sondern ihr seyd / des gehanen Gebots ungeachtet/ die Virtualten eurer Beliebung nach zu verkaufen wohl besugt/ V. R. W.)

#### DEFINIT. XI.

*Defuncto Domino, heredes pro famulitio mercedem debent, ad id solum tempus, quo heres mortuus est.*

1 **Q**uicquid mercedis nomine famulitio datur, est quædam remuneratio laboris, quia hujus operæ conducuntur, Bart. in l. preses 1. S. divus 13. n. 6. ff. de var. & extr. cognit. † Cessantibus itaque operis, merito & merces cessabit: Adeoque defuncto Domino, ulterior merces ultra ratam laboris famulitio non debetur, † quia operarum præstatio morte heri fuit dissoluta, Coler. part. 1. decif. 69. n. 1. † Heredes tamen defuncti familiam tenentur alimentare de jure Saxonico, usque ad tricesimum diem, ut medio tempore dispicere, & sibi de alio Domino providere possint, Landr. lib. 1. art. 22. S. Von dem Erbe soll man dem Gesinde geben erstlich ihren Lohn/ so viel ihnen gebühret/ bis an den Tag/ da ihr Herr starb/ und man soll sie halten bis an den dreihigsten Tag/ie. Coler. part. 1. decif. 201. num. 10. Bened. Reinh. part. 1. differ. 39. † Aliud dicendum in casu, quo Dominus fatulum dimittit ante tempus, nam tunc debet ei plenum dare salarium, Vid. infr. Defia. 13. in fin. Coler. dict. decif. 201. n. 11. † ubi porrò dicit, si Dominus moriatur ante tempus, famulitium mercedem, quam ultra ratam sui laboris jam antea perceperit, non cogi heredibus Domini restituere, n. 9.

Ita Domini in causa Hansen Heylands zu Grossengottern/ M. Febr. Anno 1632. (Verba sent. Gleich wie nach des Herrn Absterben desselben Gesinde/ als welches von seinem Dienste dadurch los wird/ ein weiteres und mehres Lohn/ als es mit seiner Arbeit bis auf solche Zeit verdienet/ zu soderu nicht berechtigt ist/ie.)

#### DEFINIT. XII.

*Mortuo famulo ante tempus finiti servitii, heredibus ejus salarium debetur non nisi pro rata temporis, quo servivit.*

1 **E**adem pariter ratione, famulo defuncto, heredes ejus pro rata tantum servitii vel operarum præstatarum mercedem accipiunt, arg. text. in l. 15. S. item cum quidam. 6. ff. locat. l. desertorum 3. S. 12. ff. de remilit. l. Sejo. amico 10. in pr. vers. cum tam labor ff. de ann. legat. Andr. Rauchb. part. 1. quest. 25. n. 8. † Quod & jure Saxon. comprobatum est in art. 22. lib. 1. Landr. ibi: Stirbet auch der gemietete Mann/ ehe er seinen vollkönlichen Lohn verdienet/ welcher ihm verheissen war/ man ist seinen Erben nicht mehr pflichtig zu geben/ dann er verdienet hat/ und ihm gebühret bis auff die Zeit/ da er starb. Reinh. part. 1. differ. 39. apud Zobel. part. 2. differ. 59. num. 3. Matth. Coler. part. 1. decif. 201. n. 14. & 15. † ubi tamen id limitat, si heres pro defuncto vellit serviendo completere tempus residuum, ita ut tunc ei plena debeatur merces, Gl. Ord. Weichb. art. 78. S. Ihr solltet wissen/hätte sich ein Dienstbote. 4 Et S. Ihr solltet wissen/stiebt ein Dienstbote/ie. † Alia est ratio Doctorum, Advocatorum, Professorum, Medicorum, &c. quibus salaria vel honoraria annua, à Republic. vel privatis constituta totius temporis debentur,

quantumvis hi multum ante tempus decesserint, † quia scilicet non intuitu laborum mercedem, sed honorarium magis accipiunt, l. 1. S. divus 13. ff. de var. & extr. cognit. l. qui operas 38. in fin. ff. locat. l. properandum. 11. S. 9. Codic. de judic. Bartol. in dict. l. 1. S. divus 13. n. 10. Andr. Rauchb. dict. qu. 25. num. 9. Mynsing. cent. 3. observ. 8. Andr. Gail. lib. 1. observ. 44. n. 12. Coler. dict. decif. 201. num. 8. † Attamen plerisque in locis ex speciali statuto vel consuetudine, liberis ac viduis Pastorum in oppidis & pagis, ut & Professorum in Academias, vel totius in sequentis anni salario, vel etiam quandoque semestria tantum salaria concedi solent, Vid. Constit. Elect. Eccles. de Anno 1580. tit. Von Immunitaten und Freyheiten der Kirchendiener. S. Und zu ferner Gnade. Rauchb. dict. loc. num. 12. & seqq. † Quamvis 7 hodiè liberalia etiam Doctorum & Advocatorum officia sint plerumque venalia, & id, quod de mercedibus famulitio debitum ante dictum, ad liberalia quoque stipendia moribus & statutis haud raro produci videamus, prout conqueritur post alias Rauchb. dict. qu. 25. num. 20.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Also mag auch ein Herr nach Absterben seines Gesindes/dessen Erben von dem versprochenen Lohn mehr nicht / als selbiger Zeit fällig und verdieg net gewesen/ zu entrichten angehalten werden/ie.)

#### DEFINIT. XIII.

*Dominus famulo absq. causâ ante tempus ex servitio discedenti, ne quidem pro rata temporis, quo servivit, salarium solvere tenetur.*

**A**quum sanè est famulo, justa ex causa ante tempus ex servitio discedenti, solvi salarium pro rata temporis, quo servivit, art. 34. lib. 2. Landr. Ordin. Provinc. Sax. de Anno 1643. tit. Von den ungehorsamen Dienstboten. S. Wäre es aber Sache/ie. † Aut famulo absque causa ante tempus discedenti Dominus ne quidem pro rata temporis, quo servivit, solvere salarium tenetur, sed id plenum retinet, dict. Ord. Prov. Ob sich auch ein Dienstbote. vers. Da auch demjenigen/ dem er aus dem Dienste gangen/ derhalb Schaden erfolget/den soll der ungehorsame Dienstbote zu erstatten/ und seinen Lohn zu entrathen schuldig seyn/ie. Matth. Coler. part. 1. decif. 101. n. 13. Dan. Moller. lib. 2. semestr. 17. † Nec movet, quod dicta 3 Ord. Prov. pro damno saltem dato famulum mercede privati velit. † Vix enim fieri potest, ut non ejusmodi discessus intempestivus damnum afferat, præsertim si famulus clam aufugiat, ac saltem id incommodi ferè semper habet, ut vel id, ad quod opera famulorum Dominus utebatur, ad tempus intermittendum, vel alii forte minus idonei post elapsum tempus, in ejusmodi conductionibus consuetum cum difficultate querendi sint, Moller. dict. cap. 17. † Nec habent famuli quod conquerantur, impudent namque sibi, quod intempestivo tempore abierint: † Cum econtra Dominus, 6 absque justa causa famulum dimittens ante tempus, plenum ei salarium solvere teneatur, art. 32. lib. 1. Landr. ibi: Vertreibet aber der Herr den Knecht / oder urs laubet ihn ehe der Zeit/ er solle ihm vollen Lohn geben. Matth. Coler. dict. decif. 201. n. 11.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sententia: Dasfern aber das Gesinde vor der Zeit/ohne gnugsame Ursache/aus dem Dienste ziehet/oder aber heimlich entlauffet/ ist ihm der Herr gang keinen/ auch nicht den verdienten Jahres-Lohn zu geben schuldig. V. R. W.)

#### DEFINIT. XIV.

*Dominus non tenetur famulo ratione damni in corpore suo, licet in servitio accepti.*

Plo certè ac Christiano homini omnino incumbit, 1 vel solùm ex commiseratione servo suo, ratione vulneris aut damni in servitio accepti, expensas in curationem factas restituere. At si hoc facere nolit, † jure 2 ad

ad id cogi nequit Gloss. in art. 6. lib. 3. Landr. lit. a. Nec enim Dominus famulo quicquam debet, quam mercedem pro labore & opera promissam, t̄ quā datā, famulus perinde ac quisvis alias locator, non habet de quo ulterius queat experiri adversus conductorem, Bart. in l. præf. 1. divus 13. n. 6. ff. de var. & extraord. cognit. 4. t̄ Alia est ratio rerum famuli in servitio amissarum, quas si ad commodiorem servitii præstationem servus adhibuerit, Dominus damnum iis datum omnino resarcire 5 tenebitur; scilicet quia persona tantum famuli, t̄ non etiam res ejus Domino sunt obligatae, art. 6. l. 3. Landr. in vers. Wird ihm aber sein Pferd / oder auch sein Gut dieblich oder räublich genommen in des Herrn Dienste/ ohne des Knechts Schuld/ das muß ihm der Herr geben/ scilicet Ita Domini in causa Petri Möllers zu Eichstätt/Mens. Dec. Anno 1594. (Verba sent. Ob gleich der Bauer knecht/davon eure Frage meldet/den Schaden am Schenkel/daran ihr curret und geheilet/ in seines Herrn Dienste und Arbeit/ und von desselben Wagen bekommen/ So mag doch gedachter sein Herr euch das Arztlöhn und andere aufgewandte Unkosten für beweckten seinen Knecht zu bezahlen wider seinen Willen nicht gedrungen werden/ sondern ihr seyd euch díssfalls an den Knecht zu halten schuldig/B. R. W.)

It. ad requisitionem Bergvolgts/ Richters und Schöpf; en zu Mannsfeld/ Mens. Nov. Anno 1597. (Verba sent. Ob gleich der Wagen-Knecht/ davon eure Frage meldet/ den Schaden so ihm an einem Schenkel zugesfügt worden/ in seines Herrn Dienste/ und von desselben Wagen bekommen. Da aber deunoch beweckter sein Herr für ihn das Arztlöhn und Unkosten/ so der Barbierer/ der ihn geheilet und unterhalten/ gesodert aus Christl. Ecke/ und in Erwegung der langwierigen Dienste/ welche er ihm geleistet/ nicht bezahlen wolte/ so möchte er dazu wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

Item in causa Georgii Lehmanns zu Eulenburg/ Mens. Mart. Anno 1629. (Verba sent. Da nun der Herr selbiges R: eichts/ auf Zureden und Erinnern der Christi. Ecke/ und in Erwegung/ dass gleichwohl der Knecht den Schaden in seinen Diensten empfangen/ das Arztlöhn/ oder etwas darzu zu schlessen sich nicht behaeheln lassen wolte/ so möchte er solches zu thau wider seinen Willen nicht gedrungen werden/B. R. W.)

Et ad requisitionem Christophori Alberti à Bernstein/ M. Octob. Anno 1636.

#### DEFINIT. XV.

*Subdit ac rustici maleficos/ in carcere custodire haud sunt obligati, nisi aliud consuetudine fuerit introductum.*

**E**xinde quod Const. bac 15. subditos ad custodiam. castris dominorum faciendam obstringit, satis colligere est, aliis in casibus excubiis haud esse gravandois Rusticos; Existimaverim itaque, t̄ eos jure compelli 2 haud posse, ut maleficos & inquisitos captivos custodiant, præsertim cum hæc custodia non minus atque ipsa executio & irrogatio pœnarum Magistratui incumbat, t̄ qui propterea propriis sumptibus atque expensis custodes conducere tenetur, per regulam generalem ab

Interpr. traditam: Quandoque nempe quis munere suo fungitur, vel aliquid facere obstrictus est, ob compensationem factæ sibi concessionis, tunc id ipsum proprio sumptu ac expensis illum facere teneri, nec habere impensarum repetitionem, arg. l. suo vittu 18. ff. de oper. libert. l. 1. C. de aqueduct. lib. 11. Jac. de S. Georg. de feud. in verb. de castro n. 15. Joh. Sichard. in l. 1. n. 3. Et seqq. Cod. de negot. ges. & in l. quoniam 11. n. 7. Et seqq. C. de testib. t̄ Sed hoc ita, si aliud introductum non fuerit consuetudine loci aut provincie, quā omnino standum erit, l. de quibus 32. ff. de LL. Petr. Heig part. 2. q. 23. n. 9.

Ita Domini in causa Bernhardi von Lettau zu Schleißheim/M. Mayo, Anno 1603. (Verba sent. Dass eure Untertanen die Gefangene zu bewachen wider ihren Willen nicht gebrungen werden mögen; Ihr könnet dann wie recht erweisen und darthun/ das díssfalls ein anders wider eure Untertanen durch eine beständige und verwahrte Gewohnheit hergebracht/ darbei bleibe es noch mahls billig/B. R. W.)

#### DEFINIT. XVI.

*Subdit debita servitia præstare recusantes, non modo carcere ad id cogi, sed & propter consumaciam relegari possunt.*

**P**arum sanè consultum esset Domino, servitia à subditis atque rusticis exigere, nisi & inobedientes compellere posset ad præstationem servitorum. t̄ Adeo enim contumax est sepissime hoc genus hominum; ut & debita quæque officia facere recusent. t̄ Quidam ergo Domino fas erit, vel multa pecunaria, vel carcere eos coercere, quandoque etiam pane & aqua cibare, donec usque corundem corda emoliantur, & contumacia ac inobedientia compescatur; t̄ Quia & si nec 4 tūm servitia debita præstare velint, quin relegatione puniri & in exilium mitti queant, dubium non est, quum & alias contumacia hæc pœna coerceri soleat, l. consensancum 8. ubi Gloss. & Bartol. C. quomodo & quando judex poss. in tit. de mulct. num. 17. t̄ Et sicuti 5 hodie pœna ipse, ita etiam coercitio atque coactio ad quid faciendum arbitraria habetur, Prosp. Farin. in Pract. Crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 8.

Ita Domini in causa Subditorum Hansen George Mensinger, ad requisitionem Quæstoris zum Wolkenstein/ Mens. Mai. Anno 1604. (Verba sent. Es werden iezo bewahrte halsstarrige und mutwillige Bauern billig von einander gesondert/ und in einer härter Gesängnis geleget/ auch auf den Fall sie auf ihres Widerruflichkeit verharren/ darinnen mit Wasser und Brodi einen Monat lang gespæset/ und da einer oder der ander dadurch sich noch mahls zum Gehorsam nicht erweichen lassen will/ so werden diejenigen/ so auf ihrem Ungehorsam verharren/ es sei gleich einer oder mehr/ wegen ihres vorseglichen und mutwilligen Tropes und Ungehorsams mit zeitlicher Bandes Verweisung billig in Strafe genommen/ scilicet)

Et in causa Henrici Abrahami ab Elsiedel zu Augsburg/M. Mens. Mai. Anno 1604.

Et ad requisitionem Quæstoris zum Greifburg/M. Okt. A. 1604.

## CONSTITUTIO LII. PARTIS SECUNDÆ.

### Bon Baufrohnen.

**M**it Ann der Baufrohnen halben/ Fragen oder Rechtfertigungen in unsere Schöpfenstühle einkommen/ so sollen sie auss die Fälle/ so auss Gewohnheiten/ Verträgen/ Abschieden und dergleichen stehen/ rechtlich und denselben gemäß erkennen.

Aber in den Fällen/ derowegen Moderation, Verordnung der Lieferung/ oder zu was Gebäußen dieselbige zu gebrauchen/ Erklärung von nöthen ist/ sollen sie solche Sachen an unsere Regierung remittiren/ damit wir Inhalts der Landes-Ordnung darüber selbst Weisung thun lassen. Illa illa petuntur, declaratione opus est, ad Senatum aulicum nostrum, juxta ordinacionem Provincialem à nobis ipsi met definiendos, remitti ab illis volumus.

## DEFINITIONES.

1. Regulariter in foro Saxonico subditi operas ad adi-  
ficia Dominorum extruenda prestare tenentur, ni-  
si aliud consuetudine vel pacto speciali sit introdu-  
ctum.
2. In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum  
prestandorum potissimum pacta & consuetudines at-  
tendi, iusque deficientibus, à Principe deciso peti de-  
bet.
3. Opera rusticorum exigi debent ad edificationem so-  
lius domicilii, seu habitationis, (Des Ritter-Sches)  
non etiam horreorum, stabulorum, aliorumq; edi-  
ciorum.
4. Lepides ad vias complanandas convehere, vel terram  
veteritatem avehere, subditi non obligati sunt.
5. Ligna aliasve materiam, adficiis dominorum adi-  
ficandis necessariam, que in territorio Principis ba-  
beri nequit, subditi aliunde convehere tenentur.
6. Ad domicilium Domini extruendum, eo in loco, ubi ha-  
cenus nullum fuit extructum, subditi materiam con-  
vehere haud sunt obstricti.
7. Diviso inter plures filios feudo, nova domicilia extru-  
entes, operas à subditis exigere nequeunt.
8. Si plures in pago vel oppido existant Domini, opera ad  
adficia extruenda debentur ei, qui in possessione ser-  
vitiorum reperitur.
9. In dubio ha opera debentur Domino hereditario, à quo  
subditi bona sua recognoscunt.
10. Transaction cum subditis inita de prestandis operis ad  
extruenda adficia, obstringit eos quog; ad servitia  
in restauratione & refectione adficiorum.
11. Aestimatio ac moderatio operarum præteritarum à Do-  
mino fieri potest, nec à Principe necessariò peti debet.
12. Opera ad extruenda adficia prescriptione amittun-  
tur.

## DEFINIT. I.

Regulariter in foro Saxonico subditi operas ad adficia  
Dominorum extruenda prestare tenentur, nisi aliud  
consuetudine vel pacto speciali sit  
introductum.

1. Etsi de jure communi rusticis ac subditi ligna, alias-  
ve materiam, adficiis dominorum adficiandis ne-  
cessariam, convehere haud obligati sint l. 1. & seq. C. ne  
2. Rustic. ad ullum obseq. devoc. lib. 11. † Attamen longis-  
simò fori Saxonici usu ac consuetudine introductum  
est, ut subditi ad adficia Dominorum extruenda in-  
convehendis lignis & aliis necessariis operas & servitia  
3. præstare teneantur: † Id quod postea in provinciis suis  
Illustissimus Saxonie Elector expressa sanctione com-  
probavit, in Ord. Provinc. de An. 1555. tit. Von Bau-  
Frohnen. §. Demnach sezen / wollen und ordnen  
wir/ daß hinsuro die Unterthanen in unsren Landen  
schuldig seyn sollen / ihren Erbherren / zu Gebäuden  
4. ihrer Ritterliche Baufuhren zu thun. † Sed hoc ita,  
nisi aliud conventione speciali vel consuetudine loci sit  
5. introductum. † Etenim si qui rusticis vel consuetudine,  
vel expressa conventione, aut transactione ab hujus-  
modi servitiis liberati reperiantur, ad illos Ordinatio  
Provincialis haud pertinebit, sed hi jure suo quæsito o-  
mnino gaudent, ex vulgato illo (Willkür bricht  
6. Landt.) Weichb. art. 24. in fin. † Idque vel exinde-  
etiam patet, quod in definiendis hujusmodi operis ac  
servitiis subditorum, maximoperè consuetudines &  
pacta, si quæ extant, attendi jubeat b. Const. 52. vers.  
So sollen sie auff die Fälle / so auff Gewohnheiten/  
Verträgen/Abschieden und dergleichen stehen/recht-  
lich und denselben gemäß erkennen/rc. ubi Moll. b. n. 1.

Ita Domini in causa Nicolai Hollußers/Mense Jan. A. 1632.  
Verba sentent. Ob wohl die Unterthanen vermeid Churf. Sächs.  
Landes-Ordnung ihren Erb- und Lehn-Herren die Baudührung  
zu den Gebäuden der Ritter-Güter zu thun schuldig/da aber den-  
noch die Baudienste euren Unterthanen durch eine Special-Con-  
vention oder beständige Gewohnheit einmali erlassen worden  
wären/ rc. So verblebe es auch dagey nochmals billich/ und es  
möchten selbige Unterthanen nunmehr zu Verrichtung der Bau-  
führung nicht angehalten werden/B. W. B.)

## DEFINIT. II.

In moderatione hujusmodi operarum vel cibariorum  
prestandorum potissimum pacta & consuetudines  
attendi, iusque deficientibus, à Principe  
deciso peti debet.

1. Operæ ad extruenda Dominorum adficia, quia  
subditis odiosæ pariter atque onerosæ sunt, cau-  
tius in exigendis iis procedendum est, ne Rustici nimi-  
2. um ac ultra modum graventur. † Evenit sanè hinc, ut  
circa exhibitionem servitiorum, quæ & quanta scilicet  
subditi præstare teneantur & quid interea illis de cibati-  
as & alias necessariis suppeditandum sit, controversia-

inter Nobiles ac subditos sæpiissimè oriatur? † Cujus, 3  
deciso ex transactione, consuetudine, decreto judicis,  
vel re judicata potissimum desumenda erit, b. Const. 52.  
vers. So sollen sie auff die Fälle/ rc. Ord. Provinc. de  
Anno 1555. tit. Von Baufuhren. §. An welchen Or-  
ten auch. Dan. Moller. hic n. 3. † Quod & refero libros 4  
Nobilium censuales, Erbbücher/ oder Erbregister/ rc.  
Hisce quatenus fides sit tribuenda, vid. supr. Const. 4.  
Defin. 5. Dan. Moll. 4. sem. 37. † At si deficientibus iis, 5  
quæstio de præstatione operarum ac cibariorum inci-  
dat, cognitio horum & moderatio ab ipso Principe pe-  
ti debet, qui habità ratione æquitatis, secundum nume-  
rum & facultates subditorum, decernat, quæ & quanta  
servitia ad adficia extruenda à subditis, quæque hisce  
cibaria à Domino sint præstanta, b. Const. 52. §. Aber  
in den Fällen/ rc. dict. Ord. Prov. §. Wo und an wel-  
chen Orten aber/ rc. Moll. hic n. 3.

Ita Domini in causa Christophori Alberti à Tettau, M. Nov.  
Anno 1626. (Verba sentent. Diewell nicht zu vernehmen/daz die  
Unterthanen vermöge gewisser Verträge oder Abschlede zu Bau-  
Diensten verbunden seyn/ rc. So seyd ihr wegen solcher Bau-  
Dienste bey dem Churfürsten zu Sachsen und Burggrafen zu  
Magdeburg/ unsrem gnädigsten Herrn / wie hoch bemeldte eure  
Unterthanen diesebe zu verrichten und zu leisten schuldig/ gnä-  
digste Resolution euch unterthänigst zu erholen pflichtig/ B.  
W. B.)

## DEFINIT. III.

Operæ rusticorum exigi debent ad edificationem solius  
domicilii, seu habitationis, (Des Ritter-Sches)  
non etiam horreorum, stabulorum, ali-  
orumq; adficiorum.

Ergo in decidendis controversiis de operis hisce  
rusticorum ante omnia pacta & transactiones, si  
quæ extant, attendi debent, in quibus communiter sub-  
diti astringuntur ad servitia, † prout ea majores vel an-  
tecessores præstiterunt (daz die Leute schuldig seyn  
sollen Baudienste zu leisten/ wie ihre Vorfahren ge-  
than haben/ rc.) † ubi verba (prout, sicut, quomadmo-  
dum, secundum, &c.) non conditionaliter sed causati-  
vè accipienda esse, ac proinde Rusticos Domino adi-  
ficandi operas petitas præstare teneri, ex doctrinâ Bartol.  
in l. eum qui 5. §. Julianus 5. ff. de const. pecun. monet.  
Dan. Moll. lib. 2. semestr. 38. † Sanè quando de adficiis 4  
ad quorum restaurationem operæ exiguntur, interNo-  
biles & subditos disceptatur, transactiones & pacta-  
haud parum adjumenti præbent decisioni. † Alioquin.  
Si verbis claris de hoc nil decisum reperiatur, ex Ordin.  
Prov. An. 1555. tit. Von Baufuhren/ subditi ad adfici-  
ationem solius domicilii, arcis vel habitationis (Des  
Ritter-Sches) sunt obstricti, ut recte docet Moller. lib. 2.  
semestr. 31. † Non enim generaliter de omnibus & quia 6  
buscunque adficiis, puta de horreis, stabulis, granariis  
is, ovilibus aliisve, quæ pro necessitate & utilitate,  
feu-

7 feudorum extrui necesse est, † sed tantum de arcibus, domibus & habitationibus, seu domiciliis Nobilium (von Rittersägen allein) Ordinationem praedictam intelligendam esse, vel solum ex verbis Ord. vers. Viel stattlicher Rittersähe und Gebäude in unsren Länden erbauet/ ic. manifestum redditur; Idque tanto magis, 8. † quanto certius est, odiosam haberi hanc ordinacionem, ac propterea merito restringi, c. odia 15. de Reg. jar. in 6to. Hoc ipsum tamen varie est limitatum in Decis. Elect. nov. 33.

Ita Domini id causa Siegfrieds von Schönfeld zu Grünberg/ M. Mart. Antio 1622. (Verba sent. Das eure Unterthanen zu Erbauung des Wohn-Hauses und Rittersäges allein/ nicht aber der Schwestern/ Ställe/ und anderer Gebäude/ die Bauführen zu leisten schuldig/ ic.)

Es in causa Hansen David Nöllings zu Hirschfeld/M. Mart. A. 1631. (Verba sent. Wann gleich beweidte eure Unterthanen die Bauführen zum Rittersäge zu leisten/durch gewisse Verträge oder Abschlede in gewissen verbunden wären/ ic. So mögten sie doch zu Erbauung des Hollwerchhäuselein/ weil solches eigentlich zum Rittersäge und Wohnung nicht gehörig/ die Bauführen zu thun wider ihren Willen nicht angehalten werden/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

Lapides ad vias complanandas convehere, vel terram veteratam avehere, subditi non obligati sunt.

**A**d praestandas itaque operas, soli habitationi sive domicilio ædificando necessarias, subditi vel Rustici obligati sunt, Definit. præc. † Ergo non lapides ad vias, vel cameras complanandas & pavimentandas confessos (Pflastersteine) convehere, † sicuti nec terram veteratam ex dirutis ædificiis causata (alten Schutt) avehere tenentur, Berlich. part. 2. conclus. 65. n. 7. † ita namq; restringenda est Ordinatio Provincialis ceu odiosa, ut quam minimum subditi graventur, c. odia 15. de Reg. jar. in 6to.

Ita Domini in causa Johann Bosens zu Greifberg/Mens. Nov. Anno 1631. (Verba sent. Ob wohl die Unterthanen die Bauführen zum Rittersäge zu thun schuldig/ ic. So mögten sie doch weder das Holz zum Wasserröhren/ oder die Pflastersteine anzuführen/ noch auch den alten Schutt hinweg zu führen angehalten werden.)

## DEFINIT. V.

Ligna aliunde materiam, ædificie dominorum edificandis necessariam, que in territorio Principis haberine quis, subditi aliunde convehere tenentur.

**C**ertum est, quod novis operis, ad quas se non obligant subditi, haud gravari debeant, scilicet, † quia nova servitia presumuntur impressiva, Bald. in c. 7. n. 1. qualiter Vasallus debet jurare Domino fidelitatem. Unde infert Jac. de S. Georg. in tract. de oper. n. 7. † subditos non posse cogi, ut praestent operas extra territorium Domini, sive extra locum, in quo Dominus & subditi habent domicilia, per text. in l. quod nisi 20. cum i. seq. ff. de oper. libert. ubi dicitur, operas esse praestandas eo loco, in quo patronus moratur: † Quæ concessum in casu praesenti saltem ratione loci, in quo ædifica sunt extruenda, ita ut si alieno in territorio Dominus ædificare velit, subditi ad præstationem servitorum obstricti haud sint. † At, ædificante Dominio in suo territorio, ubi antea domus fuerat extructa, subditi ligna, lapides aliunde materiam, quæ illo in loco non habetur, etiam aliunde, ex territoriis nempe aliorum Principum, convehere tenentur. † Né forsitan operæ haec Domino inutiles existant.

Ita Domini in causa Siegfrieds von Schönfeld zu Grünberg/ Mens. Mart. A. 1622. (Verba sent. Ob nun wohl die Unterthanen solche Führen ausserhalb Thürsi. Durch zu Sachsen/unser gäbigsten Herrn/ Landen zu thun sich verweigern/ da ihr aber dennoch innerhalb Landes an keinem näheren Ort/ weder Schindels/ Holz noch Ziegel/ antreffen könnet/ ic. So wären obverührte eure Unterthanen dergleichen zu eurem fürgenommen Bau gehörige Materien/von andern Orten/ auch aus der Ober-Landschaft zu holen/ und nach Grünberg zu führen schuldig/B. R. W.)

## DEFINIT. VI.

Ad domicilium Domini extruendum eo in loco, ubi ha- bens nullum fuit extructum, subditi materiam convehere haud sunt obstricti.

**O**peræ Rusticorum non modo arbitrio bohi viri sunt restringenda, l. si libertus 27. ff. de oper. libert. † sed & insveræ subditis haud imponenda. Concludere hinc licet, Rusticos ac subditos in illis tantum locis, † ubi antea arces seu domicilia Nobilium (Rittersäge) fuerunt, operas suas in convehendis lignis, aliisque materiis, ad extractionem ædificii necessariis exhibere obstrictos esse. † Ad nova vero ædificia vel habitacula Nobilium eo in loco, ubi haec tenus nullæ fuere extorta, coginon posse, Aut. Consult. Const. Sax. tom. i. p. 5. cas. 3. Berlich. part. 2. concl. 65. n. 6.

Ita Domini in causa Nicolai von Hollaussetz/ M. Jan. A. 1631. (Verba sentent. Ichassen den auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Rittersäge an denen Orten und Dörfern/ da jwov keine gestanden/ die Bauführen zu leisten nicht verpflichtet seyn/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

Diviso inter plures filios feudo, nova domicilia extruentes, operas a subditis exigere negantur.

**E**adem pariter ratione, si Nobilis quispiam amplum quidem feudum, sed unam tantum arcem vel dominum possidens moriatur, relictis aliquot filiis, & feudo diviso, illorum nonnulli novas domos (Rittersäge) ædificare velint, † subditi materiam convehere non sunt obligati, Dan. Moll. lib. 2. semestr. 32. Berlich. part. 2. conclus. 65. n. 6. Aut. Consult. Const. Sax. tom. 2. part. 5. cas. 3. † quia scilicet operæ haec restringenda, nec insveræ imponenda sunt, Defin. præced. Eoque pertinet Rescriptum Electoris D. Augusti sub dato Dresden/ 25. Jan. Anno 1560. ubi disertis verbis testatur, † se nolle ordinationem Principalem, von den Bauführen/ ita intelligi, ut ad novas domos, vel novas arces, filiis feuda dividentibus, in iis praesertim locis, in quibus antea non fuissent, extruendas, subditi servire tenerentur, † quod Rescriptum verbetenus refert Aut. Conf. Const. Sax. dict. cas. 3. ejusq; meminit quoq; Moll. dict. cap. 32.

Ita Domini in eadem causa (Verba sententia: Ichassen dann auch die Unterthanen zu Erbauung neuer Rittersäge/ bevoraus/ wann sich nach des Vaters Absterben die Söhne in das Erbe verschellet/an denen Orten und Dörfern/ da jwov keine Rittersäge gestanden/ die Bau-Führen zu leisten nicht verpflichtet seyn/ B. R. W.)

## DEFINIT. VIII.

Si plures in pago vel oppido existant Domini, opera ad ædificia extruenda debentur ei, qui in possessione servitorum reperitur.

**E**xpedi juris est, operas ad ædificia extruenda præstandas esse tam ei, qui jurisdictionem superiorem sive merum & mixtum imperium, quam qui jurisdictionem bassam & inferiorem habet, per tradita Dan. Moll. lib. 2. sem. 32. n. 1. † Ideoque si unus solummodo in pago vel oppido est, qui vel inferiore vel superiore jurisdictione est prædictus, quin recte ei operæ cujusmodi debeantur, dubitare non licet, Berlich. part. 2. concl. 64. n. 9. † Quid autem, si uno in pago vel oppido plures sunt Domini, quorum unus inferiorem, alter vero superiorem jurisdictionem habet? † Omnibus tunc servitia ad ædifica extruenda deberi, vel saltem inter eos proportionabiliter dividenda esse, existimare quis posset, secundum tradita Aut. Conf. Const. Sax. tom. 1. part. 5. cas. 2. circa fin. † sed fieret hæc ratione, ut miseri rusticis ac subditis, haud sine gravi eorundem incommodo ac injuria, operæ duplicarentur & multiplicarentur. † Nec enim operæ haec & servitia, quia sunt indivisibilia, in partes dividit possunt, l. operas 3. l. libertus 15. §. 1. ff. de oper. libert. l. in stipulationibus 5. 4. §. operarum 1. ff. de V. O. † Etius ergo dicimus, si hoc in casu unus ex Dominis in quasi possessione reperiatur, cui servitia antea à rusticis præstata fuerint, eum in possessorio defendantum esse;

donec alter contrarium docuerit, l. si duo 3. ff. uti possid.  
Aut. Cons. Const. Sax. dict. cas. 2. n. 3. vers. Dann wo  
einer oder dessen Vorfahr/rc.

Ita Domini in causa Georgii Laubenheimbs und Tobia Rostis  
zu Oppigisch/Mensl. Sept. Anno 1607. (Verba sent. So bleibet ihr  
auch von thyme/dem Erb- und Lehn-Herrn/ mit denen Baufahren  
zum Rittergut Oppigisch/ weil ihr dieselbe bis anhers der hohen  
Obrigkeit geleistet/billich verschonet/ und sie seynd euch darzu mit  
Abwendung zu dringen nicht besugt/ B.R.W.)

## DEFINIT. IX.

*In dubio ha opera debentur Domino hereditario, à quo  
subditi bona sua recognoscunt.*

- 1 **A** T quid, si ambo vel plures Domini operas ad edificia extruenda prestari in petitorio postulent, nec de possessione certò constet? Certe nec tūm omnibus ser-
- 2 vitiis deberi dixerim, † sed præstandæ sunt operæ ad ædificia extruenda hoc casu Domino hereditario, (dem Erb-Herrn) sive is habeat superiorem sive inferiorem
- 3 jurisdictionem, † non autem Domino judicario per Ordin. Provinc. de An. 1555. tit. Von Bau-Führen/ ubi quinque fit mentio Domini hereditarii, des Erb-
- 4 Herrn/ † quin ergo huic operæ debeantur, haud dubitandum est, Aut. Consult. Const. Saxon. tom. 1. part.
- 5 s. q. 122. n. 3. † Dominum autem hereditarium vocamus hic eum, non qui jurisdictionem aut merum Imperium habet, vel cui juramentum fidelitatis præstatur, sed à quo subditi bona sua recognoscunt, von dem sie ihre Güter in die Lehnu nehmen müssen/Aut. Consult. Const. Sax. dict. loc. vers. und halten den vor den Erb-Herrn/rc. † Neque enim Imperium, neque jurisdictione, qualiscunque tandem illa sit, cum servitiis aut operis rusticorum quicquam commune habet, Dan. Moller. lib. 3. semestr. 32. in fin.

Ita Domini in causa Georgii Ernesti à Zehmen/M. Sept. Anno 1604. (Verba sent. Ob nun gleich deme von Thumbshirn über ob gedachte 5. Bauen die Gerichte aberst und niedersig juständig/ dieweil sie aber deutsch mit Lehn/Binsen und Bröhnen gen Weißbach gehörig/rc. So seyn sie auch die Baudienste zum Rittergute Weißbach zu leisten schuldig/ und der von Thumbshirn als Gerichtsherr ist euch daran Einhalt zu thun nicht berechtigt/ B.R.W.)

Et in causa Waltheri Kulpes zu Melnewehe / Mensl. April.  
An. 1599.

## DEFINIT. X.

*Transactio cum subditis inita de præstandis operis ad  
extruenda edificia, obstringit eos quoz ad servitias  
in restauratione & refectione adiutorum.*

- 1 **Q** Uam subditi jure transactionis, cum Domino ini-  
tz, tenebantur præstare operas ad ædificia extru-  
enda, (zu Erbauung der Rittersiße) quæsitum fuit,  
anno etiam ad refectionem & restaurationem adiutorum, Dominus vi transactionis operas rusticorum exige-  
re posset? † Quod ex identitate rationis affirmare haud  
dubitarunt Domini, præsertim cùm per id subditis haud  
parum prospiciatur, quippe qui ædificio, ob non factam  
confectionem prorsus diruto, multum gravantur, ex eo,  
quod tūm ædificio de novo ædificando longè majores  
operas præstare sint obligati; † Nec quicquam facie-  
bat pro subditis, quod transactionis verba sola de ædifi-  
catione loquebantur, ac propterea strictè accipienda,  
nec ad restaurationem vel refectionem extendenda fu-  
issent, secundum Dd. in l. actio 4. & in l. cum mota  
4. b. C. de transact. Paris. vol. 1. consil. 32. n. 11. † Quia  
propterea non minus omnia ea comprehendebant, de  
quibus verisimiliter actum fuisse apparebat l. qui cum  
tutoribus g. 1. & ult. ff. de transact. non solum enim  
5 de omni, quod ex dispositione legis, † sed & quod ex  
conjecturâ mente disponentium inest contractui, a-  
ctum intelligitur, Cagnol. in l. semper in stipulationibus  
34. num. 2. & 3. de Reg. Jur. Tiraquell. in l. si unquam g.  
verb. libertus n. 44. 45. C. de revoc. don. Matth. Welsenb.  
6 consil. 1. n. 57. † Planè, sive de ædificatione sive restau-

ratione disceptetur, adeo sunt obligati rustici ad ope-  
ras, ut propriis etiam instrumentis servire, & si non ha-  
bent, ea emere teneantur, Jason. in l. si non sortem 26. §.  
libertus 12. ff. de condit. indeb. n. 30. Quin eti subdici  
in operis præstandis aliquod instrumentum frangant-,  
Dominus tamen illud resarcire haud obstrictus est, l. si  
laborante 2. §. 1. ff. ad Leg. Rhod. de jact. Jason. in dict.  
l. 26. §. 12. n. 31.

Ita Domini in causa der Gemeinde zu Großent/M. Jan. A. 1602:  
(Verba sent. Ob wohl der Baufahren zu Beſicherung der Ritter-  
Güter in dem überschickten Vertrage nicht gedacht wird: So  
seyd ihr doch dieselbe zu nothwendiger Beſicherung der Rittergüter  
so wohl/als in dem neuen Haupt. Gebäude/ lediglich auf Moderation  
des hohen Obrigkeit/ zu thun schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. XI.

*Æstimatio ac moderatio operarum præteriorum à De-  
mino fieri potest, nec à Principe necessariò  
peti debet.*

**S**ubditio quopiam operas ex contumaciâ renuente,,  
cum interim reliqui ad ædificia Domini extruenda-  
servitia præstitissent, non immeritò hi postea æstima-  
tionem operarum prætarum à contumace propor-  
tionaliter & pro ratâ repeteant: † At dubitatum fuit,  
anne super æstimatione ac moderatione operarum.  
Princeps esset implorandus ex b. Const. 52. v. Derowes-  
gen Moderation, &c. † Sed de operis adhuc præstandis  
discretè Constitutio loquitur, adeoque ad æstima-  
tionem operarum, ab aliis jam prætarum, haudquaquam  
extendi debet, † quia Constitutiones Electorales tan-  
quam statutarie strictè sunt accipiendæ, Andr. Tiraqu.  
de LL. connubialibus Gloss. 2. num. 23. Jac. Schult. lib. 2.  
præt. q. 65. n. 32. & seqq. † Existimarent itaque Domi-  
ni, Principem desuper non implorandum, sed operas  
ex arbitrio judicis taxandas & æstimandas, ac postea ad  
restitutionem Reum contumacem condemnandum  
esse, † prout in moderatione aliarum expensarum fieri  
solet, l. sancimus 15. C. de judic. l. si quando g. C. Unde  
Vi. Andr. Gail. lib. 1. obs. 11. n. 11.

Ita Domini in causa der Außspannere zu Granenwalde contra  
Martin Hofmann/ ad requisitionem Siegfrieds von Lützow/  
M. Febr. A. 1634.

## DEFINIT. XII.

*Opera ad extruenda edificia prescriptione  
amittuntur.*

**D**ubium certè non est, qn in operæ rusticorum ad  
extruenda Dominorum ædificia, in foro etiam Sa-  
xonico præscriptione triginta annorum, anni & diei ac-  
quirantur, juxta tradita Modest. Pistor. p. 1. q. 38. † quia  
hae operæ sunt fructus hominum & servitutes persona-  
les, l. 3. l. 4. ff. do oper. serv. † quæ tanto tempore in-  
foro Saxonico præscribuntur, Christ. Zobel. in art. 29.  
lit. a. lib. 1. Landr. Matth. Coler. ad c. de quartâ 4. n.  
85. extr. de prescript. † Quò & facit b. Const. 52. vers. 4  
So auß die Gewohnheiten/rc. † Quidni ergo èadem  
præscriptione, triginta scilicet annorum, anni & diei,  
has operas amitti dicemus, si scilicet subditi requisiti eas  
non præstiterint, & à tempore requisitionis tantum  
temporis spacium præterlapsum fuerit, supr. Defin. 1.  
† Idque eo magis, si ultrae hominis memoriam subditi  
requisiti in reculacione operarum perseveraverint, ex  
sententia Jac. Thoming. allegati à Modest. Pistor. dict.  
q. 38. in pr.

Ita Domini in causa Francisci Laubenheimbs und Tobia Ro-  
stens zu Oppigisch/M. Sept. A. 1607.

Et in caula Marien Sabien von Dobeneck zu Rode/M. Nov.  
A. 1636. (Verba sent. So seyn die Unterthanen solche Dienste und  
Baufahren zu leisten pflichtig. Sie könnten dann wie recht erwei-  
sen und durchaus/das vergleichende Dienste von ihnen hier vor auch  
begehret/ und sie doch/nachdem sie sich derselben verwiegert/ von  
da an / über Rechtsverwährte Zeit unverbrüchlichen bei solcher  
Verweigerung gelassen werden/ dessen gendsten sie auf den Fall  
billich/B.R.W.)

## CONSTITUTIO LIII.

## PARTIS SECUNDÆ

Von Schäßen/die da gefunden/we-  
me dieselbige gehörig seyn sollen?

**D**ieweil der Text Sächsischer Rechte alle Schäße/so unter der Erden begraben/tiefer dann ein Pflug gehet/der Königlichen Gewalt/und also den Regalien zueignet/so haben etliche gemeynet/dass alles/was an Schäßen unter der Erden gefunden/tieffer denn ein Pflug gehet/solle ohne Unterscheid der Obrigkeit/so die Regalien hätte/zustehen/und dass die Distinction der gemeinen Rechte solle durch die Sachsenrechte aufgehoben seyn.

Dieweil aber unsere Verordnete dahin geschlossen/dass solche Correction der gemeinen Rechte nicht zuzugeben/bevor/weil der Text in den Worten/von allen Schäßen/so unter der Erden/et. nicht von thesauris absconditis, sondern von dem Bergwerk und Erz zu verstehen/und berowegen/da einer auff fremden Grund/ohne Vorsatz/aus Glück und Zufall/oder in seinen eigenen Gütern einen Schatz finde/dass alsdenn hierinn nach Ordnung gemeiner Rechte zu sprechen und werden unsere Gerichte die Urtheil darauff zu richten und zu stellen wissen.

## DEFINITIONES.

1. Nemo auri argentiq; fodinas in fundo suo, absq; specia-  
li concessione Principis, vel in feudatione sibi vindica-  
re potest.
2. Nec Salinarum usus cuiquam in solo suo absq; speciali  
Principio concessione permisus est.
3. Lapidicina ac calcis fodina ad Dominum fundi perti-  
nent, non ad Principem, vel superiorum territorii Do-  
minum.
4. Etiam in foro Saxonico thesaurus in proprio fundo in-  
ventus, totus inventori cedit.
5. Thesaurus in fundo alieno casu fortuito repertus, pro  
dimidiâ parte inventori, pro alterâ dimidiâ Domino  
fundî cedit.

## DEFINIT. I.

Nemo auri argentiq; fodinas in fundo suo, absq; specia-  
li concessione Principis, vel in feudatione sibi vin-  
dicare potest.

- 1 A Jure Romanorum antiquo, quo metallorum fodi-  
na in privatorum hominum patrimonio fuere,  
1. si cujus 13. §. inde est quasitum 5. ff. de Usufr. 1. fructus  
7. §. si vir in fundo 10. ff. solut. matrim. 1. 3. 1. 6. C. de  
metallor. lib. II. Jac. Cujac. lib. 15. observ. 21. † hodie ali-  
quatenus recessum esse, apparet ex eo, quod in c. un.  
3. Que sint Regal. in usib. fendor. inter Regalia † Argentariae numerentur, per quas non potestatem Argentariarum, h.e. officii argentiorum publici permittendi, ut post Alvarott. ibid. n. 6. voluerunt Eguinar. Baro &  
4. Hottom. in comm. fend. lib. 2. tit. 56. n. 16. † Sed re-  
ctius auri & argenti fodinas vulgo intelligent Matth.  
de Afflict. in dict. c. un. n. 20. & Andr. de Isern. num. 75.  
Petr. Heig. part. 1. quest. 13. n. 26. Andr. Rauchb. p. 1.  
5. q. 22. n. 2. † Idque in imperio Romano-Germanico  
minus dubium habet propter sanctionem Caroli IV.  
Imper. in Aur. Bull. tit. Bon Gold/ Silber/ und an-  
ders Erzwege/ et. ubi universæ auri & argentifodinæ  
6 ad Principes Electores jure Regalium pertinent: † Quod  
& facit in foro Saxonico art. 35. lib. 1. Landr. ibi: Alle  
Schäße unter der Erden begraben/tieffer denn ein  
7 Pflug gehet/ gehören zu der Kön. Gewalt. † Quem  
textum non de Thesauris, sed de metallifodinis inter-

Thesaurus repertus ad quem  
pertineat?

**C**um textus juris Saxonici omnes thesau-  
ros subterraneos, profundius meatu a-  
ratri jacentes, Regis potestati, & sic Re-  
galibus, addicat, hinc nonnulli voluerunt, eis-  
modi thesauros omnes sine exceptione Magi-  
stratui, cuius sunt regalia, deberi, & ita distinc-  
tionem juris communis per Saxonum subla-  
tam esse.

Deputati verò nostri hujusmodi correptionem juris communis non admittendam existimantes, præfertim quod is idem textus juris Saxonici de omnibus thesauris subterraneis loquens, non de thesauris absconditis, sed de metallo & fodinis intelligendus sit, in id con-  
venerunt, ut si quis in alieno agro non datâ ope-  
rà, sed fortuitò thesaurum reperiat, juris  
communis dispositionem servandam concluse-  
rint. Quod cum nobis probetur, à judiciis quoq; nostris in pronunciando observari volumus.  
Sey/ So lassen wir uns solches auch also gefallen/  
und werden unsere Gerichte die Urtheil darauff zu richten und zu stellen wissen.

## DEFINITIONES.

6. Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus  
ab usufructuario, inter eum & proprietarium di-  
viditur.
7. Inventor occultans thesaurum in fundo alieno reper-  
tum pñna arbitriâ coercendus est.
8. Inventor thesauri quantitatem juramento quandoq;  
indicare tenetur.
9. Res nullius, vel pro derelicto habita, occupanti etiam  
in alterius domo conceditur.
10. Pecunia in fundo empro inventa, si non sit thesaurus,  
ad venditorem potius, quam ad emptorem pertinet;  
Et quid propriè sit thesaurus?

pretatur b. Const. 53. §. Dieweil aber unsere et. eam-  
que interpretationem probant verba manifesta dict. art.  
35. vers. Silber mag auch kein Mann/Heig. dict. q. 13.  
n. 32. Zobel. in addit. prim. margin. ad text. germ. dict.  
art. 35. † Etsi verò Interpp. jura Regalia saltē quoad 8  
decimam metallorum Principibus & superioribus Do-  
mainis largiantur, reliquam autem utilitatem sicuti &  
fodendi & scrutandi metalla, etiam sub alieno solo li-  
centiam cuique diligenti indagatori liberam faciant,  
FF. in dict. c. un. Que sint Regal. Schneider. de fendo  
part. 2. n. 104. Wese. part. 1. cons. 45. n. 4. Schurff. cent.  
1. cons. 26. † Attamen ex generali ac notoria Germaniz 9  
consuetudine aliud observatur, & metalli fodinæ gene-  
raliter inter Regalia numerantur, nec ulli hominum li-  
cer fodere & querere metalla etiam in fundo proprio,  
† nisi prius de hoc sit expressè investitus, idque speciali-  
ter impetraverit ab Imperatore vel Principe superiore,  
† prout etiam passim in variis Regionibus jura de hoc 10  
constituta videmus, ad metallifodinas eos tantum ad-  
mittentia, qui concessionem desuper expressam obti-  
nuerunt, & quidem cum onere decimatum de omni,  
quod inde erutum est, Petr. Heig. dict. q. 13. n. 29. Bened.  
Reinh. part. 6. diff. 8. Matth. Col. part. 1. deci. 98. n. 3. ubi  
in addit. Jac. Schult. n. 16. & 17. † Proinde licet Vasallus 12  
de omnibus feudi utilitatibus investitus proponatur,  
non tamen metallorum sibi vindicandorum potestatem  
habebit, nisi & de fodinis Metallorum expressè fuerit  
in-

<sup>1</sup> investitus, † quia scilicet sunt de Regalibus, quæ tantum concessione speciali aut præscriptione immemoriali hodiè acquiruntur, Wesenb. part. 1. confil. 60. n. 2. Et de feud. cap. 12. n. 4. Petr. Heig. dict. q. 13. n. 30. Ita Domini in causa Theod. à Burkersroda/M. Nov. A. 1614.

## DEFINIT. II.

Nec Salinarum usus cuiquam privato in solo suo absq; speciali Principis concessione permisus est.

- <sup>1</sup> Non solum auri & argenti, sed & cupri, stanni, plumbi aliorumque metallorum jura inter Regalia referuntur, adeoque nec horum fodinas absque speciali concessione vel infeudatione cuiquam in fundo suo querere & habere licet, Aur. Bull. Car. IV. Imp. tit. Von Gold/Silber und andern Erzweegen/et c. Andr. Rauchb. p. 1. qu. 22. n. 8. Petr. Heig. part. 1. quest. 13. n. 27. Matth. Coler. part. 1. decis. 98. n. 3. Et 5. Zobel. part. 2. diff. 42. n. 11. † Quod & refero Salinas, quæ non minus ad Regalia pertinent, dict. tit. Aur. Bull. von Gold/Silber/et c. cap. un. verb. Salinarum. Quæ sunt Regal. † Ergo & harum redditus absq; speciali Principis concessione nemo in suo fundo sibi vindicare poterit, Rauchbar. 4 diff. q. 22. n. 1. Petr. Heig. part. 1. q. 14. n. 19. † Idque vel solum probant jura Salinarum Hallensium, quas titulo feudi cives possident, facta harum concessione ante mille annos & supra, ab Imper. Ottone Archi-Episcopatu Magdeburgensi, Petr. Heig. dict. q. 14. n. 27. Et 5 seqq. † ubi examinat conventionem Hallensium, quæ jus salis conficiendi aliis concedunt, ut certam concessionarius iste redditum partem Domino vicissim præstet, daß er um die gewöhnliche Ausläufste etliche Pfannen zu versieden habe/ quam conventionem appellat contractum innominatum, dict. quest. 14. in pr.

- 6 † Sanè ex veterata consuetudine in Provinciis Electorum & Ducum Saxon. receptum testatur Bened. Reinh. part. 6. diff. 8. ut si metallum, veluti æs, stannum, aut plumbum vincat aurum argentumvè, quod æri, stanno plumbove admixtum est, omnes metallicæ commoditates Vafallo possessori, in cujus feudo fodinae metallicæ inveniuntur, cedant, ita ut liceat ei retinere non tantum ipsos proventus, sed etiam decimas ceteraque quæ 7 alioquin etiam jure communi Principi debentur. † Quod si verò aurum argentumvè seu copia, seu valore superet commemorata metalla vilia, decimæ, ceteraque Magistratui superiori debita, Principi cedant, Heig. part. 1. q. 13. n. 36. Jacob. Schult. in addit. ad Coler. 8 part. 1. decis. 98. n. 9. † Sed probari non potest hæc consuetudo, nec facile admittenda contra Ordin. Aur. Bull. dict. tit. Von Gold/Silber und andern Erzweegen. 9 † Quare nec Domini in pronunciando eam hactenus 10 soluti fuere. † At certior est consuetudo harum provinciarum, quæ ferri fodinas Nobiles, aliquique privati in fundis suis absq; decimarum, vel alterius canonis onere, & sine expressa harum investitione excolare possunt, de qua testatur Rauchb. atq; juxta eam in consilio aulico pronunciatum refert, dict. part. 1. q. 22. n. 9.

Ita Domini in eadem causa. (Verba sent. Haben sich in 3. Test. Geu. so in euren Gerichten gelegen / furg. verrückter Zeit Salt-Quellen ereignet / Ob nun wohl von der hohen Obrigkeit dem Thürfürsten zu Sachsen und Burggraffen zu Magdeburg/ et c. Unerm gn. Herrn/ ihe unter andern auch mit solchen Leichen beliebt worden/ Die well es aber dennoch mit den Salzquellen diese Gelegenheit hat/ daß sie unter die Regallen gehörig/ und dafür gehalten werden/ auch solche in der guldernen Bullen der Geistl. und Weltlichen Thürfürsten gänglich wolt allen Rechten/ nichts ausgenommen/ ausdrücklich seyn vorbehalten worden. So habt ihr mehrerwähnter Salzquellen und der Nutzung derselben/ ohne sonderliche Nachlassung höchstgedachtes Thürfürsten zu Sachsen und Burggraffen zu Magdeburg/ unsers gnädigsten Herrn/ euch eigenthümlich nicht anzumessen/ sondern es bleiben solche Thierz Thürf. Durchl. allein billich/B. R. W.)

## DEFINIT. III.

Lapidicina ac calcis fodina ad Dominum fundi pertinet, non ad Principem, vel superiorum territorii Dominum.

<sup>1</sup> A Lia est ratio Lapidicinarum & aluminis, vel alterius vilioris metalli fodinarum, quæ simpliciter ac universaliter inter Regalia non connumerantur, nec ubique locorum Domino superiori cedunt, sed quoad 2 hasce in canonis metallarii exactione, consuetudo cujusque loci potissimum inspicienda est, l. 1. l. 2. Codic. de metall. & metallar. lib. ii. Afflict. in c. un. quæ fint Regal. n. 16. Et 17. ibid. Alvarott. n. 6. Wesenb. part. 2. confil. 60. n. 30. † Sanè hisce in provinciis, ac plerisque Germaniae 3 locis, Sanctio juris communis observatur, quo Lapidicinae absque concessione etiam speciali ad Dominos solidi vel Vafallos pertinent, † non ad Principem vel Dominum superiorum, l. venditor. 13. §. si confit. 1. ff. comm. predior. Matth. Coler. part. 2. decis. 242. † Nec aliud 5 dicendum de calce, von Kalcstein/ cum calcis coquendæ & sic fodienda jus servitutis nomine privato, in alieno quoque fundo competere possit, §. inter Rusticorum 2. Inst. de Servit. l. 1. §. in rusticis. l. ergo 5. ff. de S.R.P. Rauchb. part. 1. q. 22. n. 11. † idemque habendum de terrâ, 6 ex quâ lateres compinguntur von der Ziegel-Erde/ & de Minariis, Nitrariis, Sulphurariis, aliorumque viliorum metallorum fodinis, † quæ nec inter Regalia computanda, Wesenbec. dict. conf. 60. n. 3. Et part. 1. confil. 45. n. 24. nec Domino superiori vel Principi cedunt, † sed horum usus cuique privato in fundo suo 8 permisus est, Rauchb. dict. q. 22. n. 18.

Ita Domini in causa Nicolai von Sonnenfel auf Krebsdorff M.O.C. A. 1579. (Verb. fene. Hat ein Fürst einem von Adel ein Rittergut/ jufaust allen Zugehörungen und Pertinentien/ in Lehna gegeben/ et c. Und es ist aus dem Grunde und Boden desselben verlorenen Guts ein Stein- und Kalkbruch verhanden/ so gebühret solcher Kalk- und Steinbruch dem Lehmann und Besitzer alleins/ und es hat der Lehnherr nicht Zug ihi darinnen mit Recht zu turbiren/ und zu verhindern/ oder desselben als eines Regal-Stücks sich zu untersangen und zu gebrauchen/ B. R. W.)

## DEFINIT. IV.

Eriam in foro Saxonico et beaurus in proprio fundo inventus, totus inventori cedit.

<sup>1</sup> Exinde quod jus Saxonum omnem thesaurum subterraneum, profundius meatu aratri jacentem, Majestati Imperii defert in art. 53. lib. 1. Landr. † opinati quidam fuisse, in foro Saxonico thesaurum inter Regalia referri, ac proinde semper & indifferenter ad fiscum pertinere, Matth. Coler. part. 1. decis. 100. num. 2. Reinh. part. 6. diff. 13. † sed fecellit hoc generalitas dict. art. 35. qui non de thesauro in terris abscondito, sed de auri & argenti fodinis, aliisq; venis metallicis intelligi debet, prout rectissime cum † explicat Illustrissimus Elector Augustus, defensor ac Interpres Juris Saxonici b. Const. 5. §. Dieweil aber, † quem propretra male ac parum modestè reprehendit Reinh. Bachov. in animadu. ad Treutl. vol. 1. disput. 20. et bes. 2. lit. g. verb. Et si autem Jur. Sax. † Advertere namque debuisset Bachovi verba subsequentia dict. artic. 35. Silber mag auch kein Mann/ et c. ex quibus Electoralis explicatio sat probata est. † Standum ergo hoc casu etiam in foro Saxonico dispositione juris communis b. Const. 5. 3. §. Dies weil aber, ver. 1. Daß alsdenn hierinne nach Ordnung gemeiner Rechte zu sprechen sen/ et c. quo thesaurus in proprio fundo inventus totus inventori cedit, §. et beaurus. 40. Inst. de rer. divis. ubi Schneidew. n. 6. Et Joh. Harppl. n. 1. Petr. Heig. part. 1. q. 13. n. 55. † Nec refert, an quis casu fortuito, an vero data opera thesaurum invenerit in fundo suo, l. un. Codic. de et beaur. Schneidew. dict. loc. † modo non opera illicita artibusque magicis & incantationibus ad hoc usus fuerit, quo casu thesaurus totus fisco cedit, dict. l. un. C. de et beaur. Heig. dict. quest. 13. n. 56.

Ita Domini in causa Melchior Reibolds Ehemelles zum Hagen/ Menz Febr. Anno 1629. (Verba sent. Habet ihe in eurem Rechte als ihe zu demselben etwas unter den Edten verschafften und ver.

und verwahren wollten/einen Schatz/als 120. alte Rehr. in einem Topfie gefunden u. angetroffen. Ob nun wohl in vergleichen Fall/ auch aus Sachs. Boden/ein Schatz/wenn er in einem Hause von dem Eigenthum/Herrn gefunden wird/ihm alleine gehörig/etc.)

## DEFINIT. V.

*Thesaurus in fundo alieno casu fortuito repertus, pro dimidiâ parte inventori, pro alterâ dimidiâ Domino fundi credit.*

- 1 **Q**uoniam docunque datâ operâ thesaurus in fundo alieno inveniatur, totus est ejus, qui soli Dominus est, quia non licet in alieno querere thesaurum, §. t. thesauros. 40. Inst. de rer. divis. & acq. dom. l. un. post pr. Codic. de thesaur. Petr. Heig. part. i. q. 13. n. 56. Menoch. de presumpt. lib. r. pres. 30. n. 6. † At fortuito casu, puta arando, fodiendo vel aliter terram colendo, thesaurus repertus inter inventorem & Dominum soli dividitur, dicit. §. 40. Inst. de R. D. ubi Schneidew. n. 8. Moll. hic Pet. Heig. dict. q. 13. n. 55. † Quod idem statuerunt divi fratres in thesauro reperto in locis publicis, Civitatis, Fisci, Cæsarialis, vel religiosis l. 3. §. 10. ff. de jar. fift. † Cum quo videretur pugnare dict. §. t. thesauros. 40. Inst. de rer. divis. ubi thesaurus casu fortuito in loco religioso repertus totus conceditur inventori: † Sed variae horum textuum afferuntur conciliações, ut videre est apud Forner. lib. 2. scel. 26. Wesenb. in dict. §. t. thesauros. 40. Inst. de R. D. Donell. lib. 4. com. 14. Vultej. in dict. §. t. thesauros. 40. Inst. d. s. n. 3. & ibid. Harppr. n. 7. & Schneidew. nam. 9. † Non male forsan dixeris cum Hottom. in §. 42. Inst. de rer. divis. & Jac. Cujac. lib. 9. obser. 37. Constitutio-nes Imperatorum de thesauris admodum variasse, eamque diversitatem Tribonianus imprudentiam nobis reliquisse, † ut patet ex textibus quibusdam in C. Theod. subl. de thesaur. & traditis à Petro Heig. dict. qu. 13. n. 58. & scq.
- 2 Ita Domini in eadem causa (Verba sententie: Dietwelt aber dennoch nur allein die Fruchtneigung vorgedachtes Hauses euch aus euer Leben verschrieben/das Eigenthum aber desselben euch nicht zuständig ist/ in welchem Fall denn der Schatz/ so ungefähr von eiem andern gefunden wird/ halb dem Eigenthum/Herrn/ die andere Helfte aber allein demjenigen/so ihn gefunden/gebühret/ etc.)
- 3 Et in causa derer von Tiefenau/ Mensc Nov. A. 1600.

## DEFINIT. VI.

*Thesaurus casu fortuito in fundo fructuario inventus ab usufructuario, inter eum & proprietarium dividetur.*

- 1 **D**ubium certe non est, quin fundus fructuarius sit alienus, reservato alteri dominio fundi: † Ergo thesaurus ab usufructuario casu fortuito inventus cum Domino soli dividi debet, secundum dicta Defini. prec. §. t. thesauros. 40. Inst. de rer. divis. ubi Schneidew. n. 8. & Harppr. n. 13. Nic. Boët. decis. 224. n. 9. Accedit, † quod thesaurus non sit fructus fundi, nec naturalis nec civilis, l. 7. §. si fundum. 12. in fin. ff. solut. matr. † nec etiam pars est vel portio aliqualis fundi, sed res prorsus separata, nihil cum fundo habens communem l. 3. §. Nenctias. 3. ff. de acquir. vel amitt. possess. † Quomodo ergo ad fructuarium pertinebit, nisi jure inventoris, qui non nisi partem dimidiâ lucrat, dict. §. t. thesauros. 40. Inst. de R. D. † Eademque pariter ratione thesaurus à viduâ in fundo dotali repertus non nisi pro parte dimidiâ ipsi cedit, reliqua vero dimidiâ ad proprietarium pertinet, ut tradit Dan. Moller. lib. 4. semestr. 27. in fin. Aliud vero in Emphyteuta & Vasallo obtinet, qui non tantum feudi usumfructum, sed & ejusdem dominiorum utile habent: † Quidni ergo thesaurus ab ipsis inventus, totus eis cederet, Schneidew. in dict. §. t. thesauros. 40. n. 7. & Harppr. n. 17. Inst. de Rerum divis.
- 2 Ita Domini in eadem causa (Verba sent. Dietwelt aber dennoch nur allein die Fruchtneigung vorgedachtes Hauses euch aus euer Leben verschrieben/ das Eigenthum aber desselben euch nicht zuständig ist/ in welchem Fall denn der Schatz/ so ohnegefahr von

einem andern gefunden wird/ halb dem Eigenthum/Herrn/ die andere Helfte aber alleine demjenigen/so ihn gefunden/gebühret/ etc. So habt ihr euch auch eines mehrern als des halben Theils an solchen 120. Reichsthalern nicht anzunötzen: sondern ihr seind die andere Helfte dem Eigenthum/Herrn anzuhantworten schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. VII.

*Inventor occultans thesaurum in fundo alieno repertum, pœna arbitriaria coercendus est.*

**C**irca inventionem thesauri notabiles quasdam regulas & distinctiones tradit ex Petro Ravennæ Christophorus Zobel, part. 2. differ. 42. inter quas & hæc habetur, † quod ad thesauri acquisitionem neutrum sufficiat, thesaurum vidisse, sed insuper requiritur, ut inventor eum apprehendat & loco moveat l. 3. §. Nenctias. 3. sub fin. l. peregrè 44 ff. de acquir. possess. Joh. Harppr. ad §. t. thesauros. 40. n. 26. Inst. de rer. divis. † similiter & illa demum pecunia dicitur thesaurus, quæ ab ignotis hominibus ultra hominum memoriam est recondita, ita ut jam amplius Dominum non habeat, l. nunquam 31. §. t. thesauros. 1. ff. de acquir. rer. domin. † Et ergo si repositio pecunia adhuc in memoria sit hominum, eaque forsan propter metum belli instantis, aut obsidionis, custodiaz causa recondita fuerit, neutquam inventori acquiritur, sed is furtum committit, ac poenam incurrit, si eam non restituat, † aut publico proclamate affixio non significari faciat, perindeat de inventore, rei alienæ dixi in pract. Crim. part. 2. quest. 86 n. 12. & seq.

† Planè, & is pœna arbitriaria coercendus est, qui thesaurum in fundo alieno repertum occultat, eo fine ut totum lucretur, nec partem dimidiâ Dominu fundi restituere teneatur, Menoch. lib. 1. presumpt. 30. n. 7. Vid. pract. meam crimin. dict. qu. 80. n. 28.

Ita Domini in causa derer von Tiefenau/M. Nov. A. 1600. (Verba sent. So ist der Zimmermann den halben Theil des gefundenen Geldes demjenigen/auf dessen Grund und Boden ers. gefunden/ zugestellen pflichtig/und wird von wegen dessen/dass er solch Geld verborgener Weise allein behalten/mit Gesängnis auf 14. Tage lang bisslich gestraft) /B. R. W.)

It. Un die Land. Herren des Raths Ritter. Güter in Leipzig/ M. Aug. A. 1636:

## DEFINIT. VIII.

*Inventor thesauri quantitatem juramento quandoque indicare tenetur.*

**A**t quid, si inventor thesaurum in fundo alieno repertum diffiteri non ausit, attamen minus, quam invenerisset, fateatur? † Merito tunc ad juramentum adigi potest, ut jurejurando quantum invenisset indicet, Dan. Moller. bicnum. 7. & lib. 4. semestr. 27. in fin. † Quod nec mirum cuiquam videbitur, cum inventor, si homo levis sit, & de metu perjurii suspectus, etiam torturæ subjici queat, † ut summam thesauri inventi manifestet, Moller. dict. loc. Petr. Heig. part. 1. quest. 13. num. 57. Vid. pract. meam Crimin. part. 2. quest. 86. num. 25.

Ita Domini in eadem causa deteg. in Tiefenau/M. Nov. A. 1600. (Verba sent. So ist beweister Zimmermann veranliftet sein es leiblichen Eydes/wie viel des gefundenen Geldes gewesen anzugelegen pflichtig/ etc.)

Et in causa Fratrum Nobilium à Worpensey zu Doren Reichenbach/ Mensc Mayo, Anno 1599. (Verba sentent. Ob sie nun wohl darueben fürgewendet/dass des Geldes mehr nicht dann ist: f. or. gewesen/etc. So ist sie doch vermittelst ihres Testfl. Eydes/ wie viel des Geldes gew. seien anzugelegen schuldig/ B. R. W.)

Et ad requisitionem Senatus Lips. Mens. Aug. A. 1616. (Verba sent. So segnd die Arbeiter/ wie viel des gefundenen Geldes gewesen/vermittelst Eydes anzugelegen schuldig/ B. R. W.)

## DEFINIT. IX.

*Res nullius, vel pro derelicto habitu, occupanti etiam in alterius domo conceditur.*

**Q**uod nullius vel pro derelicto habitu, id natr. rali ratione occupanti conceditur, §. fera: i. & §. que

- Et §. quā ratione. 47. Instit. de rer. divis. l. 1. §. l. 1. 3. ff.  
 2 de acquir. rer. domin. † Nam quod natura commun  
 ne finxit, id industria esse præmium voluit, ut elegan  
 ter ait Quintil. declam. 17. † Nec refert, an in fundo  
 proprio, an verò domo aliena res occupetur, semper  
 4 enim occupanti cedit, † perinde ut venator etiam in  
 sylva aliena, captam bestiarum prædam suam facit, ut  
 late propugnat Joh. Harppr. in §. fere. 12. num. 20. Et  
 seqq. Instit. de rer. divis. ubi & Schneidew. Wesenbec.  
 Vult. num. 8. Donell. lib. 4. comm. 8. in fin. Pruckman.  
 de Regal. S. venatio. cap. 6. num. 2. Et seqq. Capoll. de  
 S. R. P. cap. 21. num. 2. Roland. à Vall. vol. 2. consil. 9.  
 5 num. 23. † Nec obstat, quod ingrediens fundum seu  
 domum alienam, Domino invito ac contradicente in  
 Legem committat & consequenter ex facto illo, cui lex  
 resistit, nihil acquirere debeat, l. non dubium. 5. C. de  
 6 LL. † Distinguendus namque est actus ingressio[n]is  
 ab actu occupationis; Ingressio[n]is enim solummodo  
 actus contra Domini voluntatem factus prohibi  
 tūs est, non etiam actus occupationis, dict. §. fere. 12.  
 Instit. de R. D. dict. loc. 1. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.  
 7 † Quare ab uno tanquam diverso & separato ad alium  
 nulla valida est illatio, l. ult. ff. de calumnia. l. interfici  
 pulantem 83. S. sacram. 5. ff. de V. O. l. Papinianus. 20.  
 ff. de minor.

Ita Domini in causa Sebastian Spans / Schönburgischen  
 Ammanns zu Hartenstein/ Mensl. Febr. Anno 1633. (Verba sent.  
 Die weit aber dennoch der Pfarrher von solchem Pfarrer so in sei  
 nem Hause gestanden/ und von des Feindes Volke da: innen ver  
 lassen worden/ nichts gewusst/ des Bauren Sohn aber dasselbe  
 zum ersten in des Pfarrherrn Hause angetroffen/ occupiret/ und  
 in seine G. wahr bekommen/ ec. So verbleibet ihm eigen  
 thū nützen bllich/ und der Pfarrherr hat sich darwider mit sei  
 nem Einwenden beständiger Weise nicht zu behelfen/ B.  
 R. W.)

#### DEFINIT. X.

Pecunia in fundo empto inventa, si non sit thesau  
 rus, ad venditorem potius, quam ad emptorem  
 pertinet, Et quid propriè fit  
 thesaurus?

- 1 V er diderant heredes Rembleriani in pago quodam  
 prope Lipsiam sito, ædes maternas, ab hostibus  
 Cæsareanis maxima ex parte igne combustas, in qui  
 bus operarii ad reædificationem ab emptore conducti,  
 summam pecuniaæ ad centum usque thaleros & suprà,  
 2 sub terrâ fodiendo invenerant, † de quā multum con  
 trovertebatur, cuinam cederet? Evidem empor no  
 3 mine thesauri hanc sibi competere contendebat, † pro  
 pterea, quod thesaurus in fundo alieno repertus inter  
 Dominum soli & inventorem dividatur, §. 40. Institut.  
 4 de rer. divis. ubi Johan. Schneidewin. num. 8. † cui  
 assistebant operarii dimidiæ saltem pecuniaæ partem,  
 5 hoc jure sibi vindicantes, supra Definit. 5. † Qui  
 bus tamen respondebatur, thaleros repertos maximâ  
 ex parte intra vicennium saltem fabricatos fuisse, ex  
 quo concludendum erat, pecuniam illam haud ante  
 vicennium depositam, nec propterea pro thesau[ro] ha  
 bendum esse: † quippe quod thesaurus sit verus pec  
 uniaæ depositio, cuius non extat memoria, juxta defi  
 nitionem Pauli JCti in l. nunquam nuda. 31. §. thesau  
 rus. 1. ff. de acquir. rer. domin. † Neque enim pecu  
 nia, quam quis vel lucri, vel metus, vel custodiae causâ  
 condidit sub terrâ, thesauri jure censetur, sed manet  
 pristini Domini, adeò, ut qui eam invenit, si restituere  
 nolit, furti teneatur, dict. l. nunquam. 31. §. 1. ff. de A.  
 R. D. l. à tute. 67. ff. de R. V. l. peregr. 44. in pr. ff. de  
 acquir. vel amitt. possess. Johann. Harppr. in §. thesau  
 rus. 40. num. 1. Instit. de rer. divis. Et acquir. ips. domin.  
 8 † licet impropriè & abusivè pecunia ea dicatur thesau  
 rus in l. item Labeo 22. in pr. ff. fam. ercisc. l. thesaurus.  
 15. ff. ad exhib. Johan. Gutierrez. 2. præl. quaß. lib. 4.  
 quaß. 36. numer. 8. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 21. num.

4. † Alio ex capite fiscus pecuniam illam sibi vindicare volebat, scilicet, quod ex dispositione Juris Saxonici res inventa, si facta proclamatione publicâ Dominus non veniat eam repetitur, ad magistratum pertinet, † reliquæ solummodo tertia parte inventor, Land 10 Recht. lib. 2. artie. 37. de quo dixi in præl. crimin. pare.  
 2. quest. 86. numer. 6. Et sequentib. † At nec fisci pe 11 titiōnem in jure fundatam esse arbitrabantur Domini, † cum dispositio illa juris Saxonici ageret tantummo 12 dō de reinventâ, quam Dominus ex ignorantia & errore perdidisset, adeoque ad casum præsentem, quo studio & custodiae causâ sub terrâ Dominus pecuniam condidisset, haud extrendenda videbatur, † quia jus 13 statutarium haud patitur extensionem de casu ad casum; Andr. Tiraquell. de legib. connub. Gloss. 2. num. 23. post pr. † Demum quoque venditores pecuniam 14 illam sibi assignari contendebant, ex eo, quod ipsorum mater in mediis bellorum tumultibus, eam sub terrâ custodivisse crederetur. † Quibus Domini annuere 15 non dubitavere, postquam ab Interpr. communiter receptum est, pecuniam in reemptâ inventam, si non sit thesaurus, ad venditorem potius, quam ad emptorem pertinere, Bartol. in dict. l. à tutor. 67. ff. de R. V. Aret. in §. thesauros. 40. numer. 2. vers. in eadem glos  
 sâ Institut. de rer. divis. Jason. in l. 3. §. Neratius. 3. num. 7. ff. de acquir. possess. ubi & Zaf. num. 15. Alciat. parerg. lib. 7. cap. 1. num. 2. Johann. Schneidewin. in dict. §. thesauros. 40. l. de R. D. num. 4. Felin. in cap. cum dilecti. 18. num. 7. de accusat. Regn. Sixtin. in Consil. Marpurg. vol. 1. consil. 13. num. 20. ubi sententiam hanc dicit receptissimam, à quâ nullus interpres discesserit. † Neque etiam fundamento ea destituitur. 16 † Siquidem quod in ædibus sit, per inhabitantes factum 17 presumitur, arg. l. si vendita. 11. ff. de comm. Et peric. rei vendit. l. nam salutem. 3. ff. de off. pref. vigil. † Er- 18 gō & pecunia à venditoribus vel potius ab ipsorum parentibus sub terrâ deposita censetur. † Nec enim 19 per rerum naturam probabile est, peregrinum suum pecuniam alienis laribus commisisse, & tandem num quam repetuisse, de quâ te ne minimum quidem indicium in casu præsenti apparebat, quin potius pro venditoribus alia & fortior militabat præsumptio, † quod 20 nempe eorum mater ab omnibus pro foemina locuplete habita, nec tamen post ipsius obitum quicquam pecunia in hereditate reportum fuerat. † Quæ sola 21 ratio alicui sufficiens videri potuisset, ut venditoribus pecunia in reemptâ inventa attribueretur, † proue 22 in terminis consuluit Sixtin. dict. consil. 13. num. 22. Et sequent.

Ita Domini an die Land. Herren über des Raths zu Leipzg.  
 Ritter. Güter/ Mensl. Augusto, Anno 1636. (Verba sententia: Ob nun wohl an einem Theil der Fiscus in denen Gedachten stehe/ ob wäre ihm solches Geld als ein gesundenes Gut/ dassern sich auf vorgehende Ausrufung der Eigenthums-Herr dazu nicht angeben möchte/ Inhalts Sächsischer Rechte zufändig anders Theils auch der Käufer sich dessen als eines aus seinem Eigenthum gesundenen Schatzes anzumassen. Dieweil aber dennoch angeregte Verordnung der Sächsischen Rechte allein vom verlorenen Gelde redet/ und dahero auf diesen Fall/ da das Gelb mit Fleisch vergraben werden/ nicht zu ziehen/ dasselbe auch weil die meisten gesundenen Thaler/ nur für zwangig und weniger Jahren gewünget/ und also nur neulicher Zeit vergraben worden/ eigentlich für keinen Schatz zu achten/ in welchem Fall/ nach gemeinsamer Wahn der Rechts-Gelehrten/ gemuthmasset wird/ daß der dergleichen Geld von Verkäufers Eltern und Vorfahren in der Erden vor Krieges- und anderer Gefahr verwahret und aufgehoben worden/ und dahero dessen Kindern und Erben gebühret/ welche Vermuthung dann in gegenwärtigem Fall nicht wenig dadurch bestärcket wird/ daß man der Remblerischen Erben Käufer für eine reiche Frau gehalten/ welche auch kurz vor ihrer Tode viel Geld gehabt/ davon sich aber nach ihrem Ableben nichts finden wollen; So haben sich auch weder der Fiscus noch der Käufer des gesundenen Geldes anzumassen/ sondern es verbleibt solches Verkäufern den Remblerischen Erben allein bishl. B. R. W.)

FINIS PARTIS SECUNDÆ.